ALPHONSI TOSTATI

HISPANI,

EPISCOPI ABVLENSIS,


PHILOSOPHI, THEOLOGI,
Ac Pontificij Iuris, Cæſareique conſultiſsimi, necnon
linguæ Græcæ, & Hebraicæ peritiſsimi,

COMMENTARIA IN LIB. IIII. REGVM:

Mendis nunc ſanè quàm plurimis diligenter expurgata.

CVM INDICE COPIOSISSIMO.

Ad PHILIPPVM II. Catholicum & Inuictiſsimum
Hiſpaniarum, & Indiarum Regem.



VENETIIS, MDXCVI.

Apud Io. Baptiſtam, & Io. Bernardum Seſsam, fratres.

ALPHONSI TOSTATI

Episcopi Abulensis.

COMMENTARIORVM IN LIBRVM QVARTVM REGVM

Præfatio.

NON Sine magno labore, atque vigilijs tertij libri Regum expositione completa, ad commentarios quarti libri manum mittimus. Iste enim libellus quartus est, siue quarta distinctio huius magni voluminis: in quo omnia gesta regum, tam Iuda, quàm Israel, tam regno manente vno, quàm diuiso, describuntur. Quam particulam Hebræi librum non cognominant, nec specialem sectionem faciunt: Latini verò, & Græci eam à reliqua præcedente non irrationabiliter diuiserunt.

Quare totus Liber Regum diuiditur in quatuor Libros apud Græcos, & Latinos, cum Hebræi talem distinctionem non faciant.

Quæstio I.

QVAERETVR Autem primò circa hoc, quare iste quartus Liber à reliquis tribus præcedentibus distinctus est, cum nec Hebræi talem distinctionem faciant.

Respondendum, quòd (sicut declaratum est in Prologo præcedentis Libri) Hebræi non sic diuiserunt Libros Regum, sicut Catholici, tam Latini, quàm Græci diuidunt. Nam ipsi duas sectiones faciunt: nos verò quatuor: ipsi quoque primos duos libros vocant Librum Samuelis, quos nos primum, & secundum Regum dicimus. Secundos autem duos ipsi Libros Malachim, idest, Regum nominant, licèt vnicam partem faciant. Quare autem primus Liber Regum à secundo distinctus sit, & quare secundus à tertio, ibidem declaratum est. De isto autem quarto dicendum, quòd ra-

tionabiliter distingui debuit à tertio. Pro quo sciendum, quòd tertius, & quartus Regum maiorem habent inter se conuenientiam, quàm secundus, & tertius. Nam in primis duobus actum est de regno Israel vnico, scilicet, quando vnus rex erat in Iuda, & in Israel. In tertio autem, & in quarto agitur de regno diuiso, scilicet, quia alius rex erat in Iuda, & alius in Israel: ideo quantum ad hoc conueniunt isti duo libri: quia ambo diuisi regni successiones enumerant: & tamen differunt, quia duo regna, scilicet, Iuda, & Israel, licèt minus floruerint, postquam diuisa fuerunt, quàm cum à principio vnicum regnum erant, tamen post diuisionem adhuc quodlibet eorum habuit tempus, in quo floruit, & tempus, in quo corruit. A principio enim diuisionis ambo florebant, & magno tempore in flore manserunt: quia non solum ipsa per se regna erant nulli alienigenarum genti subiecta, sed etiam ipsa alia regna sibi subiecta habebant, scilicet, regnum Iuda habebat sibi subiectum regnum Edom: regnum verò Israel habebat sibi subiectum regnum Moab. De regno Iuda patet præcedenti lib. ca. vltimo. Nam dicitur, quòd tunc nullus rex erat in Edom, & dicitur, quòd Iosaphat rex Iuda fecerat sibi classes in Asiongaber. Erat autem Asiongaber in terra Edom: & sic videtur, quòd Iosaphat dominabatur tunc in Edom, & nullus alius rex erat. Etiam patet, quia quando rex Israel, & Iosaphat rex Iuda iuerunt contra regem Moab, iuit cum eis rex Edom. Ex quo coniuncto cum præcedentibus colligitur, quòd rex Edom erat subiectus regi Iuda. De rege autem Israel, quòd haberet regem Moab subiectum sibi, patet: quia infra 3. cap. dicitur, quòd rex Moab nutriebat pecora multa, & dabat quolibet anno regi Israel centum millia arietum cum velleribus suis. Postea autem duo ista regna ad tantam calamitatem deuenerunt, quòd non solum non habuerunt alia regna sibi subdita, sed etiam ipsa alienigenarum manibus tradita sunt. Ideo cum scriptura vellet vtrunque narrare, retulit præcedenti lib. istorum duorum regnorum prosperitatem. In isto autem enarrat eorum calamitatem: & sic rationabiliter distingui debuerunt, quia de diuersis agunt. Fuit autem calamitas cuiuslibet istorum duorum regnorum duplex. Prima fuit, quia subditi sui ab eorum obedientia recesserunt. Secunda fuit, quòd ipsa in potestatem alienigenarum tradita fuerunt: & iuxta istum ordinem in quolibet eorum procedit in hoc libro, & consumatur in vtriusque captiuatione, & desolatione totius terræ Israel. Quod autem ob hoc isti duo libri diuisi fuerint, patet ex principio huius: quia dicitur: præuaricatus est Moab in Israel, postquam mortuus est Achab: & illa præuaricatio fuit, quia Moabitæ subtraxerunt se à solutione tributorum, quam prius faciebant Israelitis: & in hoc cępit istud regnum cadere à gloria sua. Sic etiam fuit de regno Iuda, quia non post multum tempus Idumæi subtraxerunt se à seruitute regum Iuda.

Qũ floruerũt regnũ Iuda, & Israel.

Iosephus optimè ordinauit Historiam.

Hoc etiam considerauit Iosephus in libris Antiquitatum. Nam totam Historiam libri præcedentis posuit in octauo Antiqui. Historiam autem huius quarti libri posuit in nono: & sic videntur secuti Catholici Iosephum in

diui-

diuisione istorum quatuor librorum Regum. Nam ipse tractat Historiam regum Iuda, & Israel in quatuor libris, incipiendo à sexto Antiquitatum, & finiendo in nono inclusiuè. Diuidit autem illos in eisdem locis historiæ, in quibus nos histos quatuor libros diuidimus.

An ea, quæ habentur in hoc libro, habeant ordinem continuum ad præcedentia. Quæstio II.

QVAERETVR vlterius, an ea, quæ habentur in hoc libro, habeant ordinem continuum ad præcedentia. Et an ea facta sint immediatè post illa, vel interiecto aliquanto tempore.

Respondendum ad primum, quòd continuus ordo est: nam eadem historia tangitur præcedenti libro, in fine, & in principio huius. Nam ibi dictum est de principio regni Ochoziæ: hic autem dicitur de morte eius in fine primi capituli, & de successione Ioram fratris eius. Nam nulla distinctio esse debebat inter præcedentia, & ista, cum eadem sit historia: nisi propter causam supra assignatam. Etiam non est hic aliqua anticipatio, vel recapitulatio, quia principium regnandi Ochoziæ fuit ante mortem eius: sed de illo agitur præcedenti lib. cap. vlt. & de morte eius agitur hic in princ. c. ideo non est aliquis ordo mutatus.

Ad secundum dicendum, quòd ista, quę habentur hic, fuerunt facta immediatè post præcedentia, & paruum tempus fuit intermedium. Quòd patet: nam in fine præcedentis libri dictum est de regno Ochoziæ inchoato: Et hic agitur de consumato: durauit tamen istud regnum solum duobus annis, prę cedenti lib. cap. vltimo: ergo non fuerunt duo anni inter ea, quæ habentur pręcedenti libro, & ea, quæ habentur hic. Item patet, quia in principio huius dicitur de præuaricatione Moab contra Israel: & tamen dicitur, quòd illa facta est per mortem Achab .s. Paulò post mortem Achab: & tamen Achab mortuus est, pręc. li. c. vlt. ergo inter illa, & ista valde modicum tempus fuit.

Quare cum iste liber incipiat in Historia Ochoziæ, non ponitur hic principium eius, sed in fine præcedentis libri. Quæstio III.

QVAERETVR vlterius, quare historia regis Ochoziæ incepta est prę cedenti libro, & continuatur hic, debuisset tota ibi scribi, vel nihil tangi, sed omnia dimitti pro isto libro, cum sit magna distinctio libri ad librum. Respondendum, quòd conuenientius erat scribi totam historiam Ochoziæ in præcedenti libro, vel hic, quàm diuidi eam: & tamen oportuit diuidi, ad tenendum intentionem diuisionis huius libri à pręcedenti. Non enim debuit tota scribi præcedenti libro: quia in isto libro agitur de calamitate regnorum Iuda, & Israel: & tamen illa cępit viuente Ochozia, cum tunc recesserit rex Moab à rege Israel, ne seruiret ei: ideo non debuit hoc scribi præcedenti libro. Etiam non debuit tota historia Ochoziæ scribi hic:

quia ad continuandum historiam, quando dicitur de morte vnius regis, dicitur immediatè de successore eius, sicut patet ex processu istorum duorum librorum Regum. & quia præcedenti libro actum est de morte Achab, oportebat ibi dici de regno Ochoziæ, qui succesit Achab, & in hoc inchoabatur historia Ochoziæ.

Item non debuit poni principium regni eius, quando non fuit initium calamitatis regni Israel: sed túnc quando præuaricatus est Moab contra Israel: ideo illa, quæ præcesserunt istam præuaricationem, debuerunt poni in fine præcedentis libri: & ea, quæ secuta sunt, debuerunt poni in principio huius. Et sic factum est: nam liber iste incipit: Præuaricatus est Moab in Israel. Iste modus sectionis historiarum obseruatus est in alijs libris: nam in primo Regum actum est de historia Saulis, & in secundo de historia Dauid: & tamen aliquid de pertinentibus ad Saulem ponitur in principio secundi libri, scilicet, mors Saulis, & planctus eius: quia ista erant ad continuandum gesta regni Saulis cum regno Dauid. Sic etiam factum est in secundo, & tertio: Nam in secundo ponitur historia regni Dauid: in tertio autem historia Salomonis, & aliorum Regum: & tamen in principio tertij ponitur quędam pars Dauidicæ historiæ, scilicet, de senectute, & morte eius, ad continuandum gesta Dauid cum gestis Salomonis. Et iste est ordo artificialis. Ita ergo hic conueniens fuit historiam diuidi, tum ad continuandum præcedentem librum cum isto, tum etiam, vt sciretur causa diuisionis huius à pręcedenti ex prooemio suo, scilicet, de calamitate regni Israel.

ALPHONSI TOSTATI

Episcopi Abulensis.

IN QVARTVM LIBRVM REGVM COMMENTARIA.

CAPITVLVM I.

PRAEVARICATVS est autem Moab in Israel postquam mortuus est Achab. Ceciditq; Ochozias per cancellos cęnaculi sui, quod habebat in Samaria, & ęgrotauit. Misitque nuncios, dicens ad eos: Ite, consulite Beelzebub Deũ Accaron, vtrum viuere queam de infirmitate mea hac.

ACTVM Est in praecedenti libro de regno Israel bipartito, in sua prosperitate manente: hic agitur de vtroque, in extremam calamitatem corruente. Fuit autem duplex calamitas cuiuslibet eorũ. Prima fuit, quia alienigenæ subiecti à tributorum præstatione se subtraxerunt. Secunda fuit, quia naturales eius in miserabilem seruitutem redacti fuerunt, expulsi de regione sua ad terram alienam: & de vtriusq; regni calamitate hic simul agitur. Quia tamen calamitas ista propter peccata venit, & viri de regno Israel grauius, & prius peccauerunt, prius regnum Israel desolatum est: ad vltimum verò regnum Iudæ. Et secundum hoc diuiditur liber iste in duo: quia primò agitur de peccatis Israelitarum, & eorum desolatione: secundò agitur de peccatis virorum regni Iuda, & eorum captiuatione, de primo agitur à principio libri huius vsque ad 17. cap. inclusiuè: de secundò agitur à princ. 18 vsque ad finem libri. Considerandum autem, ꝙ in his libris quanquam simul retexatur hi-

Duplex calamitas ruinę regnorũ Iuda, & Israel.

Diuisio huius libri

A storia regni Israel, & Iuda, tamen principalius intendit scriptura de regno Iuda: de regibus autem Israel secundariò agit .s. inquantum erant contemporanei regibus Iuda. Et secundum hoc diuiditur ista pars prima, quæ durat vsque ad 17. cap. in 6 partes, secundum quod agitur de varijs regibus, & vna regina, sibi per ordinem succedentibus. Primò agitur de
B regno Ioran filij Iosaphat regis Iuda. Secundò de regno Athaliæ matris eius vxoris. Tertiò de regno Ioas. Quartò de regno Amasiæ. Quintò de regno Oziæ, siue Azariæ, & simul de regno Ioathan filij eius. Sextò de regno Acham. De 2. infra 11. de 3. infra 12. de 4. infra 14. de 5. infra 15. de 6. infra 16. Prima pars huius continet de regno Iorã regis Iu-
C da, & simul de regno Israel. Quantum verò attinet ad regnum Israel, diuiditur in tria: quia primò ponitur mors Ochoziæ, & Ioram fratris eius successio, secundò regni Ioram persecutio, infra 3. Tertio stirpis Achab deletio, infra 8. Et quia toto tẽpore, quo reges Iuda, & Israel durauerunt in peccatis, erant aliqui prophetæ à Domino missi ad reuocandum
D eos à malo, & ad prænunciandum pęnas pro peccato, ideo cum tempore Ochozię esset Elias increpãs vitia eius, ponitur primò Ochozię in infernum demersio ꝑꝑ eius maliciam: secundo ponitur Elię in cęlum eleuatio ꝑꝑ eius virtutis constantiam, seq c. Prima in quatuor, quia primò ponitur Ochozię iniquitas idola consulentis: secundo Eliæ constantia re-
E gis mortem prædicentis, ibi, *Angelus autem Domini.* Tertiò regis Ochozię obstinatio, Eliam ad mortem inquirentis, ibi, *Qui dixit eis*. Quarto Eliæ constantia contra regem in facie loquẽtis, ibi, *surrexit igitur*. Circa primũ dr̃: *Præuaricatus est Moab in Israel* .i. rex Moab fecit malum cõtra regem Israel peruertẽdo pactũ, ꝙ erat inter eos. Vel Moab potest vocari regnum

Diuisio capituli.

Moab:& Iſrael regnum Iſrael: & regnũ Moab per-
uertit veritatem,qa noluit eſſe ſub Iſrael, ſicut prius
erat. *Poſtquam mortuus eſt Achab*.ſ.tẽpore regis Ocho-
ziæ:nam in principio regni eius facta eſt iſta præuari
catio: ipſe quippe ſucceſſit Achab in regno.

*Quæ fuit præuaricatio regis Moab contra Iſrael, & an tene-
retur Moab dare Iſrael tributa. Queſt. I.*

QVAERETVR quæ fuit iſta præuarica-
tio Moabitarum contra Iſrael. Reſponden
dum, ꝙ præuaricatio vocatur hic violatio
fęderis.Erat autem inter regem Iſrael,&
regem Moab fædus interpoſitum,ꝙ quolibet anno
rex Moab dare tributum regi Iſrael: nũc verò mor-
tuo Achab,noluit Meſa rex Moab dare tributum
Ochoziæ filio eius: & in hoc agebat contra fidem,
& pactum interpoſitum. Tributum autem, quod
ſingulis annis dabat rex Moab regi Iſrael, erat cen-
tum millia arietum cum velleribus ſuis,infra 3.cap.
& quia noluit dare, motum eſt bellum contra il-
lum, vt patet ibidem.

*Vnde prouenit, quòd reges Moab tenerentur dare tributa regi-
bus Iſrael. Quæſtio II.*

QVAERETVR vlterius, vnde inſurrexit, ꝙ
rex Moab teneretur dare tributum regi Iſrael.
Aliquis dicet, ꝙ in bello Achab præualuerat cõtra
regem Moab, & ibi ad impetrandam conditionem
pacis, ſubiecit terram Moab tributo, imponendo
certam penſionem pro quolibet anno. Sed dicen-
dum, quod quanquã iſtud ſit poſſibile, tamen non
habet multam apparentiam, quia non legitur,
Achab aliquando pugnauiſſe contra regem Moab:
& tamen bellum,in quo eum ſubijceret tributo, eſ-
ſet ſatis potens.Sed dicendum eſt, quod iſtud tribu-
tum durabat ex tempore Dauid.Pro quo ſciẽdum,
quod Dauid fuit vir bellicoſus valde, & ſubiecit ſibi
multa regna ſub tributo: nã pugnauit contra Moa-
bitas, & occidens plurimos ſubiecit reliquos tribu-
to:ſubiecit quoque Idumæos ſibi in tributarios, ſu-
pra 2.lib.cap 8.ſubiecit etiam Ammonitas in tribu-
tarios: &,mortuo eo,manebant ſemper iſtæ gentes
tributariæ.ſ.tempore Salomonis. Et quando poſtea
diuiſum eſt regnum tempore Roboam, diuiſa ſunt
iſta regna tributaria:quia regnum Moab manſit tri-
butarium regi Iſrael:& regnum Idumææ manſit tri
butarium regi Iuda. Manſerunt autem iſta duo re-
gna ſemper tributaria vſque ad tempus Achab: Nã
reges Moab ſemper ſoluerũt tributa regibus Iſrael:
& tempore Achab ſoluebat Meſa rex Moab centũ
millia arietum cum velleribus ſuis:infra 3.tunc etiã
regnum Idumææ ſeruiebat ſub tributo regibus Iu-
da. Nam Ioſaphat erat tunc rex Iuda: & ipſe non
ſolum recipiebat tributum de terra Idumææ, ſed
etiam ipſe dominabatur terræ illi, & non erat tunc
ibi alius rex,vt patet præcedenti lib. capitu. vltimo,
cum dicitur, ꝙ fecit Ioſaphat claſſes in Aſionaber:
& ꝙ non erat tunc rex in Moab. Eſt autem Aſiona-
ber de terra Idumęæ,præcedenti lib.cap. 9. & ſic vi-
detur, ꝙ faciebat Ioſaphat, quod volebat in terra
Idumææ: & ꝙ non erat tunc alius rex. Etiam, ꝙ
ipſe poterat ponere regem in Idumęa:nam tempo-
re ſuo non erat rex,præcedenti lib.cap. vlt. Et dein-
de viuente eo,fuit rex in Idumęa, vt patet infra 3.&
tunc etiam ille rex erat ſubiectus Ioſaphat: nam qñ
Ioſaphat, & Ioran rex Iſrael iuerunt contra regem
Moab recedentem à ſubiectione regis Iſrael,iuit cũ
eis rex Idumææ,vt patet infra in litera 3. cap. de re-

F ge autem Idumææ, quando ſe ſubtraxerit à præſta-
tione tributorum regum Iuda,non patet.

*Quare Moab præuaricatus eſt poſt mortem Achab, &
non prius. Quęſtio III.*

QVAERETVR vlterius,quare dicitur,quòd
poſtquam mortuus eſt Achab, præuaricatus
eſt Moab in Iſrael. Reſpondendum,ꝙ tempo-
re præcedentium regum Iſrael,non auſi fuerant re-
ges Moab ſubtrahere ſe à præſtatione tributorum,
quia illi reges erant potentes: vel quia reges Moab
erant impotentes. Meſa autem rex Moab,qui fuit
tempore Achab,deſiderabat ſubtrahere ſe à ſeruitu
G te Achab, eoquòd imponebat ei magna tributa.ſ.
centum millia arietum cum velleribus ſuis,infra 3.
nõ auſus fuit tamen ſubtrahere ſe tempore Achab,
quia ille rex erat potens,& nimis bellicoſus, cũ ipſe
bis ſuperaſſet regẽ Siriæ,qui erat rex potentiſſimus,
vt patet præcedenti lib.ca.20 Nunc autem mortuo
illo,receſſit à ſeruitute propter duo. Primò, quia nõ
credidit, quòd filius eius Ochozias eſſet tam bellico
ſus,ſicut pater. Ideo dato, quòd ſubtraheret ſe à tri-
butis, non poſſet reducere eum in ſeruitutem. Se-
cundò, quia qñ mortuus eſt Achab Syri præualue-
runt contra Iſrael,& in illo bello occiſus eſt Achab,
præcedenti lib.cap. vltimo: ideo credidit rex Moab,
ꝙ Iſraelitæ de cętero ſeruituri eſſent Syris,& conſe-
H quenter non poſſent ipſi cogere aliquam gentem
ſeruire ſibi, deficientes viribus: ideo fuit tũc oppor-
tunitas magna ad recedendum de ſeruitute regum
Iſrael. Et iſta fuerunt poſt mortem Achab,quia vi
uente eo, Iſraelitæ erant potentiores Syris:iõ Moa-
bitæ non auderẽt tunc ſe ſubtrahere,timentes maio
ra tributa ſibi imponenda. *Ceciditque Ochozias per* *Casus Ochoziæ de cœnaculo.*
cancellos cœnaculi ſui,quod habebat in Samaria. Ponebatur
ſupra calamitas totius regni Iſrael, per hoc, ꝙ ſub-
trahebat ſe à ſeruitute eius regnum Moab:hic poni-
tur in ſpeciali calamitas regis, ſcilicet, ꝙ mortuus
fuerit,cadens de cœnaculo. Vocatur enim cęnacu-
lum quæcunque domus ſecundum vſum Latino-
rum:& eſt hic cęnaculum aliqua domus alta,de qua *Cœnaculum propriè quid eſt.*
I cecidit Ochozias. Vocantur cancelli quædam ligna
poſita ĩ ambulatorijs ſuperiorum domorum,ſuper
quæ ſe appodiant ambulantes,quando volũt,ad re-
ſpiciendum ea,quæ infra ſunt:& ſunt ibi poſita late
raliter, ne diſcurrentes per ipſa ambulatoria, infra
cadere poſſint. Nunc autem Ochozias cecidit de cã-
cellis cœnaculi ſui, ideſt, palatij ſui, quod habebat
in Samaria,vbi erat ſedes regni (& ægrotauit) ſcili-
cet,ex caſu conquaſſatum eſt corpus eius,& ęgrota-
uit ad mortem. Ponitur autem hic de iſta ægritudi-
ne, vt introducatur hiſtoria ſequens de prænuncia-
tione mortis Ochoziæ per Eliam. *Miſitque nuncios,
dicens ad eos:ite,& conſulite Beelzebub Deum Accaron*. Iſti
nuncij ibant ad Beelzebub. Vocatur autem Acca-
K ron ciuitas quædam in terra Philiſthinorum, quæ
erat vna de quinque Metropolibus eius, vt patet
Ioſue 13.& ſupra primo libro, capitu. 6. Beelzebub
autem eſt nomen Dei Philiſthinorum, qui interpre
tatur vir muſcarum, vel muſca ſecundum Ioſeph.
nono Antiquitatum.

*Quare Ochozias miſit ad conſulendum Beelzebub Deum
Philiſthinorum ſuper ægritudine ſua, cum eſſent
prophetæ in Iſrael, à quibus quæreret.
Quæſtio IIII.*

QVAERETVR quare miſit Ochozias ad
conſulendum Beelzebub Deum terræ Phili-
ſthino-

sthinorum, cum in terra Israel essent prophetæ, per quos posset scire veritatem.

Respondendum, ꝙ hoc fecit consilio matris suæ Iezabel, quæ erat Idolatra nimis, & nullo modo placebat ei cultus Dei: nec volebat ipsa quærere quidquam per prophetas Domini, sed potius occidebat eos, præcedenti lib. cap. 18. sed volebat quærere per prophetas idolorum, vel per ipsa idola respõdentia. Et ob hoc fecit, ꝙ mitteret nuncios ad Beelzebub. Alia causa est, quia Ochozias erat Idolatra, sequens viam patris sui, & matris suæ, præcedenti lib. cap. vltimo. Ideo non credebat prophetis Domini, sed magis prophetis idolorum, quia sic faciebat Achab. Nã cum iturus esset in Ramoth Galaad ad bellum, congregauit quadringentos propheras Baal, ad respondendum sibi ad euentum belli, & nullum de prophetis Domini vocauit, præcedenti lib. cap. vlt. Alia causa etiam est, quia fortè Ochozias oderat prophetas Domini, quia respondebant semper aduersa sibi, & cognationi suæ. Nam Achab oderat valde Micheã prophetam, quia prænunciabat ei semper mala, & ob hoc nolebat quærere aliquid ab eo, præcedenti lib cap. vltimo. Etiam Ochozias habebat eum exosum ex eadem causa, quia prænunciauerat mortem patris sui. Eliam quoque, qui tunc erat, exosum habebat, quia prænunciauerat mortem Achab, & Iezabel, & destructionem totius posteritatis Achab, præcedenti lib. cap. 21. ideo licèt esset Elias in itinere, per quod nuncij Ochoziæ ituri erant ad Beelzebub Deum Accaron, noluit, ꝙ inquirerent aliquid ab eo: quod patet, quia Elias exiuit obuiam nuncijs Ochoziæ, vt patet in litera.

Quare potius misit ad consulendum Beelzebub, quàm alios Deos gentium, & de diuersis Dijs gentium.

Quæstio V.

QVAERETVR vlterius, quare potius misit Ochozias ad consulendum Beelzebub Deum Accaron, quàm aliquem alium Deum: nam multi dij erant in terra sua. Etiam quare non quæsiuit hoc à Baal, quem maximè colebat ipse, & Iezabel mater sua, vel à prophetis eius, cum multos haberet. Respondendum, ꝙ Ochozias noluit inquirere à ꝓphetis Domini, ex causa iam assignata. A prophetis autem Baal noluit quærere, qa existimauit eos mẽdaces. Nam ante hoc quæsiuerat Achab ab eis de euentu belli in Ramoth, & dixerunt: ascende prospere, & tradet eam Dominus in manu regis, & occisus fuit ibi, præcedenti lib. cap. vltimo. Non interrogauit autem à Baal, quia fortè non respondebat Dęmon in idolo Baal. Nam quædam erant idola, in quibus Dæmones respondebant: alia verò, in quibus non respondebant. In Beelzebub autẽ Deo Accaron respondebat Dęmon, & non respondebat in Baal. Vel forte dato, ꝙ responderet in Baal, non erant tam certa responsa eius, sicut illa, quæ dabantur in idolo Beelzebub. Fuit enim Beelzebub in responsis dandis excellentior inter omnes Deos terræ illius: ideo de tota terra finitimorum conueniebant in Accaron, ad petendum responsa super dubitationibus suis. Sic enim apud Latinos, & Gręcos quondam, dum durauit ritus Gentilitatis, non fuit aliquis Deus tam certus in responsis, sicut Apollo Delphicus: ideo de omnibus partibus terrarum confluebant ad templum suum in insula Delphos, & habebant responsum. Consueuerat autem dare respõsa ambigua: sicut est illud: Aio te Aiacide Romanos vincere posse. Responsa autem istius vulgata sunt apud omnes scriptores historiarum, & aucto-

Beelzebub excellẽtissimus in responsis inter Deos Accaron, & princeps Deorum Gentiliũ. Deus Apollo Delphicus apud Græcos, & Latinos.

A res. Cessauit autem à responsis Apollo pauco tempore ante Christi natiuitatem, vt ait Paulus Orosius 6. de Ormesta mundi. Sic ergo in terra Israel, & Syrorum, & in prouincijs confinibus non fuit aliquis tam famosus Deorum in responsionibus: iõ ad eum recurrebatur: & in tanta veneratione habebatur, ꝙ putabatur à Gentilibus princeps omnium Deorũ. Ipsi quoque Iudæi, qui de Deo rectè sentiebant, putabant, Beelzebub esse potentiorem omnibus Dæmonibus, vt patet Matt. 12. & Luc. 11. cum dixerũt Pharisei de Christo: hic non eicit Dæmones nisi in Beelzebub principe dæmoniorum. Sed obijcietur, ꝙ non haberetur Beelzebub tãquam princeps Deorum Gentilium: nam in terra Philisthinorũ, in qua

B erant Beelzebub, erant alij Dij excellentiores. Quod patet, quia Dagon erat Deus Azoti, & tamen habebatur, vt excellentior: quia in templo eius fuit posita arca Domini, quando ducta est de terra Israel potius, quàm in templo Beelzebub, supra primo lib. capitulo vltimo. Item in templo Dagon posuerunt caput Saulis, quando occisus fuit in bello ad honorem illius Dei, vt patet 1. Paralipo. 10. Etiam Astaroth erat Deus Philisthinorum, & erat excellentior, quàm Beelzebub. Nam occiso Saule posita fuerunt arma eius in templo Astaroth, supra primo lib. capitu. vlt. & 1. Paralipom. 10. & tamen non fuit positum aliquid de his in templo Beelzebub. Respondendum, ꝙ Beelzebub erat vno modo prin-

Dagon.

Astaroth.

C ceps Deorum Philisthinorum, & alio modo non. Pro quo sciendum, ꝙ Gentiles posuerunt multos Deos, & cuilibet attribuebãt potestatem super vnã rem: ideo in illa excellentior erat, quàm omnes alij Dij: & tamen quilibet aliorum Deorum erat excellentior eo in alia re. Sic enim Martem posuerunt Deum belli, Venerem Deam delectationis, Iunonẽ Deam diuitiarum, & regnorum, Mercurium Deum sermonis, & eloquentię, Mineruam Deam sapiẽtię, Apollinem Deum diuinationis futurorum, & sic de cęteris officijs, & potestatibꝰ attributis singulis dijs. Ideo in arte diuinatoria Apollo præcedebat omnes Deos, & in bello Mars antecedebat cęteros, & sic de alijs. Et secundum hoc Gentiles pro varietate rerũ,

Quõ Beelzebub erat princeps Deorum.

Diuersos Deos diuersis rebus præsidẽtes Gẽtiles posuere.

D quas desiderabant, fundebant preces ad diuersos Deos. Nam si quis vxorem desideraret, vel amasiã, Deam Venerem implorabat. Sic patet per Ouidiũ 10. Meta. de illo, qui petijt, statuam eburneam vxorem eius effici, recipiendo spiritum vitalem: nã hoc à Venere postulauit. Qui verò sapientiam desiderabat, vel peritiam in artibus mechanicis, Mineruam exorabat, vt ait Ouidius in lib Faustorum: & sic pro singulis potestatibus deorum erant variæ preces, & diuersimodè habebantur in excellentia. Ita nunc Deus Dagon, & Astaroth erant excellentiores, quã Beelzebub, quantum ad opera belli, Beelzebub verò erat excellentior quãtum ad diuinationem. Et quia victoria habita contra Saulem erat ascribenda dijs

E belli, & non diuinationis, positum fuit caput Saulis in templo Dagon, & arma sua in templo Astaroth, & nihil fuit positum in templo Beelzebub. Erat tamen Beelzebub princeps omnium deorum Philisthinorum quantum ad diuinationem: ideo in hoc dabatur ei maior honor. Et quantum ad hoc dicebant Iudæi, ꝙ Christus eiciebat Dæmonia in Beelzebub principem Dæmoniorum. s. quia ille erat maioris potestatis inquantum sciebat plures modos, quàm alij ad excludendum Dæmones de corporibus. In hoc tamen falsè opinabantur, sicut Christus probauit Matth. 12. s. ꝙ Satan non est contra Satan. *Vtrum viuere queam de infirmitate mea hac.* istud erat, ꝙ quærere debebant nuncij Ochoziæ.

Beelzebub etiam apud Iudęos æstimabatur potentior omnibus Dæmonibus: ideo dicebant, Christum in Beelzebub eijcisse dæmonia.

Angelus autē Domini locutus est ad Eliā Thesbiten dicens, surge, & ascende in occursum nunciorum regis Samariæ, & dices ad eos. Nunquid non est Deus in Israel, vt eatis ad consulendum Beelzebub Deū Accaron? Quamobrem hæc dicit Dominus. De lectulo, super quem ascendisti, non descendes, sed morte morieris. Et abijt Elias, reuersique sunt nuncij ad Ochoziam: qui dixit eis: Quare reuersi estis? At illi responderunt ei: Vir occurit nobis, & dixit ad nos: Ite, reuertimini ad regem, qui misit vos, & dicetis ei: Hęc dicit Dominus: Nunquid, quia non erat Deus in Israel, mittis, vt consulatur Beelzebub Deus Accaron? Idcirco de lectulo, super quem ascendisti, non descendes, sed morte morieris.

Angelus autem. Hic ponitur secundum huius cap. scilicet, Eliæ constantia, regis mortem prædicentis: & dicitur. *Angelus autem Domini locutus est ad Eliam Thesbiten.* Manebat Elias in monte Carmelo: nam postquam accepit ibi ignem à Domino pro sacrificio, & occidit ibi prophetas Baal, semper voluit manere in monte illo, religiosè viuens, vt declaratū est præcedenti lib. c. 22. Et etiam colligitur aliqualiter infra ex litera. Nunc verò Angelus Domini locutus est Eliæ in Carmelo. Vocatur autem Thesbites, idest, de vrbe Thebes, vt declaratum fuit præcedenti lib. 17. c. *Dicens, surge, & ascende in occursum nunciorum regis Samarię.* Istud fuit ad hoc, vt increparet eos, quia ibant ad consulendum idola Gentium, cū haberent Deū in Israel. Et dicitur, ascende in occursum, non quidem, ꝙ Elias maneret nunc in aliquo loco infimo, quia manebat in monte Carmelo, sed quia ipse descensurus erat de monte, & postea ascensurus ꝑ viā, per quam veniebant nuncij Ochoziæ: nam postea cum venirent quinquagenarij Ochoziæ ad Eliam, dicebant ei, descende de vertice mōtis, vt patet inf.

Quis modus fuit, quo angelus Domini loqueretur hic Elię. Quæstio VI.

QVAERITVR quomodo angelus Domini dixit ista Eliæ. Respondendum, ꝙ pluribus modis poterat illa dicere. s. quatuor, vel quinq; modis, quibus Deus dicitur alicui loqui, vt declaratum est præcedenti lib. c. 13. & tamen duo modi illorū sunt pro nunc conueniētiores. Vnus est, ꝙ apparuerit angelus in effigie humana ipsi Eliæ, & locutus fuerit: sic n. sępè apparuerunt angeli, vt patet de Abraam, cui apparuerunt tres angeli in effigie virorum. Gen. 18. & ipsi Loth apparuerunt duo, Gen. 19 & Gedeoni apparuit alius iud. Gen. & sic de multis. Aliter potest dici, ꝙ audiuit aliquam vocem dicētem ei ista, quæ habentur hic: & ista fuit vox formata ab aliquo angelo. Sic. n. in datione legis fuit: nam loquebantur angeli, & audiebat totus populus: & tñ non videbant aliquam effigiem, Deuter. 4. Sic etiam loquebatur angelus in columna nubis apud ostiū tabernaculi, & tamen nō videbatur aliquis loquēs. Sic patet Num. 12. Satis tñ videtur dicendum, ꝙ apparuerit hic angelus Eliæ, & dixerit illi. *Et dices ad eos:*

F *nunquid non est Deus in Israel, vt eatis ad consulendum Beelzebub Deum Accaron?* q. d. vos dehonoratis me Deum vestrum, non arbitrantes vos habere Deum: nam ita recurritis ad Deos alienos, sicut si nullum Deum haberetis: & tamen habetis Deum, qui possit vobis in oībus dubijs rñdere. *Quamobrem hic dicit Dominus.* i. qa peccauisti mittendo ad consulendum Deum Accaron, sequetur in te pęna, quæ habetur hic. *De lectulo, super quem ascendisti, non descendes.* s. quādo Ochozias cecidit per cancellos, conquassatus est, & debilitatus valde, & iacuit in lecto: & nunc ibi iacebat, dum mitteret nuncios ad Beelzebub: Deus autem prænunciat, ꝙ nunquam de illo lecto descendet. s. nunquā conualescet. *Sed morte morieris.* s. morieris in lecto ex

G hac ægritudine. *Et abijt Elias.* s. postquam prænunciauit Elias illa, abijt in locum suū. s. reuersus est in mōtē Carmelum, vbi erat mansio sua. *Reuersique sunt nuncij ac Ochoziam.* s. noluerunt continuare iter, eundo ad consulendū Beelzebub, sed reuersi sunt ad Ochoziam, quia Elias responderat sibi super quesito, ꝙ volebant proponere Beelzebub.

An peccauerit Ochozias mittendo nuncios ad consulendum Beelzebub. Quæst. VII.

QVAERITVR, an peccauit Ochozias mittendo nuncios ad consulendum Beelzebub. Respondēdum, ꝙ sic, quia Deus increpat

H eum hic: & tamen non increparet, nisi malum ageret: Item peccabat, quia in hoc dabat honorem idolis, petendo ab eis responsa, & ascribendo sibi deitatem, quia si non crederet idola esse Deos, non peteret ab eis responsa. Item peccabat, quia in hoc cōtemnebat valde Deum Israel, non faciendo mentionem de eo, ac si nullus esset, potissimè cum ipse melius responderet, quàm idola. Item peccabat, quia nō faciebat hoc ex aliquali motiuo colorato. s. si inter Israelitas Deus non responderet dubijs, haberet aliqualem colorem Israelite consulēdi Beelzebub: Deus tamen respondebat inter Israelitas certius, & promptius. De certitudine patet: quia responsa Dei semper erant vera: responsa autem Dęmonum in-

I terdum vera, & interdum falsa. Etiam promptius respondebat, quia Dęmones interdum non respondebant verum, nec falsum, & hoc, quia à Deo prohibebantur sæpè: vel quia nesciebant quid responderent. Deus autem respondebat Israelitis, quandocūque quærerent: & hoc dupliciter: nam aliquando respondebat per prophetas, qui plurimi erant: aliqñ autem per summos sacerdotes, qui induerentur rationali, & ephod, vt patet supra 1. lib cap. 23. & 30. iō grauis culpa erat derelictis responsis Dei in terra Israel, mittere extra illam ad consulendum idola.

An nuncij peccauerunt euntes ad Beelzebub; & an magis quàm Ochozias mittens eos. Quęst. VIII.

K QVAERITVR vlterius, an peccauerunt isti nuncij, qui ibant ad consulendum Beelzebub. Aliquis dicet, ꝙ non, quia isti non ibant ad consulēdum Dęmones pro se ipsis, sed pro rege, & ad mandatum illius faciebant. Item ipsi in hoc non colebāt Idola, nec obseruabant cęremonias cultus eorum. Respondendum, ꝙ peccauerunt, quia agebant contra legem vetantem inquirere veritatem à Dæmonibus, vel à mortuis, vel per quencunque alium modum, præterquam à Deo, Deute. 18. & tamen adhuc inter omnes istos modos detestabilior erat, cū veritas quærebatur ab idolo. Item patet, quia Saul redarguitur, & dicitur, ꝙ occisus est propter iniquitates suas:

suas: inter quas ponitur, ꝙ consuluit pythonissam, 1. Paralipo. 10. sed valde peius erat consulere idolum, quàm pythonissam: ideo valde magis isti peccauerunt. Item patet, quia in hoc, ꝙ consulebant idola, exhibebant ei cultum, eo ꝙ consuetudo erat offerri sacrificia istis dijs ad placandum eos, vt responderēt: & sic isti ibant ad faciendum sacrificium Beelzebub. Item dato, ꝙ consulendo idola, non fierent eis sacrificia, tamen saltem in eo, ꝙ consulebant idola, protestabantur ea esse Deos: quia alioquin nihil ab eis peterent: etiam ad hoc humiliabant se illis: & iste venerationes constituunt idolatriam. Item patet, quia isti nuncij Ochoziæ postquam locutus est eis Elias, reuersi sunt, nolentes ire ad Beelzebub, quanquam rex mandasset: & tamen si non putauissent se peccare, eundo illuc, non cessauissent ire. Ad primam rationem in contrarium dicendum, ꝙ mandatum regis non excusabat eos: quia sicut non licet alicui malum agere à se ipso, ita non licet propter mādatum alicuius, quia in rebus manifestè illicitis nullius hominis mandatum obligare potest: sed potius debet quis mori durissimè, quàm pro mandato alicuius iniustè agere. Ad secundam dicendum, ꝙ isti colebant idola consulendo illa, ex eo ꝙ oportebat facere sibi sacrificium, vel saltem impendere aliquam venerationem: & istud vocatur idolatria.

Potius debet quis mori durissimè, quā mandato regis, vel alterius iniustè agere.

Deo Israel non respondente, an liceret consulere super Beelzebub. Quæst. IX.

QVAERITVR vlterius, si Deus Israel non responderet Ochoziæ super infirmitate sua, an liceret ei consulere Beelzebub. Aliquis dicet, ꝙ sic: quia Dominus dixit, nunquid non est Deus in Israel, vt eatis ad consulendum Beelzebub Deum Accaron? quasi dicat, si non esset Deus in Israel, à contrario sensu liceret consuli Accaron Deū, scilicet, Beelzebub. Respondendum, ꝙ etiam si Deus Israel non responderet Ochoziæ super infirmitate sua, non licebat ei consulere Beelzebub. Istud esset, vt si fortè Ochozias petiuisset de hoc dubio ab omnibus prophetis, & ab omnibus sacerdotibus, & per nullum eorum responderet Dominus. Patet hoc in Saule: nam ipse quæsiuit de euentu belli, quod habiturus erat cum Philisthinis, & noluit ei Deus respondere per sacerdotes, nec per prophetas, nec per somnia supra 1. lib capitul. 28. & tunc consuluit pythonissam, vt patet ibi: & tamen de hoc increpatur valde 1. Paralipo. capit. 10. ergo à fortiori si Ochozias non potens habere responsum à Domino, consuleret Beelzebub. Item patet hoc, quia consulere idola de se malum est, & prohibitum in lege: ideo etiam si Deus respondere nolet: non poterat quis licitè ad idola recurrere. Ad rationem in contrarium dicendum, quòd Deus non dixit: nunquid non erat Deus in Israel, ad significandum, quòd liceret ire ad consulendum idola, si Deus Israel nolet respondere: sed solum ad magis increpandum, quia si Deus nolet respondere, licet iniustè ageret Ochozias consulendo idola, tamen haberet aliquem colorem ad consulendum: nunc verò Deus Israel prōptus erat ad respondendum: ideo non habebat aliquem colorē Ochozias, sed erat valde increpabilis.

Quare nuncij Ochoziæ, audita prophetia Eliæ, reuersi sunt. Quæstio X.

QVAERITVR vlterius, quare nuncij Ochoziæ reuersi sunt, quando Elias prædixit eis moriturum Ochoziam. Respondendum, ꝙ multæ causæ

A sunt. Prima fuit, quia isti nuncij ibant ad sciendum, an Ochozias superuiueret, vel moreretur: & hoc volebant scire à Beelzebub: Elias tamen reuelauit eis hoc: ideo putauerunt superfluum esse ire ad consulendum Beelzebub. Crediderunt autem isti nuncij Ochoziæ, ꝙ Elias verū loquebatur, q̄a ipse probabat hoc manifesto signo. Nam ad hoc, ꝙ aliquis probaret se esse prophetam, & dictum suum deberet credi, solum requirebatur, ꝙ præmitteret signum, Deu. 13. & 18. Elias tamen ponebat hic signum, quia prius quàm illi nuncij Achab aliquid loquerentur, Elias dixit eis ad quid ibant: & istud erat signum sicut facere aliquod aliud miraculum: ideo sufficienter probabatur illis nuncijs, Eliam esse prophetam: & cum ip-

B se prædixerit eis mortem Ochoziæ, crediderunt superfluum esse ire ad consulendū Beelzebub. Secūda rō fuit, quia isti nuncij credebant se peccare eundo ad cōsulendū Beelzebub, & licet à princio fortè nō crederent se peccare tñ postea crediderunt, qñ Elias īcrepuit eos valde ex parte Dei, dicēs: nunq̄d nō erat Deus in Israel? ideo noluerunt ꝓcedere vltra. Tertia ratio fuit ex timore: nā timuerunt isti nuncij Ochoziæ, ꝙ Deus infligeret eis aliquod malum tanquam rebellibus: Nam increpuit eos Elias, quia ibant ad consulendum Beelzebub. Credebant ergo, ꝙ ipsi ꝑ hoc non corrigerentur cessando ab itinere, ꝙ percuteret eos plaga dura. Hoc confirmatur, quia contra Ochoziam dixit Elias, ꝙ propter hoc, ꝙ miserat ad

C consulendum Beelzebub non surgeret: sic etiam ipsi percuterentur, quia ibant illuc: & potissimè postquam increpiti essent super hoc.

An Ochozias mortuus fuerit: quia misit ad consulendum Beelzebub, & aliàs tunc non erat moriturus. Quæstio XI.

QVAERITVR vlterius, an Ochozias propter hoc mortuus est, quia misit ad consulendum Beelzebub: & an aliàs non erat moriturus. Respondendum, ꝙ poterat esse, ꝙ casus Ochoziæ de cancellis esset tam grauis, vt ꝑꝑ eum Ochozias naturaliter moriturus esset, etiam si in nullo alio peccaret: vel

D poterat esse casus leuis, de quo non moriturus erat, nisi peccasset. Dicendū, ꝙ si primo modo ponat, pōt adhuc stare verbū Dñi. s. ꝙ q̄q̄ Ochozias moriturus esset cū ceciderit per cancellos, tñ mortuus est, quia misit ad consulendū Beelzebub. Sic. n. declaratū est præced. lib. c. 17. ꝙ multa mala naturaliter eueniūt, quæ tñ in pœnā peccatorū nostrorū sunt, & non venirent nisi peccaremus: & sic casus iste ſm se sufficeret ad inducendā mortē: & tñ non induxisset illam, nisi misisset Ochozias ad consulendum Beelzebub. Aliter dici pōt, ꝙ mors naturaliter ventura erat ꝓpter istū casum, etiam si Ochozias non peccaret in aliquo: & tñ Deus disponebat liberare eū à morte, si non mitteret ad consulendum Deum Accaron: & quia misit, permisit ꝙ moreretur. Simile fuit de Adam, quia dato ꝙ non peccasset, ipse naturaliter

E moriturus erat, quia compositio sua ex contrarijs induceret mortem: & tamen nunquam moreretur ipse, nec alij homines, si ipse non peccauisset, eo ꝙ Deus disponebat ex gratia cōseruare illos à morte, cum verò Adam peccasset, noluit Deus hanc gratiā facere humano generi: ideo permisit, ꝙ homines morerentur, sicut naturaliter morituri erant: & sic mors est nunc in hominibus data in pœnam. Et etiā est ex natura: est quidem ex natura directè: in pœnā verò inquantum propter peccatum Deus non fecit homini gratiam, quam aliàs facturus erat, cessare autem à beneficio, quod aliàs conferendum erat, pœna

Mors euenit homini ex natura, & ī pœnā peccati.

na est. Si autem dicatur, ꝙ iste casus erat leuis, ita ꝙ ex eo non erat Ochozias moriturus naturaliter, tunc apparet clarius scilicet, ꝙ propter peccatum solū mortuus est: & satis rationabile est hoc, quia sicut ille, qui naturaliter moriturus est, liberatur interdum propter conuersionē ad Dominū, ita, & ille, qui naturaliter moriturus non est, occidit interdū à Deo ꝑꝑ peccatū. De primo patet in Ezechia rege Iuda, quē pestis percussit, & moriturus erat naturaliter, ita vt Deus ei diceret: dispone domui tuæ, qa morieris, & non viues, inf. 20. & tñ cū postea lachrymas fudit ad Dñm, addidit Deus ei 15. annos vitæ, vt patet ibidem. Ita ergo Ochozias licet non esset moriturus naturaliter, Deus tñ occideret eū ꝑꝑ peccatū: & hoc est, quod dr̃ hic. s. ꝙ non surget de lectulo suo. Quilibet aūt istorū modorū est satis rōnabilis.

Qui dixit eis: Cuius figuræ, & habitus est vir ille, qui occurrit vobis, & locutus est verba hæc? At illi dixerunt: Vir pilosus, & zona pellicea accinctus renibus. Qui ait: Elias tesbites est. Misitque ad eum quinquagenarium principem, & quinquaginta, qui erant sub eo. Qui ascendit ad eum: sedentique in vertice montis, ait. Homo Dei, rex præcepit, vt descendas. Respondensque Elias, dixit quinquagenario. Si homo Dei sum, descendat ignis de cęlo, & deuoret te, & quinquaginta tuos: descendit ergo ignis de cœlo, & deuorauit eum, & quinquaginta, qui erant cum eo. Rursumque misit ad eum principem quinquagenarium alterū, & quinquaginta cum eo. Qui locutus est illi: Homo Dei, hæc dicit rex. Festina descende. Respondens Elias ait: Si homo Dei ego sum, descendat ignis de cœlo, & deuoret te, & quinquaginta tuos: descendit ergo ignis de cœlo, & deuorauit illum, & quinquaginta eius. Iterum misit principem quinquagenarium tertium, & quinquaginta, qui erant cum eo. Qui cum venisset, curuauit genua contra Eliam, & precatus est eum, & ait: Homo Dei, noli despicere animam meam, & animas seruorum tuorum, qui mecum sunt. Ecce descendit ignis de cœlo, & deuorauit duos principes quinquagenarios primos, & quinquagenos, qui cum eis erant: sed nunc obsecro, vt miserearis animæ meæ. Locutus est autem angelus Domini ad Eliam, dicens: descende cum eo, ne timeas.

23. q. 4. §. sed obijcitur, & ca. ea vindicta ante fi. c. nimium & q. fi. ca. leg. de cō seq. dist. 2. ca. re vera ante fin.

Qui dixit eis. Hic ponitur tertium huius cap. scilicet, regis Ochoziæ obstinatio, Eliam ad mortem ꝑsequentis. Nam cum nuncij sui redijssent propter verba Eliæ, iussit Eliam ad se duci, vt occideretur,

F & ad hoc inquisiuit de figura, & habitu illius, vt sciret quis erat ille, qui eos ab itinere incepto reduxerat, & dicitur. *Qui dixit eis: quare reuersi estis?* vidit Ochozias, ꝙ non iuerant nuncij sui ad Beelzebub: nam illico, vt misit eos, reuersi sunt, eo ꝙ Elias occurrit eis apud Samariam, & tunc ipsi reuersi sunt. *At illi responderunt, vir occurrit nobis.* s. Elias, & fecit nos reuerti. *Et dixit ad nos: ite, & reuertimini ad regem, qui misit vos.* scilicet propter mandatum eius rediuimus. Posset autem dicere eis rex: quare obediebatis illi viro contra præceptum meum? Poterant respondere, ꝙ ille vir prędixerat eis aliqua ex parte Dei, & apparebat manifestè illum loqui verba Dei, cum ostendisset signum s. reuelando eis, quòd in corde habebant: ideo tenebā-

G tur obedire Deo, saltem timore pęnæ. Sciendum tamen, quod isti nucij non cognouerunt, an erat ille Elias, vel alius de prophetis: sciuerunt tamen manifeste, ꝙ propheta erat, quia locutus fuit eis ex parte Dei, & dedit ad hoc signum. Quod autem nescirent eum esse Eliam, patet: quia dixerunt regi: vir occurit nobis, & nescierunt dicere, quis vir erat ille. Etiā, quia rex quæsiuit ab eis, cuius figuræ erat ille vir? & ipsi responderunt de habitu suo: & tamen si ipsi sciuissent, ꝙ Elias erat, non respondissent de habitu, sed de nomine viri. Etiam patet, quia respondentibus eis de habitu, rex dixit: Elias Tesbites est: ergo ipsi nesciebant eum: *Et dicetis ei: hæc dicit Dominus.* Viri isti tenebantur dicere verba ista Ochozię, quia erant

H adeo dura, & ipsi cognoscebant istud. *Nunquid, quia non erat Deus in Israel, mittis, vt consulatur Beelzebub Deus Accaron?* quasi dicat, si Deus est in Israel, qui possit respondere ad dubia, frustra est, quòd mittas ad cōsulendum Deos terræ alienæ: & tamen mittis ad consulendum eos: ergo arbitraris non esse Deum in Israel. Hoc tamen valde irrationabile est. ideo magnam pœnam mereris. Est autem Accaron famosa ciuitas in terra Philisthinorum circa Mare Mediteraneum, in qua postea fuit ordo quorundam militum, qui vocantur de sancto Ioanne: & illa ciuitas vocatur vulgariter, Acre: & inde dicitur sanctus Ioannes de Acre, idest, de Accaron. *Idcirco de lectulo, super quem ascendisti, non descendes, sed morte morie-*

I *ris.* Scilicet, propter hoc, quòd misisti ad consulendum idola, morieris. Et istud verum est siue naturaliter ex casu illo moriturus esset, siue non, vt declaratum est supra.

Accaron ciuitas nūc dicitū Acre, & vbi sita. Ordo militaris sancti Ioānis de Acre, qui est nobiliss[imus] & ditissimus in his partibus vbi habet sedere, & ex quo sumpsit initiū.

Quare Elias noluit ire ad nunciandum ista Ochoziæ.
Questio XII.

QVAERITVR, quare Elias non iuit in Samariam ad dicendum ista Ochoziæ, sed dixit nuncijs eius, quòd dicerent sibi. Respondendum, quòd Elias non iuit illùc, quia Deus non iussit ei, nisi solum quòd exiret obuiam seruis Ochozię, & diceret eis ista. Item Elias timebat ire

K ad Ochoziā, quia ille erat pessimus rex, sicut Achab: & iussisset eum occidi, si prænunciasset ei ista mala: ideo cum non iussisset ei Deus hoc, non iuit illùc, et si putasset, quòd bonum erat ire illuc. Sed dicetur, quare Deus non misit Eliam ad Ochoziam ad denunciandum ei ista mala? Respondendum, quòd fortè fuit hoc ad significandum indignitatem ipsius Ochoziæ, quæ tanta erat, quòd Deus non dignabatur mittere ad eum prophetas suos, sed per nuncios Ochoziæ, mittebat ei ad dicendum pœnam futuram: vt sicut Ochozias contempserat Deum Israel, non mittendo ad consulendum eum, sed Beelzebub, ita Deus ostenderet valde cōtēptibilem Ochoziam, non dignando mittere ad eum prophetas suos

suos saltem ad prædicendum mala. Et hoc patet, qa etiam postquam rex misit ad dicendum, quòd veniret Elias, non venit vsque ad tertiam vicem: & in duabus vicibus combusti sunt duo principes quinquagenarij, quilibet cum quinquaginta viris suis: & in tertia vice venit, quia cum magna humilitate petitum est, quòd veniret.

Quare Deus nunciare fecit Ochozię mortem suam.
Quęstio XIII.

QVAERETVR vlterius, quare Deus misit ad dicendum Ochoziæ, quòd moriturus erat, qa miserat ad consulendum Beelzebub.

Respondendum, quòd hoc fuit propter duo. Primum fuit ex abundatissima Dei misericordia: nam licet Israelitæ peccarent, Deus nunquam se subtraxit omnino ab eis: sed denunciabat eis peccata sua per prophetas, reuocando eos à malo, quando rationabile erat hómines increpari, & admoneri. Et si quanquam peccatum Ochoziæ manifestum esset, tamen vt discederent Israelitæ à peccatis, prænunciauit Ochozię malum propter peccatū istud. Secundum fuit in pœnam Ochoziæ, & admonitionem aliorum Israelitarum, scilicet, quia si Ochozias non increparetur per Eliam, nihilominus Deus volebat, quòd moreretur propter peccatum suum, & tamen si non fuisset mors ista prænūciata à Deo, putauisset ipse Ochozias, quòd non moriebatur ꝓpter peccatum, scilicet, quia miserat ad consulendū Beelzebub, sed quia naturaliter moriturus erat, etiā si non peccaret: & non doleret tantum, sicut si sciret, ꝙ à Deo occidebatur propter peccatum. Etiam alij Israelitæ peccatores putarent, ꝙ Ochozias non moriebatur propter peccatum: vnde non distraherentur à peccando propter mortem Ochoziæ: nūc verò scirent, ꝙ Ochozias moriebatur, quia miserat ad consulendum idola. Ideo ipsi cauerent timentes facere talia, ne incurrerent pęnas à Deo.

An nuncij Ochozię tenerentur nunciare, quę eis dixerat Elias. Quęst. XIIII.

QVAERETVR vlterius, an tenebantur isti nūcij Ochoziæ dicere ei id, qđ dixerat sibi Elias. Respondendum, quòd si Elias solum dixerat illis, quid euenturum esset regi, & non dixit, ꝙ dicerent ei ista, non tenebantur dicere aliquid: nunc verò Elias dixit illis, quòd dicerent, vt patet in litera, scilicet. Vir occurrit nobis, & dixit ad nos: ite, & reuertimini ad regem, qui misit vos, & dicetis ei, & cetera. Non tamen tenebantur isti viri sequi præceptum Eliæ, nisi constaret eis, ꝙ erat propheta, & ꝙ iubebat eis ex parte Dei. Hoc autem cognouerunt, quia Elias declarauit eis id, quod erat in corde eorum antequam ipsi quidquam loquerentur: ideo tenebantur agere quod iubebat: & si non agerent, timere deberent pœnam sibi à Deo inferendam. Et ista fuit vna de causis, propter quas reuersi sunt ad Ochoziam, scilicet, quia putauerunt se obligatos ad mandatum Eliæ, licet non cognoscerent eum esse Eliam: sufficiebat tamen, ꝙ crederent eum esse aliquem de prophetis: & hoc certissimè sciebant. *Qui dicit eis: cuius figurę, & habitus est vir, qui occurrit vobis, & locutus est verba hęc.* subintelligendum est, ꝙ Ochozias petiuerit quis erat ille vir, & nesciuerint respōdere nuncij: & tunc quæsiuit Ochozias de figura, & habitu eius: vt per hæc ipse, & alij, qui pręsentes erāt, possent coniecturare quis erat. Et dixit: cuius figurę est, scilicet, quantum ad lineamenta corporis, &

A quantum ad magnitudinem, & paruitatem: & cuius habitus, scilicet, quantum ad vestes: nam per ista duo poterat iudicari de eo. Potissimè, quia prophetæ differebant ab alijs hominibus in modo vestium, cum essent ipsi quasi religiosi inter cęteros. Sed dicetur, ad quid quærebat scire Ochozias, quis erat iste vir? Dicendum, quòd volebat hoc ad mittendū pro illo: nam immediatè misit pro illo, vt patet in litera. *At illi dixerunt: vir pilosus, & zona pelicea accinctus renibus.* Expresserunt isti nuncij habitum, & figuram Eliæ, de quibus rex quæsiuerat: figuram quidem, in quantum dixerunt: vir pilosus est. Et accipitur figura largè: nam figura dicit lineamenta: esse autem pilosum, vel sine pilis, non est lineamentum:

B quia tamen est quædam dispositio intrinseca, per q̄ cognoscitur homo, sicut per figuram, vocatur figura. Dicitur autem Elias pilosus dupliciter: vno modo, quia erat inductus pellibus animalium pilis versis ad partem exteriorem, & tunc apparebat pilosus ex omni parte corporis. Vel dicitur pilosus, idest, quia ex dispositione sua corporali erat valde pilosus. Et istud poterat accidere dupliciter: vno modo ex complexione, scilicet: quia quidam viri sunt pilosiores alijs. Alio modo ex carentia vestium. Nam homines, qui in siluis consueuerunt habitare, & habere corpora pro maiori parte nuda, efficiuntur pilosiores ceteris hominibus: quia natura dat eis pilos tunc in tegumentum, sicut bestijs, quibus

Quomodo Elias erat pilosus.

C nullum tegumentum per artem quæritur: sed natura confert duriciem cutis, & magnitudinem pilorum. Dicitur etiam zona pellicea accintus renibus, idest, zona de corio animalis, quæ exterius pilos haberet. In Hebræo dicitur, zona de corio, & idē quasi est: litera tamen nostra dixit, pellicea, eo quòd corium denotat ipsam cutem rasam abscisis pilis, & isto modo de corio fiunt nobis zonæ: pellis autem dicitur ipsa cutis animalis cum pilis: & sic zona pellicea dicitur, zona de illo corio cum pilis suis, non facto aliquo apparamento per artem in illo corio. Et rationabiliter noluit litera nostra ponere zona de corio, sicut litera Hebraica dicit, eo quòd isti nuncij dixerunt ista signa Eliæ, ad distinguendum eum ab

D alijs hominibus: & tamen si diceretur, quòd habebat zonam de corio, in hoc non distinguebatur ab alijs: quia omnes communiter habent zonas de corio: ideo dixit, zona pellicea, idest, de pelle cum pilis: & nulli hominum habent tales zonas, nisi syluestres rustici, & valde pauperes, qui non possunt emere coria apparata per artem: & in hoc cognitus est Elias ex isto habitu despecto: & scriptura laudat Eliā: quia his vestibus vtebatur, non habens aliquam curiositatem, eo quòd viri sancti non attendebant ad vestes, sed ad virtutes: quia non in veste est verbum Dei, nec in cibo, nec in sermone, sed in intentione, opere, & virtute.

Viri sancti non attendunt ad vestes, sed ad virtutes.

E *Qualis erat habitus Elię, & Ioannis Baptistæ, & quare Ioannes voluit imitari Eliam in habitu.*
Quæstio XV.

QVAERETVR, qualis erat iste habitus Eliæ, & an erat vir pilosus, i. naturaliter pilis abundans, vel opertus aliqua pelle, cuius pili essent à parte exteriori. Respondendum, quòd de pilositate Elię possunt assignari tres modi supra positi, & quilibet eorum potest aliqualiter conuenire. Dicēdum tamen, ꝙ Elias erat vir pilosus, idest, habebat vestem, cuius pars exterior erat tota pilosa, sicut pellis animalis: & hoc, quia fortè vestis sua erat aliqua pellis versis exterius pilis: vel erat vestis facta de pilis grossis,

sis, & magnis animalium sine arte cōposita: & ideo pili magni prominebant exterius, tanquam esset illa vestis pellis aīalis: & tūc pilosus non dicit figurā, sed habitum, & istud rationabilius est. Sic patet de beato Ioanne Baptista, qui secutus est, per omnia vitam Eliæ, ita vt à Iudæis putaretur esse Elias, & mitterent ei ad dicendum si erat Elias, vt patet Ioan. primo ipse tamen habuit habitum omnino conformē isti habitui Eliæ, vt patet Mat. 3. cum dicitur, quòd Ioannes habebat vestimentum de pilis camelorum, & zonam pelliceam circa lumbos suos, vestis autem facta de pilis camelorum erat nimis hispida, & pili prominebant exterius, ita vt non videretur vestis facta per artificium, sed pellis animalis, versis exterius pilis: ideo dicebatur Elias, talem vestem habēs pilosus. Quod autem Elias haberet sic vestimentum de pilis camelorum, patet, quia Ioannes habuit zonam pelliceam, & in hoc fuit similis Eliæ: ergo etiā in reliquo habitu vellet ei esse similis: & tamen Ioannes habebat vestem de pilis camelorum: ergo etiam haberet Elias: potissimè, quia vocari pilosum, vel habentem vestem de pilis camelorum, modicum differt. Item patet, quia si non similaret beatus Ioannes Eliæ in habitu, omnino nō putaretur esse Elias, dato, ꝙ haberet alias similitudines: & tñ putatus est Elias: ideo videtur, ꝙ eundem habitum habebat.

Ioannes Baptista sequutus est ꝑ omnia vitā Eliæ.

vestis Eliæ de pilis camelorū.

Quare Elias vtebatur habitu vili. *Quæstio XVI.*

QVAERETVR vlterius, quare Elias vtebatur tali habitu. Respondendum, quòd Elias nō vtebatur isto habitu pauperrimo pro paupertate, tāquam non potens alium habere, sed pro religione. Pro quo sciendum, quòd Elias fuit vir sanctus valde, & cęteri prophetæ, sed Elias potius: & ad contemnendam gloriam seculi, & ad ostendendum, alia meliora bona reposita esse in futuro seculo, quę homo acquirere potest bonitate vitæ, quàm ea, quę in præsenti cernuntur: & vt ostendatur desiderium illorum, quod sine contemptu istorum non est: accepit vestem contemptibilem, scilicet factam de pilis camelorum. Habebat autem ista vestis duo, scilicet, duriciem, & contemptibilitatem: duriciem quidem, quia erat de pilis camelorum, non per texturam, vt aliqui volunt, sed per quasdam nodositates, & complicationes. Et dato, quòd per texturam sit, cum illi pili sint duri, erit vestis dura. Istud autem pertinet ad signum virtutis, & exercitium: ad signum quidem, inquantum significatur fuga delectationum, & blandimentorum seculi in duricie vestis. Nam illi, qui induuntur vestibus mollibus, sunt, qui desiderant seculi blandimenta, & honores: & isti morantur in domibus regum ad consequendum ista. Sic dixit Christus Matth. 11. Sed quid existis videre in desertum, hominem mollibus vestitum? ecce qui mollibus vestiuntur in domibus regum sunt. Sicut ergo illi, qui mollibus induuntur, quærunt blandimenta seculi, & honores, ita illi, qui duris induuntur, significant se omnia ista fugere. & tanquam noxia deuitare. Est autem exercitium virtutis asperitas vestium: quia temperantia consistit circa delectationem tactus, & gustus: & in delectationibus superabundantibus rerum mollium intemperantia est: ideo duricies vestis congruit ad exercitandam virtutem. Secundo erat in veste Eliæ contemptibilitas, & hoc etiam valde conuenit religioni. Vestis enim preciosa secundum se peccatum non est: & tamen quædam mala inducit, vel signat, quæ non significantur per vestem duram, nec inducuntur per eam. Nam ad hoc, ꝙ aliquis habeat

Elias vtebatur habitu pauperrimo de pilis camelorū pro religione.

F vestem pretiosam, oportet solicitum esse de acquisitione pretij ad habendum illam, cum vestes istę sine magno pretio non habeantur: seruo tamen Dei non competit solicitari nimis circa terrena, quia vita sua debet esse in cęlestibus, iuxta illud Apostoli: conuersatio nostra in cęlis est: vestis autem contemptibilis paruo pretio eget: ideo ad habēdam illā parua solicitudo necessaria est, ita vt ferè totum tēpus vacet seruo Dei ad solicitandum se circa Deum: & paruum tempus sit in solicitudinibus seculi, iuxta illud Amos: solicitum esse prius Deum suum. Secundò, vestis preciosa non conuenit viro Dei: quia nō solum solicitudinem requirit in acquirendo, sed etiam in conseruando, & mundam habendo: & tñ
G ista solicitudo incidit in id, qđ primū. Tertiò nō ꝯuenit, qa habēti vestē ꝑtiosam nō congruit humiliari ad īfima opera seruitutis, & opera banausorū: seruus tñ Dei debet humiliari, & obedire vsq; ad extremū genus seruitutis. Quartò nō cōuenit vestis ꝑtiosa, & potissimè propter significationē: qa vestes pretiosæ causant quādam iocunditatem, & communiter desiderant: seruus autē Dei non debet aliquid istorū desiderare, sed oīa debet despicere, vt stercora, vt solū Christū lucrifaciat, iuxta verbū Apostoli ad Philip. iij. Illi tamen, qui gestant pretiosas vestes, videntur delectari in eis, & desiderare eas antequam habeant: ideo non competunt seruis Dei, ne videantur seculi blandimenta, & honores appetere. Qui ergo ad
H Deum maximè appropinquare volunt, omnia ista fugiunt. Elias autem fuit exemplar virtutis, & desiderij futuri seculi inter antiquos: nam de eo dicitur Eccle. quadragesimo octauo, quòd surrexit Elias propheta quasi ignis, & verbum ipsius quasi facula ardebat: ideo ipse voluit esse distinctus à cæteris tam in vestibus, quàm in communicatione. In vestibus quidem, quia habuit vestes de pilis Camelorum, quæ cæteris duriores erant, & contemptibiliores. In communicatione autem, quia ipse sequestratus erat à cæteris hominibus, habitans in monte Carmelo: hoc etiam religiositati conueniebat, scilicet, fugere seculi communicationem. Istam omnino vitam tanquam perfectissimam te-
I nuit beatus Ioannes Baptista: nam ipse egressus vrbes, habitabat in deserto: eratque vestis eius de pilis Camelorum, & Zona pellicea circa lumbos eius: cibus autem suus erat mel siluestre, & locustę, Matth. 3. & ob hoc putatus est Elias, quia in nullo differebat ab eo. Iste autem modus habitus, & vitæ conueniebat magnæ religioni: vnde Beatus Ioannes, quo non surrexit maior inter natos mulierum, tenuit istam vitam, tanquam conuenientem maximè perfectioni. *Qui ait, Elias Thesbites est*: scilicet, relatis istis signis cognouit rex, quod erat Elias, quia nullus alius prophetarum talem modum habitus habebat. *Misitque ad eum quinquagenarium principem, & quinquaginta erant sub eo.* Erant principes regis distincti per quin-
K quagenarios, & centuriones, & tribunos, & iste, qui nunc missus est ad Eliam, erat quinquagenarius, & habebat sub se quinquaginta viros, quos cum illo misit Ochozias ad Eliam. *Qui ascendit ad eum* .s. quinquagenarius ascendit ad Eliam, & dicitur, ꝙ ascendit, qa Elias erat in monte. *Sedentiq; in vertice montis: ait.* s. Elias sedebat ī vertice mōtis Carmeli: qa ibi erat habitatio sua sequestrata à populis. Sic etiam beatus Ioan. Baptista, qui secutus est viam Eliæ, morabatur in deserto Iudeæ, & illùc confluebant ad eū multi, vt Baptizarentur in Iordanæ. *Homo Dei, rex precepit vt descendas.* Vocauit eū hominem Dei: qa erat propheta: & vocantur prophetæ viri Dei: dixit autem: rex præcepit vt descendas: quia rex dixerat, ꝙ Elias

Vestis preciosa non conuenit viro Dei.

Laudes Eliæ, & Ioannis.

Elias veniret ad se, & iubebat ei ille quinquagenari⁹ ex parte regis. *Respondensq; Elias dixit quinquagenario.* Noluit Elias cōsētire dicto quinquagenarij, sed potius inprecatus est super eum iram Dei. s. vt cremaretur igne cęlesti. *Si homo Dei sum, descendat ignis de cęlo, & deuoret te, & quinquaginta viros tuos.* i. tu vocasti me hominem Dei: & si verū est, ꝙ ego sum homo Dei, scilicet, quòd ipse acceptat preces meas, oro, vt descendat ignis de cœlo, & deuoret te, & l. viros tuos.

Quare Elias vocatus est à rege per quinquagenarium. Quæstio XVII.

QVAERETVR, ad quid misit Ochozias istum quinquagenarium ad Eliam. Aliquis dicet, ꝙ misit ad tenendum eum. s. quia Ochozias iratus fuerat nimis, ex eo quòd Elias dixerat eum moriturū: & consilio matris suæ Iezabel misit ad vocandum Eliam ad occidendum eum. Sic enim ipsa Iezabel voluit iterum occidere Eliam præcedenti lib. capi. xix. Et tunc dicendum, quòd quinquagenarius iste iuit cum quinquaginta viris, ad hoc quòd si Elias venire nolet, violenter eum traheret. Hoc autem aliqualiter colligitur: quia quinquagenarius dixit: rex præcepit, vt descendas. Item quia Elias orauit venire ignem de cœlo super quinquagenarium, & viros suos. s. quia iniustè volebant eum tenere. Et secundum istam intentionem, quæ à multis approbatur, continuauimus literam. s. quòd in ista particula ageretur de obstinatione regis Eliam ad mortē inquirentis. Aliter tamen dicendum videtur, & melius. s. ꝙ Elias petebatur à rege, vt veniret, non quidem ad occidendum ipsum, sed solum ad certificationem habendam de verbis, quæ dixerat. Nam locutus fuerat nuncijs Ochoziæ de morte eius: ipse vero non contentus verbis illorum voluit radicalius scire ab Elia: ideo misit ad vocādum eum: & sic posset intelligere, an prophetia esset dicta secūdum Dei firmam sentētiam, vel comminationem: & an aliquid esset, per quod posset euadere mortem. Nā prophetæ interdum postquam prænunciabant malum contra aliquos, dabant consilium ad euadendū illud malum: sicut fecit Ioel, qui prænunciauit, locustam, & brucum destructuros terram Iuda: & tamen postea dedit consilium, ꝙ se affligerent in ieiunio, & oratione, & forte Deus exaudiret: & sic factum est, Ioelis ij. Hoc autem colligitur aliqualiter: quia postea quando venit Elias ad Ochoziam, nihil ei sfacere tentauit, sed solum audiuit ab eo, quid Deus dixisset, vt patet inf. Item si misisset Ochozias istum quinquagenarium ad tenendum Eliam, non curasset dicere ei: Homo Dei, rex præcipit, vt descēdas: sed tenuisset eum, & captum duxisset. Quod autem habuerit secum quinquaginta viros, non fuit ad tenendum Eliam violenter, sed ad honorandum eum: quia rex deprecabatur, vt veniret, & diceret ei de ægritudine sua. Et istud rationabilius est. *Descendit itaq; ignis de cęlo, & deuorauit eum, & quinquaginta, qui erāt cum eo,* scilicet, illico, vt Elias petiuit hoc, descendit ignis, & cremauit quinquagenarium cum viris suis.

An ignis comburens quinquagenarium cum viris quadraginta de cęlo descenderit, vel fuerit de nouo genitus. Quæstio XVIII.

QVAERETVR de isto igne, qualiter se habuerit. s. an descēderit de sphera ignis, vel de alio loco: vel an fuerit productus in ipso loco, in quo cōbust⁹ est quinquagenari⁹ cū viris suis. Rn̄dēdū, ꝙ iste ignis poterat descendere de sphęra ignis, vel de alia par-

A te aeris: vel fuerit ī ipso loco genitus vbi cōbusti sūt viri. Tertiū tn̄ non est dicendū hic: qa Elias petiuit, ꝙ descēderet ignis de cęlo. Si aūt generaret in loco illo, ī quo cōbusti sunt viri, non descēderet: iō oportet ꝙ in aliquo loco superiori fuerit, de quo descenderit, ad hoc, ꝙ Deus videret exaudire orōnē Eliæ. Itē qa dr̄ hoc ꝙ descēdit ignis de cęlo: ergo nō fuit ibi genitus, vbi cōbusti sunt viri. Duo aūt alij modi possunt teneri indifferenter. Sciēdū tn̄, ꝙ accipitur hic large, descendere de cęlo: qa ignis nō est in cęlo, nec aliqđ elementū: iō non potest descendere de illo: maximè qa dato ꝙ esset cęlū de natura ignis, nō secaret inde aliqua pars, ne fieret corruptio ī corpore cęlesti: sed s̄m modū vulgarem dr̄ de cęlo venire Qūo aliquid dicit descendere de cęlo

B oē, qđ venit de parte superiori: qa locus aeris, & ignis dicitur cęlum, eo ꝙ est supra nos iuxta illud: volucres cęli. i. volucres aeris: & tūc si descēderet ignis de sphera sua: quia illa superior est, q̄ aer, & aer vocat̄ cęlū, diceret descendere de cęlo: vel si fuerit genitus ille ignis in aliqua parte aeris, & descēderit ad cremandū viros, diceret̄ descēdere de cęlo, eo ꝙ aer vocat̄ cęlū. Sed adhuc dicendū rationabilius esse, ꝙ iste ignis genitus fuerit ī nubibus īferioris partis circa primū intersticiū aeris, & descenderit inde, q̄ ꝙ descenderit de sphęra sua. Nā ꝙ descēderet de sphęra, est ponere plura mirabilia, q̄ ꝙ productus fuerit ī nubibus: Nā nō poterat ille ignis secari ab alijs partibus sphęrę suæ, nisi ꝑ violētiā, eo ꝙ naturaliter appe

C tit quelibet res vnitatē, & refugit sectionē. Etiā, qa ignis naturaliter ascēdere debet vsq; ad sphęrā suā, & descendere esset ꝯ naturā. Etiā qa si ignis descēdisset ꝑ sphęrā aeris, trāsiuisset ꝑ locū frigidissimū. s. ꝑ aerē caliginosum, nō poterat nō extingui, nisi ꝯseruaret̄ sup̄ naturaliter: rōnabilius ergo est ponere, ꝙ ille ignis fuerit genitus ī parte interiori aeris. s. circa intersticiū primū aeris, & hoc sufficiebat ad intētionē Eliç. s. ꝙ descenderet ignis de aliqua parte aeris, ita vt videret̄ descēdere de cęlo, & ꝑ hoc putaret̄ à Deo mitti. Et ista fuit causa, quare Elias nō solū petiuit, ꝙ cremarent̄ illi viri, sed ēt ꝙ descēderet ignis de cęlo ad cremandū eos. Nā si ignis causatus fuisset in parte inferiori, ita vt non videretur descendere,

D q̄q̄ à Deo causaret̄, poti⁹ poterat putari naturaliter genitus, sicut aliqn̄ causant̄ īflāmationes circa terrā, vel putaret̄ factū esse à Dęmonibus: nūc verò cū descēderet ignis de cęlo, q̄q̄ nō ꝯcludat necessariò ꝙ à Deo erat, tn̄ ꝓbabilius erat sic esse à Deo, q̄ aliàs.

An Elias peccauit orando, quòd descenderet ignis de cęlo ad deuorandum illos. Quæstio XIX.

QVAERETVR vlterius, quare Elias petiuit, ꝙ descenderet ignis de cęlo ad cremandū istos viros. Et an peccauerit petendo, vt veniret ignis de cęlo sup̄ istos? Et dicendū primo ꝙ non: quia si peccasset, Deus nō exaudisset ipsum in orōne illa, q̄ ad ma

E lū erat: qa Deus peccatores nō exaudit, Io. ix. & potissimè qn̄ orāt aliquid, qđ malū est: & tn̄ Deus exaudiuit Eliā, mittendo ignē de cęlo bis sup̄ duos quinquagenarios: ergo non peccabat. Itē patet ex orōne Eliæ, qa ipse dixit: si homo Dei sum, descendat ignis de cęlo. i. si Deus acceptat p̄ces meas tanq̄ serui sui, oro, ꝙ descendat ignis: ergo Elias petebat hoc fieri, si Deus iudicabat illud esse iustū, & alioquin non. Cū aūt quærit, quare Elias petiuit, ꝙ descenderet ignis: Aliqui putant ꝙ hoc fuit: quia volebāt illi quinquagenarij tenere Eliā, & ducere vinctū: iō petiuit, ignē descendere ad cremandū eos, ne possent eū tenere. Et hoc videtur aliqualiter colligi Lucæ ix. vbi dixerūt Iacobus, & Ioānes ad Christū: Dn̄e vis dicamus, Elias quare petiuit, qđ ignis descenderet.

vt

vt ignis descendat de cęlo, & consumat illos, sicut Elias fecit: & sic volebāt illi discipuli petere ignē ad similitudinem Eliæ: & tamen illi volebant petere ignem in vindictam iniuriæ.s. quia nolebant Samaritani aperire portas vrbis, vt patet ibidem. Ergo ēt Elias petiuit ignem de cœlo super illos viros: quia ei aliquam iniuriam faciebant, vel facere intendebant. Sed istud non stat: quia Elias erat vir Dei: & ad viros Dei pertinet tolerare iniurias, & non vindicare eas: vnde si Elias ad vindictam petiuisset, Deus nō exaudisset eum: quia Deus non seruit iniusto desiderio hominum. Etiam fuisset increpādus valde Elias desiderans vindictam: patet, quia sic increpuit Christus Iacobum, & Ioannem: q̄a volebant petere ignē de cœlo super Samaritanos, Luc. ix. cum dicitur: & conuersus increpauit illos, dicens: nescitis cuius spiritus estis: filius hominis non venit animas hominū perdere, sed saluare. Sed Elias tenebatur ad non vindicandum iniuriam sicut discipuli: ergo non fecit propter hoc. Item dato ꝙ Elias voluisset, ꝙ non caperetur, non orasset ꝙ veniret ignis de cœlo ad cōburēdum illos: sed orasset, vt Deus poneret aliquod impedimentum, per quod nō possent capere eum. Sic enim fecerunt alij viri sancti quando nolebant cogi ad aliquid: sicut fuit de beata Lucia, quam volebat princeps ducere ad lupanar, & oratione facta immobilis fuit, ita vt multa iuga boum simul, & homines non possent eam mouere. Alij autem dicūt, ꝙ Elias orauit, vt veniret ignis de cœlo super istos, eo ꝙ erant Idolatræ, & consenserant regi Ochozię, mittendo nuncios ad Beelzebub, Sed dicendum, ꝙ hoc non sufficit: quia dato quòd isti essent mali, nō licebat Eliæ occidere ipsos: & etiam non licebat ei orare, vt occiderentur: quia istud erat malum: potissimè quia ipse non orabat, vt destruerentur ad hoc, vt saluarentur. Dicendum igitur, quòd Elias orauit venire ignem de cœlo super istos à Deo, motus ad hoc. Fuit autem motiuum: quia isti viri erāt mali, & peccauerant in Idolatria, & in multis alijs: Deus aūt volebat eos occidere, & ad hoc mouit Eliam, vt oraret pro occisione illorū. Et licèt ipsi non mererent mortē ex aliquo, quod nūc faciebant contra Eliā, merebantur tamen ex multis alijs, quæ fecerant: & Deus voluit eos nunc occidere, vt occisio sua proficeret ad terrorem emēdationis peccati Ochozię, & Idolatrarum, vt omnes timerent facere aliquid circa Idolatriam, cum non solum ipsi Idolatræ punirentur, sed etiam illi, qui ibant ad vocandum prophetam Dei ex parte regis idolatrę. Sic enim fuit in principio Ecclesiæ primitiuæ, cū Ananias, & Saphira voluissent fallere Apostolos super prætio agri, Deus voluit punire peccatū illud acriter, ad terrorē omnium aliorū, qui venirent ad cultum Christi, ne aliquis auderet mentiri. Et ob hoc mouit beatū Petrum, vt pronunciaret mortem illis immediatè vēturam, & sic factum est, Actuum v. nā ad verba Petri mortui sunt. Et sic dicendum, quòd dato ꝙ Elias non orauisset ignem descedere super istos, Deus volebat eos occidere: & tū vt mors eorum magis proficeret ad terrorem idolatrarum, & ad auctoritatē prophetarum, mouit Deus Eliam, vt oraret pro eorum occisione. Si autem obijciatur, quòd peccauerit: quia Christus increpuit Iacobum, & Ioānem, ꝙ petebant ignem descendere de cœlo. Dicendum ꝙ increpuit illos: quia non mouebātur bono zelo, sed propter vindictam: ideo dixit eis: nescitis cuius spiritus, Luc. ix. Elias autem non motus fuit propter irā, sed quia spiritus Dei mouit eum, vt declaratum est: ideo non peccauit. Sic patet de beato Petro: nā Christus increpuit Iacobum, & Ioannem: quia volebant

An viri sācti debeāt mala petere contra illos, qui sibi volūt nocere.

F petere ignem de cœlo super samaritanos: & tamē nō increpuit beatum Petrum, qui dixit Ananiæ & Saphirę, ꝙ morerentur, & immediatè mortui sunt post verba eius: sed scriptura approbat illud, tanquam factum per spiritū sanctum, Actuum quinto. *Rursum misit ad eum principem quinquagenarium alterum, et quinquaginta cum eo.* s. combusto primo quinquagenario, & Elia non veniēte, misit Ochozias alium quinquagenarium. De isto secundo quinquagenario dicendum, quòd eadem causa mittēdi eum fuit quæ in primo quinquagenario. s. ad honorandum Eliā, vt venirent cum eo quinquaginta viri. *Qui locutus est illi: Homo Dei hoc dicit rex, festina descende*, iste quinquagenarius eodem modo locutus est sicut primus; G & ideo Elias orauit ignē de cœlo descendere super eum sicut super primum. *Respondens Elias ait: si homo Dei ego sum.* i. si Deus acceptat orationes meas, rogo, vt descendat ignis de cœlo super te: *descendit ergo ignis de cęlo, & deuorauit illum, & quinquaginta eius.* Ita iste cōbustus est sicut primus: quia ipse peccauerat sicut primus. s. quia erat idolatra, & consentiebat Ochozię in peccatis: & Deus volebat occidere eum propter peccata: & mouit Eliam, vt oraret pro morte eius. *Iterum misit principem quinquagenarium tertium: & quinquaginta, qui erant cum eo*, nullus duorum primorum redierat, nec Elias venerat: ideo semper mittebat Ochozias nuncios.

H *Quare Ochozias misit secundum quinquagenarium, cum primus esset combustus.*

Quęstio. XX.

QVAERITVR, cum primus quinquagenarius fuisset combustus cum quinquaginta viris suis, quare rex mitebat aliū quinquagenariū: q̄a deberet timere, ꝙ ille combureret: etiam ipse, q̄ mittebatur, formidare deberet, quòd combureretur, sicut prior. Aliquis dicet, quòd rex non timuit mittere secundum quinquagenarium, nec tertium: quia non sciebat quali morte prior consumptus fuisset: immo nesciebat, an mortuus fuisset: sed videbat, ꝙ morabatur primus: ideo misit secundum: & videns I secundum morari, tertium misit, nihil mali suspicatus, sed admirans quomodo tandiu redire moraretur. Sed dicendum, quòd hoc non est verisimile: q̄a rex non mittebat aliquem ad vocandum Eliam, quousque sciret quid egisset primus quinquagenarius, qui ad vocādum eum iuerat: & si fortè ille moraretur, mitteret ad sciendum quid ille ageret, non tamen ad vocādum Eliam: misit tamen secūdum, & tertium quinquagenarios ad vocandum Eliam: quòd patet ex verbis eorum: nam quilibet eorum dicebat: homo Dei descende: ideo non fuerunt missi isti quinquagenarij ad sciendum, quid ageret primus, sed solum ad vocandum Eliam. Item si rex misisset ad sciendū quomodo morabatur primus quin- K quagenarius, nō misisset alios quinquagenarios, sed vnum virum: & tamen misit qualibet vice vnum quinquagenarium: ergo ille non ibat ad vocandum priorem quinquagenarium, sed Eliam. Item patet clarius, quòd Ochozias sciret primum quinquagenariū fuisse cōbustum, vel saltem s̄m: nam q̄n iuit tertius, dixit ad Eliā: noli despicere animam meam: ecce descendit ignis de cęlo, & deuorauit duos principes quinquagenarios: sicut ergo iste sciebat mortem illorum duorum quinquagenariorum, ita etiā verisimile erat, quòd rex sciret eam. Dicendum ergo ꝙ Ochozias sciuit quō primus quinquagenarius cōbustus fuerat & tamē misit s̄m quinquagenariū & tertium: & forte adhoc erāt duæ causæ motiuæ. Pri-

Determinatio.

Prima, quia nesciebat, cur primus quinquagenarius combustus fuisset: ideo non putabat secundū comburendum: nam non credebat, ꝙ ideo combustus fuerat, quia Deus vellet eum comburere propter hoc, ꝙ ipse mittebat eum ad vocandum Eliam, sed propter aliqua peccata eius, & tunc dato, ꝙ vnus quinquagenarius peccasset grauissimè, & Deus eū combussisset, non combureret alium: erat aūt istud aliqualiter verisimile, quia non mittebat Ochozias quinquagenarium ad aliquod malum, sed solū ad uocandum Eliam, vt supra declaratum est. Secundum motiuum esse poterat ex obstinatione Ochoziæ circa propositum suum: nam quando aliqui desiderant aliquam rem valde, etiam si eueniant eis infortunia circa illam, semper feruntur in eam, non putantes propter illam rem sibi euenire, vel saltem expectantes aliquando sibi bonum euenturū. sic fuit in Saule, qui misit nuncios ad capiendum Dauid, & Samuelem, & illi nuncij coacti sunt prophetare: quo nunciato Sauli, misit alios nuncios, & etiam illi prophetauerunt: ad vltimum autem ipse iuit, putans se non prophetaturū, & ēt ipse coactus est prophetare supra 1. lib. c. 19. De ipso autem secundo quinquagenario dicendum, ꝙ motus fuit ex eisdē causis, ex qbus Ochozias, qa ille erat malus, & Deus excęcabat eum, vt traderetur in mortē.

Quinquagenarius tertius quomodo ausus est ire ad Eliam, combustis primis. *Quæst.* XXI.

QVAERITVR vlterius, de tertio quinquagenario, quomodo ille ire ausus est, combustis duobus primis quinquagenarijs, & ipso hoc sciente. Respondendum, ꝙ quantum ad regem eędem causæ mittendi eum fuerunt, quæ assignatę sunt in præcedenti questione de quinquagenario secundo: quantum ad ipsum quinquagenarium dicendum, ꝙ ille ire timebat ad vocandū Eliam, quia timebat, ne etiā ipse cremaretur, sicut alij duo quinquagenarij: quod patet ex verbis eius: nam cum venit ad Eliam, dixit: vir Dei noli despicere animam meam: ecce ignis consumpsit duos principes. q. d. sicut illos consumpsit, qui venerunt ad vocandum te: ita poterat me consumere: ideo oro ne despicias animam meam, faciendo, ꝙ ego comburar: iuit tamen iste quinquagenarius ad vocandum Eliam, quia præceptum regis vrgebat valde: ideo posuit se in manu Domini, & iuit ad vocādum Eliam: quia tamen timebat nimis, ꝙ comburetur, sicut duo primi, humiliauit se nimis corā Elia. Hoc autem fuit, quia iste tertius quinquagenarius erat vir bonus, & Deus nolebat ipsum occidere: ideo dedit ei spiritum humiliandi se corā Elia, vt non occideretur. *Qui cum venisset, curuauit genua contra Eliam.* Alij quinquagenarij vocabant Eliam aliqualiter superbè dicentes: rex præcipit, vt descendas: & verum est, ꝙ illa verba non erant tam grauia, vt promererentur mortem alicuius istorum quinquagenariorum si nullum aliud peccatum intercideret: cum tamen Deus vellet eos occidere ꝓpter alia: habebat istam occasionem, vel colorem occidendi eos nunc. s. quia irreuerenter loquebantur prophetę Dei. Tertius autem sciens qualiter alij locuti fuerant, voluit humiliari in omnibus, scilicet tam in verbis, quàm in habitu corporis: vnde primum flexit genua coram Elia, quod est magna humiliatio. *Et pręcatus est eum,* scilicet verbis humilibus valde. *Et ait: homo Dei, noli despicere animam meam.* Vocatur anima ipsa vita, & dicitur aliquis despicere vitam alterius, quando pro nihilo habet, ꝙ ille viuat, vel moriatur: & sic erat in potestate Eliæ, quòd iste occideretur, scilicet inuocando super eum ignē de cœlo, vel quòd non occideretur non inuocando aliquod malum super eum: ideo si inuocaret, cōtemnebat vitam eius, quia poterat facere, quòd non moreretur, & faciebat eūm mori. *Et animas seruorum tuorum, qui mecum sunt,* scilicet quinquaginta virorum, qui iuerant cum isto quinquagenario: nam etiam timebat de morte illorū, sicut de morte sua, cum viri venientes cum alijs quinquagenarijs combusti fuissent cum eis. *Ecce descendit ignis de cęlo, & deuorauit duos principes quinquagenarios primos.* Istud sciuerat Ochozias, & viri sui per aliquos nuncios, quos miserat ad sciendum quid ageret, primus quinquagenarius cum moraretur redire, vel fortè per famā hoc cognouit: & iste quinquagenarius tertius retulit duos priores combustos fuisse: ideo orabat, ne ipse similiter combureretur. *Et quinquagenos, qui cum eis erant.* Quinquagenus significat ordinem: & vocātur quinquageni hic duæ multitudines diuisæ per quinquaginta, quia quilibet illorum quinquagenariorum habebat secū quinquaginta viros. *Sed nunc obsecro, vt miserearis animæ meæ,* scilicet, licet ego poteram comburi sicut alij, si tu velles, tamē oro, vt nō facias me comburi, sed miserearis vitæ meæ, & eorum, qui mecum sunt. *Locutus est autem angelus Domini ad Eliam.* In prioribus vicibus Deus non iubebat Eliæ, vt iret ad Ochoziam, sed volebat comburere quinquagenarios: nunc verò voluit, ꝙ Elias iret ad Ochoziam: ideo misit Angelum suum ad eum. De modo autem locutionis angeli ad Eliam, dicendum est, sicut supra diximus. *Dicens, descende cū eis ne timeas.* Voluit Deus, quòd iret Elias nunc ad Ochoziam, vt increparet eum, & certissime mortem prænunciaret ei: & sic timerent Idolatræ Deū punientem eos, qui consulebant Idola, & venerabantur. Dixit autem angelus Eliæ, ne timeret, quia Elias poterat formidare ire ad Ochoziam, quia fortè putabat, quòd vocauisset eum ad occidēdum ipsum. Etiā timebat maxime ꝓ Iezabel matre Ochozię, quia illa erat pessima fœmina Idolatra, & quæ iterum persecuta fuerat ad mortem ipsum Eliam, ne potuit eum tenere, præcedenti lib. c. 19. Angelus autem securū reddidit Eliam, ꝙ nihil mali pateret.

Vita vocatur anima

Surrexit igitur, & descendit cum eo ad regem, & locutus est ei: Hæc dicit Dominus: Quia misisti nuncios ad consulendum Beelzebub Deum Accaron, quasi nō esset Deus in Israel, à quo posses interrogare sermonem, ideo de lectulo, super quem ascendisti, nō descēdes, sed morte morieris. Mortuus est autem iuxta sermonem Domini, quem locutus est Elias, & regnauit Iorā frater eius pro eo, anno secundo Ioram filii Iosaphat regis Iudæ: non enim habebat filium. Reliqua autem verborum Ochozię, quæ operatus est, nonne hæc scripta sunt in libro sermonum dierum regum Israel?

Surrexit. Hic ponitur quartum huius c. s. constantia Eliæ contra regem in facie loquentis, & dicitur. *Surrexit igitur, & descendit cum eo ad regem.* s. surrexit de

monte

monte Carmelo, in quo morabatur, & iuit cũ isto tertio quinquagenario. *Et locutus est ei, hæc dicit Dominus* subintelligendum est, quòd Ochozias quæsiuerit ab Elia, an ipse locutus fuerit nuntijs eius de morte sua, & reuocauerit eos de itinere: & tunc Elias respondit istud. Vel potest dici, quòd Elias locutus est istud Ochoziæ, antequàm quicquam ipse quæreret. *Quia misisti nuncios ad consulendum Beelzebub Deum Accaron.* licèt non peruenissent isti nuncij ad Beelzebub, nec consuluissent eum, meruit mortem Ochozias: quia Deus non solum punit factum, sed etiam volũtatem: maximè quia hic non solum erat voluntas, sed etiam factum inchoatum, inquantum isti nuncij iam ibant ad consulendũ Beelzebub, & illuc peruenissent, nisi reuocati fuissent ab Elia. *Quasi non esset Deus in Israel, à quo posses interrogare sermonem*, s. in hoc ꝙ misisti ad consulendum Beelzebub, innuisti ꝙ non erat aliquis Deus in Israel, & hoc fuit graue nimis, *ideo de lectulo, super quem ascendisti, non descendes, sed morte morieris.* s. in pœnam huius delicti morieris: & hoc siue aliàs moriturus esset naturaliter, siue non, vt declaratum fuit sup. *mortuus est ergo iuxta sermonem Domini, quem locutus est Elias.* s. Paulò post hoc mortuus est

Mors Ochoziæ. Ochozias, sicut locutus fuit Elias: nam cum esset vir nequam Ochozias, etiã prænunciata sibi morte pro peccato, non doluit, sed mansit in duritia sua, nec meruit misericordiam: & tamen dato quòd misericordiam petiuisset, fortè non obtinuisset eam.

Quare Ochozias, audita morte, non doluit de peccato, & si doluisset, an fuisset à morte liberatus.
Quæstio XXII.

QVAERETVR circa hoc, cũ Ochozias audita morte sua, non doluit de peccato, & per hoc non meruit remissionem pœnæ, si doluisset de peccato, an liberaretur à morte. Aliquis dicet, ꝙ sic, qa Ezechias moriturus erat, & Deus hoc prænunciauerat per Isaiam, inf. xx. & tamen doluit nimis, & Deus addidit ei xv. annos vitæ. Respondendum, quòd aut ista prænunciatio Eliæ de morte Ochoziæ erat secũdũ firmam Dei sententiam, vel secundũ statũ Ochoziæ. Si primo modo, dato ꝙ doleret de peccato, non remitteretẽ ei mors: si secundo modo, remitteretur. Patet hoc quantum ad secundum: quia Deus sæpe prænunciat aliqua mala, & non infligit illa, & sicut patet de Niniuitis, Ionæ, iij. & iiij. sic de Ezechia inf. xx. sic etiam fuit de Achab, cui multa mala prænunciata sunt: & quia doluit, Deus temperauit sententiam, præcedenti lib cap. xxj. & est regula generalis Ieremiæ, xviij. & Ezech. xxxiij. ꝙ Deus loquitur aliquid mali contra aliquos, & mutatur si ipsi dolent: & loquitur bonum pro aliquibus, & mutatur, si ipsi declinant à lege Dei. Si autem intelligeretur ꝓphetia ista secundum sententiam Dei firmam, non mutaretur, dato quòd nimis lugeret Ochozias: Hoc patet tam in bonis, quàm in malis. De bonis patet in Moyse, qui orauit Dominum sæpè, vt permitteret eum intrare in terram Chanaan: & non permisit, sed dixit, sufficit tibi, nequaquam loquaris vltra ad me de hac re, Deuter. iij. Patet etiam de Dauid, qui bonus erat, licèt prius fuisset malus, ꝙ orauit pro filio suo, vt non moreretur, de quo prædixerat Natham quòd moreretur: & tamen mortuus est, sup. ii. lib. c. 12. Orant etiam interdum boni pro malis, & non obtinent, & quia prophetia est secundum firmam Dei sententiam. Sicut fuit de Samuele, q prædixit quòd regnum scindẽdũ esset de manu Saulis, & postea orabat instanter cum lachrimis, vt nõ scinderetur, & tamen nõ obtinuit, sed Deus iussit, quòd

Prænũciatio Dei aut est ſm æternam Dei ꝓsciẽtiam, aut secũdum præsentẽ iustitiam.

Regula generalis ꝙ promissa Dei itel ligunt̃ sub conditione.

Oratio qñ exauditur, & qñ non.

F cessaret ab hoc, increpando eum: quia lugebat sup. 1. lib. c. 15. & 16. ita nunc videtur de morte Ochoziæ, quòd ipsa prænunciata fuisset secundum sententiã Dei firmam: iõ dato ꝙ orasset ipse, & Elias, non fuisset remissa. Sed obijcietur, quòd tũc vera pœnitẽtia non habet effectum veniæ. Respondendum, quòd dolor de peccatis directè ordinatur ad remissionẽ culparum, & non pœnarum: ideo quandocunq; aliquis vere pœnitet sẽper remittuntur ei culpæ: ꝙ aũt pœnæ remittantur, per accidens est. Ideo si Ochozias doluisset de peccatis suis, remisisset ei Deus pœnam æternam: & tamen sẽper puniretur temporaliter s. moriendo ex infirmitate illa. Sic enim patet, ꝙ interdũ multi petiuerunt cum lachrymis remissionem pœnæ, sed nõ obtinuerũt: sic patet ad hebræ.

G 12. cum dicitur de Esau, qui propter vnam escã vendidit primitiua suam, & postea cupiens hæreditare benedictionem, reprobatus est: non enim inuenit pœnitentiæ locum, quanquam cum lachrimis inquisisset eam. Sic etiam patet de Antiocho, qui valde oppresserat Iudæos: postea vero à Deo pcussus, petebat veniam: & tamen non obtinuit, quòd viueret. ij. Mach. ix. s. Orabat autem scelestus Dominũ, à quo nõ esset misericotdiam consecuturus. *Et regnauit Ioram frater eius pro eo.* s. mortuo Ochozia regnauit Ioram frater eius, eo quòd Ochozias non habebat aliquem, filium qui succederet ei, vt patet in litera. *Anno secundo Ioram, filij Iosaphat, regis Iudæ* Ponitur tem-

H pus, in quo cœpit regere Ioram frater Ochoziæ: & dicitur ꝙ regnauerit anno ij. Ioram filij Iosaphat regis Iudæ, & sic erant duo Ioram simul reges: vnus Ioram filius Achab Rex Israel, & alius Ioram filius Iosaphat rex Iudæ.

Ioram cœpit regnare tempore Iosaphat.
Quæst. XXIII.

QVAERETVR, quomodo est verum, ꝙ in ij. anno Ioram filij Iosaphat, cœperit regnare Iorã rex Israel: quia videtur quòd cœperit regnare tẽpore Iosaphat. Respondendum, quòd cœpit regnare tempore Iosaphat: quod patet: quia Ioram cœpit re-

I gnare immediatè post mortem Ochoziæ: regnauit tamen Ochozias annis duobus post Achab, præcedenti lib. capit. vlti. & cœpit regere Ochozias anno xvij. Iosaphat, vt patet ibidem, & regnauit Iosaphat annis xxv. vt patet ibidem: ergo necesse est, quòd tẽpore Iosaphat cœperit regnare Ioram rex Israel. Itẽ patet: quia inf. iij. cap. dicitur, ꝙ Iosaphat rex Iudæ iuit cum Ioram rege Israel in bellum contra regẽ Moab: ergo regnante Iosaphat cœpit regnare Iorã. Item patet: quia ibidem dicitur, quòd anno xviij. Iosaphat regis Iudæ cœpit regnare Ioram filius Achab super Israel. Dicitur tamen, quòd anno secũdo Ioram cœpit regnare Ioram rex Israel, eo quòd Iosaphat rex Iuda, & filius suus Ioram simul regnabant:

K & ex eo tempore, quo cœpit simul regnare cum patre, transierunt duo anni vsq; ad principium regni Ioram. Fuit autem hoc, quia forte Iosaphat fecit, ꝙ filius suus Ioram simul esset rex cum eo. Sic patet de Salomone: nam vnctus fuit in regem viuẽte Dauid, & aliquanto tempore regnauerũt ambo simul, præcedenti lib. cap. 1. & 2. immo bis vnctus est Salomon in regẽ viuente Dauid, vt patet primo Parali. vult. Secũdò potest dici, quòd quando Iosaphat descendit in Samariam ad Achab, & debuit ire cũ eo ad bellum in Ramoth Galaad, reliquit Ioram filiũ suũ rectorem regni: & quia in bello poterat mori, designauit eũ in regem, ne postea inter filios suos esset contentio: ne ipso mortuo in bello, non posset fieri

fieri determinatio, quis deberet patri succedere. Et istud apparet nimis rationabile: quia necesse est, regnum Ioram filij Iosaphat computari ex eo tempore, quo Iosaphat iuit cum Achab ad bellum in Ramoth Galaad Quod patet, quia in illo bello in prima die occisus fuit Achab, & cessauit bellum ipsa die: vt patet præcedenti lib. capit. vltimo, & illico successit Ochozias filius Acab, vt patet ibidem, & successit ei Ioram frater suus, vt patet hic. Et sic à tempore, quo iuit in bellum Iosaphat cum Achab vsque ad constitutionem Ioram filij Achab in regē Israel, solum transierūt duo anni: & tamen iste Ioram dicitur regnasse anno secundo Ioram filij Iosaphat: ergo ille Iorā cœperat regnare cū patre suo, Iosaphat ex eo tēpore, quo Iosaphat iuit cū Achab in bellum. Tertiò dici potest, quòd Iosaphat cōstituit Ioram filium suum in regem secum, postquam venit de bello de Ramoth Galaad: nam ibi fuerat in periculo mortis, & inuocauit Dominum, & liberatus est, præcedenti lib. capit. vlti. & 2. Paralipo. 18. Ideo formidans iam pericula, & mortē subitaneā, constituit filium suum in regē secum. Istud tenent Hebræi, & Nicolaus: sed istud non multum videtur, quia postquam venit de bello Iosaphat, non erat in periculo: ideo non erat aliquod motiuum eius ad tunc instituendum filium in regem propter pericula: ideo magis tenendus est secundus modus supra assignatus. *Non enim habebat filium*. Ista fuit causa, quare Ioram successit Ochozię fratri suo: nam si habuisset filium, non pertinebat successio ad fratrē. *Reliqua autem sermonum Ochoziæ, quæ operatus est*. Remittit hic Ieremias scriptor libri ad alia loca, in quibus scripta sunt omnia gesta Ochoziæ: & vocantur sermones eius opera eius: quod patet, quia dicitur, quę operatus est: sermo tamen non pertinet ad operationem, sed ad locutionem. *Nonne hæc scripta sunt in libro sermonum dierum regum Israel?* scilicet, ibi scripta sunt cum gestis aliorum regum: Fuerunt tamē pauca gesta eius, quia duobus annis solum regnauit, & non fuerunt completi.

CAPITVLVM II.

FACTVM est autem, cum leuare vellet Dominus Eliam per turbinem in cœlū, ibant Elias, & Elisæus de Galgalis. Dixitque Elias ad Elisæum: Sede hic, quia Dominus misit me vsque in Bethel. Cui ait Elisæus: Viuit Dominus, & viuit anima tua, quia non derelinquam te. Cunque descendissent Bethel, egressi sunt filij prophetarum, qui erant in Bethel, ad Elisæum, & dixerunt ei: Nunquid nosti, quia hodie Dominus tollet Dominum tuū à te? Qui respondit: Et ego noui: silete. Dixit autem Elias ad Elisæum: Sede hic, quia Dominus misit me in Iericho. Et ille ait: Viuit Dominus, & viuit anima tua, quia non derelinquam te. Cunque venissent Iericho, accesserunt filij prophetarum, qui erant in Iericho, ad Elisæum, & dixerunt

A ei: Nunquid nosti, quia Dominus hodie tollet Dominum tuum à te? Et ait: Et ego noui: silete. Dixit autem ei Elias: Sede hic, quia Dominus misit me vsque ad Iordanē. Qui ait: Viuit Dominus, & viuit anima tua, quia non derelinquam te. Ierunt igitur ambo pariter, & quinquaginta viri de filijs prophetarum secuti sunt eos. Qui & steterunt è contra longè: illi autem ambo stabant super Iordanem. Tulitque Elias pallium suum,
B & inuoluit illud, & percussit aquas, quę diuisę sunt in vtranque partem, & transierunt ambo per siccum.

Factum est. Descripto in præcedentibus Ochozię descensu ad inferos propter eius nequitiam: hic agitur de eleuatione Eliæ in paradisum propter virtutis Eliæ cōstantiā: & diuiditur in duo, quia primo ponitur Eliæ eleuatio: secundò Elisæi in statū Eliæ substitutio, ibi *Elisæus autem*. Prima diuiditur in duas, quia primò ponitur Eliæ circuitus: secundò eiusdē de hoc mūdo ad paradisū trāsitus, ibi. *Cunq; trāsissent*.

C

An ordo continuus sit, & immediatus. Quæst. I.

QVAERETVR circa primum, an ista quæ habētur hic, fuerint post præcedētia. Et an fuerint immediatè, vel interiecto aliquāto tempore? Respondendum ad primum, ꝙ hic est ordo continuus: nam supra actum est de morte Ochoziæ, & quomodo illam prenunciauit Elias: nunc autē agitur de raptu Eliæ: fuit enim Elias manens inter homines vsque ad mortem Ochozię. Nam tunc ipse stetit coram eo, & dixit sibi, quòd moreretur de ęgritudine illa, & quòd non surgeret de lecto: præcedenti capit. & tamen Elias postquam raptus est, nunquā
D apparuit hominibus, nec locutus fuit alicui manenti in statu nostro, nisi soli Christo, quando transfiguratus est: nam tunc apparuerunt Elias, & Moyses loquentes cū Christo. Matth. 17. & Luc. 9. Ideo oportuit, quòd ea, quæ habentur præcedenti cap. fuerint ante ista. Ad secundum dicendum, quòd raptus Eliæ, de quo hic, fuit mox post mortem Ochozię, adeo quòd nō fuit vnus annus intermedius, sed valde modicum tempus, quod patet: quia Ioram frater Ochozię regnauit mortuo Ochozia, præcedenti capit. & ipse in principio regni sui fecit bellū contra regem Moab, vt patet sequenti capit. in principio, & ibi declarabitur. Et tamen cum ipse iret in
E bellum, iam Elias raptus erat in cœlum. Quod patet, quia Iosaphat, & Ioram euntes in bellum, quęsierunt, an esset aliquis de prophetis Domini, à quo quærerent responsum, & dixit quidam: est hic Elisæus, qui fundebat aquas super manus Elię: & sic videtur, quòd Elias iam raptus erat, quia aliàs quæreretur sermo Domini ab Elia, sed non ab Eliseo. Item, quia dicitur: qui fundebat aquas super manus Elię, ergo iam cessauerat fundere aquam: & tamen si Elias non raptus esset, Elisæus nondum cessaret ministrare ei, quia semper ministrauit ipsi præcedenti lib. capit. 19. Et tunc diceretur: qui fundit aquas super manus Elię, idest, qui habet officiū fundendi: ergo iam non habebat officium illud, & cōsequenter Elias raptus erat. Item Elisæus non habuit

Raptus Eliæ fuit pauco tēpore post mortem Ochozię.

buit spiritum Domini saltem manifestè, nisi postq̃ recessit Elias: nam tunc petiuit spiritum prophetię, vt patet infra. Etiam, quia Deus dixerat Eliæ, ꝙ vngeret Elisęum in prophetã pro se præcedenti libro cap. 19. & tamen non poterat esse propheta pro illo, quousque ipse recederet ab hominibus: ergo nõ habebat Elisæus patentem spiritum propheticum ante raptum Eliæ: & consequenter in principio regni Ioram non erat Elias inter homines, quando Elisæus consultus est à Ioram, & Iosaphat: fuit ergo raptus Eliæ paulò post mortem Ochoziæ, scilicet, in principio regni Ioram.

An quid ponitur hic de raptu Eliæ. Quæst. II.

QVAERETVR vlterius, ad quid ponitur hic de raptu Eliæ, quia istud non pertinet ad historiam regum Iuda, nec Israel. Respondendum, ꝙ in hoc non excessit scriptor huius libri consuetudinem aliorum historiographorum: nam cum aliqui historiographi describunt gesta aliquorum regum, non solum scribunt ea, quæ isti fecerunt, vel dixerunt, sed etiam si aliqua alia notabilia acciderunt tunc in alijs partibus terrarum, illa scribuntur. Sic patet de propheta Gad, qui scripsit plenissimè historiam Dauid, & omnia, quæ acciderũt tempore suo in omnibus regnis terræ, vt patet 1. Paralipo. vlti. Et potissimè istud conuenit, quando scribuntur gesta, quæ acciderunt in terris istorum regum, quorũ sunt historiæ, quia ad eos videntur pertinere ista gesta, in quantum fiunt in terra potestatis eorum. Sic etiam fuit de raptu Eliæ, quia illo tempore erat vir de terra Israel, & morabatur in illa, ideo cõueniẽs erat raptum eius scribi inter gesta regum Israel: & potissimè, quia istud fuit vnum factum valde mirabile. Alia ratio fuit, & præcipua, scilicet, quia Ieremias, qui scripsit librum istum, intendit scribere potius ea, quæ pertinebant ad sacram scripturam, scilicet de his, quæ credenda sunt, & agenda, quàm de gestis aliquarum personarum. Et quia raptus Eliæ pertinet ad ea, quæ credere debemus, cum de Elia dicatur, quòd Deus illum missurus est ante finem seculi, vt conuertat corda filiorum ad patres, Malach. quarto, ideo oportuit ponere in aliquo loco scripturæ de raptu eius, vt per hoc sciremus, quòd adhuc viuens maneat: & sic expectemus eum aliquando venturum ante finem seculi. Nullus fuit locus ad ponendum raptum Eliæ cõueniẽtior, quã iste, eo quòd hic agitur de conuersatione eius inter homines: & secundum ordinem temporis hic locari debebat ista historia. *Factum est autem cum leuare vellet Dominus Eliam*, idest, quando Dominus volebat leuare Eliam in cœlum, accidit hoc, quod sequitur. *Per turbinem*, scilicet, per ventum validum rapientẽ ipsum, *in cęlum*, idest, in paradisum terrestrem.

Raptus Eliæ ad quid pertineat.

Quomodo dicitur hic, quòd Deus voluit rapere Eliam in turbine, cum infra dicatur, quòd currus igneus rapuit eum. Quæstio III.

QVAERETVR, quomodo dicitur, ꝙ Deus voluit leuare Eliam in cęlum per turbinem, cũ dicatur, ꝙ currus igneus, & equi ignei portauerunt Eliam, vt patet in litera. Respondendum, ꝙ Elias raptus est à conspectu Elisæi per fortẽ ventum, impellentem eum ad locum illum, ad quem Deus volebat eum portare: nam Elias poterat portari ab angelo apprehendente eum, & ferente in paradisum, sicut angelus apprehendit Habacuc prophetam, & portauit illum per capillum in Babylonẽ, Daniel.

F 14. Poterat etiam portare eum per ventum validũ impellentẽ ipsum ad locum, ad quem Deus vellet, & iste ventus vocaretur spiritus, Domini, quia erat à Deo missus: & per istum modum aliquando consueuerat Elias portari de vno loco terrarũ ad aliũ à Deo, sic patet præcedenti lib. ca. 18. ex verbis Abdiæ, scilicet, cum recessero à te, spiritus Dñi asportabit te in locum, quẽ ego ignoro, i. ventus à Deo missus, vt ibi probatum est. Sic etiam patet infra in litera, cum dixerũt filij prophetarum: ne fortè tulerit eum spiritus Domini, & proiecerit in vno mõtiũ, aut in vna vallium: & tñ illud nõ potest intelligi, nisi de vento, quia aliàs nõ diceretur, & proiecerit eũ, sed posuerit eum, si esset angelus Domini, qui eũ ferret. Et sic fuit turbo. i. ventus fortis in modum

G turbinis, qui diuisit Eliam ab Elisæo, & portauit eũ in locum, quem Deus voluit. Ad rationem in contrarium de curru igneo dicendum, ꝙ secundum veritatem non erat nisi ventus fortis: & tamen ille erat grossus quasi materia solida, & accepit colorẽ igneũ ex voluntate Dei, vt magis infra declarabit.

Quomodo turbo, siue ventus poterat portare Eliam in cęlum. Quæstio IIII.

QVAERETVR vlterius, quomodo turbo poterat portare Eliam in cœlum, vel in paradisũ, quia turbo poterat impellere ad cadendũ eũ interram, vel ferre eum velociter sup terræ superficiem:

H & tñ non eleuaret eum in altũ, & sustineret. Item dato, ꝙ posset eleuare eum in altum, tum non dirigeret ad partem illam, ad quam expediebat, nec dimitteret Eliam in loco, in quo Deus volebat, sed sicut accideret deficere impetum venti. Respondendum, quòd iste ventus, qui tulit Eliam ad locũ paradisi, non fuit ventus naturaliter surgens, quia de isto bene concluderent argumenta, sed fuit ventus causatus à Deo, & mouebatur ab angelis: ideo dirigebatur in partẽ illã, ad quam Deus volebat, & durabat impetus eius quãdiu volebat Deus. Sciẽdum tñ, ꝙ in isto vento fuerunt duæ partes: quædã fuit grossa nimis, ad modũ nubis, & condensata, in qua

I posset Elias sustineri: & ista erat in modũ currus: iõ dicitur infra, ꝙ erat currus igneus, qui rapuit Eliam. Alia pars erat magnæ impetuositatis, & ista impellebat partem grossam, in qua erat Elias, & mouebatur, ita ꝙ Elias non pateretur violentiam illius impetus. Pars autem impellens mouebatur voluntate Dei ab aliquo angelo, vel ipse Deus posuerat in materia talem virtutẽ, per quã sic moueretur: & sic ille impetus non cessaret, quousque Deus iuberet: & moueretur contra illam partẽ, contra quã Deus vellet: & tunc vocaretur ventus ille, spiritus Domini, quia erat spiritus. i. flatus motus à Deo: & secundum istum modum sepè Deus vsus est vento ad ministeriũ suũ, sic patet Gen. 1. f. Spiritus Dñi ferebatur

K super aquas. i. ventus suscitatus à Dño mouebat super aquas ad desiccandũ eas, sic etiam Exo. 14. Deus mouit ventũ vrentẽ per totam noctẽ, qui desiccaret viã maris rubri. Sic ẽt quando voluit ducere coturnices ad castra Israelitarum, concitauit ventum Africum, qui duxit coturnices multas, Num. 11. f. ventus autem egrediens à Dño arreptas trans mare coturnices detulit. nullus aũt istorũ ventorũ mouebatur naturaliter, sed ad voluntatẽ Dei: ita ergo nunc turbo iste, q̃ rapuit Eliã, cõcitatus fuit à Dño, & portabat Eliã sine nocumento ad partẽ illam, ad quam Deus volebat. Et de tali intellexerunt filij ꝓphetarum dicentes: ne fortè tulerit eum spiritus Dñi, & proiecerit in vno montiũ, aut in vna valliũ.

An

An Elias fuit ductus in cęlum empyreum, vel in terrestrem paradisum, siue alium locum. Quæst. V.

QVAERETVR vlterius, quomodo dicitur hic, quòd Elias ductus est in cœlum: nam non fuit ductus in cœlum, sed in alium locum. Respondendum, quòd Elias non fuit ductus in cœlum, accipiendo cœlum propriè: quia si ductus fuisset in cęlum, non fuisset in aliud ductus, nisi in empyreum, vbi sunt beati: nam alij cœli nō sunt ad mansionem hominum, sed solùm ad motum naturalem propter generationem, & corruptionem eorum, quæ sunt in natura elementali: & tamen non fuit in cœlo empyreo, eo quòd ille est locus beatorum. Elias autem nondum beatus est, ideo non est ibi, sed in alio loco. Patet hoc, quia nemo est beatus nisi post mortem: sed Elias nondum est mortuus, sed moriturus: ideo non est in cœlo empyreo. Item ianua vitæ ęternæ nunquam fuit aperta vsque post Christi mortem: nam etiam animæ sanctorum virorum solutæ de corporibus nō ibant in vitam æternam, quanquam ipsę secundum se dispositæ essent ad habendum illam: à fortiori ergo Elias, qui non erat dispositus ad habendam vitam æternam, ex eo, quòd erat viuens, non poterat esse in cœlo empyreo. Item patet, quia Henoch raptus est à Domino sicut Elias, Gen. 5. & tamen ipse ductus est in paradisum terrestrem, vt patet Ecclesiastico 48. scilicet Henoch placuit Deo, & trāslatus est in paradisum: & accipitur paradisus pro terrestri, quia nunquam scriptura vocat paradisum, nisi hortum deliciarum, vt patet Gen. 2. vbi ponitur paradisus sępè, & in Hebręo ponitur ibi hortus deliciarum. Ita ergo accipietur hic: & non est aliquis locus in toto Canone Bibliæ, in quo ponatur paradisus pro cœlesti. Sed Elias, & Henoch translati sunt, vt maneant viuentes vsque ad tempus præfinitum à Deo: ideo ambo erunt in eodem loco: nam actus eorum similis futurus est, postquā redierint ad seculum. Dicendum igitur quòd Elias raptus est in paradisum terrestrem, vt ibi maneat vsque ad tempus præfinitum, de quo infra dicetur. Patet hoc, quia Henoch est in paradiso terrestri, Ecclesiastico 44. ergo Elias est ibi. Patet hoc, qa Henoch venturus est ad conuertendum hominem ad pœnitentiam, præallegato capitulo Elias etiam venturus est ad conuertendum corda patrum ad filios, Malach. quarto. Patet etiam de hoc Apocalip. 11. vbi ponuntur isti duo venturi eodem tempore, & operaturi idem: ergo ambo erunt in eodem loco. Cum autem dicitur hic, quòd raptus est in cœlum, dicendum, quòd accipitur hic, cœlum largè: nam scriptura vocat cœlum ipsum aerem, iuxta illud: volucres cœli, idest aeris: & quia Elias raptus est in turbine, & eleuabat in altum, & postea non comparuit, dicitur, quòd eleuatus est in cœlum. *Ibant Elias, & Elisęus*: erat Elisæus minister Eliæ, qui semper ei ministrauerat ex tempore, quo Elias vnxit eum in prophetam, vt patet præcedenti lib capit. 19 nam fundebat semper aquam super manus Eliæ, sequenti capitulo: nunc ergo cū Elias discurreret de loco in locum, Elisæus ibat cū illo. *De Galgalis*. Galgala est nomen loci inter Iordanem, & vrbem Iericho, in quo Israelitæ castrametati sunt illa die, qua transierunt Iordanem, & posuerunt ibi duodecim lapides, quos tulerant de alueo Iordanis, vt manerent ibi in memoriā, quòd Deus siccauerat Iordanem ad transitum Israelitarum, Iosue quarto. & ibi cessauit manna, & inceperunt comedere Israelitæ de panibus terræ illius:

Elias nō dũ est beatus.

A & ibi circuncisi sunt omnes Israelitæ, qui nati fuerant in deserto per quadraginta annos, & ibi celebrauerunt Pascha, Iosue 5. *Dixitque Elias: sede hic, quia Dominus misit me vsq; in Bethel.* Sēper cōsueuerāt ambo simul ire: & nunc die, qua transferēdus erat Elias in paradisum, volebat quòd maneret Elisæus in Galgalis, & ipse solus iret in Bethel: est autem Bethel quędam ciuitas in sorte Beniamin, Iosue. 18. & creditā quibusdam, quòd ista fuerit illa Bethel, in qua erant Idolatrę, & erat vnus de vitulis aureis: sed quid de hoc sit verum, declaratū est precedenti lib. cap. 12. *Cui ait Elisæus: viuit Dominus, & viuit anima tua, quia non derelinquam te*, idest, iuro per vitam Dei, & per vitam tuam, ꝙ non derelinquam B te, sed ibo tecum quocunque ieris.

Quare Elias, cum eleuandus esset in cęlum, dixit Eliseo, vt maneret in Galgalis. Quæstio VI.

QVAERETVR, quare Elias dixit Elisæo, ꝙ maneret in Galgalis die, qua ipse transferendus erat in paradisum: nam non consueuerat Elias solus ambulare, sed cum eo ibat semper Elisæus, qui semper ei seruiebat. Respondendum, quòd Elias volebat occultare recessum suum ab Elisæo, sciebat autem Elias, quòd Iordanem transiturus erat, & postea inde rapiendus erat in turbine: voluit ergo, quod maneret Eliseus in Galgalis, ne videret, C quando ipse rapiebatur: nam volebat recessum suum omnibus hominibus ignotum fieri: quia ea, quæ pertinent ad aliqualem excellentiam hominis, & conferuntur à Deo, debent occultari, ne homines videantur gloriari de eis, quæ sibi à Deo donata sunt: nam Apostolus dicit secundo ad Corinth. 12. quòd non expedit gloriari: nam qui se ipsum cōmendat, non ille probatus est, sed quem Deus cōmendat 2. ad Corinth. 2. vnde ipse Apostolus receperat magnas reuelationes à Deo: & tamē quattuordecim annis subticuit illas, vsque quo expediens fuit, ꝙ declararet eas secundo ad Corinthios 12. Ita quòd raperetur Elias in cœlum, erat aliquid magnæ dignitatis, quia in nullo hominum D factum fuerat, nisi in Henoch: ideo subticebat, & occultabat se ab omnibus.

De donis Dei nō est se gloriandum.

Paul' xiiij. annis subticuit reuelationes.

Quare Elias voluit se occultare ab Elisæo. Quæstio VII.

QVAERETVR vlterius, quomodo volebat se Elias occultare ab Elisæo, quia Deus iusserat Eliæ, quòd vngeret Elisæum in prophetam ꝓ se, idest, successorem suum in magnitudine prophetiæ, & signorum, præcedenti lib. cap. 19. non ergo debebat occultari ab isto, saltem, quia aliàs non dimittebat eum in successorem suum. Respondendum est, ꝙ Elisęus poterat esse successor Eliæ in prophetia, quanquam non videret, quando rapiebatur. Nec oportebat, quòd Elias aliquid ageret E super Elisæum antequam raperetur, ad hoc, quòd Elisæus succederet Eliæ in prophetia: sed istud debebat fieri per Deum. Nam Elisæum fieri successorem Eliç erat, quòd ipse acciperet eminentiā prophetiæ, & magnitudinem signorum, sicut Elias habebat: ista autem ex pura gratia Dei fieri debebant, sine aliqua operatione hominum: ideo etiam si Eliseus nesciret Eliam rapiendum, post raptū eius poterat Deus ei ista conferre. De Elia autem dicendum, quòd ipse non abscondebat Elisæo recessum suum ex inuidia, quasi nolet, quòd ille succederet sibi: sed causa fuit, qa Elias volebat se humiliare, nō

Elias non preiudicabat Eliseo non manifestando sibi raptū suum, q̄uis futurus esset successor eius.

F declarando alicui excellentiam suam: nesciebat autem, an Deus vellet, ꝙ Elisæus sciret recessum eius: ideo occultabat se, per hoc capiens signum, an vellet Deus, quod Elisæus sciret recessum suum. Intelligebat enim, quod si Deus volebat Elisæum scire hoc, poneret in mente eius, quod nullo modo dimitteret ipsum Eliam quousque raperetur: sin autem ipse spontè maneret in quocunque loco, diceret ei: tunc verò cum Elias hoc dixisset, noluit Elisæus manere, sed dixit, quòd iret cum eo, & iuit vsque ad locum, de quo raptus est Elias. Faciebat autem ista experimenta Elias, quia nesciebat, an Deus dignum iudicaret Elisæum ad videndum recessum suum: sic enim ignorauit de eo, quod petiuit Elisæus, scilicet, quòd fieret spiritus Eliæ duplex

G in eo, & nesciuit respondere determinatè Elias, an fieret, vel non fieret, dicens: rem magnã petisti: Eliſeo autem semper perseuerante cum Elia vsque ad transitum Iordanis, licet Elias sępè vellet eum dimittere, credidit iam Elias, ꝙ Deus vellet Elisæũ cognoscere recessum suum: ideo dixit ei: postula à me, quod vis priusquam tollar à te.

An peccauit Elisæus non manendo. Quæst. VIII.

QVAERETVR vlterius, an peccauit Elisæus, cum Elias iuberet ei manere in aliquo loco, & diceret, quòd non maneret, sed iret cum Elia. Et videtur quòd sic, quia Elisæus tenebatur obedi-

H re Eliæ: tum quia Elias propheta Dei erat: tum quia Elisæus erat minister eius, præcedenti lib. capit. 19. in hoc tamen non obediebat ei. Respondendum, quòd Elisæus non peccauit non manendo in locis, in quibus iubebat Elias. Pro quo sciendum, ꝙ aut Elias dicebat Elisæo: sede hic, quia Dominus misit me cum intentione iubendi ei, quòd sic faceret: aut solum per modum hortandi, vel suadẽdi, vt maneret. Si secundo modo, non tenebatur Eliseus manere, nec peccabat eundo. Si primo modo, videtur quòd peccabat. Credendũ est enim ꝙ Elias non diceret ista verba Elisæo imperando, sed suadendo, scilicet, non oportet, quòd mecũ eas, quia Dominus misit me vsque ad talem locũ: ideo

I bonum erit, quòd maneas hic: & tũc faciebat istud ad videndum, an Deus moueret Elisæum ad semper eundum cum eo: & per hoc cognosceret, an Deus iudicabat illud dignum videre recessum suũ. Et quia ista non dicebantur tunc per modum iubẽdi, sed alleuiandi laborem Elisæi, licebat ei non assentire. Si autem omnino iuberet cum voluntate iubendi, & si innueret ipsi Elisæo, dicendum, ꝙ aut Elisæus acceperat à Domino reuelationem de recessu Eliæ, & quòd iret cum eo vsque quo raperetur, aut non: si non receperat reuelationem, tenebatur simpliciter obedire Eliæ, quia sine causa non licebat ei transgredi præceptum illius: si autẽ

K acceperat reuelationem, licebat ei ire cum Elia, licet ipse renueret. Sic autem fuit nunc, quia Deus reuelauerat Elisæo recessum Eliæ: quod patet, quia filij prophetarum in Bethel, & in Iericho dixerunt Elisæo: hodie tollet à te Dominus tuus: & ipse respondit: silete, & ego noui: Elias tamen nesciebat, quòd hoc Deus reuelauerat Elisæo: ideo poterat ei iubere, quòd non iret secum: Eliseus autem habens contrariã reuelationem à Domino, non tenebatur ei obedire: ideo dicendum, quòd siue Elias ei iussisset manere, siue persuadendo dixisset, non tenebatur obedire ei Elisæus. *Cunque descendissent Bethel, egressi sunt filij prophetarum, qui erant in Bethel.* Isti occurrerũt Eliæ, quia erat princeps, & caput oĩum prophetarũ.

Qui erant filij prophetarum, qui occurrerunt Eliæ, an essent filij prophetarum secundum carnem, vel discipuli eorum. Quæst. IX.

QVAERETVR, qui erant isti filij prophetarũ. Rñdent Hebræi, & Nicolaus, ꝙ isti nõ erant filij prophetarum secũdum carnem, sed erãt discipuli eorum: & vocantur filij: quia discipuli vocãtur filij magistrorũ: & isti erant multi viri habentes vitam religiosam, qui volebant esse perfectiores reliquis de populo, & conueniebant in locum vnum, vbi erant prophetæ, & ibi vacabant doctrinæ eorum, & laudibus Dei. Erant autem congregationes istorum per diuersa loca: quod patet, quia hic dicitur, quòd filij prophetarum erant in Bethel: & iterum cum misisset in Iericho, occurrerunt ei alij filij prophetarum, qui erant in Iericho: & sic erant ibi duo collegia prophetarum, scilicet, vnum in Bethel, & aliud in Iericho, & multa alia fortè erant per diuersa loca regni Israel. Cęperunt autẽ ista collegia prophetarũ esse tempore Samuelis: nã tunc primo legitur ea fuisse, vt patet supra primo lib. capitulo decimo, vbi cum venit Saul ad collem Dei, occurrit ei multitudo prophetarum vaticinantium: & facto in se spiritu Domini, cœpit prophetare. Aliud etiã collegium erat in Rama: nam quando fugit Dauid à facie Saulis, iuit ad Samuelem in Rama, & erat ibi Samuel cum prophetis: & nuncij Saulis, qui ter missi sunt, coacti fuerant prophetare ibi, vt patet supra primo lib. capit. 19. Nunc autem plus multiplicata erant ista collegia prophetarum, quàm à principio. Istud satis verum est, quòd talia collegia essent, quia hoc nos declarauimus supra primo lib. cap. 10. etiam quòd illi, qui ibi vocabantur prophetæ, non erant omnes prophetę, idest, cognoscentes futura, sed prophetæ, idest, vacantes laudibus Dei: nam laudare Deum est prophetare. sic dicitur. 1. Paralipome. 25. quòd Eman, & Ethan, & alij cantores prophetabant in organis, & citharis, idest, canebant, & laudabant Dominum. Nunc vero concedendum est, quòd essent talia collegia virorum religiosorum: & tamen non videtur dicendum, quòd isti, de quibus hic scriptura loquitur, essent tales viri, sed potius, quòd erant filij prophetarum, secundum carnem: nam aliàs non vocarentur filij prophetarum, sed prophetæ: quia omnes habentes istum statum dicebantur prophetę: habebant autem prophetę filios, sicut cęteri homines, eo quòd matrimonio vtebantur, vnde Amos dixit cap. vij. Non sum propheta, nec filius prophetæ. Erant autem multi filij prophetarũ in istis locis: quia ibi multi prophetæ habitabant: & non est dubium, quin etiam hic essent collegia aliorum virorũ non prophetarum, confluentium ad loca, in quibus manebant prophetæ, vt ibi magis vacarent cultui Dei. Erant aũt inter istos filios ꝓphetarum multi habentes spiritum propheticum: quod patet, quia qñ venit Elisæus in Bethel, filij prophetarum dixerunt ei, quòd Dominus suus tollẽdus erat ab eo, illa die: manifestum est tamen, quòd Elias non reuelauerat hoc alicui homini, cum ipsi Elisæo maximè familiari suo non reuelasset: *sed illi sciebant hoc spiritu prophetico, & dixerunt ei: nunquid nosti, quòd hodie tollet Dominus Dominum tuum à te?* Filii prophetarum sciebant hoc spiritu prophetico, vt dictum est. Nã Deus voluit eis reuelare, ad hoc, quòd non tolleretur Elias, eis omnino ignorantibus, & sic magis consolarentur: quia quærerent aliqua ab eo, quæ aliàs non quæsituri essent, & fruerentur aspectu eius, tanquam eum vltra non visuri. Si autem recederet, eis non

Colle[gia] multa [in] veteri [le]ge viro[rum] religioso[rum] ... ... bi erant [pro]phetæ.

Laudare Deum est prophetare, & quid ... dat per[fec]ta ...

non scientibus, tristarentur, sicut cum amicus recedit ad longam peregrinationem, non se expediens de amico suo. Isti autem filij prophetarum sciebant, Eliam recessurum à se ipsis: & tamen non sciuerant hoc ab ipso Elia, nec etiam indicabant se scire hoc, sed fingebãt se tanquam nescientes de recessu eius. Dixerunt autem isti ad Elisæum, si sciebat, an Dominus suus tollendus esset ab eo, ad hoc, quòd si nesciebat, instrueretur, vt antequam recederet Elias, peteret aliquid ab eo, *Qui respondit: & ego noui:* idest, etiam ego noui eum recessurum, sicut vos: *Silete*: Idest, non dicatis aliquid Eliæ, nec etiam audiat Elias me hoc scire. Dixit autem Elias ad Eliseũ: sede hic: *Quia Dominus misit me ad Iericho.* Dixit hoc Elias ex eadem ratione, qua supra, scilicet, vt occultaret recessum suum Elisæo.

An Elias verum dixit, quòd Dominus mittebat eum in Bethel in Iericho, & in Galgalam.
Quæstio X.

QVAERETVR, quomodo dicebat Elias, ꝙ mittebat eum Dominus in Bethel, & deinde Iericho, & deinde in Galgalam, & an verũ diceret. Respondendum quòd Elias verum dicebat: quia ipse nũc recessurus erat de seculo, & mittebatur à Domino, ad visitanda ista loca, quæ nominauit ipse: tamen non dicebat hoc principaliter, ex eo quòd iturus erat ad ista loca: quia nihil impediebat Elisæum ire cum Elia: sed dicebat hoc ad occultãdum recessum suum Elisæo, vt cum toties diceret Elisæus manere velle in aliquo loco, iret Elias solus, & sic raperetur à Domino. *Et ille ait: viuit Dominus, & viuit anima tua, qua non derelinquam te:* cum iuramento asseruit Elisæus, quòd nõ dimitteret Eliã, vt Elias visa pertinacia, & obstinatione voluntatis Eliseí, non molestaret eum super hoc, quòd maneret, & ipse solus iret. *Cunq; venissent Iericho, accesserunt filij prophetarum, qui erant in Iericho ad Eliseum.* De istis filijs prophetarum dicendum est, sicut supra dicebatur, quòd essent verè filij Prophetarum secundum carnem, & cum eis erant alij viri religiosi, tenentes quasi vitam monasticam: & isti accesserunt ad Elisæum, quærentes ab eo, an sciret de recessu Eliæ: *& dixerunt ei: nunquid nosti quòd Dominus hodie tollet Dominum tuum à te?* Hoc sciebant isti spiritu prophetico: quia erant prophetę, & filij Prophetarum, & Deus reuelauerat eis ad consolationem suam. *Et ait, et ego noui.* Idest, etiam ego noui, sicut vos: istud fuit, quia Deus reuelauerat ei.

Filij prophetarum quare peterent ab Elisæo an sciret recessum Eliæ. Quæstio XI.

QVAERETVR, quare filij prophetarum tã qui erant in Bethel, quàm qui erant in Iericho, dixerũt Elisæo: nunquid nosti, quòd Dominus hodie tollet Dominum tuum a te? Respondendũ, quòd filij prophetarum volebant, quòd Elisæus succederet loco Eliæ in principatu prophetię: ideo reuelabant ei recessum eius, vt prius quàm recederet, peteret ab eo donum eminentię inter prophetas, ne manerent omnes illi prophetæ minores, tanquã sine capite. Motiuum autẽ est, quia Elias erat caput omnium prophetarum, qui tunc erant tam in eminentia prophetię, quàm in signorum operatione: quia nõ legitur de alio propheta, quod manẽte Elia inter homines, faceret mirabilia: ipse autẽ erat princeps cęterorum tam in doctrina morali quã in eruditione legis & exemplo vitæ: & gerebat curam de omnibus collegijs prophetarum in terra Israel: nũc

A verò nõ manebat aliquis similis ei inter prophetas: ideo omnes essent quasi sine capite. Et quia nullus eorum audebat petere ab Elia, quòd dimitteret eũ in loco suo, voluerunt dicere istud Elisæo, vt ipse peteret locum Eliæ: quia putabant, quòd faciliter posset hoc obtinere: hoc autem erat: quia Deus dixerat Eliæ, quod vngeret Elisæum in prophetam pro se, idest, quòd vngeret eum in successorem suũ, præcedenti lib. capit. decimonono, & hoc sciebant alij prophetæ: quia manifestum erat, quòd Elias vnxisset Elisęum: ideo putabant, quòd vellet, quòd Elisęus maneret loco Eliæ. Item patet, quia Elisæus erat valde familiaris Eliæ: nam semper ministrauerat ei, & secutus fuerat eum ex die, qua vocatus est,
B præcedenti libro, cap. xix. Ideo propter magnam familiaritatem, quidquid peteret ipse ab Elia, quod ꝑ se dare posset, vel orando Deum, vt daret, libenter faceret: Elisæus autem intelligens, quòd rapiendus esset Elias, & sciens, quòd filij prophetarũ volebãt, quòd ipse maneret loco Eliæ, & propter hoc ei loquebantur, dicebat illis: silete, idest, non loquamini aliquid: quia ego scio quid vellitis dicere, & quid me petere oporteat. *Dixit autem ei Elias: sede hic, quia Dominus misit me ad Iordanem.* Iam tertiò hortabatur eum manere, & dixit, quòd Deus miserat eum ad Iordanem: quia Deus volebat illa die rapere Eliam, & declarauerat ei locum, de quo rapiendus esset: ille autem erat vltra Iordanem: ideo Deus mittebat eum
C ad Iordanem, scilicet, vt transito Iordane, perueniret ad locũ, de quo rapiendus erat. *Qui ait: viuit Dominus.* Hic iurauit Elisæus, sicut supra, quòd nullo modo dimitteret Eliam: vnde non potuit Elias excutere eum à se vsq; ad locum, in quo raptus est à Dño.

Elias quare toties dixit Eliseo, quòd maneret.
Quęstio XII.

QVAERETVR, quare Elias toties dicebat Elisæo, mane hic: quia Dominus misit me: nãter dixit ei hoc, scilicet, quando ibat in Bethel & in Iericho, & Iordanem. Respondendum, quòd Elias dicebat hoc Elisæo, nõ quòd nollet omnino, quòd
D ipse non videret recessum eius, sed quia nesciebat, an Deus eum dignum reputabat ad vidẽdum hoc. Et si, Elia dicente, sede hic, quia Dominus misit me, manere vellet Elisęus, signum erat, quòd Deus non mouebat Elisæum ad videndum recessum Eliæ, & consequenter non reputabat eum dignum ad vidẽdum illum. Si autem Elisęus vellet ire cum Elia, haberet aliquale signũ Elias, quòd Deus volebat, quòd Elisęus videret recessum suum: & vt probaret hoc certius, non solùm in vno loco, sed in multis tentauit eum, vt maneret: nam si solum semel dixisset ei, sede hic: quia Dominus misit me, & nollet manere Elisæus, credere posset Elias, quòd hoc faciebat
E Elisæus ex quadam vrbanitate humana, sed non ex motu Dei. Cum verò videret, quòd ter conatus fuerat persuadere ei, quòd maneret, & noluit, putauit, quòd hoc non faciebat, nisi quia Deus mouebat eum ad eundum cum Elia, quousque raperetur: & tunc permisit eum ire secum, non molestans eum vltra quòd maneret.

Quare Elias discurrit per Galgalam, Bethel, & Iericho, & Iordanem. Quęstio XIII.

QVAERETVR vlterius, quare Elias discurrit per ista tria loca, scilicet, de Galgalis in Bethel, & in Iericho, & in Iordanem.
Rñdendum, ꝙ hoc fuit propter duo. Primo ad experiendum

periendum, an Deus vellet, quòd Elisæus videret Eliam, cum raperetur, vel non: & non poterat hoc sufficienter experiri Elias, nisi per multa loca discurreret, & in quolibet eorum diceret ipsi Elisæo, sede hic, vt declaratum est præcedenti q. Nunc autem cognouit istud, quia discurrit per loca illa. Alia causa fuit, quia Elias erat princeps prophetarum omnium, qui erant tempore suo, & isti erant commorantes per collegia sicut viri religiosi simul, ita quòd vnum collegium eorũ erat in Galgalis, & aliud in Bethel, & aliud in Iericho. De Bethel, & de Iericho patet in litera, quia de quolibet istorum locorum dicitur, ꝙ egressi sunt filij prophetarũ in occursum Eliæ. De Galgala autem non dicitur, quòd egressi sunt filij prophetarũ, non quidem, quòd ibi non essent, sed quia Galgala fuit primus locus, de quo litera refert Eliam, & Elisæum recessisse: ideo quanquam essent ibi filij prophetarum, non possent egredi in occursum Eliæ, qa ipse non veniebat in Galgalã, sed recedebat inde. Voluit autem Elias visitare nunc ista tria collegia prophetarum, quia ex quo nunc recedebat ab eis, volebat commendare ipsis aliqua, quæ facerent, licet nõ diceret eis, quòd omnino recedebat ab ipsis, nec etiam putabat, quòd ipsi scirent recessum eius. Deus verò mittebat Eliam ad ista loca, vt ex præsentia eius consolarentur omnes prophetæ audientes verba eius, tanq̃ nunquã rediturum ad eos: & ipse reuelauerat eis recessum Eliæ, vt sic videntes cõsolarentur: & Eliæ non reuelauit, quòd alij prophetæ hoc scirent, vt putaret, quòd alij non cognoscebant recessum eius. Nicolaus dicit, quòd iuit Elias in Bethel, & Ierico propter causam dictam: in Galgala autem stetit, quia erat locus sanctus, scilicet, quia ibi, Israelitæ fixerant castra, quando primo ingressi sunt in terram Chanaan: & quia ibi Israelitę circuncisi sunt, & celebrauerunt Pascha. Sed hoc non multum stat, quia si propter sanctitatem loci visitasset Galgalam, potius visitasset Ierusalem, in qua erat templum Salomonis, & arca fœderis, & omnia sacra veteris testamenti: visitasset etiam ciuitatem Silo, & Gabaon, & Cariathiarim, quia in his fuerat arca fœderis, vel templum Moysi aliquo tempore antequam fieret templum Salomonis: visitasset etiam ciuitatem Hebron, quia ibi est sepulchrum omnium patriarcharum, scilicet Abrahæ, Isaac, & Iacob, & vxorum suarũ, Gen. 49. & 50. ibi etiam est sepulchrum Adę primi parentis, Iosue 14. & tamen non visitauit aliqua istorum locorum, sed solum Galgalam, & Bethel, & Iericho: ergo non visitauit Galgalam propter sanctitatem, sed propter causam dictam, scilicet, propter collegia prophetarum, quæ ibi erant, sicut in Bethel, & Iericho, licet de hoc non fiat mentio propter causam supra assignatam: immo si velimus, possumus dicere, quia Elias non visitauit Galgalam, cum scriptura non dicat, quòd iuerit illuc, sed quòd iuerit de Galgalis in Bethel. vnde magis videtur, quòd Elias, & Elisęus manserint aliquanto tempore in Galgala, & quando rapiendus erat Elias, voluit visitare Bethel, & Iericho ex causa assignata. *Iuerunt igitur ambo pariter:* scilicet postquam Elisæus noluit manere in aliquo loco, non molestauit eum Elias, sed permisit secũ ire, & ibant ambo pariter per viam. *Et quinquaginta viri de filijs prophetarum secuti sunt.* Isti filij prophetarum erant de Iericho, quia iste fuit vltimus locus, de quo Elias recessit: & isti quinquaginta non iuerunt simul cum Elia, & Elisæo, sed sequebantur eos retro, vt viderent, quomodo rapiebatur Elias: & non audebant ire apud Eliam, ne increparet eos,

F & iuberet redire, sicut illi viri, qui iuerunt post Ieremiam, quando ipse iuit ad occultandum arcam fœderis ante captiuitatem Babylonis: voluerunt enim notare locum, sed non potuerunt inuenire, & reprehendit eos valde Ieremias, vt patet secundo Macha. *Qui steterunt è contra longè*, scilicet, secuti sunt Eliam, & Elisæum, euntes ad Iordanem, & ante Iordanem in aliquo loco excelso substiterunt, vt viderent quid Elias ageret in transitu Iordanis: nam locus, per quem ibat Elias, non habebat põtem, nec vada: Iordanis enim non legitur habere aliquem pontem, ex eo, quòd quodam tempore anni, scilicet in Martio, in tempore messis primæ inundat Iordanis valde, & diffundi-
G tur aqua per planiciem magnam, ita vt nullus pons sufficeret ad capiendum latitudinem aquarum de hoc Eccles. 24. scilicet. Qui multiplicat sicut Iordanis in diebus messis. Hoc etiam colligitur Iosue tertio, cum dicitur: Iordanis autem ripas aluei sui tempore messis impleuerat. Et isti viderunt, quomodo Elias diuisit Iordanem, & transierunt ambo: & etiam expectauerunt ibi, vsquequo rediret Elisæus, & viderent, an ipse faceret signum in Iordane. *Illi autem ambo stabant super Iordanem*, scilicet, stabãt in ripa Iordanis: non enim erat ibi pons aliquis, nec etiam vadum: sed oportebat transire super aquas, vel natare: & tunc opus fuit miraculo ad transeundum. Habet tamen Iordanis vada in aliquibus lo-
H cis: nã Iudicũ tertio, fit mentio de vadis Iordanis, quæ transmittunt in terram Moab. *Tulitque Elias pallium suum.* Istud erat ad diuidendum aquas Iordanis, vt transirent ambo, sicut postea fecit. *Et inuoluit illud.* Aliqui putauerunt, quòd Elias extenderat pallium suum super aquas, & quòd ipse, & Elisæus descenderunt super illud, & transierunt in eo sicut in naui: sed litera dicit hic contrarium, scilicet, quòd Elias inuoluit pallium suum, scilicet complicuit illud, faciendo longum, & strictum, & rotundũ ad modum lanceæ. *Et percussit aquas*, scilicet, percussit eas pallio sic inuoluto, velut si percuteret eas baculo, ad hoc, vt diuiderentur. *Quę diuisæ sunt in vtranque partem:* scilicet quædam steterunt ad partem su-
I periorem, scilicet illæ, quæ fluebant de fonte Iordanis à parte Aquilonari, & aliæ longè recesserũt, scilicet, quæ erant à parte Meridiana: & relicta est magna latitudo transitus per alueum fluuij. *Et transierunt ambo per siccum*, scilicet, diuisis aquis transierũt Elias, & Elisæus per alueum Iordanis siccum. Et in hoc fuit etiam aliud miraculum, quia non solùm aquæ diuisæ sunt, sed etiam Deus subito desicauit alueum fluuij, quia aliàs esset terra lutosa, & non conuenienter transirent per illam Elias, & Elisæus. Sic etiam fecit Deus, quando Israelitæ transierunt per mare rubrum: nam non solùm diuisit Deus aquas, sed etiam induxit ventum vrentem tota nocte, vt desiccaret alueum maris, & vertit illud in siccum. Exod. 14. Sic etiam quando transierunt Israelitæ per Iordanem, introeuntes in terrã Cha-
K naan, non solum diuisæ sunt aquæ, sed etiam arefecit Deus profundum Iordanis. Sic patet Iosue 4. scilicet per arentem alueum transierunt Israelitæ Iordanem istum, siccante Domino Deo aquas eius in conspectu nostro.

Iordanis diuisus ab Elia.

De quo [illegible] diuiso fue.

An pallium Eliæ habeat virtutem faciendi miracula: & quomodo viri sancti faciunt miracula, & etiam res inanimatæ. Quæst. XIIII.

QVAERETVR de isto pallio Eliæ, quale erat: & an habebat virtutem faciendi miracula in diuisione

diuisione aquarum. Ad primum dicendum, quòd A Elias indutus erat vestibus de pilis camelorum, vt declaratum est præcedēti capitulo: ideo etiam pallium istud erat de pilis camelorum. Ad secundum aliquis dicet, quòd istud pallium habebat virtutem faciendi miracula: nam Elias recedens de hoc seculo dimisit illud Elisæo: si tamen nullius virtutis esset, non dimisisset ei, quia etiam eodem modo dimitteret reliquas vestes, vel nihil. Item quando Elisęus venit ad Iordanem, diuisit aquas pallio illo, sicut diuisit Elias: ergo virtus faciēdi miracula erat in pallio. Item Elias percussit aquas Iordanis pallio, & non lapide, nec baculo, aut manu, vel alio modo, & sic diuisæ sunt aquæ: ergo videtur, quòd potius erat virtus faciendi miracula in pallio, quā B in aliqua alia re. Respondendum, ꝙ virtus faciendi miracula in nullo est, nisi in Deo: homines autē, & cęterę res tam animatæ, quàm inanimatæ virtutem istam non habent: sed aliqnando Deus operatur miraculum per res istas, non quidem, quòd per hoc communicetur virtus aliqua istis rebus, secundum quam ipsę aliquid faciant: nec etiam tunc, qn̄ fiunt miracula, deriuatr realiter virtus faciēdi miracula per ipsam rem, sed solus Deus immediatè operatur in rem. Placet tamen Deo, quòd aliquādo miracula ista fiant per viros sanctos, scilicet, quòd ipsis orantibus, mirabilia fiant: & tunc manifestum est, quòd ipsi non faciunt aliquid de opere miraculi, sed solum precibus suis mouetur Deus ad faciendū miraculum. C Aliquando autem viri sancti faciunt aliquid corporaliter, scilicet, applicādo manus, aut alia similia ad operationem miraculi, sicut Elias incubuit ter super puerum mulieris viduæ, ad suscitandum eum, præcedenti lib. cap. 17. Elisęus quoque bis incubuit super alium puerum ad suscitandū eū, infra 4. capit. & tunc videretur esse maius dubium, an sancti aliquid operarentur ad miraculum. Et etiam tunc dicendum, quòd non: quia sicut declaratum est pręcedenti lib. c. 17. quòd Elias incubuerit super puerum, nihil proficiebat ad reducendum animam ad corpus, sed solum faciebat hoc ad calefaciendum carnem pueri: sed illa calefactio non cōferebat aliquid miraculo. Interdum etiam ad ma- D gnificationem aliquorum virorum sanctorū Deus vult, quòd vestes eorum, vel quæ ipsi habent, sint ad operandum miraculum, scilicet ad resistendū Dęmonibus, vel ad sanandum ægritudines, & ad similia: sic enim fuit de baculo Elisæi: nam ipse mittebat eum ad hoc, vt poneretur super mortuos, & suscitarentur, infra 4. cap. Sic etiam ossa ipsorum sanctorum sunt ad operationem miraculi: nam cum sepultus esset Elisęus, & in sepulchrum eius positus fuisset quidam mortuus, mox vt tetigit ossa Elisæi, reuixit homo, & stetit super pedes suos, infra 13. Sed etiam in his manifestum est, ꝙ nulla virtus faciendi miracula est in istis rebus absolutè, quia tunc qn̄cunque cadauer alicuius mortui tetigisset ossa Elisæi, viueret: & tamen falsum est, quia tunc omnes E Israelitæ recurrissent ad ossa illa, & omnes mortui suscitarentur. Sic etiā patet de baculo Elisæi, qa ipse consuetus erat facere miracula tangendo aliquos ægros cum illo baculo: ideo misit puerum suū Giezi, vt poneret baculū illum super vultū pueri mortui: & tn̄ non suscitatus est, nec apparuit aliqđ signum vitæ in eo, infra 4. Dicendum tamen, quòd quanquam istę res non habeant aliquam virtutem in se ad faciendum miraculū, tamen interdū Deus vult miracula fieri, viris sanctis operantibus, ꝑ quędam instrumenta, & non per alia: intantum, quòd si non operentur per illa, quæ Deus iubet, nō fiet miraculum: & si operentur per alia, nihil facerent. Sic patet, quia Deus iussit Moysi percutere virga sua terram, & aquas, & assignauit ei illam ad faciendum miracula: nam Exod. 3. fecit Deus, quòd conuerteretur virga Moysi in Draconem: & iussit ei, quòd ferret illam secum in Aegyptum ad faciēdum miracula: & sic fecit: postea vero proiecit eam in terram coram Pharaone, & versa est in colubrū. Exod. 7. Iterum etiam percussit aquam illa virga, & versæ sunt aquæ in sanguinem. Iterum etiam percussit terrā virga illa, & facti sunt ciniphes Exo. 7. & 8. Iterū ēt post exitum de Aegypto, cū Deus vellet dare Israelitis aquam de petra, dixit ad Moysen: sume tecum virgam, qua percussisti fluuium, percutiesque petram, & exibit ex ea aqua. Exo. 17. Iterū ēt percussit petrā in deserto, Sin, virga illa, & fluxerūt aquæ. nu. 20. Ecce qualiter Deus expresè māda bat, ꝙ per illam virgam, & non per aliam fierēt miracula. Et manifestum est, ꝙ si Moyses percussisset petram alia virga, non eduxisset aquam, quia ageret contra præceptum Dei. Et tamen ex hoc non habebat illa virga maiorem virtutem ad faciendū miracula, quàm aliqua alia. Quod patet, quia si aliquis accepisset virgam illam, & percuteret petras, vel quascunque res, quando vellet, non exirent aquæ: immo, si ipse Moyses percuteret petram, non educeret aquas, nisi Deus expresè ei iuberet, ꝙ ꝑcuteret petrā. Hoc patet, qa postq̄ semel Deus iussit Moysi, vt percuteret petram, & fluxerunt aquæ, quādocunque Israelitæ postea sitirent, poterat ipse percutere virga illa lapides, & educere aquas: & tamen nō faciebat, quia populus iterum in deserto, Sin, murmurabat contra Moysen propter defectum aquæ: & ipse nesciebat, qd ageret, quousq; Deus dixit ei, ꝙ percuteret petrā, & percussit, & fluxerunt aquæ num. 20. si tamen Moyses putauisset, ꝙ ipso percutiente lapidem quandocunq; vellet, cū illa virga, exiret aqua, non expectauisset, ꝙ populus murmurasset propter defectum aquæ, sed in quocunque loco dedisset eis copiam aquæ: & tamē nihil faciebat cum illa virga, quousque sibi Deus expresè mandabat: ergo non habebat virga illa virtutē aliquā in se absolutè. Sic dicendum est de pallio Eliæ, ꝙ illud non habebat in se virtutem faciendi miracula: contulerat tamen Deus hoc Elię, ꝙ quando deberet facere miracula, percuteret rem cum pallio illo, & non cū aliquo alio instrumento, sicut contulit Moysi, ꝙ operaretur miracula cum virga pastorali, & non cum alia re: & tamen si Elias cum pallio operaretur aliquando, cum non esset beneplacitū Deo facere miraculū, nihil faceret. sic patet: qa Elisæus successit Eliæ in virtute, & veniēs ad Iordanem percussit aquas pallio Eliæ, & nō diuisę fuerunt, & iterum clamauit: vbi est Deus Eliæ, & percussit aquas, & diuisę sunt, infra in litera: pallium ergo non habebat virtutē operandi miraculosè: & tn̄ erat aliquid, sine quo Elias non operaretur miraculosè. Ad rōnem primā in contrariū dicendū, ꝙ nō sequitur: nam Elias reliquit palliū Elisæo, & nō sine causa: & tn̄ non sequitur, ꝙ haberet virtutē faciendi miracula: sed ꝑp quid pallium ei reliquerit, infra declarabitur. Ad secūdam rōnē dicendū, ꝙ Elisęus percussit aquas Iordanis, & diuisæ sunt: & tn̄ nō sequitur, ꝙ in pallio, qđ diuidebat eas, esset virtus miraculi, vt patet ex dictis: sed potius sequit̄ ex hoc cōtrariū, qa si palliū habuisset virtutē diuidēdi aquas, illico vt ꝑcussisset eas Elisęus, diuisę fuissēt: & tn̄ falsum est, quia non diuisæ sunt, quousque Elisęus clamauit: vbi est nunc Deus Eliæ: & tunc percussit aquas, & diuisæ sunt, vt patet in litera. Ad tertiā dicendum

Virtus faciendi miracula in solo Deo, est, & quomodo est in sanctis.

Deus interdū vult miracula fieri, viris sanctis operātibus, per quædā instrumēta, ita, ꝙ non per alia.

cendum, quòd Elias percussit aquas pallio, & non aliqua alia re: immo forte si percussisset eas alio instrumento, non fuissent diuisæ: & tamen nō ex hoc sequitur, quod esset virtus faciendi miracula in pallio illo, vt supra declaratum est.

Cunque transissent, Elias dixit ad Eliseum: Postula quod vis, vt faciam tibi, antequam tollar à te. Dixitque Elisęus: Obsecro, vt fiat in me duplex spiritus tuus. Qui respondit: Rem difficilem postulasti: attamen si videris me, quādo tollar à te, erit qđ petisti: si autem non videris, non erit. Cūq; pergerent, & incedentes sermocinarentur, ecce currus igneus, & equi ignei diuiserunt vtrunque: & ascendit Elias per turbinem in cœlum.

Cunque transissent. Hic ponitur secundum, s. Eliæ de hoc mundo transitus, & dicitur: *Cunque transissent*, scilicet, postquam transierunt ambo Iordanem, *Dixit Elias ad Elisæum.* Hic apud Iordanem rapiendus erat Elias in curru igneo, ideo voluit se expedire de Elisæo. *Postula, quod vis, vt faciam tibi antequam tollar à te*, scilicet, postula à me donum, quod volueris, quod ego possim à Deo impetrare antequam rapiar, qa postea nihil potero pro te facere. Dixitq; Elisęus. *Obsecro, vt fiat spiritus tuus duplex in me*, idest, volo, quod spiritus tuus prophetię fiat duplex in me. i. in duplo excellentiorem spiritum habeam, quàm tu habueris: vel potest intelligi, vt fiat duplex spiritus tuus in me, idest, oro vt spiritus tuus, qui duplex est, fiat in me, idest, maneat in me. Erat autē spiritus Eliæ duplex, scilicet spiritus prophetiæ, & spiritus faciendi miracula, & vtrunque petiuit Elisęus: tenendo primum sensum Elisęus petiuit excellētiam sup Eliā: tenendo autem secundum, non petiuit aliquā excellentiam super eum: immo fortè nō petiuit ęqualitatē, quia solū voluit habere spiritum prophetiæ, miraculorum: & tñ poterat iste spiritus minor esse tā in miraculis, quàm in prophetia in eo, q̄ in Elia.

An Elisæus petierit spiritum duplo maiorem spiritu Eliæ: vel solum spiritum Eliæ: & an illum consequutus fuerit. Quæst. XV.

QVAERETVR, an petiuerit Elisęus spiritū duplo maiorem spiritu Eliæ: vel solū spiritum Eliæ, qui consistebat in duabus rebus. Aliquis dicet, quòd non petiuit, nisi spiritum Eliæ, qui duplex erat: nam erubesceret Elisæus petere aliud maius, quā Elias habebat, cum satis esset, immo super satis, quod ei ęquaretur: nam non est discipulus super magistrum, nec seruus super Dominum, sicut Christus dixit. In contrarium videtur, ꝙ petiuerit spiritum duplo maiorem: nā Elias sciebat, ꝙ Elisæus futurus erat sibi successor in prophetia: nam Deus dixerat ei: vnges Elisæum in prophetam pro te, idest, in successorem tuum, pręcedēti lib. cap. 19. & tamen quando Elisęus dixit, obsecro, vt fiat spiritus tuus duplex in me, rñdit Elias, rē difficilem postulasti, cum sciret eum futurum successorem suum: ergo videtur, ꝙ petebat spiritū duplo maiorem: & ista erat res difficilis, quia tūc erat plus, quàm successor Eliæ. Respondendum, ꝙ ista quæstio est satis dubia: potest enim teneri vtraque

F pars, quasi sine præiudicio, cum verba literę æqualiter exponi possint in vtroque sensu. Si aūt velimus tenere vnam partē, facilè est respondere ad argumēta alterius partis: communiter autem tenetur, ꝙ spiritus Elisæi fuerit duplo maior spiritu Eliæ. & sic dicetur ad rationem in contrarium, ꝙ Elisæus nō erubuit petere excellentiam super Eliam, quia ipse nō petebat eam ex desiderio gloriæ, & honoris, sed solum, quia Deus incitabat eum ad petendum hoc, cum sic Deus iudicaret expedire ad gloriam suam, & vtilitatem populi sui: etiam Elias non habebat hoc tanquam molestum, scilicet, ꝙ discipulus suus esset maior eo: quia in prophetis, & viris sanctis nulla est ęmulatio. Cum autem dicitur, quòd non est

Determinatio auctoris.

G seruus super Dominum, nec discipulus super magistrum, dicendum, quòd quādiu seruus manet in seruitute, & discipulus manet in discipulatu, non est seruus maior Dominó, nec discipulus magistro, nec Apostolus eo, qui misit illum: & tamen seruus euadens in libertatē potest effici maior Domino priori, & discipulus potest effici sapientior magistro postquam recesserit à disciplina eius. Nunc autem Elisęus non erat mansurus sub disciplina Eliæ, sed futurus erat caput aliorum prophetarum: ideo nō erat inconueniens eum esse excellētiorem Elia: vel aliter, discipulus non est super magistrum, scilicet, quantum ad doctrinam, & perfectionē, quam recipit à magistro: & tamen potest esse maior quantū

H ad aliquid, quod non suscipit ab eo. Sic erat de isto spiritu duplici, quem petebat Elisęus, quia non erat accepturus eū ab Elia, sed à Deo. Apparuit hoc in Christo, quia ipse dixerat discipulis suis, ꝙ non erat discipulus super magistrum: & tamen dixit, quod ipsi maiora miracula facerent, quàm Christus fecerat: ita ergo non erat inconueniens de Elisęo, ꝙ licet esset discipulus Eliæ, acciperet virtutem ad maiorem prophetiam, & maiora miracula. Si aūt velimus tenere, quòd Elisęus non accepit maiorē spiritum, quàm Elias, sed illum solum, dicemus ad rationem in contrarium, ꝙ Elias sciebat, Elisęum sibi futurum successorem: & tamen ob hoc constabat quòd accepturus esset vtrunque spiritum Eliæ, sci-

I licet, prophetandi, & faciendi miracula, cū Deus solum dixisset: vnges Elisęum in prophetam pro te, p̄cedenti lib. cap. 19. ideo cum petiuit Elisęus spiritū faciendi miracula, & spiritum prophetiæ, qui erat duplex spiritus, dixit Elias: rem difficilē postulasti. Item confirmatur hoc, quia Eccles. 48. ponuntur laudes Eliæ propter miracula, & dicitur: & quis potest similiter gloriari, qui sustulisti mortuū ab inferis? & tamen si Elisęus accepisset spiritū duplo maiorem, quàm Elias, potuisset non solum gloriari similiter, vt Elias, sed etiam posset magis gloriari. Item patet hoc eod. cap. cum dicitur, Elias in turbine tectus est, & in Elisęo completus est spiritus eius: & sic videtur, quòd non habuit spiritum duplo ma-

K iorem Elia, quia tunc nō diceretur spiritus Elię cōpletus in eo, sed superabundans: dicitur tamen cōpletus: ergo non habuit spiritum, nisi tantum sicut Elias: ista autem positio videtur esse rationabilior, quàm quòd spiritus suus fuerit duplo maior spiritu Eliæ, licet communiter teneatur contrarium: & nos illud aliquando cum cęteris asseruimus.

Spiritus Elisæi in quo apparuit in duplo maior spiritu Eliæ. Quæstio XVI.

QVAERETVR vlterius, dato ꝙ Elisęus accepit spūm Elię duplo maiorē, in quo apparebat hoc? Respondendū, ꝙ spiritus prophetiæ, & faciendi

ciendi miracula non sunt aliqui habitus manentes in nobis, sicut habitus scientifici, vel habitus virtutum. Nec etiam sunt tanquam aliquæ potestates, vel vires naturales ad agendum, ita vt possemus comparare spiritum Eliæ ad spiritum Elisæi in differentia perfectionis, sicut comparamus habitum scientificum vnius hominis ad habitum alterius: nam spiritus propheticus non est aliquis habitus manens in propheta, sed quædam illustratio supernaturalis raptim transiens. Potestas autem faciendi miracula non est aliquid in homine, sed in solo Deo, licet interdū Deus, orante homine, miracula faciat, vel operante illo aliquid ministerialiter: ideo non possunt comparari spiritus isti, nisi per aliqua extrinseca. s. ꝙ ille dicetur habere spiritum prophetiæ excellētiorem, cui plura, & maiora reuelantur: & ille dicetur habere maiorem spiritum faciendi miracula, quo orante, Deus maiora miracula efficit. De prophetia autem non potest patere, an fuerit maior in Elisæo, quàm in Elia: quia multa reuelata sunt per Elisæū, & multa per Eliam. De miraculis autem potest haberi maior comparatio: nam vterq; miracula fecit.

Miracula Eliæ.

De Elia patet præcedenti libro cap. xvij. s. quia suscitauit filium Sareptanæ mulieris, & dixit ꝙ non minueretur oleū de lecytho, nec farina de Hydria, vt patet ibidem. Etiam fecit descendere ignem de cœlo super sacrificia, & orauit, & venit pluuia, præced. lib. c. 18. fecit quoq; descendere ignem de cœlo sup quinquagenarios duos, præcedenti cap. Elias etiam aperuit Iordanem, vt patet hic.

Miracula Elisæi.

Fecit quoq; miracula Elisæus: nam Iordanem diuisit, sicut Elias, vt patet hic: aquas amaras, & steriles conuertit in dulces, & salutiferas, vt patet in litera: pueros quoq; xlij. fecit lacerari à duob⁹ vrsis, vt patet ī litera: ipse quoq; fecit ꝙ mulier non habens filium, haberet filiū: etiā fecit repleri multa vasa vacua oleo, infra iiij. c. suscitauit quoq; puerum mortuum: & fecit cicutas, quę erant ad mortē hoīum, conuerti in cibum dulcem, & salutiferum. Etiam fecit, quòd de viginti panibus saturarentur multi viri, quibus multo plures panes non sufficerent, & superabundauit, eodem ca. sanauit etiam Naamā syrum à lepra inf. v. ca. fecit quoq; ferrū in aqua, infra vj. fecit etiam apparere mōtem plenum curribus, & equitibus angelorum: percussit etiam hostes cęcitate, & duxit eos in Samariam, & posuit in potestate regis Israel, cum ipsi inquirerēt Elisęum ad occidēdum: & præcedebat eos Elisęus, ostendens viā, & nesciebant quis esset, nec quò eos duceret e. c. suscitauit quoq; hominē à morte postq̄ ipse mortuus est infra xiij. Plura igitur multo sunt miracula Elisæi, quàm Eliæ.

Miracula Elisęi maiora fuerunt, q̄ miracula Eliæ.

Apparet autem principaliter hoc in duobus: primo, quia citius Deus exaudiebat eum orantem, quàm Eliam. Nam Elias orauit quòd plueret Deus, & nō pluit, quousq; septies orauit, præcedenti lib. ca. xviij. etiam quando suscitauit puerum mulieris Sareptanæ, nō exauditus est quousq; ter incubuit super puerum, & ter orauit e. lib. cap. 17. Elisæus autem suscitauit puerum alterū, & tamen solum bis orauit, & bis incubuit super puerum inf. iiij. Item Elias vnicum mortuum suscitauit, Elisæus vero suscitauit duos, scilicet vnum, dū viueret, & alium postquā mortuus esset, & ossa mortui tetigerunt ossa sua in sepulchro. De primo inf. iiij. de ij. inf. xiij. maior ergo apparuit Elisæus in operatione miraculorum, quàm Elias.

Elias fuit primus, q̄ mortuum suscitauit.

Elias tamen gloriosior est omnibus prophetis: q̄a ipse fuit primus, qui suscitauit hominem à mortuis. Ignotum enim erat hoc seculo ante Eliā, ideo rectè dicitur Ecclesia. xlviij. Quis potest tibi similiter gloriari? qui sustulisti mortuum ab inferis. i. fuisti primus, qui eduxisti

A mortuū ab inferis. *Qui respōdit: rem difficilem postulasti.* Putauit Elias, quòd peteret Elisæus aliquod paruū, nūc vero obstupuit audita magnitudine rei. Et quocunq; modo intelligatur, erat res ista difficilis: nam si intelligatur, quòd Elisæus petierit spiritum duplo maiorem spiritu Eliæ, manifestè erat res difficilis: quia nullus apparuerat à tempore Moysi tam excellens propheta, vt Elias: & tamen volebat Elisęus esse duplo maior. Si autem intelligatur quod Elisęus petiuit duplicem spiritum Elię. i. prophetandi, & faciendi miracula: etiam erat difficilis res: q̄a hoc non cōcedebat Deus tūc alijs prophetis, sed soli Elię, iō erat dubiū an vellet concedere Elisęo. Dixit autem hoc Elias: quia ipse nesciebat, an Deus cōcedere vel

B let hoc Elisæo, licèt Deus determinasset concedere: quia non reuelauerat istud Eliæ. *Attamen si videris me, quando tollar à te, erit quod petisti.* i. si videris quomodo ego rapior, & eleuor in altum, erit ī te quod petisti: si autem non videris me, non sequetur in te qđ petisti. Hoc autem dixit Elias: q̄a nesciebat an Deus vellet cōcedere Elisęo id, quod petebat. Posuit autem istud signum non ex arbitrio suo: quia nō erat argumentum necessarium, nec valde verisimile, quòd si Elisęus videret Eliam rapiendum quando eleuaret, quod haberet petitum: sin autē, nō: sed dixit istud, quia Deus reuelauit ei, quod si Elise⁹ videret ipsum, assequeretur petitum, & aliàs non: & tamen nō voluit reuelare Deus Eliæ an cōsequeret Elisæus hoc,

C vel non. *Cunque pergerent, & incedentes sermocinarentur.* s. postquam Elias dixit hoc Elisæo, apud Iordanē pergebāt ambo per viam, & sermocinabatur Elias cū Elisæo: quia petebat Elisæus multa ab Elia de his, q̄ facere eū oportebat post recessum Eliæ: & dum loquerent, raptus est Elias: *Ecce currus igneus, & equi ignei diuiserunt vtrunq;* s. apparuit currus igneus, & equi ad ferendum Eliam, & diuiserunt inter vtrunq;. i. transierunt inter Eliam, & Eliseum, & raptus est Elias ad currum igneum: mansitq; Eliseus. *Et ascendit Elias per turbinem in cœlum*, idest, eleuatus est in altum in illo vento forti, qui vocatur turbo.

Raptus Eliæ.

D *An currus igneus, & equi ignei tulerint Eliam, vel turbo, seu ventus validus. Quæstio XVII.*

QVAERETVR quomodo dicitur hic, quòd currus igneus, & equi ignei tulerunt Eliam, q̄a supra dicitur quòd Elias raptus est in turbine, & ēt hic dicitur. Respondendum quòd Elias verè rapt⁹ est in cœlum in turbine i. in vento valido impellente eum, & ibi fuit aliqua pars grossa, & condensata, in qua sederet Elias, & circuncingebatur in ea sicut in veste, vel sicut in domo: & ventus fortis impellēs ex vna parte mouebat Eliam ad locum illum, quē Deus destinauerat. Apparuit tamen à principio currus igneus, & equi ignei ad significandū, quòd Elias ferri deberet in curru isto: & maximè vt significare-

E tur, quòd à Deo mittebatur de cœlo: quia ea, q̄ cœlestia sunt, maximè repræsentantur in igne. Sic patet infra vj. vbi voluit Elisæus ostendere puero suo adiutores venientes de cœlo, & ostendit ei mōtem plenū equorū, & curruū igneorum in circuitu Elisei. Et iste currus non erat verus, sed factus de aere, & etiam equi facti de aere condensato, ita vt videri posset, & palpari pre grossitie: habebat autem colorem igneum ex causa dicta. Sic enim columna nubis, quæ præcedebat Israelitas in deserto per diē videbatur nubes, & per noctem videbatur ignis. Exo. xiiij. Et tamen illa colūna erat verè nubes accipiens aliquando colorem, & fulgorem ignis. s. singulis noctibus: vt declaratū est Nume. ix. Sciēdū ēt, quòd iste currus,

currus,& equi nõ erant, vt verè portaretur Elias in eis,sed solum ad ostensionem quandam. Nam manifestum est,quòd currus,& equi sunt ad mouendũ aliquid per terram: Elias tamen non mouebatur super terram, sed eleuatus est in altum,cùm dicat hic, quòd eleuatus est in cœlum,& tamẽ currus,& equi nihil proficiunt ad mouendum per aerem. Dicendũ ergo,quòd Elias dixerat Eliseo,Si videris me,quando tollar à te,erit quod petisti. Deus autem volebat dare Eliseo quod petiuerat,& vt sciret spiritũ Eliæ sibi traditum,dedit ei quòd videret Eliam, quando rapiebatur. Et quia melius poterat videri in curru,q̃ aliàs,fecit Deus ꝙ Elias videretur vadens in curru illo igneo, & quòd currus trahebatur ab equis super terram, & istud durauit aliquantulum, dum Elisæ⁹ videbat Eliam,& clamabat ad eum. Postea autẽ mutata fuit habitudo illa currus, & equorũ in aliã formam.s. quòd facta est quædam nubes concaua grossa,in qua sederet Elias, & tegeretur ex omni parte: & tunc incepit ventus fortis impellere nubem illã in altum versus cœlum: & iam non poterat videri Elias: quia erat obuolutus caligine nubis grossæ: & sic Elias raptus fuit,primo in curru igneo,deinde in forma nubis concauæ. Ista duo apparent ex litera: quia primo dicit, quòd currus igneus, & equi ignei diuiserunt inter Eliã,& Eliseum: deinde sequitur, ꝙ Elias ferebatur in cælum in turbine.s.in nube grossa caliginosa. Si autem Elias rapiendus esset, ita vt nõ videret eum Eliseus, non apparuisset aliquis currus igneus,in quo primo ferretur Elias,& postea in turbine: sed solum rapuisset eum nubes concaua, & caliginosa de conspectu Elisei: quia tamen Deus volebat, quòd Eliseus videret quando raperetur Elias: venit primo currus igneus, & tunc vidit eum rapi: & postea ferebatur in nube caliginosa, & tunc non videbat eum recedere.

Elias quare dixit Eliseo quòd,si videret eum,quando raperetur, consequeretur quod petiuerat. Quæst. XVIII.

QVAERETVR vlterius,quare dixit Elias Eliseo, quòd consequeretur,quod petiuerat,si videret eum, quando raperetur,alioquin non. Respõdet ita ra.Sa.ꝙ dixit hoc Elias innuens,ꝙ quãdo manebat cũ ipso non poterat ei conferre hanc gratiã: postquam verò recederet,poterat cõferre. Motiuũ autem est, quia Elias quandiu manebat inter hoĩes erat in minori statu; cum verò raptus esset, erat in excellentiori gradu: ideo poterat aliqua facere,quę prius non poterat. Hoc autem intelligendum est ꝑ modum orationis,& meriti,& non per modum effectus: quia solus Deus poterat effectiuè cõferre spiritũ duplicem Eliæ,quem petebat Elisæus. Sed adhuc non stat ista responsio: quia dato ꝙ Elias raptus ab hominibus posset plura impetrare orationibus suis, quàm manens in seculo,tamen nihil magis poterat Elias impetrare, si videret eum Eliseus, quàm si non videret. Dicendum igitur, quòd Elias dixit hoc: quia Deus non illuminauit intellectum suum ad sciendum,an consequeretur Elisæus, quod petebat, aliter quàm per istum modum: Nam Deus interdum tangit corda prophetarũ, reuelando eis aliquid determinatè secundum omnes circunstantias particulares: & tunc ipsi sciunt de re,an erit,& quando erit,& quomodo,& quoties fiet. Aliquando aũt tangit corda eorum confusè, vel vniuersaliter declarando aliquam rem, & tunc nõ possunt determinatè cognoscere circunstantias illius facti. Sic patet infra xiij. quãdo dixit Elisæus ad Ioas regem Israel, quòd iaceret sagittas per fenestram: & iecit sagittas

F ter, & stetit: & tunc dixit Eliseus ei, quòd ter solũ percuteret Syriam: ibi enim Deus volebat declarare Eliseo quoties Ioas rex Israel percussurus erat Syriam,& non dixit ei determinatè quoties, sed dixit ꝙ quoties Ioas sagittas iaceret coram Eliseo, toties præualeret contra Syriam: & tunc Eliseus iussit regi Ioas,quòd iaceret sagittas,sed nõ dixit ei quoties. Nec etiam dixit,quòd sæpissimè hoc faceret,sed reliquit eum arbitrio suo quoties vellet terram percutere, & ille percussit ter solum: & tunc dixit Elisæus,ꝙ si ꝑcussisset terrã sexies,vel septies, toties ꝑualuisset contra Syriam: nunc autem solũ ter præualeret. Et sic Eliseus ante hoc nesciebat quoties Ioas præualiturus esset contra Syriam: & quia nunc

G vidit,quòd ter percussit terram, cognouit quòd solum ter præualiturus erat contra illam. Ita factum est nũc in Elia: q̃a Deus voluit reuelare ei,an Eliseus consequeretur id,quod petebat: & non reuelauit ei distinctè,sed solum dixit, quòd consequeretur petitum,si videret eum rapi: & hoc idem dixit Elias Elisæo,& tunc nesciebat Elias determinatè an Eliseus cõsecuturus esset,quod petebat: sed cũ ipse raperet, & clamaret Eliseus: pr̃ mi currus Israel,cognouit,ꝙ acceperat Elisæus id,quod petebat: q̃a viderat eum.

Elisæus autem videbat, & clamabat: Pater mi, pater mi, currus Israel, & auriga eius.

H Et non vidit eum amplius. Apprehenditq; vestimenta sua, & scidit illa in duas partes. Et leuauit pallium Eliæ, quod ceciderat ei. Reuersusq; stetit super ripam Iordanis, & pallio Elię,quod ceciderat ei,ꝑcussit aquas, & non sunt diuisæ. Et dixit: Vbi est Deus Eliæ etiam nunc? Percussitque aquas,& diuisæ sunt hùc, atq; illùc,& transijt Elisæus. Videntes autem filij prophetarum,qui erãt in Iericho de contra,dixerunt: Requieuit

I spiritus Eliæ super Elisæum.

Hic ponitur Helisæi substitutio loco Eliæ,& diuiditur in quatuor, quia primò ponitur ipsa substitutio: secundo de raptu Eliæ tollitur præsumptio: tertiò ponitur aquarum sanatio: quartò Elisæi iniusta derisio. Secunda ibi. *Et venientes.* Tertia ibi. *Dixerunt quoque.* Quarta ibi. *Ascendit autem.* Circa primum dicitur: *Elisæus autem videbat,& clamabat*,scilicet,videbat,quomodo raperetur in curru igneo, & clamabat illa,quæ sequuntur. Et dicitur quòd videbat ad significandũ,ꝙ consecutus fuisset spiritum duplicẽ Eliæ,sicut dixerat Elias, si videret eum. *Pater mi,pa-*

K *ter mi.* Vocabat eum patrem,quia erat maior statu, & eruditione: nam ipse erudierat Elisæum toto tẽpore, quo manserat inter homines.

Quare clamabat Elisæus, cum raperetur Elias. Quæstio XIX.

QVAERETVR, quare Elisæus clamabat cũ raperetur ab eo Elias. Respondendũ ꝙ hoc potuit esse ꝑpter tria. Primò ex dolore: nã Elisæus diligebat valde Eliam, & secutus fuerat eum sẽp, dum manserat inter homines: ideo nunc de eius raptu dolebat, sicut dolet amicus de absentia amici: potissimè,si nunquam rediturus est,licet nouerit eũ ad maiorem statum assummi. Secundo clamabat, vt

vt Elias sciret, ꝙ spiritus suus sederat in ipso: hoc autem, quia Elias dixerat, ꝙ acciperet petitum, si videret eum rapi: in quo apparebat, ꝙ ipse nesciebat determinatè, an Eliseus assequeretur, quod petebat, & nunc fortè nesciret. Et quia sciebat Eliseus, ꝙ Elias diligebat eum, & gauderet, si sciret spiritum suum quieuisse in Elisæo, voluit declarare ei, ꝙ assecutus fuerat petitum: & hoc innuit clamando ad eum, qñ rapiebatur: quia in hoc significabat se videre eum, cũ diceret: currus Israel, & auriga eius: in quo apparebat, ꝙ videbat currum, in quo rapiebatur Elias. Tertiò fecit hoc ad prouocandum Eliam, vt loqueretur ei aliquid, quando rapiebatur: nam cum ipse loqueretur ad Eliam, & significaret se in hoc videre eum, fortè moueretur Elias ad dicendum ei aliquid, quod non faceret si non clamaret Elisæus, quia dubitaret, an videret eũ. *Currus Israel, & auriga eius*. Istud dicebat Elisæus ad Eliam. Et potest intelligi secundùm quosdam de Elia, scilicet, quòd ipse erat currus Israel, & erat auriga: de curru patet, quia ad currum pertinet sustentare. Sic enim Elias sustentauit Israel supportando defectus eorum, & prouidendo eis in necessitatibus: & hoc fuit, quando orauit, & Deus dedit pluuiã tempore magnæ siccitatis, pręcedenti lib. capit. 18. Vocatur auriga, quia ad aurigam pertinet dirigere: ita Elias dirigebat Israel, reuocando eos ad cultum veri Dei: & hoc fuit in monte Carmelo, quando descendit ignis super sacrificium suum, & totus populus videns adorauit Dominum, dicens: Dominus ipse est Deus: & occiderunt prophetas Baal, præcedenti lib. cap. 18. Sed ista applicatio est per metaphorã, ideo dicendum aliter, scilicet, quòd Elisæus vidit, quando rapiebatur Elias, & voluit significare, quòd videbat eũ: & quia rapiebatur Elias tunc in curru igneo, & ipse ibat super currum sicut auriga dirigens equos, dixit Eliseus: currus Israel, & auriga eius, idest, video currum, & aurigam: & dixit: currus Israel, idest, quòd ille currus ferebat in se totum bonum Israel, scilicet, Eliam, qui erat totum bonum Israel. In Hebræo dicitur. *Currus est Israel, & militia eius*. Exponit hoc Ra. Sa. de Elia .s. ꝙ ipse erat currus Israel, & militia eius, q. d. gentes, quando pugnant, confidunt in curribus, & in militia: Israelitæ autem habebant Eliam, dum viueret inter eos: loco curruum, & militię: quia preces eius erant sufficientes magis ad defendendum Israel, quàm currus, & arma. Sic patet de Moyse, qui orabat pro Israel pugnante Iosue contra Amalec, & tunc cum eleuaret manus, præualebat Israel contra Amalec: cũ autem deprimeret eas, fugabatur Israel ab Amalecitis, Exo. 17. & satis concordat ista expositio literę nostrę: precedens tamen melior est. *Et non vidit eum amplius*: scilicet, postq̃ clamauit currus Israel, & auriga eius: hoc fuit, quia nubes concaua, & caliginosa rapuit Eliam tunc ab oculis Elisęi: & iam non apparebat, quòd ferretur in curru igneo, sed in turbine obscuro. Et hoc est, quod supra dicitur, scilicet, ascendit Elias per turbinem in Cœlum. Dicitur etiam hoc ad significandum, quòd Elisęus nunquã habuit postea communicationem cũ Elia, scilicet, quia ille non redijt ad seculum, sed mansit in loco, ad quem Deus tulit eum. *Apprehenditque vestimenta sua, & scidit illa in duas partes*: Istud fuit, quando disparuit Elias, nam quãdiu videbat eum in curru igneo loquebatur ad ipsum, & non affligebatur: cùm verò disparuit, doluit, & scidit vestimenta sua in duas partes. s. per partem anteriorem, resecando ea à pectore vsque deorsum.

Quò Eliseus clamauit currus Israel, & auriga eius.

A *Quare Elisæus, rapto Elia, præ dolore scidit vestimenta sua. Quæstio XX.*

QVAERETVR quare Elisæus scidit vestimenta sua, rapto Elia. Respondendum, ꝙ hoc fecit præ dolore: erat nanque consuetudo inter antiquos, ꝙ in signum doloris vestes lacerarent quandocunque eis aliquid dolorosum valde nũciaretur. Sic patet de Dauid supra 2. lib. cap. 1. qui scidit vestimenta sua ipse, & omnes viri sui audita morte Saulis, & Ionatæ. Sic etiam Thamar filia Dauid, cùm oppressa fuisset à fratre suo scidit vestimenta sua, & imposuit puluerem capiti, eod. lib. ca. 13 Nec solum fiebat hoc, quando homines dolebant de aliquibus B malis temporalibus, sed etiam quando dolebant de peccatis, & petebant à Deo misericordiam: nã tunc scindebant vestimenta sua. Sed hoc vetuit Deus per Ioelem dicens his, qui dolebant de peccato: Scindite corda vestra, & non vestimenta vestra, Ioel. 2. nũc autem Eliseus dolebat nimis de raptu Eliæ, eoquòd sub vmbra eius viuebat, & ab eo eruditus fuerat, ipseque erat princeps omnium prophetarum: ideo sicut dolet amicus de recessu amici potissimè quando nunquam rediturus est: ita dolebat Elisæus pro Elia, faciebatq; pro eo planctum sicut pro mortuo: nam pro mortuis consuetudo erat vestes scindere, ita, & nunc scidit Elisæus, nec immeritò, quia pro mortuis non tam acerrimè dolemus quasi in ma- C lis magnis sint: nam potius videmus eos liberatos ab omnibus malis huius seculi, sed ideo tam amarè dolemus, quia scimus eos ad nos nunquam redituros: Elias autem quanquam nũc non moreretur, tamen nunquam rediturus erat ad communicationem hominum: ideo de eius absentia, sicut de morte alicuius, dolere poterat.

Mos antiquorũ, q̃ præ dolore vestes lacerabãt.

An Eliseus peccauerit dolendo, & lugendo pro raptu Eliæ, & an liceat lugere pro mortuis. Quæst. XXI.

QVAERETVR vlterius, an Elisęus peccabat dolendo, & lugendo pro raptu Eliæ. Aliquis dicet, ꝙ sic, quia Elias rapiebatur per volũtatem Dei, D & ipse rapiebat eum: de his tamen, quæ Deus vult, dolere impietas videtur. Item Elias rapiebatur ad perfectiorem statum, quàm habebat, dum esset inter homines: de bono tamen alicuius nunquam dolendum est, sed potius gaudendum: peccaret ergo Elisæus dolendo de raptu Eliæ, cum sciret eum fęliciorem futurum postquam raperetur, quàm cum maneret in seculo. Respondendum, ꝙ dolere de raptu Eliæ, erat sicut dolere de morte alicuius hominis: ideo videndum, an liceat dolere pro mortuis, & ex quo motiuo: & tunc apparebit, an licebit dolere de raptu Eliæ. Dicendum autem, quòd cum aliquis moritur, aut putamus eum certissimè æternaliter damnari, aut putamus ipsum esse virum bonum, & æternaliter fęlicitari: aut dubitamus de statu eius E omnino. Si autem primo modo non habemus in quo gaudeamus de morte eius, sed habemus de quo lugeamus: possumus enim lugere propter multa. Primò ex compassione naturæ, quæ perit aliqualiter desinente indiuiduo, cum ipsa conseruetur in indiuiduis: nam ablatis primis substantijs, quę sunt indiuidua, impossibile est aliquid aliorum remanere, idest, manere naturam generis, vel speciei, vt ait Aristoteles in prædicamento Substantiæ: Secundò possumus dolere ex malis, quæ passus est iste, qui mortuus est dum dissolueretur: quia illa fuerunt mala pænæ, licèt illa nunc non sentiat. Sic enim consueuimus dolere de hominibus, qui aliqua mala passi sunt,

Argu. primum.

Argu. secundum

Pro mortuo æternaliter dãnato plorandũ est

ſunt, licèt iam illa non patiantur. Tertiò poſſumus dolere de damno huius morientis. ſ. quia deſinit viuere: nam viuere eſt aliquid valde delectabile, ideo priuatio vitæ, quæ eſt mors, eſt dolenda nimis. Quartò dolere poſſumus, & amariſſimè pro inſęlicitate, quam putamus iſtum incurrere: ſi credamus eũ æternaliter periiſſe. Nam incurrit quandam pœnam intenſiorem omnibus pęnis huius ſeculi, &, ꝙ deteriꝰ eſt, quia illa æterna eſt. Quinto dolere poſſumus de malo noſtro, quod incurrimus ex morte alicuius: nã interdum ille viuens multa nobis pręſtabat, quibus non ſine dolore caremus Et ſi nihil aliud ſit, ſaltem pro ipſa æterna abſentia anxiamur; ſicut dolemus de amico recedente à nobis. Si autem qui moritur bonus eſt, ità vt certiſſimè putemus eum aſſecutum vitam æternam: ſicut ſunt viri ſãncti aliqñ inter nos viuentes, habemus aliquid, de quo doleamus, & aliquid de quo gaudeamus. Poſſumus enim dolere de tribus primis aſſignatis ſupra, ſ. quia aliqualiter perit ſpecies humana, quę deſinit eſſe in iſto: & pro pęna, quã paſſus eſt in diſſolutione, & pro dãno priuationis vitę; quia priuatur quodam bono, quod eſt viuere: Sed aliquis dicet, ꝙ non eſt pœna in viris bonis priuari vita, quia per mortem aſſequũtur maiora bona, quàm ſit vita iſta. Dicendum, ꝙ dato, ꝙ aſſequantur maiora bona, & ſimpliciter melius ſit illis mori, quàm viuere, ſicut dixit Apoſtolus: mihi autem viuere Chriſtus eſt, mori autem lucrum, ad Philipp. 1. tamen non tollitur, quin pœnalitas quædam ſit priuari ipſa vita, quæ eſt magnum bonum, per quòd anima gaudet in corpore, tanq̃ in organo ſub ſpecie determinato ſibi ad operationes ſuas, & cũ quo complet rationem ſpeciei. Priuatur etiam moriẽs multis delectationibus, quas honeſtè experitur, dum viuit, & non ſunt delectationes eiuſdem generis in morientibus. Vnde Moyſi datum eſt in pœnã, ꝙ moreretur antequam introiret in terram Chanaan: & tamen manifeſtum eſt, ꝙ ipſe erat vir optimus, & egrediebatur de laboribus huius ſeculi vadens ad ſinum ſanctorum, vbi nihil moleſti paſſurus erat: ſed multas cõſolationes angelicas haberet. De hoc Deut. 3. & 4. & ibi declaratũ eſt, ꝙ etiam ſi Moyſes moriens illicò iret ad vitam æternam: erat ſibi pœna mori antequam introiret in terrã Chanaan. Quartò dolere poſſumus, & potiſſimè de morte virorum bonorum propter damnum noſtrum ex abſentia ſua, quia eis viuentibus Eccleſia floret, & populi optimè reguntur: eis verò morientibus, omnia pereunt. Sic .n. dolebant diſcipuli Beati Martini de morte eius, dicentes: Cur nos pater deſeris? cur nos deſolatos relinquis? Inuadent .n. gregem tuum lupi rapaces. Dolere autem iſto modo de morte bonorum meritorium eſt: quia iſte dolor procedit ex charitate. ſ. quia dolemus propter malum, quod Eccleſia, & populi patientur ex abſentia bonorum. Habemus etiam, de quo gaudeamus in morte bonorum, ſcilicet, quia ipſi liberati ſunt de malis huius ſeculi, ſcilicet, tam de malis pęnę, quàm de malis culpę. De malis pęnę patet: quia dicitur Apocal. 14. Beati mortui, qui in Domino moriuntur, amodo iam dicitur ſpiritus, vt requieſcant à laboribus ſuis. Idem Apocal. 7. ſ. Non eſurient, nec ſitient amplius, neque cadet ſuper illos ſol, neq; æſtus, & abſterget Deus oẽm lachrimam ab oculis eorum. De malis culpæ patet: quia interdum Deus abbreuiat vitam aliquorum virorum bonorum, ne, ſi diu viuant, incidant in peccatum. Sic patet Sapientiæ 4. ſ. Placens Deo factus dilectus, & viuens inter peccatores tranſlatus eſt, ne malitia mutaret intellectum eius, aut ne fictio deciperet animam illius. Pro his ergo valde gaudendũ eſt.

Pro mortuo ſaluo poſſumus lugere, & gaudere.

Dolere de morte bonorũ meritoriũ ẽ.

Poſſumus gaudere de morte viri ſancti.

F Secundo gaudendum eſt pro bono ineffabili, quod aſſequuntur viri boni poſt mortem. ſ. fęlicitatem in viſione Dei, in qua omne bonum reperitur, quam non poterat habere, dum viuerent: ideo dicitur Pſ. 118. precioſa in conſpectu Domini mors ſanctorũ eius. Vocatur aũt, precioſa, quia per illam aſſequuntur rem maximi precij. ſ. fœlicitatem æternam. Si autem ille, qui moritur, ſit talis de cuius ſtatu poſt mortem dubitemus, dolere poſſumus pro ipſo, omnibus illis quinque motiuis poſitis ſupra in morte malorum: differt tamen mors iſtorum, & dolor pro eis à morte malorum, & dolore pro eis: nam pro malis dolemus incõſolabiliter, quia credimus eos ęternaliter periiſſe. Pro his autem, quorũ ſtatus dubius eſt, dolemus, quia dubium eſt nobis de eorum G conditione. Solum autem habemus vnum, in quo leuiter gaudeamus. ſ quia liberati ſunt de malis huius ſeculi, tam de malis pœnæ, quàm de malis culpę. Nunc autem redeundo ad Eliam, dicendum, ꝙ aliquo modo poterat dolere Eliſæus pro Elia rapto, ſicut pro moriente, & alio modo non. Nam primi tres modi, vel motiua, de quinque ſupra aſſignatis non competebant Eliſæo pro raptu Eliæ. Et ratio eſt, quia illi modi dolendi ſolum competunt pro morientibus realiter: Elias autem non moriebatur verè, ſed ſolũ ſubtrahebatur à communicatione hominum manentiũ in hoc ſeculo. Etiam non competebat quartus modus dolendi pro ipſo, quia ille ſolum eſt pro H illis, quos credimus eſſe malos, vel de quorum ſtatu dubitamus poſt mortem, quia pro illis lugemus ꝓ malo, quod incurrunt. Elias tamen non incurrebat aliquod malum per hoc, ꝙ raptus eſt ab hominibus: ſed potius trãſibat ad ſtatum maioris perfectionis, & gaudij. Solum autem competebant quintus modus lugendi pro eo. ſ. quia ex abſentia ſua anxiabantur alij prophetę manentes: & potiſſimè Eliſęus propter multa bona, quæ recipiebat eo manente: & nunc careret illis, eo rapto. Et dato, ꝙ nihil aliud eſſet, ſaltem cum diligeretur nimis ab omnibus filijs prophetarum, & ab Eliſæo, dolerent nimis de abſentia eius. Et ſic nõ erat illicitum Eliſęo lugere nimis, rapto Elia, & ſcindere veſtimenta ſua. Habebat aũt I Eliſeus aliquid, de quo gauderet pro raptu Eliæ. Primum erat, quia aſſequebatur magnum bonum per raptum, quale non poſſet habere manens inter homines: de quo infra declarabitur. Secundò poterat gaudere propter malum, quod effugiebat: nam dũ maneret Elias inter homines patiebatur id, quod cęteri ex lege communi naturæ: nunc autem ibi non patitur, ſed manet ibi tanquam immortalis factus: differt tamen ab eis, qui aſſequũtur vitam æternam per mortem, quia illi nunquã poſtea morituri ſunt, Elias autem adhuc occidendus eſt. Ad primam rationem in contrarium dicendum, ꝙ quanquam Deus vellet rapere Eliam, & raperet, tamen nõ peccabat Eliſæus dolendo de raptu eius: quia non tene- K mur conformare voluntatem noſtram voluntati Dei in volito circa omnia, quę ipſe vult: ſed ſatis eſt, ꝙ conformemur in modo volendi, & ita eſt hic, q̃a cum raptus Elię exiſtimaretur tanquam moleſtus Eliſæo, poterat dolere de ipſo. Cùm autem dicitur ꝙ videtur impietas dolere de his, quæ Deus facit, ſiue nobis ſint damnoſa, ſiue non: dicendum, ꝙ dolere tantum ſine murmuratione de his, quæ Deus facit, quando nobis, vel alijs damnoſa ſunt impietas non eſt, ſed interdum eſt meritum, quia tunc habemus cauſam dolendi. Ad ſecundum dicendum, ꝙ Elias rapiebatur ad meliorem ſtatũ, & de hoc nõ dolebat Eliſeus, ſed de dãno, quem exiſtimabat ſibi abfuturũ ex abſẽtia illius: & ſic nõ erat iniuſtũ dolere.

Pro mortuo, d̃ quo dubitamꝰ poſſumus lugere.

Ad principale quæſitum.

Ad pri[...] argu.

Ad ſecundum.

De

De morte bonorum, an magis lętari, quàm tristari, vel è conuerso debeamus. *Quęstio XXII.*

QVAERETVR vlterius: quia supra dictum est, ꝙ de morte virorum bonorũ aliquo modo debemus lætari, & aliquo modo tristari: an magis debeamus lætari, quàm tristari, vel è conuerso. Respondendum circa hoc, ꝙ gaudiũ, & tristitia de morte alicuius aut consideratur in morte viri valde boni, de cuius statu valde fęlici post mortem nõ dubitatur: aut de statu viri valde mali, de cuius infęlicitate post mortem nõ dubitatur: aut de viro mediocri, de cuius statu ad bonum, vel ad malum dubitatur. Si dicat de viro valde malo, hic non est cõparatio aliqua: quia pro illo solũ habemus de quo doleamus, & nihil, de quo gaudeamus. Si autem dicat de viro mediocriter se habente: dicendũ, ꝙ de morte illius magis dolendũ, quàm gaudendum est: quia motiua ad tristandum sunt multa, & magna, vt declaratum est præcedenti quæstione: ad gaudendum autem nullum motiuum est, nisi quòd liberatus sit de aduersitatibus huius seculi, & ꝙ iam non possit peccare: sed ista parua sunt in comparatione eorũ, quæ mouent ad lugendum. Si autem quęratur de viro valde bono, de quo certissimè creditur, ꝙ sit in vita æterna: dicendum, ꝙ maiora sunt simpliciter bona, quę adeptus est per mortem, quàm bona, quę perdidit: quod patet quia aquisiuit fęlicitatem ęternam, qua nihil melius est: & euasit omne malũ pœnæ, & culpę. Mala autem, quę incurrit per mortem in comparatione horum, valde parua sunt, vt patet ex pręcedẽti quæstione. Ideo simpliciter magis gaudendum erat de morte boni viri, quàm tristandum: nos tamen è contrario facimus: quia licèt gaudeamus, & tristemur, magis tamẽ tristamur, quàm gaudemus: Dicendum tamen ꝙ in hoc non peccamus, quia quilibet tenetur magis sibi, ipsi quàm alteri: cũ autem vir sanctus moritur sibi soli bonum prouenit ex morte: nobis autem viuentibus magnum dãnum est: quia deserimur à cura, & regimine tanti patris: ideo licèt nobis potius de nostra aduersitate dolere, quàm de ipsius prosperitate lætari. Et sic fecerunt discipuli beati Martini: quia ipsi satis credebant beatum Martinũ mox ad vitam ęternam conuolaturum, & tamen non gaudebant de felicitate illius, sed tristabantur de aduersitate sua, dicentes: Cur nos pater deseris? cur nos desolatos relinquis? Inuadent. n. gregem tuũ lupi rapaces. *Et leuauit palliũ Eliæ, quod ceciderat ei.* s. Elisæus leuauit de terra palliũ Eliæ, quod ceciderat de humeris Eliæ, quando ascẽdit super currũ. Nõ est aũt suspicandũ ꝙ palliũ illud ceciderit quasi casu; sicut satis verisimile erat posse accidere in homine ascendente super currũ: quia tenendo se ad ascendendũ super currum non teneret pallium, & caderet: quia Elias à Deo nunc rapiebatur, & si non expediret propter aliquid, quòd caderet pallium Eliæ, non cecidisset.

Mortuos lugẽdo et viros sanctos non peccam⁹.

Quare pallium Elię cecidit. *Quæst.* *XXIII.*

QVAERETVR, quare palliũ Elię cecidit. Rñdendũ ꝙ hoc fuit propter multa. Primo vt Elisæus vteret illo pallio, tanq̃ insignio prophetali. s. vt sicut Elisæus succedebat in officio, & dignitate prophetãdi, ita succederet ei ĩ pallio: nam Elias vtebat isto pallio tanq̃ quodam proprio insignio: iõ dignũ erat, vt cũ nunc Elias desineret prophetare, & facere miracula inter homines, quòd etiam desineret habere illud pallium prophetale: & Elisæus, qui succedebat in officio prophetali, succederet quoq; in

A pallio. Secũda causa fuit: quia Elisęus vnctus fuit in ꝓphetã cũ illo pallio, & nunc incepturus erat executionẽ officij prophetalis, iõ dignũ erat, vt reciperet palliũ illud ad offĩm prophetandi per qđ susceperat dignitatẽ, & auctoritatẽ ꝓphetandi. Hoc patet p̃cc. lib. c. xix vbi Deus iussit Elię, ꝙ vngeret Elisæũ in ꝓphetã pro se: ille aũt posuit palliũ suũ super Elisæũ, & per hoc vnxit eum. Tertia ratio fuit ad magis cõfirmandũ, ꝙ Elisæus acceperat id, quod petiuerat: nam Elisæus petiuerat duplicem spiritum Eliæ, & ad hoc datum erat ei signũ, ꝙ si videret Eliã rapi, assequeretur petitionem suam, alioquin non: & per hoc, quòd viderat eum quando rapiebatur, apparebat, quòd maneret in eo duplex spiritus Eliæ: & tñ
B ad maiorẽ confirmationẽ conueniens fuit, ꝙ maneret ei palliũ Eliæ: quia per hoc manifestè significabatur, ꝙ succedebat ĩ dignitate Eliæ. Quarta causa fuit ad operationem miraculorũ: nã Elias operabat miracula per illud palliũ, vt declaratũ est supra: Elisęus aũt operaturus erat miracula sicut Elias, iõ mansit ei palliũ. Hoc aũt patuit in transitu Iordanis: q̃a percussit aquas pallio Elię, & diuisę sunt: vt patet infra. Quinta causa fuit ad iudicãdũ dignitatẽ Elisæi alijs: nã Elisęus sufficienter sciebat de seipso, ꝙ in eo generat spũs Elię per hoc, ꝙ viderat Eliam, qñ raptus est: & tñ alij nõ certificabant per hoc: q̃a nesciebãt, an ipse vidisset Eliam qñ rapiebatur, vel an Elias dedisset sibi hoc signum: ideo dandũ erat aliud signũ
C exterius per quod appareret Elisęum habuisse spiritum Eliæ: & istud fuit per pallium: quia cũ viderent filij prophetarum Elisæum indutũ pallio Eliæ, sciebãt verisimiliter, ꝙ mãsisset ĩ eo spũs Eliæ; quia alioquin non dedisset ei Elias palliũ suum: quia illud nõ decebat, nisi virum habentem dignitatem Eliæ.

Henoch, et Elias quem statum habent in paradiso terrestri, & an ibi vtantur vestibus, & cibo, & alijs necessitatibus humanis. *Quæstio XXIIII.*

QVAERETVR vlterius de statu Elię, & loco, ad quem raptus est. Respondendum ꝙ, sicut declaratũ est supra in litera, Elias raptus est ad para-
D disum terrestrẽ, & ibi manet. De statu aũt eius, quẽ ibi habet, sacra scriptura, nihil tangit: possunt tñ aliqua dici, q̃ satis cõueniunt sacrę scripturę, & positioni eruditissimorũ. Et dicendũ ꝙ Elias & Henoch, q̃ manent in paradiso eundem modũ viuẽdi habẽt, & posset dici, ꝙ isti vtant cibis, sicut nos vtimur quotidie: & alijs necessatibus humanis. Vel potest dici, ꝙ non sumant quotidie cibũ: sed ꝙ semel, vel aliquoties sumpserint de fructu ligni vitę: & per illũ cõseruent sine fame, & siti vsq; ad tp̃s, quo Deus dignat⁹ fuerit eos ibi tenere. Et istud videtur aliqualiter miraculosum, & tamen non ponitur inconuenienter: quia necesse est poni aliqua miracula circa istos in paradiso terrestri: quia saltem aliàs non possent tanto tp̃e viuere, cũ ętas eorũ sit valde magna: sicut inf.
E declarabitur. Et istud ẽt est conuenientius, ne ponatur quotidiana necessitas assumendi cibũ in illis hominibus: istud aũt est quantum ad cibum. De vestibus autem dicendũ ꝙ vestiti manent: & vestes illæ, quas hinc tulerũt manent eis vsq; hodie: & manebunt vsq; ad tp̃s, quò ad nos veniant, & expleant officiũ suũ: istud aũt non fit sine miraculo: q̃a nõ poterat aliqua vestis durare quatuor millibus, vel quinque millibus annorũ, sicut necesse est durasse vestes Henoch, cũ plures, q̃ quinque millia annorũ trãsierint ex eo tp̃e, quo ibi Henoch est: sicut inf. declarabit. Manẽt aũt per miraculũ vestimenta eorũ, & calciamenta illęsa: sicut ea die, qua translati sunt in locum

Paradisus terrestris, vbi sit, & quid sit, & quõ possit illuc naturaliter ꝑueniri, & plura alia curiosa dubia vide. Capit. ii. Gene.

cum illum. Sic.n. factū est ī Israelitis, qui quadraginta annis per desertum ambulauerunt, & vestes eorū non fuerunt inueteratę, nec calciamēta attrita sūt: Deuter. viij. à fortiori ergo Deus faceret hoc in illis duobus viris sanctis, quos ī paradiso terrestri tenet. Aliquis aūt poterit dicere, ꝙ isti viri nō habent ibi aliquas vestes: quia non sunt necesse eis, eo ꝙ conditio loci est talis, vt nec frigore algeant, nec ęstu caleant, sed sit aptatissima temperies, q̄ excludit vsum vestiū. Patet hoc in Adam, & Heua, qui anteq̄ peccarent in paradiso sine vestibus manserūt: Gen. iij. si tū locus ille esset distēperatus, vel saltē nō haberet maximā temperiē, sicut est in oībus locis habitationis nostræ, non fuissent Adā, & Heua sine vestibus ante peccatū. Respondendū ꝙ Elias, & Henoch vestes habent, nec obstat argumentū de temperie loci: qa difficillimū est in tota regione elemētali, in qua necesse est esse paradisum terrestrem, reperiri locum talis temperiei. Sed adhuc dato, ꝙ esset talis temperies, ita vt propter qualitatem aeris non essent vestes, necessariæ essent propter aliam causam. s. pp verecundiā; qa rubor est hominē nudū apparere. Hoc patet ī Adā, & Heua: qa licèt essēt sine vestibus ante peccatū tū postq̄ peccauerūt illico operuerūt se vestimētis, faciētes perizomata de foliis ficulnearū. Gen. iij. Elias tū & Henoch hūt passionē verecūdię; qa ista pęnalitas deriuata fuit in oēs hoīes, & manet ī eis siue peccent, siue ñ: iō saltē pp verecundiā egebūt vestibus. Si aliquis obijciat, ꝙ in vita ęterna hoīes non habebunt vestes. Dicendū ꝙ ibi erit oīno ablata pęnalitas, q̄ est consequens peccatū originale, iō non verecundabunt. Et qa Elias, & Henoch nōdū sunt beati habent pęnalitates istas, q̄ consequunt peccatū originale, & sic egent vestibus. Adā aūt anteq̄ peccaret non habebat aliq̄ pęnalitatē: iō non egebat veste. Si tū vellemus dicere, ꝙ paradisus terrestris sit tēperatissimus locus, & tū non sit tanta tēperies, quin sint necessariæ aliquæ vestes pp modicū excessum frigoris, vel caloris, non videret inconueniens. Et si aliquis dicat hoc non stare: quia tunc Adā eguisset vestibus, dato ꝙ non peccaret, cū vestes fuerint datę ei solū pp verecundiā. Dicendū ꝙ non obstat: qa ēt si locus ille haberet aliqualem excessum frigoris, vel caloris, Adā non eguisset vestibus ante peccatū, quia nō pateret à frigore, vel calore, eo ꝙ nulla adhuc pęnalitas ei inflicta fuerat ante peccatū. Vnde non solū ibi manens ante peccatū non egeret vestibus, sed ēt si positus fuisset sub altero polorū mundi, vbi est maxima frigiditas: vel sub torrida zona, vbi est ardor intēsissimus, nihil pateret à frigore, vel calore, nec egeret vestibus. Ideo dato ꝙ ipse nō egeret vestib9 ī paradiso ante pctū, tū Elias, & Henoch nūc vestibus egerent: qa sunt post peccatū. Ista positio satis est sustentabilis. Sed veritas est, ꝙ paradisus terrestris ex dono Dei est locus tam temperatus, vt existens ibi non egeat vestibus, siue esset in statu ante peccatum, siue post peccatum: ideo ex hac parte Elias, & Henoch vestibus non egerent. Quod aūt sic se habebat, patet: quia mox, vt Adā, & Heua peccauerunt, venerunt in eos oēs pęnalitates: etiā si Deus eos non dum increpuisset, sed postea increpuit. Qđ patet: quia qñ Deus vocauit Adā, dicēs: Adā vbi es? iam ipse latebat prę uerecūdia. Gen. iij. & tū Adā, & Eua non fecerunt sibi vestes ad tollendū frigus, & ęstum, sed solum propter verecundiā: vnde operuerunt solum genitalia: quia in illis erat erubescentia, & non in alijs partibus corporis: si tamen locus ille fuisset distemperatus aliqualiter, ita vt egerent vestibus, mox vt peccarent, sentirēt frigus, vel calorem, sicut verecundiā passi sunt: & non solum ad operiēdū pudenda vestes facerēt, sed ēt ad velādū totū corpus, & tū non fecerunt nisi pro genitalibus: ergo etiā post peccatum non patiebantur ibi à frigore, vel calore propter conditionem loci. Primo ergo vestes hominum fuerunt ad repellendum verecundiam, & non propter intemperiem aeris. Deinde autem Deus fecit vestes hominibus de pellibus animalium, & istę fuerunt ad tegendum totum corpus: quod patet, quia istę vocantur tunicę pelliceæ: primæ autem vocabantur perizomata, quę nō sunt vestes, sed cinctoria. Et istas secundas vestes fecit Deus Adam, & Heuæ: non solum ad excludendum verecundiā, sed etiam ad repellendum intemperiem aeris, & hoc, qa expellendi erant de loco Paradisi in locum istum, in quo nos habitamus, in quo vestes necessarię sunt. Habent igitur Elias, & Enoch in Paradiso terrestri nūc vestes, cum quibus hinc rapti sunt: & quia illi vtebātur vestibus grossis, quæ vocantur sacci, qñ venerint ad nos tempore Antichristi, erunt induti saccis: sic patet Apocal. 11. f. & dabo testibus meis, & prophetabunt diebus mille ducentis sexaginta amicti saccis. Et istud intelligitur de Elia, & Henoch. De statu istorum duorum virorum quantum ad habitudinē corporis, dicendum, ꝙ habitudo corporis istorum quantum ad ætatem non variatur. s. ꝙ quanquam multis diebus vixerint, non videntur vetustissimi: qa si ſm comparationem ætatis eorum ad nostrā esset differentia vetustatis, tanta esset rugositas, & mutatio vultus eorum, vt nullo modo viderentur retinere humanam effigiem, & hoc nullo modo decebat: quia cum venturi sint ad prædicandum aliqñ inter homines, oportet vt retineant dignitatem vultus humani, vt saltem ex ipso vultu appareant reuerendi. Hoc autem satis rōnabile est, quia sicut miraculum est in hoc, ꝙ tandiu conseruatur vita ipsorum, quod fieri non poterat naturaliter: ita etiam miraculum erit in conseruatione vultus eorū in statu decenti maturitatem ætatis. Vnde satis rōnabile est, ꝙ dicamus habitudinē corporis eorū conseruari in illo tenore, in quo erat cum ab hoībus rapti sunt: ita vt si quis vidisset eos tunc non indicaret eos nunc vetustiores esse, q̄ tunc fuerint: sed fortè potius è contrario videbuntur nunc vultus eorū recentiores, q̄ tūc fuerint: & hoc, quia manent in loco illo sancto. Sic enim vultus Moysi clarior erat, & recentior postq̄ desijt loqui cū Deo post quadraginta dies, q̄ priusq̄ incepisset: licet in oībus illis diebus non comederit, nec biberit, vt patet Exo. 34. De statu illorū quantū ad sanitatem corporis, dicendū ꝙ postq̄ fuerunt isti duo viri in paradiso terrestri, nunq̄ aliquā ægritudinē passi sunt, nec pati pñt: quia alioquin iam à multis annis mortui fuissent. Et non solū non patiūtur ægritudinem, quæ est magna alteratio corporis ad destructionem: sed ēt non patiuntur aliquam resolutionem paruam, quæ continua est in oībus entibus naturaliter viuentibus. Nā ſm Aristotelem, quādiu viuimus, nutrimur; & hoc, quia partes materiales semper fluunt, & refluunt, vt patet primo de generatione: si tamen in illis facta fuisset continua resolutio, necesse esset, ꝙ iam mortui fuissent in tot annis, etiam si nulla ęgritudo eis eueniret: & tamen nō defecerunt, ergo non fit in eis resolutio. Hoc autem dicendum est euenire propter cibum ligni vitæ. Nā homines sumentes de illo, naturaliter efficerentur vitæ longissimæ, vel perpetuarentur: quod patet Gene. 3. cum Deus dixit, quòd eijceretur Adam de paradiso, ne mitteret manum suam, & sumeret de ligno vitæ, viueretque in æternum: ideo non solum poterant manere isti duo viri tempore, quo manserunt, sed etiā per viginti millia, vel triginta mil-

Henoch, & Elias an vestes habeant.

Adā ante peccatū si poneret sub altero polorū vel sub torrida zona nō pateret à frigore vel calore.

Existēs in paradiso terrestri pp tēperiem eius non egeret vestibus.

F G H I K

Vestes quare inuentę fuerunt, & eorum origine.

Elias, & Henoch quibus vestibus erunt induti, qñ venerint ad nos tempore Antichristi ad prędicandum.

De statu Eliæ, & Henoch quo ad sanitatem.

Quare Elias, & Henoch semper sunt sani.

A millia annorum. Sed adhuc dicendum, quod non solũ non languescunt, sed etiam nihil potest eis nocere in cibo, vel potu: & hoc quia Deus dedit eis impassibilitatem: vel, quod verius est, quia impedit omnia nociua, vt nocere non possint: nam impassibilitas pertinet ad corpora iam glorificata. An verò gladius, & ignis, & alia exteriora nociua lædere eos possint, dicendum quod dubium est, & tamen satis videtur dicendum quod sic: quia isti duo viri occidendi sunt tẽpore Antichristi: vt colligitur Apocal. xj. & tamen non occiderentur, si essent impassibiles: nisi fortè dicamus quod nunc habeant dotem impassibilitatis, & tẽpore, quo, Antichristus venerit, Deus auferat eis istã dotem, vt mori possint: sed istud non videtur satis rationabiliter dictum: quia inutiliter daretur, & auferretur impassibilitas. De statu autem animarum

B istorum quantum ad posse peccare, vel non; satis dici posset quod effecti sint impeccabiles: quia quamquam nondum mortui sint, tamen manẽt in paradiso vt mortui, solùm reseruati ad prædicandum tempore Antichristi. Dicendum tamen videtur rationabilius, quod isti non sunt impeccabiles, sed manet adhuc eis potestas peccandi, sicut nobis: quia non posse vllo modo peccare pertinet ad statum beatitudinis; quam nondum isti assequuti sunt. Etiam quia vbi non est potestas peccadi non est potestas merendi, & tamẽ non est dubium, quin isti duo viri merebuntur, quãdo permittent se occidi prædicantes pro Christo: ergo manet eis potestas peccandi, & tamen certũ est

C quod nunquam peccabunt: quia iã assumpti sunt ad statũ tam perfectũ, & iã potius sunt cęlestes, quã humani viri.

Henoch & Elia nunc nõ sunt ipeccabiles.

Ad quid Helias, & Henoch manent in paradiso terrestri; & quid postea facturi sunt. Quęstio XXV.

QVAERETVR vlterius, ad quid Elias, & Henoch manent in paradiso terrestri. Respondẽdum, quod ibi manent, vt mittantur à Deo tẽpore Antichristi ad prædicandum contra perfidiam, & fallaciam eius: & isti prædicabunt tribus annis, & parum plus contra doctrinam Antichristi, & postea

D occidentur ab eo, & iacebunt cadauera eorum in platea Ierusalem per tres dies, & dimidiũ, & nemo audebit sepelire illos; postea autem rapientur in cęlum. Isti autem vocantur testes Dei reseruati ad tẽpus illud. Et tempere, quo durauerit prædicatio eorum, scilicet per tres annos, & dimidium, erunt induti saccis, & habebũt potestatem magnam ad mittendum ignem de cęlo, & occidendum omnes aduersarios suos, & ad faciẽdum miracula multa: nec aliquis poterit nocere eis, vsque quo consumentur dies prophetię eorum: quia tunc occidet eos Antichristus. De his omnibus habetur Apo. xj & ibi magis dicetur: quanquam aliqui vellint exponere illã literam alio modo. Quod autem isti conseruentur ad hoc, quòd veniant ad prædicandum aliquo tem

E pore, apparet: nã de Henoch dicitur Ecclesiast. xliiij. scilicet, Henoch placuit Deo, & translatus est in paradisum, vt det gentibus pœnitentiam. De Elia apparet: Malach. cap. quarto, scilicet. Ego mittã vobis Eliam prophetam antequam veniat dies Domini magnus, & horribilis, & conuertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres. Quod autem aliquãdo isti duo venturi sint ad prædicandum, necesse est cõcedi ex locis allegatis. Quòd tamen veniant tempore Antichristi, vel alio, non apparet adhuc: ideo Hebræi quandocunque videbant aliquem virum facientem miracula, putabant eum esse Eliam. Vnde quæsiuerunt à beato Ioanne, an ipse esset Elias:

Quare Iudæi ɋ̃he. rũt à Ioã ne an esset Elias.

A Ioann. j. Dicendum tamen, quòd venturi sunt tẽpore Antichristi, quod colligi potest: primo quia necesse est, quod isti aliquando veniant ad prædicandũ gentibus, vt patet ex locis allegatis: & tamẽ ad hoc non videtur esse aliquod tempus tam expediens, & necessarium seculo, sicut tempus Antichristi, eo quod tunc homines maximè dubitabunt in fide, tum propter multa signa & prodigia, quæ faciet, quę videbuntur hominibus vera miracula, & tamen erunt falsa secundum operationem Satanę. 2. ad Thessal. ij. tum quia terroribus, & minis, & supplicijs, & pręcio, & multis alijs modis inducet homines ad se, vt deserant fidem, ideo tunc maximè necessarij erunt viri spirituales potentes in sermone, & in operatio-

Venturi sunt Henoch, & Elias ad pdicãdum tpe Antichristi.

B ne miraculorum, quales erunt Elias, & Henoch: ergo dicendum est eos venturos esse potius tempore Antichristi, quàm alio tempore. Secundò patet, quia Malac. quarto dicitur, quòd Deus mittet Eliam antequam veniat dies Domini magnus ad conuertẽdum corda patrum ad filios; sed dies magnus vocatur dies iudicij, ante quem erit turbatio magna in Ecclesia recedentibus patribus à filijs, & e conuerso propter prędicationem Antichristi, ergo oportet, quòd tempore illo mittantur ad conuertendum ad rectam fidem homines turbatos in eam. Tertiò patet ex eo, quod habetur Apocalip. xj. vbi ponitur de duobus testibus Dei venturis tempore Antichristi, & illa verba maximè conueniũt Elię, & Henoch,

C vt patet continuando narrationem totius capituli, ideo dicendum eos tunc venturos ad prędicandũ.

Quot annorum steterint vsq; nunc in paradiso Henoch, & Elias. Quæstio XXVI.

QVAERETVR vlterius, quot annorũ sunt nũc isti duo viri manentes in paradiso terrestri. Respondendum, quòd sunt vetustissimi secundum ætatem, ita vt anni multorum hominum simul nõ perueniant ad annos vnius ipsorum: licèt secũdum dispositionem corporis non videantur vetustissimi, vt supra declaratum est. Et primò de Henoch dicẽdum est, quòd nunc in fine anni Christi millesimi quadringentesimiquadragesimi, in quo sumus, est

D Henoch annorum quinque millium ducentorum, & viginti. Hoc autem patet: quia Henoch ante diluuium natus est per annos mille, & triginta quatuor, vt patet: computando à die natiuitatis eius, vsque ad diem, qua fuit diluuium super terram omnes generationes medias, quæ habentur Gene. quinto: scilicet sexagintaquinque annos Henoch, quãdo genuit filium, & cẽtumoctoginta septem annos Matusalem filij eius, antequam gigneret Lamech: & cẽtũ octoginta duos annos Lamech nepotis Henoch, antequam gigneret Noe: & sexcentos annos Noe à natiuitate sua vsque ad diluuium, qui simul sunt mille triginta quatuor. Super hos addantur anni, qui fuerunt interprimam diem diluuij, & natiuitatis

E Christi, qui vocantur differentia æræ diluuij, & ęrę Christi, & sunt simul duo mille septingenti, & quadraginta, & sex anni, & ferè vnus annus incompletus. Istud patet, quia differentia ærę diluuij, & æræ Christi secundum radices tabularum regis Alphonsi, & secundum oẽs alias tabulas verificatissimas sũt quinq; quarta, & quatuordecim tertia, & xl. duo secunda, & xxx. nouẽ prima, quæ faciunt annos pdictos. Addantur etiam mille quadringenti quadraginta anni æræ Christi vsq; ad tempus istud, erunt simul quinque mille bis centum viginti anni, & complebitur alius annus in Martio, additis diebus superexcrescentibus: quia illi superabundant ad vnũ annũ: nam

Quęst. 24. Auctor quo anno scripsit librũ húc.

nam in Martio fuit diluuium. De Elia autem dicendum ꝙ in isto anno Christi millesimo quadringentesimo quadragesimo ipse est annorũ trium milliũ, & triginta quantum ad id, quod reperiri potest de certitudine: licèt necesse sit ipsum fuisse plurium annorum. Hoc apparet: q̃a Henoch antiquior est Elia: subtrahantur ergo de annis Henoch omnes anni, q̃ fuerunt inter natiuitatem vtriusq;, manebunt anni Eliæ à natiuitate Henoch vsq; ad diluuium fuerunt anni mille & triginta quatuor, vt supra declaratum est. A diluuio autem vsq; ad natiuitatem Abrahæ fuerunt anni treceti, & duo: vt colligitur per generationes medias, quæ habentur Gen. xj. à natiuitate autem Abrahæ vsq; ad introitum eius in terram Chanaan fuerũt anni septuaginta v. vt patet. Gene. xij. & in illo anno facta est promissio Abrahæ, & ex illo anno dicitur semen Abrahæ peregrinari, & ab illo anno vsq; ad exitum de Aegypto fuerunt anni quadringenti, & triginta: vt patet Exo. xij. & ad Galatas cap 3. Ab ipso anno vsq; ad annum ædificationis tẽpli Salomonis fuerunt anni quadringẽti octoginta: vt patet præcedenti lib. cap. 6. & ab illo anno vsq; ad finem regni Salomonis fuerunt anni xxxvij. cum ipse regnauerit annis xl. & fuerit ædificatio tẽpli in principio anni quarti regni sui: vt patet præcedenti lib. ca. vj. addantur etiam decem & septem anni regni Roboam: præcedenti lib cap. xiiij. & postea tres anni Abię eo. lib. ca. xv. Deinde xlj. anni Asa regis, qui simul sunt anni duo millia quadringenti decem, & nouem: qui subtrahantur de v. millibus trecentis, & viginti annis Henoch, manebũt anni duo millia nongenti, & vnus, & isti sunt anni Eliæ computando annos Eliæ ex fine regni Asa regis Iuda: & tunc erat annus tertius regni Achab regis Israel, vt patet præcedenti lib. cap. xvj. & tunc apparuit Elias coram Achab, denunciando ei, quòd non plueret. eo. lib. ca. xvij. Et tũc Elias erat annorum xxx. vel xl. aut plurium, qui addantur annis prædictis, & poterit dici, ꝙ Elias ad minus erit nunc annorum duorũ milliũ, & quadraginta, vel parum plus. Deinde mãsit inter homines toto tempore regis Achab, qui regnauit xxij annis: præcedenti li. c. xvj. mansit etiam tempore Ochozię filij eius, qui regnauit ferè duobus annis, & tunc raptus est in cœlum, vt declaratũ est præced. c. & hic. Nam in principio regni Ioram, qui successit Ochoziæ, iam erat raptus Elias in cœlum, vt colligitur sequenti c. Istud autem computãdo annos Eliæ, & Henoch à natiuitatibus eorum. Si autem velimus computare à temporibus, quibus rapti sunt, dicemus, ꝙ nondũ sunt v. mille anni quibus raptus est Henoch: quia deficiunt xlv. quod patet: quia anni à natiuitate sua vsq; nunc, sunt v. millia, & trecenti, & viginti, vt dictũ est, de quibus subtrahantur trecẽti sexaginta quinq;, quibus vixit antequam raperetur, vt patet Gene. v. manebunt quatuor millia, & nongenti, & quinquaginta quinq; à raptu suo. De raptu Eliæ dicendum est, ꝙ ipse raptꝰ fuit in fine regni Ochozię, vt declaratum est supra, addantur ergo decem, & nouem anni regni Achab super annos regni Asa, quia in illis feceramus supra finem, & ratio est: quia licèt xxij. annis regnauerit Achab, tamen tres anni eius primi concidunt cum regno Asa; vt patet præcedenti lib ca. xvj. Addãtur ẽt duo anni regni Ochozię, qui sunt xxj. & isti subtrahendi sunt de tribus millibus, & vno, quos posueramus supra esse inter natiuitatem Henoch, & finẽ regni Asa, & erũt simul tres mille, & viginti duo anni, q̃ subtrahant̃ de tota ætate Henoch. s. de quinq; millibus, & trecentis viginti annis, manebunt à raptu Eliæ vsq; nũc anni duo mille nõgenti, & octua-

F ginta completi. Sic ergo patet ętas istorũ virorum, & tempus raptus. *reuersusq; stetit super ripam Iordanis.* s. postquam raptus est Elias, non curauit Elisæus prosequi eum, sed reuersus est ad filios prophetarũ, cũ quibus prius habitauerat Elias, & ad hoc trãsiturus erat per Iordanem: ideo stetit super ripã Iordanis: *Et pallio Eliæ, quod ceciderat ei, percussit aquas.* s. percussit illas ad hoc, ꝙ diuiderentur, & transiret per siccum. *Et non sunt diuisę.* i. quanquam percusserit eas nõ diuisæ fuerũt statim sicut quando percussit eas Elias. *Et dixit: vbi est Deus Elię etiam nunc.* Istud dixit Elisæꝰ quasi conquerẽdo, vel indignatus: nã Elias dixerat sibi, ꝙ si videret eum rapi spiritus suus fieret duplex in illo: ipse autem viderat illum rapi, & nunc non poterat facere miracula, quæ faciebat Elias: ex quo appa-

G rebat, ꝙ non erat in eo spiritus Eliæ: iõ loquebatur quasi conquerendo de Deo, ꝙ fefellisset eum. *Percussitq; aquas.* s. secunda vice. *Et diuisæ sunt huc, atq; illuc.* Licèt enim Elisæus loqueretur quasi conquerẽs de Deo, tamen non diffidebat se posse diuidere aquas, sicut Elias: quia si difideret, non potuisset fieri miraculum per ipsum: fides nanq; est, quæ maximè operatur in miraculorum effectu. s. ꝙ qui fidem habet, & petit aliquem effectum miraculosum, obtinet illum: vt patet Matth. xxj. & Luc. xvij. si autem petẽs aliqualiter dubitat, nihil poterit obtinere. Sic patet Iaco. i. s. postulet autem in fide, nihil hæsitans: qui. n. hæsitat, similis est fluctui maris, qui à vento mouet̃, & circunfertur: non ergo existimet ille homo, ꝙ accipiat aliquid à Domino. *Et transit Elisæus.* s. per siccũ: quia non solum diuisæ sunt aquæ, sed desiccatus est alueus, vt non inquinarentur pedes eius in luto. Sic enim factum est in transitu Eliæ, & Elisæi simul, vt supra declaratum est. Elisæus diuisit aquas Iordanis

H

Quare Elisæus percussit aquas Iordanis pallio Elię. Quæstio XXVII.

QVAERETVR, quare Elisæus pcussit aquas Iordanis pallio Eliæ. Respondendum ꝙ hoc fecit ad similitudinem Elię: nam ille diuiserat aquas pallio, quando ambo transierunt, vt patet in litera: ita ergo Elisęus, qui erat successor eius in operatio-

I ne miraculorum, & prophetia facere voluit. Item pallium Eliæ ceciderat, quando Elias raptus est in turbine: sed Elias consueuerat facere miracula per istud pallium, ideo Elisæus credidit, ꝙ relictũ fuerat sibi ad hoc, ꝙ ipse per illud miraculose operaret̃, & sic voluit in transitu Iordanis vti illo ad operationẽ miraculi. Item fecit hoc ad experientiã spiritus sibi collati: quia ipse petiuit spiritũ duplicẽ Eliæ, & collatus sibi erat: quia viderat Eliam, quando rapiebat̃, iõ voluit nunc incipere experiri opera illius spũs, & q̃a Elias cuius spũm ipse habebat duplicẽ, diuiserat aquas pallio, voluit ipse quoque sic diuidere.

K

Quare in prima percussione Elisæi non fuerunt diuisę aquę. Quæst. XXVIII.

QVAERETVR vlterius, quare prima vice, qua Elisęus percussit aquas pallio, non fuerunt diuisę. Aliquis dicet, ꝙ hoc fuit: quia Elisæus non habebat tunc fidem, & miracula non fiunt sine fide. Sed dicendum, quòd hoc non stat: quia Elisæus susceperat spũm Eliæ duplicem: non ergo stat, ꝙ non haberet fidem ad operationem miraculorum, sine qua non fit miraculum. Item si Elisæus cum prima vice percussit aquas dubitasset an Deus eas diuidere vellet, & non diuiderentur: magis dubitaret in secũda vice, & sic nunquam diuiderentur aquę, & tamẽ in

in ſecunda vice diuiſæ ſunt, ideo non dubitauit in F
prima, nec in ſecunda. Sed dicendum, quòd non fue
runt diuiſæ aquæ prima vice: quia Eliſæus nouiter
accepto ſpiritu prophetico, & faciendi miracula po
terat ſuperbire, ſi illico diuiderentur aquæ: ideo, vt
compelleretur orare ad Dominum, non fuerunt di-
uiſæ in prima vice. Item factum eſt hoc, vt crederet
Eliſęus non meritis ſuis ſe iſta obtinere, ſed meritis
Eliæ: ideo non diuiſæ ſunt aquæ quouſque dixit vbi
eſt Deus Eliæ: & tunc illico diuiſæ ſunt, in quo mani
feſtè apparuit ſanctitas Eliæ. Aliquis dicet, ꝙ iſtud ac
cidit, quia virtus Eliæ ad faciendum miracula erat
fortior, quàm virtus Eliſæi, ideo ad vnam percuſſio-
nem Eliæ diuiſæ ſunt aquæ, & non fuerunt diuiſæ,
niſi Eliſæo percutiente bis. Sed iſtud non ſtat, quia G
ſpiritus duplo maior erat in Eliſæo, q̃ in Elia, cũ ip-
ſe petijſſet ſpiritum Eliæ fieri duplicem in ſe, & hoc
obtinuiſſet: ſupra in litera. Item patet, quia in alijs mi
raculis velocius operabatur Eliſæus, quàm Elias.
Nam ad ſuſcitandum filium Sarephtanæ viduæ ter
orauit Elias, & ter incuruauit ſe ſuper ipſum, præce-
denti libro, capitulo 17. Eliſæus autem ad ſuſcitan-
dum paruulum ſolum bis orauit, & ſe incuruauit ſu
per puerum, infra 4. Item dato, quòd ſpiritus Eliæ
non eſſet duplo maior in Eliſæo, ſaltem eſſet æqua-
lis, vt patet ex ſupra declaratis: ideo quantũ ad hoc
ęquè faciliter diuiſiſſet aquas. Dicendum ergo, quòd
non fuit propter defectum ſpiritus prophetici, &
operatiui miraculorũ, nec propter defectum fidei; H
ſed propter cauſam ſupra aſſignatam. *Videntes autem
filij prophetarum, qui erant in Iericho* .ſ. iſti viderunt, quo
modo tranſiuit Eliſęus per ſiccum diuidendo aquas
In q. 9 Iordanis, & per hoc cognouerunt, quòd erat æqua-
lis in virtute ipſi Eliæ. Iſti filij prophetarum erant fi-
lij ſecundum carnem aliquorum prophetarum, &
etiam plurimi ipſorum habebant ſpiritum prophe-
ticum: vt ſupra declaratum eſt. Iſti erant in Iericho,
ſcilicet, quia ibi erat vnum collegium prophetarũ:
In q. 13. & aliud erat in Bethel, & aliud in Galgala, vt ſupra di
ctum fuit. *De contra*, ideſt, erant in aliquo colle con-
tra Iordanem, & ex loco ipſo viderunt, quando tran
ſiuit Eliſæus, quomodo diuiſit aquas. Iſti filij prophe
tarum erant quinquaginta viri, qui erant in colle- I
gio prophetarum Iericho: & iſti ſecuti ſunt Eliam,
& Eliſæum, quando ambo ibant contra Iordanem,
& antequam accederent illùc, ſteterunt de longe cõ
ſiderantes, quomodo tranſirent Elias, & Eliſæus Ior-
danem: vt patet ſupra in litera, & manſerunt ibi quo
uſque rediret Eliſæus, vt viderent, quomodo ipſe
tranſiret Iordanem: vt per hoc cognoſcerent an ma
neret in eo ſpiritus Eliæ, & nunc viderunt. *Dixerunt:
requieuit ſpiritus Eliæ ſuper Eliſæum* .ſ. quando viderunt,
quòd Eliſæus diuiſiſſet aquas Iordanis pallio Eliæ, co
gnouerunt, quòd ſpiritus Eliæ manſiſſet in eo .ſ. quã-
tum ad prophetiam, & quantum ad operationem
miraculorum. Et hoc cognouerunt per duo ſigna.
Primum erat, quia Eliſæus portabat pallium Eliæ, K
& ꝙ non dediſſet ei Elias illud, niſi ſuccederet ei in di
gnitate prophetandi, & miraculorum.

Quo filij prophetarũ cognouerunt, ꝙ ſpũs Eliæ manſiſſet ſuper Eliſæu...

Secundum erat, quia diuiſit aquas Iordanis, ſicut
Elias, & hoc magis probabat, & potiſſimè, quia te-
nuit eundem modum diuidendi, quem Elias .ſ. quia
pallio diuiſit aquas.

Et venientes in occurſum eius adoraue-
runt eum proni in terram, dixeruntque illi:
Ecce cum ſeruis tuis ſunt quinquaginta viri
fortes, qui poſſunt ire, & quærere Dominum
tuum, ne fortè tulerit eum ſpiritus Domini,
& proiecerit eum in vnum montium, aut in
vnam vallium. Qui ait: Nolite mittere.
Coegeruntque eum, donec acquieſceret: &
diceret: Mitte. Et miſerunt quinquaginta vi
ros. Qui cum quæſiſſent tribus diebus, non
inuenerunt: & reuerſi ſunt ad eum. At ille
habitabat in Iericho, & dixit eis: Nunquid
non dixi vobis: nolite mittere?

Hic ponitur ſecundum huius partis, in quo de ra-
ptu Eliæ tollitur præſumptio .ſ. quia filij propheta-
rum non credebant eum omnino raptum: ſed ali-
quando rediturum, ideo volebant eum inquirere: &
ponitur primo veneratio exhibita Eliſęo à filijs pro-
phetarum, cum dicitur. *Et venientes in occurſum eius*,
ſcilicet, iſti erant in quodam colle citra Iordanem
ad occidentem, de quo viderunt Eliſæum tranſire
Iordanem per ſiccum, & cognoſcentes requieuiſſe
in eum ſpiritum Eliæ, curreruntillico contra Iorda
nem ad obuiandum ei, vt committarentur ipſum
venientem, quia iam dignus erat honore, cum ſuc-
ceſſiſſet in dignitate Eliæ. *Adorauerunt eum proni in ter-
ram* .ſ. humiliauerunt capita ſua vſque ad terram, in-
curuando ſe ſuper illam: & illud pertinebat ad ma-
gnam reuerentiam. Erat autem iſta adoratio non
qualis debetur Deo, ſed hominibus, quæ vocatur
adoratio duliæ. *Dixerunt ad eum: ecce conſerui tui ſunt
quinquaginta viri, qui poſſunt ire ad quærendum Domi-
num tuum.*

Viderunt iſti iam raptum fuiſſe Eliam, & volue-
runt ire ad inquirendum eum putantes, quòd non
omnino raptus eſſet, & ad hoc dixerunt, quòd erant
quinquaginta viri fortes, qui poterant ire ad quæ-
rendum Eliam, iſti quinquaginta erant filij prophe-
tarum, qui erant in Iericho, & non erant ibi plu-
res: & omnes iſti quinquaginta erant nunc coram
Eliſæo adorantes eum.

Nam omnes ipſi iuerant ad videndum, quomo-
do tranſiret Eliſæus Iordanem: vt ſupra dictum eſt.
Et dixerunt iſti, quòd erant conſerui Eliſæi, ideſt,
ipſi, & Eliſęus erant ſerui, & omnes ſimul erant ſer-
ui Eliæ: quia ille erat princeps omnium propheta-
rum, & nondum putabatur omnino receſſiſſe, ſed
adhuc manere tanquam princeps ipſorum. *Ne for-
tè tulerit eum ſpiritus Domini, & proiecerit in vno montium,
aut in vna vallium.* Vocatur ſpiritus Domini ventus
miſſus à Domino, vt dicitur Geneſis primo. Spiri-
tus Domini ferebatur ſuper aquas, ideſt, ventus miſ-
ſus à Deo flabat ſuper aquas ad deſiccandum eas, vt
redderetur terra arida. Et iſte ventus poterat proijce
re Eliam in vno monte, aut valle, & ibi maneret, de-
ſinente impetu venti.

*Quare filij prophetarum dixerunt, quòd fortè ſpi-
ritus Domini tulerit Eliſæum.*
Quæſt. XXIX.

QVAERETVR, quomodo iſti filij propheta-
rum dixerunt, ne fortè tulerit eum ſpiritus
Domini.

Reſpondendum, quòd iſti poterant putare hoc
propter duo.

Primò, quia fortè Eliſæus diceret eis modum ra-
ptus Eliæ: nam veriſimile eſt, quòd illi quærerent ab
Eliſæo, quomodo raptus fuiſſet Elias, & ille diceret,

quòd raptus fuerat in curru igneo, & deinde in turbine: & tunc isti poterant cogitare, quòd ventus fortis missus à Domino rapuisset Eliam, & tulisset eum vsq; ad aliqđ spaciũ terræ paruũ, & ibi reliquisset eũ. Secundò poterant hoc cogitare, quia forte acciderat hoc Eliæ sæpe, ꝙ raperetur à Domino in turbine, & moueretur de loco ad locum. Patet hoc ex verbis Abdiæ dispensatoris Achab: pręcedenti lib. c. 18. .ſ. Cunque recessero à te, spiritus Domini asportabit te in locum, quem ego ignoro. Ille tamen non dixisset hoc, nisi consuetum esset, ꝙ spiritus Domini. i. ventus raperet Eliam. A fortiori ergo poterant isti hoc dicere, quia multum tempus erat, ex quo Abdias illa dixerat Eliæ, & post illud forte sępius raptus fuerat Elias. Etiam, quia isti filij prophetarum morabantur cum Elia, & melius poterant scire, an Elias raperetur aliquando à Domino, quàm extranei: & tamen ipsi hoc sciebant: ergo maximè scirent filij prophetarum.

Quare filij prophetarum volebant inquirere Eliam, cum scirent eum raptum esse; & an rationabiliter moti fuerint. Quæst. XXX.

QVAERETVR vlterius, quare isti filij ꝓphetarum voluerunt ire ad inquirendum Eliam, cum scirent eum raptum esse à Domino: & an rationabiliter moti fuerint.

Dicendum, quòd motiuum fuit istorum, quia Elias sæpe rapiebatur à Domino, & postea apparebat, ideo etiam nunc putauerunt, quod apparere posset, & inquirere eum voluerunt. Fuit tamen motiuum eorum aliqualiter irrationabile. Primò, quia si Elias raperetur iterum rediturus ad eos, sicut consueuerat; non mansisset spiritus eius in Elisæo, nec pallium suũ ei datum fuisset: quia sæpe ante hoc raptus fuerat Elias, & tamen nunquam manebat spiritus eius in Elisæo, vel in aliquo alio, eoquòd ipse semper redibat. Secundò patet, quia dato, ꝙ raptus fuisset, & deberet redire ad eos, nõ oportebat, ꝙ irẽt ad inquirendum eum, quia ipse Elias rediret, quãdo oporteret, & aliàs ipsi non possent eum inuenire. Elisæus autem sciebat omnino raptum esse Eliam, & ꝙ non rediturus esset ad eos: ideo nolebat, ꝙ aliquis inquireret eum: filij tamen prophetarũ ex magno desiderio, & amore Elię voluerũt adhibere circa ipsum diligentiam quandam in inquirendo, sed illa non esset necessaria. *Qui ait: nolite mittere.* Hoc respondit Elisæus, quia sciebat omnino esse superfluum inquiri Eliam, cum non esset inter homines. *Coegerunt eum donec acquiesceret.* ſ. coegerunt precibus inducendo eum ad hoc. *Et diceret: mittite*, idest, tanta importunitas fuit illorum in petendo, ꝙ mitteret viros ad inquirendũ Eliam, quod consensit: & dixit: Mittite. Hoc etiam fecit ad tollendam suspitionem, quia credere possent aliqui de filijs prophetarum, ꝙ Elisæus ex inuidia nolebat redire Eliam, vt ipse haberet principatũ illius inter prophetas: misit ergo, vt non crederetur, ꝙ inuidebat ei. *Et miserunt quinquaginta viros.* Isti erant illi quinquaginta, qui nunc erant coram Elisæo, & qui viderant eum transire Iordanem per siccum: *Qui cũ quæsissent tribus diebus, non inuenerunt.* ſ. quęsiuerunt in circuitu Iericho per montes, & valles, an esset ibi Elias, & non inuenerunt. Credendum est, ꝙ isti viri per diuersa loca inquirerent .ſ. singuli per singulas partes: vt sic facilius, & certius eum inuenire possent. *Et reuersi sunt ad eum*, scilicet, ad Eliseum in Iericho, vbi eum reliquerunt.

F *Quare tribus diebus solum quæsierunt Eliam. Quæstio XXXI.*

QVAERETVR, quare solum tribus diebus quęsiuerunt Eliam. Respondendum, ꝙ hoc fortè fecerunt, quia putabant, ꝙ spiritus Domini, idest, ventus nõ tolleret longè Eliam, si rediturus esset: & sic verisimiliter poterat esse intra terram illam, quã ipsi in tribus diebus lustrauerant: ideo post tres dies putauerunt superfluum esse quærere illum. Et hoc fortè quia Elias, quando solebat aliàs rapi, non rapiebatur ad longa terrarum spacia, & sic nunc verisimile erat si raperetur ad hoc, ꝙ esset rediturus. Vel potest dici, ꝙ prius tres dies incidit istis æstimatio, quòd
G Elias omnino raptus erat ab hominibus, sicut dicebat Elisæus, licèt ipsi prius non credebant, ideo destiterunt. Vel fortè affecti tędio in istis tribus diebus inquirendo Eliam cessauerunt eum inquirere. *At ille habitabat in Iericho* .ſ. Elisæus habitauit in Iericho post raptum Eliæ, cum istis filijs prophetarum. Sciendum autem, ꝙ tempore Eliæ, & Elisæi erant collegia prophetarum in aliquibus locis Israel, & specialiter apparet de tribus. ſ. de Iericho, & Bethel, & de Galgala: vt patet suprà in litera, & ibi declaratum est. Elisæus verò post raptum Eliæ fuit princeps prophetarum, & habitabat in istis locis discurrẽdo per collegia ista prophetarum, sicut Elias: & frequenter mutabat locum ad visitandum istos filios prophetarum. Vnde
H immediatè post raptum Eliæ habitauit in Iericho: sicut hic dicitur: & fecit ibi miraculum de sanatione aquarum, vt patet in litera. Deinde iuit ad habitandum Bethel, & de Bethel iuit in Carmelũ, & de Carmelo iuit in Samariam infra in litera. Postea autem habitauit in Galgala cum filijs prophetarum, infr. 4. Et sic fuit tota vita sua discurrendo per diuersa loca, visitando viros religiosos, quorum pater, & princeps ipse erat. *Dixitque eis: nunquid non dixi vobis, nolite mittere?* Hoc dixit ad filios prophetarum, q. d. ego sciebam firmiter, ꝙ raptus fuit Elias nunquam rediturus ad nos, ideo confidenter dicebam vobis, ꝙ non mitteretis: sed importunitate vestra coactus sum dicere vobis, quòd mitteretis.

In q. 4. 13.

I

Dixerunt quoque viri ciuitatis ad Elisæum: Ecce habitatio ciuitatis huius optima est, sicut tu ipse Domine perspicis, sed aquæ pessimæ sunt, & terra sterilis. At ille ait: Afferte mihi vas nouum, & mittite in illud sal. Quod cum attulissent, egressus ad fontem aquarum, misit in illum sal, & ait: Hæc dicit Dominus: Sanaui aquas has, & non erit vltra in eis mors, neque sterilitas.
K Sanatę sunt ergo aquę vsque in diem hanc, iuxta verbum Elisæi, quod locutus est.

De Co… dist. … Aqu…

Hic ponitur tertium huius partis. ſ. aquarum sanatio, quæ malę erant in vrbe Iericho, & dicitur: *Dixerunt quoque viri ciuitatis ad Elisęum*, isti non erant de filijs prophetarum, sed de habitatoribus vrbis, qui videntes Elisęum successisse Eliæ in operatione miraculorum, crediderunt, quòd ipse posset sanare aquas ciuitatis illius, quæ malę erant: ideo dixerunt ei ea, quæ sequuntur, confidentes, quòd posset dare remediũ. *Ecce habitatio ciuitatis huius optima est*, scilicet, est in bono situ, & in terra fertili: *sicut tu ipse Domine perspicis* scilicet, non oportet hoc probare, quia omnes vident,

dent, & tu vides. *Sed aquę pessimę sunt, & terra sterilis*, scilicet, solum habet vnum defectum, quòd aquę sunt malæ, & terra per hoc sterilis est. Istud dixerunt viri Iericho ad inducendum, quòd Elisæus deberet orare dominum; vt sanaretur aqua. Nam si esset habitatio illius loci mala, & esset aqua mala, non oportebat orari, vt sanaretur aqua: quia illa sanata, adhuc semper maneret mala habitatio loci, & consequenter inutile esset, quòd sanarentur aquę, quia tamen ciuitas erat bonæ habitationis, & sola aqua erat mala, erat rationabile orari, vt sanaretur aqua: & sic ciuitas fieret optimę habitationis in nullo deficiens.

Quomodo poterat stare, quòd ciuitas Iericho esset bonæ habitationis, & tamen esset terra sterilis, cum maximum bonum ciuitatis sit fertilitas.
Quæst. XXXII.

QVAERETVR, quomodo poterat stare, quòd isti dicebant, scilicet, quòd esset ciuitas bonæ habitationis, & quòd esset terra sterilis: nam maximũ bonum ciuitatis est esse in terra fertili propter necessitates ciborum, quę sũt maximę, & communissimæ necessitates hominum.

Respondent quidam quòd ista ciuitas habebat duo mala, scilicet quòd aqua fontis Ierichontini erat amara. & quòd ipsa terra tota in circuitu ciuitatis erat sterilis: sed dicebatur habitatio ciuitatis optima propter filios prophetarum, qui ibi habitabant: & quia erat ciuitas illa disposita ad contemplationem. Sed dicendum, quòd hoc non stat: quia manere filios prophetarum in vrbe non faciebat vrbem esse bonæ habitationis; sed potius videtur e cõtrario, scilicet quòd ideo filij prophetarum manebant in loco illo, quia erat fertilis, & bonæ habitationis. Dicendum igitur, quòd Iericho erat bonæ habitationis dupliciter, scilicet quantum ad ipsam vrbem, quæ consistit in ambitu murorum, & quantum ad territorium eius, quod erat dispositum ad habendum faciliter, & opulenter omnia, quæ sunt necessaria ad vitam humanam. De primo potest dici, quòd erat ciuitas optimè habitationis, scilicet, quia erat in loco valde salubri, vbi erat aer temperatus conferens ad conseruationem vitæ humanæ, & istud est vnum de maximis, quod attendi debet in fundatione vrbium: nam cura salutis debet esse prima in omni consideratione. Etiam poterat esse bonę habitationis, si locus erat fortis, & bene munitus ad resistendum hostibus in loco difficulter expugnabili, & etiam istud nimis confert ad habitudinem ciuitatis: potissimè pro illis, qui sunt in confinibus regnorum. De secundo dicendum quòd Iericho erat bonæ habitationis, quantum ad fertilitatem totius territorij; quia territorium suum est abundantissimum in fructibus. Et non est verum, quod aliqui dicunt, scilicet quòd tota terra Iericho esset sterilis. Patet hoc: quia e cõtrario inter omnes regiones terræ Chanaan nulla fertilior est quàm terra Iericho, scilicet quædã vallis magna, quæ est apud Iericho, & Iordanem: vnde Iosephus 5. Antiquitatum dicit, ꝙ inter cęteras terra Chanaan est fertilior, & in cõparatione terræ Iericho reliqua terra Chanaan nullius valoris est: Idem patet per Solinum in Polyhist. cap de Iudæa: vbi posuit qualitatem terræ illius, & inter omnes regiones nulla magis laudat, quàm terram Iericho, & Engaddi, quæ coniuncta est ei, vbi nascitur balsamum, & vineæ sunt præciosissimæ. Item patet, quia si terra illa omnino esset sterilis, nõ fuisset fundatus locus ille à principio: & tempore, quo introierunt Israelitæ in terram Chanaan, erat

Confutatio.

Primo de loco attendenda in fundatione vrbis salubritas, & fortitudo loci.

Inter cęteras terras orbis terra Chanaan est fertilior: & ea est fertilior Hiericho.

A Iericho ciuitas famosa, & regalis. Item patet maximè, quia quanquam positæ essent maledictiones à Iosue super ędificatorẽ Iericho: tamen Abiel de Bethel ædificauit eam, non obstantibus maledictionibus, & passus est, ꝙ filij sui morerentur, quanquam videret eos mori, vt posset ædificare ciuitatem, & esset Dominus eius: si tamen ipsa fuisset sterilis, non se exposuisset tantis malis, vt ędificaret eam: de hoc patet præcedenti lib. cap. 16. Dicendum ergo, ꝙ terra valde fertilis erat. Et hoc patet maximè, quia viri Iericho petierunt ab Elisęo, ꝙ redderet ciuitatem illam bonæ habitationis omnino: ipse tamen solum sanauit aquas, vt patet hic: ergo solum erat malum in aquas, & non in toto territorio: nam si tota terra fuisset sterilis, adhuc non sanabatur sanando aquas, B sed maneret semper malæ habitationis. Cum autẽ dicitur, ꝙ terra erat sterilis, intelligendum est nõ de toto territorio, sed solum de terra illa, per quam trãsibat aqua fontis, quia illa erat amara, vel salsuginosa, & reddebat terram sterilem. Et cum fuit aqua sanata, fuit etiam terra, per quam transibat fons, facta sterilis: vnde Bernardus in libro speculi virginum in primo libro dicit, ꝙ in vrbe Iericho erat sterilitas magna propter aquam fontis: cum vero Elisæus sanauit aquam, fuerunt confinia aquæ illius valde fertilia, in tantum, ꝙ generabantur ibi rosæ latæ ad magnitudinem scutellæ. Et de his dicitur Ecclesiast. 24. Sicut plantatio rosæ in Iericho. s. quia ibi erant rosę maiores, quàm in alijs partibus orbis. C *At ille ait: afferte mihi vas nouum.* Iussit Elisæus ferri vas nouum, in quo non fuisset facta aliqua ministratio ciborum, nec contraxisset aliquem saporem ex rebus ibi positis: & hoc, quia volebat mittere vas cum sale in aquam, &, vt non crederetur, ꝙ sapor inhęrens vasi conferebat aliqualiter ad dulcorationem aquæ fontis, misit sal in vas nouũ, in quo nullus sapor alicuius rei extrinsecę erat, ne per hoc minueretur in conspectu hominum auctoritas miraculi. *Et mittite in illud sal.* Quanquam iussit Elisæus, ꝙ alij mitterent sal in vas, non miserunt, sed ipse posuit, vt patet in litera: Vel potest dici, ꝙ alij posuerunt sal in vase, & tñ Elisæus misit vas cum sale in fontem, & ista est veritas.

Rosæ hierico sunt excellentiores cæteris.

D

Quare voluit Elisęus, quòd ipsi ponerent sal in vas, sed ipse vas cum sale in fontem misit. *Quæst. XXXIII.*

QVAERETVR, quare Eliseus noluit mittere sal in vas, sed voluit, ꝙ alij mitterent, & quare noluit, ꝙ alij mitterent vas cum sale in fontem, sed ipse misit. Respondendum, ꝙ Elisæus voluit tollere occasionem suspicandi contra se, vt non minueretur auctoritas miraculi, & quia si ipse posuisset sal in vase posset præsumi, quòd ponendo sal ibi, vtebatur aliquo artificio Dæmonum ad operationem hanc: noluit ipse ponere, sed ꝙ poneret quicũque vellet, & sic per hoc non posset pręsumi contra eum, ꝙ fecisset arte Dæmonum, sed opere Dei. E Ex hac etiam ratione voluit, ꝙ poneretur sal in vase nouo, in quo nullus erat sapor rei alienæ, ne putaretur, ꝙ ex sapore contracto in vase dulcorabantur aquæ. Hoc autem multum obseruabant prophetæ. & viri sancti in operatione miraculorum facientes tales cæremonias, per quas non esset suspicio contra eos, ꝙ operarentur arte Dæmonum. Sic enim Elias quando voluit facere, ꝙ descenderet ignis de Cœlo super sacrificium, dedit prophetis Baal ad eligendum bouem, & etiam posuit aquam super sacrificium: præcedenti lib capit. 18 & ibi declaratę sunt causę. Cum vero quæritur, quare ipse misit sal in fontem, & non permisit alteri mittere.

BIBLIOTECA U… SEVILLA

Dicendum quod hoc fuit:quia in ipſa miſſione ſalis in fontem ſanandæ erant aquæ, ſi tamen alius mitteret ſal, putaretur, quòd per alium fiebat miraculum,& non per Eliſęum:vel fortè putaretur, quòd naturaliter eueniebat dulcoratio fontis ex ſale miſſo,& vaſe: & non erat miraculum ſi per hominem priuatum, & nullius ſanctitatis fieret. Vel fortè qa in operatione iſtius miraculi requirebatur fides, & ſi per alium mitteretur ſal, fortè non haberet fidem certam de miraculo,quòd fieret,& ſic non fieret: quia ſine fide miraculum nullum fit. Vel poteſt dici,quòd Eliſęus hoc fecit per ſe: quia hic erat operatio miraculi,& Deus volebat ei ſoli dare virtutem operationis miraculi:& ſi alius conaret̃ mittere ſal,nō ſanarentur aquæ. Et hoc videtur eſſe verum:nam ſic ſemel miſit Eliſæus puerum ſuū Giezi cum baculo ſuo ad ſuſcitandum paruulum mortuum,& nō ſuſcitatus eſt quouſq; iuit ipſe Eliſęus, & orauit bis,inf.iiij.ca.Et in hoc apparet differentia miraculorum veteris teſtamenti,& noui;vt ibidem declarabitur. Vel poteſt dici, ꝙ fecit hoc Eliſæus,vt tolleret cęteris occaſionem inanis gloriæ:nam ſi aliquis de reliquis miſiſſet ſal in fontem,& ſanatæ fuiſſent aquæ,credidiſſet ille,ꝙ meritis ſuis fieret iſtud, & ſuperbiret:ideo ipſe per ſe fecit. *Qui cum attuliſſent.* .ſ.vas cum ſale. *Egreſſus ad fontem aquarum.* Caput fontis erat extra ciuitatem,& iuit illùc Eliſæus ad ſanādū caput fontis,vt ſanatis aquis in ſua origine quocunque deriuarentur per alueos ſanę irent: *Miſit in eum ſal.*ſ.in fontem, & non in vas:nam alij miſerant ſal in vas. *Et ait:hęc dicit Dominus:ſanaui aquas has.* Iſtud dicebat Eliſæus ex parte Dei:intelligendum eſt.n.ꝙ Deus iuſſerit ei mittere ſal in fontem, & ꝙ per hoc ſanaretur,ideo dixit:ſanaui aquas has. Sic etiam dicebat aliquādo in alijs operationibus miraculorū, quæ Deus iubebat ei facere: nam quando de viginti panibus voluit dare cibum centum viris,dixit miniſter eius:quantum eſt hoc, vt apponam coram cētum viris? Et reſpondit Eliſæus:hęc dicit Dominꝰ, comedent, & ſupererit,inf.iiij. *Et non erit in eis vltra mors, nec ſterilitas*, ſcilicet, non erit mors quantum ad potantes: quia illę aquę erant peſtiferę, & venenoſę & occidebant aliquos potantes, vel cauſabant ęgritudines. Dicitur autem de ſterilitate, ſcilicet,ꝙ non erit ſterilitas in eis quātum ad terrā, quia iam non faciebāt terram ſterilem, ſicut prius, ſed fructiferam valde. Vel poteſt intelligi de pecoribus:quia aliquæ aquæ ſunt,quæ pecora bibentia ſterilia reddunt:ſicut dicit Iſidorus in lib.Etymo. *Sanatę ſunt ergo aquæ vſq; ad diem hanc.*ſ.aquæ illius fontis Ierichontini: quia non erant ibi alię aquæ peſtiferæ. Et dicitur,vſq; ad diem hanc.ſ.vſq; ad diē, qua ſcriptus eſt liber iſte per Ieremiam.q.d.ꝙ. ex vnica proiectione ſalis in fontem ſanatę ſunt aquæ:& nō oportuit,ꝙ fierent aliqua alia circa fontem:& poſtea nūquam redijt aquarum ſterilitas vſq; ad tempus Ieremiæ:immo nec vſq; ad hodiernum diem:nam Dominus dixerat:ſanaui aquas has,& non erit in eis vltra mors. *Iuxta verbum Eliſęi,quod locutus eſt.*ſ.quia Eliſæus dixit:ſanaui aquas,& nō erit vltra in eis mors, & ſic factum eſt, quia etiam tempore Ieremiæ, qui fuit multo tempore poſt Eliſęum, iſtę aquæ erant ſanæ,& etiam nunc ſunt.

Sanauit Eliſæus aquas Ierichōtinas.

Lib.13. Cap.13.

An iſtę aquę à principio ædificationis ciuitatis Iericho fuerint amaræ. Quæſtio XXXIIII.

QVAERETVR de ſtatu iſtarum aquarum, antequam habitaret ibi nunc Eliſæus;& de ſtatu earum poſtquam ſanatę ſunt.Et eſt dubium. An

F à princip.quando ciuitas Iericho primo cōdita eſt, eſſent iſtę aquę amarę peſtiferę,ſicut poſtea, vel acquiſiuerint ex aliquo accidenti.Aliquis dicet,quòd iſtæ aquæ à princip.erant dulces,& terra fertilis, & ob hoc ciuitas condita eſt, & ſic durauerunt vſq; ad tempus, quo Iſraelitę introierunt in terram Chanaā,& corruit vrbs Iericho:& quando Ioſue maledixit ædificatoribus Iericho factę ſunt aquę amarę veniēte anathemate ſuper illas, ſicut ſuper vrbem. Iſtud videbitur alicui rationabile: quia ſi iſtę aquæ fuiſſent à principio amarę, videtur,quòd nullus voluiſſet condere ibi vrbem. Etiam quia ſatis rationabile eſt, quòd cum ciuitas Iericho ſuppoſita fuerit perpetuo anathemati, quòd etiam aquæ amaræ efficerentur propter anathema. Sed dicendum,quòd
G iſtud non ſtat: nam ſi iſtę aquę non fuiſſent à principio amarę,nec terra ſterilis, & poſtea factum fuiſſet per maledictionem, nullus vellet reædificare vrbē Iericho tāquam iam omnino mutilem,& deterioratam à priſtino ſtatu:& tamen Ahyel de Bethel cū magno deſiderio reædificauit vrbem iſtam:p̃ced. lib. c.xvj. ergo à principio amarę fuerant,ſicut nūc. Item aliud motiuum non eſt conueniens, ſcilicet, quòd ſi aquæ illæ fuiſſent à principio amarę, quòd nullus ibi ædificaſſet vrbem: quia terra illa erat valdè fertilis inter omnes regiones Chanaā: ideo licèt pateretur aliqua incommoda propter magnam fertilitatem omnia iſta tolerarent ab incolis, ſicut vi-
H demus in multis alijs ciuitatibus. Item patet quia nunc tempore Eliſęi aquę iſtę erant amarę,& tamē multi habitabant in Iericho,& dicebant eſſe habitationem optimam ciuitatis, vt patet in litera. Semper ergo fuerat ille fons amarus, & peſtifer vſq; ad diem,quo ſanatus eſt per Eliſęum,& hoc proueniebat ex loco originis: quia locus ille erat corruptus, vel ſulphureus, vel tranſibat aqua per aliquas venas atramentorum,& ſic de multis alijs cauſis ſalſedinis, & amaritudinis aquarum: poſtea autem non fuit aliqua corruptio.

Quales fuerunt iſtę aquę Iericho, poſtquam ſanatę ſunt ab Eliſæo,quia dulciores. Quæſtio XXXV.

I QVAERETVR vlterius de ſtatu iſtarū aquarum poſtquam ſanatę ſunt ab Eliſæo. Reſpōdendum, quòd miſſo ſale in aquam ſanatæ fuerant aquę, ita vt nihil omnino amaritudinis, vel ſalſedinis maneret in eis:nec ſequeret̃ aliquis effectus malus in potantibus illas,nec in terra,per quam tranſibant.Et non ſolum fuerunt ſanatę aquę,ita vt iam non eſſent peſtiferę, ſed etiam aſſecutæ ſunt quandam dulcedinem maiorem,quàm habeāt alię aquę communiter. Etiam ſortitę ſunt quandam magnā fœcunditatem,quam aliàs nō habiturę erant,ſi naturaliter ſanę eſſent. ſ. quòd faciebant terram, quā irrigabant,producere magnas ſegetes, & herbas, &
K arbores.Et ſpecialiter erat hoc in roſis:nam illę erāt maiores apud illam aquam, quàm in alijs partibus orbis: ſicut dictum eſt ſupra:& de hoc dicitur: Sicut plantatio roſę in Iericho:vt ſupra dictum eſt.Eſt autem iſtud generale,ꝙ quādocunq; Deus aliquid miraculosè facit,illud perfectius eſt,quàm id,quod naturaliter cauſatur.Sic enim communiter dicūt doctores de illo vino,qd Chriſtus fecit de aqua,ꝙ fuerit ſaporoſius quolibet alio vino ſeculi. Et ob hoc miratus eſt valde architiclinus, cùm bibiſſet vinum illud,vnde tam bonum vinum haberi potuiſſet.Io. 2. Sic etiā quando Deus aliquem ſanat, reſtituit eū in maiorem ſanitatem,& perfectionē,q̃ priuſquam incidat ī ęgritudinē. Vnde claudi,& cęci,& ſurdi,&

Re- gñalis id,qd miraculo- fit pe- ctius id,qd naturali- fit.

Para-

paralytici sanati ab eo saniora membra habuerunt post sanationem, quàm prius: ita ergo de ista aqua fieret, ꝙ salubrior esset, & dulcior nunc sanata per Elisęum, quàm si naturaliter fuisset sana. Et etiam maiorē fęcunditatē causaret in terræ nascentibus, q̄ aliàs causatura erat, si naturaliter esset bona.

Elisæus quare misit sal in Fontem, vt sanaretur aqua, & an sal naturaliter proficiat ad hoc. Quæst. XXXVI.

QVAERETVR vlterius, quare Elisæus misit sal in fontem, & an naturaliter per illud causabatur aliqua salubritas aquæ. Respondendum, ꝙ non posuit sal, quasi illud haberet virtutem sanandi aquam morbidam, vel adiuuandi aliqualiter ad sanitatem, sed potius e contrario, sal facit aquam amaram, & sterilem: habebat enim ista aqua duo mala, scilicet, ꝙ erat amara, & ꝙ causabat sterilitatem in terra, ad vtrunque autem istorum proficiebat sal augendo illud, sed non sanando: nam sal causat amaritudinem: vnde omnia nimis salsa sunt amara. Causat etiam sterilitatem per quandam exustionem: ideo quando homines volunt facere aliquam terram sterilem, aspergunt sal per illam. Sic enim fecit Abimelech in ciuitatem Sichem, per quam sparsit sal, vt in æternum non habitaretur. Iud. 9. terræ quoque, quę naturaliter, vel casu salsuginosæ sunt, fructum non ferunt: sic dicit Psal. 106. Posuit flumina in desertum, & exitus aquarum in sitim: terram fructiferam in salsuginem à malicia inhabitantium in ea. Posuit tamen Elisæus sal ad ostendendam magnitudinem miraculi: nam si posuisset aliqua, quæ naturaliter facerent ad causandam dulcedinem, crederetur, ꝙ naturaliter proueniebat illa sanatio: ideo posuit ea, quæ potius naturaliter impediebant, vt appareret manifestè, ꝙ solum fiebat ex virtute Dei. Sic enim patet de Elia, quando voluit orare, vt veniret ignis super sacrificium suum, quia fecit fundi duodecim hydrias aquæ super illud, vt sic redderet difficilius ad hoc, ꝙ cremaretur: præcedenti lib. cap. 18. Cum autem quæritur, an naturaliter facta fuerit ista sanatio. Dicendum, ꝙ non, sed purè miraculosè: quia sal, quod positū est in fonte, magis erat ad contrarium, vt supra patet. Item dato, ꝙ sal naturaliter haberet vires ad dulcorandum aquam, adhuc non dulcoraretur mittendo illud in fontem, qa morbositas aquæ proueniebat ex loco originis: locus autem fontis non erat locus originis, sed scaturiginis: ideo semper aqua exiret morbida, velut si poneretur illud dulcoratiuum in aliqua parte aluei: non enim poterat sal illud peruenire ad locum originis, vbi generabantur aquæ fontis. Item patet, qa Deus dixit hic, ꝙ sanauerat aquas. vt patet in litera: si tamen naturaliter sanatæ fuissent, non diceret ipse, ꝙ sanauerat eas. Item quia dicitur hic: & non erit vltra in eis mors. si tamen naturaliter fuisset ista sanitas causata, poterat adhuc esse mors in eis.

Quare Ecclesia, quando benedicit aquam, mittit sal in illam, & an aliquid conferat illud sal appositum aquæ benedictę. Quęstio XXXVII.

QVAERETVR vlterius, quare Ecclesia ponit sal in aqua, quando benedicit illam; & an illud sal aliquid proficiat ad benedictionem. Respondendum, ꝙ sal positum in aqua nō proficit ad effectum benedictionis, quem intendit Ecclesia, nec potest ꝑficere naturaliter, nam aqua benedicitur adhoc, ꝙ loca illa, in quibus aspersa fuerit, liberent à peste, & à Dæmone, & ab omnibus aduersitatibus: vt patet

A in orationibus, quas Ecclesia dicere consueuit in benedictionem aquæ. Constat tamen, ꝙ sal non habet aliquam efficaciam naturalem ad ista: nam non pōt effugare pestem, nec cōferre ad illam per hoc, ꝙ cōmiscetur aquæ: & à fortiori non potest effugare Dæmones: quia Dæmon est substantia spiritualis, super quam non habet aliquam causalitatem res corporea, & sic de omnibus alijs effectibus aquæ benedictæ: quia ad nullum eorum sal naturaliter habet potestatem, nec confert. Sed Ecclesia ponit sal in aqua, quam benedicit, ad imitationem Elisæi, quia sicut Elisæus posuit sal in aqua pestifera, & sterili, & facta est dulcis, & fęcundatiua terræ, ita sal ponit in aqua nostra benedicta: & licèt non haberet aliquam efficaciam naturalem sal ad causandum id, quod inten-

B debat Elisæus, sed potius e contrario, vt declaratum est præcedenti q. ita sal ponitur in aqua, vt Deus faciat per aquam benedictam id, quod nos petimus: dato, ꝙ non sit aliqua virtus salis ad istud. Motiuum istud patet in benedictionibus salis, & aquæ, quia ibi dicitur, ꝙ quia Deus iussit mitti sal in aquā per Elisæū, vt sanaretur sterilitas aquę, Ecclesia mittit sal, vt Deus sic per aquam benedictam causet effectus, qui ibi exprimuntur. Sciendūm tamen, ꝙ licèt sit vltra naturalem potestatem salis facere aquas dulces, & iocundatiuas, sicut petebat Elisæus, tamen magis est vltra naturalem virtutem salis facere id, quod nos petimus in benedictione aquę, & salis. Quod pa-

C tet, quia dulcorare aquas, & facere eas fęcundatiuas contra conditionem salis est, vt declaratum fuit: est tamen quidam effectus, qui potest naturaliter causari ab aliqua alia re corporali. Id tamen, quod petimus in benedictione aquæ, est supra conditionē oīs corporis, quia nullum corpus potest sanare animā, & tñ in benedictione illa dr̄, ꝙ aqua ista sit sumentibus eam salus mentis, & corporis. Etiam nullus corpus habet virtutem ad resistendum Dæmoni directè excludendo eum de loco, vt pote, ꝙ nō sit in domo, vel in vrbe: & tamen in benedictione aquę petimus, ꝙ ipsa fuget Dæmones de locis, in quibus fuerit aspersa, vt ibi non appareant, nec noceant: & sic de alijs effectibus spiritualibus eius.

D

An aqua benedicta habeat illos effectus, qui exprimuntur in benedictione eius. Quæstio XXXVIII.

QVAERETVR vlterius, an aqua benedicta habeat illos effectus, qui exprimuntur in benedictionibus suis. Respondendum, quòd quantuncūque sit aqua benedicta per commixtionem salis, vel per verba quantuncunque sanctissima non contrahit aliquam virtutem absolutam, quæ maneat in ipsa, secundum quam possit efficere illa, quæ dicuntur in benedictionibus. Ratio huius est, quia non solum corpus non potest naturaliter facere ea, quæ dicuntur in benedictione aquæ, sed

E etiam non potest esse subiectum talis virtutis, dato quòd Deus vellet illam virtutem communicare corpori. Nam sicut includit contradictionem, ꝙ animæ rationali communicetur quantitas, & extensio, nec Deus potest eam facere quantam, & extentam: quia quantitas est accidens corporale, & anima est spiritus: ita includit contradictionē actus purè spirituales communicari corpori. Sanare autem mentem, & effugare Dæmones directè, virtus quædam purè spiritualis est, cum anima sit spiritus, & Dæmon sit spiritus: ideo non potest communicari aquę, vel alteri corpori, quòd habet in se aliquā qualitatem, secundum q̄ liberet animam à pc̄tō, & effuget Dæmones. Sed arguęt aliquis, qa ignis est res

Ignis infernalis non lędit animas naturaliter.

corporea,& tamen animę,& dęmones puniunt ibi. Dicendum,ꝙ ignis non habet aliquā virtutem naturalem,per quam possit lędere animas,nec etiā miraculosè accipit illam à Deo,ita ꝙ absolutè hēat illā in se, sed Deus est, qui punit aīam in inferno, & facit eas sentire,ꝙ ab igne puniant:sicut in somnijs, quāquam aliquis nullum malum patiatur realiter: quia tñ credit se pati affligitur durissimè in quibusdam somnijs horrendis.Vel Deus repręsentat illū ignem aīabus tanq̃ aliquid valde triste, & ponit eis desideriū intensissimum volendi fugere de illo: & rursus ostendit eis impossibile esse fugere, & ex hoc anxiatur nimis. Sic patet si nos apprehendamus aliquid tanq̃ malum,& detestabile, licet illud nō sit absolutè malum, & detestabile: si non possumus fugere de conspectu eius,affligimur nimis: & secundum hoc causatur differentia pęnarū in igne infernali, vel purgatorio.Nam si ignis ille haberet naturalem virtutem puniendi animas, vel supernaturaliter consecutus fuisset aliquam virtutem afflictiuam, cum ille vnus sit,æqualiter puniret oēs animas: & tñ punit eas inęqualiter ſm differentiā demeritorum : ideo dicēdū, ꝙ Deus est,qui punit animas per ignem representando illū in rōne cuiusdā mali valde detestabilis. Et cū vult aliquam valde punire,representat ei ignem sub rōne mali horrendissimi.Si aūt vult aliā minus punire,representat ei ignem sub ratione mali minus horrendi:& sic Deus tot differentias representationis facit in igne infernali,vel purgatorio,quot differentię graduum demeritorum sunt animarum humanarum,& ipsorum dęmonum. Idem patet in differentia somniorum : quia in nullo somnio est aliqua res afflictiua de illis,quas putamus adesse:& tamen quędam somnia magis affligunt , quàm alia. Sic igitur dicendum , ꝙ aqua benedicta in se non potest habere aliquam virtutem à Deo ei collatam, per quam ipsa sanet mentem,& effuget Dęmones, quia tūc licet conferri ei illam virtutem esset supernaturale,& miraculosum:tamen ꝙ aqua postea per illam virtutem sanaret animam,& fugaret dęmones non esset miraculum,sed conditio naturalis:sicut ꝙ Deus animam corpori mortuo reuniat,miraculum est;ꝙ tamē anima reunita corpori operetur ibi naturale est Etiam non potest stare, ꝙ Deus fuget dęmones, vel sanet animam nostram,mediante ipsa aqua benedicta,tanquam instrumento. Nam illud,quod est proprie instrumentum recipit virtutem principalis agētis, quæ deriuatur per illud in materiam exteriorē: & tamen non potest virtus remissiua peccati deriuari à Deo,per aquam benedictam in animam nostrā, quia tunc sequerentur multa inconuenientia. Primum est,ꝙ virtus remissiua peccati realiter esset aliquādo in aqua benedicta,sicut virtus scriptiua, quæ est in manu scriptoris,deriuat actum suum per calamum, ita ꝙ ille actus realiter est in calamo. Virtus tamen remittendi peccata impossibile est , ꝙ sit realiter in aqua benedicta : quia iste est aliquid spirituale, & non potest accidens spirituale esse in corpore : immo quod maius est,virtus remissiua peccati nihil est,nisi ipse Deus:ideo non pōt in aqua esse. Item in sacramentis, quæ sunt maioris efficaciæ, quia sunt instituta à Christo, non est realiter ipsa virtus sacramenti in materia sacramenti,nec deriuatur per illā: ergo à fortiori non erit in aqua benedicta. Secundum inconueniens est,quia si virtus ista esset in aquā benedicta realiter, ita ꝙ deriuaretur à Deo per aquā benedictam,non posset illa sanare animam, nisi tangeret animam , quia virtus rei naturalis non operatur,nisi per contactum. Tertium inconueniens est, quia sanare animam à peccato,est non imputare ei

Vnde causatur differentia pœnarum in igne purgatorij,& inferni.

Non pōt virtus remissiua peccati deriuari à Deo per aquā bene dictam,in aīam nostram.

F illud ad pęnam, sed istud non,imputare,non est aliquid deriuabile per alterum, cum pertineat ad quādam priuationem aliquo modo.Et etiam quantum ad hoc ignis inferni,& purgatorij non est instrumentum puniendi animas,ita ꝙ virtus punitiua deriuetur à Deo per ignem:quia, vt declaratū est, nullam virtutem talem consequitur ignis supernaturaliter, sed est large instrumentum,in quantum Deus repręsentat illum animabus tanquam aliquid valde horrendum,de quo tristentur. Nunc autem dicendum, quòd adhuc nec largissimè est aqua benedicta instrumentum Dei ad operandum remissionem peccatorum : quod est sanare animam , quia remittere peccata nihil est , nisi non imputare ea ad pœnam : sed
G circa hoc impossibile est aquam benedictam habere aliquam actionem directam , vel indirectam : & sic dicetur , quòd magis propriè ignis inferni, & purgatorij est instrumentum ad puniendum animas,quàm aqua benedicta ad remittēdum peccata. Si tamen consideremus aquam benedictam quātū ad effugationem dęmonum:dicēdum quod aliquo modo poterat esse instrumentum Dei ad fugādum Dæmones,vt pote,ꝙ sicut Deus representat aīabus, & Dæmonibus ignem Inferni tanq̃ aliquid detestabile,& per hoc cruciantur:ita representaret Dæmonibus aquam benedictam tanq̃ aliquid detestabile, & afflictiuum : & tunc fugerent Dæmones vbicūq; viderent aquam bñdictam. Et tñ dicendū , ꝙ adhuc
H isto mō non est aqua benedicta instr̃m fugandi Dæmones.Quia tunc æqualiter fugerent Dęmones domū,in qua esset aqua benedicta,siue homines aspergerent se illa,siue non: sed hoc falsum est . Dicendū igitur,ꝙ aqua benedicta nō habet in se absolutè virtutem faciendi aliquid eorū,quę ponuntur in benedictione eius:nec ēt efficit aliquid directè,vel instrumentaliter:sed solū prodest ad hoc, ꝙ qñ nos aspergimus aquam benedictam deuotè in domibus nostris,vel super nos:Deus effugat Dæmones, & sanat animam,& facit alia,quæ dicuntur in benedictione aquæ,& hoc solum propter deuotionem,& orationes Ecclesiæ benedicentis aquam . & propter deuotionem aspergentium , & suscipientium.

Aqua benedicta quo modo est instrumentum Dei ad fugandum dæmones.

I

An per aquam benedictam possint tolli peccata venialia , & in quo consistat veniale,& per quid tollitur.

Quæstio. XXXIX.

QVAERETVR vlterius, an per aquam benedictam tollantur pctā venialia.s.qñ eā aspergimus super nos.Respondendum, ꝙ plures modi assignantur cōiter à Doctoribus tollendi peccata venialia,vt patet 4.Sententiarum dist.17 & tangit possibiles.Io.an.in gl.in prohemio sexti.& vnus eorum est per aspersionem aquæ benedictę,vt patet in Decretis de cō.dist.3.c.aquam.De hoc non est dubium, quin remittatur in hoc peccatū veniale . Sed de mō
K remissionis per aquam benedictam est dubium. Dicendum est aūt , ꝙ non tollitur peccatum veniale ꝑ aquam tanquam ipsa habeat virtutem ad faciendū hoc,nec ēt est instr̃m Dei ad remittendū pctm̄, sicut declaratum est præcedenti q. Etiam dicendū est , ꝙ non potest remitti peccatum veniale per aspersionem aquæ sicut remittuntur mortalia ꝑ baptismū. Nam licet aqua Baptismi per se non remittat pctm̄, tñ necesse est ei, qui baptizatur remitti peccata , nisi ipse obicem ponat . Et tamen non sic de aqua benedicta : quia dato , ꝙ aliquis aspergat se aqua benedicta,dato quòd non ponat obicem ; si non habet deuotionem non est dubium , quòd nihil ei proficiat aqua benedicta.Et tamē baptismus susceptus ab aliquo

quo adulto, etiam ſi nō ſuſcipiatur cum deuotione, ſed tepidè, dum tamen non ponat obicem, manifeſtū eſt, ꝙ confert gratiam. Item patet hoc, quia ſacra ſunt inſtituta à Chriſto, ideo ex ſeipſis habent per inſtitutionem Chriſti, ꝙ ſuſcipientes ea accipiant gratiam, ſi non ponunt obicem, & tamen aqua benedicta non eſt ſacramentū inſtitutū à Chriſto, ſed quædā cęremonia introducta ab Eccleſia: iō nō poterit habere virtutē ex ſe ipſa, ſed ſolū ex deuotione Eccleſiæ, & accipientium. Aliquis dicet, ꝙ poterit habere aqua benedicta iſtā virtutē ꝑ cōſtitutionē Eccleſię: nā pōt Eccleſia remittere peccata per modū conſtitutionis, vt ſi dicat Papa: quicunq; dederit denariū pro fabricatione alicuius Eccleſiæ, habeat centum dies indulgentiæ: ita poterit dicere: quicunq; dederit denariū habeat remiſſionē peccatorū venialium. Sed dicendū, ꝙ iſtud non ſtat: quia poteſtas Eccleſiæ ad remittendū peccata per modū indulgentiæ non eſt ad culparum remiſſionē, ſed pęnarū: nā remiſſio culpæ ſolū pendet à Deo remittente, & ab homine per attritionē ſe diſponente. Si aūt aliquid proſunt claues Eccleſiæ ſacramentales ad remiſſionē culpæ: hoc non eſt directè, ſed per accidens: inquantū virtute clauiū ille, qui non eſt ſufficienter diſpoſitus ad remiſſionē culpę per attritionē formatam, diſponit, vt formet attritio: ſic tenēt doctores in 4. Sententiarū diſt. 19. & eſt poſitio quaſi cōmunis: In peccati tñ venialis remiſſione nō ſolum eſt remiſſio pęnę, ſed etiam culpę: ideo per conſtitutionē Eccleſiæ nō pōt remitti peccatū veniale. Item ꝙ claues Eccleſiæ aliquo modo indirectè conferant ad remiſſionē culpę, iſtud ſolū eſt in ſacramento pęnitentiæ: quia confitens non diſpoſitus perfectè per attritionem formatam diſponit interdū, vel adiuuat ad diſponendū ſe merito clauium, quibus ſe ſubijcit. Conceſſio tñ indulgentiarū per modū conſtitutionis, vel ſtatuti, eſt extra forū pęnitentialē: iō virtus clauiū ibi non ꝓdeſt directè, nec per accidens ad remiſſionē culpę: iō ſic non pōt conferri aquę benedictę, ꝙ ſit ad remiſſionem peccatorū venialiū. Itē non pōt per cōſtitutionē Eccleſię fieri, ꝙ aqua benedicta ſit ad remiſſionē peccatorū venialiū quantū ad pęnā, ita ꝙ dicat: quicunq; ſe aſperſerit aqua benedicta habeat remiſſionem pęnarū omnium peccatorū venialiū: quia in indulgentijs ſemper debet nominari aliquid certū, vt pote vnus annus, & ſic de cęteris: & tñ dicēdo: habeat remiſſionē pęnarū oīum peccatorū venialiū non denominat aliquid certū. Si aūt Eccleſia diceret: qui ſe aſperſerit aqua benedicta, habeat annum indulgētię de pęnis debitis pro peccatis venialibus: etiam hoc non pōt fieri, quia Eccleſia pōt dare annū indulgentię: & tñ ꝙ ille proſit ad remiſſionē pęnarū debitarū ꝓ iſtis peccatis, vel pro alijs, non eſt in poteſtate Eccleſię, ſed Dei. Si aūt aliquis obijciat, ꝙ Eccleſia poteſt dare indulgentiā ſub iſta forma: quicunq; ſe aſperſerit aqua benedicta, ſit liber ab oībus pęnis debitis pro peccatis venialibus: & ꝙ non obſtet hic incertitudo eius, ꝙ remittitur, quia ſic etiam eſt incertū, qñ datur alicui indulgentia plenaria. Dicēdū, ꝙ nō ſtat: quia indulgētia plenaria dari pōt, eo ꝙ ibi tolluntur oēs pęnę debitæ pro venialibus, & mortalibus: ꝙ tñ remitterentur pęnæ debitę pro venialibus, & mortalibus ꝑ aliquē actū non remittendo pęnas debitas pro peccatis mortalibus, vel ꝓ aliquo illorū, non eſt in poteſtate Eccleſiæ. Item ſciendū, ꝙ Eccleſia non pōt per conſtitutionem ſuam facere, ꝙ aliquis actus ſit ſm ſe meritorius, qui aliàs nō erat meritorius, ita ꝙ ille actus cōtineat in ſe aliquid boni: quia hoc ſolū pōt facere Deus, & iſta eſt cauſa, quare tota Eccleſia non pōt facere aliqua ſacramenta

Indulgentię, ſcʒ claues Eccleſię, vel poteſtas non ſe extēdit ad culparum remiſſionem.

A vltra illa, quæ Chriſtus fecit. ſ. quia non pōt cōicare alicui actui virtutē. Chriſtus aūt cōicauit virtutē ſacramentis, faciens, ꝙ ipſa ſm ſe haberent virtutē, & ſuſcipiens illa ſuſciperet virtutē, niſi ponat obicem. Qñ aūt Eccleſia ſtatuit, ꝙ quicunq; dederit denariū ad aliquod opus piū habeat vnū annū indulgentiæ, non confert aliquam virtutem iſti actui, qui eſt dare denarium, ſed ſolum remittit pęnas Eccleſia ex poteſtate ſibi collata à Deo, & vult, ꝙ illi, quibus fit remiſſio aliquid faciant quaſi in recompenſationē, & iſta eſt cauſa quare per iſtas indulgentias non poteſt cōferri gratia, ſed ſolum remiſſio pęnæ. ſ. quia Eccleſia non pōt cōicare virtutē iſtis actibus, ſicut Chriſtus cōicauit virtutem ſacramentis. Dicendū igitur, ꝙ ꝑ
B aſperſionē aquæ benedictæ, & per alios ſeptem, vel octo modos cōiter aſſignatos à doctoribus fit remiſſio, peccatorū venialiū, non quidē ꝑꝑ aliquā conditionē ſpecialē iſtorū actuū, ſed ꝑꝑ magnā deuotionem, & ardorē, qui eſt in eis. Pro quo ſciendū, ꝙ peccata naſcuntur, & remittuntur ex cauſis oppoſitis, ſicut eſt in oībus entibus naturalibus, & moralibus. Peccatū. n. mortale repugnat charitati: ideo gignit, qñ aufertur charitas: & tollitur qñ redit charitas. Peccatum autem veniale non repugnat charitati, ſed feruori charitatis, ideo ad hoc, ꝙ peccatum veniale naſcatur, non oportet tolli charitatem, ſed neceſſe ē tolli feruorē charitatis. ſ. qa peccādo venialr aliqualiter declinamus à magno amore Dei ꝑꝑ deſideria ſeculi, & carnis: & ad hoc, ꝙ peccatum veniale
C tollatur, neceſſe eſt naſci feruorem charitatis. Sicut ergo quandocunque charitas naſcitur, vel infunditur, tolluntur mortalia: ita quotieſcunque feruor magnus charitatis gignitur, neceſſe eſt tolli venialia. Ex hoc ſequitur, ꝙ non ſolum ſunt octo modi tollendi peccata venialia, ſed infiniti: nam quotieſcūque contingit nos habere aliquem actum charitatis feruentem, neceſſe eſt tolli peccatum veniale: & tñ non eſt aliquis actus, qui nō poſſit fieri cum magno feruore charitatis: ideo non eſt aliquis actus meritorius, per quem non poſſit tolli venialia. Sic etiam eſt de aqua benedicta, quia ſi aliquis accipit eam cū magna, deuotione, merito deuotionis, & humilitatis,
D quia ſubijcit ſe huic cęremonię eccleſię, remittūtur in eo peccata venialia, vel in totum, vel in partem ſecūdum quantitatem deuotionis: ſic etiam de omnibus alijs actibus. Et non oportet, ꝙ Eccleſia dicat, quòd per aquam benedictam tolluntur peccata venialia, quia dato, ꝙ nullus ſanctorum diceret, nihilo minus tollerentur. Si autem aliquis obijciat: ſi per quemlibet actum magni feruoris tolluntur venialia, quare doctores aſſignant octo modos potius, quàm mille, vel infinitos? Dicendum, quòd aſſignatio iſta facta eſt à doctoribus iunioribus, & motiuum fuit propter dicta ſanctorum antiquorum: quia illi in libris ſuis loquentes aliquando de remiſſione peccati venialis ponebant exemplum in aliquibus actibus, ſicut in ſumptione Euchariſtiæ, &
E in eleemoſyna, & aqua benedicta. Et doctores iuniores legentes libros antiquorum ſanctorum, quia non reperierunt niſi illa octo exempla de remiſſione peccatorum venialium, non poſuerunt niſi octo modos. Antiqui tamen non poſuerunt illos modos tanquam per illos ſolùm fieret remiſſio; ſed poſuerunt illos tanquam exempla aliorum: ſatis eſt autem poni pauca exempla pro regula cōtinente multas res. Vel poteſt dici, ꝙ expreſſi fuerunt ſpecialiter iſti modi, quia ad iſtos quaſi reducunt alij modi bene agendi: cū iſti ſint valde generales: ſicut ꝙ ꝑ ſumptionē Euchareſtię intelligamus ſumptionē oīum ſacramētorū: nā nullū eſt, ꝙ nō conferat ad remiſſionem

Eccleſia quare nō pōt facere alia ſacramenta vltra illa, quæ Chriſtus fecit

Peccata tā venialia q̄ mortalia quō naſcātur, & amoueantur.

Non ſolū ſunt octo modi tollendi peccata venialia, ſed infiniti.

Quare aſſignentur tm octo modi tollendi peccata venialia, cū ſint multo plures.

peccati venialis, cũ in quolibet conferatur gratia, & gratia tollit mortalia, vel venialia. Per eleemosynã intelligamus omnia bona, quæ ad proximum facimus. Nam proprie omnia bona, quæ ad proximum facimus ex liberalitate, eleemosynę vocantur. Per orationem intelligamus omnia bona spiritualia, q̃ ad Deum facimus, s. quæ consistunt in solo corde. Per ieiunium intelligamus omnia corpora afflictiua corporis nostri. Per aquam benedictam intelligamus omnes cęremonias ecclesiasticas, quæ nõ sunt sacramẽta. Et per istũ modũ facile est reduci omnia genera bonarũ operationum ad istos octo modos. Vel potest dici, ꝙ nominati sunt isti octo modi: quia iste octo operationes sunt communiores, per quas homines moneri possint. Vel potest dici, ꝙ nominãtur isti octo modi, quia in istis octo actibus apparet feruor caritatis potius, quàm in alijs actibus, & tamen non solum per istos, sed per quoscunque alios actus factos cum charitate feruente fit remissio peccatorum venialium: & sic fit remissio per aquam benedictam: in quantum quis eam deuotè assumit, aliàs nihil per eam remittitur.

Ascendit autem inde Elisæus in Bethel. Cunque ascenderet per viam, pueri parui egressi sunt de ciuitate, & illudebãt ei, dicentes: Ascende calue, ascende calue. Qui cum respexisset, vidit eos, & maledixit eis nomine Domini. Egressique sunt duo vrsi de saltu, & lacerauerunt ex eis quadragintaduos pueros. Abijt autem inde in montem Carmeli, & inde reuersus est in Samariam.

Elisæi derisio, & derisorum punitio. Hic ponitur quartum huius partis, scilicet, Elisæi iniusta derisio, & dicitur (ascendit autem in Bethel) scilicet, de Iericho ascẽdit in Bethel, q̃a Bethel est in montibus: Iericho autem est in valle, per quam transit Iordanis. Moratus est autem Elisæus aliquanto tempore in Iericho mox, vt raptus est Elias, vt patet supra, deinde descendit in Bethel ad visitandum collegium prophetarum, ꝙ erat ibi. Nam in Iericho, & Bethel, & Galgala erant tria collegia prophetarum, vt supra declaratum est. *Cunque ascenderet per viam.* Istud erat apud vrbem, quia vrbs erat posita in excelso, & ascendebat Elisęus per collem. *Pueri parui egressi sunt de ciuitate.* Isti egrediebantur ad iocandum modo puerili. *Et illudebant ei, dicentes: Ascende calue.* Istud dicebant pueri illudendo Elisæo secundum modũ puerilem, cum soleant illudere quibuscunque transeuntibus. Erat enim Elisæus senex, & caluus, & quasi in opprobrium dicebant ei: ascende calue. *Qui cum respexisset, vidit eos.* i. Elisæus erat vir valde maturus, & non mouebatur ad respiciendum vanitates, & tamẽ cum isti pueri importuna garrulitate exacerbassent eum, dicentes: Ascende calue: respexit ad eos quasi vultu irato. Et maledixit eis in nomine Dñi. Idest, inuocauit nomen Domini super eos ad malũ, dicens: Dominus maledicat vobis, vel breui morte vos efficiat. *Egressique sunt duo vrsi de saltu.* Terra Chanaan abundat in Vrsis, & Leonibus, ex eo ꝙ terra illa est valde calidior, quàm terra nostra, ideo multa genera ferarum sunt ibi, quę non sunt hic. Canaã terra abũdat in vrsis, & leonibus. *Lacerauerunt ex eis quadraginta duos pueros.* s. occiderunt eos, & tamẽ non comederunt, quia non poterant comedere tot pueros. Sciendum autem, ꝙ isti vrsi non egressi sunt de silua quasi casu, sed Deus impulit illos, vt ve

F niret circa vrbem adhoc, ꝙ lacerarent illos pueros, qui maledixerant Elisæo. Sic enim Deus misit leonẽ apud istam vrbem Bethel, vt egrederetur ad viã, & occideret virum Dei: qui contra mandatum eius comederat panem in Bethel: præcedenti lib. ca. 13. Sciendum vlterius, ꝙ isti vrsi lacerauerunt quadragintaduos pueros, & non comederunt eos: non quidem ad attestationem sanctitatis, sed solum vt possent lacerare omnes quadragintaduos: nam si laceratos primò comederent, dum inciperent vorare carnes eorum recederent omnes alij pueri: ideo impetu facto deiiciebant eos ad terram, & lacerabant, & non lacerauerunt omnes, sed solum quadragintaduos ex eis, vt patet hic, quia fortè alij non illudebãt Elisæo, & Deus nõ incitauit vrsos in eos, sed in alios. G Non fuit autem hic factum circa istos pueros mortuos, quod factum est circa virum Dei, quem occidit Leo: præcedenti lib. cap. 13. quia mansit apud cadauer eius custodiens, ne laceraretur à bestijs, nec ẽt ipse lacerauit illud. Istud non fuit in signum sanctitatis illius viri, isti aũt pueri erant mali, & filij idolatrarũt, iõ Deus non ostendit circa eos miraculum.

An peccauerit Elisęus maledicendo pueris illudentibus sibi. Quęstio XL.

QVAERETVR, an peccauit Elisæus maledicendo istis pueris: aliquis dicet, ꝙ sic: quia nõ H dẽmus odisse hostes, nec malefacere, aut maledicere eis: sed potius benefacere illis, vt patet Math. 5. & ad Rom. 12. & istud potissimè conuenit viris perfectis, qualis erat Elisæus: ideo peccaret maledicendo illudentibus sibi. Item beatus Petrus dixit: Christus reliquit exemplum, vt sequamini vestigia eius, qui peccatum nõ fecit, nec inuentus est dolus in ore eius: q̃ cum malediceretur, non maledicebat: & cum pateretur, non cõminabatur: prima Petri. 2. ca. ergo Elisæus tenebatur sequi istam regulam. Respondendũ, ꝙ Elisæus non peccauit maledicendo pueris: quia non maledixit eis ad vindictam maledictionis eorum, sed zelo Dei. s. quia Deus inspirauit ei, ꝙ malediceret eis, & morerentur. Item patet, quia si Elisęus I peccasset maledicendo istis pueris, Deus non misisset vrsos de saltu ad lacerandum pueros, vt sic complerẽt maledictionem Elisæi, & tamen misit eos illico: ideo non peccauit maledicendo: nam peccatores nõ exaudit Deus. Ioan. 9. ista ratio est aliqualiter persuasiua, sed non concludit omnino, quia poterat esse, ꝙ Elisæus peccaret maledicendo pueris, & ꝙ veniret super eos maledictio: non quidẽ precibus eius, quia Deus non exaudiret eum, si iniutè peteret: & tamẽ propter demerita eorum, qui maledicebãtur, Deus induceret super eos maledictionem. Sic enim patet de maledictione patris, & matris, nam peccãt maledicendo filijs, etiam si mali sint, sed debent eos aliàs punire, & si nõ possũt debent cessare. & tamẽ K nunquam maledicere: maledicendo tamen patres, & matres nocent valde filijs: Ecclesi. 3. s. benedictio patris firmat domos filiorum: maledictio autem matris eradicat fundamenta: quia tamen Elisæus erat vir sanctus, & propheta Dei, & venit illico, quod ipse petiuit, satis patet, ꝙ non peccauerit. Dicendum est autem, ꝙ ipse motus est ad maledicendum eis, q̃a Deus eum mouit, vt punirentur isti pueri maledicẽtes prophetæ: & potissimè erat hoc in pęnam parentum suorum, quia dicitur, ꝙ patres sui erant idolatræ: nam in vrbe Bethel primo dedicati fuerant vituli aurei, quos fecit Ieroboam, & ibi vnus eorum positus est, & alius in Dan: vt patet præced. lib. c. 12. & 13. Etiam parẽtes eorum instruxerant eos, vt maledi-

Non peccauit Elisæus maledicendo pueris.

ledicerēt prophetis Dei, ideo dignum erat, vt dolerent in morte eorum, quos sic instruxerant, vt pro actibus suis mori mererentur. Ad rationem in contrarium dicendum, ꝙ illa procedit, ꝙ non debeat aliquis maledicere hosti suo in vindictam, & sic verū est, quòd Eliseus non maledixit pueris, sed solum, quia Deus incitauit eum ad maledicendum, vt pueri occiderentur.

An pueri peccauerint illudendo Elisæo. Quest. XLI.

QVAERETVR vlterius, an pueri peccauerūt illudendo Elisæo. Aliquis dicet, ꝙ non, quia isti pueri non erant capaces rationis, cum dicat litera, ꝙ erant pueri parui: peccatum tamen non committitur nisi ab habente vsum rationis, ideo non peccauerunt. Respondēdū, ꝙ pueri in parua ętate peccare possunt, nec est determinata ætas, in qua pueri incipiant peccare, sed quandocunque pueri sunt capaces doli, etiam si solum sint sex annorum vel 7. & infra peccare possunt: & in quibusdam tanta est naturæ viuacitas, ꝙ malicia cito supplet ætatem: & isti in parua ætate peccare possunt: & potissimè in communibus peccatis, vt in mendacio, furto, & periurio, & similibus, quibus plena est puerilis ætas, vt patet extra de delictis puerorum cap. pueris grandiusculis. Nunc verò de istis pueris illudentibus Elisæo satis apparet, ꝙ erant doli capaces: quia scire, ꝙ caluiciū erat aliquid exprobabile, & ꝙ dicendo: ascende calue, erat quædam offensio, est quædam discretio, & capacitas doli: isti tamen pueri intellexerunt hoc, & habuerunt voluntatem illudendi Elisæo, ideo iam poterant peccare, sed actus iste malus erat, ideo faciendo illum, peccabant. Et quanquam isti pueri vocentur parui, non est intelligendum, ꝙ essent infra annos discretionis: sed vocantur parui, quia nondū erant adolescentes. In tota enim puericia vocantur parui. Peccauerunt ergo, isti pueri, quia maliciosè hoc agebant, & propter peccatum suum puniti sūt. Etiam puniti fuerunt pro peccato parentum, quia vt dicit Nicolaus, & alij, illi erant Idolatræ, & erudie rant filios suos ad illudendum prophetis Domini. Et in hoc dicitur completum esse, quod dixit Dominus ad Eliam, præcedenti lib. cap. 19. s. quicunque fugerit gladium Azael occidet eum Iheu, & qui fugerit, gladium Iheu interficiet eum Elisæus. Parentes autem istorum puerorum erant idolatræ, & merebantur mala pati, effugerāt tamen gladium Azael, & Iheu, ideo nunc occidit eos Elisæus .s. fecit, ꝙ occiderentur per duos vrsos. Magis tamen videtur dicendum, quòd istud intelligatur de alijs occisionibus, quas fecerit Elisæus in idolatris, quæ non scriptæ sunt: & hoc quia isti nondum effugerant gladiū Azael, nec gladium Iheu, & tamen Elisæus occisurus erat effugientes gladium Iheu, & Azael, quòd autem non effugissent gladium Azael, & Iheu, patet, quia Azael pugnauit contra Israel postquam factus est rex Syriæ, & tamen nondum factus erat: sed factus infra 8. Iheu quoque deleuit idolatras postquā regnauit, sed nondum inceperat regnare, sed postea regnauit, infra 9. Moraliter exponitur ista litera de Christo moriente in Cruce: nam Bethel dicitur esse Crux Christi, quia Bethel interpretatur domus Dei, & sic est Crux, quia in ea moratus est Deus, quando soluit precium redemptionis nostræ. Elisæus autem Christus est, qui ascendit in Bethel, idest, in Crucem, & tunc paruuli Iudęorum illuserunt ei, idest, Iudęi, qui erant insipientes ad modum paruulorum, illuserunt ei. Vnde Christus locutus est de illis tanquam de paruulis dicens: Pater ignosce illis, quia nesciunt

[Left margin notes:] Pueri ēt i parua ęta-te pecca-re possunt et infra 6. annos. — Pueri illudentes Elisæum peccauerunt. — Figura illusionis Christi in Cruce a Iudeis facta.

A quid faciunt. Illudebant autem Christo non sicut paruuli Elisæo, quia paruuli dixerunt: ascende calue, Iudæi autem dixerunt Christo: descende de Cruce, & credimus tibi si filius Dei es: & iterum mouebant capita blasphemantes, & dicentes: Vah, qui destruis templum Dei, & in triduo illud reædificas. Matth. 27. Christus autem maledixit eis: non quidē maledictionem imprecando, quia potius orabat ꝓ illis, dicens: Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Luc. 23. sed malum super eos venturum ęternа prouidentia difiniendo: nam cum mulieres Ierusalem flerent super eum, cùm duceretur ad mortē, dixit ad eas: Filiæ Ierusalem, nolite flere super me, sed super vos ipsas flete, & super filios vestros: quo-

B niam ecce venient dies, in quibus dicent: Beatæ steriles, & ventres, qui non genuerunt, & vbera, quæ non lactauerūt: tunc incipient dicere montibus: cadite super nos, & collibus: operite nos: Luc. 23. Venerunt autem duo vrsi de sylua .s. Titus, & Vespasianus Imperatores Romanorum, & deleuerunt Iudæos. Fuerunt autem 42. pueri lacerati ad signandum, ꝙ post 42. annos à morte Christi fuit Ierusalem destructa per Titum, & Vespasianum: vt colligitur ex probatissimis historijs. *Abijt autem in montem Carmeli*, scilicet, postquam ascendit in Bethel iuit in montem Carmeli. Iste est mons, in quo morabatur Elias, vt communiter: vt patet præcedenti cap. Et hoc postꝗ̄ Deus misit ignem de Cœlo super sacrificium suum

C ibi: & quia Elisæus erat discipulus Eliæ frequentabat locum illum post mortem Eliæ, potissimè quando volebat vacare contemplationi, quia ibi erat locus aptissimus ad hoc. Et fortè erat ibi aliquod collegium prophetarum, sicut in Iericho, & Bethel, & Galgala: vnde iterum etiam erat ibi Elisæus, quando mulier sunamitis iuit ad eum, vt suscitaret filiū suum, infra 4. *Et inde reuersus est in Samariam* .s. postquā stetit in monte Carmelo venit ad vrbem Samariæ, quæ erat Metropolis regni, & fortè fecit hoc, vt iret in bellum, ad quod iturus erat Ioram rex Israel, vt ibi per eum ostenderetur miraculū de datione aquarum, & prænunciatione victoriæ, de quibus capit. sequenti habetur, & hoc fecit ipse, quia fortè Deus re-

D uelauit ei, quòd oportebat fieri ista miracula, dum iretur ad bellum.

[Right margin note:] Pulchra moralitas, & hęc sola est i toto libro. quia Auctor non curat de moralitatibus ꝑ ratione ab eo posita Iosue 6.q. 74.

CAPITVLVM III.

IORAM Verò filius Achab regnauit super Israel in Samaria anno decimo octauo Iosaphat regis Iudę. Regnauitque duodecim annis. Et fecit malum coram Domino, sed non sicut pater

E suus, & mater: tulit enim statuas Baal, quas fecerat pater eius. Veruntamen in peccatis Ieroboam filij Nabath, qui peccare fecit Israel, adhæsit, nec recessit ab eis.

Dicto in præcedentibus de Ioram in regem institutione, hic agitur de regni eius prosecutione enarrando ea, quæ facta sunt in diebus eius ab eo, vel ab alijs. Et quia tempore regum erant prophetæ, qui aliqua magnifica faciebant, enarrat simul scriptura gesta regum, & contemporaneorum sibi prophetarum. Et quia Elisæus fuit contemporaneus regis Ioram

ram ponuntur gesta Elisæi,& diuiditur in duo, quia primò ponuntur regis Iorã gesta 2. Elisęi miracula ibi. *Et ait Iosaphat*. Prima in duas, quia primò ponitur regis Ioram conditio 2. regis Moab rebellio ibi: porrò mesa.

An hæc fuerint immediatè facta post pręcedentia. Quæstio. I.

QVAERETVR circa primum, an ea, quæ habentur hic, habeant ordinem continuatum ad præcedentia, & an fuerint immediatè facta, vel interiecto aliquanto tempore. Respondendum, ꝙ hic est ordo continuus, quia hic agitur de gestis regis Ioran, & supra agebatur de raptu Eliæ. Raptus tamen G Eliæ fuit ante istud bellum, quod habuit Iorã cum rege Moab: quod patet, quia quando Ioram iuit ad bellum, quęsitum est, an esset aliquis ꝓpheta, à quo quæreretur sermo Domini, infra in litera: & respõsum est, ꝙ erat Eliseus, si tamen esset tunc Elias inter homines, non dictum fuisset de Elisæo, eoꝙ Elias erat princeps prophetarũ, dum ipse viueret. Item, quia viuente Elia non habebat Elisæus spiritum ꝓpheticum, sed postquam raptus est ab hominibus accepit spiritum eius duplicem: præcedenti cap. Item dicitur infra. Est hic Elisæus, qui fundebat aquas sup manus Eliæ. Et sic videtur, ꝙ iam non fundebat, sed aliàs: & tamen quandiu mansit Elias inter homines, ministrabat ei Elisæus, vt colligitur præcedenti lib. H cap. 19 Ad secundam dicendum, ꝙ istud factũ fuit immediatè post præcedẽtia: nam post mortẽ Ochoziæ regis Israel regnauit immediatè Ioram frater eius, supra primo capit. & tamen in principio regni Ioram factum est istud: quia rex Moab repugnauit regi Israel subtrahens se à debito seruitutis eius immediatè, vt mortuus est Achab, supra, primo capit. Ochozias autem regnauit post Achab: & tamen ille non potuit pugnare contra regem Moab, eoꝙ modico tempore regnauit .s. non duobus annis integris: & etiam quia in isto tempore fuit ægrotans, qa cecidit per cancellos, & iacuit in lecto vsq; ad mortem, supra, primo cap. Ioram autem in principio regni sui parauit se ad pugnãdum contra regẽ Moab. I Raptus tamen Eliæ fuit quasi in principio regni Ioram: nam Elias prædixit Ochoziæ, quòd non surgeret de lecto postquam ægrotauit ex casu per cancellos, supra, primo cap. Post hoc autem raptus est Elias præcedenti cap. ideo fuit raptus eius in principio regni Ioram: & in tempore isto Ioram disposuit se ad eundum ad bellum contra regem Moab, & fuit, qđ habetur hic. *Ioram vero filius Achab regnauit super Israel.* Iste Ioram fuit filius Achab, & non successit patri suo immediatè in regnum, sed fratri suo Ochozię: nam Ochozias successit patri suo Achab, & regnauit duobus annis incompletis: & quia non habuit filium, qui succederet, successit ei frater suus Ioram, supra primo capitulo. *In Samaria*. Ista erat K Metropolis regni, in qua omnes reges Israel manebant, & ibi sepeliebantur ex tempore, quo Amri pater Achab ædificauit Samariam: vt colligitur præcedenti libro, capitulo decimosexto: & ob hoc dicitur ibi regnasse Ioram tanquam in Sede regni. *Anno decimooctauo Iosaphat regis Iudæ*. Iste Iosaphat regnabat eo tempore, quo regnabat Achab, & postea filius eius Ochozias in Israel: & adhuc manebant aliquot anni de regno eius: nam vigintiquinque annis regnauit super Iudam: præcedenti libro, capitulo vltimo, & nunc erat annus 18. eius.

Samaria erat Metropolis, & sedes regũ Israel.

F *An Ioram regnauerit tempore Iosaphat, & de concordia temporis regum. Quæstio II.*

QVAERETVR, quomodo potest stare, quòd cœperit regnare Ioram super Israel, anno decimooctauo regni Iosaphat super Iudam: nam Iosaphat fuit pater alterius Ioram, qui regnauit super Iudam, & anno secundo regni illius Ioram, cæpit regnare iste Ioram super Israel. Sic patet supra, primo capitulo .s. Et regnauit Ioram frater eius pro eo anno secundo Ioram filij Iosaphat regis Iuda. Respondendum secundum quosdam, quòd secundnm veritatem Iorã filius Achab non regnauit super Israel viuente Iosaphat rege Iudę, sed post mortem eius annis duobus .s. anno secundo Ioram filij Iosaphat, & secundum hoc concordant cum litera pręcedentis cap. Sed tunc stat inconueniens: quia oportebit, quòd Ochozias filius Achab regnauerit multis annis .s. nouem, vel plus, quod patet, quia regnare cæpit Ochozias super Israel anno 17. regni Iosaphat super Iudam: præcedenti lib. cap. vlt. Iosaphat tamen regnauit annis 25. manebant ergo nouem anni de regno Iosaphat, & post Iosaphat regnauit filius suus Ioram duobus annis: & in secundo anno huius Ioram cœpit regnare Ioram rex Israel, de quo hic dicitur: & sic erũt vndecim anni regni Ochozię, cum regnauerit Iosaphat vigintiquinque annis: præcedenti lib. capi. vlt. Sed istud est contra literam, quia Ochozias regnauit solum duobus annis, vt patet ibidem. Item quia dicitur, quòd anno decimooctauo Iosaphat regnauit Ioram super Israel: & tamen Ioram filius Iosaphat postea regnauit super Iudã, mortuo Iosaphat: ergo non cæpit regnare Ioram rex Israel anno secundo Ioram regis Iudæ. Ad hoc respondetur secundum Petrum Comestorem in historia scolastica, & Andream, qui tenent istã positionẽ, quòd cæpit Ioram regnare tempore Iosaphat, & etiam tempore Ioram filij eius, & fuit iste modus, quia Ochozias cæpit regnare, mortuo Achab, super Israel; & regnauit annis 11. sed duobus primis annis regnauit solus potens per se gubernare regnum, in fine illorum cecidit per cancellos, & incidit in ægritudinem magnam: vnde ex tunc non potuit per se gubernare regnum, sed accepit secum fratrem suũ Ioram, & regnauerunt ambo simul per nouem annos vsque ad mortem Ochoziæ: & istud fuit duobus annis post mortem Iosaphat regis Iuda in secundo anno Ioram filij eius: & tunc incepit regnare solus Ioram super Israel: & de vtroque principio regni habetur in litera: nam de primo, quando cœpit regnare cum fratre suo Ochozia: dicitur hic, quod cępit regnare anno decimoseptimo Iosaphat regis Iuda, de secundo quando solus cœpit regnare, dicitur supra, idest, quòd cœpit regnare anno secundo Ioram regis Iuda. Ad primam rationem in contrarium dicũt, quòd Ochozias regnauit 11. annis .s. nouem cũ fratre suo Ioram postquam languit, & duobus per seipsum à principio regni. Cum verò dicitur præcedenti lib. cap. vltimo, quòd regnauit duobus annis, intelligitur de duobus primis annis, quibus per se regnauit. Ad secundam dicunt, quòd Ioram cœpit regnare super Israel bis .s. anno decimo octauo Iosaphat regis Iudę, vt dicitur hic: & anno secundo Ioram filij Iosaphat regis Iudæ, vt dicitur supra primo. Sed istud, quod hic dicitur, intelligitur de tempore, quo regnauit cum fratre suo Ochozia, quia tũc erat annus decimusoctauus Iosaphat regis Iudæ. Quod vero dicitur, supra 1. intelligitur, quãdo Ioram cœpit regnare super Israel solus, mortuo fratre suo Ochozia: & tunc erat annus secundus regis Ioram

Responsio Petri Comestoris ad inconueniens.

Ad primam rationem.

Ad secundam.

Iorā regis Iudæ. Ista solutio aliqualiter potest stare; sed magis concordat literæ illa, quam dedimus, sup. 1. cap. 1. ꝙ Ioram cœpit regnare super Israel anno 18. regis Iosaphat, & anno secūdo Ioram filij Iosaphat: & ꝙ iste fuerit idem annus. s. quia Iosaphat rex Iudæ fecit, ꝙ Ioram filius suus regnaret cum eo aliquanto tempore: & fuit istud ex tempore, quo Iosaphat iuit in bellum cōtra Syros in Ramoth Galaad in adiutorium Achab: nam tunc reliquit filium suū Ioram rectorem regni, & fecit eum vocari secum regem, & ab illo tempore vsquequo cœpit regnare Ioram filius Achab super Israel transierunt anni duo. s. illi, quibus regnauit Ochozias: & tunc secundum istam positionem non dicimus, ꝙ regnauerit Ochozias, nisi duobus annis, quos scriptura exprimit. Positio autem Petri Comestoris, & Andreæ videtur aliqualiter inconueniens, quia ponit 11. annos regni Ochoziæ, cùm scriptura solum exprimat duos, & non est rationabile recedere à cortice literę sine causa vrgente, quia sic nulla certitudo relinqueretur in scripturis, cum quilibet mutaret eas pro voluntate sua, dicendo aliter intelligi. Et tamen hic nulla necessitas vrget ad dicendum, ꝙ Ochozias regnauerit plus, quàm duobus annis tenendo positionem, quam hic, & supra 1. cap. posuimus: ergo non est dicendum, quòd regnauerit 11. annis. Item non stat conuenienter ista positio, quia isti volunt, quòd Ochozias regnauerit duobus annis per se cū sanus erat, deinde cecidit per cancellos, & regnauit nouē annis cum fratre suo Ioram, & sic volunt, ꝙ in ægritudine illa vixerit nouem annis: istud tamen non est satis verisimile, quia à principio ægritudinis suæ, quando misit ad consulendum Beelzebub Deum Accaron, dixit ei Elias: de lectulo, super quem ascendisti, non descendes, sed morte morieris, supra 1. & sic nouem annis continuè maneret in lecto non conualescens de ægritudine sua, quod non est satis rationabile, cùm ista ægritudo fuerit ex percussione. s. qa cecidit ꝑ cācellos: sed magis videt, ꝙ in breui mortuus fuerit, & sic solū regnauerit duobus annis.

Respōsio auctoris.

Cōtra Petrum Comestorē.

Ioram an cœpit regnare 18. anno Iosaphat.

Quæstio. III.

QVAERETVR vlterius, quomodo potest stare, quòd Ioram cœperit regnare super Israel anno decimooctauo Iosaphat regis Iudæ: quia precedenti libro, capitulo vltimo dicitur, ꝙ Ochozias cœpit regnare anno decimoseptimo Iosaphat: & tamen Ochozias regnauit annis duobus, vt patet ibidem: ergo necesse est, ꝙ Ioram cœperit regnare anno decimonono regis Iosaphat. Aliquis dicet; ꝙ Ochozias cœpit regnare in principio anni 17. Iosaphat, & Ioram cœpit regnare in fine anni 18. Iosaphat, & isti sunt duo anni integri pro regno Ochoziæ. Dicendum, quòd non stat, quia vt probatum est precedenti libro, cap. vlt. Achab mortuus est circa finem anni 17. Iosaphat, & tunc cœpit regnare Ochozias filius eius, & sic non manent ei ad plus, nisi vnus annus. Dicēdum, ꝙ Ochozias regnauit duobus annis non integris. s. vno anno integro, & alio incepto, & de secundo anno regnauit pauca parte temporis. s. quia regnum suum cępit paulo ante finem anni 17. regni Iosaphat, & durauit vsque ad finem 18. anni eiusdem, & sic est vnus annus integer, & alterius quædam pars. Scriptura autem consueuit interdum annos inceptos pro consummatis cōputare, & sic est hic. *Regnauit duodecim annis.* Non regnauit maiori tempore, quia Iheu occidit eum sagitta, quando deleuit totam stirpem Achab, vt im-

A pleretur verbum Domini per Eliam, & regnauit ipse pro eo, sup. 9. *Et fecit malum coram Domino*, scilicet, coluit idola, vt patet in litera, & non exprimitur, quod malum esset istud, & hoc propter duo. Primo, quia istud malum idolatriæ erat commune omnibus regibus Israel: non enim fuit aliquis rex Israel post diuisionem regni, qui non coleret idola. In Iuda autem fuerunt aliqui, licèt rari, vt colligitur ex processu præcedentis libri, & istius, & secundo libro Paralipom. Secundo, quia istud malum idolatrię per excellentiam vocatur malum: nam omnia mala excedit: non enim potest fieri maior offensa Deo, & magis directa, quàm, ꝙ colantur idola, vt declaratū est Exod. 20. & 23. *Sed non sicut pater suus, & mater.* Pater

B huius fuit Achab, & mater fuit Iezabel, & isti fuerunt pessimi idolatræ: nam pręcedenti lib. c. 21. dr̄ ꝙ Achab fecit malum in conspectu Domini plusquā omnes reges, quia non fuit alter talis, qui venundatus esset, vt faceret malum, & hoc fuit, quia vxor sua Iezabel, quæ erat de terra Sidoniorum concitauit eum ad multiplicandum idolatriam in terra, vt patet ibidem, & in hoc aliqualiter laudatur Ioram. s. quod Ionam fuerit tam malus sicut pater, & mater. Hoc autem fuit, quia non coluit tot idola: nam abstulit statuas Baal, & quęcunque alia idola erant, & solum reliquit vitulos aureos, quos fecerat Ieroboā, quia istos coluerant reges Israel à principio, ex quo facta est diuisio regni Iuda, & Israel. Hoc autem pa-

C tet, quia dicitur, ꝙ ambulauit in peccatis Ieroboam, & tamen peccatum Ieroboam fuit, ꝙ fabricauit vitulos, & coluit illos. *Tulit enim statuas Baal, quas fecerat pater eius*, idest, abstulit eas de terra: istud idolum coluit Achab suadente Iezabel vxore sua, quia ipsa erat de terra Sidoniorum, & Baal colebatur valde apud Sidonios. Creditur autem iste Baal fuisse Hercules, qui ante bellum Troianum mortuus fuerat: quod bellum fuerat tempore Iephte, de quo declaratum est Iudi. 12. Et iam colebatur, vt Deus in gentibus, & potissimè inter Græcos, de quibus ducebat originem. Et quia Sidonij, & Tyrij erant cognati Græcorum susceperunt inter se cultum Herculis. Nam Iram rex Tyri, qui fuit tempore Salomonis

D rex Tyri, & Sidonis fabricauit Herculi mirabile templum in Tyro, vt ait Iosephus 8. Antiquit. Durauerunt autem ista sacra Herculis inter Tyrios vsq; ad tempora Machabæorum: immò quandiu gens illa mansit in Gentilitate, & non solum sacrificia fiebāt Herculi in Tyro, sed etiā ludi quinquenales, in quibus fiebant magni sumptus, & vocantur Olimpiades. Et tempore illo gentes conuicinæ ibant in Tyrum, & faciebant ibi sacrificia Herculi, vel mittebāt illùc pecunias pro sacrificijs, vt patet secundo Machabæ cap. 4. s. Cum autem quinquenalis agon Tyri celebraretur, & rex præsens esset, misit Iason facinorosus à Ierosolymis viros peccatores portantes argenti dragmas trecentas in sacrificijs Herculis. Ob

Baal Deus Gentiliū erat Hercules, & quare.

E hoc autem Iezabel regina Israel persuasit valde viro suo Achab, vt coleretur Baal, idest, Hercules in terra sua, & erant statuæ eius in illa, & templum sibi fabricatum in vrbe Samariæ, præcedenti lib. cap. 16. In Hebræo dicitur. *Tulit statuam Baal, quam fecerat pater eius*: Litera nostra posuit statuas pluraliter, eoꝙ non solum erat vna statua Baal in terra Israel, sed plurimæ, & omnes illas abstulit Ioram: cum solum coluerit vitulos aureos, quos fecit Ieroboam: vt colligitur in litera. Vel si velimus intelligere de vnica statua, dicemus, ꝙ ista fuit illa, quæ erat in Samaria. Nam nō legitur Achab fecisse, nisi vnum templum Baal in Samaria, & consequenter poneret ibi vnicā statuam eius, & illam abstulit Ioram. Magis tamen

litera

litera nostra declarauit, quia non est verisimile, ꝙ F
vnicam abstulerit, sed omnes: immo verisimilius ẽ,
ꝙ abstulerit alias statuas Baal, quàm illam, quam fe-
cerat pater suus ne videretur offendere eum, litera
tamen Hebraica solet ponere singulare pro plurali,
& e contrario. *Veruntamen in peccatis Ieroboam filij Na-
bath.* Iste Ieroboam fuit primus rex Israel post diui-
sionem regni. *Qui peccare fecit Israel.* s. quia ipse fabri-
cauit vitulos, & coluit illos, & coegit populum cole
re illos, dicens, ꝙ nemo iret ad templum Domini
in Ierusalem: sed, ꝙ irent in Bethel, & in Dan ad co-
lendum illos vitulos: istud habet speciale Ieroboam
de malicia super omnes reges Israel, quia de nullo
dicitur, quòd fecit peccare Israel, nisi de isto, & ratio
est, quia alij non coegerunt nouiter populum rece- G
dere à cultu Dei ad idolatriam, sed continuauerunt
Idolatriam, quam inceperat Ieroboam. *Adhæsit,* sci-
licet, Ioram adhæsit peccatis Ieroboam: non quidẽ
fabricando vitulos, sicut ille, sed colendo, sicut ille
coluerat. *Nec recessit ab eis.* s. q̃q̃ recessit à peccatis pa-
tris sui Achab auferendo statuas Baal, non recessit à
peccatis Ieroboã, sed continuauit idolatriam eius.

Quare rex Ioram abstulit solùm cultum Baal de terra, cum non recederet à cultu aliorum idolorum.
Quæstio IIII.

QVAERETVR, quare Ioram abstulit cul-
tum Baal de terra, cum non recederet à cultu
aliorum idolorum, & quare non recessit H
à cultu omnium idolorum, cum recesserit à cultu
Baal: nam potius videtur, ꝙ debuisset deserere oẽm
aliam idolatriam, quàm cultum Baal: ex eo, quòd
pater suus Achab introduxerat specialiter cultum
Baal in terra Israel, præcedenti lib. capit. 16. Propter
honorem ergo eius debuisset potius continuare cul
tum Baal, quàm aliorum idolorum. Respondendũ,
ꝙ Ioram abstulit statuas Baal de terra, quia cultus
Baal erat contra voluntatem populi, & introductus
fuerat per violentiam Achab, suadente Iezabel, &
in cultu illo premebatur populus plusquam in cul-
tu aliorum idolorum, eo ꝙ suasione Iezabel coge-
bat Achab omnes Israelitas curuare genua coram I
Baal, & osculari manum eius, qui autem nolebant,
oportebat, ꝙ laterent, vel fugerent de terra, vt de-
claratum est præcedenti lib. ca. 16. & magis infra 19.
nunc ergo Ioram, vt consentiret populo, abstulit
cultum illum, qui introductus fuerat contra volun
tatem populi. Item cultus Baal non inchoatus fue
rat ab Israelitis: sed à Sidonijs, & Tyrijs: & inde inter
Israelitas venerat, & quia in hoc videbantur Israeli-
tę subijci Sidonijs. s. habentes cultum Dei eorum in-
uoluntariè noluerunt manere in illo. De vitulis au-
tem, quos fecerat Ieroboam, secus erat, quia illi facti
fuerant in principio regni Israel, & oẽs reges Israel
coluerant illos, ideo licèt coleret illos Ioram, abstu-
lit statuas Baal. Cum autem quæritur quare non re- K
cessit ab omni idolatria, cum abstulerit statuas Baal.
Iorã quare non recessit ab omni idolatria. Aliquis fortè dicet, quòd Ioram spontè recessit ab
omni idolatria: & tamen timuit viros de regno suo,
quia illi erant idolatræ, & fortè instituissent aliũ in
regem, si ipse desereret cultum idolorum, quem oẽs
reges Israel tenuerant. Sed istud non multum stat, ꝙ
populi non impellebant reges ad idola: sed potius
reges impellebãt populos, sicut patuit in Ieroboam,
qui peccare fecit Israel introducendo vitulos. Patet
etiam in Achab, qui nolente populo, introduxit
cultum Baal: vt supra dictum est. Dicendum ergo,
quòd hoc fecit Ioram, non quòd ipse desideraret
cessare à cultu idolorum, sed quia populus grauiter
ferebat cultum Baal, vt condescenderet illis, abstu-
lit eum. In cultu autem reliquorum idolorum po-
pulus non grauabatur, ideo non abstulit cultum vi-
tulorum, quos fecit Ieroboam, & si populus nunq̃
asperè tulisset cultum Baal, non abstulisset eum Io-
ram. Aliter potest dici, & fortè magis in radice: ꝙ
Ioram nõ abstulit vitulos, timens perdere regnum:
nam si abstulisset vitulos, abstulisset etiã totam ido-
latriam de terra sua, & tunc viri de regno suo irent
ad templum Salomonis secũdum legem, & possent
reconciliari regibus Iuda, qui erãt Domini veri ter-
ræ totius Israel: & sic perderet ipse regnum: istud. n.
fuit motiuũ, quare Ieroboam fecit vitulos aureos,
vt non iret populus in Ierusalem ad templum: vt pa
tet præcedenti lib. cap. 12. *Et non recessit ab eis.* s. à pec-
catis Ieroboam. In Hebræo dicitur. *Non recessit ab ea.*
Et ista est improprietas idiomatis: quia ante hoc dici
tur in Hebræo, quòd adhæsit peccatis Ieroboam, &
sequitur: non recessit ab ea, cum deberet dici: nõ re
cessit ab eis. Ista autem est magna barbaries idioma-
tis. Potest tamen, qui voluerit, intelligere, non re-
cessit ab ea, id est, à malicia eius.

Porro Mesa rex Moab nutriebat pecora
multa, & soluebat regi Israel centum millia
agnorum, & centum millia arietum cum
velleribus suis. Cunque mortuus fuisset
Achab, præuaricatus est fœdus, quod ha-
bebat cum rege Israel. Egressus est igitur
rex Ioram in die illa de Samaria, & recen-
suit vniuersum Israel: misitque ad Iosaphat
regem Iuda, dicens: Rex Moab recessit à
me: veni mecum contra eum ad prælium.
Qui respondit: Ascendã: qui meus est, tuus
est; populus meus populus tuus: & equi
mei equi tui. Dixitque: Per quam viam
ascendemus? At ille respondit. Per de- 4. Reg.
sertum Idumææ. Perrexerunt igitur rex
Israel, & rex Iuda, & rex Edom: & circuie-
runt per viam septem dierum, nec erat
aqua exercitui, & iumentis, quæ sequeban-
tur eos. Dixitque rex Israel. Heu, heu, heu,
congregauit nos Dominus tres reges, vt tra
deret in manus Moab.

Hic ponitur secundum huius partis. s. regis Moab
rebellio, & diuiditur in duo: quia primò ponitur re-
gis Moab pręuaricatio: secundò regis Ioram bellica
apparatio: ibi. *Egressus est igitur.* Circa primum dici-
tur. *Porro Mesa rex Moab nutriebat pecora multa.* Iste
fuit rex, qui regnabat in terra Moab, quando mor-
tuus est Achab rex Israel, & iste primo repugnauit
regibus Israel inter omnes reges Moab, ne solueret
tributum: Etiam dicitur, ꝙ nutriebat pecora mul-
ta, quia terra sua est valde pascualis. Quod patet,
quia terra Galaad, quæ quondam fuerat pars regni
Moab: vt colligitur Num. 21. & Iud. 11. erat valde pa
scualis, & propter hoc, Tribus, Ruben, & Gad, quæ
habebant totam substantiam suam in pecoribus, pe
tiuerunt terram illam ad habitandum: Num. 32. *Et
soluebat regi Israel centum millia arietum cum velleribus suis.*
Erat

Erat enim tributarius ei, & quolibet anno dabat istã summam arietũ. Et non est intelligendum hoc solũ de rege Mesa, sed etiam de omnibus regibus præcedentibus in terra Moab ex tempore Dauid: nam oẽs erant tributarij Israelitarum. Dauid quippe pugnãs subiecit sibi multas gentes in tributarias, de quibus fuerunt Moabitæ, & Idumæi, supra secundo lib. ca. 8. Et isti manserũt tributarij omni tempore Dauid, & Salomonis filij eius: cum verò tempore Roboam diuisum est regnum in duo regna, mansit regnum Moab sub tributo Israelitarum, & regnum Idumeę sub tributo regum Iuda: vt declaratum est supra 1. Sed dicitur hic de Mesa, quia iste est, qui subtraxit se ab hac solutione: & dicitur hic: cum velleribus suis, quia non solum dabat arietes magnos regi Israel, sed etiam vellera eorum, quę prius detonsa fuerant. In Hebræo habetur. *Dabat centum millia arietum lanosorũ, vel cum lana.* Volunt exponere quidam Hebræi sicut Ra. Sa. ꝙ dabat rex Moab regi Israel ducenta millia arietum, sed prima centum millia erant de paruis arietibus non habentibus lanam .s. de agnis, & alia centum millia arietum erant de magnis habentibus vellera. Sed istud nõ stat, quia scriptura vocat vtrosque arietes, & tamen non consueuerunt agni vocari arietes in scriptura, sed vocat eos super agnos anniculos. Item non stat, quia tunc in hebræo diceretur centum millia arietum, & centum millia arietum lanosorum: & tamen non ponitur ibi coniunctio: ideo non stat ista tanquam diuersa; sed ponuntur sicut exponens, & expositum, vt ꝙ dicatur Mesa rex Moab dabat cẽtum millia arietum, scilicet, centum millia arietum lanosorum: & hoc dixit litera nostra cum velleribus suis, & non curauit ponere bis centum millia arietum, quia in litera est magna lepiditas loquendi iuxta latinam consuetudinem. In Hebræo autem est magna barbaries. *Cunque mortuus fuisset Achab prævaricatus est fędus, quod habebat cum rege Israel.* Intelligendum est, quòd reges Moab ex tempore Dauid præstabãt tributa regibus Israel: vt supra dictum est: & quandocunque moriebatur aliquis rex Moab non permittebat rex Israel fieri aliquem regem Moab quousque iuraret ei soluere quolibet anno pensionem impositam: & super hoc fiebant fœdera. Rex autem Mesa fecerat fędus cum Achab, quando unctus est in regem de soluendo tributum assignatũ ei, & successoribus suis quolibet anno: mortuo autem Achab noluit soluere, & sic præuaricatus est fœdus, quod fecerat cum rege Israel. Ista præuaricatio fuit immediatè post mortem Achab: nã Achab erat vir bellicosus, & potens, qui multa bella, & gloriosa fecerat, & præualuerat bis contra Benadab potentissimum regem Syrorũ: præcedenti lib. capit. 20. & ob hoc non audebat rex Moab viuente eo, subtrahere se à solutione tributi: sed mortuo illo, illicò subtraxit se. Et hoc propter duo; primò, quia putauit, ꝙ Ochozias filius Achab non esset pugnator fortis, sicut pater suus: & sic non posset redigere Moabitas in tributum: secundò, & principalius fecit hoc, quia putauit, ꝙ Israelitæ iam semper subiecti essent Syris: ex quo Syri superauerant eos in Ramoth Galaad, & occiderãt Achab regem eorum: & sic non possent redigere gentes extraneas in seruitutem suam: cum vix ipsi possent liberare se de seruitute Syrorum. *Egressus est.* Hic ponitur Ioram bellica apparatio: nam parauit se ad pugnandum contra regem Moab, vt reduceret eũ ad soluendum tributa pristina: & dicitur. *Egressus est igitur rex Ioram in die illa de Samaria.* Egressus fuit ad numerandum populum iturum secum in bellum: & dr̃, ꝙ egressus est de Samaria, quia ibi habitabat semper,

Regis Moab rebellio.

A cũ esset Metropolis regni. Et dicitur: in die illa .i. in tempore illo. Nam non egressus est Ioram de Samaria ad numerandum exercitum die, qua præuaricatus est rex Moab fœdus: quia ista præuaricatio fuit illico post mortem Achab: vt patet in litera, & tamen à morte Achab vsque ad principium regni Ioram fuerunt duo anni licèt incompleti, quibus regnauit Ochozias: dicitur tamen esse idem tempus, quia parum plus fuit, quàm annus inter mortem Achab, & principium regni Ioram, vt declaratum ẽ supra. Et illa, quæ fiunt interiecto vno anno inter ea, dicuntur fieri quasi eodem tempore. *Et recensuit vniuersum Israel.* Ista est cõsuetudo bellorum .s. ꝙ prius numeretur exercitus, quàm eatur in bellum: vt sciatur, qui sunt pugnaturi, & fiant distincti principes, &

B subordinationes bellicę. Et dicitur, ꝙ recensuit vniuersum Israel, idest, valde multos de terra Israel: qa non duceret omnes de regno suo in bellum. *Misitque ad Iosaphat regem Iuda.* Hic quæsiuit auditores belli, & recurrit ad Iosaphat, quia erat coniunctus sibi affinitate, & amicitia: nam soror Ioram .s. filia Achab erat tradita in vxorem Ioram filio Iosaphat, secũdo Paralipom. 18. & ob hoc magnam familiaritatem habebat Iosaphat cum Achab, & filijs eius: vnde quando Achab iuit ad bellum contra Syros in Ramoth Galaad: Iosaphat iuit cum eo pręcedenti lib. cap. vltimo, & 2 Paralipom. 18. *Dicens, rex Moab recessit à me.* Hic exprimit causam rationabilem mouendi bel-

C lum, vt Iosaphat inclinaretur ad adiuuãdũ ipsum: & dixit: Recessit à me .i. subtraxit se à solutione tributi, ꝙ soluebat prædecessoribus meis. Non est intelligendum, ꝙ recesserit prius ab isto, quàm ab alijs regibus: nam tempore Ochozię subtraxit se ab hac solutione .s. illico post mortem Achab, vt dicitur in litera, & tamen Ochozias non potuit pugnare, vel non habuit tempus ad pugnandum contra regem Moab: ideo Iorã, qui succedebat ei, volebat pugnare, & dixit: recessit à me .s. subtraxit mihi ius debitũ. *Veni mecum ad prælium* .s. ad adiutoriũ, vt facilius præualerent contra Moabitas. *Qui respondit: Ascendam* .i. libenter faciam. *Qui meus est, tuus est.* Reddit causam, ꝙ deberet adiuuare eũ in bello .s. qui meus est, tuus

D est .i. ille, qui est seruus meus, est seruus tuus, & quod meum est, tuum est: ideo sicut tu, & viri tui itis ad bellum cõtra Moabitas, ego, & serui mei ibimus illuc. *Populus meus, populus tuus, & equi mei, equi tui* .i. non oportet, ꝙ roges hoc sed potes iubere, sicut subditis tuis: quia populus meus est populus tuus; & equi mei sunt equi tui. Sic enim respondit iterum Iosaphat: cum rex Achab peteret ab eo, ꝙ iret secum in Ramoth Galaad: præcedenti lib. capi. vlt. s. sicut ego sum, ita & tu populus meus, & populus tuus vnum sunt, & equites mei equites tui.

An Iosaphat debebat præstare auxilium Ioram, cum esset idolatra. Quæstio V.

E QVAERETVR, quomodo Iosaphat voluit nunc pręstare auxilium Ioram: nam videtur, ꝙ hoc non debebat agere propter tria. Primò, quia Ioram erat idolatra, & inimicus Dei, & propter hoc non debebat ei copulari in amicitia. Secundò, quia iam malum inuenerat Iosaphat ex communicatione ista cum filijs Achab: nã viuente rege Ochozia ambo fecerant naues, vt irẽt pro auro in Ophir, & confractæ sunt in Asionaber, & hoc, quia volebat mittere Iosaphat naues suas cũ nauibus Ochoziæ: vt patet præcedenti libro, capitulo vltimo, & secundo Paralipom. 20. Et ob hoc licèt postea Ochozias dixerit ad Iosaphat: Vadant serui mei

Primo.

Secundo.

mei cũ seruis tuis in nauibus: noluit Iosaphat: præcedenti lib. cap. vlt. Tertiò quia Iosaphat increpitus fuerat à Deo propter communicationem, & amicitiam, quam habebat cum Ochozia: & propter hoc confregit naues eius: vnde Eliezer propheta dixit ad Iosaphat: Quia habuisti fœdus cum Ochozia, percussit Dominus opera tua, contritæque sunt naues, nec potuerũt ire in Tharsis, secundo Paralipom. 20. F

Tertio. Iuit Iosaphat ad bellum cũ Ioram.

Respondendum, ꝙ Iosaphat iuit cum Ioram ad bellum propter tria. Primò, propter affinitatem: nam erat affinis Ioram regis Israel: cum sororem eius haberet in vxorem Ioram filius Iosaphat: & consanguinitas, & affinitas sunt causa, vt quis teneatur alteri ad adiutorium. Secundum fuit, quia Ioram fuit aliqualiter bonus, ex eo, ꝙ abstulit idolatriam de terra: quantum ad aliquid. s. statuas Baal, & nõ reliquit nisi vitulos aureos, quos fecit Ieroboam: & ex hoc aliqualiter erat diligendus. Tertium, & principale fuit: quia Iosaphat adiuuando Ioram contra regem Moab negocium sui ipsius agebat: nam ipse habebat regem Edom sibi in tributarium, sicut rex Israel habebat regem Moab: si ergo videret rex Edom, ꝙ rex Israel non poterat reducere regem Moab ad soluendum tributa pristina, etiam ipse vellet recedere à rege Iosaphat, & copularetur regi Moab: & sic nõ posset Iosaphat reducere eum in tributum: ideo Iosaphat voluit adiuuare regem Israel ad reducẽdum ad se regem Moab: vt rex Edom videns, ꝙ rex Moab reducebatur inuitus ad soluendum tributa pristina, non auderet cessare à solutione tributorum debitorum ipsi regi Iosaphat. G H

Ad primũ argm.

Ad primam rationem in contrarium dicendum, ꝙ quanquam esset idolatra: tamen non erat pessimus, cum aliquo modo destruxisset idolatriam: ideo poterat Iosaphat communicare ei adiuuando ipsum propter causas assignatas, dum tamen non communicaret in operibus eius malis.

Ad secundum.

Ad secundam dicendum, ꝙ Iosaphat non putauit nunc sibi malum euenturum, sicut euenit, quando communicauit, cum Ochozia. s. quòd fractæ sunt naues, & hoc propter multa. Primò, qa Ochozias erat pessimus deditus omni idolatriæ, sicut pater suus, & mater: præcedenti libro, capitulo vltimo. Ioram autem non fuit tam malus, sed aliqualiter bonus in quantum abstulit quandam partem idolatriæ, scilicet, statuas Baal, vt patet hic secundo, quia Iosaphat non solum adiuuabat Ochoziam, sed etiam fecerat cum eo fœdera: vt patet secundo Paralipomen. secundo. Nunc autem non dicitur, quòd fecit fædera cum Ioram, sed solum, ꝙ adiuuit eum. Tertium est, quia Iosaphat communicabat cum Ochozia in opere lucri, scilicet, mittendo naues in Ophir pro auro: & istud non erat tam illicitum, sicut communicatio cum Ioram, scilicet, quia communicabat ei in opere necessitatis adiuuãdo eum contra hostes suos: & potissimè quia, vt dictum est, Iosaphat agebat in hoc negocium suum potius, quàm negocium Ioram. I

Ad tertiũ.

Ad tertiam dicendum, quòd increpitus fuit Iosaphat propter communicationem, quam habuit cum Ochozia: sed nõ credebat se increpandum propter communicationem, quam nunc habebat cum Ioram, & hoc propter tres causas assignatas supra in principio, & propter alias tres causas differentiæ assignatas inter communicationem cum Ochozia, & communicationem cum Ioram: vnde non legitur increpitus à Deo Iosaphat propter communicationem, quam habuit cum Ioram, sicut legitur increpitus propter communicationem, quam habuit cum Ochozia. K

Iosaphat an peccauerit, adiuuando Ioram idolatram. Quæstio VI.

QVAERETVR vlterius, an peccauerit Iosaphat, adiuuando Ioram nunc in bello. Aliquis dicet, quòd sic, quia Ioram erat impius, & tamen Iosaphat increpitus est, quia adiuuit Achab in bello, ex eo, ꝙ impius erat. Sic patet 2. Paralipom. 19. f. Iheu filius Annani videns, ait ad Iosaphat: impio præbes auxilium, & hi, qui oderunt Dominum, amicitia iungeris: idcirco iram Domini merebaris. Nec obstat, quòd dicatur, ꝙ Ioram nõ erat tam malus, sicut Ochozias, vel Achab: quia istud potest alleuiare peccatum, & non excusare: nam ex eo ꝙ solum Iosaphat præstabat auxilium impio, vedarguitur: nõ potest tamen negari Ioram fuisse impiũ, & exosum Deo, cum coleret idola, ideo peccaret adiuuando eum. Item nõ stat excusatio illa, scilicet, ꝙ non communicabat Iosaphat cum Ioram in negocio lucratiuo, & non necessario, sicut cum Ochozia: sed in negocio necessario. s. in bello contra hostes: nam etiam Iosaphat adiuuit Achab in bello cõtra Syros, & tamen increpitus est à Deo. Respondendum, ꝙ satis potest teneri vtraque pars. s. ꝙ peccauerit Iosaphat adiuuando Ioram, vel ꝙ non peccauerit. Dicendum tamen videtur, ꝙ non peccauerit, & hoc propter duo. Primò, quia in rebus dubijs, vel quæ æqualiter se habent ad vtrunlibet, quod fauorabilius est, tenendum est: & tamen fauorabilius est, ꝙ non peccauerit, quàm quòd peccauerit. Secundò patet hoc, & efficaciꝰ, quia semel peccauit Iosaphat adiuuando Achab in bello, & increpitus fuit à Deo denunciante ei, ꝙ merebatur pœnam, 2. Paralip. Et iterum peccauit communicando cum Ochozia filio eius: & tunc non solum increpuit eum, sed etiam inflixit pœnam confringendo naues eius, 2. Paralip. 20. Nunc autem tertiò communicabat Iosaphat cũ Ioram filio Achab: si ergo peccaret Iosaphat communicando nunc, cum Ioram, Deus increpuisset eum, & intulisset valde magnam pœnam maiorem, quàm in secunda vice propter maiorem contumaciam: quia iste est processus iuris in puniendo, scilicet, ꝙ magis puniatur quis pro eodem delicto in tertia vice, quàm in secunda, & in quarta plus, quàm in tertia: & tamen non legitur Iosaphat punitus, nec increpitus pro hac communicatione cum Ioram, ideo non videtur, ꝙ peccauerit. In rebus dubijs fauorabilius est tenendum.

Ad primũ.

Cum autem arguitur, ꝙ licèt peccatum Iosaphat posset diminui communicando cum Ioram, quia non erat tam malus sicut Ochozias: & tamen non possit omnino excusari. Dicendum, ꝙ non excusatur solũ propter hoc, ꝙ erat minus malus, quàm Ochozias: sed ista est, quędam causa aliqualiter alleuiãs: causa verò excusans est, quia agebat hic Iosaphat negocium suum, eoꝙ si non adiuuaret Ioram contra regem Moab, posset similiter rex Edom recedere ab eo, ideo pro se videbatur pugnare potius, quàm pro Ioram.

Ad secundum.

Ad secundum quando dicitur, ꝙ non potest excusari, qa erat hoc negocium necessarium, quia etiam erat negocium necessarium pugna Achab cõtra Syros, in quo Iosaphat adiuuit Achab, dicendum, ꝙ aliqua maior causa erat peccandi adiuuando Achab, quàm Iorã, s. quia Achab erat pessimus inter reges multiplicando idolatriam super omnes pręcedentes eum, & occidens prophetas Domini: Ioram aũt non occidebat prophetas, & non multiplicabat idolatriam, sed potius diminuit eam auferendo maximam partem eius. s. cultũ Baal, quem introduxerat Achab. Alia causa excusatiua est potissimè. s. qa Iosaphat pugnabat hic pro causa sua, vt declaratum est, & hoc non erat

erat quando adiuuit Iosaphat regē Achab: quia nihil ꝑtinebat ad Iosaphat bellū, qđ habebat Achab cum syris: ideo non peccauit nūc Iosaphat adiuuā do Iorā:& tamen peccauit,quando adiuuit Achab. *Dixitq; per quam viam ascendemus?* Hoc pōt referri ad regem Ioram,vel ad Iosaphat:quia quilibet poterat quærere ab altero per quam viam ascenderent cōtra Moab:sed videtur potius ꝙ Iosaphat quæsiuerit hoc à rege Ioram: *At ille respondit:per desertum Idumeæ.* Hoc respondit rex Israel Sciēdū aūt, quòd tam terra Idumeæ, quàm Moab sunt in confinibus terræ Canaan:terra tamen Idumææ tangit terrā Canaan in latere orientali,& in meridiano maximè, vt colligit.Num.34.& Iosue xv. Terra aūt Moab solum tāgit terram Israel à parte orientali apud Iordanē, vt colligitur Nume.xxxiij.& Deute.iij. Nam collis Fasga est in terra Moab,in quo stetit Balaam ad maledicendum Israelitis:vt patet Nume. xxij. & xxiij. & xxiiij.& tamen iste collis est apud Iordanē:vt colligitur Deut iij.Poterant igitur rex Israel,& rex Iuda ire in terram Moab per multas partes; sed elegerūt ire per desertum Idumææ: quia fortè per illam partem erat transitus facilior,& terra minus munita,& adhoc circuierunt ambulantes itinere,vij.dierum, vt possent exeūtes de terra Israel illico introire in terram Moab.Perrexerunt igitur rex Israel,& rex Iuda,& rex Edom,s.Ioram,& Iosaphat: nomen autem regis Edom non habetur hic. *Et circuierunt per viam septem dierum.* s.per desertum Edom circuierunt via vij.dierum ad introeundum in terram Moab Et dicitur:circuiernnt: quia nō erat istud iter rectum: nam si voluissent rectè procedere, mox vt exirent de terra Israel, introiuissent in terram Moab, eo ꝙ illa communicat cum terra Israel in Iordane: sic patet Iudic.iij.vltimo dicitur, quòd vada Iordanis trāsmittunt in terram Moab,& tamen non diceret hoc,nisi terra Moab esset coniuncta Iordani, & cōsequenter coniuncta terræ Israel. Nam alioquin ēt diceretur, ꝙ vada Iordanis transmittunt in terram Indorum,& ad omnes gentes orientales. Lustrauerunt tamen isti tres reges per vij. dies terram Moab per desertum Idumææ, vt ingrederentur per viam planā,& ad terrā,quæ faciliter capi posset. Dicitur autem:per desertū Idumææ:quia terra illa est modi cum habitata:est.n.in desertis arabicis,in quibus rara populatio tunc erat,nunc vero maior est.

Terra Idumææ, & Moab e-rāt in cōfinibus terræ Canaā.

An in Edom erat tunc aliquis rex,& quo modo regebatur terra Edom per reges Iuda. Quæst. VII.

QVAERETVR,quomodo dicitur hic,ꝙ ibāt rex Israel, & Iuda, & Edom simul:nam in Edō non erat rex tempore Iosaphat, ergo non poterat ire tunc cum eis. Patet hoc:quia præcedenti lib.ca. vltimo dicitur ꝙ fecit rex Iosaphat classes in Asionaber,quæ est in terra Edom,& dicitur ibi: nec erat tunc rex constitutus in Edom.Item patet hoc,quia inf.viij.dicitur,ꝙ post mortem Iosaphat regis Iudæ recessit Edom, ne esset sub Iuda,& constituit sibi regem.Idem patet secundo Paralip.vigesimoprimo: ergo non erat tempore Iosaphat aliquis rex.

Respondendū,ꝙ reges erant in Edom tēpore Iosaphat,& prædecessorū eius: licet idumæi seruirent regi Iosaphat sub tributo,qđ patet hic:quia dicitur ꝙ rex Israel,& Iuda,& rex Edom ibant contra regē moab: patet ēt inf.quia dicitur, ꝙ cōgregauit Deus tres reges, vt traderet eos in manu Moab: & sic necesse est regē Edom esse vnum de eis. Potest tamen in hoc dupliciter dici, vno modo ꝙ non esset verè rex in terra Idumææ tempore, quo erat subiecta tri-

A buto Iosaphat,& alijs regibus Iudæ:& postquam recessit Idumęa, ne esset sub regibus Iuda,constituit sibi regē per se, & sic intelligetur qđ habet inf.8. & 2. Paralipo.21.Cum verò dicitur hic,ꝙ rex Edom iuit cū rege Iuda,& Israel:dicendum ꝙ non erat ille verè rex; sed erat quidam præfectus prouincię constitutus à rege Iosaphat, & quia præsidebat toti ꝓuincię,& regebat eam,vocabatur rex, & istud vult aliqualiter tenere Nicolaus.Alio modo potest dici,ꝙ quando Idumæi seruiebant sub tributo regibus Iuda non habebant reges ordinariè: sed aliquando habebant reges, & aliquando non: quia ponebāt illos reges Iuda,quando volebant; & tollebant, quando volebant: & sic manebat terra aliquādo sine vllo re-

B ge, & tunc regebant eā ad voluntatem suam reges Iuda,& huic valde conuenit litera ista, & præcedenti lib c. vlti.nā ibi dicitur,ꝙ tunc nullus rex erat in Edom, & hic dicitur, ꝙ erat nunc rex in Edom,qui iuit in bellū cum rege Iuda,& Israel,s. quia aliquando ponebat regē Iosaphat, & aliquando tollebat. Aliter potest dici, ꝙ dum fuerunt Idumæi seruientes sub tributo regibus Iuda, semper habuerunt reges: & tamen isti reges non ponebantur ad voluntatē Idumæorū,nec secundum leges eorū: sed ad voluntatē regum Iuda: & hoc faciebant,vt illi non repugnarent regibus Iuda subtrahendo se à solutione tributorū.Etiam isti reges nō erant de progenie antiquorū regū Edom,sed erant de quibus volebāt re-

C ges Iuda constituere. Hoc autē patet,quia quando Dauid inuasit terrā Edom,& Ioab illā expugnauit: fugit Adad Idumæus,q erat de semine regio in Aegypto:præcedenti lib.ca.11. Et sic videtur, ꝙ cæteri occisi fuerant,& ille factus est postea princeps latronū infestando terrā Israel.e.c. post mortē verò Iosaphat Idumæi subtraxerunt se ab Israel nolendo soluere tributa regibus Iuda,& tunc dicitur ꝙ cōstituerunt regē.s.quia fortè abstulerunt regē illum,quem posuerat Iosaphat, quia non erat de semine regio, nec erat secundū voluntatē eorū, & constituerunt sibi nouiter regē,de hoc tamen quid verius sit tangetur.inf.8.*nec erat aqua exercitui*, s. per desertū Idumææ nō poterant reperire aquas ꝓ exercitu. Et hoc,quia

D tota terra illa, & generaliter tota terra Canaam est defectuosa in aquis,& bibunt homines,& pecora de cisternis:sic patet Nu.20.quando Israelitæ volebant transire per terrā Edom dixerunt ad regē eius: non iuimus per agros, nec ꝑ vineas, nec bibemus aquas de puteis tuis. Et ob hoc aqua in terra illa precio cōparatur.Sic enim dixerūt ibi Israelitæ: si biberimus aquas tuas nos, & pecora nostra dabimus, quod iustum est:nulla erit in precio difficultas. Deus quoq; iussit Israelitis, quando transierunt postea per terrā Edom,quòd aquas emerent ad bibendum: Deuter. ij.scilicet,Cibos emetis ab eis pecunia, & comedetis,aquam emptam haurietis & bibetis.Et non solū erat hoc specialiter in terra Edom, sed generaliter in omnibus rerris, quæ sunt in desertis Arabiæ: nā illę sunt inaquosę:sic patet Deute viij.cum dicitur:

E Dominus fuit ductor tuus ī solitudine magna, atq; terribili, in qua erat serpens flatu adurens, & scorpio,ac dipsas,& nullę omnino aquæ. *Et iumentis,quæ sequebantur eos.* Idest, nec erāt aquæ pro exercitu, nec pro iumentis Et dicitur:quę sequebantur eos, quia in exercitibus semper solent ire multa iumenta, in quibus ferantur cibi,& arma,& omnia alia necessaria ad bellum: & ista sequuntur exercitum propter timorem hostium venientium ex aduerso. In Hebræo dicitur. *Nec iumento,quod erat in pedibus eorum.* Et accipitur singulare pro plurali:quia manifestū est, quòd non erat vnicum iumentum in toto exercitu,

Tota terra Canaā est defectuosa aquis,& bibunt homines de cisternis.

tu, sed multa. Et dicitur in pedibus eorum, idest, inter pedes eorum, vel inter eos, scilicet, quia iumenta ibant in exercitu inter viros, & loco huius dixit litera nostra: quę sequebantur eos, quia non est verisimile, quod iumenta irent inter exercitum, sed retro: & sic etiam dicuntur ire in pedibus exercitus, idest, in parte posteriori: quia pedes sunt partes extremæ animalis. *Dixitque rex Israel: Heu, heu, heu.* Istud ponitur ad significandum dolorem, quia non poterat exercitus habere aquam: & si sic continuatum fuisset, necesse erat, quòd totus exercitus periret. In Hebræo dicitur: Aha, & ponitur semel, licèt nos ponamus ter, heu, & est, Aha, interiectio significans affectum mentis voce incognita: & quia secundum diuersas gentes sunt diuersæ interiectiones, non posuit litera nostra talem interiectionem, qualis habetur in Hebræo: nam interiectio ista ponitur ad significandum dolorem: & secundum Hebræos, Aha, significat dolorem, scilicet, est interiectio dolentis: secundum Latinos autem non: ideo Hieronymus posuit interiectionem dolentis, scilicet, apud Latinos heu, heu. Et ista interiectio, Aha, aliquando ponitur inter Hebræos ad significandum dolorem, & aliquando ad exprimendos alios affectus: nam Ierem. 1. ponitur, Aha: & tamen ibi non est interiectio dolentis, sed admirantis: nam Ieremias admirabatur, quomodo Deus mitteret eum ad prædicandum, cũ ipse esset puer, & nesciret loqui: & ad hoc dixit secundum Hebræos, Aha, Domine Deus. Litera autem nostra, posuit ibi a. a. a. ter, quia ista est interiectio admirantis inter nos. Et sic beatus Hieronymus cautissimè se habuit in transferendo, quia loco eiusdem interiectionis Hebrææ diuersas transtulit apud Latinos secundum, quòd vidit sententiæ expedire. *Congregauit nos Deus tres reges, vt traderet in manu Moab*, quasi dicat, si non habemus aquam pro exercitu, necesse est, quòd deficiamus viribus: & Moabitæ scientes hoc: venient, & capient nos viuos non potentes resistere eis. Dicebat autem hoc Ioram, quasi per modum conquerentis, vel dolentis: quòd Deus congregasset tres reges ad hoc solum, quòd traderentur in manus Moab: & istud erat magnum infortunium, vel magna pœna.

> Hieronymus fuit diuinus interpres: quia transtulit sensum mirabiliter: vide aliud simile. Iosue 7. c. q. 67.

Et ait Iosaphat. Hic ponitur secundum principale huius capit. scilicet, Elisæi miracula, & diuiditur in duo, quia primo ponuntur miracula, quæ fecit ad Israelitarum consolationẽ: secundò miracula, quæ fecit ad extraneorum conuersionem, infra capitulo vltimo. Prima diuiditur in quatuor, quia primo ponitur miraculum ad consolationem trium regum, in prænunciatione victoriæ. Secundo ponitur miraculum multiplicationis olei ad consolationem mulieris viduæ, infra sequen. capit. Tertio ponitur miraculum dationis, & suscitationis pueri ad consolationem Sunamitis deuotæ, ibi. *Facta est autem dies.* Sequen. cap. 4. ponitur miraculum in apparitione ciborum ad consolationem gentis famelicæ: ibi: *Erat autem fames.* Sequenti capit. Circa primum dicitur: & ait Iosaphat. *Est ne hic propheta Domini, vt deprecemur Dominum per eum?* idest, nunquid est aliquis de prophetis Domini, vt consulamus Deum per ipsum super isto defectu aquarum? Accipitur hic, deprecemur, idest, consulamus: quia ad deprecandum Dominum nõ oportebat inquiri aliquem prophetam, sed quencunque virum iustum: prophetæ autem sciunt abscondita, ideo ipsi sunt ad reuelandum occulta, & ad consulendum Dominum. Et dixit: Est ne hic propheta Domini? ad differentiam aliorum prophetarum: quia aliqui erant prophetæ idolorum, sicut prophetæ Baal quadringenti,

F & quinquaginta, & prophetæ lucorum erant quadringenti. Iosaphat erat rex bonus, & iustus, vt patet secundo Paralipomen. 19. & 20. confidens valde in Deo, & erat vir valde deicola: ideo in omnibus necessitatibus suis recurrebat confidenter ad Dominum: & quia nunc erat angustia potus, quæsiuit, an esset ibi propheta Domini, qui responderet de potu. Sic enim quando iturus erat in bellum cum Achab contra Syros in Ramoth Galaad, quæsiuit, an esset ibi aliquis de prophetis Domini, qui respon deret de euentu belli: præcedenti libro cap. vltimo. Et dixit, an esset ibi propheta Domini: quia sciebat quòd multi de prophetis Baal, & idolorum erant in terra Ioram. Et ne offerretur ei aliquis de prophetis

G idolorum, dixit: Est ne hic propheta Domini? hoc autem dixit, quia cum iturus esset cum Achab in bellum contra Syros dixit ad eum: quære, oro te, hodie sermonem Dñi: & tunc congregauit Achab quasi quadringentos de prophetis Baal, & cum sciuisset Iosaphat illos esse prophetas idolorum, dixit ad Achab: non est hic propheta Domini quispiam, vt interrogemus per eum: & tunc adductus est Michæas filius Ielma præcedenti lib. capi. vlt. ideo hic cum esset eruditus ex præcedentibus quæsiuit, an esset ibi propheta Domini. *Et respondit vnus de seruis regis Israel.* Hic ponitur miraculum Elisæi quantum ad consolationem istorum trium regum, & diuiditur in duo: quia primò victoria, & abundantia aquę

H prædicitur: secundò executioni traditur ibi. *Factum est igitur.* Prima in duas: quia primò Elisæus super prædictis consulitur. Secundò victoria belli, & aquarum copia prædicitur, ibi. *Et ait hæc dicit Dominus: fac te alueum.* Circa primum dicitur. *Respondit vnus de seruis regis Israel.* Iste respondit de præsentia Elisæi; quia magis cognitus erat Elisæus ĩter seruos regis Israel, quàm inter seruos regis Iuda: ideo potuit ille respõdere de eo. *Est hic Elisæus filius Iosaphat.* Erat enim Elisæus in exercitu, & ambulauerat cum cęteris per septem dies in terra inaquosa. Hoc autem fecerat: quia Deus mouerat ipsum, vt iret in exercitu, vt per ipsum posset fieri istud miraculum de aquis, & victoria prænunciata, vt patet in litera: & ob hoc quãdo

I Ioram recensebat exercitum suum in Samaria, venit Elisæus in Samariam, vt cum cæteris iret in bellum: & de hoc dicitur in fine præcedentis capituli, quòd abijt Elisæus in montem Carmeli, & inde reuersus est in Samariam. *Qui fundebat aquas super manus Eliæ.* Quia quandiu mansit Elias inter homines ministrabat ei Elisæus, fundẽdo sup manus eius aquã, & faciendo alia obsequia: nam præcedenti lib. capi. 19. dicitur, quòd secutus est Eliam, & ministrabat ei. Dixit autem: qui fundebat aquas super manus Eliæ ad significandum, quòd posset habere spiritum propheticum: quia Elias erat maximus prophetarum, & ablatus erat ab hominibus, ideo verisimile erat, quòd cum Elisæus duxisset cum eo vitam fa-

> Quare po- nitur, q Elisæus fun- debat a- quas su- per manus Eliæ.

K miliarem, quòd assecutus fuisset aliquid de spiritu prophetico Eliæ. Et hoc potest dupliciter accipi: vno modo, q iste, qui dixit hoc, ignoraret Elisæum habere spiritum propheticum, & tamen argueret in hoc per coniecturas ex quodam rationabili motiuo, vt inductum est. Alio modo, quòd constaret isti Elisæum habere spiritum propheticum: & tamen non constaret alijs, ideo volebat persuadere cæteris, quòd haberet spiritum propheticum: & hoc probabat rationabiliter, scilicet, quia fuerat minister Eliæ, qui fuerat maximus prophetarum & ex plenitudine illius redundaret aliquid in familiares suos. Alio modo dicit Ra. Sa. scilicet, quòd dictum est de fusione aquarũ super manus Eliæ ad significandum, quòd

> Expo. Ra. Sa.

quòd ipse nunc erat cõueniens ad petendum aquã. Pro quo dicit idem Ra. Sa. quòd quando Elias erat in monte Carmelo: & iussit, duodecim idrias aquę fundi super sacrificium, erat Elisæus inter illos effusores aquarum, & cum funderet aquam tetigit casu manus Eliæ: & cęperũt distillare de digitis eius aquę multæ, tãquam de plenitudine fontium quousque totus sulcus factus est in circuitu altaris repletus est, quia aliter non potuerat repleri per duodecim idrias, quasi dicat, ꝙ iste erat conueniens ad implorandum Dominum pro aqua cum ipso tangente manus Eliæ distillauerint aquæ plurimæ. Sed ista mendacia sunt conficta à Iudæis, & ridicula, sicut multa alia confingunt. Et de hoc declaratum est præcedenti libr. cap. 18. In Hebræo dicitur: Qui fundit aquas super manus Eliæ: & hoc aliqualiter cõueniret modo loquendi Ra. Salomonis, quia præteritum perfectum, scilicet, fudit, significat actum consummatum, & omnino præteritum: ideo nõ significat iterationem actuum, sicut præteritum imperfectum, quod significat rem imperfectam, & ideo proprie significat officium, in quo est continuatio actuum: & tamen nõ ponitur hic, fudit, propriè: vt est præteritum perfectũ: sed ponitur pro, fundebat. In Hebreo tamen non est pręteritum imperfectum, quia solum sunt tria tempora: ideo ipsi Hebræi aliquando accipiunt verbum præteriti propriè pro præterito, & aliquando pro præterito imperfecto, secundum quòd conuenit sententiæ: & ita accepit hic Hieronymus ponens, fundebat, quia hic significat officium, cum semper Elisæus fundebat aquam super manus Eliæ, quandiu ille mansit inter homines. *Et ait Iosaphat: est apud eum sermo Domini.* Idest, nunquid habet spiritum propheticum. Dixit hoc Iosaphat, quia nesciebat, an Eliseus esset propheta, & hoc, quia pauci dies erãt, quibus raptus fuerat Elias, & nondum innotuerat fama miraculorum Elisæi: nam solum fecerat miracula tria. Primum de diuisione aquarum Iordanis, & illud fuit illico, vt raptus est Elias: & istud nullus vidit, nisi quinquaginta filij prophetarum, qui de longe respiciebant. Secundum fuit in sanatione aquarum fontis Ierichontini: & istud fuit mox, vt redijt in Iericho rapto Elia: & ideo nondum erat diuulgatum istud miraculum per terram. Tertium miraculum fuit in maledictionem puerorum, quando ad preces Elisæi venerunt duo vrsi de saltu, & lacerauerunt quadragintaduo de illis pueris: præcedenti cap. Istud autem nõ erat vulgatum adhuc propter duo. Primo, quia pauci dies interciderant, ex quo istud miraculum factum fuerat: quia fuerat vltimum inter ista tria. Secundò, quia istud fuit occultum: nam extra vrbẽ forte nullo vidente maledixit Elisæus pueris: & tũc venerunt duo vrsi, & lacerauerunt eos: & sic quanquã reperirentur pueri lacerati, nesciretur, an factum fuisset propter maledictionem Elisæi, vel ex alia causa: & sic miracula Elisęi nondum innotuerant, per quæ cognosceretur eum habere spiritum propheticum. *Descendit ad eum rex Israel, & Iosaphat, & rex Edom.* Scilicet, iuerunt ad petendum consilium ab eo super ista penuria aquę.

Quomodo tres reges dicuntur descendisse ad consulendum Eliseum, cum esset in castris. Quest. VIII.

QVAERETVR, quõ dr̃ hic, ꝙ isti tres reges descenderunt ad consulendum Eliseum: quia Elisæus erat in castris, & non oportebat, ꝙ ipsi descẽderent ad illum ad aliquẽ locum. Aliquis dicet, ꝙ Elisæus non erat nũc in exercitu, sed erat in aliquo lo-

A co terræ Israel: & ille, qui respondit, sciebat locũ, & dixit istis regibus locũ: & tunc ipsi descenderunt ad illum. Sic enim fecit Saul: nã cum esset in bello contra Philisthinos, non potuit habere respõsum à Domino per prophetas, nec per sacerdotes, nec per sõnia de fine belli: ideo clam relictis castris, iuit per noctem ad quandam pythonissam cum duobus viris, & consuluit de euentu belli per illam, & reuersus est per noctem in castra, supra primo lib. cap. 28. Dicendum tamen hic, ꝙ Elisęus non erat nunc extra castra, quia si maneret in terra Israel, vbicunque esset, oporteret istos tres reges esse longe ab eo cum exercitu suo: quia iam per septem dies circuierant per desertum terræ Edom, & si deberent venire ad Eliseum, oporteret, ꝙ morarentur aliquot diebus eundo, & redeũdo: & interim periret exercitus siti: ideo oportet, ꝙ esset Elisęus in castris. Item patet hoc efficacius, quia Elisęus dixit tribus regibus: Facite in alueo torrentis huius fossas, *Et fossas*. Et ille torrens erat in terra Moab, & in exercitu: nam de eo biberunt omnes viri pugnatores, & iumenta, & etiam Moabitæ viderunt aquas illius esse rubras, & putauerunt esse sanguinem belli: ergo erat in exercitu Elisæus: Nam ipse iuerat cum cęteris viris de Samaria: vt supradictum est: Dicit tamen ꝙ isti tres reges descenderunt ad Elisæum, scilicet, quòd quanquã scirent eum esse in castris, non miserunt ad vocandum illum, vt veniret ad se: sed omnes tres iuerunt ad eũ,

B

C vt per hoc honorarent ipsũ, & sic inclinarent eũ ad consulẽdum Dominum pro se: potissimè, quia prophetæ erant viri valde honorãdi: ideo satis æquum erat, quòd ipsi non irent ad reges, sed reges venirent ad eos: & fortè fecit hoc Iosaphat, q honorabat valde prophetas Domini, cum esset vir deicola: nã cultores idolorum non tantum curabant de eis, eo ꝙ ipsi habebant alios prophetas: sicut Achab habebat quadringentos, & quinquaginta prophetas Baal, & quadringentos prophetas lucorum: præcedenti lib. cap. 18. *Dixit autem Elisæus ad regem Israel: Quid mihi, & tibi est?* Subintelligendum est, quòd rex Israel quęsiuerit aliquid ab Elisæo priusquam cæteri reges loquerentur: & tunc respondit Elisæus: quid mihi, & tibi est? quasi dicat, nihil tu habes mecum, vt debeas venire ad me, vt consulam Dominum pro te: nã tu non colis Deum, sicut ego, sed idola: & si prophetã velles ad inquirendum quid Deus statuat de vobis: prophetas habes patris tui, & matris tuæ, recurre ad eos, & non venias ad me. Vel poterat esse, quòd Elisęus diceret hoc regi Israel antequam aliquid loqueretur, eo quòd sciebat, quòd veniret ad consulendũ eum, sed primum verius est. *Vade ad prophetas patris tui, & matris tuę.* Acab, & Iezabel, qui erant pater, & mater Ioram regis Israel nullum habebant de prophetis Domini: sed potius Iezabel occidebat quoscunque de eis inueniret, & in tantum erat dura persecutio contra eos, quòd Abdias dispensator Acab vir deicola absconderit centum de prophetis Domini in duabus speluncis, & pauerit eos pane, & aqua, quã diu durauit tribulatio, vt postea euaderent: præcedẽti lib. cap. 18. Habebat autem Achab, & Iezabel plurimos de prophetis idolorũ, scilicet, de prophetis lucorũ, & de prophetis Baal: nam in congregatione illa, qua venerunt prophetæ idolorũ ad disceptandũ contra Eliã, quis esset verus Deus, fuerunt quadringenti, & quinquaginta prophetæ Baal, & quadringẽti prophetę idolorum: præcedenti lib. c. 18. Et quandocunque volebat aliquid quærere Achab, non vocabat prophetas Domini, sed prophetas idolorum. Nam quando debuit ire in bellum contra Syros cõgregauit ꝓphetas, quasi quadringentos de prophetis

Rex Iosaphat deicola honorabat valde prophetas domini, in quo sumant reges nostri temporis exemplũ.

D

E

D Baal,

Baal,& illi prophetabant coram eo de euentu belli: præcedenti libr. capit. vltim. Ad illos autem misit nunc Elisæus Ioram.

Elisæus an peccauerit, dicendo Ioram, quòd iret ad prophetas patris. Quæstio IX.

QVAERETVR, an Elisæus peccauit, dicēdo Ioram regi Israel: vade ad prophetas patris tui. Aliquis dicet, ꝙ sic: quia per hoc incitabat eum ad malum: nam prophetæ idolorum inquirebant responsa à Dęmonibus: Deus tamē vetuerat queri responsa à Dæmonibus, & mortuis, & diuinis, & incātatoribus, & ab omni genere magorum, vt patet Deute. 18. ideo Elisæus mittens regem Israel ad dæmones, peccaret. Respondendum, ꝙ non peccauit, quia non mittebat eum ad prophetas idolorum: nā non intendebat Elisæus facere, ꝙ rex Ioram iret ad consulendum prophetas dæmonum: sed dicebat ei istud ad increpationem, scilicet, vt erubesceret, ꝙ coleret idola, quæ nō poterant facere miracula, nec respondere verum; sed cogebatur in necessitatibus recurrere ad Dominum, & ipse responderet eis. Sic enim Deus loquitur: nam Deuter. 32. loquens contra idolatras insultando ait: Vbi sunt dij eorum, in quibus habebat fiduciam, de quorum victimis comedebant adipes, & bibebant vinum libaminum? Surgant, & opitulentur vobis, & in necessitate vos protegant. Et sic Deus videtur remittere idolatras ad idola sua pro adiutorio. Cōtrarium tamen iubet Deute. 18. Ideo oportet, quòd illud dicatur insultando, & irridendo. Ita igitur misit Elisæus Ioram ad prophetas idolorum: tamen aliàs non mitteret, immo si videret, quòd volebat eos consulere, dissuaderet ei, quantum posset.

An Elisæus peccauerit increpando tam durè regem Israel, & qualiter se debent habere viri sancti circa potentes iniquos. Quæstio X.

QVAERETVR vlterius, an peccauit Elisæus increpando tam durè regem Israel. Nam dixit ei: vade ad prophetas patris tui, & matris tuę: istud tamē erat ad magnam insultationem. Etiam dixit ei: Viuit Dominus, quòd si nō vultum Iosaphat regis Iudæ erubescerem, non attendissem quidem te, nec respexissem: & tamen ista est magna increpatio, qua lis vix dicetur alicui viro satis infimo. Aliquis dicet, quòd peccauerit Elisæus in ista increpatione, & hoc
Prima rō. propter duo. Primò, quia increpauit regem durissimè, & in hoc non impendit ei debitum honorem, sed potius dehonorauit eum increpando ipsum, sicut hominem vilem: tenemur tamen honorare regem super cæteros homines; sicut patet prima Petri, c. 2. Subiecti estote omni humanæ creaturæ propter Deum, & sequitur: siue regi tanquam præcellēti. Et sic positus est rex in primo gradu eorum, quos
Secunda ratio. honorare tenemur. Secundo patet hoc, quia nullus quantuncunque malus sit, est increpandus dum bonum facit, sed potius alliciendus, vt illud continuet. rex tamen Israel faciebat hic bonum opus consulēdo prophetam Domini: ideo peccatum erat, quòd quis increparet eum super hoc, & tamen increpuit eum Elisæus. Respondendum, ꝙ non peccauit Elisæus, sed potius meruit increpādo durè regē Israel: immo in hoc apparet, ꝙ Elisæus feruebat zelo Dei: quia quanquam rex Israel potentissimus esset: quia tamen malus erat, non timuit, nec erubuit increpare eum. sic enim dicitur de viro perfecto, Psalm. 13.

F Ad nihilum deductus est in cōspectu eius malignus: timentes autem Dominum glorificat. Idest, vir perfectus pro nihilo habet malignos non timendo, nec honorando eos. Sic autem erat rex Israel, quia erat idolatra: ideo Elisęus non honorabat eum. Item bene fecit increpando eum, quia rubore affectus fortè conuerteretur ad Dominum, relicta totaliter idolatria: nam Ioram abstulerat cultum Baal de terra, & reliquerat aliquam partem idolatrię: & si quis vehementer suaderet ei, fortè omnino abstulisset eam de terra sua, ideo Elisęus inducendo eum ad verecundiam persuadebat ei, scilicet ostendendo, quòd idola sua non poterant ei respondere, nec dare aquam, quam petebat: ideo quod deberet deserere illa, & cō-
Documētum pro prędicatoribus.
G uerti ad Dominum: sic enim prędicator facere debet, quia interdum debet suadere populo alliciendo, & interdum ad verecundiam inducendo, & ad alios affectus passionales, sicut magis viderit expedire, ita quòd ille modus teneatur semper, qui creditur efficacior esse in suadendo: est autem modus efficax, vt in plurimum, inducere ad verecundiā, ideo visus est eo Elisęus contra Ioram. Sic etiam Ecclesia facit contra peccatores contumaces: nam subtrahit eis communicationem sacramentorum, & omniū hominum: vt sic rubore affecti pareāt mandatis Ecclesię. Ad primam rationem, cum dicitur, ꝙ Elisęus non honorauit regem Israel, dicendum, ꝙ tenebatur honorare eū quādiu bonus esset, & tamen nunc
Ad primā rationem. In contrarium.
H erat idolatra, & ob hoc erat minoris dignitatis quocūnque infimo homine cultore Dei: ideo non tenebāt ei impendere honorem: si autem fuisset catholicus honorasset eū valde. Sic enim patet de rege Iosaphat, qui erat catholicus, & honorauit eum nunc valde Elisæus, dicens: si non vultū Iosaphat regis Iudæ erubescerem, non attendissem quidem te. Aliter potest dici, ꝙ Elisæus tenebatur honorare regē Israel: nam quanq̄ esset idolatra nō desinebat esse rex legitimè, & tenebātur omnes de Israel obedire sibi, quantum ad ea, quæ concernebant regalem dignitatem, & regimen regni: dum non pertinerent aliquo modo ad idolatriam, vel nō essent contra legē Dei: non tamen tollebatur ex hoc, quin prædicatores, ad
I quos pertinet ex officio increpare vitia, deberēt durè increpare Ioram pro idolatria, & isti erant ꝓphetę in veteri testamento. Sic enim dixit Deus ad Ezechielem prophetam: Fili hominis speculatorē dedi te domui Israel: si dicēte me ad impium: morte morieris, nō annūciaueris ei, nec locutus fueris, vt auertatur à via sua impia: ipse impius in iniquitate sua morietur: sanguinem autē eius de manu tua requirā: Ezech. 3. Tenebatur ergo eodem modo Elisæus annunciare regi Ioram vitia sua, & increpare eum de idolatria, & si taceret, peccaret. Sic. n. dixit Isaias se peccasse, quia non increpuit regem Oziam, quando voluit vsurpare officium sacerdotum offerēdo thus coram Domino: vt patet Isa 6. s. Væ mihi, quia
Prędicatores in veteri lege appellātur ꝓphetæ.
Prædicator tenetur increpare vitia regis sub pęna peccati mortalis.
K tacui: quia vir pollutus labijs ego sum, & in medio populi polluta labia habentis ego habito. Valde ergo meruit Elisæus increpando regem: nec in hoc dicebatur dehonorare eum, quia faciebat id quod pertinebat ad officium suum. Ad secundam rationem quando dicitur, quòd nemo increpari debet quando bonum agit, & sic increpitus est Ioram, dicendum, quòd nullus debet increpari de bono opere: & tamen potest increpari, quando bonum opus agitur de malo opere, quod aliàs egit. Sic enim Iudæi dixerunt Christo, Io. 10. nam Christus dixit Iudæis, quare volebant eum lapidare, cū fecisset multa bona opera: & pp quod illorum lapidabant eū: ipsi vero dixerunt: de bono opere non lapidamus te, sed de blasphe-
Ad secundam.

blasphemia: ita ergo nunc Ioram bonū opus agebat, quantum ad hoc, quòd consulebat prophetam Domini: quòd tamen consuleret prophetam Domini,& simul coleret idola, erat valde malum, & dissonans:& de ista dissonantia poterat nunc increpare Elisæus regem,oblata opportunitate conuenientissima: ideo bene egit increpando. *Et ait illi Rex Israel*. Scilicet, quanquam Elisæus increpuerit durè regem Israel, tamen ipse patienter sustinuit, & non desijt propter hoc consulere eum super penuria aquæ. Ista tolerantia fuit, quia fortè Ioram erat vir satis consentaneus rationi, & videns, quòd Elisæus rationabiliter loquebatur, patienter toleraret. Vel fortè fecit hoc ex necessitate, quia erat in magna angustia aquarum, & credebat non posse habere, nisi per Elisæum,& si exasperaret eum durè loquendo, irasceretur Elisæus, & nolet consulere Dominum pro aqua: ideo oportuit, quòd toleraret increpationem. *Quare congregauit Dominus tres reges hos,vt traderet eos in manus Moab.* Idest, responde mihi, quare Deus duxit tres reges istos cū exercitu suo in terram inaquosam, in qua moreretur exercitus siti,& veniret rex Moab,& caperet nos? In Hebræo dicitur: *Non quia congregauit Dominus tres reges hos, vt traderet in manu Moab*.Idest,nō cures consulere Dominum pro aqua,quia non dabit illam nobis, quia ipse congregauit nos tres reges, vt traderet in manus Moab: ideo oportet, ꝙ tradamur, & istud est per defectum aquarum. Sic exponunt quidam Hebræi: sed ista expositio est irrationabilis, & contra literam; quia manifestū est ista esse verba regis Ioram, vt patet ex litera, & ipse ibat cum alijs duobus regibus ad consulendum Elisæum super aquarum penuria: quomodo ergo diceret ei,quòd non curaret cōsulere Dominum super aquas. Item Elisæus respondit regi Ioram ad ista verba: si non vultum Iosaphat regis erubescerem, non attendissem quidem te,nec respexissem: & tamen in hoc dicebat Elisæus, quod nolebat ei respōdere, nec respondisset, nisi propter Iosaphat: ergo oportet,quòd aliquid quæreret rex Ioram ab Elisæo: alioquin responsio Elisæi esset valde ridicula, & non ad propositum: ideo necesse est,quòd Ioram quæreret in verbis istis ab Elisæo aliquid, & sic posuit litera nostra per modum quæstionis, & sic debet exponi litera Hebraica, scilicet:Non quia congregauit Dominus tres reges, idest, nunquid, quare congregauit eos? *Dixitque Elisæus: Viuit Dominus exercituum*. Modus iurandi est, scilicet, iuro per vitam Dei exercituum. *In cuius conspectu sto*. Iste erat modus loquendi Heliæ, præcedenti libr. c.18. & in alijs locis, & Elisæus secutus est modum loquendi suum; quia erat discipulus eius, & dicitur: In cuius conspectu sto: scilicet, quia omnia sunt præsentia Deo:velut si diceret:viuit Dominus,qui omnia videt. Vel intelligitur, in cuius conspectu sto, idest, cui seruio, & coram quo sto considerando semper, vt seruiam ei. Sic enim loquitur Apostolus, dicens; Viuit Dominus,cui seruio in spiritu meo. In Hebræo dicitur: *In cuius conspectu steti*. Sed ponitur præteritum pro præsenti, quia non significatur per hoc aliqua præsentia specialis,quam habuerit Elisæus aliquando coram Domino:vt pote, quòd aliquando locutus fuerit ei, & ostenderit se illi clarè,sicut se ostendit Moysi,Exo.33. Quia nulla talis legitur fuisse de Elisæo, vel si aliqua fuisset, nesciebat eum populus, & sic non loqueretur de illa Elisæus;sed intelligitur de assistentia quotidiana coram Deo, sicut supra declaratum est. *Quod si non vultum Iosaphat Regis Iudæ erubescerem*.Scilicet,propter

Expositio Hebræorum irrationabilis

A Iosaphat honorabo te nunc, quia erubesco vultū eius, scilicet, quòd ipse veniat ad me,& ego non respondeam: nam aliàs non responderem tibi. Honorauit autem Elisæus valde regem Iosaphat, ex eo, quòd erat vir bonus deicola, qui de terra sua abstulerat idolatriam, & confidebat in Domino, & posuit iudices iustissimos in terra sua: vnde ipsemet Deus laudauit eum,& ostendit pro eo miracula in bello,cuius laudes habentur.2. Paralip.19. & 20. *Non attendissem quidem te, nec respexissem*. Idest, non attendissem ad verba tua respōdendo aliquid: nec ēt respexissem te ostendendo tibi vultū gratū.

An Elisæus respondisset Ioram, nisi venisset Iosaphat. Quæstio II.

B QVAERETVR, si Iosaphat non iuisset cum Ioram ad consulendum Elisæum, an respondisset aliquid super penuria aquarum, & an peccaret nolendo respondere. Dicendum, quòd Elisęus dixit hic se non responsurū, nisi venisset Iosaphat, & hoc iurauit, dicens: viuit Dominus: ideo videtur, quod sic facere intendebat, quia alioquin periurus esset. Responderi potest, quòd Elisæus sic intendebat facere cōsiderata malitia Ioram, scilicet, quia colebat idola, & consulebat Dominum:& tamen postea flecteretur misericordia,videns populum pereuntem:nam si non responderetur sibi super aqua, necesse erat mori totum exercitum præ

C siccitate: & tunc Elisæus compateretur eis: & dato, quòd non esset ibi Iosaphat, responderet: sed istud iam non est propter Ioram. Cum autem dicitur,an peccaret non respondendo: Dicendum, ꝙ non erat in potestate Elisæi respondere: quia non est in potestate prophetarum habere spiritum propheticum, sed quando Deus vult, tangit eos sicut infra declarabitur:erat tamen in potestate eius cōsulere Dominū ad hoc,quod responderet: & tunc dicendum, quòd si videret Elisæus populum pereuntem siti, & veniret ad eum Ioram, vt consuleret Dominum pro penuria aquæ,quanquam esset Ioram pessimus, tenebatur consulere Dominum.

Tenebat̄ Elisæꝰ cōsulere Dominum si populus fuisset in extrema necessitate.

D Et hoc propter duo: primò, quia licet esset Ioram malus:tamē multi erant in exercitu boni, & si permitteret eos Elisæus mori inauxiliatos.esset,crudelis valde. Secundo patet,quia dato,quod Ioram esset valde malus, & omnes essent mali, tenebatur Elisæus agere quantum in se erat, ne morerentur siti, quia cuilibet proximo tenemur quantuncunque malus sit, quādo est in extrema necessitate,sed ita erant isti,quia morerentur siti in breui, nisi succurreretur eis, ideo tenebatur Elisæus agere quantum poterat,vt haberēt aquam: & istud erat,quòd cōsuleret Dominum pro illis. Si autem obijciatur, quòd hic dixit se non facturū, nisi erubesceret vultum Iosaphat: ergo si non fuisset ibi Iosaphat,non fecisset. Dicendum, quòd verum est, quòd non fecisset propter preces Ioram: & tamen fecisset pro-

E pter miseriam populi pereuntis: nunc autem fecit ad preces Ioram, & tamen illas exaudiuit propter Iosaphat. *Nunc autem adducite mihi psaltem*. Volebat Elisæus cōsulere Dominum, & ad hoc iussit,quòd adduceretur psaltes, idest, citharœdus, vt dum caneret coram eo propheraret. *Cunque caneret psaltes, facta est super eum manus Domini*. Scilicet, canente citharista, venit spiritus propheticus in hominem, cum nihil aliud sit spiritus propheticus, nisi quoddam lumen supernaturale illustrans hominem ad horam, & raptim transiens.

Spūs propheticus qd sit propriè.

Quare Elisæus iussit citharistam duci coram eo ad prophetandum, & quare Ecclesia in diuinis officijs ordinauit diuersas armonias. Quest. XII.

QVAERETVR, quare Elisæus iussit ꝙ duceretur citharista coram eo ad prophetãdum. Respondet Ra. Salo. quòd Elisæus iratus fuerat ex verbis, quæ locutus est cum Ioram rege Israel: spiritus autem propheticus non tangit corda hominum manentium in ira, ideo ad hoc, quòd gauderet, & perderet iram, voluit quòd citharista caneret coram eo: & sic recederet ira, & posset venire spiritus propheticus. Sed istud non est conueniens: quia Eliseus non concepit nunc aliquam irã perturbantem cor, in qua peccaret mortaliter, vel venialiter: sed magis fuit ira per zelum, quæ meritoria est: non est ergo rationabile, quòd propter illud, in quo merebatur, spiritus propheticus non veniret ad eum. Respondet Nicolaus aliter, quòd quædam sunt armoniæ prouocantes ad gaudium dissolutiuum, aliæ sunt prouocantes tristitiam; & aliæ deuotionem: ipse autem Elisæus volebat nũc accendi in deuotionem, & ad hoc fecit cantorem citharizare. Dicendum autem, quòd Eliseus voluit consulere Dominum super hoc, quòd quærebant isti reges: & ad hoc voluit disponere se, & istud erat per quãdam tranquillitatem animæ, vt facilius perciperet motum interiorem in spiritu, quando illustraretur spiritu prophetico: ista autẽ tranquillitas procuranda erat per cantum, redeunte anima ad se ipsam, ideo fecit adduci psaltem.

Opi. Ra. Sa.

Opin. Nicolai.

Determi. Auctoris.

Pro quo sciẽdum quòd licet quidam homines nõ sentiant vires armoniarum: quia fortè sunt cordis infimi: tamẽ corda naturaliter generosa nimis immutantur per vires armoniæ: proficiunt enim diuersitates armoniarum ad causandum diuersitatẽ morum: possunt enim armoniæ prouocare hominem ad plantum, ad iucunditatem, ad iram, ad libidinem, & ad omnia genera affectuum. Ideo Arist. Politicorum octauo in fine, cum instruit mores iuuenum: nimis attendendum dixit ad melodias; & quædam melodiæ sunt cauendæ iuuenibus, & aliæ tenendæ: & distinxit ibi inter melodiam Doricã, & Frigistam: distinxit etiam de instrumentis musicis pertinentibus ad flatum, & ad pulsum, quomodo causent diuersas passiones. Sunt nanquè quidam homines, qui quanquam sint intenti quibusdam rebus non honestis, si audierint quasdam armonias speciales, mox relinquunt omnia illa, & redduntur soliciti, & eleuatur spiritus eorum in quandam speculationem: & interdum mouentur ad lachrymas. Sic aũt fortè erat in Elisæo: quia nõ erat aliquis modus, quo anima sua ab exterioribus curis rediret ad seipsam, quàm per armoniam: ideo fecit quòd caneret citharista coram eo. Et ista fuit intentio Ecclesiæ ordinantis varietatem cantuum in diuinis officijs, & organa musica, vt variæ armoniæ diuersimodè corda hominum ad deuotionẽ incitent: Sic enim ait Isidorus octauo Etymo. & habetur in Decretis vigesimaprima dist. capit. cleros; quod quidam lectores sunt, qui ita legunt: vt quosdam ad luctum, lamentunque promoueant. Helisæus verò non solum volebat animam suam distrahi ab exterioribus, sed etiam reddi nimis tranquillam: vt quantuncunque altissimam immutationem spiritus prophetici posset sentire. Requiritur autem istud in prophetis, qui immutantur solum in spiritu sine voce, & apparitione exteriori: quia isti debent esse valdè attenti ad motum Dei, alioquin anima non poterit percipere motum in-

Corda generosa valde imutantur ꝑ vires armoniæ.

Ecclesia quare in diuinis officiis ordinauit varietatẽ cãtuũ, & varias armonias.

F teriorem: & hoc potissimè quando reuelatur aliqua res altissima: qa tunc anima secundũ totũ suũ conatum debet attenta esse, alioquin nihil intelliget. Et ista est causa, quare prophetę interdum rapiuntur in estasin, scilicet, quia ea, quæ reuelantur eis, sunt tam ardua, quòd non poterit illa anima intelligere, si sit intenta alicui alteri operationi: & ideo tunc in estasi cessat anima ab omnibus actibus exterioribus rationalibus, scilicet, à locutione, & communicatione cum hominibus. Cessat etiam ab actibus animalibus, scilicet à sensitiuis, quia sic rapti non vident, nec audiunt, nec odorant, nec habent aliam sensationem. Cessant etiam totaliter quasi spiritus eorum ab operibus naturalibus, scilicet, à digestione, & appetitu, & ex pulsione, & alijs

Causa, quare prophetę rapiunt in extasin.

B operibus virtutis nutritiuæ, & augmentatiuæ, & ideo si tunc homines occiderentur, non sentirent, siue vrerentur igne, siue secarentur gladio: in tantum quòd nesciũt an viuant, & an sit anima in corpore. Et oportet tales cadere in terram, nisi ab alijs teneantur: quia virtus animæ omnino deserit corpus tanquam exanimatum. Ista omnia patent in beato Paulo: quia anima sua eleuata fuit ad videndum secreta altissima, qualia non licet homini loqui secundo ad Corinth. duodecimo. Et ad hoc oportuit, quòd caderet in terram, & cecidit, viriq; sui introduxerunt eum ad manus in Damascum, fuitque ibi tribus diebus, & non manducauit, nec bibit, nec vidit: Actuum nono. Et etiam nesciebat,

Aĩa ĩ extasi nihil sẽtit.

C an anima sua esset in corpore: sic patet ij. ad Corin. duodecimo, scilicet. Nescio an in corpore vel extra corpus, Deus scit. Et tunc, vt asseritur, vidit diuinam essentiam: & tamen istud erat altissimum reuelabile. Ita ergo de cęteris prophetis, quando videbant aliquid altissimum, necesse erat animam cessare ab omnibus exterioribus, & reponi in maxima tranquillitate, hoc autem causabatur in Eliseo ꝑ armoniã: iõ fecit, ꝙ caneret psaltes corã eo.

An Eliseus credidit, quòd propter cantum veniret spiritus Domini super eum. Quęstio XIII.

D QVAERETVR vlterius, an intelligebat Elisæus, quòd per hoc, quòd caneret psaltes veniret super eum Spiritus Domini.

Respondendum, quòd vnire spiritum propheticum non est in potestate prophetarum; nec est aliquid, per quod prophetę faciant quòd spiritus propheticus veniat super eos: quia spiritus propheticus à Deo datur, nihil autem est, per quod possimus Deum cogere ad aliquid determinatè faciendum. Non est ergo intelligendum, quòd cantus citharistæ, vel quodcunq; aliud, sit aliquid, ad quod directè sequatur spirirus propheticus, sed requiruntur duo in prophetia, primũ est illustratio Dei in intellectu nostro, secundum est dispositio quædam ex parte hominis, vt promptior sit ad recipiẽ-

Quæ sint dispositiones ex parte prophetarum ad hoc, ꝙ spiritus propheticꝰ veniat in illos.

E dum id, quod Deus influit. Et ista dispositio est duplex; vna est per modum incitationis Dei ad hoc, quòd det spiritum propheticum: alia est per modum dispositionis interioris ad hoc, quòd quando venerit anima nostra, possit sentire motus eius.

De prima dispositione dicendum, quòd illa nõ erat eadem apud omnes prophetas, sed quidã per hoc, quòd ibant ad aliquem locum determinatũ respondebat eis Deus ĩmediatè. Nõ præmissa orõne aliqua, vel alio opere: & sic erat in Moyse: nã qñ volebat habere rñsum à Deo, ĩtrabat in sancta sanctorũ, & ibi loquebatᷣ angelus Dei de ꝓpiciatorio Nu. 7. s. cũq; ingrederetᷣ Moyses tabernaculũ fęderis,

ris, vt consuleret oraculum audiebat vocem loquentis ad se de propiciatorio, quod erat super arcam inter duos cherubim. In alijs autem prophetis erat dispositio per modum orationis, vel ieiunij. De oratione patet: quia Israelitæ post ciuitatem Babylonicam petiuerunt à Ieremia, vt reuelaret eis, an deberent ascendere in Aegyptum, & ipse orauit ad Dominum per dies decem, & in fine illorum respondit ei Dominus: vt patet Ierem. quadragintaduo. De ieiunio patet: nam quando Daniel volebat habere aliquam reuelationem à Deo, ieiunabat per multos dies affligẽs carnem suam per omnem modum: & tunc ei Deus reuelabat, vnde semel ieiunauit tribus hebdomadis, vt declararetur ei quædam visio: & in fine illarum declarata est: vt patet Dani. decimo, scilicet in diebus illis ego Daniel lugebam trium hebdomadarum diebus, panem desiderabilẽ non comedi: & caro, & vinum non introierunt in os meum, sed nec vnguento vnctus sum, donec cõplerentur trium hebdomadarum dies: & tunc sequitur, quòd in fine illarum venit angelus ad reuelandum ei visionem. Secunda dispositio est, secundum quam anima nostra est disposita ad recipiendum motum interiorem spiritus prophetici: & hoc est per hoc, quòd subtrahit se à curis exterioribus: & recolligit se intra se, & tunc quodcunque aduenerit sentitur, quia anima secundum totas vires suas tendit in illud. Nunc autem de Eliſęo dicendum, quòd per cantum citharistæ habuit vtranque. De prima patet: quia sicut alij prophetę per ieiunia, & orationem promerebantur, quòd Deus eis reuelaret ea, de quibus quærebant: ita Elisæus per magnam deuotionem pro mererentur istud: ista tamẽ deuotio causata est in eo per cantum citharistæ: ideo per istud dispositus est. Sic patet de hominibus, qui per armonias mouentur ad deuotionem. De secunda dispositione patet: quia canente citharista anima Elisæi recoligebatur inter se ipsam, & erat disposita ad suscipiendum quoscunque motus spiritus prophetici, etiam si esset reuelatio altissima. Et fortè habebat istum modum specialiter Elisæus disponendi se ad suscipiendum spiritum propheticum: sicut alij prophetæ habebant ieiunia, & orationem, & sæpe vtebatur isto modo accipiendi diuinã responsionẽ.

Oro, & ieiuniũ maximè disponunt ad pphetiam.

Et ait. Hic ponitur secundum huius partis, in quo aquarum abundantia, & victoria prædicitur, & dicitur. *Et dicit Dominus.* Mox vt cępit cantare psaltes, venit spiritus Domini super Elisæũ: & hoc fecit Deus ad ostendendam bonitatem suam, vt populus laudaret eum, & ad honorandum Elisæum. Pro quo sciendum, quòd quandocunque prophetæ, & viri sancti debebãt obtinere à Deo in secreto spiritum propheticum, vel operationem alicuius miraculi, tardius obtinebant: & cum maioribus precibus, quã cum deberent illud obtinere coram populo: sic patet in Elia, qui suscitauit puerum mulieris Sareptanę in occulto, & non potuit obtinere quousque ter orauit, & ter incubuit super puerum: præcedenti libro cap decimoseptimo. Petiuit etiam à Deo pluuiam in occulto, & non obtinuit, quousque septies orauit eodem libro ca. decimo octauo. Fecit etiam coram populo miraculum de igne descendente super sacrificium: & solum semel orauit, & illicò descendit eod. cap. Sic etiam petiuit super quinquagenarios ascendere ignem, astantibus eis, & ad primam vocem eius ignis descendit: supra primo cap. Idem fuit in Elisæo: quia quando sanauit aquas Ierico, & fecit omnia alia miracula astantibus multis ad prima verba sua fiebat miraculum: vt patet præcedenti capi. de aqua sanata, & sequenti cap. de mul-

Quare Deus in publico audit prophetas illicò, in secreto vero tardius.

A tiplicatione olei, & dulcoratione ciborum, & de sanatione Naaman Syri à lepra, infra quinto. Quando tamen in secreto debuit suscitare filium mulieris Sunamitis bis orauit, & deambulauit per cœnaculum priusquam puer suscitaretur: sequenti capi. Sic etiam fuit de Daniele: nam quando Nabuchodonosor quæsiuit ab eo reuelationem primi somnij, & interpretationem, illicò respondit: vt patet Danie. secundo. Et quando quęsiuit interpretationem somnij secundi, cœpit cogitare Daniel quasi per vnam horam, & respondit: vt patet Dan. quarto. Quando tamen in secreto quærebat à Deo solutionem alicuius dubij, stabat interdum per tres hebdomadas in ieiunio, & Deus nondum respon-
B debat: vt patet Dan: decimo. Idem accidit in Ieremia; vt patet Ierem. decimotertio, & sic de cœteris. Primum istorum fiebat propter duo: primum erat ad laudem Dei, & ad ostendendam magnitudinem potestatis eius: nam si illico, vt prophetæ in publico petebant à Deo operationem alicuius miraculi, si non fieret, & post aliquantum tempus fieret, putarent populares Deum istum non esse omnino potentem, sed indigere tempore ad operandum, sicut natura: vel fortè alium Deum esse, qui impediebat eum ab operando in illo tempore, vel in illo loco: sic enim opinabantur Gentiles, quia putabant quosdam Deos posse operari in quibusdam temporibus, & non in alijs, & in quibusdam lo
C cis, & non in alijs: sic enim dixerunt Syri de Deo Israel ad regem suum Benadad: Dij montium sunt Dij eorum, ideo superauerunt nos, sed melius est, vt pugnemus contra eos in campestribus, & obtinebimus eos. Deus igitur debuit operari miracula in omni tempore, & in omni loco, in quo peteretur: vt ostenderet se omnipotentem. De loco patet, quia ex eo, quòd dixerunt Syri, Deus montium est Deus eorum: & non vallium, voluit Deus ostendere, quòd non solum erat potestas sua in montibus, sed etiam in vallibus, & in omni loco: præcedenti lib. capitulo 20. Cum dixit: quia dixerunt Syri: Deus montium est Dominus, & non est Deus vallium, dabo multitudinem hanc in manu tua: & tunc tra-
D didit Deus Syros in manu Israel in vallibus: & sic cognouerunt, quòd nõ solum in montibus, sed etiam in vallibus erat Deus potens. De temporibus patet, quia ex eo, quòd Gentiles putabant quædam tempora esse accommoda ad faciendum aliquid, & alia non: Deus dicebat in AEgypto Pharaoni per Moysen quando tollebat plagas, quo tempore volebat, quòd oraret, & aufferret illas: vt patet Exod. 7. & 8. & 9. & 10. & sic cognoscebant omnes gentes Deum esse verè potentem, & laudabant eum. Sic patet quando Elias disputauit cum prophetis Baal, quis erat verus Deus, prophetę Baal clamauerunt, ab ortu solis vsque ad meridiem, Baal exaudi nos: & non potuerunt habere ignem pro sacrificio: clamauit
E autem postea Elias, & ad primam vocem eius descendit ignis de cœlo super sacrificium: præcedenti libro, capitulo decimooctauo. Secũdum erat ad gloriam prophetarum: nam si prophetæ clamarent ad Deum coram populo, & non exaudirentur, illico crederet populus eos esse parui meriti: ideo non honoraret eos nimis: cum autem mox, vt ipsi orabant, exaudiebat eos Deus, acquirebant magnam reuerentiam in conspectu plebis, ita vt populus semper crederet eis. Sic enim patet de Moyse Exod. 19. cum dixit Deus: Iam nunc veniam ad te in caligine nubis, vt audiat me populus loquentem ad te, & credat tibi in perpetuum. Hoc autem Deus ex benignitate nimia facit: quia non solũ sanctis suis in vita

ęterna magnam gloriam tribuit, sed etiā hic in oculis omnium hominum venerabiles illos facit. Secundū erat, quod Deus in secreto non audit prophetas, & viros sanctos faciliter. Causa huius est, vt non superbiant: quia si Deus in secreto sanctis suis aquiesceret in oībus, sicut in publico possent extolli in superbia succedentibus omnibus prosperis, iō facit ꝙ in secreto sine magnis ieiunijs, & orationibꝰ non exaudiant, vt sic humiliati cognoscāt defectus suos. Sic patet secundā ad Corinth. xij. scili cet. Ne magnitudo reuelationum extollat me datus est mihi stimulus carnis meæ angelus Satanæ, qui me colafizet. Satis enim apparet hoc in Elia, qui mox vt coram toto populo impetrauit ignem de cœlo super sacrificium, ad primam vocem separatus in colle montis non potuit obtinere pluuiam à Domino quousq; septies orasset. Sic enim dicit Gregorius super Ezechielem, quòd postquam Deus ostendebat Ezechieli magna misteria, vocat eum filium hominis: vt per magnitudinem reuelationum nō extollatur putans se esse supra conditionem humanam: *Facite alueum torrentis huius fossas, & fossas*, idest, facite in ipso torrente multas fossas. Sciendum quòd ille torrens non habebat nunc aquam, & sequenti die ventura erat per illum, & quia illa aqua transitura erat in breui: quia non veniebat de aliquo fonte semper manante, sed Deus mittebat illam, debuerunt facere multas fossas magnas in torrente, vt quando trāsiret aqua, detineretur ibi. *Hęc enim dicit Dominus, non videbitis ventum, nec pluuiam, & alueus iste replebitur aquis.* Istud ponitur ad ostendendum miraculum, scilicet. quòd impleret torrens ille aquis sine aliqua pluuia, & sine vento. Dicitur autem de vento: quia venti solent dare pluuias, & maximè vētus australis, de quo dicitur: conuerte Domine captiuitatem nostram, sicut torrens in austro, Psalm. 124. scilicet, quòd torrentes replentur aquis in Austro, idest, flante vento australi. Dixit autem hoc Deus, vt miraculum esset manifestius: nam si Deus misisset pluuiam, quę aliàs naturaliter ventura non erat: & repleret torrētem, miraculum erat: quia tamen Israelitæ nescirent, an veniret ista pluuia naturaliter, vel miraculosè non putarent esse miraculum: cum verò viderent torrentem siccum repleri aquis non facta aliqua mutatione in aere, manifestum erat istud esse miraculum. *Et bibetis vos, & familię vestrę, & iumenta vestra*, idest, habebitis copiam aquæ ad bibendum pro vobis, & pro iumentis.

Torrēs sine pluuia & vento aqua impletur.

Vnde venit aqua ista, quæ repleuit alueum, sicut dixerat Elisæus. *Quæstio XIIII.*

QVAERETVR, vnde venit aqua ista replens alueum. Posset dici, quòd iste alueus erat, per quem decurrebat aqua alicuius fontis, & tamē nūc minuta fuerat aqua, & non fluebat per alueum, & Deus multiplicauit illam in fonte, & fluxit per alueum. Vel potest dici, quòd Deus fecit pluuiam magnam in aliqua terra longinqua, & aqua congregata est in alueum illum, & fluxit vsq; ad locum, ī quo erant castra istorum trium regum, & sic illi non viderunt pluuiam, nec ventum, sicut dicitur hic: quia illa facta fuit in terra longinqua. Vel potest dici, ꝙ ista aqua facta est de niuibus liquefactis ab alpibus in terra longinqua, sicut fit in Iordane: nam quolibet anno in mense Martij, vel quasi liquefiūt niues Libani, & cadunt in duo capita Iordanis, qui nascitur ad radices Libani, non intumescit Iordanis valdè in mense illo, vt patet Iosue iij. & Ecclesiastici 24. & ibi declaratum est. Et tamen istę niues non li- F quescerent naturaliter, sed miraculosè Deo agente. Vel potest dici, & melius, quòd Deus creauit aquas de nouo, & repleuit alueum, & transierunt tot aquę per alueum, vt replerent fossas, quas fecerat exercitus, & postea fluere cessauerunt: *Parumq; est in cōspectu Domini: insuper etiam tradet Moab in manus vestras*, quasi dicat, Deus liberalissimus est, & dat abundantius, quàm nos petamus. Vos enim petiuistis solū aquas, & Dominus non solum dabit aquas, sed etiam victoriam de Moabitis: *Et percutietis omnem ciuitatem munitam*, idest, poteritis destruere omnem ciuitatem quantuncunque munitam, nec poterit resistere vobis. *Et omnem vrbem electam.* Vocantur vrbes electę, quæ cęteris excellentiores sunt tam in populositate, quàm in abundantia rerum, & fortitudine loci: G & istę etiam non possent resistere istis tribus regibus. *Et vniuersum lignum fructiferum succidetis*, scilicet debitis arbores terrę, de quibus pascuntur Moabitæ: vt non maneant aliqua ligna fructifera in terra sua. *Et omnem agrum egregium operietis lapidibus.* Agri vocantur propriè terræ, quæ seminantur, & largè etiam vineæ vocantur agri: *Cunctosque fontes aquarum obturabitis*, Scilicet, cum ambulaueritis per terram Moab omnes fontes obturabitis implendo humo, vt non habeant Moabitæ vnde bibant.

Deus quare iussit agros egregios lapidibus repleri. *Quæstio XV.*

H QVAERETVR, quare Deus iussit agros egregios repleri lapidibus. Respondendum, quòd si accipiamus agros, largè, ita, vt comprehendantur vineæ debebant operiri lapidibus ad hoc, quòd frangerentur omnes propagines, & redderentur vineæ inutiles. Si autem accipiantur agri solum pro terris, quæ arantur ad iaciendum semina. Dicēdum, quòd operiebantur lapidibus ad hoc, quòd Moabitæ postea nimis laborarent tollendo lapides ad colēdum agros. Aliter potest dici, & melius, quòd agri vocantur hic terræ seminatæ, in quibus iam segetes adultæ, & operiebantur lapidibus, vt frangerentur calami segetum, & non possent nasci spicæ, & sic perirent alimenta totius anni.

I *An mala, quæ dicuntur hic contra terram Moab, fuerint dicta per modum imperij, vel denunciationis.* *Quæstio XVI.*

QVAERETVR vlterius, an ista dicta fuerunt hic per modum denunciationis, vel imperij.

Respondendum, quòd vtroque modo potest intelligi. Intelligetur autem per modum denunciationis, vt si denunciaret propheta istis regibus, quòd Deus daret eis tantam excellentiam super Moabitas, quòd possent destruere ciuitates electas, & succi- K dere omnia ligna fructifera, & obturare fontes: & tunc non obligarentur Israelitæ facere aliquid istorum; sed esset in potestate eorum facere, quod vellent. Si autem intelligatur per modum imperij, erit sensus, quòd Deus daret eis potestatem ad faciendum hoc: & etiam iubebat eis, quòd facerent istud: & tunc peccaret mortaliter, si non facerent. Satis autem videtur dicendum, quòd non dicebantur ista per modum imperij, sed per modum denunciationis, quia tunc peccassent Israelitæ, cum ista non fecerint: quia non deleuerunt omnes ciuitates munitas: nam ciuitatē illam, in qua erat rex Moab, non deleuerunt, sed recesserunt ab ea: vt patet infra in litera, & tñ non vr̄, ꝙ peccauerint: qa si peccatum esset

esset non delendo omnes ciuitates Moab: Iosaphat, qui erat vir timens Deum noluisset recedere de bello, quousque deleretur omnes ciuitates Moab. Istud tenent quidam. Sed dicendum, quod dictum fuit istud secundum imperium, & tenebantur Israelitæ facere istud: aliàs peccarent mortaliter. Et patet hoc: nam superuacuum esset, quòd dicerentur ista per modū denunciationis: quia licet Israelitæ nescirent, an possent destruere ciuitates munitas, tamē sciebant, quod poterāt operire agros lapidibus, & obturare fontes, & succidere ligna fructifera: quia omnia ista erant in campis, vbi nullus defendebat ea, & sic superfluum esset denūciare ista Israelitis, quæ ipsi optimè nouerant: ergo oportet, quòd dicantur secundum imperium. Cum autem arguitur, quod si dicerentur secūdū imperium, peccassent mortaliter Israelitæ: quia non deleuerūt omnes vrbes terræ Moab, dicendum quòd istud non procedit. Primo quia potest concedi, quòd peccauerint mortaliter, nec est inconueniens hoc concedi: quia isti tres reges nō erāt tam virtuosi, vt oporteat eos in omni casu excusare à peccato. Secundò potest dici, quòd nō peccauerunt Israelitæ, quanquam non deleuerunt vrbem, in qua erat rex Moab: quia non potuerūt delere eam. Nam cum obsiderent eā, facta est indignatio magna super Israel, & recesserunt: vt patet infra in litera. Tertiò potest dici, & melius, quod Israelitę nō peccauerunt, quanquā non deleuerunt ciuitatē, in qua erat rex Moab. Et quando dicitur, quod non deleuerunt omnem ciuitatem, nec impleuerunt pręceptum, dicendum, quòd impleuerunt, & quòd deleuerunt omnes ciuitates: nam omnis scriptura rarissimè accipitur pro omnibus, sed pro multis: & delendo multas, impleuerunt præceptum. Hoc autem tenet litera infra, dicens: Percusserunt Moab, & ciuitates destruxerūt, & omnem agrum optimū mittentes singuli lapides repleuerunt, & vniuersos fontes aquarum obturauerunt, & omnia ligna fructifera succiderunt. Et sic ponūtur ibi impleta omnia, quæ iubentur hic.

An Israelitæ debuerunt succidere ligna pomifera Moabitarum, cum istud esset prohibitum in lege. Quæstio XVII.

QVAERETVR, quomodo dicitur hic, quòd Israelitæ succiderent omne lignum frondosum, quia istud erat prohibitum secundum legem: nam Deut. 21. dicitur, quòd quando Israelitæ obsiderent aliquam ciuitatem, & facerent machinas: non cęderent ligna pomifera ad faciēdum illas, sed ligna syluestria. Respondent quidam, quòd hic fuit concessum specialiter Israelitis contra legem illā: quòd succiderent ligna fructifera terræ Moab: & hoc propter maliciam Moabitarum, scilicet, quia fuerant perituri violando fœdus, quod fecerant cū rege Israel de soluendo tributum: & Deus, qui dedit legem, dispensauit nunc in illa. Aliter potest dici, quòd hic non fuit aliqua dispensatio in lege, sed iure communi, licebat Israelitis succidere ligna terræ Moab, & facere quęcunque mala fiunt cōtra hostes. Et quando arguitur de lege illa Deut. 21. dicendum, quòd illa intelligebatur de ciuitatibus terræ Chanaan, scilicet, quòd quando Israelitæ obsiderēt eos, non cęderent ligna pomifera: bene tamen facerent hoc in alijs regionibus. Ratio diuersitatis erat, quia terra Chanaan habituri erant Israelitæ ad habitandum: ideo Deus nolebat, quòd regio expoliaretur arboribus, in quibus est quædam pars sustentationis vitæ humanæ, & magna pul-

A chritudo regionis: ideo propter vtilitatem sui ipsorum non debebant Israelitæ cędere ligna pomifera in terra Chanaan ad faciendum macchinas. Alias autem regiones non erant habituri ad habitationem: ideo in illis non referebat, an cęderent ligna pomifera, vel non. De ista lege an solùm intelligatur pro terra Chanaan, vel an etiam pro alijs regionibus, declaratum est Deuterono. 21. Sed quomodocunque sit Israelitæ iustè egerunt succidendo arbores fructiferas: quia ex mandato Dei egerunt. *Factum est igitur*. Hic ponitur vltimum huius cap. in quo prædictorū ponitur executio, s. quomodo datæ fuerunt aquæ, & victoria: & dicitur. *Factum est igitur mane, quando sacrificium offerri solet*. s. aduentus aquarū fuit

B in mane tpe, quo solet offerri sacrificium in templo.

Qua hora offerebatur sacrificium: & de diuersis generibus eorum. Quæstio XVIII.

QVAERETVR, quæ hora est, qua offertur sacrificium. Aliquis dicet, quòd est aurora, eo quòd hic significatur prima pars diei, cùm dicitur: Factum est mane: quando sacrificium offerri solet. Aliquis dicet, quòd offertur sacrificium in meridie, vel post meridiem: quia præcedenti lib. cap. 18. dicitur: postquam autem transijt meridies, & illis prophetantibus, venerat tempus, quo sacrificium offerri solet: ergo in meridie solitum est offerri. Respō

C dendum ad hoc, quòd de sacrificijs Domini quædā erant ordinaria, quæ quotidie offerebantur, & alia erant, quæ offerebantur per accidens ex deuotione offerentiū: & non offerebātur quotidie, sed qn ipsi volebant. Primum vocatur iuge sacrificium, & secundum non. De iugi sacrificio dicendum, quòd erat duplex, scilicet, matutinum, & vespertinum: vt patet Nume. 28. In quolibet autem istorum offerebatur vnus agnus anniculus. Matutinum sacrificium incipiebat in ortu solis: nam tunc sacerdos mundabat altare cineribus, & ponebat ligna, & superimponebat adipes sacrificij: & istud sacrificium durabat in crematione sua vsque ad meridiem, vel paulo ante, si non essent aliqua sacrificia accidentalia, qa tunc

Sacrificia quædam erant ordinaria, alia extraordinaria.

Sacrificiū matutinū.

D illud citò consumebatur, vt daret locum sacrificijs superuenientibus. De sacrificio vespertino dicendū, quòd erat agnus anniculus cremandus, cuius crematio incipiebat ab occasu solis, & debebat durare vsq; ad ortum solis per totam noctem: vt patet de vtroque Leuit. 6. & ibi latè declaratum est, vt etiam Numeri 28. Dicendum igitur, quòd tempus offerendi sacrificium non erat vnicum, sed ab ortu solis vsque ad meridiem durabat, & postea ab occasu solis vsq; ad auroram. Cum autem arguitur hic, quòd tempus sacrificij erat in mane, & præcedenti lib. capitu. 18. dicitur, quòd tempus sacrificij erat in meridie. Dicendum, quòd tempus incipiēdi sacrificium erat in mane in ortu solis, & tempus finiendi erat in me-

E ridie. Nam post meridiem non erat consuetudo, quòd offerretur aliquod sacrificium vsque ad solis occasum, quando incipiebat oblatio vespertina. *Et ecce aquæ veniebant per viam Edom*. idest, veniebant per desertum terræ Edom: nam per illud desertum circuierant isti tres reges per septem dies, vt patet supra in litera. *Et repleta est terra aquis*, scilicet, repletus est alueus aquis, & omnes fossæ, quas fecerat exercitus in alueo torrentis: & non intelligitur hoc de reliqua terra, quia Deus solùm dixit de alueo: vt patet supra. s. nō videbitis ventum, nec pluuiam, & alueus iste replebitur aquis. Item quia iussit fossas fieri solùm in alueo, dicens. Facite alueum torrentis huius fossas, & fossas: & tamen si reliqua terra debuisset

repleri aquis in circuitu torrentis, nō solū in alueo torrentis, sed etiam in circuitu factæ fuissent fossæ. *Uniuersi autem Moabitæ audientes quòd ascendissent reges vt pugnarent aduersus eos.* Istud audiuerunt prius, quàm reges isti tres introirēt in terram eorum: & ideo quando ipsi venerunt iam Moabitæ parati erant in armis. *Conuocauerunt omnes, qui accincti erant baltheo desuper.* Accincti baltheo dicuntur ascripti miliciæ: quia baltheus est cingulum militare, & est insignium militis: sicut viri literati habēt insignia graduum suorum. Et omnes isti cōuocati sunt nunc ad arma ad defensionē terræ. Vel dicitur qui accincti, i. qui accingi poterant: nā nūc erat tribulatio magna Moabitarum, cum venirent tres reges contra eos: ideo satis verisimile est, quòd omnes potentes capere arma vocarentur ad bellum. Et dicitur: Qui accincti erant baltheo desuper, idest, habebant baltheum super vestes, vel super arma, quia cum baltheus sit insignium militis, oportet quòd ponatur exterius. *Et steterunt in terminis*; scilicet, steterunt Moabitæ in terminis terræ suæ ad defendendum eam: ne ingredi possent tres reges in illam. *Primoque mane surgentes, & orto iam sole ex aduerso aquarum viderunt Moabitæ aquas rubras quasi sanguinem.* Istæ erant aquæ, quæ fluebant per alueum, de quo dixerat Elisæus, vt venirent ad fossas, quas fecerat exercitus Israel in alueo, & viderunt Moabitæ aquas illas rubras, sicut sanguinem, & putauerunt esse sanguinem. *Dixeruntque, sanguis gladij est*, idest, istę aquę sunt sanguis effusus gladio belli. *Pugnauerunt reges contra se, & cæsi sunt mutuo.* Hoc arbitrati sunt Moabitę videntes aquas rubras, scilicet, ꝙ tres reges exercitus Israel discordassent, & pugnauissent inter se, & repletus fuisset alueus sanguine. Sic enim contigit in bello, ꝙ pauco tempore post hoc fecerunt Moabitæ, & Ammonitę, & Idumæi contra regem Iosaphat: nam istę tres gentes erant simul, & vna gens earum erat posita in insidijs contra Iosaphat, vt aliæ duæ ex aperto pugnarent: surrexerunt autem duæ gentes, & reperientes vnam, quæ erat in insidijs, putauerunt esse hostes, & pugnauerunt contra illos, & sic omnes tres gentes mutuis gladijs perierunt, non pugnante Iosaphat, nec exercitu eius: vt patet. 2. Paralipo. 20.

Baltheus quid sit.

Quomodo Moabitę videntes aquas rubras crediderunt aliquem sanguinem eis fuisse commixtum.
Quæstio XIX.

QVAERETVR quomodo Moabitæ putauerunt, ꝙ istæ aquæ erant sanguis belli, quia ista suspicio erat valde irrationabilis: nam dato ꝙ medietas orbis pugnasset, & cæsa fuisset in bello, non confluxisset tantus sanguis de vulneribus, sicut fluebat per alueum torrentis: quia totus sanguis belli non simul funditur, sed particulatim etiam in diuersis locis: quia vnus homo occiditur hic, & alius alibi. Etiam sanguis cito, vt affluxerit de venis fit gelidus, & non fluit: non poterat ergo vllo modo fieri quod putabant Moabitæ. Dicendum quòd nō putauerunt Moabitæ istam aquam torrentis totā esse sanguinem, quia hoc non erat vllo modo opinabile, sed quòd aliquis sanguis fuerat ei commixtus, & ideo erat rubra aqua: & illud suffecit ad mouendū eos. Hoc autem satis erat opinabile: quia modicus sanguis belli effusus apud alueum torrentis poterat inficere omnes aquas reddēdo eas rubras. Sic enim factum est quādo occisus est beatus Mauricius martyr cum tota legione Thebea apud Rhodanum: nā iugulati sunt ibi sex mille sexcenti sexaginta sex viri, qui complent vnam legionem; & sanguis corū

De beato Mauritio.

F fluēs per Rhodanum rubricauit omnes aquas eius: ut ait Gualterius Alexandreidis. lib. 2.

Cum aqua illa, quę fluebat per alueum non esset sanguis, vnde poterat contrahere ruborem sanguineum: & quare Moabitæ hoc putarunt.
Quæstio XX.

QVAERETVR vlterius, cum hic non esset sanguis belli: vnde prouenit, quòd rubricarētur aquę sicut sanguis. Aliquis dicet, quòd hoc factum est ex colore littoris, quia confinia illius torrentis sunt rubra, & inde aquæ rubricarentur. sic.n. mare rubrum vocatum est ab aquis rubris, quæ ab
G origine sua rubræ non sunt, sed à littoribus rubricantur. Sed dicendum, quòd hoc non stat, quia torrens ille erat in terra Moabitarum, & ipsi bene scirent an confinia eius possent rubricare aquas: quia alijs temporibus flueret alueus ille, & si tunc ex ripis rubricaretur aqua: nunc etiam putarent esse ex eadem causa, & non putarent esse sanguinem belli. Si verò ante hoc nunquam fuerat aqua torrētis rubricata propter ripas, nec nunc poterat rubricari. Aliquis dicet, quòd prouenit istud, quia Deus fecit illas aquas rubras, dato quòd non contraherent ruborem ex ripis, vel ex alia causa, vt Moabitæ suspicarentur esse sanguinem belli, & mouerentur ad prædam, & sic faciliter inciderent in manus Israelitarū:
H & mouit Moabitas ad hoc, quia ante istud non fluebat aqua aliqua per torrentem illum, & nunc viderunt subito aquam rubram: putauerunt ergo esse sanguinem. Dicendum, quòd hoc non stat, & patet de primo: quia non oportet poni miraculū, vbi potest fieri res sine miraculo, & tamen sine hoc, q̄d Deus rubricaret aquas, apparuerūt Moabitis rubrę, vt declarabitur, & colligitur ex litera: ideo non est ponendum, quòd Deus illas rubricauerit. Cùm autem dicitur, quòd Moabiti moti sunt ad suspicandum hoc; quia ante istud torrens ille non habebat aquas, & nunc habebat. Dicendum, quòd non stat: quia tunc crederent Moabitæ, quòd omnes il-
I læ aquę erant sanguis humanus; & tamen istud erat inopinabile, quia non erat possibile tantum sanguinem confluere. Etiam quia dato, quòd tantus esset, efficeretur gelidus, & non flueret; sed esset concretus ripis. Quod autem dicunt Moabitas moueri, quia non habebat ille torrens aquam ante hoc. Dicendum, quòd Moabitæ nesciebant istud, quia iste torrēs erat in extremitate terræ Moab, & Edō, quod patet: quia dicitur: proueniebant aquæ per terram Edom: & tamen veniebant per illum torrentem: & ipsi fortè non venerant à multis diebus ante ad terminos illos, per quos fluebat torrens: iō nescirēt, an haberet aquas, vel non. Item patet hoc, quia dicitur, quòd Moabitæ surrexerunt primo ma-
K ne, & viderunt aquas rubras: vt patet in litera, & sic videtur, quòd tunc veniebant ad terminos terræ suæ, vbi erat torrens ille, & tunc viderunt aquas rubras. Item dato, quòd scirent Moabitæ, quòd torrens ille non habebat aquas ante hoc, & nunc viderent aquas in eo, non crederent esse sanguinē belli: quia putarēt in aliqua terra longinqua fuisse magnam pluuiam, & inde collectam fuisse subito aquā aluei: quia hoc satis communiter accidit, quòd vbi pluuia non videtur. videatur alluuio fluminum.

Dicendum ergo quòd Moabitæ moti sunt ad cogitandum esse sanguinem belli propter quendā ruborem aquarum, quem non solebant habere illę aquæ: & causatus est iste rubor in aquis ex reflexione

ne radiorum solarium: & propter hoc dicitur in litera: primo mane surgentes Moabitæ orto iam sole: tunc enim in principio diei potest causari iste rubor in aquis ex reflexione radiorũ solariũ in aqua: & nõ potest causari in hora quarta, vel quinta diei, vel in meridie, vel saltem duobus horis post ortum solis: quod verum est in terra plana. Et causa huius est, quia radius solaris in aurora contrahit quandã rubedinem propter vapores combustos manentes circa superficiem terræ, per quos radij transeunt: & ideo cum repercutiantur in aqua ad oculos nostros trahunt secum eundem ruborem, & faciunt apparere locum aquarum, in quo est repercussio, esse rubrum: quanquam secundum veritatem non fit rubor ille, nisi in oculo nostro, ad quẽ peruenit radius habens rubedinem: & tamen necesse est apparere colorẽ eius in loco visionis s. vbi fit reflexio in aqs. Simile apparet, quando radij solis transeunt per fenestras vitreas rubeas, aut virides, vel alterius coloris: vel cum transit per fenestras opertas lino cerato cera rubea, vel viridi: quia radij transeuntes contrahunt ruborem, vel palorem, & videntur nobis omnia, quæ in domo sunt, esse rubra, vel palida, aut virida. Hoc autem non potest fieri in aqua, quando fuerit sol multum eleuatus à terra, vt in tertia, vel quarta hora diei: quia tunc radij eius non transeũt proni super superficiem terrę per totam regionem vaporum combustorum, sed veniunt de alto, ideo non possunt contrahere rubedinem. Hoc autem patet: quia in Ortu, & in Occasu sol potest apparere rubeus, & sæpe sic apparet: & tamen quando est multum eleuatus, non potest sic apparere: & ista sola est causa, quæ assignata est. Alia causa est, quare aqua solum possit apparere rubra in mane, quia istud fit per radios solis reflexos super aquam, & veniẽtes ad oculos nostros. Est tamen regula in secundo perspectiuæ communis, & est sexta propositio, quòd anguli incidentiæ, & reflexionis in radijs sunt equales necessariò: ideo quantum sol eleuatur à terra, tantum eleuabitur radius reflexus in aqua, sed cùm ab ipsa aqua fit angulis incidẽtiæ nimis obtusus, necesse est angulum reflexionis oppositũ esse valde obtusum: & ideo erit radius modicum eleuatus à terra, & perueniet ad oculos hominum, & sic poterit apparere rubor eius. Cum autem multũ eleuatus fuerit sol, necesse est radium reflexionis multum eleuari, & non perueniet ad oculos hominum, sed supra. Et sic non poterit videri aqua rubea propter defectum reflexionis. Ista est causa, propter quã licet sole existente super terram, semper fiat reflexio radiorum eius super aquam: nos non videmus, vt communiter reflexionem nisi in ortu, & in occasu, & paulo post ortum, & paulo ante occasum. Ambæ istæ duę causæ conferunt ad ostendendum aquas rubras: sed prima maximè confert: nam dato, ꝙ aliquis in meridie videat reflexionem solis super aquam, vt potè si ponat coram se peluim plenam aquam, & ipse sit iuxta illam, videbit quidem fieri reflexionem: & tamen non apparebit aqua rubra, sed lucens: & hoc est, quia radij solis non transeunt tunc per totam regionem vaporum combustorum. Quod autem ista fuerit causa, quare apparuerunt aquæ rubræ, patet ex litera, quia ponuntur omnes circunstãtiæ, secundum quas fit rubor aquarum ex reflexione solis: nã dicitur: Primo mane surgentes Moabitæ orto iam sole: quasi dicat ante ortum solis non potuissent videre aquas rubras, sed in colore suo, quia non erat tunc aliqua reflexio radiorum: etiam dicitur: orto iam sole ex aduerso aquarum, ad significandum, ꝙ Moabitæ erant ex aduerso ad solem, & sic poterat

Radij solares in aurora contrahunt quã rubedinem.

A venire radius reflexionis ad oculos eorum: nam si ipsi fuissent ex parte Orientis respiciẽtes versus Occidentem, impossibile esset, ꝙ peruenissent ad eos radij reflexionis, qui resiliebant contra Occidentem, & sic non potuissent videre aquas rubras. Istud ergo fecit, quod viderent aquas rubras, & non est dicendum, quòd Deus rubricauerit illas cum Deus assignet istam causam in litera.

Cum Moabitæ hoc sępè vidissent, quomodo nunc fuerunt decepti. Quęst. XXI.

DICET aliquis, ꝙ hoc nõ poterat mouere Moabitas, quia sæpe Moabitę viderant reflexionem B solis in aquis, & ruborem aquæ ex illa causa, cum istud quotidiè accidat: quomodo ergo moti sunt, vt putarent esse sanguinem belli propter ruborem illum? Respondẽdũ, ꝙ nihil aliud rubricauit aquas, nisi quod dictum est, & ille rubor mouit Moabitas ad putandum, ꝙ esset sanguis: & tamen nõ erat causa sufficiens ad hoc putandum ille rubor, nisi etiam Deus aliqualiter turbasset Moabitas. Et dicendum est, ꝙ ipse turbauit intellectum eorum, vt non ratiocinarentur super hoc ad sciendum quid erat ille rubor aquarum: sed subito crederent esse sanguinem belli. Et per istum modum Deus sæpe facit cadere homines in magnas ignorantias in pœnam peccatorum suorum: & sic aliqui viri prudentes incidunt C interdum in tã magnas fatuitates, ꝙ viri bestiales, & rudissimi illas non facerent: & hoc est, quia Deus tradit eos tunc in reprobũ sensum; sicut patet ad Romanos 1. Hoc aut facile est Deo, quia cor nostrum est in potestate sua, & potest mouere nos ad intelligendum quod ipse vult. Sic patet Prouerb. 21. scilicet, Cor regis in manu Domini, & quòcunque voluerit, vertet illud. sic enim turbauit Deus Madianitas tempore Gedeonis, vt pugnaret contra se inuicem, & putarent, ꝙ pugnabant contra Gedeonẽ, & sic se occidebant, Iud. 7. Sic etiam turbauit Deus Moabitas, Madianitas, & Idumęos volentes pugnare contra Iosaphat, vt pugnarent contra seipsos. 2. Paralip. 20. Hoc autem non accidebat ex solo erro- D re humano sine aliquo extrinseco, sed potissimè qa Deus turbabat istos. De Madianitis patet Iud. 7. scilicet. Immisitq; Dominus gladium in omnibus castris, & mutua se cede truncabant. De bello Moabitarum, & Madianitarum, & Idumæorum contra Iosaphat dicitur: Vertit Dominus insidias eorum in semetipsos, cumque hoc opere perpetrassent: ẽt in semetipsos versi mutuis concidere vulneribus 2. Paralip. 20 *Nunc perge ad prædam Moab.* Hoc dicebant Moabitæ inter se ipsos exortantes se ad eundum in castra Israelitarum, vt caperent prædam. Putabant enim quòd occisi fuissent omnes Israelitæ mutuis vulneribus, & manerent castra sola: & sic poterant ipsi spoliare illa: sic enim fuit, quando pugnauerũt Syri cõtra Israel tempore regis Ioram. s. paulo post hoc: & audientes per noctem strepitum, quẽ Deus E miserat, putauerunt esse exercitum magnum Israelitarum: ideo fugerunt, & reliquerũt castra vacua, & plena diuitijs: & sequenti die Israelitæ hoc scientes, iuerunt illuc, & spoliauerunt castra, infra 7. *Perrexeruntque in castra Israel.* Omnes Moabitę sicut erãt in terminis suis custodientes illos, ita iuerunt ad castra Israel ad prædam: & non ibant parati, vt ad pugnandum: sed magis expediti, & quomodocunq; sunt ad prædandum tanquam nullus mansisset in castris Israel, qui posset resistere eis.

Quare viri sapiẽtis simi faciũt interdum magnas fatuitates, & errores.

Quare

Quare Deus fecit, vt Moabitæ putarent aquas rubras esse ex sanguine. Quæst. XXII.

QVAERETVR, quare Deus fecit, ꝙ Moabitę putarent aquas rubras esse ex sanguine Israelitarum, & irent in castra eorum ad prædam. Respõdendum, ꝙ Deus fecit hoc propter duo. Primò quia Moabitę erant mali valde, & volebat inferre eis magnam plagam. Et hoc patet, quia iussit, ꝙ ciuitates eorum electæ destruerentur, & obturarentur omnes fontes aquarum, & succiderentur omnes arbores fructiferæ, & replerentur agri lapidibus, vt patet supra in litera. Secundò fecit hoc, quia Deus promiserat Israelitis, ꝙ traderet Moabitas in manus eorũ: & ad hoc voluit tradere eos taliter, vt Moabitæ paterentur magnam plagam, & Israelitæ modicum laborarent infligendo illam. Erant autem Moabitæ parati ad bellum ante hoc in terminis terræ suæ, vt defenderent illam: vt patet in litera, si igitur Israelitæ deberent ire ad pugnandum contra illos, non potuissent exercere tantam plagam in eis, sicut nunc: quia illi armati essent. Etiam Israelitæ in hoc nimis laborarent, & multi eorum morerentur: ideo voluit Deus mittere Moabitas inermes ad castra Israelitarum vt sic Israelitę possent occidere eos tanquam oues, & non periret aliquis de eis. Hoc satis patet, q̃a Moabitæ putauerunt omnes Israelitas occisos fuisse, & nullum mansisse in castris: & sic irent ad prædã, nihil mali formidantes, & nulla arma portarent, vel rara: tum, quia nihil timebant: tum, vt essent magis expediti ad portandum multitudinem spoliorum, & sic Israelitæ irruentes in Moabitas inermes occiderent eos sicut oues, & sic fieret maxima plaga in eis, & sine labore, & periculo Israelitarum, quod aliàs non contingeret.

Porro consurgens Israel percussit Moab. Israelitæ erant quasi securi in castris suis, & cum viderunt Moabitas venientes inermes ad prædandum, irruerunt in ipsos, & percusserunt eos plaga magna. *At illi fugerunt coram eis* .s. Moabitæ frustrati spe sua existentes inermes, & non potentes resistere Israelitis, fugerunt à facie eorum, & in fuga corruerunt plurimi vulnerati: *Venerunt igitur, qui vicerant, & percusserũt Moab.* Idest Israelitæ, qui vicerant Moabitas fugiẽtes, venerũt, & introierunt in terrã Moab, nemine prohibente introitum, & percusserunt terram Moab .s. vrbes, & viculos non muratos. Et non accipit hic Moab, sicut supra: quia supra dicitur: consurgens Israel percussit Moab .i. viros Moab, qui ibant ad prædandum. Hic autem dicitur: percusserunt Moab .i. terram Moab, quam vastauerunt hostiliter. In Hebræo dicitur. *Et percusserunt in ea.* Vbi nos dicimus: venerunt, qui vicerant, & percusserunt Moab. Eadem sententia est, sed planius habetur in litera nostra: nam Hebræus solũ dicit: & percusserunt in ea .i. percusserunt terrã Moab: quia tamen non poterant percutere terram Moab, nisi venirent ad illam: cum ante hoc essent in castris, quæ erant extra terram Moab .s. in terra Edom apud torrentem diuidentem regiones: dicitur, ꝙ venerunt, qui vicerant .i. Israelitæ, qui vicerant Moabitas extra terram Moab, venerunt in terram Moab persequendo Moabitas, & percusserunt illam. *Et ciuitates destruxerunt.* Non enim poterant Israelitis resistere Moabitę: ideo introibant Israelitę in ciuitates eorum, & destruebant eas: quia sic dixerat supra Deus: percutietis omnem ciuitatem munitam, & omnem vrbem electam. *Et omnem agrum optimum mittentes singuli lapides, repleuerunt.* Isti erant agri seminati, qui iam habebant calamos natos, & repleuerũt illos lapidibus ad hoc, vt omnino perirent semina illius anni, & ꝓ-

F sequentibus annis fierent agri indispositi ad cultum propter multitudinem lapidum. Et dicitur mittentes singuli lapides .s. q̃a erat exercitus valde magnus Israelitarũ, cùm essent tres reges, & quilibet de exercitu mittebat lapides super agros, & sic cito replebãtur omnes agri lapidibus: *Et vniuersos fontes aquarum obturauerunt.* Scilicet, implebant illos humo: ita vt nõ maneret aliquis fons in tota terra, de quo manarent aquę: & sic cessabat generatio aquarum, quia clausa erant spiracula, per quæ exibant aquæ. *Et omnia ligna fructifera succiderunt* .s. non reliquerunt arborem fructiferam in terra. Istud intelligendum est non omnino vniuersaliter, quia aliqui fontes manerent in terra non obturati. Nam dato, quòd Israelitæ vellent ob-

G turare omnes fontes terræ illius, non possent: quia non inuenirent omnes, cùm aliqui essent in montibus, & in locis separatissimis. Etiam non succiderent omnes arbores fructiferas, quia non possent omnes inuenire. Etiam non replererẽt omnes agros lapidibus, quia fortè non possent habere lapides in terra Moab ad replendum omnes agros. De ciuitatibus ẽt patet, quòd non destruxerunt omnes: quia non destruxerunt illam, in qua erat rex Moab, vt patet infr. Sed succiderunt maximam partem arborum, & obturauerunt plurimos fontes, & repleuerunt lapidibus multos agros, & scriptura vocat istos, oẽs, ponẽs oẽs, pro multis. *Ita, vt muri tantum fictiles remanerent.* Põt intelligi dupliciter: vno mõ, ꝙ Israelitæ occiderunt,

Distributio accõmoda pro generibus singulorũ est vsitatissima in sacra scriptura. Vide de met. de abulen. Iosue 6. c. q. 69. & 7.

H quasi plurimos Moabitarum, & destruxerunt omnes ciuitates eorum, & obturauerunt fontes, & succiderunt arbores, & repleuerũt agros lapidibus, quibus factis, nihil bonum manebat in terra Moab, nisi muri fictiles, idest, muri ciuitatum soli manebant, intra quos poterant esse nouę habitationes. Et vocantur muri fictiles, idest, facti manu hominum. Aliter potest intelligi, quòd Israelitæ fecerũt omnia supradicta, & ad hoc, ꝙ replerent agros lapidibus, sicut Deus iusserat, accipiebant lapides vbicunque inueniebant, & quia lapides iacentes per vias non sufficiebant ad operiendum agros, tollebant lapides, q̃ erãt in muris vrbium, & proijciebant illos super agros. Et quia muri erant ex parte exteriori de lapidibus, &

I ex parte interiori de terra, ablatis lapidibus, manebat totus murus de terra: & ideo vocabantur muri fictiles, idest, de terra: quia fictile pertinet ad figulum, qui de solo luto fabricat: vnde fictilia solemus appellare terrea: & tunc refertur ad lapides, quos miserũt Israelitæ super agros .s. tot lapides miserunt super agros, ita, vt muri solum fictiles manerent, idest, solũ manebat in eis pars terrea, & non lapidea. Et iste sensus est, quem tenet litera: quod patet, quia dicitur: muri tantum fictiles. Si tamen acciperetur in primo sensu, non diceretur: muri tantum fictiles: sed diceretur: muri tantum remanerent. Item patet hoc maximè ex litera Hebraica, quæ dicit. *Ita, vt manerent lapides eius in pariete fictili, vel luteo,* idest, maserũt parietes eius,

K idest, ciuitatis, vel terræ Moab in pariete fictili, idest, manserunt fictiles, & hoc sine lapidibus: & tamen litera Hebraica loquitur nimis confusè, quia accipiendo illam quantum ad sensum, quem facit in cortice, includit contradictionem .s. ꝙ lapides manerent in pariete, & ꝙ paries esset testeus, vel luteus. *Et circundata est ciuitas à fundibularijs.* Dicitur hic de ciuitate nõ expresso nomine, quia intelligitur per excellentiam de ciuitate illa, in qua rex erat. Et circundederunt fundibularij ciuitatem ad hoc, quòd iacientes lapides multos dirurent domos ciuitatis. Et vocantur fundibularij non illi, qui habent fundas leues, sed illi, qui quodam artificio ligneo vtuntur, in quo ligata funda lapides magnos iacit, & forti impetu: & tales fun-

Nota cõtra cõem opinionẽ qui sunt fundibularij ꝓprie.

fundę sunt ad bellum ad circundandum ciuitates, quia possunt demoliri ędificia interiora. *Et magna ex parte percussa*. Idest, percusserunt nimis ciuitatem fundibularij. Nam si essent muri fictiles poterāt crebris ictibus lapidum concutere muros, & sic ex magna parte percuterent vrbem. Vel intelligitur, ꝙ iaciebant lapides magnos intra vrbem, & occidebāt multos, atq; diruebant ędificia. *Quod cum vidisset rex Moab præualuisse, scilicet, hostes*, scilicet afligebatur nimis ciuitas à fundibularijs, & vidit rex Moab pręualuisse hostes, idest, ꝙ in breui pręualituri erant: nam nondum præualuerunt: *Tulit secum septingentos viros educentes gladium.* Si permisisset rex Moab fundibularios inuadere vrbem, sicut inceperant, in breui delenda erat: quia iam ex magna parte percussa fuerat: vt patet in litera: ideo voluit irrumpere cōtra hostes, vt sic solueret obsidionem, vel exponeret se periculo: & ad hoc accepit secum septingentos viros fortissimos, vt posset irrumpere in hostes. *Vt irrumperent ad regem Edom.* Voluit irrumpere aciem rex Moab contra partem, in qua erat rex Edom, quia tres reges erant in illo bello, scilicet, rex Israel, & Iuda, & Edom, & fortè pars, in qua erat rex Edō, erat debilior: ideo volebat irrumpere rex Moab partem illam, & sic turbaret castra hostium: *Et non potuerunt*, scilicet, rex Edom restitit regi Moab, & non potuit exire cum viris suis ad irrumpendum aciem: *Arripiens filium suum primogenitum, qui regnaturus erat pro eo, obtulit holocaustum super murum.* Scilicet, cum videret se in tanta angustia, accepit filium suum primogenitum, qui successurus erat ei in regno ad maiorē dolorem, & occidens ipsum, fecit holocaustū de eo super murū, cremans ibi ipsum super aliquod altare.

Quare rex Moab obtulit filium primogenitum suum in holocaustum occidendo eum in oculis hostium.

Quæstio XXIII.

QVAERETVR quare rex Moab occidit filium suum, & cremauit eum in holocaustū. Respondetur communiter, ꝙ fecit hoc ex maxima angustia, in qua erat, vt placarentur sibi hostes, & recederent ab eo. Quod patet: quia mox, vt istud factū est, recesserunt hostes ab obsidione. Nicolaus autē arguit contra hoc, dicens, ꝙ non potest stare, sed ꝙ magis fecit propter alium finem: Et dicit cum Ra. Sa. ꝙ rex Moab q̃siuit à sapiētibus suis quare Deus tanta bona faciebat Israelitis: & ipsi responderūt, ꝙ hoc erat, quia Abrahā pater eorum obtulit filiū suum Isac, vt faceret de eo holocaustum Deo. Gen. 22. tunc autem rex Moab cupiens, vt Deus sic bene faceret ei, obtulit filium suum primogenitum in holocaustum. Sed ista positio non est satis rationabilis: quia Abraham non obtulit filium suum sponte, sed Deo iubente. Gen. 22. Etiam non occidit eum realiter, sed cum vellet occidere prohibitus est ab angelo: eod. cap. ideo rex Moab, si vellet imitari Abraham non offerret filiū sponte sua, sed Dei mādatum expectaret. Etiam non occideret eum realiter, sicut Abraham non occidit Isac, sed voluit occidere: & si fortè quando rex Moab vellet occidere filiū, Deus non prohiberet eum, satis putaret, ꝙ non acceptabat oblationē eius, sicut Abrahæ; ideo non occideret filium suum sine causa, sed ista sunt figmēta Iudęorum modicum habentia colorem. Dicendum ergo videtur, ꝙ rex Moab fecit hoc fortè ad placandum hostes, vt videntes miseriam eius, recederēt ab eo. Hostes enim desiderant vindictā de hostibus suis, quamdiu illi manent in aliquanta potestate, ita vt resistant: sed cum omnino veniunt ad ca

Respon. Nico. & Ra. Sa.

Responsio auctoris.

A lamitatem multi de hominibus, qui sunt generosi cordis condolent hostibus suis, & cessant eis nocere: ita ergo putauit rex Moab, ꝙ isti tres reges erant viri generosi corde, & quando viderent eum deductum ad tantam calamitatem, vt proprium filium immolaret, misererentur eius, & recederent ab eo. Hoc autem colligitur, quia ipse rex Moab occidit filium suum super murum, ita vt viderent hostes: si tamen faceret ad imitandum Abraham, & non ad placandum hostes, non fecisset hoc super murū in oculis hostium, sed intra vrbem, vt hostes videntes non inualescerent de eo sic, & non fortificarentur in cordibus suis ad acrius pugnandum: ergo fecit ad prouocandum illos ad misericordiam. Item
B hoc tenet Iosephus 9. Antiquitatū dicens opus: desperationis, & crudelis necessitatis impleuit filium: nanque seniorem, qui erat ei successurus in regno, eleuans super murum ita, vt à cunctis hostibus videretur, Deo immolauit holocaustum. Item patet, quia mox, vt immolauit eum, recesserūt hostes spōte sua, cùm potuissent aliàs vrbem capere: ergo videtur, ꝙ ad flectēdum eos immolauit eum. Aliter potest dici, ꝙ immolauit filium Deo suo ad hoc, ꝙ adiuuaret eum in necessitate illa: Dæmones enim maxime desiderabant offerri sibi sanguinem humanum, vt sic perirent animæ miserorum, & promittebant se multa bona facturos eis, q filios suos ipsis immolarēt. Et ob hoc Gentiles opinabantur, ꝙ si q̃s
C immolaret filium suum dijs, reciperet ab eis omnia bona. Vnde non solum inter Gentiles, sed etiā inter Iudæos erat ista peruersitas, ꝙ aliqui filios suos Dæmonibus immolarent, vt prosperarētur ab illis: nam rex Manasses lustrauit filium suum per ignem Idolis infra 21. & multi alij Israelitæ filios suos Dęmonibus immolabant. Sic enim patet Psal. 105. Immolauerunt filios suos, & filias suas Dęmonibus, & effuderunt sanguinem innocentem, sanguinem filiorum suorum & filiarum suarum, quas sacrificauerunt sculptilibus Chanaan. Deus quoque vetuit istud fieri inter Hebræos sub pęna mortis, ne quis daret de semine suo Idolo Moloch Leuit. 20. idest, ꝙ non daret aliquem de filijs suis ad cremandum in
D honorē illius Idoli: & ob hoc quando aliqui erant in magnis angustijs, vt subito haberent à Dijs suis remedium, immolabāt eis aliquem de filijs suis. Sic enim dicitur fuisse de isto rege Moab. Sic ēt dicitur fuisse de Senacherib rege Assyriorum, qui perdiderat totum exercitum suum in terra Iudæ, scilicet, 185. millia virorum, & fugit quasi solus in terrā suā: & ibi dicitur, ꝙ volebat duos filios suos immolare Deo suo, vt reduceret eum in pristinam potestatē, & illi scientes hoc interfecerunt ipsum patrem suū Senacherib in templo Dei sui, cum oraret, ne ipse occideret illos, infra 19. Dicendum tamen videtur, quòd potius egit istud propter causam supradictā, scilicet, ad flectēdum hostes ad misericordiam. Nā
E aliàs non egisset in muro coram hostibus, sed intra ciuitatem, vt hostes sic non sumerent vindictam de eo, & ut non acuerentur potius ad ipsum infestandum videntes eum iam desperare, & non posse defendere vrbem: *Et facta est indignatio magna in Israel.* i. fuit magna ira, & commotio inter Israelitas propter ea, quæ viderunt: *Statimque recesserunt ab eo*, scilicet, mox, vt viderunt tantam calamitatem regis Moab, vt cogeretur filium suum occidere, recesserunt ab eo, idest, soluerunt obsidionem: *Et reuersi sunt in terram suam*, scilicet, non pugnauerunt vltra cōtra ciuitatem, in qua erat rex Moab: nec etiam contra aliquem locum terræ eius, sed recesserunt in terram suam.

Prima ratio.

Gētiles & multi Iudei filios suos Dæmonibus ĩmolabāt, vt pſperarētur ab illis.

Hispani vltra ęquatorem in gradu q̃nto ferè Idolatrarum insulā inuenerunt, vbi Dęmonib⁹, siue Idolo suo magno filiorū sanguinē immolabant indigenæ: & q̃d magis dolēdū est, Dęmonē ĩ humana effigie eis certis anni tpib⁹ apparentē summa veneratione adorabāt, & sacrificia ex propriosāguine exhibebant.

Quare

Quare Israelitæ cessauerunt ab obsidione ciuitatis regiæ. Quæstio XXIIII.

QVAERETVR, quare Israelitæ cessauerunt ab obsidione ciuitatis regiæ, & quæ fuit indignatio ista magna in Israel. Respondendum, quòd Israelitæ pugnabant contra regem Moab ad delendum ipsum; potissimè, quia Deus dixerat, ꝙ omnes ciuitates munitas destruerent, & fontes obturarēt, & arbores succiderēt, in quo signabatur destructio totalis terræ Moab: nunc verò videntes maximam calamitatem regis Moab. s. quia filium primogenitum occidebat præ angustia doluerūt eius calamitatem, & noluerunt eum vltra grauare: ideo mox vt viderunt istud, recesserunt ab obsidione, & non nocuerunt amplius terrę eius. De indignatione autem dicendum, ꝙ fuit magna indignatio in Israel, idest, nimis indignati sunt de crudelitate regis, quòd filium suum occideret: & reputauerunt indignum valdè, ꝙ hominem ad tantam calamitatem perductum amplius affligerent. Nicolaus autem dicit, ꝙ

Opinio Lyrani. Prima ratio.

non fuit factum propter hoc, quia Israelitæ nō mouerentur propter istam oblationem ad recedendū, eo ꝙ ista immolatio non fuit facta Deo, sed Dæmonibus: ideo potius pro hoc peccato Israelitæ pugnarent contra Moab. Itē quia dato, ꝙ fuisset ista immolatio facta Deo, non acceptasset eam: quia occisio innocentis secundum se est illicita, & nulli licet occidere innocētem, nisi ex præcepto speciali Dei: sicut fuit de Abrahā, cui Deus iussit immolare Isac, & tamen non fuit datum preceptū Dei regi Moab de occidendo filium suum.

Secunda ratio.

Item istud non moueret Israelitas ad recedendum ab obsidione, sed potius incitaret ad continuandum eam fortiter, quia

Tertia rō.

ꝙ rex Moab immolaret filium suum, signum erat, ꝙ non poterat se defendere, & ex desperatione faciebat, & sic faciliter caperent vrbem. Dicit ergo Nicolaus, & Ra. Sa. ꝙ immolauit rex Moab filium

Rño. Nic. & Ra. Sa.

suum ad imitationem Abrahæ: & tamen non immolauit vero Deo, sed Soli, q erat Deus suus: & ista erat magna culpa, propter quam merebantur multa mala Moabitæ: & propter hoc apparuit coram Domino tunc Angelus Moab ad excusandū Moabitas, & dixit, ꝙ non erant propter hoc occidendi Moabitæ: quia talia, & maiora mala faciebant Israelitæ immolantes filios suos, & filias suas Dęmonibus: Psal. 105. & tunc Deus recordatus maliciarū Israelitarum misit plagam magnā super exercitū Israel, scilicet, pestem: ideo non potentes sustinere Israelitę recesserunt de exercitu, & ista pestis vocatur, indignatio: quia pœnę inflictę à Domino solent vocari indignationes: vt patet Num. 1. scilicet, & super totum Israel oriatur indignatio, idest pœna immissa à Domino. Sic enim dicit fuisse de Angelo Persarum, qui restitit Angelo Israelitarū, s. Gabrieli. 21. diebus, vt non redirent Israelitæ de Babylone: Dañ. 10. Sed dicendum, ꝙ ista positio non est satis rationabilis, & etiam argumenta sua contra positionem communem, quæ vera est, non procedunt.

Ad primū contra primam opi.

Ad primum patet, scilicet, ꝙ istud sacrificium non fuit factum Deo Israel, sed Dęmonibus: concedatur, ꝙ nō occidit filium ad offerendum illum Deo, Israel, nec etiam ad offerendum Dęmonibus principaliter: sed ad ostendendam miseriam suam, & sic recederent hostes ab eo: nec offerebat Deo, tanquā putaret, ꝙ si hostes crederent illum obtulisse Deo filium suum, recederent ab eo.

Ad secundum.

Ad secundum dicendum, ꝙ illicitum faciebat occidendo filium, & tamen per hoc non tollitur, quin placaret hostes mouēdo eos ad misericordiam per suam calamitatem.

Ad tertiū.

F Ad tertium dicendum, ꝙ hostes viso, ꝙ rex Moab occidebat filium suum, non incitarentur ad recedendum, sed magis ad persequendum eum, si essent homines immisericordes: nam per hoc cognoscerent eum esse in extrema angustia: si tamen essent viri misericordes, & generosi cordis, flecterentur ad misericordiam, visa tanta calamitate, & sic factum est: quia mox, vt viderunt regem occidere filium, reliquerunt obsidionem. Dicendum etiam ꝙ positio illa de indignatione. i. plaga orta in Israel non est cōueniens, sed magis videtur ridicula, & est figmentū Hebræorum, scilicet, ꝙ angelus princeps Moabitarum annunciaret tunc Deo peccata Israelitarum, quæ erant maiora, quàm peccata Moabitarum: & G Deus recordatus illorum immitteret tunc plagam super Israel: quia in Deo non est talis recordatio, cū omnia sint nuda oculis eius, & in omni loco, & tēpore videt bona, & mala, iuxta illud Prouerb. 15. in omni loco oculi Domini contēplantur bonos, & malos. Nec est simile, quod allegat Nicolaus Dan. 10. de pugna Angelorum, scilicet, principis Persarū, & Iudeorum: quia illi nesciebant voluntatem Dei: ideo quilibet illorum contendebat pro salute regionis sibi commissę quousque constaret de voluntate Dei: hic autē Iudęi dicunt, ꝙ Deus recordatus peccatorū Israel per ea, quæ dicebat angelus princeps Moabitarum percussit Iudęos. Item non erat verisimile, ꝙ tunc percuteret eos pro peccatis præteri- H tis, quia Deus miserat eos ad faciendum istā pugnā, & prænunciauerat eis victoriam, vt patet in litera, & ipsi nunc non addebant aliqua peccata noua ad antiqua: ideo nō erat aliqua causa, quare Deus eos nunc percuteret. Dicendum ergo, ꝙ non fuit aliqua plaga missa super exercitum nunc, quæ vocaretur, indignatio, sed solum vocatur indignatio ira, quam conceperunt tres reges cōtra regē Moab, ꝓpter immolationem filij sui ex necessitate magna.

CAPITVLVM IIII.

MVLIER autem quædam de vxoribus prophetarum clamabat ad Elisæum, dicens: Seruus tuus vir meus mortuus est, & tu nosti, q̄a seruus tuus I fuit timens Deum: & ecce creditor venit, vt tollat duos filios meos ad seruiendum sibi. Cui dixit Elisæus: Quid vis vt faciam tibi? Dic mihi, quid habes in domo tua? At ille respondit: Non habeo ancilla tua quicquam in domo mea, nisi parum olei, quo vngar.

K Descripto in præcedentibus miraculo Elisæi in datione aquarum, & prænunciatione victoriæ: hic ponitur miraculum eius de multiplicatione olei ad consolationē mulieris viduæ: & diuiditur in tria: quia primo ponitur miraculum de viduæ consolatione: Secundo de sunamitis conceptione, & filij suscitatione, ibi. *Facta est autem.* Tertio de ciborū dulcoratione, ibi. *Erat autem fames.*

An ista continuentur ad præcedentia. Quæst. I.

QVAERETVR circa primum, an ea, quæ habentur hic, sint cōtinuata ad præcedentia, & an

an fuerint immediatè post illa, vel aliquanto tēpore interiecto. Ad primum dicendum, ꝙ ista continuantur ad præcedētia, quia ista, quę habentur præcedenti.c. fuerūt miracula Elisæi facta in principio prophetiæ suæ, quando nondum sciebatur, an ipse esset propheta. Vnde rex Iosaphat quæsiuit, an esset apud eum sermo Domini, idest, an haberet spiritū propheticum: præcedenti cap. Hic autem agitur de miraculis, quæ fecit, quando fama sua cognita erat in toto Israel, & confluebant ad eum multi. Vnde mulier ista, de qua habetur in principio huius.c. existēs in necessitate ꝓpter debita recurrit ad Elisęum, vt succurreret ei. Sic etiā Sunamitis illa, de qua infra in litera, cognoscebat Elisæum tanq̄ virum iam famosum. Et dixit ad virum suum: animaduerto, ꝙ vir Dei sanctus est iste, qui transit per nos frequenter: ergo iam aliquantum tempus transierat, & diuulgata erat fama Elisęi: cum dicatur, quòd ipse frequenter transibat per ciuitatem Sunam. Sic etiam patet de miraculo dulcorationis ciborum: nā tunc erat Elisęus in Galgala: & tamen quādo facta sunt, quæ habentur præcedenti cap. nondum iuerat Elisæus in Galgalam. Quod patet, quia supra 2.c.dr̄, ꝙ postq̄ accepit Elisęus spiritum propheticum rapto Elia, venit in Iericho: & cum mansisset ibi aliquanto tempore, iuit in Bethel, & postea iuit in Samariā: & tunc iuit cum exercitu in bellum, vt declaratum est in principio præcedentis. c. erat tamen in Galgala, quando factū est miraculum de dulcoratione ciborum, vt patet infra in litera: ergo istud fuit post præcedentia. Ad secundum dicendum, ꝙ non cōstat quanto tempore istud fuerit post præcedentia: quia istę non sunt partes eiusdem historiæ; ita vt habeant inter se aliquam colligationē, secundū quam sciatur quanto tpe vnū præcesserit alterum. Nō potest tn̄ esse magnum tempus inter ista, & illa: qa omnia fuerunt facta in tpe regis Ioram: & tamen ille solum regnauit annis 12. præcedenti cap. *Mulier autē quædam de vxoribus prophetarum clamabat ad Elisæum.* Ista mulier erat grauata debitis, & filij sui dandi erant in seruitutem, si non solueret, ideo clamauit ad Elisæum cum magno dolore, vt liberaret eam. Et dicitur de vxoribus prophetarum: nam prophetę licet essent viri sancti, tamen vtebātur matrimonio. Sic enim patet de Moyse, qui erat maximus ꝓpheta rum Deut.vlt. & tamen ipse habebat vxorem, & filios: vt patet Exod.2. & 4. & etiam 18. Hoc aūt erat: quia tunc non erat religionis votum, nec status cōtinentiæ: qui postea in nouo testamēto introductus est, cum nunc sit lex maioris perfectionis: & ideo dicitur supra secundo, quòd erāt quinquaginta viri filij prophetarum in Iericho.

Quæ erat mulier ista, ad cuius petitionem fecit Elisęus repleri vasa oleo, & an fuerit vxor Abdiæ. Quæst. II.

QVAERETVR, quæ mulier erat ista, quæ clamauit ad Elisæum. Respondent Hebræi, quòd ista erat vxor Abdiæ prophetæ: nam Abdias fuit dispensator Achab, & ipse pauerat centum prophetas tempore persecutionis magnæ Iezabel contra prophetas Domini: præcedenti lib.c.18. Iste autem accepit postea spiritum propheticum propter meritū prophetarum, quos pauit, & occultauit. Dicunt aūt, ꝙ iste contraxit debita multa, vt allegaret illos prophetas, & postea mortuus est, mansitque vxor sua cum filijs obligata ad illa debita, & recurrit ad Elisęum, vt liberaret eam. Istud tenent Hebræi, & etiam Historia scolastica, & Nicolaus, & communiter omnes, & satis est rationabile: si tamen veli-

A mus dicere, ꝙ erat alia mulier minoris status de vxoribus prophetarum, non erat inconueniens.

Ista mulier quare recurrit ad Elisæum super debito, seu re pecuniaria, cum pro talibus non sit petendum miraculum. Quæst. III.

QVAERETVR vlterius, quare ista mulier recurrit ad Elisæū super debito: nā si recurrisset super aliā re, vt super aliqua angustia, ꝙ miraculosè eam liberaret, non erat inconueniens: Elisæus tamen non erat diues: quia nihil possidebat: sed discurrebat de loco ad locum uisitando collegia prophetarum. Aliquis respondebit, ꝙ ista mulier requisi-
B uit Elisæum sciens, ꝙ ipse erat vir sanctus, per quem Deus faciebat miracula: & quandocunque homo est in extrema necessitate non potens habere remedium via humana debet recurrere ad Deū, sed ista mulier modo humano non poterat euadere, quin filij sui vterentur in seruitutem, cum non haberet vnde solueret debita: ideo voluit, ꝙ miraculosè Elisæus succurreret ei: & fortè volebat, quòd sicut Elisæus miraculosè sanauit aquas Iericho: ita miraculosè faceret aliquam pecuniam, de qua mulier illa solueret et creditori suo. Sic enim interdū viri sancti pecuniam, vel aurum, & argentum faciunt, aut inquirunt. Christus nanque cum vellet dare tributū Cæsari, quod vocatur Didragma: iussit Petro, vt

Sancti sepè pecuniā faciūt aut inquirunt.

C iret ad mare, & mitteret hamum: & primum piscē, quem caperet, extraheret, & inueniret in vētre eius staterē, qui erat moneta argenti, & daret illum petētibus tributum. Matth. 17. Et sic miraculosè quæsiuit pecuniam, vnde solueret tributum. Sic etiam beatus Ioannes Euangelista cum haberet quosdam discipulos, qui iam contristati erant, quia venditis omnibus, quæ possidebant, sequebātur Christū: iussit eis tollere lapides limpidissimos de littore maris, & virgas de arboribus, & conuertit lapides in gemmas preciosissimas, & virgas in aurum purissimum, vt inde emerent diuitias magnas, quas pro Christo vendiderant; vt patet in legenda B. Ioannis. Vel potest dici, quòd mulier ista clamauit ad Elisæum, qa
D voluit, ꝙ ipse succurreret ei, non quidem dando pecuniam, sed intercedendo pro ea apud regem, vel apud magnos viros: vt expectaretur super debito, vel vt remitteretur ei, vel vt donaret ei aliquid, vndè solueret, & hoc mulier putaret posse fieri: quia Elisęus erat magnæ auctoritatis coram rege, & tota curia eius: quia dederat aquas exercitui pereunti siti, & prænunciauit victoriam: præcedenti.c. iō non esset aliquod negocium, quantumcunque graue, ꝓ quo ipse intercederet apud regem, vel optimates regni, in quo non exaudiretur. Et etiam ipse Elisæus sciebat se habere istum fauorem apud regem, & magnates: vnde ipse dixit ad mulierem sunamitem, si
E volebat, ꝙ expediret aliquod negocium pro illa coram rege: vt patet infra. Quid vis, vt faciam tibi? nunquid habes negocium, & vis, vt loquar regi, siue principi militię? *Seruus tuus vir meus mortuus est.* Hic iustificat mulier ista petitionem suā dicēs, ꝙ vir suus erat mortuus, qui contraxerat debita: & ipsa non poterat soluere, quia non habebat vnde, nec expectabat se peruenturā ad pinguiorem fortunā, vt expectaretur vsq; ad tēpus illud, & solueret: quia aquisitio fœminarum pauca est, cum ꝑꝑ verecundiam sexus, & debilitatem paucis operibus lucratiuis vacare possunt. *Et nosti, quia seruus tuus fuit timens Deum.* q.d. propter hoc debes conari, vt liberes me, & filios eius à debitis, & seruitute: quia ipse fuit timens Deum, & non expendit diuitias suas in malos vsus,

sed

sed in timore Domini. Ex his autem mouentur tã Hebræi,quàm nostri doctores ad dicendum, ꝙ ista fuerit vxor Abdiæ, quia illa dixit de se ipso ad Eliã: seruus tuus timet Dominum ab infantia sua: præcedenti lib.c.18. Etiam ille expẽdit diuitias suas in bonos vsus, alendo prophetas, ideo mulier ista iustissimè petebat, quod Eliseus succurreret ei miraculosè. *Et ecce creditor venit*, idest, nunc vẽturus est: quasi dicat, nunc finitur tempus limitatum ad solutionẽ, & veniet pro debito. Vocatur autem creditor, qui pecuniam dat: debitor autem, qui accipit: & vocantur creditores, quia credere idem est, ꝙ committere, & qui commodat pecuniam alteri cõmittit ei illam, vel dicuntur à credendo: quia dant pecuniam suam alijs credẽtes, ꝙ illi restituent sibi: *Vt tollat duos filios meos ad seruiendum sibi.* Hoc dicebat mulier, quia fortè fuerat in cõtractu mutui interpositum, ꝙ ille propheta, qui acceperat mutuum solueret in tali tẽpore pecuniam creditam, & si non posset soluere, daret filios suos in seruos ꝓ æstimatione pecuniæ. Vel fortè mortuo viro petebatur debitum ab ista muliere, & cum non haberet, vnde solueret, obtinuit dilationẽ, cõueniens cũ creditore, ꝙ si in tempore assignato non solueret, daret filios in seruos. Nunc autem finiebatur terminus, & non habebat vnde solueret: ideo dare debebat filios in seruos. Vel fortè non fuerat facta aliqua compositio super seruitute filiorum, sed veniebat hoc de iure cõmuni. s. ꝙ si nõ haberet vñ solueret, daret filios ĩ seruos.

Quis esset creditor viduæ huius. Quæst. IIII.

QVAERETVR, quis erat iste creditor, qui debebat tollere filios suos in seruos. Respondent Hebræi, ꝙ iste erat rex Ioram, qui tunc regnabat in Israel: dicunt enim, ꝙ quando Abdias dispẽsator Achab aluit prophetas Domini absconditos in speluncis, non habebat vnde eos aleret, & accepit pecuniam mutuatam à Ioram filio Achab, qui nunc rex erat. & dicunt ꝙ mutuauit ei sub vsuris, & nunc ille repetebat eam: sed istud dicunt præsupponẽdo, ꝙ fuerit ista mulier vxor Abdiæ. Si autem dicatur, ꝙ fuerit aliquis alius propheta, non stabit, quod ipsi volunt applicare. Item dato, ꝙ fuerit iste Abdias, qui contraxit debita, non est satis verisimile, ꝙ creditor esset Ioram, qui nũc erat rex: nam mulier ista dixit: ecce creditor venit, vt tollat duos filios meos ad seruiendum sibi: si tamen Ioram fuisset creditor, non dixisset: ecce creditor venit, quia ille non veniret ad tollendum filios istius mulieris, cum ille esset rex. Item ista mulier non vocasset eũ creditorem, sed vocasset eum regem, si ille esset, cui pecunia deberetur: quia illud erat nomen honorabilius, & magis cognitum. Dicendum ergo videtur, ꝙ iste creditor erat aliquis alius vir priuatus de Israelitis, & ille venturus erat ad accipiendum filios huius mulieris in seruos pro debito.

Quomodo potest stare, quòd filij istius mulieris traderẽtur in seruos pro debito patris, & in quibus casibus secundum legem Dei poterat homo vendi in seruum. Quæst. V.

QVAERETVR, quomodo stat, ꝙ filij istius mulieris tradendi essent in seruitutem ꝓ debito patris sui, quia istud non videtur stare ex lege. Etiam dato, quòd pater conuenisset cum creditore, quòd si non haberet vnde solueret, daret ei filios suos in seruos: non tenere contractus, quia pater non poterat obligare filios suos seruituti, quæ

F est mors ciuilis: sicut nec poterat eos obligare morti naturali. Etiam nõ valet si aliquis dicat, quòd isti filij huius prophetæ consenserunt contractui, scilicet, quòd si pater suus non posset soluere ipsi traderentur in seruitutem: nam etiam isto modo nõ poterant permittere se vendi, quia homo liber non potest permittere se vendi, nisi sit maior 20. annis, & participet de precio: vt patet Insti. de sta. perso. & nõ erat sic in istis paruulis: ideo nullo modo poterant tradi in seruitutem pro debito. Respondendum, ꝙ lex diuina in veteri testamento dabat, ꝙ interdum venderetur homo pro debito: sed hoc nunquã erat, nisi quando debitum surgebat ex delicto, vt potest si quis furaretur, nunquam debebat occidi in veteri te-

G stamento, etiam si sæpissimè furaretur: sed tenebat soluere, quòd furatur interdum in duplo, interdum in triplo, & quadruplo, vel quincuplo. Nam qui furabatur oues, restituebat quatuor oues pro vna: qui autem furabatur boues restituebat quinque boues pro vno: in alijs autem rebus tenebatur ad æstimationem in duplo, vt patet Exod. 22. & si non habebat, qui furabatur, vnde solueret, iubebat lex eum vendi pro debito: vt patet ibidem. Nunc autem in furto non datur ista pœna: sed occidũtur homines, vel puniuntur corporaliter: & non datur aliquando in pœnã criminis proprij, quòd vendatur aliquis in seruum, nisi fortè de iure canonico: quia non potest imponere pœnam mortis: imponit quibusdam

H hominibus, quòd vendantur in seruos, vel efficiant serui capientium, & isti sunt, qui ambulant in nauibus Saracenorum de Christianis: & qui dant eis arma, & ferrum, & lignamina galearum: nam Ecclesia excommunicat eos, & facit, ꝙ efficiantur serui capientium: vt patet extra de Iude. & Sara. cap. ita quorundam: aliàs autem regulariter non datur de iure, quòd aliquis pro delicto proprio vendatur in seruum, sed datur ei pœna aliqua corporalis. Ratio autem, quare in veteri testamento permittebatur, ꝙ venderetur homo pro debito insurgente ex delicto, erat, quia seruitus ibi non erat tam grauis, sicut nunc: quia ille, qui semel venditur in seruum in æternum est seruus ex illa venditione, nisi redima-

I tur, & caret omni priuilegio liberorum, & est tanquam non homo: istud autem tenet secundum leges nostras. In veteri autem testamento quãdo aliquis vẽdebatur, aut erat Israelita ex genere, vel de conuersis ad Iudaismum: si autem esset de conuersis per vẽditionem vnicam, efficietur seruus in æternum, sicut apud nos fit: vt patet Leui. 25. Si autem Israelita esset ex genere, & vẽderetur in seruũ, nõ durabat illa venditio, nisi vsque ad annum septimum remissionis, & sic interdum durabat duobus annis, vel tribus, vel vno: & ad plus poterat durare septem, & hoc sicut venditio illa erat magis propinqua anno remissionis: & sic ista venditio in seruum non erat propriè seruitus, sed magis status mercenariorum,

K & sic iubebat lex, quòd quando acciperentur Hebræi in seruos: non præmerentur seruitute seruorum, sed habendi erant magis, vt mercenarij: vt patet Leui. 25. & Deut. 25. ideo lex pro facili causa permittebat aliquem vendi in seruum. Apud nos autem seruitus est grauissima: quia in æternum durat: ideo non permittit lex pro facili causa tradi aliquem in seruum: sed solum pro causa illa, pro qua mortem mereretur: sicut exemplificatum est de Christianis, qui sunt in nauibus Saracenorum. Ista omnia dicta sunt de seruitute, quando aliquis pro debito insurgente ex delicto vẽdebatur: & tamen si quis contraheret debitum non ex delicto, sed ex mutuo, vel commodato, vel ex alijs contractibus licitis

Latro et famosus non occ[idebat] debat in veteri lege. Et Scotus in 4. se. d. 15. tenet, ꝙ nunc etiam nõ debet occidi p furto.

Nota per c. Oduardas de solutionib.

licitis, lex non permittebat eum vendi in seruum, si non haberet vnde solueret: & sic dicendū, quòd isti filij mulieris huius non poterant vendi in seruos pro debito patris: quod causatum fuerat ex mutuo, sed erat in veteri testamento, sicut nunc, scilicet, quòd ille, qui debet aliquid, & non habet vnde soluat, tenetur dare operas suas creditori quousq; soluerit, & tamen per hoc non incurrit aliquam notam seruituris, sed manet totaliter liber, sicut si ipse sponte locaret operas suas, vt inde victum acquireret. Sed adhuc manet diuersitas: quia nunc secundum leges communes ille, qui contraxit debitum, tenebit dare operas suas creditori, quousque soluerit debitū, & tamen si ipse moriatur filij sui non tenentur dare operas suas creditori patris, si velint renunciare hæreditati paternæ: si autem nolint renunciare, tenebuntur, sicut pater ad præstandum operas creditori. Inter Hebræos autem sic erat, quòd non poterat aliquis renunciare hæreditati paternæ saltem quantum ad bona immobilia: ex eo, quòd lex volebat, quòd seruaretur distinctio familiarum, & tribuum: & quòd possessio non transiret de familia in familiam, nec de Tribu in Tribum: vt patet Num. vlti. Ideo bonis immobilibus patris sui nemo poterat renunciare, & consequenter in veteri testamento tenebantur filij præstare operas creditoribus patrum vsque ad solutionem debiti, sicut patres, si viuerēt. Sic autem fuit de filijs huius mulieris, quia tenebantur ad seruiendum pro patre. Et quando dixit ista mulier: vt tollat filios meos ad seruiendum sibi, nō intelligitur, quòd deberent effici serui eius, nec quod ipse posset vendere eos alijs, sed quòd seruirent ei, quod essent mercenarij eius præstando sibi operas vsque ad solutionem debiti: ideo non dixit mulier, vt tollat filios meos in seruos, sed vt tollat filios meos ad seruiendum sibi: quia quicunque ministrans alteri dicitur seruire ei, licet non sit seruus: *Cui dixit Elisæus: quid vis, vt faciam tibi?* Elisæus vidit, quòd mulier ista iustum petebat, ideo voluit ei assentire, & dixit: quid vis, vt faciam tibi? non dixit hoc Eliseus tanquam nesciret quid illa volebat: quia satis constabat, quod illa vellet releuari à debito, ne filij sui cogerentur seruire: dixit tamen hoc Elisæus, vt sciret ab ea aliquē modum particularem, per quem ipsa vellet liberari: vt pote quia ipsa diceret: impetra mihi dilationem ad soluendum: vel ora pro me apud regem, vt faciat remitti partem debiti: *Dic mihi: quid habes in domo tua?* Quæsiuerat Elisæus à muliere quid vellet, i. per quem modum vellet liberari: ipsa autem subticuit, sciens, quod Eliseus melius videret quid expediret, quàm ipsa posset petere: ideo remisit voluntati eius tacendo: & tunc Elisæus videns, quòd ipsa relinquebat ei determinationem de modo, dixit: quid habes in domo tua?

Diuersitas inter legē veterē, & nouā de debitoribus.

In noua lege filius potest renunciare hæreditati, & in tene ad debitum patris.

Quare Elisæus quæsiuit à muliere, quid haberet in domo. Quæst. VI.

QVAERETVR, quare Elisæus quæsiuit, quid haberet mulier in domo. Aliquis dicet, quod petiuit hoc ad sciendum, si haberet aliqua, quæ vendita sufficerent ad soluendum debitum. Sed dicendum, quòd hoc non stat: quia mulier clamabat ad Elisæum tanquam nihil habens, & quòd ob hoc filij sui ducendi erant captiui ad seruiendum creditori: præsupponebat ergo se nihil habere ad soluēdum, & Elisæus credebat ei: ideo frustra quæreret quid haberet in domo ad sciendum, an inde poterat solui debitum. Dicendum ergo, quòd quæsiuit hoc Elisæus, quia intendebat per miraculū mul-

A tiplicare quācunque rem mulier illa haberet in domo, vt de valore eius solueretur debitum: vt potè, si haberet aliquam farinā multiplicaretur illa vsque ad tantam quantitatem, vt sufficeret ad soluēdum debitum. Idem si haberet vinum, vel mel, aut butyrum, vel similia, quæ multiplicari possent, & vēdi ad solutionem debiti. Nam sic Elias multiplicauerat farinam viduæ sareptanę, ita vt impleretur hydria: & oleū eius, ita vt impleretur lecythus, præcedenti lib. cap. 17. quòd autem intenderet hoc Elisæus, patet: quia cum dixisset ei mulier, quod habebat modicum olei: ipse dedit ei modum, per quem multiplicaretur: vt patet in litera. *At illa respondit: non habeo ancilla tua quidquam in domo mea, nisi parum olei, quo vngar:*
B Pauperrima mulier erat ista, quia nec panem, nec vinum, nec pecuniam, nec aliquid aliud habebat, nisi modicum olei. Et dixit: quo vngar, idest, ad vngendum caput: erat enim consuetudo in terra Chanaan caput vngere oleo ad refrigerationē propter calorem terræ: & istud consuetum erat apud omnes tam viros sanctos, quàm fęminas honestas, & apud quoscunque alios. Vnde rex Dauid vnxit caput suum secundo lib. c. 12. Christus quoque dixit ieiunantibus ad hoc, quòd non viderentur Hipocritæ, quòd vngerent capita sua oleo, & lauarēt faciem: vt patet Matth. 6. ipse quoq; Christus dixit ad illum, apud quē hospitabatur: Oleo caput meū non vnxisti: Luc. 7. Si tamen non esset consuetudo
C etiam viris sanctissimis vngere capita oleo, Christus non petiuisset oleum ad vnctionem capitis, vel non redarguisset hospitem, quod non dedisset ei oleum. Et sciendum quòd istud oleum tam parum erat, vt nō sufficeret ad vnctionem, nisi vna vice, sicut colligit ex litera Hebraica, quæ magis hoc exprimit.

Cōsuetudo erat in terra Chanaā vngere caput oleo.

Quare Elisæus voluit facere miraculum. Quæstio VII.

QVAERETVR, quare Elisæus voluit liberare istam mulierem à debito, faciendo miraculum: quia poterat alio modo liberare eā, scilicet intercedendo pro ipsa. Hoc patet, quia habebat magnum fauorem apud regem, & principes
D regni, cum ipse infra dixerit ad Sunamitem: nunquid habes negocium, & vis, vt loquar regi, siue principi militiæ: ita ergo poterat hic expedire istud negocium. Et ita videtur, quod facere debuisset: quia nunquam debet aliquis recurrere ad miraculum, quod est opus Dei, nisi quādo via humana nihil agere potest. Respondendum, quòd Elisæus noluit tentare istum modum: quia non erat conueniens: nam si fuisset aliquod negocium, quòd expectaret ad prouisionem regis, & ipse iustè posset prouidere in illo succurrendo fœminæ, intercederet Elisæus pro ipsa apud regem, & non conuerteret ad miraculum: non poterat tamen rex prouidere in hoc, nisi iuben
E do creditori huius mulieris, quòd nihil peteret ab ea, vel quòd remitteret debitum: & istud erat illicitum. Vel oraret, quòd remitteret, & etiā hoc erat graue: quia fortè ille creditor timens, quòd si non assentiret precibus regis occideretur ab ipso, remitteret debitum inuitus: & hoc iniustum erat, nec decebat regem talia rogare. Poterat etiam Elisæus per se ipsum intercedere apud creditorē, vt remitteret debitum: sed istę preces non erant pulchrę, scilicet, quòd ille perderet de suo: potissimè si debitum erat magnum, & creditor non erat multum Diues, ideo non fuit aliquis modus conueniens, nisi quòd conuerteret se Elisæus ad liberandum eā miraculosè.

Quid

Quid fecisset Elisæus, si mulier nihil haberet. Quæstio VIII.

QVAERETVR vlterius, quid fecisset Eliseus si mulier ista dixisset, ꝙ nihil omnino habebat in domo sua. Nam nunc cum dixit se habere modicum olei multiplicauit illud Elisæus miraculosè, vt patet in litera: si tamen nihil habuisset, erat dubiũ quid ageret. Dicendum, quòd Elisæus fecisset causari de nouo aliquid, de quo mulier illa solueret, scilicet, aurum, vel argentum, farinam, aut oleum, aut aliquid aliud, quod venderet, & facile erat hoc fieri: nam sicut modicum oleum poterat multiplicari miraculosè, vt impleret multa vasa, ita poterat nõ existente aliquo oleo, multum gigni de nouo. non tamẽ aggressus est Elisæus facere hoc à principio, quia tunc non dixisset mulieri: quid habes in domo tua: sed solum dixisset? duc multa vasa commodata à vicinis, & omnia implebuntur oleo. Ratio autem, quare hoc non egit Elisæus fuit, quia ipse erat discipulus Eliæ, & successor eius in spiritu prophetico, & potestate faciendi miracula, supra secundo, ideo voluit imitari eum in modo faciendi miracula, Elias autem in domo viduæ Sareptanæ non fecit, quòd farina, & oleum gignerentur de nouo, sed modicum farinæ, quod erat in idria creuit; ita vt impleretur idria, & modicum olei, quod erat in lecytho creuit: ita vt impleretur lecythus: præcedenti lib cap. 17. si tamen nihil omnino habuisset ista mulier, Elisæus fecisset de nouo aliquid, de quo ista mulier, solueret debitum. *Cui ait: vade, pete mutuo ab omnibus vicinis tuis vasa vacua.* Dixit hoc, quia illa mulier non haberet vasa, in quibus caperetur oleum sufficiens ad soluendum debitum: ideo debuit petere à vicinis mutuata: vnde dixit: ab omnib⁹ vicinis tuis, quasi dicat, ꝙ erant necessaria valde multa vasa. *Non pauca.* Ista fuit instructio, vt mulier tot vasa duceret, vt oleum, quod caperetur in eis sufficeret ad debitum soluendum: nam si pauca vasa duceret, paucũ oleum flueret. Quod patet, quia quando filius mulieris dixit: nõ habeo vas, quod tibi dem: stetit oleũ, idest, non creuit vltra, vt patet infra. *Et ingredere, & claude: ostium.* Hoc dicebat, vt nullus videret miraculum, dum fiebat: *Et cùm intrinsecus fueris tu, & filij tui.* Filij huius mulieris non excludebantur ab hoc miraculo, ex eo, ꝙ ipsi ministraturi erant matri, afferendo ei vasa, vt infunderetur oleum in illis: *Et mitte inde in omnia vasa hæc.* Scilicet, de lecytho, in quo habes modicum olei: mitte in omnia vasa, quę acceperis commodata à vicinis: *Et cum plena fuerint, tolles,* scilicet, infundes in quolibet eorum oleum, & postquam omnia repleta fuerint, aufferes illa, & pones alia, in quæ infundas oleum.

Quare Elisęus iussit mulieri, quòd clauderet portam, quando debebant repleri vasa oleo, & de miraculis, quando publicè facienda sunt: & quando in occulto. Quæstio IX.

QVAERETVR, quare dixit Elisæus isti mulieri, ꝙ clauderet ostium ad hoc, quòd fieret istud miraculum. Respondent Hebræi, & Nicolaus, ꝙ quando miracula fiunt ad vtilitatem totius populi, vel multorum, debent fieri publicè, quando autem fiunt ad vtilitatem vnius personæ, debent fieri in secreto. Sic enim Elisæus, quando sanauit aquas fontis Ierichontini, quia illud erat ad vtilitatem totius vrbis, publicè factum est: nam exiuit Elisæus ad fontem, & ibi coram omnibus misit sal in aquam, & sanata est, supra secundo istud

F autem miraculum factum est ad vtilitatem istius viduæ solius, & filiorum suorum: ideo factum est in secreto. Sic etiam dicit Nicolaus fuisse de filia archisinagogi, quam Christus suscitauit: quia non permisit introire secum quenquam ad puellam mortuam, nisi Petrum, Ioannem, & Iacobum, & matrẽ, & patrem puellæ: vt patet Luc. 8. & Marci. 5. Sed dicendum, ꝙ ista positio licet aliqualiter sit colorata, tamen non est omnino vera: quia Christus faciebat aliqua miracula, quæ pertinebant ad vtilitatem priuatorum: & tamen faciebat illa in publico. sic patet de filio viduæ, quẽ suscitauit in vrbe Naim: nã ibi vtilitas priuata erat, s. matris puellæ, & adolescẽtis, qui suscitabatur, & tamen coram toto populo

Opinio Hebræorum, & Nicolai.

G suscitauit eum, vt patet Luc. 7. Sic etiam in suscitatione Lazari vtilitas priuata erat, scilicet eius, & sororum suarum: & tamen publicè suscitauit illum. Io. 11. Immo, quod plus est, miracula, quæ aliquando in occulto fiebant, Christus volebat publicare: vt patet de muliere illa, quæ patiebatur fluxum sanguinis à 12. annis, & accedens inter turbas tetigit Christum, & sanata est: & tunc Christus dixit: quis me tetigit? nam ego virtutem sensi exijsse de me: Luc. 8. Nec valet, si aliquis dicat, quòd quanquam hic esset vtilitas priuata quantum ad illos, qui sanabantur: tamen erat vtilitas publica quantum ad hoc, ꝙ per miracula illa multi cõuertebantur: nam si sic argua mus non stabat distinctio posita à Nicolao, & He-

H bræis: quia tunc omnia miracula pertinent ad vtilitatem publicam, & debent fieri quantum ad hoc in publico. Dicendum ergo, ꝙ ista distinctio non stat, quia Christus nihil istorum seruabat, sed aliquando faciebat in publico, & aliquando in secreto miracula, quæ pertinebant ad vtilitatem priuatam. Sciendum tamen ad euidentiam huius, quòd in miraculis ita est, sicut in operibus bonis: opera autem bona nostra debent fieri publicè ex eo, quòd bona sunt, & bonum non vult latere, quia non est verecundabile, & potissimè, quia nobis operantibus bonum, alij inducentur ad faciendum similiter. Etiam laudabunt Deum, qui dedit nobis virtutem faciendi hæc. Sic dixit Christus. Matth. 5. Sic luceat lux vo-

Responsio auctoris.

I stra coram hominibus, vt videant vestra bona opera, & glorificent patrem vestrum, qui in cœlis est: non est autem aliqua causa, quare bona opera debeant fieri in secreto, nisi quãdo ille, qui agit, timet, quòd extolletur si agit in publico, & sic perdet mercedem boni operis. De miraculis autem idem est, immo fortius, quia illa sunt bona, & manifestatur in eis expressius, quàm in cæteris rebus virtus Dei: ideo ad laudem eius potius debent publicari miracula, quæ per aliquem fiunt, quàm opera virtuosa, quæ ipse agit. Nec erit aliqua causa, quare miraculum debeat fieri in occulto propter eum, per quem fit: nisi timet extolli, per illud in gloriam inanem: vel quòd cognito miraculo, qđ fit per ipsum multi

K confluent ad eum, & impedient ipsum in operibus, quę intendit. Sic. n. sanctus Hilarion Eremita fugiebat per diuersas partes orbis, quia mox, vt cognoscebatur fama miraculorum suorum cõfluebat ad eum populus multus, vt scribit B. Hieronymus in uitis patrũ: in vita B. Hilarionis: Christus aũt non timebat inanẽ gloriã: eo ꝙ non poterat peccare, ideo vt communiter faciebat miracula in publico. Si autem aliquando faciebat in occulto, solum faciebat, vt daret nobis exemplum occultandi interdũ bona opera nostra, ne inde extollamur. Sic enim patet de duobus cęcis, qui accesserunt ad Christum, & sanauit eos, & dicitur, quòd comminatus est eis, dicens: uidete, ne quis hoc sciat: Matth. 9.

Et

Et tamen ipſe poſuit in corde eorum, vt publicarent miraculum: vnde quanto magis Chriſtus eis cōminatus eſt, vt tacerent, tanto magis illi publicauerunt: nam dicitur ibidem: illi aūt exeuntes diffamauerunt eum in totam terram illam. Iſtud aūt Chriſtus faciebat ad doctrinam noſtram: & tñ ipſe nolebat facta ſua celari, vt ꝑ illa Deus laudaretur, niſi qñ facta ſua erant talia, quæ enarrata non proficerent eo viuente, & ſic fuit de transfiguratione ſua: nam ibi fuit miraculum magnum in mutatione gloriæ corporis Chriſti: ipſe tamen dixit diſcipulis: nemini dixeritis viſionem, donec filius hominis à mortuis reſurgat. Matth. 17. & Luc. 9 & Marc 9. hoc autem fuit, quia enarratio iſtorum non proficeret vſque poſt mortem Chriſti Nunc autem dicendum de Eliſeo, quòd ipſe non iuſſit miraculum iſtud eſſe occultum propter mulierem: quia etiam ſi publicè fieret, non poterat ipſa inde gloriari, ſed Eliſæus. Etiam non fecit ꝓpter inanem gloriam fugiendam, quia iam ipſe fecerat alia miracula ī publico. ſ. illud de ſanatione aquarum Iericho, ſupra ſecundo: & de pronuntiatione victoriæ, & aquarum pro exercitu, præcedenti capi. & non extollebatur inde. Etiam dicendum, ꝙ non faciebat hoc, ne perſequerentur eum multi inquietātes ipſum propter miracula, quia iſtud ſtaret ſi nullum miraculum feciſſet adhuc Eliſæus in publico: & tamen iam fecerat alia in publico, propter quæ turba recurrebat ad eum. Sed dicendum, ꝙ iuſſit fieri illud in ſecreto, ne impediretur miraculum, quia fortè Deus non reputabat alium eſſe dignum ad videndum miraculum illud, niſi mulierem illam, pro qua fiebat, & filios ſuos: & ſi alij aſtarent, non fieret miraculum. Vel fortè factum eſt hoc, ne infidelitas aliquorum aſtātium impediret miraculum: ſic enim declaratum eſt præcedenti lib. cap. 17. quando ſuſcitauit Elias filium mulieris Sarepthanæ: nam poſuit eum intra cubiculum ſuū, vt nō videret mater, qūo ſuſcitabat eū, ne dubiū ſuum de miraculo impediret orationem Eliæ. Sed adhuc dicendum, quòd veriſimilius eſt, quòd iuſſerit Elias iſtud fieri in occulto, quia non iudicauit multos dignos eſſe viſione huius miraculi. Sic enim Chriſtus aliquando faciebat in quibuſdam miraculis, quæ faciebat occultè, vt patet in ſuſcitatione filiæ Archiſinagogi: nam nullum permiſit intrare ſecum ad puellam mortuam, niſi Petrum, & Iacobum, & Ioannem, & patrem, & matrē puellæ: Luc. 8. In transfiguratione quoque Chriſtus non permiſit ſecum eſſe aliquem de Apoſtolis, niſi Petrum, Iacobum, & Ioannem, Matth. 17. & Luc. 9. quia iſtos digniores reputabat, vel quia familiores illos ſibi habebat. *Iuit itaque mulier, & clauſit oſtium ſuper ſe, & ſuper filios ſuos.* Illico mulier petiuit vaſa, quotquot neceſſaria eſſe putauit, vel quotquot habere potuit, & clauſit oſtium ſuper ſe, & filios ſuos, ſicut iuſſerat Eliſęus: vt filij ſui afferrent ei vaſa, & ipſa infunderet oleum. *Illi offerebant vaſa, & illa infundebat.* ſ. ipſa tenebat lecythum, in quo erat paruum olei in manu, & infundebat in vaſa, quæ ferebant ei filij ſui. *Cunque plena fuiſſent vaſa, dixit ad filium ſuum: affer mihi adhuc vas.* Quaſi dicat, dum eſſent vaſa, in quæ infunderetur oleum, mater nō dicebat filijs: afferte vaſa, quia dum illa infunderet in vno vaſe, filij habebant alia vaſa in promptu: nunc autem, quia nullum vas ſupererat, ſi filij nullum afferebant ei: ipſa neſciebat vaſa deficere, ſed putabat, quòd pueri erant faſtiditi dando vaſa, & ob hoc non dabant: ideo dixit: affer adhuc vas. Et dicitur, quòd dixit hoc ad filium ſuum, ideſt, ad vnum de filijs ſuis: quia plures erant: cum dicatur hic, quòd clauſit oſtium ſuper ſe, & filios ſuos. Vel dicitur ad filium ſuum, ideſt, ad maiorem, qui excellenter vo-

A catur filius, & loquebatur mater ad illum, quia ille promptus poterat ei miniſtrare. *Et ille reſpondit: non habeo.* Defecerāt enim omnia vaſa, quæ mulier illa attulerat mutuata. *Stetitque oleum*, ideſt, nō fluxit vltra, vel non multiplicatum eſt in lecytho: quia Deus ſolum volebat facere miraculum ad vtilitatem mulieris illius viduæ, ſed ſi oleum nunc etiam creſceret, flueret per terram, & non proficeret mulieri: ideo noluit Deus, quòd oleum creſceret poſtquam non fuerunt vaſa, in quæ infunderetur.

Quis fuerit modus multiplicationis olei, & an multiplicabatur in lecytho de, quo fundebatur, vel in vaſis, in quæ fundebatur. Quæſtio X.

B QVAERETVR, quis fuit modus multiplicationis iſtius olei per vaſa. Reſpondēdum, quòd dupliciter poterat multiplicari, vno modo, quòd parum olei, quod erat in lecytho mulieris, diuideretur per omnia vaſa, ita, quòd in quolibet vaſe īfunderetur modicum. ſ. ſaltem vna gutta, & tunc in vaſe illo creſceret illa gutta quouſq; repleretur vas. Alio modo, quòd oleum paucum, quod erat in lecytho, multiplicaretur, ita, quòd de illo funderetur in quolibet vaſe, de alijs magnis vſque ad repletionem, accipiendo primo modo, nō fiebat multiplicatio in lecytho, ſed in vaſis, in quibus infundebatur. Accipiendo ſecundo modo fiebat multiplicatio in lecytho. Et li-
C cèt ambo iſti modi erant poſſibiles, tamen ſolum ſecundus eorum fuit in præſenti, quod patet: quia dixit Eliſæus: mitte inde in omnia vaſa, & cum plena fuerint, tolles: ergo quodlibet vas debebat repleri, fundendo de lecytho in illud, & ſic in lecytho fiebat multiplicatio, & non in vaſis, in quæ infundebatur. Item, quia dicitur: cunque plena fuiſſent vaſa, dixit ad filium ſuum: affer mihi vas: ergo quodlibet vas repebatur de lecytho. Item patet, quia dicitur: ſtetitq; oleum, ſcilicet, poſtquam puer reſpondit: nō habeo vas, ſtetit oleum, ideſt, non multiplicatum eſt: Non poteſt autem intelligi de multiplicatione, quæ fieret in vaſis, in quæ infundebatur, quia ſiue eſſent plura vaſa, ſiue non. Nō poterat fieri multiplicatio in quo-
D libet vaſe, niſi vſquequo repleretur: ſed antequam deficerent vaſa, ſemper multiplicabatur oleum, & quando illa defecerunt, ſtetit oleum: ergo videtur, quòd multiplicatio fiebat in lecytho, ſcilicet, quòd ſemper creſcebat in eo aliquid, quod infunderetur, quouſque ceſſauerunt vaſa, in quæ infunderetur.

In lecytho quomodo multiplicatum eſt oleum. Quæſtio XI.

QVAERETVR vlterius, quis modus fuit multiplicandi oleum in lecytho. Reſpondendum, ꝙ dupliciter hoc poterat fieri: vno modo per multiplicationem. ſ. ꝙ non adduceretur aliquod oleum aliunde, quod adiungeretur illi oleo, quod erat in le-
E cytho ad hoc, ꝙ ſemper flueret, & etiam, ꝙ Deus nō crearet aliquod oleum inter lecythum, quod coniūgeretur oleo præexiſtenti, ſed, quòd illud oleum, ꝙ prius erat illud ſolum, poſtea eſſet in omnibus vaſis diffuſum, & ſolum differret in hoc. ſ. ꝙ erat prius ſub parua quantitate, nunc autem miraculosè acceperat magnam quantitatem. Alio modo poterat fieri per additionem, & iſtud poterat eſſe dupliciter. Vno modo, ꝙ Angeli adducerent ab extra aliquod oleū, ꝙ ponerent in lecytho, & inuiſibiliter illud ponerēt. Alio modo, ꝙ Deus de nouo crearet aliquod oleū, ꝙ coniungeretur interiori oleo lecythi, & ſic ſufficeret ad replendum omnia alia vaſa. Dicendum tñ vr̄, ꝙ hoc factū fuerit ꝑ multiplicationē: qa iſte modus

conuenientior est, vt patet ex eis, q̃ dicta sunt præc. F lib. cap. 17. de multiplicatione olei in lecytho mulieris Sarephtanę, vbi latè de hoc dictum est.

Quòd fuit maius miraculum Eliæ, vel Elisæi.
Quęstio XII.

QVAERETVR vlterius, quod fuit maius miraculum. s. istud de multiplicatione olei in lecytho huius viduæ, vel miraculum, quod fecit Elias de multiplicatione olei in lecytho mulieris Sarepthanæ. Respondendum ad hoc, ꝙ miraculum esse maius, vel minus potest intelligi dupliciter: vno mō ex parte potentiæ agentis, alio modo ex parte rei, quæ producitur per miraculum. De primo dicendum, ꝙ vnum miraculum nō est maius alio, quia quodlibet est à potentia infinita. Nec aliquod miraculū est quātuncunque magnum, quod exigat maiorem potentiam, quàm infinitam, nec aliquod est tam paruum, ad quod sufficiat potentia minor, q̃ infinita. Item nō est vnum miraculum maius alio, tanquam facilius sit Deo agere vnam rem, q̃ aliam, quia si hoc esset, resistentia aliqua esset in rebus, q̃ fiunt ad ipsum Deū, sicut mobile resistit motori: ideo facilius motor mouet mobile paruum, q̃ magnum: ad Deum aūt nulla resistentia est: cum omnes res sint in respectu ad ipsū in potētia obeditiua. Vnde non est Deo facilius creare vnā guttā aquę, q̃ totum seculum: & si vnum esset facilius alio, Deus non esset potentiæ infinitæ. Si aūt H cōsideretur miraculum ex parte rei, quæ fit, pōt dici vnum miraculum maius alio in quātum plures res, vel maiores producunt̄ per vnum, q̃ p aliud, vt pote, suscitare simul decem mortuos maius miraculum dr̄, q̃ suscitare vnum, & tn̄ tanta potentia requiritur ad suscitandum vnum, sicut ad suscitandum decem simul. Si autem cōparemus ista duo miracula primo mō non est vnum maius alio. Si aūt secundo mō, aliquo mō poterat dici, ꝙ fuit istud maius miraculum, q̃ miraculum Eliæ: & aliquo mō e contrario. Nā hic non solū fuit multiplicatum oleum semel. s. ad hoc, ꝙ lecythus repleretur, sed erat continua multiplicatio. s. ad hoc, ꝙ de lecytho illo paruo posset infundi in omnia vasa, & illa replerērur. In miraculo autem Eliæ fuit multiplicatio subitanea. s. qa subito hydria repleta est farina, & lecythus repletus est oleo. Erat autē è contrario miraculum illud maius, q̃ istud: in quantum ibi fuerunt multæ multiplicationes discōtinuę. Nam non solum hydria repleta fuit farina, & lecythus oleo, sed ēt nūq̃ defecit farina de hydria, q̃q̃ continuè Elias, & vidua comederēt de illa. Idem de oleo lecythi, sed ista duo māserunt plena vsq; ad diē, quo Dn̄s dedit pluuiā sup terrā: præc. li. c. 17. Dicēdū igitur, ꝙ simpliciter maius fuit illud miraculum, q̃ istud: qa ibi fuerūt multa miracula realiter distincta, & in diuersis tpibus facta: hic aūt fuit vnicum: quod patet: qa hic fuit vna multiplicatio continua olei in lecytho. s. ꝙ ex quo cępit multiplicari nunq̃ cessauit, vsq; quo defecerunt vasa, in q̃ infunderetur, & tunc stetit oleum, vt patet in litera, & sic fuit vnū miraculum p continuitatē. In multiplicatione aūt olei, & farinę facta p Eliā fuerunt plura miracula realiter distincta: nā in prima vice lecythus modicum habens de oleo repletus est: & hydria repleta est farina: postea vero quotidie sumebatur de vtroq; ad cibum viduæ, & Eliæ: & tn̄ semp manebat lecythus plenus, & hydria plena: cum dicat̄ præced. li. c. 17. ex illa die hydria farinæ non defecit, & lecythus olei non est imminutus. Tot ergo fuerunt miracula in ista multiplicatione, quoties vidua accepit oleum, & farinā de lecytho, & hydria à prima die, qua venit Elias ad eam

Ex parte Dei vnū miraculū non est maius alio.

Ex parte rei qñ vnū miraculū dicitur maius alio.

vsq; ad diē, qua pluit Dn̄s super terrā: præced. li. c. 17. *Venit aūt illa, & indicauit homini Dei.* s. postq̃ plena fuerūt oīa vasa oleo, vidua iuit ad Elisæum, & dixit ei, ꝙ factū fuerat. *Et ille, vade, inquit, vēde oleum, & redde creditori tuò.* Iussit Elisæus, ꝙ venderet vidua oleum, & ex illo solueret debitum creditori: qa ad hoc dederat Deus ei oleum. *Tu autem, & filij tui viuite de reliquo*: Erat istud oleum multum, & cōstabat, ꝙ maioris esset valoris, q̃ debitum, ad ꝙ mulier tenebatur: iō dixit ei Elisęus, quòd soluto debito ipsa, & filij sui viuerent de reliquo, idest, acciperent ad sustentationem suam.

Quare iuit ad Elisæum ista mulier repletis vasis oleo.
Quæstio XIII.

G QVAERETVR, quare ista mulier iuit ad Elisæum postq̃ repleta sunt vasa oleo. Respondendum, ꝙ hoc fecit pp duo. Primò, ad sciēdū, quid fieri deberet de illo oleo, ꝙ erat in vasis: nā Elisęus solum dixerat mulieri, ꝙ funderet oleū p plura vasa, & non dixit, quid faceret de oleo illo: iō iuit ipsa ad sciēdum, qd fieri deberet. Et hoc patet, qa cū mulier dixerit hoc ad Elisæum, dixit ei Elisæus, ꝙ venderet oleum, & daret creditori, & de reliquo viueret ipsa, & filij sui. Secundū fuit ad agendum gratias Elisæo, quia ipse fecerat ei hoc bonum: & cum accepit illud iuit ad Elisæum nunciādo ei, quasi p hoc gratias ageret de bono suscepto: nā illi, qui miraculosè recipiūt aliquid, non solum debent Deo gratias agere, sed ēt homini illi, cuius oratione, vel ministerio bonū illud recipiūt. Sic. n. Christus, qñ sanauit decem leprosos, dicens illis: ite, & ostendite vos sacerdotibus: reuersus est vnus illorum, & gratias egit, ꝙ sanatus fuisset. Alij aūt nouem non redierunt. & Christus dixit: Nōne decē sanati sunt? & nouē vbi sunt? Non est inuentus, qui daret gloriā Deo Israel, nisi iste Samaritanus: Luc. 17. c. nā dādo gr̄am homini, cuius ministerio fit miraculum, datur gloria Deo facienti. *Facta autē est.* Hic ponitur secundum huius capituli. s. de Sunamitidis deuotæ consolatione: fuit aūt cōsolatio eius in hoc, ꝙ filius ei miraculosè datus est, & postea à morte suscitatus est, & diuiditur in duo. Quia primò agitur de pueri mirabili conceptione. Secundò de eius I mirabiliori suscitatione ibi: *Creuit autē puer.* Circa primum dr̄. *Facta est autem quædam dies*: i. accidit in quadā die. *Et transibat Elisæus per Sunam.* Sunā est nomen ciuitatis in terra Israel, p quā transibat Elisæus, & in qua morabat̄ ista mulier, & est in sorte filiorum Issachar, vt patet Iosue 19. de ista ciuitate erat Abisag, quæ vocatur Sunamitis, & ducta est ad Dauid in senectute sua, vt calefaceret eum, & ministraret sibi: præc. lib. c. 1. *Erat autem ibi mulier magna.* Vocatur magna non corpore, sed diuitijs, & honore, & honestate morum. Nā magnitudo corporis nihil attinet ad probitatem feminæ, & dicitur, quòd erat magna. i. diues, qa aliàs nō potuisset ipsa facere domum pro Elisæo, & prouidere ei in omnibus necessarijs: etiam erat magna honestate morum, & deuotione: quia alioquin nō fuisset K inclinata ad benefaciendum cum tanto desiderio viro Dei. *Quę tenuit vnum, vt commederet ibi panem*, idest, quasi violenter tenuit: volebat enim Elisæus vltra transire, & ipsa non permisit: sed fecit, quod comederet ibi. Ex quo habemus exemplum, quòd pauperes non solum inuitandi, sed etiam cogendi: quia, tenere; quandam violentiam dicit. Idem patet Luc. 24. de duobus discipulis euntibus in Emmaus, quibus apparuit Christus, & putauerunt eum esse peregrinum, & dicitur, quòd coegerunt eum, dicentes: mane nobiscum Domine, scilicet, vt cum illis manducaret: ipse autem fingebat se longius ire.

Pauperes non solum inuitandi, etiam cogendi.

Quæ

Quæ mulier erat ista, quę tenuit Elisæum in domo. Quæstio XIIII.

QVAERETVR, quæ mulier erat ista, quæ tenuit Elisæum. Respōdent Hebræi, ꝙ ista fuit soror Abisag Sunamitis, quę ministrabat Dauid: prçcedenti lib. c. 1. Motiuum autem est, quia Abisag erat Sunamitis, & ēt ista vocatur Sunamitis. Etiam quia Abisag erat diues, cū assumpta fuerit in vxorem regis, vel ministram: & exinde saltem consequeretur diuitias magnas, & sic ista soror sua esset diues. Sed dicendum, ꝙ ista sunt ridicula Nam Hebræi mouentur interdum ex nullo, vel valde modico colore, & ita est hic: nam leuissimus color est, ꝙ ex eo, ꝙ Abisag erat de vrbe Sunam, ambę essent sorores, qa tunc argueretur idem de qualibet alia habitante in vrbe Sunam. Item non potest hoc vllo mō stare: quia tūc esset ista mulier valde magnæ ætatis: nam vixisset toto tpe regni Salomonis, & Roboā, & Abiæ, & Asa, & Iosaphat, & quadam parte regni Dauid, quod patet: quia nunc consumabatur regnum Iosaphat viuente Ioram, & tamen à principio regni Salomonis vsq; ad finem regni Iosaphat fuerunt anni centum viginti sex. s. xl. anni regni Salomonis: præc. lib. c. 11. & 17. anni regni Roboam, eo lib. c. 14 & tres anni regni Abiæ, eo. lib. c. 15. & 41. anni regni Asa, eo. lib & c. & 25. anni regni Iosaphat: præced. lib. c. vlt. & in super vixerat Abisag forte 20. annis, vel quasi, quando ducta est ad regem: quia adolescentula erat, & ministrabat coram eo, præc. li. c. 1. Ista ergo mulier si esset soror Abisag esset iam multorum annorum, ita, vt vix posset viuere, & à fortiori non esset apta ad concipiendum: & tñ ipsa erat apta ad conceptum, sed solum impediebatur, quia vir suus erat senex: cum inf. dicatur, ne quæras: filium. n. non habet, & vir eius senex est Si tñ ipsa fuisset antiqua, & inepta ad conceptum, non orasset Elisæus dari ei filium: & ēt ipsa erubuisset, ꝙ in tali ætate vacaret iuuenilibus amplexibus. Sicut fuit de Sara, quę erat nonagenaria, qñ Angelus dixit ei, ꝙ conciperet: ipsa aūt risit dicens: postq̄ cōsenui, & Dn̄s meus vetulus est, voluptati operam dabo? Gen. 18. Dicendum ergo, ꝙ non erat ista soror Abisag Sunamitis, sed erat quædam alia fœmina de vrbe Sunam, de qua erat Abisag.

Quare scriptura facit mentionem de muliere ista, & non de viro suo. Quæstio XV.

QVAERETVR vlterius, quare scriptura facit hic mentionem principaliter de fęmina, cū ista haberet virum viuentem: & est contra consuetudinem scripturæ, & modi loquendi, ꝙ fiat mentio principalior de fœminis, quàm de viris suis, cum vir sit caput mulieris, infra ad Corinth. 11. Respondēdū secundum quosdam, ꝙ vxor erat melior viro, & famosior. Ideo fit mentio principalis de illa. Sed dicendum, ꝙ non stat, quia quantuncunq; sit fœmina excellentior viro per accidens: tñ quādiu vxor est eius, semper vir est caput vxoris, & denominatur ab ipso domus, & familia. Sed dicendum, ꝙ scriptura facit hic mētionem principalius de vxore, quàm de viro, quia scriptura non agit hic mentionem de istis, nisi, vt enarret miracula Elisæi, & tamen ista non attinebant ad virum istius mulieris principaliter, sed ad ipsam: iō scriptura facit mentionē de ea principaliter, & hoc propter duo. Primò, quia ipsa fuit cā, vt Elisæus maneret in ciuitate Sunam, & non vir suus: nā ipsa dixit ad virum suum animaduerto, ꝙ vir Dei sāctus est iste, qui transit per nos frequenter: faciamus ergo ei cœnaculum paruulum. Secundò, propter mi-

A racula, quæ contigerunt, & fuerunt duo, vnū de conceptione pueri, & aliud de suscitatione eius: vtrūq; aūt factum est circa mulierem, quia ipsa fuit, ad quā locutus est Elisæus de conceptione pueri ipsa quoq; posuit puerum mortuum in cœnaculo Elisæi, & ad preces eius suscitatus est, & maritus nihil de hoc cognouit, dum fieret: vt patet ex litera, ideo de ipsa debuit scriptura potius facere mentionem, q̄ de viro. *Cunque frequenter inde transiret diuertebat ad eam, vt comederet panem*, idest, multoties transibat Elisæus per ciuitatem illam, & declinabat in quacunq; vice ad domū illius mulieris, vt comederet ibi panem. i. vt reciperet obsequia ciborum. Nomine. n. panis intelligunt reliqui cibi: sic patet infra 6. cum dixit Elisæus: pone

B panem, & aquam corā eis, & sequitur ibi, appositaq; est eis ciborum magna præparatio. Sciendum aū t, ꝙ causa transitus frequentis Elisæi per domum istius mulieris erat, quia Elisæus erat princeps prophetarū post raptum Eliæ, & quia in terra Israel erant multa collegia prophetarum visitabat ipse omnia, & oportebat eum discurrere per omnia illa: erat nanq; vnū collegium in Iericho, & aliud in Bethel, supra secundo: aliud etiam erat in Galgala infra in litera: in mōte quoq; Carmeli videbatur esse aliud collegium, vel saltem erat locus deuotissimus ad orādum, & ista loca visitabat Elias dum viueret: nam antequam raperetur discurrit per omnia illa supra secundo: Elisęus quoq; post raptum Eliæ cœpit habere istum modū:

C nam iuit primo in Iericho, deinde sanatis aquis iuit in Bethel, & postea in mōtē Carmeli, supra secundo, & postea iuit in Galgalam inf. in litera. Ad hoc aūt, ꝙ Elisęus iret ad montem Carmeli ad quem frequēter ibat, oportebat, ꝙ transiret per vrbem Sunā, quæ erat in sorte Issachar, & in illa etiam erat Carmelus, & ideo cum sæpe visitaret illa loca, oportebat, quòd sæpe trāsiret per vrbem Sunam, & declinabat semꝑ ad domum illam: quia ibi libenter suscipiebat̄. *Quę dixit ad virum suum*: Desiderabat ista mulier facere cœnaculum pro Elisæo, quia tamen dispositio domus non pendebat ab ipsa, sed à viro suo, orauit virū suū, vt hæc faceret exponendo ei causā. *Animaduerto, quòd vir Dei sanctus est iste, qui transit per nos frequenter.* In hoc

D iustificabat mulier petitionem suam. s. ꝙ facerent ei cœnaculum, quia erat vir sanctus, alioquin nō expediret expendere pecuniā inutiliter, & dixit: qui trāsit frequenter ꝑ nos, qa iam sæpe transierat Elisæus per domum mulieris illius, qñ istud dixit ad virū suum.

Quomodo cognouit mulier, quòd Elisæus vir sanctus esset. Quæstio XVI.

QVAERETVR, qūo dixit ista mulier, animaduerto, ꝙ vir iste sanctus ē. Rn̄det Ra. Sa. ꝙ hoc viderat, qa sæpe aspexerat ad mēsā Elisæi, & nulla musca sedebat sup eā. Sed dicēdū, ꝙ istud ē ridiculum: nā viri sancti non habebāt in seculo tales excellētias, q̄ ad

E nihil proficerēt. Sic. n. ꝙ nō ascēderet musca sup mēsam suā, non erat vtile ad ædificationē animarum, iō Deus non faceret tale miraculum frustra. Dicendum ergo, ꝙ mulier ista nondum cognoscebat Elisęum esse prophetā, eoꝙ istud erat quasi in principio status sui post raptum Eliæ, & adhuc non diuulgata erant miracula sua ꝑ totum Israel, qa alioquin non dixisset mulier animaduerto, ꝙ vir Dei sanctus ē iste, loquēs sub dubio, & per coniecturas, sed dixisset: vir sanctus ē iste, faciamus ei cœnaculum. Apparebāt tñ aliqua signa in Elisæo, ꝙ esset vir sanctus in tota modestia vitę: nā erat valde cōpositus in operationibus suis, & non pōt latere virtus viri vbicunq; illa sit: sed sicut dixit Christus, Matth. 7. Oportet, ꝙ bona arbor

Virtuosus vir nō potest absconDi, & quare.

bonos fructus faciat, & à fructibus suis cognoscat homo. Nam sicut non potest abscondi ciuitas super montem posita. Matth. 5. ita homo magnæ virtutis latere non potest, q̃q̃ velit se abscōdere: facilius est aliquem virum sapiētissimum abscondi, & reputari simplicē, quàm virum magnæ virtutis, ex eo ꝙ non est necesse hominē habere aliquos actus sapientię apparentes, & tñ necesse est virū virtuosum habere semper actum virtutis apparētem: quia oīa, quæ sunt in vita, sunt materia virtutis; & propter hoc dicit Aristote. 1. Ethicorum, ꝙ virtutes sunt permanētiores disciplinis, & ꝙ virtutes nō possunt tradi obliuioni, & disciplinæ possunt: quia necesse est virtutes habere actum quotidianum, disciplinæ aūt non habent actus cōtinuos, in Hebræo dr. *Qui transit per nos semper.* Vbi litera nostra dicit: qui transit per nos frequenter, & mutauit hoc litera nostra: qa non trāsibat semp Elisæus per vrbē illam, sed multoties. s. qñ discurrebat ad visitandum collegia prophetarū. *Faciamus ergo cęnaculum paruulum.* Vocat cęnaculū fm consuetudinē Latinorum quæcunq; domus. Sic dī sup. j. ꝙ Ochozias cecidit per cancellos cęnaculi sui. Et dixit mulier: faciamus cœnaculū paruulū ad inducendum facilius virum, vt vellet hoc agere: quia forte vir erat tenax, & si cęnaculū esset magnū, ne expenderet in eo multa, nollet facere illud: iō dixit: faciamus cęnaculū paruulū. s. paucorū sumptuū. Dixit aūt hoc mulier ad magis honorādū virū Dei, qa qñcunq; Elisæus transibat per ciuitatē illā declinabat ad domum illius mulieris, erat tñ cū ipsa, & cū viro suo in eadē domo indiuisa: & qa cum esset vir magnæ virtutis forte vellet vacare cōtemplationi, & facere alia, quæ non decebat ab oībus videri, ideo honestū erat, qd̄ ei fieret cęnaculum, in quo maneret. In Hebræo dicitur. *Faciamus ei cælulam cum pariete.* Idest, faciamus ei celulā distinctam à domo vestra ꝑ parietē intermedium, & ista idē est, ꝙ cęnaculū, cū q̄cunq; domus possit vocari, cęnaculū. *Et ponamus ei in eo lectulum, & mensam, & sellam, & candelabrum.* Volebat mulier prouidere viro Dei quantum ad omnia necessaria, dum maneret in domo sua, & quia honestius ipse viueret quantum ad omnia semotus à cōmunicatione domesticorum, posita fuerūt omnia, quæ pertinebant ad vsus eius in cęnaculo suo, scilicet, lectulus ad dormiendum, & mensa, vt ibi comederet cum puero suo Giezi, quando vellet, & sicut vellet, & sella posita est ad sedendum, & candelabrū ad vsus luminis per noctem. *Vt cum venerit ad nos maneat ibi*, idest, vt honestius maneat ibi quando venerit ad nos, quàm si maneret nobiscum communicās in omnibus. Et supplēdum est, quòd maritus illius mulieris fecit libenter cęnaculum, & omnia prædicta pro Elisæo. *Facta est igitur dies quędā, & veniens diuertit in cęnaculum.* Scilicet, cum ex more Elisæus trāsitum faceret per ciuitatem illam, declinauit ad domū mulieris illius, & mansit in cęnaculo. Et fuit istud in prima vice, qua Elisæus mansit in illo. Nam tunc considerata tāta benignitate mulieris, voluit ei benefacere, & locutus est, quæ habentur infra. *Et requieuit ibi.* Scilicet, in cęnaculo manens ibi quandiu stetit in ciuitate illa. *Dixitq; ad Giezi puerum suum: voca Sunamitem istam.* Vocatur mulier ista sunamitis: quia erat de vrbe Sunam, vt supra dictum est.

Quare Elisæus vocari fecit mulierem Sunamitem ad se. *Quæstio XVII.*

QVAERETVR, quare Elisæus vocari fecit mulierē istā ad se. Respondendum, ꝙ Elisęus considerauerat obsequia, quæ præstabat ei ista mu-

F lier, & desiderium magnum, quod habebat in ministrando solicitè in omnibus ei: ideo voluit regratiari in aliquo, & ad hoc fecit vocari eam, vt sciret ab ipsa ī quo posset ei vtilis esse, vel quid ipsa potius desideraret, vt ipse posset illud procurare propter eā. Ex hoc autem colligitur notabile documentum, scilicet, quòd quanquam aliqui propter Deum solum bona recipiant à proximis, & tamen tenentur illis benefacere, vel vtiles esse in eo, quod possunt, & saltem reddere actiones gratiarum. Nam Elisæus susceptus fuerat ī domo huius mulieris propter Deū, s. quia tanquā propheta, & vir bonus susceptus est, & omnia eis gratis ministrabantur. Quod patet ex verbis mulieris, scilicet. Animaduerto, ꝙ vir Dei sāctus est iste, qui transit per nos: faciamus, ergo ei cęnaculū. Deus ergo debebat eis remunerare hoc bonum: quia recipiebant eum, vt prophetam: sic dicit, qui vos recipit, me recipit: qui recipit prophetam in nomine prophetæ, mercedē prophetæ accipiet, & qui recipit iustum nomine iusti, mercedem iusti accipiet. Matth. 10. Hoc tamen non obstante, Elisæ⁹, qui erat vir sanctus, & sciebat ista sibi impensa esse propter Deū voluit reddere vicem pro hoc beneficio, & q̄siuit à muliere qd sibi gratū esset, vt faceret.

G

Qui recipit à proximo bñficiū ꝑpter solū Deum tenetur ei q̄tum potest agere gratias.

Elisæus quare potius vocauit mulierem, quàm virum suum. *Quæstio XVIII.*

H QVAERETVR vlterius, cum beneficiū istud impensum esset Elisæo à muliere ista, & viro suo, cur non vocauit potius virum ad reddendum gratiarum actiones, quàm vxorem, cum vir viueret, & vir esset præcipuus: quia est caput vxoris, inf. ad Corinth. vndecimo. Respondendum, quòd Elisęus ab vtroque susceperat beneficium: nam vxor sine consensu, & mandato viri non susceperat Elisæum in domo, nec ministrauerat ei. Quod patet, quia quādo debuit ei fieri cęnaculum persuasit hoc vxor viro, dicens: animaduerto, quòd vir Dei sanct⁹ est iste, qui transit per nos: faciamus ergo ei cęnaculum, & tunc vir eius fecit cęnaculum. Ob hoc autē cum vellet Elisæus vicem reddere suscepti beneficij debebat in aliquo benefacere, quod esset commune viro, & vxori, & ideo siue vocasset virum, siue vocasset vxorem beneficium debebat esse tale, ꝙ vtriq; competeret, vt vterq; reciperet gratiam pro labore suo. Voluit tamē Elisæus vocare potius vxorem, quàm virum propter duo. Primo quia ipse volebat reddere vicem pro beneficio suscepto, & tamen directius mulier benefaciebat, quàm vir: ideo eam potius vocauit. Hoc patet, quia ipsa fecit suscipi eum in domum, & ad suasionem eius factum est cęnaculum Elisęo: nam vir suus non cogitauerat aliquid horum, & ipsa persuasit hoc viro, vt patet in litera: ideo maxima pars boni operis imputatur ei. Secundò vocauit eam Elisæus, & non virum: quia licèt vir esset caput, tamen forte erat aliqualiter simplex, & mulier erat prudentissima, & ipsa gubernabat familiam, & disponebat totam domum. Et qa Elisæus volebat scire, an aliquod negocium haberet domus suæ, in quo posset ei esse vtilis, quæsiuit potius ab ea, quàm à viro: quia forte vir nesciret, si ipsa principaliter gubernabat domum: & hoc aliqualiter colligitur ex verbis Elisæi, cùm dixit ad eam: nunquid habet vir tuus negocium? vel nunquid habetis ambo negocium? sed dixit: nunquid habes? Si tamen vir regeret familiam, omnia negocia domestica dicerentur esse negocia viri; & dixisset Elisæus: nunquid habet vir tuus negocium?

I

K

De

De primo etiam.s.ꝙ ista mulier principaliter ministraret Elisæo, & attribuēdū sit ei beneficium, patet ex verbis eius: nā dixit: Ecce sedulò in omnibus ministrasti nobis, quasi ipsa sola ministrasset, & non dixit: sedulò ministrauit nobis vir tuus, vel sedulò ministrastis ambo.

Quare Elisæus loquutus est isti mulieri pro Giezi. Quęstio XIX.

QVAERETVR vlterius, quō Elisæus fecit vocari istam mulierem, & non loquebat̄ ad eā, sed ad Giezi puerū suum, & Giezi loquebatur ad illam, vt patet in litera. Respondendū, ꝙ ista mulier vocata est, sed non stetit prope Elisæum, sed distās, ita vt non videret eum: iō loquebatur Elisæus Giezi, & Giezi ibat, & loquebatur ei. Quod patet: quia postquam ista mulier dixit, ꝙ non habebat aliquod negocium, & Giezi dixit, ꝙ non quæreret qd opus esset: quia non habebat filium, præcepit, vt vocaret eam, & dicitur: Quæ cum vocata fuisset, & stetisset ad ostium, dixit ad eam, vt patet inf. si tñ ex ista vocatione prima fuisset mulier corā Elisæo, ita vt posset ei loqui, non fecisset eam postea vocari ad hoc, ꝙ ipse loqueretur ei. Sed dicendum, ꝙ fecit eā vocari, & tñ non stetit corā Elisæo, sed in aliquo loco extra cęnaculum suū, & ad illū locum ibat Giezi, & loquebatur ad illam, & deinde redibat ad Elisæum perferens responsum eius, & sic erat medius in sermone vtriusq;. Item patet hoc: quia quando mulier dixit se nō habere negocium, dixit Giezi ad Eliseū: Non quæras: filium.n.nō habet, & vir eius senex est, si tamen ipsa fuisset pręsens Elisæo non loqueretur sic Giezi ad Elisæum: ideo erat ipsa absens. Sed obijceretur: quia dicitur hic: Qui cum vocasset eam, & illa stetisset coram eo: ergo mulier vocata stetit corā Elisæo. Aliquis dicet, ꝙ stetit coram eo.i.corā Giezi, sed istud nihil est, quia postquam vocata erat, nō stabat coram Giezi, sed magis quando vocabat̄, stabat coram Giezi. Etiam ad hoc, vt mulier staret coram Giezi solùm, non erat vocanda: quia Giezi iuisset ad illam, sed stetit coram Elisæo, & tamen nō stetit prope, nec introiuit in cœnaculū eius, ita ꝙ Elisæus non videbat eam, quando loquebatur ista, nec poterat loqui ad illam, sed loquebatur per intermedium. Causa autem, quare Elisæus non fecit eā stare coram se, vt loqueretur ipse ad illam, erat: quia ipse erat vir valde sanct⁹ abstractus à communicatione popularium. & maximè mulierum: rarissimè.n.loquebatur alicui mulieri, & potissimè non permittebat se tangi ab illis. Hoc patet, quia quando ista mulier mortuo filio, iuit ad Elisæum in montē Carmeli, & procidens tetigit pedes eius, amouit eam Giezi prohibens tangere Elisæum: si tamen Elisæus ꝑmitteret se tangi ab alijs mulieribus, à fortiori ꝑmisisset se tangi ab ista, q̄ ministrabat ei tam solicitè in oībus. Postea aūt Elisæus compatiens ei, permisit se tangi ab illa, vt patet inf. in litera. *Qui cū vocasset eam.* Giezi vocauit illam, q erat minister Elisæi. *Et illa stetisset coram eo*.i.corā Elisæo, ñ tñ stetit corā eo.i.cōiūcta ei, vt declaratū est. Nec ēt stetit intra cenaculū, in quo erat Elisæus, nā postea cū vocata est in secunda vice, dr̄, ꝙ stetit ad ostiū cęnaculi. *Dixit ad puerū*. s.ad Giezi, qui vocatur puer nō ętate: qa vir erat, sed officio: qa seruiebat Elisæo. *Loquere ad eam*. Nō loquebat̄ per se Elisæus illi: qa ipsa erat distans, & non videbat eā cū esset Elisęus intra cenaculū suū, & mulier esset extra, sed loquebat̄ ei Giezi. *Ecce sedulò in omnibus ministrasti nobis*. Volebat Elisæus reddere vicē ꝓ beneficio suscepto, iō cōmemorauit beneficium, dicens: sedulò ministrasti nobis.i.diligenter cū magna affectione. Et dixit: in oībus.s.quia nihil ꝑtinebat ad vsus Elisæi, ꝙ mulier illa non pręstaret ei, dū manebat in domo eius.s.qa fecerat ei cęnaculū, & posuerat mensam, & lectū, & sellā, & candelabrū. Et noīe mensę intelligit, ꝙ ministrabat ei in oībus ꝑtinētib⁹ ad cibū, & sic nihil deerat sibi. *Quid vis, vt faciam tibi?* s.pro tanto beneficio elige quod tibi vis, ꝙ ego facere possim. *Nunquid habes negocium, & vis vt loquar regi, siue principi militię?* i.nunquid habes aliquod negocium expediendum in domo regis, cuius ego possim obtinere expeditionem? Dixit ēt, & vis, vt loquar principi militiæ.q.d ꝙ expeditio negociorū pēdebat à rege, vel à principe militiæ: quia fortè princeps militiæ habebat iurisdictionem, & consistoriū causarū, vel ipsi erāt cōmissa negocia regis tanq̄ officiali suo, & cuiq; eorū poterat loqui Elisęus, vt expediret negociū mulieris illius, vel obtineret aliquod nouū, si à rege peteret, vt pote aliq̄ immunitatē, vel exēptionē. *Quæ respondit: in medio populi mei habito.* Breuis respōsio, & prudens.q.d.non egeo, vt aliquod negociū expediat ꝓ me corā rege, vel principe militiæ: qa ī medio populi mei habito.q.d. vallata sū cōsanguineis, & amicis, & nullus inquietat me: iō non est opus, vt tractē aliqđ negociū apud regē. Sic exponit Historia scholastica, & Nicolaus. Vel aliter: in medio populi mei habito.i. mulier popularis sum, & non habeo negocia magna in domo regis, vel principū, q̄ pro me expediri debeant: & tñ q̄q̄ ista mulier nō egeret nunc, vt expediret Elisæus aliquod negociū suū cū rege, tñ postea eguit: nā cū recessisset mulier ista de terra ꝑꝑ famē monitu Elisæi ꝑ septē annos interim possessiones suæ occupatæ sunt ab alijs manētibus in terra, & illa clamabat corā rege, & cū dixisset Giezi, ꝙ illa erat mulier, cuius suscitauerat Elisæus filium, iussit ei rex restitui agros cum redditibus illorum à die, qua dimiserat eos, infra octauo.

Elisæus quare dixit isti mulieri: vis vt loquar regi, & non viduæ. Quæstio XX.

QVAERETVR, quare Elisæus dixit isti mulieri: Nunquid habes negocium, & vis vt loquar regi. Nā q̄n alia mulier vidua clamauit ad Elisæum non dixit ei Elisæus, si vellet hoc, vel illud, sed dixit: quid vis, vt faciam tibi? Respondendum, ꝙ illa mulier petebat ab Elisæo sibi succurri, & ista nō petebat, sed Elisæus dicebat ei an vellet aliquid, ideo illa, q̄ petebat debebat exprimere q̄ volebat, & ꝑꝑ hoc Elisæus non dixit ei à principio qd faceret, sed: quid vis, vt faciā tibi? Ista aūt non petebat: iō Elisęus debebat ei offerre aliquid, qđ pro ipsa posset facere. Item mulier ꝓdicta petiuit pro negocio determinato.s.vt liberaret̄ à debito, ne filij sui tollerent̄ ad seruiendū, iō ad ipsam pertinebat exprimere qualiter vellet sibi succurri, ista aūt Sunamitis nihil petebat, iō non debebat ipsa exprimere, sed Elisæus. Itē ratio ꝑcipua, quare dixit si volebat, ꝙ aliquid expediret pro ea in domo regis, fuit, vt ipsa sciret, in quo posset fauere sibi Elisæus: nam fortè ipsa habebat aliqua negocia expedienda per regem, & tamen ne sciret, an Elisæus posset proficere in illis; ideo non peteret aliquid tale, & sic expressit istud Elisæus, vt sciret, quòd in hoc poterat eam adiuuare.

Alia causa fuit, quare expressit specialiter de rege, scilicet, quia volebat Elisæus adiuuare mulierem illam in arduis rebus: sed negocia tanto sunt difficiliora ad expediendum, quanto cum maioribus personis expediuntur: sic autem sunt negocia, quæ expediuntur cum regibus, & principibus

bus: ideo dixit, si habebat negocium cum rege, vel principe militiæ: nam illa non posset hoc per se expedire, cum esset mulier popularis.

An Elisæus debebat se intromittere in expeditione negociorum secularium in domo regis. *Quæst. XXI.*

QVAERETVR vlterius, quomodo dicebat Elisæus, ꝙ loqueretur regi, vel principi militię, quasi intendens, ꝙ loquente eo expediretur negocium: quomodo enim tantum se valiturum apud regem putabat, & an liceret hoc Elisæo, qui erat vir religiosus. Respondendum, ꝙ Elisæus sciebat se habere magnum fauorem apud regem, & principes regni, ita ꝙ quicquid ipse diceret, illicò facerent. Et sic erat, ꝙ magnum habebat fauorem. Et hoc erat propter tria: primum propter beneficium susceptũ ab eo, quod rex, & totus exercitus susceperat: nam totus exercitus trium regũ erat periturus siti, nisi Elisæus succurrisset denuncians eis, quomodo venirẽt aquæ, & facerent alueos ad suscipiendum illas: præcedenti cap. Secundum erat, quia rex & totus populus continuè egebant Elisæo, qui erat princeps prophetarum pro omnibus rebus dubijs, & necessitatibus suis: ideo quidquid ille diceret, facerent rex, & populus: quod patet: quia nõ solum facerent qđ ipse rogaret, sed ẽt si ipse increparet eos, sustinerẽt. Sic.n. præced. ca dixit Elisæus ad regem Israel: quid mihi, & tibi? vade ad prophetas patris tui, & matris tuæ: viuit Dominus, ꝙ si non vultum Iosaphat regis Iudę erubescerem, non attendissem quidem te, nec respexissem: & tamen rex increpitus sic tacuit, quia timuit respondere asperè Elisæo cum haberet eum valdè necessarium. Tertium erat propter sanctitatem Elisæi: erat enim vir sanctus valde, ideo nullus esset in toto Israel, qui non erubesceret repugnare ei in eo, ꝙ diceret, vel rogaret.

Elisæ⁹ habebat magnũ fauorẽ apud reges.

An viros religiosos deceat esse in curijs regum pro negocijs. *Quæstio XXII.*

CIRCA secundum aliquis dicet, ꝙ Elisæus nõ debebat se intromittere de tractando negocia in domo regis, vel principum: quia ipse erat vir valde religiosus, & ad tales nõ pertinet communicatio, quæ fit in domibus regum, & curijs magnatum: immo & prophetę non debent esse in domo regũ: qa illi, qui sunt in talibus locis sunt dediti secularibus desiderijs. Sic enim Christus locutus est. Matth. 11. de laudibus beati Ioannis, dicens: Ecce qui mollibus vestiũtur, in domibus regum sunt. Ioannes aũt nec erat in domo alicuius regis, nec vestiebat mollibus. Respondendum, ꝙ flos gloriæ seculi est in domibus regum, & magnatum: quia ibi sunt abundantius res huius seculi q̃ in alijs locis .s. gloria, potentia, honor, delitię, & diuitiæ: ideo qui bona ista caduca summo desiderio appetunt, frequẽtãt curias regũ, & domos magnatum: qa ibi ista facilius, & abundantius, q̃ alibi consequi possunt. Et quia desideriũ nimiũ istarũ rerũ est vituperabile, vt communiter vituperantur frequentantes spontè domos regum, & magnatũ: & sic vt communiter non frequentant talia loca, nisi viri dediti delicijs. Hoc autem Christus tetigit, dicens: Qui mollibus vestiuntur in domibus regũ sũt, .s. iõ ibi sunt, vt mollibus vestiantur, & vt affluãt alijs delitijs. Et ideo illicitũ est alicui viro desiderãti virtutem, & potissimè viris religiosis desiderare frequẽtationem domorũ regũ, vel principum: si causa sui agant. Sunt tamen quædam causæ, pro quibus licitũ est cuicunq; ire ad curias regũ, & principũ .s. ad ex-

Viri cupidi, & ambitiosi sunt vt cõmuniter, q. curias principũ frequẽtãt .s. dediti delitijs, & diuitijs, & cupiditati dominandi, & ad altiora ascẽdendi.

F pediendum negocia miserabiliũ personarũ, q̃ aliàs peritura essent: vel ad proficiẽdũ ipsi bono publico, vel in consulendo, vel admonendo, vel habendo administrationem negociorum ex officio imposito, & sic Elisæus dicebat se iturum ad regẽ, vel ad principem militiæ ad expediẽdũ negocia mulieris isti⁹, quia ipsa per se expedire nõ posset. Ista tñ, q̃ possunt facere viri boni, & religiosi in domibus regũ, & principiũ, licèt sint valde fructuosa, tñ nimis appetenda non sunt: quia diuturna communicatio in talibus locis difficillima est viro virtuoso desiderãti trãquillitatem cordis, & castigare vitia ad vnguem. Et quia Apostolus iubet, ꝙ in quocunq; opere, quod pietatis causa exhibemus alijs, principaliter attẽdamus,
G ne nos tentemur, vtilius est viris religiosis abstinere à fructu copioso, quem fortè inducere possent in curijs principum, ne ipsi à rigore virtutis dissoluantur ad quandam molliciem, & teneritudinem, quã quod alijs proficiendo, ipsi apud se ipsos aliqualiter reprobi efficiantur. Laudabile est ergo vitis virtuosis, & religiosis aliquãdo pro vtilitate publica, & causis pijssimis visitare curias principum, sed frequẽter hoc agere, vel diu ibi manere satis periculosum est. Vnde Elisæus nunc diceret se iturum ad regem, vel principẽ militię pro negocijs mulieris huius: tñ non erat assiduè in curia, sed tota occupatio sua erat visitando conuentus prophetarum, discurrẽdo de vno in aliud: vt supra in litera declaratum est. Si quis tñ
H religiosus vir publicę vtilitati insudans diu intemerata virtute, & non declinans à rigore eius manere potest in curijs principum, non increpo: sed potius approbo, & laudo nimis. *Et ait: quid ergo vult vt faciã ei?* Dicebat hoc Elisæus ad Giezi quasi petens ab eo cõsilium quid posset agere, quod gratum esset illi mulieri. *Dixitq; Giezi, ne quæras.* q.d. non oportet, ꝙ quæras quid vult, vt facias ei: quia manifestum est ĩ quo potes ei proficere. *Filium enim non habet, & vir eius senex est.* Scilicet, cũ scias, ꝙ non habet filium, nec ẽt habere potest: quia vir eius senex est; non potes eã adiuuare melius q̃ ꝙ Deus ei filiũ. Dixit hoc Giezi: qa prudens erat, & sciebat, ꝙ maximum desiderium cõiugatorum est habere filios, potissimè quando sunt di-
I uites: quia dolent, ꝙ omnia bona sua dimittãt hæredi extraneo: iõ quancunq; prosperitatẽ, & abundantiã bonorũ reputant nihil esse, cũ sciant extraneus successurus in bonis eorũ. Sic pater de Abrahã Gene. 15 cum dixit ei Deus: noli timere Abraham, ego protector tuus sum, & merces tua magna nimis: & respondit Abraham: Domine Deus, quid dabis mihi? ego absque liberis & ecce vernaculus meus erit hæres meus. q.d. Domine Deus quid proficient mihi omnia, quæ mihi dederis? quia ad vltimum ego moriar sine liberis, & seruus meus erit hæres meus. Hoc aũt potissimè erat in veteri testamẽto: qa non solum hoĩes desiderabant liberos, vt haberent, q bus dimitterẽt bona sua: sed ẽt, vt nõ deleret nomen eo-
K rũ: Nã censebãt valde magnũ malũ esse, ꝙ quis moreret, & non maneret nomẽ suũ in aliquo: & tñ nõ lex manebat, qñ non habebat aliquis liberos: vnde lex valde puidebat in hoc, quõ non moreret aliquis sine liberis, & ne periret nomẽ: qa si moreret sine filijs, iubebat lex, ꝙ frater suus minor acciperet vxorẽ mortui, & pcrearet ex ea plem noĩe fratris sui: Deute. 25 & Matth. 22. Iõ Saul adiurauit Dauid, ne deleret nomẽ suũ de domo patris sui .s. ne occideret oẽs filios suos, per quorũ mortẽ deleret nomen Saulis: sup. j. lib. capitul. 24. Et sic videtur, ꝙ potius dolebat de deletione nominis, quàm de morte filiorum: *Præcepit itaque, vt vocaret eam.* Postquã cognouit Elisæus, ꝙ mulier illa non habebat filiũ, nec poterat con-

Religiosis secularium curæ fugiendę. 16. q. 1. ca. si cupis.

concipere ex viro, quia senex erat, fecit vocari illā, vt veniret ad se: iā enim vocauerat eā, & loquebantur ad ipsam per Giezi puerum suum: quia tamen erat distans ab eo, & non se videbāt mutuo, nec Elisæus loquebatur illi: fecit eam vocari. s. faciendo, ꝙ propinquius accederet: *Quæ cum vocata fuisset, & stetisset ad hostiū.* Scilicet vocata est, vt magis accederet ad Elisæum, & videret eum, & sic stetit tunc ad ostiū, i. ad ostium cęnaculi: quia Elisæus manebat in cęnaculo suo, & mulier erat prius extra cœnaculum: nunc aūt fecit, ꝙ accederet ad ostium cęnaculi, vt ibi videret eā, & posset loqui illi: *Dixit ad eam: in tempore isto, & in hac eadem hora*, denunciauit ei cōceptū, & partum dicens: in isto tempore, & in hac hora habebis filium in vtero. Potest aūt intelligi dupliciter, vno modo ꝙ Elisæus diceret, ꝙ anno sequēti in isto tempore, & in ista hora, quæ tunc erat, haberet mulier illa filium in vtero. s. ꝙ conciperet tempore intermedio. Alio modo potest intelligi: in hoc tempore, & in hac hora habebis filium in vtero. s. in breui post hoc habebis filiū. Et hoc fortè, quia paucis diebus post ista verba concepit mulier illa: accipiendo autem primo habetur simile Gen. 18. cum dixit Angelus ad Abraham: reuertēs veniam ad te tempore isto, vita comite, & habebit filium Sara vxor tua, scilicet, post vnum annum ego veniam, & iam Sara habebit filium natum. Accipiendo secundo modo habetur simile præcedenti cap. cum dicitur: Cunque mortuus fuisset Achab, præuaricatus est rex Moab fędus, quod habebat cum rege Israel: egressus est igitur Ioram rex in die illa de Samaria, & tamen manifestum est, ꝙ nō egressus est de Samaria die illa, quia rex Moab præuaricatus est fœdus, sed plusquā vno anno postea: quia p̄uaricatio fœderis fuit mox post mortem Achab: Ioram verò non egressus est de Samaria contra Moab vsq; quo fuit rex, & istud fuit plusquam vno anno post mortem Achab, cū Ochozias successerit Achab, & Ioram Ochoziæ: & tamē Ochozias regnauit duob⁹ annis licèt incōpletis: p̄c. lib. ca. vlti. & tamen hic accipitur primo modo. s. ꝙ in ista hora, & tempore post vnum annum mulier ista haberet filium ī vtero: quod patet, quia dicitur in littera: si vita comes fuerit: & tamen si intelligeretur, ꝙ immediatè deberet concipere, nō diceret: si vita comes fuerit: & ideo ante vnum annum mulier conceptura erat: & tamē dixit Elisæus, ꝙ lapso vno anno iam haberet filium in vtero. *Si vita comes fuerit.* Melius diceretur, & vita comes erit, vel vita comite. Nam si propriè teneatur conditionaliter, prophetia ista nihil esset: quia cōditionalis nihil ponit in esse, & sic cum, stante conditionali, dubitaret de vita, an comes esset, & non existente vita, nō existeret conceptus: ideo consequēter dubitaretur de conceptu, & sic nihil certificaretur per prophetiā: & sic diceretur melius vita comite. Hieronymus tñ nō multū curauit de ista differētia, sed posuit vnū p̄ altero: qđ patet: quia eadē litera penitus habet ī Hebreo hic, & Gen. 18. vbi loquit̄ angelus ad Abrahā: Reuertens veniā ad te tp̄e isto. s. vita comite. Et hic dr̄: si vita comes fuerit, & sic nō accipit̄, si, conditionaliter, sed magis causaliter pro qa Si aūt diceret̄: vita comite, poterat exponi iste ablatiu⁹ per, si, vel, dū, vel, qa, & sic exponeret̄ causaliter per, qa, & certificaret de vita, & consequenter de conceptu: *Habebis in vtero filium.* s. iā conceperis, & tñ nondū paries: & secūdū hoc debemus dicere, ꝙ nō cōcepit ista mulier paucis diebus post verba Elisæi, sed ad min⁹ post tres menses, vel plus, qa alioquin vsq; ad vnū annū iā peperisset. In Hebræo dr̄. *In tempore isto, sicut hora viuens amplexaberis in vtero filium.* i. in tp̄e isto post vnū annū

Elisæus denunciat mulieri cōceptū & partū.

A amplexaberis filiū. i. habebis filiū intra vterū. Et dr̄, sicut hora viuens, idest etis viuens, sicut nunc in ista hora. Et loco huius posuit litera nostra plura, dicēs: in hac eadem hora, si vita comes fuerit.

Quare Elisæus nunc locutus est ad mulierem per se, & non per Giezi. Quæst. XXIII.

QVAERETVR, quare nunc Elisæus vocauit ad se mulierē, & locutus est ei per se, cū prius non loqueret̄ ei, nisi per Giezi. Respondēdum, quòd hoc fecit propter duo. Primum fuit, vt mulier crederet verbis, quæ dicebantur: nā denunciabat ei Elisæus, ꝙ conceptura esset, & istud erat miraculū: ideo B si solus Giezi diceret hoc mulieri, nō crederet, quia ipse nō erat propheta, & fortè mulier putaret, ꝙ Elisæus hoc non dixerat: ideo vt ipsa crederet uoluit ei loqui Elisęus. Secundum fuit, ne putaretur hoc euenire ex verbis Giezi tāquam ipse esset propheta: sed voluit Elisæus, ꝙ sicut Deus per ipsum solum denūciabat abscondita, & operabatur miracula, ita ipse solus diceret mulieri. Ante hoc autem non loquebatur Elisæus mulieri, sed Giezi; quia tunc tractabatur aliquid, quod esset magni ponderis, & deberet dici p̄ Elisæum: sed petebat Elisæus à muliere quid vellet, ꝙ faceret pro ipsa. Si tamen postea mulier determinasset, ꝙ volebat aliquod negocium expediri pro illa in domo regis credendum est, ꝙ Elisæus vocaret C eā, & loqueretur sibi, ut informaretur de negocio. Sciēdum etiam, ꝙ qñ ista mulier nunc venit ad Elisæum stetit ad hostium cęnaculi sui, & non ingressa est interius, & hoc p̄p̄ honestatem Elisei, & mulieris: quia non erat honestū, ꝙ intra cubiculum esset cum illa: *At illa respondit: noli, quæso Domine mi vir Dei, noli mentiri ancillæ tuæ.* Vidit enim mulier hoc ferè impossibile naturaliter, cum vir suus senex esset: ideo putauit, ꝙ nō dicebat ei hoc tanquam futurū esset, sed vt eā lætificaret: & ipsa dixit: noli mentiri, scilicet, nō asseras hoc: quia difficile, & eris mendax in eo.

Castitas cautè seruāda est.

Ista mulier an peccauerit dicendo Elisæo: noli mentiri. Quęstio XXIIII.

D

QVAERETVR, an mulier ista peccauerit, dicendo Elisæo: noli mētiri, quia non solum nō credebat verbis eius, sed etiā aliqualiter offendebat eum, dicēdo: noli mentiri. Respondendū, ꝙ satis poterat teneri istam mulierē peccasse ex incredulitate: quia non assensit verbis prophetę: quia tamē potest excusari, melius est, vt dicamus eam nō peccasse. Potest autem hoc dupliciter apparere. Primò dicendo, ꝙ mulier ista nesciebat Elisæum esse prophetā: ideo non obligabatur credere verbis eius. Sed obijcietur, quia ipsa vocauit eum prophetā, dicens: noli, quęso Domine mi, vir Dei, noli mentiri. Dicendum, ꝙ viri Dei vocantur prophetę, & tamen ipsa adhuc nescie- E bat eum per certitudinē esse prophetam, sed ex quibusdam coniecturis: quia vidit in eo sanctitatē magnam: sic enim locuta est ad virum suū: animaduerto, ꝙ vir Dei sanctus est iste, qui transit per nos: nō ergo obligabatur credere, quia nō erat certificata. Secundo potest excusari: quia dato, quòd sciret per certitudinem eum esse prophetam, non obligabatur credere verbis eius: quia non constabat eum loqui propheticè. Ad hoc tamen, quòd crederetur alicui prophetæ, de necessitate oportebat constare duo, scilicet, quòd propheta esset, & quòd propheticè loqueretur. Et ad hoc prophetæ debebant pręmittere signum, quando populus non credebat eis: & si pręmitterent, tenebatur populus credere, vt colligitur,

Deuteronom.13.& 18. Et sic credendum est, ꝙ nūc non præmiserat aliquod signum Elisæus ad probationem eorum, quæ dicebat, & sic non peccabat mulier non credendo. Et hoc verisimile est, quia si peccauisset, dicendo istud: fortè Deus priuaret eam isto bono prænunciato, vel saltem increpuisset eā Elisæus, & tamen non increpuit. Simile patet de Sara, quę risit, & non credidit verbis Angeli, quando dixit, ꝙ conciperet: ideo Angelus increpuit eam, saltem leuiter, dicens: risit Sara, & ipsa erubuit, & timuit, & negauit. Gene. decimooctauo.

Sara an peccauerit non credendo Angelo se parituram: & quare potius peccauerit ipsa, quàm Sunamitis. Quæstio XXV.

QVAERETVR, quomodo potest stare, quòd Sara peccauerit aliqualiter non credendo se parituram & non peccaret ista mulier: nam potius videtur, ꝙ deberet ista peccare. Primò patet, quia maior difficultas erat ad hoc, quod Sara pareret, quā ad hoc, quòd pareret ista: nam in Sara erant duæ difficultates: prima erat, quia Abraham erat vetulus: & sic dixit ipsa: postquam consenui, & Dominus meus vetulus est voluptati operam dabo: Gen. 18. Secundum erat difficile, & principalius, quia desierat Sara habere menstrua, vt patet eod cap. Erant autem ambo senes prouectęque ætatis, & desierant fieri Saræ muliebria, idest, cessauerat habere Sara mēstrua, quæ eueniunt fœminis, quando sunt potentes generare: vel antequam menstrua eueniant, vel postquam cessauerint fieri, impossibile est fœminam naturaliter concipere. In ista muliere erat prima difficultas, quia vir eius senex erat, & tamen non erat fęcunda, quia ipsa non erat vetula. Vnde Giezi, quando posuit impedimenta conceptus huius mulieris, solum dixit: filium enim non habet, & vir eius senex est: si tamen ipsa fuisset antiqua, etiam esset impedimentū ad concipiendum, immo maius, quàm, ꝙ vir suus esset senex, vt diceret illud Giezi, nō tamen dixit: ideo videtur, quòd illa non erat vetula. Item erat maior ratio, quare peccaret ista mulier, quàm Sara: quia Sara non contradixit manifestè, sed in abscondito risit, Gen. 18. ista autem manifestè dixit: noli mentiri; ergo ista magis peccauit, quàm Sara. Respōdendum, quòd Sara peccauit aliqualiter ex incredulitate: quia non credidit, quòd possit concipere, dicens: postquā consenui, & Dominus meus vetulus est voluptati operam dabo: & risit, quasi ex desperatione eius, qđ dicebatur irridendo verbum Angeli. Ratio autem differentiæ fuit hic duplex: prima fuit, quia Sara vidit Angelos nunciantes partum suum, & credebat illos esse Angelos: ista autem mulier vidit prophetā. De Angelo autem Dei non est dubitandum, quin semper verum dicat, sed de homine propheta dubitari potest propter duo. s. quia nescitur, an propheta sit, & dato, ꝙ sciatur eum esse prophetam, nescitur, an prophetice loquatur: poterat ergo sine peccato dubitare ista mulier, & non poterat sine peccato dubitare Sara. Secunda ratio differentiæ est, quia Sara simpliciter credidit esse falsum, quod dicebatur, & impossibile: ideo Angelus reprehendens eam dixit, ꝙ non erat impossibile apud Deum omne verbum, nec difficile: ista autem mulier non credidit impossibile esse, quòd dicebatur: sed nesciebat, an diceretur sibi ex intentione prophetæ, vel solum ad lætificandum eam: ideo dixit: noli mentiri, idest, non dicas mihi mendacium ad lætificandum me, sed dic veritatē sicut intendis. Tertia ratio differentiæ potest adiungi, intelligendo verba istius mulieris aliter, sicut intel-

Prima differētia inter incredulitatem Saræ, & Sunamitis.

F ligunt Hebręi: nam dictio posita in Hebręo, vbi nos dicimus, mentiri, significat deficere: sic enim dicitur Isaiæ 53. Eris sicut fons aquarum, cuius non deficiūt aquę: & in Hebræo ponitur ibi dictio, quæ habetur hic pro mentiri: & sic est sensus: noli mentiri vir Dei, idest, ò vir Dei, si vis dare mihi filium, non des filium mentientem, idest, cito deficientem, sed filium durātē magno tempore. Iste sensus patet infra: nam cum mortuus est filius huius mulieris, dixit ad Elisæum: nunquid petiui filium à Domino meo? nūquid non dixi tibi: ne illudas me? Et sic videtur, ꝙ ex hoc, quòd filius mortuus erat, cum vixisset pauco tempore, putabat se mulier illusam: & tamen si ipsa dixisset: noli mentiri, dubitans solum, an posset habere filium, nō G dixisset se nunc illusam, postquam mortuus erat, qđ pauco tempore vixisset: ergo ipsa petijt in verbis istis filium magno tempore duraturum: & sic intelligendo non erat aliqua incredulitas mulieris, nec poterat peccare. *Et concepit mulier, & peperit filium.* Quanquam vir esset senex, Deus contulit virtutem, vt posset mulier concipere. *In tempore, & in hora eadem, qua dixerat Elisęus.* Elisæus solum dixit de conceptu, & concepit mulier in illa hora, scilicet, in illo tempore, in quo dixit Elisæus, quòd mulier esset fœcunda, fuit fœcunda, scilicet, in anno sequenti in eadem hora. Et hoc non refertur ad partum, quia non peperit in tempore assignato ab Elisæo, cum ipse nullum assignauerit: sed solum assignauit tempus ad concipiendum. H Vel potest intelligi, quòd dixit de tempore conceptus, & partus: & tamen supra in litera solum fit mentio de conceptu.

An mulier ista Sunamitis naturaliter conceperit, vel per miraculum, & de sex modis miraculosis pariendi; & quis eorum sit miraculosior. Quæst. XXVI.

QVAERETVR, an mulier ista concepit naturaliter, vel per miraculum. Aliquis dicet, ꝙ concepit naturaliter: nam in ista muliere nihil impediebat ad concipiendum, nisi, quòd erat vir suus senex: sic patet ex verbis Giezi supra, scilicet, filium non habet, & vir eius senex est: & tamen potest mulier iuuenis concipere de viro satis sene, I sicut fuit de Abraham, qui non poterat gignere de Sara, quando erat centum annorum, quia ipsa erat vetula: & tamen mortua ipsa, cum esset ipse vetustissimus centum, & triginta, & septem annorum, accepit iuuenculam vxorem, & genuit ex ea filios sex Gen. 25. Et patet hoc, quia Sara erat minor Abraham annis decem, scilicet, Abraham erat centum annorum, & Sara nonaginta, quādo natus est Isaac, vt colligitur. Gen. 17. & 18. & 21. & tamen Sara vixit annis 127. Gen. 22. ergo tunc esset Abraham annorum 137. & accepit Ceturam in vxorem. Gene. 25. ergo ita poterat iste senex maritus huius Sunamitis gignere, & sic non est miraculum. Respondendum est, ꝙ aliquod K miraculum fuit in conceptione, quam habuit ista mulier. Quod patet, quia Giezi reputauit non posse virum illius mulieris gignere præ senectute: & ob hoc voluit, quòd Elisęus oraret, vt gigneret: & dixit: filium non habet, & vir eius senex est, idest, propter senectutem viri non potest ista mulier concipere naturaliter, ideo expedit, quòd ores pro ea. Item patet, quia Elisæus prędixit istam conceptionem: si tamen omnino naturaliter eueniret, non prædiceretur. Cū autem arguitur, quòd Abraham erat senex, & non poterat gignere de Sara, quæ erat vetula, & postea genuit de alia iuniori: dicendum, ꝙ non est simile: qa ꝙ non posset Abraham gignere de Sara non proueniebat ex senectute Saræ, quia Abraham accepit eā in

in coniugẽ à virginitate sua, & tamen nunquam potuit ex ea gignere: sed erat hoc propter sterilitatem Saræ: ideo cum Abraham esset satis robustus ad gignendum, & Sara non esset vetusta, dixit ipsa, quòd concluserat eam Dominus, ne pareret: ideo, quòd acciperet Agar ancillam suam in vxorem, & accepit, & genuit ex ea Ismaelem, Gene. 16. & postea accepit Ceturam mortua Sara, & genuit ex ea: & sic nõ erat difficultas gignendi ex parte Abrahæ, sed ex parte vxoris principaliter. Hic autem solum ponitur impedimentum ex parte viri, cum dicitur, quòd senex esset: ergo, quòd fieret conceptio miraculum erat: nam vir huius Sunamitis, dato, quòd accepisset aliquam iuuenculam, non genuisset cum vxor sua nõ dicatur vetula, sed solum ipse: & tamen Abraham genuit prolẽ accepta vxore iuuencula; ergo nõ erat in Abrahã sicut in isto viro, & sic esset hic miraculũ.

Conceptio dicitur miraculosa multipliciter.
Quæstio XXVII.

QVAERETVR vlterius, quis modus miraculi fuit in conceptione ista. Respondendum, quòd conceptio potest multipliciter dici miraculosa, scilicet, aut in causando, aut in denunciando: nam dato, quòd nihil supernaturaliter efficiatur in conceptione, & tamen aliquis propheta dicat: ista mulier cõcipiet tali tempore: aliquo modo pertinet ista conceptio ad miraculum; quia non potest prænunciari, nisi reuelante Deo, & istud est miraculum. Et quantum ad hoc ista cõceptio fuit miraculosa, quia Elisæus prænunciauit illam. Sed sic vocatur largè conceptio miraculosa, quia denunciatio est extrinseca ad conceptionem. Si autem conceptio sit miraculosa in efficiendo potest esse multipliciter: vno modo, quòd vir, & vxor sunt potentes ad gignendum naturaliter, & semen cuiuslibet illorum sit dispositũ ad generandum: & tamen non conueniunt in tali tẽpore, in quo possint gignere, & hoc, quia tempore, quo conueniunt, semen alterius eorum indispositũ est, sicut multis modis contingit indisponi. s. propter esse nimis liquidum, vel nimis solidum, vel ex alijs causis. Et isto modo Deus potest miraculosè facere, quòd aliqui gignant s. dicẽdo eis, quòd si in tali tempore conuenerint, gignent: & tunc non confert eis aliquam potentiam ad gignendum, sed solum erudit eos in aliqua circunstantia, sine qua nunquã possent gignere, & isto modo potest Deus conferre alicui, qui semper gignit filias, quòd aliquando gignat filium: nam gigni filiam, vel filium prouenit ex multis causis, & tamen vna de potissimis est dispositio seminis. Aliqui autem erunt, qui aliquo tempore erũt dispositi ad gignendum masculos, & tempore, quo sunt dispositi ad gignendum mares nunquam conueniunt, & sic nunquam poterunt gignere mares. Si autem Deus eis denunciet, quòd conueniant in tali hora, in qua possent gignere mares, gignent mares, & aliàs nunquam gignerent illos: & sic tunc ista conceptio masculorum erit supra naturalis: non quidẽ, quòd aliqua virtus conferatur naturæ ad hoc faciendum, sed quia erudimur de tẽpore, quo natura hoc facere potest, quòd aliàs nesciremus, & sine illo non contingeret gigni masculum. Simile est aliqualiter, Gen. 30. quando Angelus apparuit in somnis ipsi Iacob, & ostendit ei quomodo arietes possent nasci albi, vel nigri, vel varij, vt sic ipse lucraretur plurimos de arietibus, qui nascerentur in gregibus Laban: & hoc fuit ponendo cortices arborum diuersi coloris in canalibus, quando adaquabantur greges, & saliebantur oues ab arietibus. Istud autem naturaliter fie-

A bat, quòd quales formas apprehenderent oues in calore coitus, tales essent colores fœtuum: quia tamen Iacob nesciebat istud, & Angelus reuelauit ei: dicit facta illa generatio colorum in pecoribus aliqualiter supernaturaliter. Tertio modo conceptio vocatur miraculosa, quia fortè deficit materia ad generationem, sicut ex parte viri est semen tanquam digestiuum, & formatiuum: ex parte fœminæ est menstruum, si ergo deficiat menstruum, vel deficiat semẽ virile, & Deus suppleat aliquid istorum dando illud non habenti, erit ista conceptio miraculosa: sic fuit in conceptione Isaac: nam mater eius Sara carebat menstruis, quæ pertinent ad formationẽ fœtus, Gen. 18. scilicet, erant ambo senes prouectæque ætatis, &
B desierant Saræ fieri muliebria. Quartus modus est conceptionis miraculosæ, quando non deficit materia formatiua fœtus, & tamen est indisposita impedimento perpetuo, vt potè si mulier est sterilis: quia à quocunque cognoscatur nunquam poterit concipere. Sic enim fuit in conceptione Samsonis: nam mater sua erat sterilis, dixitque ei Angelus Domini: sterilis es, & absque liberis, sed concipies, & paries filium, Iud. 13. Sic etiam fuit de conceptione Samuelis: nam mater sua erat sterilis, quia dicitur, quòd Dominus concluserat vuluam eius, supra 1. lib. ca. 1. Idẽ etiam fuit in conceptione Isaac: nam non solum Sara non poterat concipere eum, quia deficiebant mẽstrua, sed etiam quando erat iuuencula, non poterat
C concipere propter sterilitatem: sic patet Gen. 16. Ecce conclusit me Dominus, ne parerem. Idem fuit de conceptu Esau, & Iacob, quia Rebecca mater sua sterilis erat, Gen. 25. Quintus modus conceptionis miraculosæ est quando non deficit materia fœtus, sed est impedita propter indispositionem, & tempus; vt puta, si semen est infrigidatum in viris, quia dato, quòd possint cognoscere fœminas, & effundere semen, nõ poterit naturaliter formari fœtus, quia semen illud infrigidatum non sufficit ad digerendum menstruũ muliebre, nisi fortè caliditas mulieris suppleat defectum viri, & istud etiam fuit in conceptione Isaac: nam Abraham erat antiquus, & semen suum erat infrigidatum: ideo non erat aptus ad gignendum ex
D Sara, dato, quòd non esset sterilis: quia erant ambo antiqui, & hoc tangit Apostolus ad Rom 4. s. & non infirmatus est fide, nec considerauit corpus suũ mortuum, cum ferè centum esset annorum, & emortuã vuluam Saræ. Idem patet ad Hebræos. 11. Propter quod, & ab vno orti sunt. *Et hoc emortuo*, tanquam sydera cœli in multitudine. Sextus modus est conceptionis miraculosæ, quando omnino sine semine fit conceptio: sic enim fuit in Christi conceptione: nam sola Virgo eum concepit, & non fuit ibi aliqua mixtio seminis masculini digerentis menstruum virginale: sed Spiritus sanctus suppleuit locum virtutis formatiuæ: ideo Christus dicitur genitus, vel conceptus de Spiritu sancto. Sciendum autem, quòd isti
E modi conceptionis miraculosæ se habent secundũ ordinem in excessu miraculi, scilicet, quia vnus est miraculosior alio. Primus enim est minus miraculosus, quia ibi non est miraculum in efficiendo, sed in denunciando: denunciatio autem extrinseca est ad ipsam conceptionem. Secundus est miraculosior primo, quia ibi est miraculum in efficiendo aliqualiter, licèt indirectè: scilicet, quia ostenditur omnis circunstantia temporis ad gignendum, sine qua non posset esse generatio. Tertius miraculosior est secundo, quia in secundo non confertur aliqua virtus naturaliter ad hoc, quòd fiat conceptio: sed solum indicatur tẽpus conceptionis. In tertio autem non solum erudimur de tempore gignendi, sed magis suppletur defectus

ctus materiæ ad gignendum, quam natura non poterat ministrare. Quartus modus maior est primo, & secundo propter causam dictam: & tamen non constat, an sit maior modo tertio: sed potius videtur dicendum, quòd modus tertius sit fortior quarto: quia maius est nullam esse materiam generationis, quàm esse aliquam indispositã: sed in tertio nulla est, in quarto autem est indisposita propter sterilitatem. Quintus modus maior est primo, & secundo, sed non est maior tertio, & quarto, quia quartus dicit indispositionem perpetuam, & quintus indispositionem temporalem, sed tertius maior est quarto: ergo maior est etiam quinto. Vnde in quinto aliqualiter potest prouideri, vt pote vir senex, qui præ senectute non potest gignere de muliere antiqua: potest gignere de iuuencula, sicut fuit de Abraham, qui genuit de Cetura: & tamen respectu Sarę dicebatur habere corpus emortuum ad Rom. 4. & ad Hebræ. 11. Tertius autem, & quartus modus non possunt habere remedium: quia mulier sterilis cuicunque viro iũgatur nunquam concipiet, & si caret menstruis eodem modo. Sextus modus est fortior omnibus .s. ꝙ mulier concipiat sine virili semine: & hoc siue vir cognouerit eam aliquando, siue non, quia istud nihil differt. Et ista cõceptio est propriè miraculosa: quia omnino fit virtute supernaturali: cœteræ autem, q̃q̃ habeant aliquid miraculi non omnino sunt miraculosæ: quia opere naturali possunt pro maiori parte curari, licet istud sit difficile. Ideo scriptura istum propriè vocat miraculosum, quale fuit in Virgine Domina nostra.

Quis prædictorum modorum conueniat conceptionibus mulieris. Quæstio XXVIII.

QVAERETVR vlterius, an conceptio, de qua hic agit, fuerit miraculosa, in quo modo istorum sex fuit miraculosa. Dicendum, quòd primus modus ei conuenit, scilicet, quia denunciata est per prophetam. Secundus etiam potest conuenire, quia licet propheta non dixerit isti mulieri, & viro in quo tempore conuenirent: tamen fortè Deus inclinauit illos ad conueniendum in tali tempore, in quo possent gignere, & aliàs non gignerent. Tertius modus posset conuenire .s. per defectum seminis, & hoc, ꝙ ipsa careret menstruis, sicut Sara, Gen. 18. Vel vir suus propter magnam senectutem non posset effundere semen. Primum nõ est verisimile, quia de ista muliere non dictum est, quòd esset vetula: sed solum dixit Giezi, quòd vir suus esset senex. Etiam secũdum, quanquam posset dici, tamen non est satis verisimile, scilicet, quòd non posset effundere semen præ senectute, quia tunc esset senex valde, & hoc non videbatur. Nam difficile est virum cuiuscunque ætatis non posse effundere semen. De quarto modo dicendum, quòd posset conuenire, scilicet, quòd ista mulier esset sterilis, & propter hoc vir suus non potuisset gignere in ea ex multo tempore. Quintus modus valde conuenit .s. ꝙ propter indispositionem seminis ex senectute viri non posset fieri generatio. Et licet alij modi possint stare: tamen iste est, quem exprimit litera: nam solum dixit Giezi: filium non habet, & vir eius senex est .s. ex senectute infrigidatur semẽ: & quanquam coire possit, tamen semen illud non sufficit digerere menstruum muliebre, & sic non poterat fieri generatio. Dedit ergo Deus virtutem quãdam semini senili, vt haberet calorem sufficientem ad dirigendum menstruum muliebre: sic factum est in conceptione Isaac, quia Deus dedit semini infrigidato virtutem ad Hebræos. 11. Fide etiam Sara steri-

F lis virtutem in conceptione seminis accepit præter tempus ætatis. Et tunc dicendum, ꝙ, quanquam iste vir postea accederet ad vxorem suam non gigneret, quia virtus calefactiua seminis data fuit fortè pro se mel, & postea relinqueretur in sua impotẽtia senili.

Creuit autem. Hic ponitur secundum huius partis .s. pueri mortui mirabilis suscitatio, & dicitur. *Creuit autem puer* .s. peruenit ad aliqualem ætatem puerilem: nam non poterat istud esse in magna ætate, sed necesse erat, quòd ante annum octauum pueri, immo etiam ante sextum completum istud fieret, quod patet, quia iste puer natus est postquam cœpit regnare Ioram in Israel: nam in principio regni eius raptus est Elias, & incœpit prophetare Elisæus, vt declaratum est præcedenti cap. vixit autem Ioram in regno
G duodecim annis, eod. capit. & tamen postquam iste puer suscitatus est, mater sua peregrinata est annis 7. in terra Philisthinorum, & postea veniens petiuit agros à rege Ioram, infra 8. & nondum erat mortuus Ioram, sed mortuus est, infra 9. Subtrahantur ergo illi septem anni de duodecim annis regis Iorã manebunt quinque: ergo ad plus esset iste puer quinque annorum nondum completorum. Sed aliquis dicet, ꝙ fortè est mutatus ordo .s. ꝙ ea, quæ dicuntur infra 8. de fame non fuerunt postea, quæ habentur hic, & sic non procedet argumentum. Sed dicendũ, quòd fuit ordo continuus: nam prius suscitatus est iste puer, quàm inciperẽt 7. anni famis. Nam Elisæus
H dixit mulieri isti, ꝙ 7. annis duratura esset fames: iõ quòd peregrinaretur vbi posset: & tunc ipsa iuit in terram Philisthinorum vsquequo consummarẽtur septem anni, & in fine illorum venit ad regem petẽs agros ablatos sibi tempore absentiæ suæ: & dum peteret hoc rex, quęrebat à Giezi puero Elisæi, quæ miracula fecerat Elisæus: & cum vidisset Giezi mulierem, dixit ad regem: ista est mulier, cuius filium suscitauit Elisæus, infra 8. ergo iam facta fuerat suscitatio pueri, quando completi sunt anni famis: non potuit tamen fieri durantibus septẽ annis famis, ergo prius facta est. Patet hoc, quia quando puer iste mortuus est, erat in vrbe Sunam, & mater sua posuit eũ mortuum in lecto viri Dei, vt patet infra, & tamen toto
I tempore septem annorum famis mansit mulier ista cum domo sua in terra Philisthinorum, infra 8. ergo necesse est, quòd ante annos famis fuerit puer suscitatus, & sic non erat, nisi quatuor, vel quinque annorum, quando suscitatus est. *Et cum esset quædam dies, & egressus iuisset ad patrem suum ad messores.* Fortè erant messores prope vrbem, & potuit puer per se ire ad patrẽ suum illùc. *Ait patri suo: caput meum doleo, caput meum doleo.* Iste puer erat tener ætate, & calor terræ illius erat fortis: ideo fortè penetrauit cerebrum eius, & mortuus est. Sic enim mortuus est maritus Iudith. Nam iuit ad messores, & venit æstus magnus super caput eius, & mortuus est in Betulia, vt patet Iud. 8. A fortiori puer iste, qui erat tener, infirmaretur, &
K moreretur subitò præ æstu. In Hebræo dicitur. *Caput meum, caput meum.* Et non dicitur, doleo: quia est decurtata sententia, sicut consueuit esse sæpe in Hebræo. *At ille dixit puero.* .s. Pater huius pueri dixit ad puerũ, idest, ad quendam iuuenem de messoribus, ꝙ duceret istum paruulum ad matrem suam, & iussit hoc, quia pater erat extra vrbem in agro cũ messoribus: & quia puer ægrotabat non expediebat ei manere ibi: sed quòd duceretur ad vrbẽ, vbi erat mater sua. Vel dixit ad matrem suam, quia matres sciunt plus placare filios, quàm patres, & melius se haberet puer cum illa: *Qui cum tulisset, & adduxisset eum ad matrem suã, posuit eum illa super genua sua.* Matrer videns ægrotare puerum, exhibebat ei pietatem, & blandiebatur ipsi modo

Cuius ætatis erat puer suscitatus Sunamitidi.

modo puerili, vt consolaretur: & ad hoc ponebat eũ super genua sua: quia ita est consuetudo matrum ponere paruulos, quos alunt. *Vsque ad meridiem, & mortuus est.* s. tenuit eum illo die super genua vsque ad meridiem, & mortuus est in meridie. Fuerat enim æstus calidus super puerum, & coegit eum expirare: *Ascendit autem, & collocauit eum super lectulum hominis Dei.* s. cum mortuus est puer, mater credens, quòd sicut Elisæus poterat obtinere à Domino, ꝙ ille puer nasceretur: ita posset obtinere, ꝙ suscitaretur à morte habẽs firmã fidẽ, posuit puerũ in lecto, & recurrit ad Elisæũ.

Quare mulier posuit puerum magis super lectum Elisæi, quàm alibi. Quæstio XXIX.

QVAERETVR, quare ista mulier posuit paruulum mortuum potius super lectum Elisæi, quàm in alio loco, dum ibat ad Elisæum. Aliquis dicet, quòd credebat fortè mulier, quòd ꝑpter sanctitatem Elisæi lectus suus haberet virtutem: & si poneretur ibi puer suscitaretur. Sic nanque aliqua miracula facta sunt per solum tactum vestium sanctorum virorum: sicut mulier patiẽs fluxum sanguinis à duodecim annis secretè tetigit fimbriam Christi, nihil dicens ad eum: sed solum intra se cogitans, quòd si tangeret fimbriam illius, sanaretur, & sanata est, Luc. 8. Sed dicendum, quòd hoc non stat: quia in veteri testamento nulla talia miracula fuerunt. s. qa viri sancti per se solum poterant facere miracula: & tamen ex hoc, quòd aliquis tangeret vestes eorum non sanabatur, vel si tangeret aliquid aliud pertinẽs ad eos, ipsis nihil agentibus. Etiam patet, quia si ista mulier posuisset puerum mortuum in lecto Elisæi hac intentione, expectasset in domo aliquanto tempore considerans an suscitaretur puer: & tamen illico, vt posuit eum super lectum ipsius, clausit ostiũ, & recessit ad montem Carmeli, vbi erat Elisæus: ergo non ponebat eum ibi hac intentione. Sed dicendum, quòd posuit eum ibi ad occultandum, quod factum fuerat, scilicet, vt mors pueri lateret patrem. Nam pater reuersus fuerat de agro, vel reuerteretur antequam ipsa veniret de monte Carmeli: & si puer mortuus esset in alia parte domus, reperiret eum pater, & plangeret filium vnigenitum. Mater autem volebat hoc euitare habens spem certam de suscitatione pueri. Et hoc volebat propter duo: primò, vt pater nesciret ipsum mortuum, & ex hoc affligeret nimis, cum esset ille puer vnigenitus. Secundò, quia credidit, quòd fortè infidelitas patris noceret ad suscitationem pueri, si prius, quàm Elisæus veniret ad suscitandum eum, inciperet pater eum plangere, qa fides operatur maximè in miraculis, & si mater posuisset paruulum in aliqua parte domus, præterquã in cœnaculo viri Dei, pater inueniret puerum mortuum, & plangeret, ideo posuit eum in cubiculo viri Dei, quia ibi non inueniret eum pater, eoquòd nullus de domo consueuerat introire in cœnaculũ Elisæi: Et etiam ista fuit causa, quòd clauderet cubiculum mater pueri, scilicet, quòd si pater inquirere vellet filium in cubiculo Elisæi reperiret illud clausum, & putaret, quòd Elisæus clausisset, & sic non curaret ibi inquirere puerum. Quod autem mater vellet mortẽ pueri occultam esse patri, apparet: qa, qñ iuit ad Elisæum, non dixit viro suo ad quid ibat, sed solum dixit: mitte, obsecro mecũ vnum de pueris, & asinam: & cum vir instaret, inquirendo ad quid volebat ire ad Elisæum, vt ipsa occultaret intentionem suam, non respondit ei ad propositum: sed solum dixit, vadam, quod erat verbum expeditiuum. *Et clausit ostium.* Clausit ostium cubiculi Elisæi ne vir suus,

A vel aliquis de domo inquirens puerum mortuum posset eum inuenire. *Et egressa vocauit virum suum.* Fortè vir suus adhuc erat in agro cum messoribus, & ipsa egressa est. s. de vrbe, & iuit ad agrum, vbi erat vir, vt mitteret eam ad Elisæum. *Et ait, mitte mecum, obsecro, vnum de pueris, & asinam.* Petiuit asinam ad iter: puerum vero ad custodiam sui, vt honestius iret, & petiuit licentiam à viro suo, ne vir rediens in vrbem non inueniens eam suspicaretur aliquod malum. Vel fortè solum petiuit eam, vt haberet puerum, qui secum iret. Nam ipsa non habebat in domo aliquem puerum: quia omnes erant cum viro suo in agro: ideo oportuit, quòd illùc iret ad petendum puerũ, & tũc petiuit tria simul. s. puerum, & asinam, & licentiam
B eundi. *Vt excurram vsque ad hominem Dei, & reuertar.* Dixit, vt excurram, idest, vt velociter eam, & illicò reuertar: & hoc dixit ad suadendum viro, vt concederet ei licentiam eundi: nam videretur graue viro permittere vxori, quòd iret ad virum Dei, si deberet ibi morari aliquantulum, quia tunc non esset in domo, qui ei debita obsequia ministraret, vel qui gubernaret familiam. Sciendum autem, quòd mulier ista sciebat certissimè, vbi nunc erat Elisæus: quia aliàs non vagaretur in incertum discurrẽs per terram Israel. Erat autem Elisæus in monte Carmeli, qui est iuxta vrbem Sunam: ita, quòd velociter potest aliquis ire illùc, & redire de vrbe Sunam: ideo mulier dixit: ꝙ excurreret velociter vadens. Et sic apparet, quòd sit
C propinquus mons Carmeli: quia post meridiẽ mortuus est puer: vt patet supra in litera. Et iuit tunc mater ad Elisæum, & venit ille, & suscitauit puerum, & totum factum est in eodem die: vt colligitur ex litera. *Qui ait illi: quam ob causam vadis ad eum?* Mirabatur vir ad quid vellet vxor sua ire ad Elisæum, quia non videbat aliquam causam: nam ignorabat mortem pueri, & non mirabatur, ꝙ vellet ire illùc, quia iam aliàs iuerat: sed solum, quòd vellet ire in tali die. *Hodie non sunt Kalendæ, nec Sabbathum,* quasi dicat, si essent Kalendæ, vel Sabbathum, posset ire conuenienter, & haberet causam: & tamen hodie non sunt Kalendæ, nec Sabbathum: ideo non habes causam aliquã ad eũdũ.

D *Quare dixit vir vxori, quòd non erãt Kalendæ, vel Sabbathum: & quę cæremoniæ seruabantur apud Hebręos diebus Sabbathorum, & Calendarum. Quæstio XXX.*

QVAERETVR, quare dixit vir ad vxorem: hodie non sunt Kalendæ, nec Sabbathum in quo innuebat, quòd in illis diebus haberet causam eundi ad Elisæum, sed non die illa. Respondendum, quòd dies Sabbathi, & Kalendarum erat dies quietis, quia cessabant homines à laboribus: & tunc conueniebant multi ad doctores legis, vel ad viros sanctos, vt audirent ab eis doctrinam legis, vel verbũ sacræ admonitionis. Sic enim erat Elisæus, ideo in
E diebus Sabbathorum, & Kalendarum conueniebãt multi ad eum de locis conuicinis ad audiendum verbum eius. Et sic subintelligendum est, quòd sæpe ista mulier iuisset ad audiendum Elisæum in mõte Carmeli in diebus Sabbathorum, vel Kalendarum: ideo dixit vir suus: non sunt hodie Kalendæ, nec Sabbathum: Sciendum autem, quòd ista consuetudo incepta ab antiquissimis inter Israelitas semper durauit inter eos, quandiu durauit status Iudaicus. s. ꝙ quanquam Hebræi non haberent nisi vnicum templum in tota terra Israel, in quo fierent sacrificia, & oblationes, & aliæ cæremoniæ legis: vt patet Leuit. 17. & Deuteronom. 12. tamen in singulis locis terræ Israel erat vna domus sacra, quæ vocabatur, synagoga, & ad il-

Die Sabbathi, & Kalendarum multi conueniebãt ad doctores.

ad illam conueniebant in diebus Sabbathorum, & in alijs festiuitatibus omnes Hebræi illius loci, & ibi audiebant verbũ Dei ab aliquo doctore legis, & non fiebant ibi aliqua sacrificia, nec cæremoniæ legis, sed solum orationes, & sermones ad populum. Sic patet Luc. 4. cum dicitur: & venit Iesus in Nazareth, vbi erat nutritus, & intrauit secundum consuetudinem suam die Sabbathi in synagogam, & surrexit legere, & traditus est illi liber Isaię. Et sic videtur, quòd consuetudo Christi erat introire quolibet Sabbatho in synagogam dum nutriretur in Nazareth: & sic esset consuetudo aliorum Iudęorum cõuenire illùc: quia alias ipse nõ iuisset: maximè, quia videtur, quòd surrexit legere coram omnibus in synagoga: & sic videtur, quòd conuenerat multitudo in Sabbatho ad synagogam. Idem patet Act. 13. cum dicitur de Paulo, & Barnaba: & ingressi synagogam die Sabbathorum, sederunt: post lectionem autem legis, & ꝓphetarum miserunt principes synagogæ ad eos, dicentes: viri fratres, si quis est in vobis sermo exhortationis ad plebem dicite: & tunc sequitur, quòd illo Sabbatho prędicauit ibi Paulus, & eodem capitulo dicitur, quòd sequenti Sabbatho penè vniuersa ciuitas conuenit audire verbum Dei per Paulum. Et dicitur etiam, quòd exeuntibus illis de synagoga rogabant Iudei Paulum, & Barnabam, vt sequenti Sabbatho prædicarent eis verba hæc in synagoga. Sciendũ autem, quòd in diebus Sabbathorum, & aliorum festorum tenebant Iudęi istum modum, quòd conueniebant ad synagogam omnes, tam viri, quàm fęminæ, licèt essent eis diuersa loca, vt non essent fœminæ commixtæ viris, vel quasi coniunctæ, sicut in Ecclesijs nostris: & ibi orabant, & legebatur primo vna lectio de libris Moysi, qui vocantur lex, & exponebatur populo in vulgari secundum ordinem literæ. Deinde legebatur alia lectio de libris prophetarum, scilicet, de libro Iosue, Iudicum, vel Regum, vel de Prophetis maioribus, aut minoribus, & de quibuscũque alijs libris autenticis inter eos: & variabantur lectiones istæ per annum, ita, vt legerent libros suos plenè, sicut Ecclesia variat officia quotidiana: & etiã exponebatur ista lectio populo ad literam, & maximè mulieribus: quia de viris rari erant, qui idioma saltem Hebræum non intelligerent, quibus finitis, si erat aliquis vir peritus in populo, qui sciret exhortari moraliter populum, ascẽdebat cathedram, & prædicabat populo. Iste ordo patet Act. 14. cum dicitur de Paulo, & Barnaba, & ingressi synagogam die Sabbathorum sederunt: post lectionem autem legis, & prophetarum, miserunt principes synagogæ ad eos, dicẽtes: Viri fratres, si quis est in vobis sermo exhortationis ad plebem, dicite. Et tunc surrexit Paulus prædicare. De hoc etiam Act. 15. dicitur: Moyses. n. à temporibus antiquis habet in singulis ciuitatibus, q eum prædicent in synagogis, vbi per omne Sabbathum legitur. Et sic consuetudo erat semper obseruata in Sabbathis legendi lectionem, vnam de libris Moysi, & aliam de libris prophetarum. In Kalendis quoque, & in alijs festiuitatibus simile fiebat: iõ conueniebant tunc omnes ad synagogas, vel ad loca, in quibus essent viri periti, qui possent docere de lege.

Cõsuetudo antiqua Iudęorũ ĩ suis synagogis erat legere quolibet Sabbatho lectiones duas. s. de lege, & de prophetis.

Nota pro intellectu Actuum Apostolorum.

Quare non dixit vir iste de alijs festiuitatibus, sicut de Sabbatho, & Calendis. *Quæstio XXXI.*

QVAERETVR vlterius, quare non dixit vir iste de alijs festiuitatibus, sicut de Sabbatho, & de Kalendis: nam aliæ festiuitates erant, in quibus vacabant Iudei à laboribus, & conueniebant ad orationem in loco sacro, & ad doctrinam legis, & vsq; ho-

F die sic faciunt, scilicet, in festo Clangoris, & Azymorum, & propiciationis, & tabernaculorum, de quibus patet Leui. 23. & Num. 28. & 29. Respondendũ, quòd hoc fuit: quia festa inter Hebræos sunt duplicia: quædam frequenter accidunt, & alia semel tantum in anno: nam festum Clangoris, & Azymorũ, & propiciationis, & tabernaculorum semel tantum in anno eueniunt. Alia autem multoties, vt Sabbathum in qualibet hebdomada, & festum Kalendarũ in principio cuiuslibet mensis, Num. 28. ideo vir iste nominauit festa, quæ frequentius accidebant: quia in istis sæpius ibant homines ad audiendum doctrinam legis, quàm in alijs festis, quæ rarò accidebant. Secunda causa, & præcipua fuit: quia in alijs festiuita-
G tibus præter Kalendas, & Sabbathum, non conueniebant Iudæi in synagogis ad audiendum doctrinã legis. Quod patet: quia festa inter Hebræos erant sex solum ordinata à lege, licet postea ipsi aliqua superaddiderunt, quæ tamen non erant tempore Elisæi: & sunt ista septem. s. Sabbathum Kalendæ, festum Clangoris, dies Propiciationis, festum Tabernaculorũ, & festum Azymorum, & Penthecostes. Conueniebant autem Hebræi in quibusdam temporibus istorum ad templum Salomonis, vel ad tabernaculum Moysi antequam esset templum Salomonis, scilicet, ter in anno in festo Azymorum, & in festo Penthecostes, & in festo Tabernaculorum. Est autem festum Azymorum Luna 15. mensis Martij, Exod. 12.
H & Leui. 23. festum autem Penthecostes quinquaginta diebus celebrabatur post festum Azymorum, eodem capitulo. Festum verò Tabernaculorum celebrabatur Luna 25. Septembris eodem cap. & in istis tribus temporibus obligabãtur Israelitæ omnes masculini sexus apparere in sanctuario: Exod. 23. & 34. & Deuteronom. 26. manent autem quatuor festa. s. Sabbathum Kalendæ festum Clangoris, & expiationis: festum autem Expiationis fiebat Luna decima Septembris, & ideo cum Hebræi venturi essent ad festum Tabernaculorum, quod erat Luna 25. Veniebant etiam ad festum Expiationis, quod erat Luna decima, Leuit. 23. festum autem Clangoris coincidebat cum festo Kalendarum, quia illud fit Luna pri-
I ma Septembris, & ibi vocantur Kalendæ Septẽbris: manent ergo solum Sabbathum, & Kalendæ, in quibus non ibant Israelitæ in sanctuarium secundum legem: & sic in quatuor festiuitatibus, in quibus ibãt ad sanctuarium, non poterant conuenire ad synagogas particulares ad audiendum verbum Dei, cũ oẽs irent ad sanctuarium, sed solum poterant conuenire in Sabbathis, & Kalendis, in quibus non obligabãtur ire ad sanctuarium. Et ob hoc vir dixit ad vxorẽ: Non sunt hodie Kalendæ, nec Sabbathum, quasi dicat, quòd solum in his diebus conueniebant homines ad viros Dei, & ad prophetas, & ad peritos ad audiendum doctrinam legis.

Festa principalia inter Iudęos tpe Elisæi erant sex tantũ: & quibus mẽsibus, & diebus.

K *Quid licebat fieri in diebus Calendarum, & Sabbathis: & an posset in his itinerari propter aliquam causam.* *Quęstio XXXII.*

QVAERETVR vlterius, quomodo dixit vir hic ad vxorem: hodie nõ sunt Kalẽdę, nec Sabbathum, quam ob causam vadis ad eum. In quo innuit, quòd in Sabbathis, & Kalendis potuisset itinerare ad virum Dei: & tamen hoc videtur prohibitũ de lege, quia Sabbatha obseruabãtur strictissimè, ita, quòd nullum omnino opus deberent facere in Sabbathis, nec saltem parare cibos, nec succendere ignẽ sub pœna mortis: Exod. 20. & 31. & 35. ideo à fortiori non liceret itinerare. Aliquis fortè diceret, ꝙ licèt omnia

omnia ista essent vetita, quando homo ageret illa ad obsequium suum: tamen non erant, quando fiebāt ad obsequium Dei, & quia ire ad audiendum doctrinam legis erat obsequium Dei solius, licèt illud facere in Sabbathis. Sed dicendum, ꝙ hoc non stat, quia Hebræi seruabant strictissimè, & ad literam præceptum de Sabbatho: ideo propter nullam causam permittebant homini itinerare in Sabbatho: immo tam strictè seruabant Sabbathum, quòd si quis vellet eos occidere in die Sabbathi pugnando contra eos, non se defendebant, sed permittebant se occidi. Sic enim factum est tempore Machabæorum, quia Gentiles pugnam inierunt contra quosdā Iudæos in die Sabbathi, & ipsi non restiterunt, sed permiserunt se occidi: primo Machabæo. secundo .s. & concitauerunt aduersus eum prælium, & non responderunt, nec lapidem miserunt eis, nec oppilauerunt loca occulta, dicentes: moriamur omnes in simplicitate nostra, & testes erunt super nos Cœlum, & terra, ꝙ iniustè perditis nos: & mortui sunt vsque ad mille animas hominum. Tunc cœteri Iudęi videntes, ꝙ hoc modo cito delerentur de terra, destinauerunt resistere pugnantibus contra eos in Sabbathis; vt patet ibidem. Cum ergo pro defendenda vita nolent violare Sabbathum, quanto magis, vt irent ad viros Dei procul positos ad audiendum verbum legis? Responderi potest, ꝙ dixit vir ad vxorem: non sunt Kalendæ, nec Sabbbathum .i. non est hodie vigilia Kalendarum, Sabbathi, vt ires hodie ad locū, vbi est vir Dei, & mane audires ibi verbum eius, & tunc non erat peccatum itinerare in vigilia Sabbathi. Aliter potest dici, & melius, ꝙ mons Carmeli est valde propinquus ciuitati Sunam, in qua erat iste vir cū vxore sua .s. vix distans per dimidiam leucam à monte ciuitas, & poterant Hebræi in diebus Sabbathorum ambulare ꝑ mille eundo, & per mille redeundo causa solacij, vel ad aliquam causam piam: dum tamen non irent ad expediendum negocia aliqua, sicut in diebus profestis: de hoc patet Act. primo, cum dicitur: tūc reuersi sunt Ierosolymam à mōte, qui vocatur, Olyueti, qui est iuxta Ierusalem Sabbathi habens iter, idest, tantū distat mons Olyueti à Ierusalem, quātum licebat Iudæo ambulare in Sabbatho: constar tamen, ꝙ mons Olyueti distat à Ierusalem per dimidiam leucam .s. ꝑ mille passus, vel plus, & sic tātum poterat illa mulier die Sabbathi ambulare eundo ad audiendum verbū Dei ab Elisæo, & non violaret Sabbathum. Et istud est valde verisimile: nam ipsa dixit ad virum suum, vt excurram vsque ad hominem Dei, & reuertar .i. cito vadam, & veniam. Et patet hoc: quia, vt declaratum est, puer mortuus fuit post meridiem, & mater iuit ad Elisęum, & postea venit ipse, & suscitauit puerum, & totum factum est in ipsa die, vt dictum est: & sic verisimile est, quòd erat valde prope mons Carmeli ad ciuitatem Sunam, de qua ista mulier ibat. Et sic verisimile est, quod in aliquibus diebus Sabbathorum mulier ista iuerat ad Elisæum in montem Carmeli, vt audiret verbum eius.

Sabbathi obseruatio erat strictissima apud Iudæos.

Nota pulchrũ intellectum ad lectum Actuum 1. capi.

Quæ festiuitas est apud Hebræos dies Kalendarum, & quid obseruabatur in ea, & quare vocantur proprius Neomeniæ, quàm Calendæ.

Quæst. XXXIII.

QVAERETVR vlterius de Kalendis, quæ festiuitates sunt, & quomodo obseruabātur dies Kalendarum. Respondendum, quòd festum Kalendarum fiebat in quolibet mense, & erat prima dies mensis: nam Hebræi non incipiūt menses suos, sicut nos: quia principia mensium nostrorum semper sūt

A immobilia: principia autem mensium Hebræorum mouentur: quia prima dies mensis eorum est prima dies lunationis cuiuslibet, & quia si Luna Ianuarij ē nunc in prima die Ianuarij, sequenti anno nō erit in prima die Lunatio, sed variabitur per vndecim dies, eoquòd annus lunaris est minor anno solari vndecim diebus, & quadrante. Variantur etiam menses eorum: quia in aliquo anno habent duodecim menses, & in aliquo 13. vt principium anni sui non multum distet ab æquinoctio vernali, scilicet, ab introitu solis in Arietem, qui est in Martio ad diem decimam, vel vndecimam Martij: primam autem diem cuiuslibet lunationis, siue mensis sui faciunt solēnē. Et ista vocatur festiuitas Kalendarum, vel Neome-
B niarum: de Kalendis patet hic, & Nume. 28. & supra primo libro, cap. 20. de Neomenijs patet Psal. 80. Buccinate in Neomenia tuba .s. in die Neomeniarū clangite tubis. Patet etiam Isa. 1. vbi vocātur Neomenię, & Kalendæ, scilicet. Incensum abominatio est mihi, Neomenias, & Sabbathum, & festiuitates alias nō feram, iniqui sunt cœtus vestri, Kalendas vestras, & solennitates vestras odiuit anima mea. Causa autem, quare Deus iussit in principio cuiuslibet mensis celebrari festum Kalendarum, vel Neomeniarum, posita est Num. 28. vbi de hoc diximus. Sciēdum autem, quòd magis propriè vocātur Neomenię, quàm Kalendę: quia Neomenia dicitur à neos, quod est nouū, & mene, quod est defectus, quasi nouus defectus: &
C istud est in principio lunationis, quando Luna non apparet: quia tegitur radijs solis. Et dicitur nouus defectus, quia Luna habet duplicem defectum .s. nouū, & veterem. Habet enim veterem defectum in fine lunationis, quando per accessum ad solem tegitur. Est autem nouus defectus, quando per recessum à sole nondum plenum manet occultata. Pro quo sciendum, quòd Luna, vel quodlibet astrum, quando accedit ad solem per duodecim gradus distantiæ, & infra, siue succedendo, siue pręcedendo occultatur radijs solis, & non videtur: & quia Luna dicitur noua post coniunctionem veram, quam habet cum sole, quousque recedat à sole, per duodecim gradus post coniunctionem manet occultata: & per alios duode-
D cim gradus antequam accedat ad veram coniūctionem occultatur. Prima occultatio, quæ est post cōiunctionem, vocatur nouus defectus. Secunda occultatio, quę est ante coniunctionem, vocatur vetus defectus, ideo prima occultatio vocatur, Neomenia, & non secunda, quia tunc est verè noua lunatio, & tunc celebratur festum Neomeniarum, & nō in prima die, qua incipit occultari sub radijs solis, quia tūc est vetus defectus. Vocatur autem festum Kalendarum largè: quia, Kalendæ est nomen Romanum, & conuenit multis diebus: quia in quolibet mense sūt multæ Kalendæ: omnes tamen habent numeros, vt secundo Kalendas, tertio Kalendas præter primos, quæ vocantur Kalendæ absolutè sine assignatione
E numeri; & istæ sunt in principio cuiuslibet mensis: & ad similitudinem mensium nostrorum, quorum exordium est in Kalēdis: vocauit Hieronymus principia mensium Hebræorum, Kalendas, melius tamē vocantur Neomeniæ, scilicet, à Luna, secundum quam incipiunt menses suos. Sciendum autem, ꝙ dies Kalendarum erat solennis apud Hebręos in sacrificijs valde: nam magis solennizabatur, quàm dies Sabbathi: de cuius sacrificijs, & libaminibus habetur Numeri 28. erat etiam dies ista solennis quantum ad gaudium Iudæorum: nam gaudebant nimis in die illa, & clangebant in tubis argenteis sacris, vt patet Numeri 10 scilicet: si quando habebitis epulum, & dies festos, & Kalendas, canetis tubis super holocaustis,

Kalendarum festū magis ꝓprie dicitur Neomenia.

cauſtis,& pacificis victimis, ut ſint uobis in recorda-
tionem Dei veſtri. Erat etiam ſolennitas iſta valde
famoſa inter alias ſolennitates: vt patet Pſalm. 80.
ſcilicet: Buccinate in Neomenia tuba inſigni die ſo-
lennitatis veſtræ, ideſt: Neomenia eſt dies ſolennita-
tis inſignis, ideſt, magnæ, vel famoſæ. Vnde Deus lo-
quitur de Sabbatho, & de Neomenia, tanquam de fe-
ſtiuitatibus æqualibus, vel ſimilibus, Iſa. primo: Neo
menias, & Sabbathum, & ſolennitates alias non fe-
ram: erat etiam dies iſte vacatiuus apud Hebræos,
ideſt, quòd non licebat in eo quidquam operari: ſic
videtur dici ſupra primo libro, capitulo vigeſimo, &
ibi declaratum eſt, an dies Kalendarum de neceſſita-
te legis eſſet vacatiuus. *Quę reſpondit: vale:* ideſt: cum
vir quæreret ab vxore quare ibat ad Eliſæum nunc,
cum non eſſet Sabbathum, nec Kalendę, non reſpō-
dit ei directè, ſed ſolum dixit: vale, ideſt, mane cū Do-
mino: quia non poſſum expectare ad reddēdū cām:
in Hebræo dicitur, pax, ideſt, pax tibi ſit, vel mane in
pace: litera autem noſtra poſuit, vale, quod eſt ver-
bum expeditiuum, & non, pax, vel aue: quia iſta ſunt
verba ſalutatiua ꝓ venientibus, & nō ꝓ recedētibus.

Quare mulier noluit aſſignare viro rationem itineris ſui.
Quęſtio XXXIIII.

QVAERETVR, quare mulier noluit reſpon-
dere viro, ſed ſolum dixit ei, vale. Reſponden
dum ſecundum quoſdam, quòd hoc fecit, ne in red-
dendo cauſa moraretur. Sic enim dixit Eliſæus ad
Giezi, quando ibat ad ſuſcitandum puerum, de quo
hic dicitur, quòd neminem in via ſalutaret, & ſi quis
eum ſalutaret non reſponderet: & erat hoc ad feſti-
nandum opus. Sed dicendum, quòd hoc nihil eſt:
quia in vnico verbo poterat mulier reddere cauſam,
dicens: obijt puer, & vado ad Eliſæum, vt eum ſuſci-
tet. Sed dicendum, quòd noluit mulier reſponde-
re, quia aut reſponderet verum, vel falſum, & vtro-
que modo ſequerentur inconuenientia: ſi reſponde
ret verum, eſſent tria inconuenientia. Primum erat,
quòd pater affligeretur nimis de morte pueri, quia
vnigenitus erat, & mater volebat hoc euitare: nam
ſi ipſa cito iret ad Eliſæum, cum crederet puerū cer-
tiſſimè ſuſcitandum, poterat venire cito Eliſæus, &
ſuſcitaret puerum, antequam pater ſciret mortem
eius, & ſic non affligeretur: quia neſciret mortem,
vſquequo puer eſſet ſuſcitatus. Si autem prius ſci-
ret, affligeretur nimis propter duo. Primò, quia vni-
genitus erat. Secundò, quia deſperaret de reſurre-
ctione eius. Secundum inconueniens erat: quia pa-
ter non erat fidelis, ſicut mater. Sed deſperaret de
reſurrectione, & inciperet plangere filium ſuum tā-
quam perpetuò mortuum: & iſta infidelitas fortè
noceret nimis ad ſuſcitationem pueri cum miracu-
la habeant totam efficaciam ex fide. Tertium in-
conueniens erat, quia ſi dixiſſet ei mortem pueri, tur
batus vir non permitteret eam recedere: & ſic impe-
diretur opus ſuſcitationis. Si autem falſum reſpon-
deret, ſequerentur etiam tria inconuenientia. Pri-
mum erat, quòd mulier mentiretur, & peccaret
mortaliter, quòd ipſa intendebat euitare, potiſſimè
cum nulla eſſet neceſſitas mentiendi, & ipſa erat mu
lier religioſa: vt patet ex his, quæ faciebat circa Eli-
ſæum, tam diligenter, & deuotè. Secundum incon-
ueniens erat, quia ſi mentiretur fortè non poſſet alle
gare aliquam cauſam, quæ videretur viro veriſimi-
lis: & ſic colligeret eam vir mentiri, & ſuſpicaretur
malum, nec permitteret eam ire. Tertium incon-
ueniens eſt, quia mater mortuo filio, vix poterat con
tinere dolorem, quin vultu, & verbis illum proderet.

F Vnde antequam accederet ad Eliſęum, licet nihil lo
queretur, vidit Eliſæus, quòd erat in amaritudine,
licèt neſciret quid erat: vnde ait ad Giezi: Dimitte
illam: anima enim eius in amaritudine eſt, & Domi-
nus celauit à me. Mulier tamen volebat occultare
dolorem, quia cum Eliſæus dixiſſet ei, an rectè agere
tur apud eam, & filium ſuum, dixit: rectè: ita ergo
nunc mulier conabatur continere dolorem, non
oſtendendo eum in vultu, ne vir intelligeret mor-
tem filij; & tamen ſi maneret ibi reddendo aliquam
aliam cauſam, fortè non poſſet tandiu ferocem cō-
tinere dolorem, quin lachrymis, aut vultus habitudi
ne patefaceret: & tunc vir cognoſceret mortem pu-
eri, & ſequerentur omnia inconuenientia ſupra aſſi-
G gnata: ideo noluit reſpondere verum, nec falſum:
ſed ſolum dixit: vale, expediens ſe de eo.

An Eliſęus ex reuelatione dixerit mulieri, quòd conciperet fi-
lium, vel expectabat ſuis orationibus obtinere.
Quæſtio XXXV.

QVAERETVR vlterius circa id, quod ſupra
dixit Eliſęus ad mulierem de cōceptione pue
ri, ſcilicet, cum Eliſæus quæreret, quid poſſet facere
pro iſta muliere, quod eſſet ei gratum, reſpondit Gie
zi, ne quęras: filium enim non habet, & vir ſuus ſe-
nex eſt: & tunc dixit Eliſæus ad Giezi, quòd vocaret
illam, & cum vocata fuiſſet, dixit ad illam Eliſæus: in
H tempore iſto habebis filium in vtero. Eſt dubium,
quando Eliſæus habuit iſtam reuelationem, vel an
locutus eſt mulieri non habens aliquam reuelatio-
nem à Deo, ſed expectans orationibus obtinere. Ali
quis dicet, quòd non habuit aliquam reuelationem
à Deo de conceptu illius mulieris antequam diceret
ſibi: quia non videtur tempus, in quo haberet, conſi-
derando circunſtantiam literæ: ſed Eliſæus confiſus
de miſericordia Dei, dixit mulieri, quòd haberet fi-
lium in tali tempore. Sed iſtud non ſtat, quia nullo
modo dicendum eſt, quòd antequam Eliſæus habe-
ret à Domino reſpōſum promitteret aliquid, quod
Deus ſolus poſſet præſtare. Patet hoc: quia quando
tres reges petiuerunt ab eo reſponſum Domini ſu-
I per defectu aquarum, & ipſe videret, quòd erāt aquę
omnino neceſſariæ, quia aliàs periturus erat exerci-
tus in breui præ ſiti: tamen nō auſus eſt dicere aquas
venturas, quouſque venit ſuper eum ſpiritus Domi-
ni, canente cithariſta, & habuit reſponſum de aquis
venturis, vt patet præcedenti capit. Item patet hoc,
quia dato, quòd Eliſæus confidens de miſericordia
Dei promitteret mulieri, quòd daret ei filium expe-
ctans, quòd orationibus ſuis obtineret illum, tamen
non aſſignaret tempus. dixit tamen in tempore hoc,
& in hac eadem hora habebis in vtero filium: ergo vi
detur, quòd non auderet dicere iſta ſine reuelatione
Dei. Sed obijciet aliquis, quòd ſatis poterat Eliſæus
promittere iſtud non habita reuelatione, quia non
K ſolum ipſe, qui erat vir valde perfectus, ſed etiam vir
imperfectus, ſi haberet modicum fidei, poſſet facere
quæcunque miracula. Sic enim Chriſtus dixit: Si
habueritis fidem ſicut granum ſinapis poteritis dice
re huic arbori: eradica te, & tranſplantare in mare,
& continuò fiet, vt Matth. vigeſimo primo, & Luc.
decimo ſeptimo. Ita ergo cum Eliſæus haberet fi-
dem plenam, poterat confidenter promittere mulie
ri, quòd haberet filium in tali tempore. Sed dicen-
dum, quòd non ſtat: quia licèt credenti nihil ſit im-
poſſibile, & quidquid petit cōfeſtim fiat: requiritur,
quòd ſit cauſa neceſſaria petendi: vt pote, ad oſten-
ſionem veritatis fidei, ſcilicet, ſi quis non poteſt fidē
defendere, niſi ſit oſtenſio miraculi, ſi petit confiden
ter

Cred nihil impo le qui telligi

ter miraculum fieri, illico fiet. Vel si putat, quòd infideles conuerterentur viso miraculo, qui aliàs disputationibus conuinci non possent: sed potius ipsi insultarent legi nostræ, si quis ad conuincendū eos non hęsitans peteret miraculum fieri, illico fieret. Sic etiam si quis sit in extrema necessitate, & non possit aliter liberari, & confidenter petat liberationem miraculosam, sine dubio immediatè veniet: & tamē quòd aliquis petat à Deo miraculum, nihil omnino hæsitans, difficile satis est. Nam non potest quilibet tantā fidem habere, nisi Deus ei specialiter donet. Et si modicus scrupulus dubitationis ĩtercidat, nullo modo poterit euenire miraculum. Deus tamen dat viris perfectis istam fidem, & etiam interdum dat viris imperfectis, quando opus est fieri miraculum ad ostensionem gloriæ Dei: sed nunc in Elisæo non erat aliqua causa necessitatis, quæ moueret eū ad confidenter petendum miraculum: ideo non est verisimile, quòd sine reuelatione Dei ista diceret.

Aliquis autem dicet, quòd Elisæus acceperat reuelationem de cōceptione huius mulieris, antequam vocaret eam nec loqueretur ei Giezi, dicens: filium non habet: ideo quando venit, dixit ei: certissimè ꝙ haberet filium. Sed istud non est conuenienter dictum: quia si Elisæus cognouisset hoc antequam loqueretur ei Giezi, non quæsiuisset quid faceret pro muliere illa, & an haberet aliqua negocia expedienda in domo regis, sed faceret id, quod Deus ei reuelasset: immo dato, ꝙ mulier peteret aliquid aliud sibi fieri, & Deus reuelasset Elisæo, quòd diceret mulieri, quòd cōciperet, & pareret: istud ei potius reuelaret, quàm faceret aliquid aliud. Dicendum ergo, quòd ista reuelatio fuit facta Elisæo antequam ipse iuberet vocari mulierem secunda vice: & tamē fuit facta postquam Giezi loquebatur ad mulierem pro Elisæo, & vocauerat eam prima vice, scilicet, quòd cùm Giezi diceret Elisæo: ne quæras: filium enim, non habet, & vir suus senex est: spiritus Domini subito tetigit intellectum Elisæi indicans ei, quòd ista mulier deberet concipere tali tempore, & tunc Eliseus iussit vocari mulierem: & sic fiebat sępè. Quòd cum aliqui quærerent de quibusdam dubijs, vel de operatione miraculorum ab Elisæo, dum ipsi quærebant, Deus reuelabat Elisæo responsionem, ita vt illicò responderet cum quæsitum esset: & sic videbatur eis, quibus respondebat, quòd iam Elisæus sciebat hoc antequam inquireretur. Sic enim fuit quando venerunt ad eum viri de Iericho, & dixerunt, ꝙ locus erat bonæ habitationis, & aqua erat mala: & respondit illicò, quòd ducerent Sal, & vas nouum, & mitterent in aquam, & sic sanaretur sup. 20. Et sic dum ipsi quærebant Deus illustrabat eum ad respōdendum: & aliquando cum aliqui veniebant ad inquirendum ab ipso, ipse nesciret à Deo respōsionē, mirabatur tanquam esset hoc insolitum. Sic enim quando accessit mulier ista ad eum, dixit ad Giezi: dimitte illam: anima enim eius in amaritudine est, & Dominus celauit à me, & non indicauit mihi. Et sic mirabatur Elisæus quomodo Deus non indicasset ei, quid quæreret illa mulier, cum iam esset ad pedes eius: si tamen non consuetum esset, quòd Deus reuelaret solutiones dubiorum interim vt quærebantur, vel antequam quærerentur, cum starent aliqui coram ipso ad quærendum, non miraretur. Iste modus, & adhuc perfectior, erat in Apostolis: nam nihil studebant ad prædicandum, nec ad respondendum, immo si aliquando studere vellent ad respondendum, peccarent mortaliter: quia Deus iubebat, quod non essent soliciti de hoc, dicens: cum autem tradent vos, nolite cogitare quomodo, aut quid lo-

Quō De⁹ diuersimode loquebatur ꝓphetis & iterdū rñdebat eis anteq̃ q̃rerent.

A quamini: dabitur enim vobis ĩ illa hora, quid loquamini. Matth. decimo. & Mar. 13. & Luc. 12. *Strauitq; asinam.* Petiuerat asinam à viro ad eundum ad Elisæum, & fecit, quòd puer sterneret illam, idest, pararet ad viam. *Præcepitque puero; mina, & propera.* Iussit ista mulier puero eunti secum, vt minaret, idest, impelleret asinam percutiendo eam, vt properaret: minare est impellere, & pertinet ad pecora quando homo voce, vel baculo aut aliàs impellit illa, vt eāt ad aliquam partem: sic patet Exo. 3. scilicet, quòd Moyses minauit gregem ad interiora deserti. Et de hoc dicitur in Hebrardo: Pastor oues baculo minat lup⁹ ore minatur. *Ne mihi moram facias in eundo.* Volebat enim mulier ista cito ire ad Elisæum, vt ipse cito ve-

Si apostoli studerēt ad ꝓdicādum vel rñdendū peccarēt mortaliter. q. 41.

B niret, & suscitaret puerum, antequam cognosceret mors eius per virum suum. *Et hoc age, quod pręcipio tibi.* Scilicet, nō aduertas ad aliquid aliud: sed solum, vt agas quod præcipio tibi, scilicet: in minando properè asinam. *Profecta est igitur, & venit ad virum Dei in montem Carmeli.* Erat enim Elisæus in mōte Carmeli, qa ibi sępè morabatur: siue hoc esset: quia erat ibi aliqđ collegium prophetarum, sicut in Iericho, & Bethel, & Galgalis: siue quia erat locus ille ad cōtemplationem conueniens, cum esset locus, in quo factum fuerat aliàs miraculum, descendente igne de cœlo sup sacrificium tempore Eliæ, præcedenti lib. cap. 18. & ob hoc Elias pro maiori parte morabatur ibi, vt de claratum est præcedenti lib. cap. 21. & sup. idest, scie-

Quare Elisæus morabatur in mōte Carmeli.

C bat etiam mulier ista, quòd ibi erat Elisæus, ideo illùc iuit. *Cunque vidisset eam vir Dei de contra, ait ad Giezi puerum suum.* Vidit eam Elisæus venientem à longe, & cognouit eam, cum sæpe vidisset, & locut⁹ est ad Giezi de illa: *Ecce Sunamitis illa.* Idest, ecce venit Sunamitis hospita nostra.

Quare Elisæus vocauit semper istam mulierem Sunamitem. Quæstio XXXVI.

QVAERETVR, quare Elisæus vocabat semper istam mulierem Sunamitem: nam nunquā reperitur hic aliud nomen, nisi Sunamitis: sic enim

D dixit supra: Voca Sunamitem istam. Respondet historia scolastica, quòd vocauit eam Sunamitem, qa tam paucam communicationem habuerat cum illa, quòd etiam nomen eius ignorabat. Istud aliqualiter est verisimile: quia Elisæus non loquebatur illi ꝑ se, sed per Giezi puerum suum, quanquam esset ĩ domo illius, nisi in secunda vice quando fecit eam vocari, & ipse per se locutus est ei. Et tamen adhuc nō omnino est hoc credendum: quia antequam fieret cęnaculum Elisæo, in domo mulieris illius sæpe ipse declinauerat ad domum illam, vt patet supra: iō nō est verisimile, quòd ignoraret nomen hospitum suorum, etiam si nunquam loqueretur eis. Item qa si vocaret eā, sic propter ignorantiam nominis po-

E tius diceret, ecce hospita nostra: quia istud erat nomen magis notificans, quàm quòd diceretur, ecce Sunamitis. Sed dicendum, quòd Elisæus loquebatur sic non ex ignorantia nominis, sed quia modus suus loquendi erat talis: nam in his, quæ libera sunt, non oportet dari causam, quare potius hoc faciamus, quàm illud: & sic erat de Elisęo, qui poterat vocare eam nomine proprio, vel vocare Sunamitem: *Vade in occursum eius, & dic ei: rectè ne agitur circa te, & circa virum tuum, & circa filium tuum?* Voluit Elisæ⁹, quòd prius, quàm accederet ipsa ad eum quæreret Giezi ab ea ad quid veniret, & quæsiuit, an rectè ageretur apud eam, & virum suum, & filium suum, idest, nunquid erant in prosperitate, vel acciderat eis aliqua aduersitas.

aduersitas. *Quæ respondit: rectè*, i. mulier dixit: rectè se habent omnia apud me, & virum meũ, & filiũ meũ.

Quare Elisæus misit Giezi in occursum mulieris. Quæstio XXXVII.

QVAERETVR, quare Elisæus misit ad quęrendum ab illa muliere, an rectè se haberet antequam ipsa accederet ad eum, cùm ipsa veniret ad loquendum illi. Respondendum, quòd hoc fecit Elisæus: quia nolebat, quòd mulier accederet ad eũ, nec loqueretur cum illo, sed volebat scire ab ea intentionem suam per nuncium, & respondere per nuncium: Et quia si non misisset Giezi ad quærendũ ab ea de statu suo ipsa veniret, & loqueretur Eliseo: ideo misit illùc puerum antequam accederet ad ipsum: istud patet: quia supra in litera fecit Eliseus vocari mulierem istam ad sciendum quid vellet, quòd faceret ipse pro illa, & tamen non locutus est ei per se sed Giezi loquebatur illi vsquequo debuit ei prænunciare de conceptione pueri. Aliter potest dici, quòd hoc fecit: quia Elisæus erat vir religiosus valde: & non principaliter fugiebant colloquia mulierum, sed potius euitabat, quòd tangerent eum, vel starent iuxta ipsum. Sic patet sup. in litera: nam quãdo Elisæus vocauit secunda vice istam mulierẽ, non permisit, quòd accederet apud se, licèt ipse loqueretur ei. Sed stetit solum ad ostium cęnaculi, in quo stabat Elisæus. Patet etiam, quòd ista esset consuetudo Elisęi: nam cum ista mulier iacuisset ad pedes Elisæi, Giezi iuit, vt amoueret eam, dixitq; Elisæus: Dimitte illam: quia anima eius in amaritudine est. Si tamen non fuisset consuetudo Elisæi nullam permittere ad se accedere mulierem, nõ amouisset Giezi de pedibus Elisæi istam, quæ tanta bona ei præstiterat. Aliter potest dici, quòd Elisæus consueuerat à Deo recipere reuelationem dubiorum, quãdo aliqui veniebant ad quærendum ab eo prius, quàm deberet respondere: & quia nunc Elisæus vidit mulierem ad se venientem, & non indicabat ei Deus ad quid illa veniret, voluit, quòd iret illùc Giezi, & sciret ab ea ad quid veniebat, & nunciaret Elisęo, & sic posset quærere ipse à Domino priusquã illa aliquid diceret. Sic patet ĩ. cũ dixit Elisęus: aĩa eius in amaritudine est, & Dñs celauit me, & non indicauit mihi.

Quare dixit Sunamitis, quòd rectè agebatur apud filium suum, cum esset mortuus. Quęst. XXXVIII.

QVAERETVR vlterius, quare ista mulier dixit, quòd rectè agebatur apud eam, & apud virum suum, & filium suum: nam non rectè agebatur apud filium suum, cum mortuus esset. Et quomodo non erubuit dicere istud, cùm immediatè declaratura esset veritatem. Respondendum, quòd mulier ista sciebat consuetudinem Elisæi, scilicet, quòd non permitteret eam ad se accedere, sed responderet ei per nuncium: voluit ergo occultare intentionem suam, vt Elisæus nesciret quid responderet ei priusquam ipsa loqueretur ad eum. Nam si ipsa dixisset Giezi, quòd filius suus mortuus erat, antequam accederet ad Elisæum, dixisset Elisæus ad Giezi, quòd iret ad ponendum baculum suum super puerum, ut suscitaretur: & sic nõ permitteretur ipsa accedere ad Elisæum. Hoc autem sciebat mulier: nam dum Elisæus esset in domo sua, fecit eam vocari semel, & nõ locutus est ei per se, sed per Giezi, & iterum fecit eam vocari, & locutus est ei per se: & tamen non permisit quòd accederet iuxta se: sed fecit quòd staret in ostio domus: vt patet

F sup. in litera, & hoc faciebat mulier: quia si ipsa non accederet ad Elisæum, non putabat se consecuturã salutem filij. Quod patet: qa dato, quòd Elisæus mitteret Giezi cum baculo suo ad suscitandum puerũ: tamen nõ quieuit mulier, sed semper institit, vt iręt Elisæus illùc, & iuit.

An peccauerit dicendo, quòd rectè agebatur apud filium suum. Quæstio XXXIX.

QVAERETVR vlterius an mulier ista peccauerit, dicendò, quòd rectè agebatur apud filiũ suum, cum iam mortuus esset. Respondendum, ꝙ satis possumus concedere mulierem istam mentitã

G fuisse, & peccauisse: quia non erat tantę sanctitatis, vt eam oporteat in omnibus excusare. Aliter potest dici, quòd non mentita est ista mulier nec peccauit: quia dixit, quòd rectè agebatur apud filium suũ certissimè sperans suscitationem eius, & ideo mortem istam non reputabat, vt mortem, sed vt soporem. Sic enim Christus loquebatur de illis, qui mortui erant, & suscitandi erant per ipsum: sic patet Lucę. 8. de puella filia Archisynagogi, de qua dixit, nolite flere, non est mortua puella, sed dormit. Sic etiã quãdo Christus voluit suscitare Lazarum dixit Discipulis suis: Lazarus amicus noster dormit, sed vado, vt à somno eum excitem. Ioann. 11. & tamen iam mortuus erat, vt patet ibidem: non ergo mẽtita fuit ista

H mulier, dicens, quòd rectè agebatur apud filiũ suũ, vel quòd non erat mortuus. *Cunque venisset ad virum Dei in montem.* Sed quia respondit mulier, quòd rectè agebatur apud se, & virum suum, & filium suum, nesciuit Elisæus quid quærebat: ideo permisit eam accedere ad se, & dicitur, quòd venit in montem, scilicet, ascendit ad cacumen Carmeli, vbi erat Elisæus: *Apprehendit pedes eius*, idest, proiecit se in terrã ad pedes eius, quasi misericordiam petens in aliqua calamitate, vt sic suaderet Elisæo facere, quod ipsa petebat: nam tunc corda generosa naturaliter maximè persuaderentur, quando illi, qui aliquid petunt, maximè se humiliant. Non poterat autem esse maior humiliatio, quàm quòd mulier proieceret se ad pe-

I des Elisæi. *Et accessit Giezi, vt amoueret eam.* Iste erat semper cum Elisæo, & ministrabat ei.

Quare Giezi amouit mulierem istam à pedibus Elisęi. Quæstio XL.

QVAERETVR, quare Giezi amouit mulierem istam à pedibus Elisæi. Respondendum, quòd Elisæus cõsueuerat nullam fœminam permittere ad se accedere, ideo Giezi, qui erat minister Elisæi, illicò, vt vidit eam tenentem pedes Elisæi, iuit ad amouendum eam. Hoc autem faciebat Elisæ⁹ ad magnam religiositatem: quia religio cõsistit in quibusdam ceremonijs facientibus, & significantibus

K perfectionem: & sic est esse virum omnino abstractum à communicatione fœminarum: ideo abstrahebat se Elisæus ab omni modo communicationis earum, scilicet, à locutione, & tactu. De locutione patet supra: quia, quando vocauit hospitam suam non locutus est ei per se, sed per Giezi. De tactu patet: quia postea cum dicturus esset rem magnam, & miraculosam hospitæ suæ, fecit eam vocari, vt ipse per se loqueretur ei: & tamen tunc non permisit eã accedere iuxta se, sed stetit iuxta ostium cęnaculi Elisæi. Sic etiam erat consuetudo alijs prophetis, & viris religiosis inter Hæbræos, scilicet, quòd nõ permitterent ad se accedere fœminas. Vnde Symon Pharisæus, apud quem semel Christus discubuit, videns

Cõsuetudo erat lege viri apud viros religiosos vt nõ permitterent ad se fœminas accedere.

dens, ꝙ Maria Magdalena oscularetur pedes eius, & vngeret eos, miratus est quomodo ꝑmitteret eā ad se accedere: & dicebat intra se, hic si esset ꝓpheta, sciret vtique qualis esset mulier, quæ tangit eum, quia peccatrix est: Christus tñ erat tractabilior non seruās cœremonias abstractionis magnę à populo, quas seruabant prophetæ: sed ista seruabat valde B. Ioannes Baptista, qui fuit sibi contemporaneus vnde Christus dixit de illo: venit.n. Ioannes nec manducans nec bibens, & dicunt Dęmoniū habet: venit filius hominis manducans, & bibens, & dicunt: ecce homo vorax, & potator vini, & publicanorū, & peccatorū amicus. Vñ Pharisæi mirabant̄, & īcrepabāt eum, & discipulos suos dicentes: quare cum publicanis, & peccatoribus manducat magister vester? De primo Matth. 11. Deut. 2. Matth. 9. *Et ait homo Dei dimitte illam: anima enim eius in amaritudine est.* Scilicet, prohibuit Elisæus Giezi amouere illam de pedibus suis, quia illa erat in amaritudine magna, & consolabatur manendo ad pedes eius, ideo licet consuetudo Elisæi esset, ꝙ nulla fœmina tangeret pedes eius, tñ huic voluit ꝑmittere specialiter: tū q̄a hospita eius erat, & ministrauerat ei diligenter in oībus: vt patet supra; tum quia erat in amaritudine, & nolebat eam amplius affligere repellendo eā à se. Dixit aūt Elisæus, ꝙ aīa mulieris istius erat in amaritudine, nō ꝙ Deus sibi reuelauisset amaritudinē eius: nā dixit Dñs celauit à me, & non indicauit mihi, sed cognouit hoc Elisæus humanitus. s. q̄a vidit eā ad pedes suos, quasi petentē misericordiā, licet nihil loqueretur, & tñ tanta humiliatio nō fieret sine magna aduersitate: *Et Dominus celauit à me, & non indicauit mihi,* Idest, non fecit Deus hac vice, sicut solet: quia aliàs solebat indicare Elisæo ea, q̃ quærebant̄ ab eo antequam quærerentur, vel tunc quando quærebātur: & tamen nunc erat mulier coram eo ad petendum aliquid, & ipse nesciebat quid vellet.

Quare Elisæus dixit, quòd Dominus celauerat ab eo, quid vellet Sunamitis. Quæst. XLI.

QVAERETVR, quomodo Elisæus dixit, ꝙ Dominus celauerat ab eo, vel non indicauerat ei; nam non videbat̄ celasse rē istā, cū ipse nondum quæsiuisset sup illa à Dño: & quare ista res celata est. Rñdēdum, ꝙ Deus solebat Elisæo reuelare res illas, de quibus qō fieri sibi deberet, antequā esset tps rñdendi: & sic non oportebat, ꝙ Elisæus ꝯsuleret Dominum super rebus illis, quæ ab ipso quærebantur, quia anteq̃ ipse consuleret Deus rñdebat: nunc aūt Deus non declarabat ei, quid istam mulier vellet, iō dicebat rē sibi celatā esse, quasi istud esset præter cōsuetudinē reuelationū, quæ solebāt ei fieri: sic patet supra in litera: nam dum Giezi diceret ad Elisæum non habet filiū, & vir eius senex est: reuelauit Deus Elisæo, ꝙ mulier illa cōceptura esset, & illico rñdit, ꝙ vocaretur, & dixit ei, ꝙ conciperet. Sciendū tñ, ꝙ Deus aliquando reuelabat Elisæo illa, quæ rñsurus erat quærētibus prius quā illi quærerent, vel tūc qñ actualiter quærebant prius quā veniret tēpus respondendi ipsius: sic patet in sanatione aquarū Iericho supra 2. & in conceptu mulieris supra in litera: & in sanatione Naaman leprosi sequenti. c. & in denunciatione abundantiæ futurę, & mortis hoīs increduli infra 7. & in multis alijs: aliquādo aūt Deus non reuelabat prius quā quæreretur, sed oportebat, ꝙ Elisæus consuleret ipsum super hoc. Sic fuit, quādo tres reges petiuerunt respōsum ab Elisæo super defectu aquarum: nam non rñdit illico, sed cum caneret citharista facta est super eum manus Domi-

De differentia reuelationū q̃ fiebant Apostolis, & que fiebant ꝓphetis.

A ni, & rñdit præcedenti c. Sic ēt fuit nunc: nam non reuelauit ei quid vellet mulier quousque ipsa exposuit. Ratio huius erat, quia Deus noluit ęquare prophetas, & viros sanctos veteris testamenti Apostolis, qui fuerunt principes noui testamenti, sed Apostoli habuerunt hoc ex priuilegio, ꝙ quandocunq; aliquis quæreret ab eis rñsum, Deus reuelabat eis quid deberent respondere priusquam veniret tempus respondendi: & sic non videbantur nouiter adiscere id quod dicturi erant, sed scire ante hoc: & tamen nesciebant prius, sed tunc actualiter eis reuelabatur: vt patet Matth. 10. & Matth. 13. & Luc. 12. s. nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini, dabitur. n. vobis in illa hora q̄d loquamini. Et sic Apo-
B stoli nunquam debebant cōsulere dñm sup aliquo, sed priusquam ipsi consulerent Deus respondebat. Et nō solum accidebat hoc in eis, sed etiam erat positum eis ex præcepto ne cogitarent quid deberent respondere, aut prædicare, quia spiritus sanctus locuturus erat per eos, quandocunque opus esset responsione: si ergo ipsi vellēt studere qualiter responderent peccaret mortaliter propter duo. Primò, quia agerent contra præceptum Christi, qui dixit nolite cogitare, quomodo aut quid respondeatis. Secundò, quia incurrerent in magnā diffidentiam, quia Christus promittebat eis, ꝙ quādocunq; opus esset, vt responderent Spiritus sanctus loqueretur ꝑ eos, ipsis nihil considerantibus, ꝙ ergo ipsi uellēt stu-
C dere ad respondendū, erat non credere, ꝙ Spiritus sanctus locuturus esset per eos quando oporteret, vel ꝙ vellent ad maiorem cautelam etiam ipsi studere tanquā responsio illa firmior esset, quæ præcederet à Spiritu sancto, cū humano studio, quā illa quæ procederet à Spiritu sancto sine humano studio: sed primū istorum est magna diffidentia de veritate promissionis Dei. Secundum est magna insipientia, quia super opera Dei ratio hoīs non potest adere aliquid perfectionis: vnde non sunt magis ꝑfecta opera Dei absolutè, q̃ si addatur eis perfectio, quæ potest causari per actum humanū: sicut infinito nihil est maius, & vnū infinitū non est maius alio infinito: & iō si Spiritus sanctus dictauerit respōsio-
D nē ad aliq̄d dubium in corde alicuius hoīs imperiti oēs periti volentes respōsionē illā vigorare nō poterunt eam firmiorē reddere, q̃ sit. ideo nullus Apostolorum cogitabat aliquando quid deberet prædicare, vel respondere: sed cùm esset in loco prædicādi, vel respondendi Spiritus mouebat linguā eius, & loquebatur quod oportebat: & sic fuerūt in hoc omnes Apostoli excellentiores excellentissimis ꝓphetarum. Nam nullus illorū fuit, qui non egeret aliquando à Deo petere responsum eius, de quo dubitabat. de Moyse patet. Nume. 7. & 27. & 36. & tamen illi fuit excellentissimus prophetarū: quia non surrexit maior eo in toto Israel, vt patet Deuter. vlti. De Ieremia patet Ierem 42. De Daniele patet
E Danielis octauo, & 10. De Elisæo patet hic, & sic de omnibus alijs.

Excellentia Apostolorum ad ꝓphetas.

Quare Sunamitis proiecit se ad pedes nihil petens. Quæstio XLII.

QVAERETVR, quare mulier ista mox, vt proiecit se ad pedes Elisęi non petiuit id q̄d intendebat, sed tacens iacebat. Rñdendum, ꝙ ista mulier cognoscebat conditionem Elisæi. s. ꝙ Deus reuelabat ei res antequā quærerent̄ ab eo. Sic. n. fuerat qñ ipse dixit mulieri, ꝙ conciperet: & tñ nullus adhuc quæsiuerat ab Eliseo super re hac supra in litera: iō nunc expectabat mulier, ꝙ Elisæus rñderet ad id, q̄d

ipsa intedebat, ipsa nihil loquēte, & expectauit credens, ꝙ Elisæus hoc sciret. Postquam verò vidit, ꝙ Elisæus nesciebat, quia Deus occultauerat ei istud, quæsiuit ꝓponens, qđ intendebat de morte filij sui. Hoc patet, qa illico, vt dixit Elisæus: aīa eius in amaritudine est, & dńs celauit à me, nec indicauit mihi, proposuit mulier de morte filij sui, quæ dixit illi: *Nunquid petiui filium à Domino meo?* Idest, nunquid ego petiui filiū à te, qui es Dńs meus? q.d. si ego orassem, ꝙ dedisses mihi filiū, & ad importunitatē meam dedisses filiū, gratiā mihi faciebas, qualencunque filiū dares: sed ego non petiui, & tu dixisti mihi, ꝙ haberem filiū: ego aūt rńdi, ne esset filius cito periturus, & nunc perijt: ideo vide quomodo ego illusa sum, quia non petiui à te filiū cito moriturū, sed magno tp̄e duraturū: *Nunquid non dixi tibi, ne illudas me?* q. d. ego dixi tibi, ꝙ nolebā filiū cito moriturum: cur ergo dedisti mihi filiū, qui tam breui tp̄e vixit? Illusisti me in hoc. Mulier ista loquebatur contra Elisęum tanquā in ptāte eius fuisset dare filium cito moriturum, vel magno tēpore duraturum, & quasi, ꝙ culpa eius fuerit, ꝙ puer iste tam cito mortuus est.

An ista mulier dixerit Elisæo, quòd non daret sibi filium cito moriturum antequam conciperet. Quæst. XLIII.

QVAERETVR, qūo mulier ista dixit Elisæo antequā conciperet, ne daret ei filiū cito moriturum: cū hoc nō appareat ex litera. Et si dixit, quare hoc dixit. Aliquis dicet, ꝙ mulier ista non dixit hoc: qa qñ Elisæus dixit ei, ꝙ ꝯciperet, dixit mulier: Noli, quæso, Dñe mi, mentiri ancillæ tuæ, & nihil aliud dixit. Dicendū, ꝙ pōt teneri, ꝙ mulier ista dixerit, vel ꝙ non dixerit. Dicendo, ꝙ dixit, pōt stare dupliciter: vno modo, ꝙ dixit, & tñ ꝙ non exprimatur sup in verbis eius: sed solū, ꝙ non mentiret non seruando ꝓmissionē. Vel pōt dici, ꝙ dixit expresse istud in verbis præcedentibus Nam cū supra dr̄, Domine mi, noli mentiri, intelligit, Dñe mi, noli mihi dare filiū cito moriturū: & hoc, quia dictio posita in Hebræo, vbi nos dicimus, mentiri, significat deficere: vt ibi declaratū est. Et est sensus: noli deficere. i. noli dare mihi filium cito defectibilem. Et isto modo tenendo dicendū, ꝙ mulier petiuit filiū non defectibilem ꝑꝑ duo. Primo, quia credidit, ꝙ filius ille cum daretur sibi miraculosè, & non naturaliter, non maneret longo tp̄e, sed cito deficeret, vtpotè, si daretur solū ad hoc, ꝙ verificaretur ꝓmissio Elisęi. Et ad hoc sufficiebat, ꝙ viueret modico tp̄e. Secundum fuit, quia qñ hoīes naturaliter filios gignunt, nō est in potestate eorū, ꝙ filij sint modicū, vel multū duraturi, & ꝙ petant eos longè duraturos, non prodest: quia ꝑꝑ hoc non sic eueniet. Nūc autē mulier ista acceptura erat filium à Deo, & sicut Deus supernaturaliter dabat ei filiū, ita poterat dare filiū magno tp̄e duraturū, iō credidit, ꝙ multū ꝓficeret petere filiū non cito moriturū, quia ad preces eius poterat hoc orare Elisæus, & Deus hoc concederet. Si aūt dicamus, ꝙ nō dixit ista mulier, ꝙ daretur ei filius non cito moriturus: dicet̄, ꝙ ipsa sentiebat se nunc illusam, quia datus fuerat ei filius, qui in breui mortuus est. & poterit dicere, ꝙ ipsa dixerat Elisæo: ne illudas me, vel: non des mihi filiū cito moriturū: q̄q̄ nō dixisset hoc, nec in verbis suis hoc intellexisset: sed solùm dixisset: noli mentiri in quo intelligebat, ꝙ Elisæus non mentiretur. s. si non daretur ei filius, sicut ipse dicebat: quia dari filiū cito moriturū, & non dari filiū sunt ęqualia, cū nihil, & inutile ęquiparentur: & si non datus fuisset filius isti mulieri Elisæus mētiretur, & ipsa posset dicere se illusam,

F ita nūc cum datus fuisset filius ei, qui cito mortuus est, poterat dicere: Elisæum mentitū fuisse, & se esse delusam, ac si nullus filius ei datus fuisset: & fortè in hoc sensu locuta est: Et hoc conuenit magis lr̄æ nostræ, quæ non hēt, deficere, sed mentiri: lr̄æ aūt Hebraicę satis poterit ꝯuenire sensus supra assignatus. *Et ille ait ad Giezi:* sciuit iam Elisæus mortē pueri, & confisus de suscitatione eius, misit illūc Giezi: *Accinge lumbos tuos,* Idest, para te ad iter. Accingere lumbos significat quandā dispōnē ad ambulandū: & iste modus loquendi est Hebraicus Sic ēt dixit Christus sint lumbi vestri p̄cincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris, & vos similes hoībus expectātibus Dominum suū: & sic ꝑ hoc significabat quandā apparaG tionē. Hoc aūt erat, quia fortè Hebræi vtebātur vestibus longis vsq; ad pedes, & illę erant laxę. s. nō ligatæ cingulo in parte superiori, & sic valde impedirent ad ambulandū ꝑcutiendo crura, & cito fatigādo: iō ad hoc, ꝙ aliquis ambularet expeditè oportebat, ꝙ eleuaret vestes à terra, & p̄cingeret eas in lumbis, vt non laxæ fluerent, & impedirent ambulantē: Sic patet præcedēti lib. c. 18 de Elia. s. Et manus Dñi facta est sup Eliā, & accinctis lumbis, currebat ante Achab: ita nunc facere debebat Giezi, vt velociter iret: *Et tolle baculum meum in manu tua, & vade.* Iste erat baculus, quē gerebat Elisæus in manu, & cum eo cōsuetus erat facere miracula, ideo dedit eū Giezi, vt poneret super puerum mortuū, & illico suscitaret. *Si occurrerit tibi homo, non salutes eum.* Iussit ei velociter ire, & ꝙ nullū salutaret in itinere, qa sic moraretur loquendo, & non cito veniret ad suscitandū puerū, sicut volebat Elisæus: *Et si salutauerit te quispiam non respōdeas illi.* Scilicet, quia etiā impediretur sic cito ire si deberet rńdere oībus salutātibus eū in itinere. Sic enim dixit Christus discipulis suis, ꝙ neminē in via salutarent Lu. 10. & Matth. 10. *Et pones baculum meum super faciem pueri.* s. cùm posueris, resurget à mortuis. Hoc dicebat Elisæus confidens, ꝙ resurgeret: quia fortè iam ipse alia miracula fecerat cum baculo illo, & tñ Deus nō reuelauerat ei hoc, quia si reuelauisset sic, venisset, & tamen non sic factum est.

Accingere lūbos quid sit, quare isto mō loquēdi vtitur sacra scriptura.

H

I *Quare Elisæus iussit Giezi tam velociter ire ad suscitandum puerum. Quæst. XLIIII.*

QVAERETVR, quare Elisæus tam velociter iubebat ire Giezi ad suscitandū puerū, s. ꝙ pręcingeret lumbos suos, & curreret. Rńdendū, ꝙ hoc fuit ꝑꝑ tria. Primò ad satisfaciendū cito desiderio mulieris: quia ipsa cū magna instantia petebat suscitationē filij, & Elisæus videbat, ꝙ quāto citius suscitaretur, tāto maius bñficiū videbatur impēdere mulieri, quia qui cito dat, bis dat, & non confudit faciē petētis cogēdo eū sæpè petere. Secundū erat ad tollendū scandalū. Erat aūt scandalū in duobus: primò, quia si dilataret̄ ista suscitatio pueri, oportebat, ꝙ pater cognosceret mortē eius priusquā suscitareK tur: & sic plangeret pro eo tanq̄ pro mortuo irreuocabiliter, & affligeretur nimis de morte eius, cū esset vnigenitus. Etiam desperaret de resurrectione, & ista infidelitas fortè noceret ad suscitationem. Secundum scandalum erat de longa absentia mulieris: quia ipsa volebat expectare vsquequo suscitaretur puer: quia aliàs si rediret in domū, & nō illico suscitaret̄ puer, cognosceret vir eius mortē pueri antequā suscitaretur, & sic redirent inconueniētia supra assignata. Si autem nō iret, & moraretur diu expectans suscitationem filij, suspicaretur malum vir ꝑꝑ absentiam diuturnam mulieris: cū ipsa dixisset: excurram vsque a virum Dei, & reuertar. i. cito ibo ad illum, & reuertar illico. Tertia causa erat: quia si Giezi

Giezi iret tardus per viam haberet occasionẽ loquẽdi de miraculo, qđ ibat ad faciendũ eis, quos inueniret in via: & ꝑ hoc forte impediret miraculũ fieri.

Mulier ista quare volebat Elisæum ire cum tanta festinantia ad suscitandum puerum. Quæst. XLV.

QVAERETVR vlterius, quare mulier volebat cũ tanta festinantia, ꝙ iret Elisæus ad suscitandũ puerũ. Rñdendũ, ꝙ illa volebat hoc pp duas causas primas, pp quas volebat Elisæus. s. quia ipsa nimis hoc desiderabat, ideo volebat cito fieri. Secũda ne vir suus cognosceret mortem pueri, antequã suscitarẽtur, ne sequerẽtur inconuenientia supra assignata. Tertia causa erat ex quadam ignorantia veritatis: nam isti simplices antiqui putabant difficilius esse aliquem suscitari quanto à pluribus diebus mortuus erat, & ꝙ si recenter esset mortuus suscitari eũ illico, non erat valde magnæ difficultatis. Hoc apparet in suscitatione Lazari, qui iã mortuus erat à quatuor dieb⁹, & dixit Martha ad Christũ, ꝙ si ipse venisset priusquam moreretur Lazarus, fecisset, ꝙ non moreretur, & tamen iam, ꝙ non curaret dicẽs: Dñe iam fetet, quatriduanus. n. est. q. d. iam non cures de eo, quia non potest suscitari, cùm fetcat, & à quatuor diebus mortuus sit, & Christus tunc increpuit incredulitatem eius, dicens: nonne dixi tibi: qm̃ si credideris, videbis gloriã Dei? Io. 11. Sic etiam putabant Iudæi, ꝙ poterat Christus miraculosè sanare subitò aliquem ab infirmitate solo verbo, & tamen si mortuus esset, nõ poterat eũ suscitare. Sic patet Luc. 8. de filia archisynagogi mortua. Nã priusq̃ moreretur iuit pater eius ad Christum orans, ꝙ veniret, & sanaret eam, & dum iret ad vocandũ Christum, mortua est puella, & cũ iam veniret Christus, venit quidã ad archisynagogũ, dicens: mortua est filia tua, noli vexare magistrũ. q. d. superfluum est, ꝙ facias eũ venire, iam cũ puella mortua sit: sed fuisset vtile, si venisset priusquã moreretur: ita ista mulier suspicabatur impediri suscitationẽ, & fieri difficiliorem quãto à maiori tpe esset aliquis mortuus: ideo volebat, ꝙ cito iret Elisæus, priusquam fieret difficile filium suum suscitari. Istud tamen, qđ antiqui credebant, est quædam fatuitas, quia non est difficilius suscitare aliquem mortuum à mille annis, q̃ eum, qui mortuus est nunc. Nec est difficilius suscitare aliquem à morte, q̃ solo verbo sanare languentes. Et apparet hoc, quia suscitare mortuum quandocunq; suscitetur, non potest fieri sine miraculo, sed quodcunque miraculum etiam si minimũ sit, quod dari potest, exigit potentiam infinitam, & minor illa quantacunque sit non sufficiet. Miraculum autem maximum, quod dari põt, non exigit maiorem potentiam, q̃ infinitam: ideo ęqualis potentiæ est facere minimum miraculum, & maximum miraculũ. Idẽ patet de sanatione languentiũ solo verbo: nam Christus non sanabat egros sicut medicus, sed solo verbo, dicendo: surge, & ambula: sicut dixit Paralitico: tolle grabatũ tuũ, & ambula. Io 5. & tamen sanare solo verbo est sanare miraculosè: quia verba non habẽt naturaliter efficaciã aliquã ad causandam sanitatẽ, & tñ miraculũ vnum exigit potẽtiam ęqualem cum quolibet alio: ideo non est maius suscitare mortuum à mille annis, quàm sanare aliquem à lãguore, saltẽ leuissimo solo verbo. Istud non intelligebant Iudæi, quia erant rudes, iõ concedebant vnum miraculũ fieri posse, & non aliud, qđ est magna insania. Et de hoc increpabat eos Christus probans oĩa miracula esse ęqualia. Nam quando Christus dixit Paralitico: dimittunẽ tibi peccata

Iudæi putabant difficilius esse aliquẽ suscitari, quanto à pluribus diebus mortuus erat.

A tua: mirati sunt Pharisæi, & scribæ dicentes: quid iste sic loquitur? blasphemat: quis põt dimittere peccata, nisi solus Deus? & tñ concedebant isti, ꝙ Christus posset dicere ei: surge, & ambula, & illico ambularet: quia iam similia viderant cũ facientẽ: Christus autem irrisit eos, dicẽs: quid ista cogitatis in cordibus vestris? qd est facilius, dicere Paralitico: dimittuntur tibi peccata tua, aut dicere: surge, & tolle grabatum tuum, & ambula? q. d. non est vnum difficilius alio, sed ambo sunt oĩno ęqualia, & iõ qui põt vnum põt aliud: & si Deus solus põt dimittere peccata, solus Deus põt dicere Paralitico: surge, & ambula, & sic probauit se Christus potestatem habere dimittẽdi peccata. s. quia sanabat Paraliticum, vnde

B ait: Vt aũt sciatis, quia potestatẽ habet filius hominis in terra dimittendi peccata, ait Paralitico: tibi dico, surge, tolle grabatum tuum, & vade in domũ tuam. Matth. 9. & Mar. 2. & Luc. 5. & sic ꝓbauit Christus vnum per aliud: erat aũt ista probatio naturalis: quia quandocunque aliqua sunt ęqualia, & conuertibilia, necesse est, ꝙ qui potest vnũ, possit aliud: sed omnia miracula sunt ęqualia quantum ad potestatẽ faciendi: quia nullum exigit maiorem potẽtiam, q̃ infinitam, & ad nullum sufficit maior potẽtia, q̃ infinita: ergo quicunque potest vnum miraculum facere, potest reliqua. Quia tñ credebãt Hebręi insipientes illud, volebat mulier ista, ꝙ acceleraret filij sui suscitatio. Si autem naturaliter fieri posset

C suscitatio mortuorum, & ẽt per solum verbũ ęgritudines naturaliter sanarentur, facilius esset suscitare hominem nunc mortuum, q̃ mortuum à viginti annis, eo ꝙ partes corporis illius iam transierunt in alteram naturam longè distantem à natura corporis humani, qđ non est in recenter mortuo. & ideo Dæmones, qui naturaliter operantur, possunt loqui per corpora mortuorum, adhibito sanguine, & quibusdam lotionibus, si sint cadauera recentia, sicut faciunt necromantici: & tamen si sint cadauera multorum dierum, non poterunt Dæmones loqui per organa illorum, q̃q̃ adhibeatur sanguis, & aliæ cęremonię: quia organa iam corrupta sunt. Sic ẽt dicendũ, ꝙ si sanarentur ęgritudines naturaliter

D solo verbo, facilius esset aliquem sanare ab ęgritudine, q̃ mortuũ suscitare: qa distantius est ab esse, & bona habitudine humana mortuum esse, q̃ languere.

Oĩa miracula sunt æqualia ex parte Dei.

Quõ necromantici loquuntur ꝑ cadauera mortuorũ Dęmonis arte.

Quare Elisæus dixit Giezi, quòd neminem salutaret per viam eundo ad suscitandum puerum. Quæst. XLVI.

QVAERETVR vlteri⁹, quare dixit Elisęus Giezi, ꝙ nullũ salutaret in via, & si aliquis salutaret eum, nõ rñderet. Dicendum, ꝙ hoc fecit ꝓpter duo: primũ erat ad velociter suscitandũ puerũ, quia si Giezi in via deberet salutare quos inueniret, vel rñderet salutantibus, interciderent aliqua verba, ad quæ deberet rñdere Giezi, & sic moraretur eundo: & hoc nolebat Elisęus pp causas supra assignatas in quadã qõne. Secundũ erat, quia Elisæus volebat, ꝙ ista suscitatio pueri fieret secretè valde, vt nulli innotesceret anteq̃ fieret: vt ẽt non cognosceret pater

E pueri mortẽ eius, qđ euitabat Elisæus. Et si Giezi deberet loqui eis, quos in via reperiret, fortè quæreret ab eo ad qđ ibat, maximè cũ iam cognosceretur, ꝙ erat minister Elisęi: & qui viderent eũ velociter currere, putarent, ꝙ Elisæus mittebat eum ad aliquod negociũ, desiderarẽt scire illud, & quærerent, & fortè Giezi rñderet eis, ꝙ ibat ad suscitandum vnum mortuum mandato Elisæi: ideo, vt non haberet occasionem dicẽdi illud, iussit, ꝙ nulli loquereẽ in via. Sic. n. Christus dixit discipulis suis, ꝙ euntes per viã neminem salutarẽt. Luc. 10. Sciẽdũ aũt, ꝙ istud val.

Secretum est semper seruandũ sub pœna pẽti mortalis exemplo Elisęi q. 50.

de conueniens erat quantũ ad vnã partẽ. s. ꝙ Giezi nullũ in via salutaret: quia per hoc dabatur cã seruandi in secreto id, quod ibat ad faciendum: & etiã nullũ offendebat in hoc, quia nõ facimus alicui iniuriam, si priores non salutauerimus eũ. Quòd tamẽ Giezi non rñderet salutãdo salutãtes se in via, erat durũ: quia videbatur eos in hoc grauare. Nã ex cõi consuetudine inter hoĩes introductũ est maxime inter notos, ꝙ cũ quis alium salutat, si ipse nõ respõdeat resalutando, putetur esse hostis eius, vel cõtẽnere eum oĩno: & ob hoc, q̃q̃ Christus vetuit discipulis suis salutare aliquos in via: tñ non vetuit respondere, si quis eos salutaret: Elisæus vero vtrunq; ꝓhibuit. Ratio aũt diuersitatis inter mandatũ Elisæi, & Christi fuit, quia Christus vetuit salutare quẽquam in via discipulis suis: quia qui in via salutat ex occasione salutat, & nõ ex desiderio salutis illius, ad quẽ loquitur: vt ait Greg. exponens verba ista in Homilia ad fontes Lateranenses. Christus aũt volebat, ꝙ neminem ex occasione diligeremus, sed secũdũ veritatẽ. Quòd aũt aliquis rñdeat salutanti se non est ex occasione, sed ex debito: quia ex cõi consuetudine vr̃ quilibet teneri ad resalutandũ salutantẽ se: iõ hoc non prohibuit. Elisęus aũt vetuit vtrunq; Giezi: quia istud erat, vt non haberet occasionẽ declarandi id, qđ ibat ad faciendũ, vel detinendi se in via: & tñ si rñderet querẽtibus ita moraretur, sicut si ipse salutaret prius, & ita haberet occasionem ad reuelandum id, ꝙ ibat ad faciendũ: ideo neutrum facere debuit, scilicet, nec salutare, nec respondere.

Cur Christus vetuit discipulis salutare aliquos in via, nõ tñ vetuit rñdere si aliquis eos salutaret.

Quare iussit Elisæus Giezi, quòd portaret baculum suum. Quæstio XLVII.

QVAERETVR, vlterius quare iussit Elisęus Giezi, ꝙ portaret baculũ suum ad suscitandum puerum, & poneret super faciem eius. Respondẽdum, ꝙ q̃q̃ Deus faceret miracula per viros sanctos & prophetas ex meritis ipsorum, & tamen illa miracula fiebant, vt cõmuniter ꝑ quædam instrumenta. Sic.n. Moyses fecit oĩa signa corã Pharaone per virgam pastoralem, q̃ in manu habebat, & hoc Deus iussit ei: vt patet Exo. 4. & 7. fecit ẽt postea miracula in virga illa percutiendo petram, vt daret aquas, & Deus iussit, ꝙ cũ illa virga percuteret Exo. 17. & sic illa erat sibi instrumentum ad omnia miracula. Sic etiam Elias faciebat miracula cum pallio suo: nam quando voluit transire Iordanem, ipse, & Elisęus ꝑcussit aquas pallio, & diuisæ sunt: supra 2. Sic igitur Elisęo datum est, ꝙ faceret miracula cũ baculo suo, & credendum est, ꝙ ante hoc aliqua miracula fecisset cum baculo illo, licet non scripta sint: & sic putauit nunc futurum esse, scilicet, ꝙ Giezi ponente baculum super faciem pueri mortui, suscitaretur.

Elisæus misit Giezi ad suscitandum puerum cum ipse iturus esset. Quæst. XLVIII.

QVAERETVR vlterius, quare Elisæus misit Giezi cum baculo ad suscitandum puerum, cum ipse iturus esset ad suscitandũ eum. Aliquis dicet, ꝙ Elisęus putauit, ꝙ posito baculo suo super faciem pueri illico suscitaretur, & ad hoc misit Giezi, quia tamen ille non potuit suscitare eum, iuit illùc Elisæus. Sed dicendũ, ꝙ hoc nõ stat: qa priusq̃ Giezi rediret, & nunciaret puerum non fuisse suscitatum, ibat Elisæus ad suscitandum eum: nam dicitur infra: reuersusque est in occursum eius. i. Giezi, quãdo reuertebatur ad Elisæum, occurrit ei iam venienti apud ciuitatem. Dicendũ ergo, ꝙ Elisæus à

F principio misit Giezi, cũ baculo suo putans, ꝙ sic suscitaretur puer: & non intendebat ipse illùc ire: nisi forte rediret Giezi, & diceret non esse puerum suscitatũ: & tñ cũ iuisset Giezi mulier non confidens, ꝙ per eũ suscitaretur puer, institit valdè, ꝙ iret illùc Elisæus, & ipse victus importunitate illius iuit ad suscitandũ eum non expectato, ꝙ Giezi rediret denũcians, an suscitatus fuisset puer, vel non: & tamen si Elisæus à principio disposuisset illùc ire, non misisset Giezi cum baculo suo.

Quare misit Elisæus baculum, & non pallium, cum ipse consuetus esset facere miracula cum pallio. Quęst. XLIX.

G QVAERETVR vlterius, quare misit Elisæus baculũ suum ad suscitandũ puerũ, & nõ misit pallium: quia ipse non solebat facere miracula, cũ baculo, sed cũ pallio. Patet hoc, qa supra 2. cum transiturus esset Iordanẽ percussit aquas pallio suo, & diuisæ sunt, atq; transiuit. Rñdendũ, ꝙ non dedit Elisæus pallium ꝑ duo. Primò, quia fortè iam nõ faciebat miracula cum pallio, sed cum baculo. Et cũ dr̃, ꝙ diuisit aquas pallio, dicendũ, ꝙ istud fuit ad experientiam prophetiæ. Nam ipse petiuerat spiritum Eliæ duplicem, vt succederet loco Eliæ; & datum est ei palliũ Eliæ, qñ ipse raptus est: vt ergo experiretur Elisæus, an ipse successisset in spiritu Eliæ
H percussit aquas pallio Eliæ. Et patet hoc magis: nã cum in prima vice aquæ percussæ non diuiderẽtur, dixit Elisæus, vbi est nunc Deus Eliæ? supra 2. q. d. ꝙ ipse agebat illud loco Eliæ: ideo cõuenientius erat, ꝙ vteretur pallio Eliæ ad experientiã istam tunc, q̃ alio instr̃o. Postea aũt fortè datũ est ei aliud instr̃m, quo miracula ageret, & non pallium Eliæ: quia iam non faciebat miracula ad experientiã, an esset spiritus Eliæ in eo, sed ex officio suo. Secunda cã fuit, quia vtebatur Elisęus pallio Eliæ pro operimento, & si nũc dedisset illud Giezi ad suscitandum puerũ, maneret ipse nudatus, & non se haberet honestè, iõ ꝑdedit ei baculum, quia ẽt erat baculus res sua, & ꝓpter meritum suum suscitaretur puer, siue poneretur super eũ baculus, siue pallium. *Porro mater pueri*
I *ait: viuit Dominus, & viuit anima tua: non dimittam te.* s. quãquam Elisæus misisset Giezi ad suscitandũ puerum, non contenta fuit mater: quia fortè non credidit, ꝙ per eum suscitaretur: ideo institit, ꝙ Elisæus illùc iret, & dixit: viuit Dominus, & viuit anima tua. i. iuro per vitam Dei, & per vitam tuam, ꝙ non dimittã te. Dixit hoc mulier ex magna familiaritate, quã habebat ad Elisæũ, credens, ꝙ ipse nõ respueret preces eius: quia aliàs stultũ erat dicere: non dimittam te, si fortè Elisæus nolebat illùc ire: *Surrexit ergo, & secutus est eam:* Noluit Elisæus contristare mulierem istam: quia multa bona præstiterat ei deuotè ministrando, & diligenter: vt patet supra: ideo, q̃q̃ nõ putaret esse necessarium, ꝙ ipse iret, postq̃ miserat Gie
K zi: tamen vt non contristaret eam, iuit illùc. *Giezi autem præcesserat eos, & posuerat baculum super faciem pueri:* Miserat eum Elisæus ante se, & quia iuerat velociter: accessit ipse ad puerum mortuum, & posuerat baculum super faciem eius, & non suscitatus est: & ideo reuertebatur iam ad Elisæum, & reperit eum in itinere veniente ad vrbem: *Et non erat ei vox, nec sensus.* s. non suscitatus est, & ponuntur sensus, & vox, quia ista sunt signa viuẽtiũ, & ponuntur ambo, quia vnũ sine altero põt esse signũ vitę. s. sensus sine voce, sicut in valde debilibus, & in patientibus quasdam ęgritudines, quæ impediunt locutionem: nã est in eis sensus, & non vox: *Reuersusque est in occursum eius.* s. reuertabatur Giezi ad montem Carmeli

meli, vbi reliquerat Elisæum, & non putabat, ꝙ eū reperiret, in via, sed accidit, ꝙ ipse iam veniebat, & sic dicitur reuersus in occursum eius: *Et nunciauit ei dicens: non surrexit puer:* Quia adhoc miserat eum, & nunciauit, quod non factum fuerat.

Quare puer non est suscitatus per Giezi posito baculo super eū, & an hoc fuerit propter peccatum Giezi, vel propter peccatum mulieris. Quæst. L.

QVAERETVR, quare puer non suscitatus est cū positus fuit baculus Elisei ex mandato eius super faciē ipsius. Aliquis dicet, ꝙ istud fuit pp diffidentiam mulieris, quia mulier non credidit, ꝙ per Giezi posset suscitari puer ēt cum baculo Elisæi, sed ꝙ ipse Elisæus iret: ideo ipsa institit valde dicēs, viuit Dñs, & viuit aīa tua, ꝙ non dimittam te: fides tñ maxime operatur in miraculis, ideo non suscitatus est puer. Istud habet aliqualē colorē, & tñ non omnino stat: qa si mulier petiuisset, ꝙ iret illùc Giezi, & non haberet fidem firmā, ꝙ eunte illùc ipso, puer suscitaretur, poterat ex defectu fidei eius impediri miraculū: ipsa tñ non petijt, ꝙ iret illùc Giezi, sed Elisæus eū misit: iō diffidentia mulieris circa Giezi nō impediret opus. Hebræi, & Nicolaus dīt, ꝙ miraculū, impeditū est, qa iusserat Elisæus Giezi, ne aliquem salutaret in via, nec rñderet salutanti, & hoc, vt non sciret aliquis, quid ibat ad faciēdū: ipse verò denūciabat p viā oībus, ꝙ ibat ad suscitandū vnum mortuū, iō pp demerita eius non suscitatus est. Sed hoc non stat pp duo. Primo, quia non vř esse verū, qđ asserunt. s. ꝙ ille iret p viā dicendo oībus, ꝙ ibat ad suscitandū vnū mortuū, quia litera hoc nō desinat. Item non est verisimile, qa si Giezi locutus fuisset istud p viā transeuntibus, & pp demerita eius, nō fuisset puer suscitatus, Elisæus redarguisset nimis Giezi, & sciret hoc, q̄q̄ esset absens: sic. n. fuit qñ Giezi iuit ad petendū pecuniā à Naaman Syro, quē sanauerat Elisæus non videbat hoc: & tñ in spiritu, & postea increpuit durè ipsum Giezi, & fecit, qđ ipse haberet leprā Naaman, vt patet sequenti c. hic tamen non increpuit eū: & tñ erat magis increpādus: tum, quia fecisset ɔtra præceptū Elisæi, & non in petendo pecuniā à Naaman: tū quia istud magis repugnabat miraculo, q̄ petere pecuniā: qa ꝓpter istud impeditū est, vt ipsi volunt, & non pp petitionē pecuniæ. Cùm ergo non increpuerit eū nunc Elisęus, vř, ꝙ non dixit illud in via aliquibus, nec pp illū impeditū est miraculū. Secundū est, quia dato, ꝙ Giezi ɔtra præceptū Elisæi diceret oībus in via, ꝙ ibat ad suscitandū quendām mortuum: non impediretur suscitatio eius pp demerita Giezi, si Deus aliàs pp merita Elisæi dignabatur suscitare illū mortuū cū solo baculo eius, ipso nō præsente. Hoc patet in miraculis sanctorum noui testamenti: nā ipsi faciebant aliquādo miracula p infideles: sicut in vita beati Ioannis Euāgelistæ legitur, ꝙ datū est sibi venenū, & bibit, nec nocuit sibi: & datū est quibusdā iudicatis ad mortē, & illico mortui sunt & præses nolebat credere eis, quæ dicebant à Ioanne, nisi suscitaret illos extinctos veneno, & tunc Ioannes dedit tunicā suā illi præsidi, vt poneret sup mortuos, & suscitarentur, & illico factū est. cōstat tñ ꝙ ille præses erat infidelis, & ad habendā experientiā, an Ioannes verum loqueretur petiuit miraculum illud fieri, & per manus ipsiusmet factum est. Constat tñ, ꝙ nullum peccatum magis repugnat operationi miraculorū, q̄ diffidētia, cū dicat Christus. Matth. 21. & Luc. 17. ꝙ pp fidē miracula fiunt, & Iaco. 1. dř, ꝙ qui dubitat nullo modo. existimet, ꝙ recipiet à Deo id, ꝙ petit.

A Peccatum autē Giezi, sm, ꝙ isti volunt, non fuit infidelitas: sed solum, ꝙ publicauit miraculum, ad qđ faciendum mittebat contra præceptum Elisæi: magis ergo repugnaret suscitationi mortuorum, p venenum infidelitas præsidis, quàm peccatum Giezi ad suscitationem pueri, cum vterq; esset minister viri sancti: & tñ infidelitas præsidis non impediuit qn illico, vt ipse posuit tunicam B. Ioannis super mortuos suscitati fuerint: ergo à fortiori peccatū Giezi non poterat impedire suscitationē pueri, qui non erat suscitandus meritis eius, sed meritis Elisæi. Dicendum ergo, ꝙ non impedita fuit suscitatio ista ꝓpter infidelitatē mulieris, nec pp peccatū aliquod Giezi, sed quia Deus noluit tñ magnificare Elisæū: in q. 35. & 41.

B nam sicut supra declaratum est, ꝙ Deus reuelabat semper Apostolis id, quod dicturi erant, vel responsuri tunc quādo inquirebantur, & nō debebant ipsi præcogitare aliquid: & tñ prophetis veteris testamēti aliqñ Deus reuelabat ea, q̄ responsuri erant prius, q̄ ipsi inquirerent: & aliquando oportebat, ꝙ ipsi ɔsulerēt Dominū, & nō respondebat eis immediatè: hoc aūt, vt nō essent æquales principibus noui testamenti, s. Apostolis: ita in operatione miraculorū Deus volebat, ꝙ viri sancti veteris testī per seipsos facerent miracula: & tamen cum rebus eorū nullus posset facere miracula: quia iste erat quidā gradus magnæ sublimitatis. s. ꝙ non solùm ipsi per se facerent miracula, sed ēt alij loco illorū. Hunc autem gradum cōcessit Apostolis. s. quia non solū ipsi

C per se, sed etiam alij nomine eorum faciebant miracula, sicut in exemplo allegato de mortuis suscitatis per tunicam B. Ioannis, quā posuit super eos ex mandato eius quidā ifidelis, & sic est de multis alijs. Alium etiam maiorem gradum sublimitatis concessit Christus Apostolis. s. ꝙ non solum fierent miracula per eos ipsis attendentibus ad hoc: sed aliqñ ipsis nihil cogitantibus miracula fiebant per eos. Sic enim erat de beato Petro, quo transeunte per vicos ponebantur ægroti in grabatis, vt vmbra beati Petri transeuntis tangeret eos, & sic sanabantur, Act. 5. Nec valet, si quis obijciat, ꝙ ēt istud fuit in viris veteris testamenti: nam mortuo Elisæo sepelierunt

D quēdam hominem in sepulchro eius, & mox, vt tetigit ossa Elisæi reuixit homo, & stetit super pedes suos, inf. 13. Nam ibi fuit contactus ossium Elisæi, & tamen vmbra Petri, quæ nihil erat ipsius Petri, & ēt secundum veritatem non erat ens, cum esset priuatio, sanabat ęgrotos: multos ergo gradus eminentię Deus dedit Apostolis, & alijs viris noui testamenti, quos nō concessit patribus veteris testamenti: quia volebat istos esse maiores illis: & sic nunc fuit: quia vt non esset Elisæus æqualis beato Ioanni euangelistæ non concessit Deus, quòd Giezi, quem mittebat Elisæus cum baculo suo posset suscitare mortuum.

Sublimitas, & excellentia Apostolorum super ꝓphetas, & sanctos veteris testamēti in faciendo miracula.

Ingressus est ergo Elisęus domum. s. domum mulieris Sunamitis, vbi erat puer mortuus. *Et ecce puer mortuus iacebat in lectulo eius.* s. in lectulo Elisæi: quia mater sua posuerat eum in cęnaculo Elisæi super lectum eius

E propter causam supra assignatam in quadā quæstione. *Ingressusq; clausit ostium super se, & puerum.* s. ingressus est ī cęnaculum, vbi erat lectulus eius, & puer mortuus, & clausit ostium super se, & puerū. s. quia nō permisit quòd esset aliquis nisi ipse, & puer mortuꝰ: mater autem eius, & Giezi foris steterunt.

Elisæus ad suscitationem pueri quare clausit ostium. Quæstio LI.

QVAERETVR, quare Elius nunc clausit ostium ad suscitationē pueri. Aliquis dicet, ꝙ hoc

hoc fuit, vt occultaretur miraculū: nam sic sæpe iubebat ipse fieri miracula in secreto, vt quando dixit viduæ ꝙ clauderet ostium super se, & filios suos ad hoc, ꝙ multiplicaretur oleū per vasa supra in litera. Sed dicendū, ꝙ nō stat: quia iam mater pueri, & Giezi sciebāt, ꝙ Elisæus introibat ad faciendū istud miraculum, quia ad hoc venerat de monte Carmelo, ideo nō erat occultum, nec ꝑꝑ hoc volebat latere. Dicendum igitur, ꝙ hoc fecit Elisæus ꝑꝑ illa, quæ facturus erat in suscitatione pueri, nam incubiturus erat super eum ad calefaciendū membra eius, sed istud nō erat honestum, ꝙ ab aliquo videretur, ideo clausit super se. Sic ēt fuit qn̄ Elias suscitauit filium viduæ Sareptanæ portauit eū in camerā suam, & solus erat qn̄ suscitauit eum incubuitq; super eum in lecto, sicut nunc Elisæus super istum puerum præcedenti lib. c. 17. *Et orauit ad Dominum*. Orauit pro suscitatione eius, quia Deus nolebat facere tm̄ miraculū, nisi exoratus. *Et ascendit, & incubuit super puerum*. Scilicet, ascendit super lectulum, & incubuit super puerum mortuū incuruando se super eum. *Posuitq; os suum super os eius, & oculos suos super oculos eius, & manus suas super manus eius*. Posuit membra similia super similia, vt totum corpus Elisæi correspon deret toti corpori pueri, & sic totū corpus eius calefieret: *Et incuruauit se super eum*. Scilicet, extendit se super puerū eo modo, quo potuit, & quia membra Elisæi erant maiora membris pueri, necesse erat, ꝙ ad hoc, ꝙ singula membra essent super similia, vt caput super caput, & crura super crura, Eliseus esset incuruatus, in Hebreo dr̄: *Et extendit se super eum*. Litera tm̄ nostra significantius posuit dicēs, & incuruauit se, eo ꝙ nō poterat esse Elisæus extentus, sed incuruatus super puerum: *Et calefacta est caro pueri*, scilicet, cum caro Elisæi esset calida, & maneret diu incuruatus super puerū, licet caro sua esset frigida post mortem, necesse erat, ꝙ calefieret. *At ille reuersus semel deambulauit in domo semel hùc, & illùc*, scilicet, cum stetisset diu Elisæus super puerum, & calefacta carne eius, nō ap pareret aliquis motus vitalis in eo, vidit, ꝙ nō resurrexerat, & descendit de lectulo, & ambulauit ꝑ domum, scilicet, per cœnaculum semel huc, & illuc. i. aliquando declinabat ad vnam partem, & aliquando redibat ad aliam eundo, & redeundo sicut illi, q deambulant per domum ad faciēdum exercitium. *Et ascēdit, incubuit super eum*, istud fuit in secunda vice: nam bis orauit ꝓ suscitatione istius pueri, & bis incubuit super eum ad calefaciendum carnem eius. *Et oscitauit puer septies, aperuitque oculos*. In ista secunda vice suscitatus est puer, & in signū vitæ oscitauit, i. sternutauit, vel singultizauit septies, & aperuit oculos, sic viuens. *Et ille vocauit Giezi, & dixit ei: voca sunamitē hāc*. Postquam suscitatus est puer voluit eū tradere matri suæ. & ad hoc vocauit Giezi, vt vocaret matrem pueri: nā Giezi licet extra cœnaculum esset, erat tamen circa portam, vt quandocunque vocaret eum Elisæus, responderet. Mater aūt pueri recesserat inde ad aliā partem domus suę, & oportuit, ꝙ vocaret eā Giezi ad hoc, ꝙ veniret ꝓ filio: & vocauit eā nūc Elisæus Sunamitē, qa semꝑ consueuerat eā sic vocare, vt supra declaratū est: *quæ vocata ingressa est ad eum*, nūc ingressa fuit ista mulier in cœnaculū Elisæi, & non ingressa fuerat, qn̄ denunciauit ei Elisæus, ꝙ cōciperet istū puerum: nā tunc dr̄, ꝙ stetit ipsa ad ostiū cęnaculi supra in litera, nūc vero dr̄, ꝙ ingressa est ad eū. s. ad Elisæum, & hoc erat intra cęnaculum suum. *Qui ait: tolle filium tuum*. s. ecce iā viuit, tolle eū. *Venit illa, & corruit ad pedes eius, & adorauit super terram*. s. corruit ad pedes Elisęi ad honorandū eum, & adorauit Dn̄m, qui tm̄ bonū ei tribuerat, vel adorauit Eli

Suscitatio pueri per Elisæum.

F sæum adoratione duliæ, quæ conuenit hominibus. fecit aūt hoc mulier ꝑꝑ duo. Primo tanq̄ regratiando ꝓ maximo bn̄ficio, qa nō poterat ei maius bonū fieri, q̄ ꝙ filius suus suscitaret à morte. Secundo in signum magnę sanctitatis, qa nunc vere apparebat ꝙ Eliseus erat vir sanctus, cū potuisset suscitare puerum istum à morte. Sic. n. dixit mulier Sareptana ad Eliā, qn̄ suscitauit filiū eius. s. nunc in isto cognoui qm̄ vir Dei es tu, & verbum Dn̄i in ore tuo verū est. *Tulitque filium suum, & egressa est* s. accepit eū de ꝓsentia Elisæi, & egressa est de cœnaculo eius ad aliā partem domus suę gaudens cū filio suo iam viuēte.

G *Quare Eliseus incubuit super puerum, cum debuit suscitari. Quæstio. LII.*

QVAERETVR, ad qd Elisæus incubuit suꝑ istū puerū qn̄ debuit suscitari: Rn̄det Nicolaus, ꝙ hoc fecit ex desiderio suscitationis eius. Sed istud non vr̄ conuenire, quia aut incūbere suꝑ puerum conferebat aliquid ad suscitationē eius, aut non: si nihil ꝯferebat, videbatur stultum incūbere suꝑ eū ex desiderio suscitationis eius, quia ita posset comedere panē, vel extendere se super terrā ex desiderio suscitationis pueri. Si aūt aliquid conferebat, nō debebat dici, ꝙ faciebat ex desiderio suscitationis pueri, sed dēret exprimi cā particularis, in qua cōferret aliquid incūbere suꝑ puerū ad suscitandū eum. Dicendum ergo, ꝙ Elisæus incubuit suꝑ puerū ad calefaciendum eū: qđ patet, quia litera tangit hoc dicēs ꝙ posuit manus suas super manus pueri, & oculos suos suꝑ oculos eius, & īcuruauit se suꝑ eū, & calefacta est caro pueri: & tm̄ si non fuisset istud incumbere ad calefaciendū carnē pueri, frustra expressisset litera. ēt quia q̄q̄ puer nullū signum vitę ostenderet dum Elisæus incūbebat suꝑ ipsum, tm̄ semper manebat suꝑ eum quousq; calefacta est caro pueri: & cū calefacta esset, & non apparerēt aliqua signa vitę in eo, surrexit Elsęus, & ambulauit hinc, & inde ꝑ domū. Cā aūt, quare Elisæus volebat calefacere carnē pueri, fuit: qa Deus infusurus erat aīam corpori adhoc ꝙ reuiuisceret, & quia aīa nō pōt operari aliqd in corpore sine calore, qa est instr̄m eius in oīb⁹ operib⁹ suis volebat calefacere carnē pueri, vt anima à Deo reunita posset illico operari in corpore operationes vitales. Et si objiciat quare Eliseus volebat calefacere carnē pueri, quia Deus qui supernaturaliter aīam reuniebat corpori, concausaret calorē, ſm quem aīa posset operari. Dicendū, ꝙ Eliseus faciebat hoc ad imitationem Elię, quia Elias fuerat magister suus, ipse tm̄ qn̄ suscitauit filiū mulieris sareptanę: incubuit suꝑ eum & calefecit carnē eius, de causa aūt, quæ mouit Eliā primo ad incumbendū suꝑ puerū, vt suscitaret eū, cū nō didicisset hoc ab alio, declaratū est præcedenti lib. c. 17. vbi de hoc latissimè dictum est, & ibi multa naturalia circa hoc.

Responsio Auctoris. Obiectio.

H

I

Obiectio.

Responsio.

K *Ordo eorum, quæ facta sunt in suscitatione pueri. Q. LIII.*

QVAERETVR vlterius, de ordine istorū quæ facta sunt in suscitatione huius pueri, & quare facta sunt. Rn̄dendū, ꝙ ordo fuit iste. s. ꝙ Eliseus primo orauit ꝓ puero, vt suscitaretur, deinde incubuit suꝑ ipsum ad calefaciendū carnē eius, & mansit suꝑ ipsum vsq; quo plenè calefacta est caro, & cū calefacta eēt, & nō appareret signū vitę in puero, surrexit delecto, & discurrit per domum hinc, & inde, & tūc orauit secundo pro suscitatione pueri, & cōpleta oratione, incubuit iterū super puerum quousq; calefaceret carnem eius, & sic suscitatus est. s. calefacta carne, oscitauit puer septies, & aperuit oculos. Causa

Causa primi est, quia suscitatio pueri erat magnum miraculum, & nolet eam facere, nisi nimis exoratus: ideo orauit pro suscitatione eius. etiam secutus est in hoc exemplum Eliæ, qui ad suscitandum filiũ mulieris Sareptanę orauit prius, vt patet præcedenti li. c. 17. & orauit tãdiu vsquequo crederet se exauditum, & animã puero esse infusam, vel mox infundendã. Ascendit autem super lectũ ad incumbendum super puerum, vt calefaceret carnẽ eius, & sic anima, quã iam reunitã credebat posset habere operationes suas in corpore. Vel infunderetur postquã esset caro calefacta, si nondum esset infusa: & stetit tãdiu super puerum, quousq; caro calefacta fuit: quia dato, ꝙ anima infusa esset, non posset habere operationem in corpore vsquequo esset caro calefacta, vel si Deus nondũ eam infundisset, sed vellet infundere, infunderet tũc, cùm esset calefacta caro. Postq̃ aũt calefacta fuit caro pueri, descendit Elisæus de lecto, quia si infusa fuisset anima post primam orationem suam, iam inciperet ostendere aliquas operationes vitæ in corpore calefacto, sed nullas ostendebat: ideo non erat ibi anima: vel si non infusa fuerat immediatè post orationẽ, sed postea infundẽda erat, infunderetur immediatè, vt calefacta esset caro, sed non apparuit ibi aliquod signũ eius, iõ constabat ei, ꝙ pro illa vice Deus nolebat infundere eam quousq; iterũ Elisæus oraret. Descendit autẽ de lecto, & ambulabat hinc inde per domum, & tunc intelligendum est, ꝙ orabat pro suscitatione pueri. s. quia credidit, ꝙ licet Deus nõ infundisset animam ad primas preces, ꝙ infunderet eam ad secũdas, vel tertias. Nec mirabatur in hoc: quia res ista erat grauis, ideo Deus volebat orari nimis: & in hoc secutus est exemplum Eliæ. Nam Elias ter orauit pro filio viduæ Sareptanæ, & ter incubuit super ipsum, & tñ nunquã suscitatus est vsq; ad tertiã orationem, præcedenti lib. c. 17. & postquã orauit Elisæus secunda vice pro suscitatione pueri, & credidit, ꝙ iam Deus exaudisset incubuit super puerum secundo, vsquequo calefieret caro eius, & tunc reunita fuit anima, & oscitauit puer septies in signum vitæ.

Quare Elisæus bis incubuit super puerum. Quæst. LIIII.

QVAERETVR vlterius, quare Elisæus bis incubuit super puerũ ad suscitandũ ipsum. Aliqs posset rñdere ꝑ similitudinẽ ad rñsionẽ, quam dat Nicolaus præcedenti lib. c. 17. cùm quæritur, quare Elias incubuit ter super filiũ viduæ Sareptanæ, & dicit ꝙ rõ literalis est, quia in tribus significatur perfectio rei, & in tribus consistit. s. in principio, medio, & fine. Resurrectio aũt est opus perfectũ. Aliã causam dicit esse allegoricã, s. ꝙ ter incubuit super puerum ad significãdũ, ꝙ in fide trinitatis suscitabat eũ. Sic nos poteramus inducere aliq̃ rõnẽ allegoricam de numero binario, ꝑp quã fierent duo incubitus super puerũ: sed iste modus rñdendi est nimis extra intentionẽ rei, de qua agit, & satis efficaciter improbatus est præcedenti lib. c. 17. Dicendũ ergo, ꝙ Elisæus non incubuit potius sup puerũ bis, q̃ ter, vel quater propter aliquam significationem numeri binarii, vel propter aliquid, quod causet binarius, sed istud est per accidens: intendebat enim Elisęus precibus suis promereri suscitationem pueri, & adhoc orauit à principio pro suscitatione. & quia non poterat anima in corpore habere operationem, nisi esset calidum, incubuit super illud ad calefaciendum: & quia ex hac vice non fuit suscitatus puer, orauit iterum Elisæus pro suscitatione eius, & iterũ incubuit super illum: & sic toties incubuit super eum, quoties orauit. Et quia in secunda vice suscitatus est puer, solum bis orauit, & bis incubuit super ipsum. Et si in prima vice suscitatus fuisset, solum semel incubuisset super eum, & si vsque ad decies non suscitatus fuisset, decies incubuisset super eum, & decies orasset pro illo. Sic enim Elias ter incubuit super filium Sareptanę, & ter orauit ad hoc, ꝙ suscitaretur. Fuit ergo per accidens, ꝙ Elisęus solum bis incubuisset super puerũ potius q̃ ter, vel quater, vel pluries.

Elisęus quare exauditus est secunda vice, Elias enim nisi tertia. Quæstio LV.

QVAERETVR vlterius, quare Elisæus orans pro suscitatione istius pueri exauditus est, cũ solum bis orasset, Elias autem non exauditus est orans pro filio Sareptanę vsquequo ter orauit præcedenti lib. cap 17. Respõdendum ꝙ Deus variè exaudiebat prophetas, & viros sanctos in veteri testamẽto. s. aliquando tardius, & aliquando citius. Nam interdũ Elias in prima vice exauditus est, sicut quando petiuit ignem de cœlo super sacrificium precedenti lib. c. 18. & iterum quando petiuit ignem de cœlo super duos quinquagenarios, sup idest: interdum, aut non exaudiebatur, nisi ter orans sicut quãdo orauit pro suscitatione filij Sareptanæ præcedenti libr. c. 17. Interdũ vero nõ exaudiebatur, vsquequo septies peteret, sic fuit qñ petiuit pluuia in fine sterilitatis magnę, præced. lib. c. 18. Sic ẽt in Elisæo interdum exaudiebatur semel petens, aut fiebat miraculum ad primum verbum suũ, sicut fuit quando maledixit pueris Bethel, qui illudebant ei: nã illico duo vrsi exeuntes de silua lacerauerunt eos, supr. 2. Interdum verò nõ exaudiebatur vsquequo bis peteret, & sic fuit in ista suscitatione pueri. Aliqua ratio differentiæ istarum exauditionum est, quia aliquę preces fiebant in occulto, & aliquæ in publico, quæ aũt in publico, illico exaudiebantur in prima vice: quæ aũt in occulto non exaudiebantur illico. Ratio huius assignata est supra in litera in quadã quæstione. Sed adhuc in precibus, q̃ fiebat in occulto, aliquãdo viri sancti citius exaudiebautnr, & aliquando tardius: nã Elias in occulto ter orauit ad suscitandũ puerũ Sareptanę, præcedenti lib. c. 17. & ipse iterũ in occulto septies orauit ad hoc, ꝙ daret pluuia eo lib. c. 18. Et quantũ ad hoc iam nõ põt dari causa, quare aliqñ tardius, & aliqñ citius exaudiret. Dicendũ tñ, ꝙ inter Elisęum, & Eliam est ista cõparatio, ꝙ quanq̃ aliqñ tardius, & aliquãdo citius quilibet eorũ exaudiretur in operationib. miraculorum, Elisęus tñ regulariter citius exaudiebat, q̃ Elias: nã in simili facto. s. i suscitatione mortui ab vtroq; facta in occulto Elisæus exauditus est bis orãs, Elias aũt non exauditus est, nisi ter orando. Ratio aũt huius põt esse duplex. Prima est, quia forte Deus reputabat Elisęũ maioris meriti, q̃ Eliã, ideo citius exaudiebat eũ. Et hoc cõiter apparet in viris sanctis secundũ successionẽ seculorum, quia semp viri sancti iuniores seculi excellẽtiores erãt in virtute, & maiores in operatione miraculorũ: hoc enim vsq; ad Christum, & principium noui testamenti sic continuatũ est. Secunda rõ, & efficacior est: quia dato ꝙ Elias esset maioris meriti quã Elisæus, tñ Elisę⁹ accepit spũm duplicatũ Elię: ideo oportebat, ꝙ tam in cognitione rerũ occultarũ, q̃ in operatione miraculorum in duplo se haberet excellentius Elisæus, q̃ Elias, & quia sæpe orare adhoc, quòd aliquod miraculum fiat, est quædam difficultas ex parte eius, pro quo fit miraculum, ideo necesse erat, quod cum minori difficultate, idest paucioribus orationibus Elisęus faceret miracula, quàm Elias, & sic fuit hic.

Quare Elisæus citi⁹ exaudiebatur, q̃ Elias.

Vsque ad Christum iuniores erant sanctiores.

Cum esset anima istius pueri in aliquo de quatuor receptaculis animarum, cum suscitatus est, quomodo poterat educi inde sine præiudicio illius receptaculi. Quæstio LVI.

QVAERETVR vlterius, circa animã istius pueri suscitati, cum necesse esset ipsam esse in aliquo de quatuor receptaculis animarum in inferno, quomodo potuit educi de aliquo ipsorum sine præiudicio. Patet hoc, nam non poterat esse anima huius pueri in vita ęterna, eo ꝙ ante Christi passionem nullus potuit ianuam paradisi introire quantũcũque sanctus esset: esset ergo in vno de quatuor receptaculis in inferno, scilicet, in inferno damnatorum, vel purgatorio, vel in lymbo paruulorum, vel in sinu Abrahæ. Si essent in inferno damnatorum, non posset inde educi: quia qui ibi sunt ęternaliter damnati sunt, nullam vnquã habituri requiẽ, & esset contra iustitiam Dei aliquem inde educere. Sed aliquis obijciet de Traiano, qui precibus Gregorij eductus est de inferno damnatorum. Dicendũ, ꝙ de hoc in sequenti quæstione declarabitur. Si autem esset anima pueri in lymbo paruulorum, non poterat inde educi sine præiudicio diuinæ iustitiæ: quia etiam locus ille perpetuę damnationis est, cũ illi, qui ibi sunt, decesserint in peccato mortali, scilicet, in originali: & simile esset, ꝙ Deus aliquem inde educeret ad vitam ęternam, sicut si educeret de inferno damnatorũ. Si autem fuisset in purgatorio, aut consummauerat purgationẽ, aut non, si non cõsummauerat, videbatur præiudiciũ cõtra diuinam iustitiam, quæ nullum inde debet educere, nisi plenè purgatus fuerit. Si autem anima pueri perfectè purgata fuisset, iam transire debebat ad lymbũ sanctorum. Sed etiam si non purgata fuisset non solum fiebat diuinæ iustitiæ præiudicium, sed ipsi quoque animæ, quæ inde educebatur ad vitam: nam postq̃ anima est in purgatorio certa est de vita æterna: cũ autem est in corpore, nullã habet certitudinẽ: si autem esset anima ista in lymbo sanctorum, fieret sibi prẹiudicium: quia ibi erat in requię, & nunquã erat habitura aliquem dolorem, sed transitura ad vitam ęternam post Christi passionem. Quod autem nũc reduceretur ad corpus, erat eã facere incertã de gaudio, quod iam habebat, ideo præiudicabatur sibi. Respondendũ, ꝙ nullum ꝑiudicium factum est animæ istius pueri, nec diuinę iustitię ꝑꝑ locum, in quo erat. Qđ patet, quia ista aĩa non erat in inferno damnatorum: nam iste puer paruulus erat, cũ mortuus est: & non poterat peccasse mortaliter, ad hoc ꝙ esset in inferno damnatorũ. Qđ patet: quia nondum erat quinq; annorum perfectorũ, qñ mortuus est, vt supra in litera probatum est: tales autem nõ peccãt mortaliter. Item iste puer non poterat esse in lymbo paruulorũ: quia ibi solũ sunt illi, qui in peccato originali mortui sunt, paruuli tamen Iudæorũ non poterant mori in peccato originali, nisi morerent̃ ante octauum diem, quia in octauo die circuncidebantur, & tũc tollebatur culpa originalis. Quòd autem esset in purgatorio non est cõcedendũ: quia nõ est in purgatorio, nisi qui peccauit mortaliter, & nõ plenè pœnituit de peccatis suis, sed iste puer nõ poterat peccare mortaliter ꝑꝑ paruam ętatem, iõ nec poterat esse in purgatorio, & sic non fieret præiudicium aliquod sñiæ Dei, ꝙ educeretur inde ad vitã. Sed adhuc dato, ꝙ esset in purgatorio, & nondũ essent pœnæ pro peccatis debitę sublatę, poterat educi inde sine præiudicio diuinæ iustitiæ: quia non est contra iustitiam diuinam, ꝙ aliqua anima educatur de igne purgatorio ante cõsummatas pœnalitates, nisi quia non debet ire aliqua anima ad vitam ęternam quousque sit omnino munda tã à culpa, quã

F ab obligatione pœnæ: si tñ educatur inde ad alium locum, q̃ ad vitam ęternam, nullũ fit præiudicium debitæ iustitiæ: quia conditio illius loci non est, ꝙ aĩæ maneant ibi in æternum. Nunc autem educta esset anima pueri de purgatorio ad vitam: & sic id, quod non expleuisset de pœnalitatibus in purgatorio, expleret postea in hoc seculo, reuocatã ad corpus, vel post secundam mortem rediens ad illud seculum. Si autem esset in lymbo sanctorum non fiebat præiudicium loco, ꝙ inde educeretur: & ibi verè erat anima huius pueri, nam non peccauerat vnquam mortaliter ꝑꝑ paruitatem ætatis, & erat libera à peccato originali ꝑ circuncisionem: iõ necesse erat, ꝙ esset in sinu Abrahę. Et tunc videbatur fieri

Aĩa huius pueri erat in lymbo sanctorũ.

G præiudicium sibi, cũ esset certa de vita ęterna reducendo illam ad corpus efficiebatur incerta. Sed dicẽdum, ꝙ, q̃q̃ hoc non possit probari, tñ verisimile est, ꝙ nullus de illis, qui suscitati sunt à morte postea perierint ęternaliter, & hoc apparet ex duobus: Primo, quia cũ Deus abstulerit eis certitudinem vitæ ęternæ, quam habebant si manerent in loco, in quo erant reuocando eos ad corpus, non est verisimile, ꝙ fecerit eos peioris conditionis, quia tunc beneficium, qđ Deus homini facit, redundaret in eius dãnum maximũ, quod nunq̃ est concedendũ: nam in beneficijs præstitis ab homine non ꝑmittitur, ꝙ prẹstitum in beneficiũ vertatur in grauamẽ, quãto magis erit hoc in beneficijs, quæ à Deo præstantur? Sic

Verisimile est, q nullus suscitatus à morte postea perierit ęternaliter.

H enim est, qñ aliquem à morte suscitat: nam tũc magnum beneficiũ ei confert, quia ex speciali priuilegio agit: ideo credendũ, ꝙ sic suscitati nunq̃ postea pereant, sed Deus cõferat eis gratiam semper bene agendi, vt sint quasi impeccabiles: licet nondũ sint realiter confirmati, sicut in vita ęterna. Secũdo colligitur hoc ex statu ipsorum resurgentiũ: quia aĩa, quæ semel fuit in alio seculo, & vidit mala, quæ ibi patiuntur illi, qui in peccato decedunt, semper erit cum tremore quãdiu postea in corpore fuerit, ne vnq̃ veniat in locũ illũ tormentorum: & sic nullũ bonum erit in seculo, qđ possit eã allicere ad peccãdum, & sic sanctissimè semper viuet: ideo non fit ꝑiudicium ei, qui reuocatur ad vitam. sed potius be-

Secunda ratio.

I neficiũ confertur: quia postea isti efficiuntur quasi impeccabiles, & ẽt cõsideratis malis alterius seculi, magno conatu feruntur in virtutẽ: & sic acquirũt maiorẽ gradũ fęlicitatis in vita ęterna, q̃ aliàs habiturę essent. Et sic credendũ est de anima huius pueri, quia cum ipse obierit in ętate paruula, nihil poterat adhuc meruisse per seipsum ꝑ magnitudine alicuius gradus vitæ ęternæ: nunc verò reuocatus ad seculum moraretur in ętate maiori, & interim posset mereri excellentem gradum vitę ęternę.

An sit possibile, secundum Dei iustitiam aliquem existentem in inferno inde extrahi, vt viuat, vel vt sit in vita æterna. Et quid tenendum sit de anima Traiani. Quæstio LVII.

K QVAERETVR vlterius circa ea, quæ supra dicta sunt de statu eorũ, q sunt in inferno, & in lymbo paruulorũ, an aliquis inde liberari possit reducendo eũ ad vitã, vel liberando simpliciter à pœna, & ponendo in vita ęterna. Rñdendũ, ꝙ regula est, ꝙ nullus de lymbo paruulorũ, vel de inferno dãnatorũ liberetur aliqñ ferendo eum ad vitam æternã, vel reducẽdo ad hãc vitã. Rõ aũt eadẽ est in istis: nã licet illi, q sunt in ĩferno dãnatorũ plus peccauerũt, q̃ illi, q sunt in lymbo paruulorũ, & ẽt magis puniunt, tñ rõ eadẽ est, ꝙ nullus eorũ liberet̃: qa ad vitam ęternã habendã est impedimenũ culpa quęcũque, vel obligatio ad pœnam: impossibile est. n. existentem in quacũq; culpa, vel obligatum ad aliquã pœnam

pœnam illùc introire, dū sic manet, ꝙ locus ille est magnę puritatis: ideo quicunque decedunt immunes ab omni culpa, & obligatione pœnæ, illico consequuntur vitam ęternam. Si autem decedat in culpa, vel obligatione pœnæ, necesse est istam aboleri priusquam introeat in vitam æternam. Si autem in moriente sit solum obligatio ad pœnam, non potest esse ista obligatio ad pœnam æternam: quia nūquam existit obligatio ad pœnā æternam, nisi quādiu existit culpa: si autem sit obligatio ad pœnam temporalem tolerabit anima illam pęnam in igne purgatorio: & tunc est omnino disposita ad consequendum vitam æternam: ideo nullo alio præmisso anima transit mox ad fœlicitatē æternam. Si autem anima decedat in culpa: aut est culpa venialis: aut mortalis: si venialis, habet locum pœnæ, quia non directè repugnat Deo, cum stet cum charitate: ideo tollitur in igne purgatorio temporaliter, sicut quando est obligatio ad pœnam solam. Si autem deccedat quis in culpa mortali, iste nūquam potest habere vitam ęternam, siue illa sit culpa originalis, siue actualis: & hoc est propter duo. Primo propter culpam. Secundo propter obligationem ad pęnam æternam: De primo patet, quia quandiu culpa manet non potest aliquis habere vitam æternā, sed impossibile est culpam mortalem deleri in animab. exutis corpore, ergo impossibile est habere vitā ęternam. Patet de culpa mortali actuali: quia ista nō potest tolli, nisi per contritionem: & tamen animam exutam corpore impossibile est dolere de culpa, quā commisit, eo ꝙ egrediens à corpore mox obstinatur: ideo necesse est in æternum manere culpam illam: si autem sit culpa originalis, illa iam nō potest tolli, nisi per baptismum, vel per fidem cum desiderio baptismi in adultis: & tamen anima egressa à corpore non habet aliquod remediū baptismi, quia baptismus datur homini, & non animę. Etiā quia sacramenta solum proficiunt in hoc seculo: in futuro autem nequaquā, quia illa sunt, vt viatica: sed futurū seculum non est via, sed terminus. Secundum impedimentum est ex parte pœnæ, scilicet, quia obligant decedentes in mortali ad pœnam æternam. Quod autem æternum est, infinitum est; infinitū verò impossibile est finiri, ideo impossibile est istos liberari de morte æterna. Hoc autem verum est etiam in eis, qui sunt in lymbo paruulorum: quia licet illi nō habeant pœnam sensus, tamen habent pœnam damni æternam. De eis autem, qui in lymbo sunt, nō dubitamus, quòd nullus inde liberatus fuerit: quia nullus nobis objicit, quòd aliquis de lymbo puerorum sit liberatus ducēdo eum ad vitam æternam, vel reuocando ad corpus. Sed de illis, qui sunt in inferno damnatorum objicitur communiter de miraculis beatæ Virginis, ꝙ aliquos viros sibi deuotos morientes in peccato mortali liberauerit. Sed ad istud non oportet multū responderi, quia licet credamus Dominam nostram multa fecisse miracula, & multo plura facere potuisse: tamen ea, quæ scripta sunt de ipsa, non sunt autentica: quia Ecclesia non recipit illa approbādo illa tanquam vera, sed permittit volētibus legere: potissimè, quia quilibet scribit ad placitum suū magnalia de virgine, vel vt alijs placeat, vel vt ad deuotionem incitet: & tamen istud nō est permittendum, quia si vnum mendacium recipitur in Sacra Scriptura propter deuotionem, vel aliàs tota scriptura efficietur dubia, & nulli⁹ auctoritatis, vt ait August. & habetur in decretis distinct. 9. cap. si ad sacras: ista ergo miracula nec recipimus, nec respuimus, & tamen ad arguendum nullam fidem faciunt: ideo de his non curandum. Sed objicitur for-

Decedēs i culpa mortali nunq̄ potest habere vitam æternam.

Miracula beatæ Virginis nō sūt autentica.

A tius de Traiano, qui mortuus est in infidelitate: erat tamen iudex rectissimus, & seuerus cōtra suos, vt de eo legitur in vita beati Gregorij. Vnde Greg. semel transiens apud aulam eius iam mortui à multis annis compassus est animæ eius propter seueritatē iustitiæ, & orauit, vt liberaretur à pęnis suis, & dicitur ꝙ audiuit responsum Greg. se esse exauditum: & tamen deinceps ꝙ non oraret pro aliquo damnato, & ꝙ in pœnam datum est ei, quòd aut duobus diebus maneret anima sua ī purgatorio, aut quandiu viueret lāguoribus grauaretur: elegit autem continuā ægritudinem: vnde postea nunquam fuit sanus, sed interdum podagram acutissimam, interdum verò durissimum stomachi dolorem pateretur, ita vt infœlix vita esset sibi mors quotidiana.
B Ista assertio nō solum est in historia eius, sed etiam Ioannes Damascenus in quadam homilia hoc asserit, dicens, quòd huius rei testis est totus oriens, & totus occidens: est autem Damascenus vir grauis auctoritatis. Respondent ad hoc multi diuersimodè. Quidam dicunt ꝙ anima Traiani non fuit dānata æternaliter, nec fuit posita in inferno per sententiam diffinitiuam: ideo ꝙ postea, orāte beato Gregorio, reuocata fuit ad vitam, & pœnitentiam egit Traianus de peccatis suis, & vltimo saluatus est. Alij dicūt, ꝙ in inferno est duplex pœna damnatorum, s. pœna sensus, & pęna dāni, & ꝙ liberatus fuit à pœna sensus Traianus precibus beati Gregorij, & non à pœna damni, & sic manet in æternū in inferno, sed nihil patitur: & sic erit sicut paruuli existentes in lymbo.
C Alij dicunt, ꝙ Traianus non fuit condemnatus ad pęnam æternā simpliciter, sed cum limitatione, scilicet, ꝙ maneret in inferno vsquequo orante pro eo beato Greg. Deus de ipso aliter disponeret: & sic orante illo liberatus est, & ductus est ad vitam æternam. Alij dicūt, quòd Traianus condemnatus fuit æternaliter, & tamen precibus beati Gregorij pœna sua suspensa est vsq; ad diem iudicij, & post diem iudicij punietur cū cæteris damnatis in æternum. Sed dicendum, ꝙ nulla istarum positionum potest tollere omnia inconuenientia: immo quædam earum sunt irrationabiles. De prima patet, ꝙ non tollat inconueniens: quia dicit, ꝙ Traianus non fuit condemnatus simpliciter ꝑ
D diffinitiuam sentētiam, sed postea reuocata fuit anima ad corpus: nam hoc nō potest stare. Quia aut Traianus decessit in peccato mortali, aut non: si sine peccato, nullum dubiū est de eo, omnes tamen præsupponunt, ꝙ obierit in peccato mortali, quia obijt in gentilitate manens, & existens magnus persecutor Ecclesiæ. Si autem dicatur, ꝙ mortuus est in peccato mortali, necesse est eum obligatum fuisse ad mortem æternam, & obstinatum esse, quia animæ decedentes in peccatis mortalibus illicò obstinantur, vt egrediuntur de corpore, quia sunt in suo termino, & non habent aliquid, per quod reuocentur ad bonum, s. quia Deus non pulsat ipsas, vt doleant de malo: & tamen impossibile est aliquem dolere de pecca
E to meritoriè, scilicet, in quantum offendit Deum ꝑ ipsum: quia Christus dixit: sine me nihil potestis facere, Ioan. 15. Idest nullum opus meritorium potestis facere, nisi ego vos mouero ad faciendum illud: & sic est, quia quandiu homo viuit semper Deus pulsat intima eius, ut conuertatur ad bonū: & sic si non conuertitur, non est excusabilis de ista pulsatione, dicitur Apocalip. 3. Age pęnitentiam, ecce ego sto ad ostium, & pulso, si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi ianuam, introibo, & cœnabo cum illo, & ipse mecum: & intelligitur de pulsatione cordis ad agendum pœnitentiā: vt ibi dicitur, scilicet: Age pœnitentiam. Ista aūt pulsatio cessat post mortem

Traianus an fuerit ī inferno.

Impugnatio primæ opinion.

tem in morientibus in peccato: quia alias nullus esset in inferno hodie, nec maneret ibi per vnam horam, nec in limbo puerorum, quia si Deus pulsaret infœlices animas illas ad pœnitentiam, illico dolerent dolore amarissimo, plusquã aliquis homo hic doluerit de peccato: & hoc quia immanitas pœnarum moueret eas ad istud, & sic illico tolleretur culpa, & consequenter manerent obligatæ ad pœnam temporalem purgatoriã, & sic nullus esset in inferno: Christus tamen dixit, Matth. 25. quod in die iudicij dicetur illis, qui erunt ad sinistram: Ite maledicti in ignem æternum: ergo necesse est, quòd Deus non pulset istos ad pœnitentiam: sed Deo non mouente eos ad pęnitentiam, impossibile est ꝙ ipsi moueantur etiam si nunc viuerent, sicut Christus dixit, Ioan. 15. Ideo necesse est animam decedentẽ in peccato mortali illico obstinari, & sic manebit culpa in ea in æternum. Anima ergo Traiani morientis illico obstinata fuit, & obligata ad mortem æternam. Nec potest dici, quòd ex aliquo priuilegio possit anima manere actualiter in peccato mortali, & non esse obligata ad mortem æternam: quia quandiu anima est in peccato mortali, necesse est, ꝙ sit Deo exosa: ideo non potest esse, ꝙ Deus det ei istud priuilegiũ maximum, s. ꝙ non sit obligata ad pœnam æternã. Item quod dicitur ꝙ anima Traiani non fuit posita in inferno per sententiam diffinitiuam videtur esse pueriliter dictum, nisi intelligatur secundum metaphoram. Nam Deus non profert sententiam cõtra aliquam animam diffinitiuam, vel interlocutoriã, per quam damnetur, vel saluetur: sed lex æterna est sancita in mente diuina, secundum quam benè agẽtes, & in charitate decedentes habent vitam æternã, & morientes in culpa mortali æternaliter damnantur. Traianus tamẽ decessit in peccato mortali: ideo necesse erat, ꝙ secundum legem æternam damnandus esset. Item si Traianus vt mortuus est, non esset ęternaliter damnatus, non fuisset anima sua in inferno, sed fuisset in purgatorio, quia purgatorium est locus pœnæ pro illis, qui non sunt obligati ad pęnã æternam: & sic erat Traianus secundum positionẽ istorum. Itẽ quando mortuus est Traianus, aut erat obligatus ad pœnam æternam, aut non: si erat obligatus, non potest stare, ꝙ non esset condemnatus ꝑ sententiam diffinitiuam: quia non poterat esse maior condemnatio diffinitiua, quam condemnare ad mortem æternam, cum supra ęternum malum nullum malum sit. Si autem non erat obligatus ad mortem ęternam: erant duo inconuenientia. Primum erat, quia fieret iniuria animæ Traiani, ꝙ teneretur in inferno damnatorum, vbi sunt damnati æternaliter, cum ipse non esset damnatus ęternaliter. Secundum inconueniens est, s. ꝙ esset in peccato mortali, & in odio Dei, & non esset obligatus ad mortẽ ęternam, & ꝙ Deus daret ei priuilegiũ: ideo ista positio quantum ad se totam non potest stare. Secunda positio erat, ꝙ in inferno erat duplex pœna, scilicet damni, & sensus, & quòd Traianus liberatus fuerit à pœna sensus, sed non à pœna damni. Sed ista positio non stat, quia nõ potest euitare inconueniẽtia. Nam Traianus mortuus est in peccato mortali actuali: & tamen pro isto debetur duplex pœna, scilicet pœna damni, & pœna sensus. Et hoc, quia in quolibet peccato mortali, quod est per actũ nostrũ sunt duo, scilicet, priuatio debitę rectitudinis, & aliquis actus positiuus, qui est inordinatus. Et istud verum est, tam in peccatis commissionis, quàm in peccatis omissionis: nam in peccatis commissionis sunt duo positiua, scilicet actus exterior, & electio, quæ est actus interior. In peccato aũt omissionis est vnũ

Confutatio secundæ opi.

F positiuum, s. electio: ideo necesse est correspondere secundum diuinam iustitiam cuilibet peccato mortali actuali duas pœnas, s. vnam pœnam priuationis visionis Dei, pro priuatione rectitudinis in actu: & aliam pœnã positiuam, quæ vocatur pœna sensus, & ista est propter actum positiuum, qui est in peccato. Existentes autem in lymbo paruulorum habent vnicam pœnam, s. priuationem visionis Dei, & nõ habent pœnam sensus: ratio huius est, quia peccatũ illorum est solum originale, sed peccatum originale solum consistit in carentia iustitiæ originalis debitæ in esse: & non dicit aliquem actum positiuũ exteriorem, nec etiam dicit aliquem actum electionis, ideo secundum diuinam iustitiam solum debet correspondere illis pœna in carentia visionis Dei. Hoc

G autem præsupposito cũ Traianus decesserit in peccato mortali actuali: necesse erat, quòd correspõderet ei in inferno pœna sensus, & pœna damni secundum legem Dei, aliàs recederetur à lege Dei ęterna. Item si Traianus in inferno solum pateretur pœnã damni, & non sensus: esset ipse, sicut decedens in solo peccato originali: sed pœnæ peccantium actualiter, & cõtrahentium solum originale necessario sũt distinctæ: ergo Traianus pateretur vtranque pœnã. Item si Traianus haberet solam pœnam damni esset maioris priuilegij, quam illi, qui sunt in purgatorio: quia illi puniuntur pœna damni, cũ non videãt Deum, dum ibi manent: puniũtur etiam pœna sen

H sus, quia ignis ille purgatorius, & si non sit æternus miro tamen modo est grauis: superat enim omnem pœnam, quę hic esse potest, & quæ aliquando martiribus illata est, vt ait August. & Gregorius. & habetur in Decretis. 25. distinct. cap. qualis & 4. sententiarum distin. 20. Valde tamen est absurdum, ꝙ animæ illę, quæ in charitate hinc recesserunt minoris sint priuilegij quam illæ, quę in peccato mortali recesserunt, & manent in eo, ergo punietur Traianus pœna sensus, & pœna damni. Item valde videbatur ridiculum poni istud: quia non potest esse, ꝙ ille, qui in peccato mortali decessit non sustineat pœnã sensus, & damni, nisi fiat contra legem communem, & æternam Dei: si tamen concedamus fieri aliquid cõ

I tra illam legem æternam rationabilius est, ꝙ ponamus Traianum in peccato mortali decedentem ex speciali priuilegio contra legem communem Dei omnino liberatum esse à pœna inferni, & esse in vita æterna: cũ Deo non facilius sit dispensare sic, quã sic: ideo dicẽdum videretur, ꝙ omnino liberatus esset contra legem communem, vel ꝙ totaliter maneat condemnatus ad pœnam damni: & sensus, & ꝙ nihil in eo priuilegij sit. Item ponere istud est ridiculum: quia cũ Traianus decesserit in mortali omnes iudicaremus firmiter eum damnatum ad pœnã sensus, & damni, nisi moueret nos id, quod habetur in vita beati Gregorij, & quod Ioannes Damascenus asserit, s. ꝙ Grego. orauerit pro liberatione Traiani,

K & quòd liberatus fuerit, & ꝙ exaudita fuerit oratio eius: Grego. tamen non orauerat, ꝙ Traianus liberaretur ab vna pœna, & non ab alia, quia istud est contra pietatem Dei, quæ nõ dimidiat veniam, sed aut totum, aut nihil confert nobis orantibus. Etiam nõ diceretur liberatus de inferno precibus beati Gregorij si isto modo se haberet, quia non est aliquis liberatus de inferno quandiu in inferno manet: est ergo ista positio magis irrationabilis, quam prima. Tertia positio erat, ꝙ Traianus non fuit condemnatus simpliciter ad pœnam æternam, sed positus est in inferno, vt ibi maneret quousque Deus aliter disponeret de illo, orante pro eo beato Greg. Sed ista positio nõ stat, quia Traianus mortuus est in peccato mortali actuali:

actuali: ideo necesse erat eum obligatũ esse ad mortem æternam ex lege Dei. Item si non esset obligatus simpliciter ad mortem æternam, sed ad pœnam temporalem, s. quousque oraret pro illo Gregorius iniuria fieret ei, si poneretur in inferno, sed deberet poni in purgatorio: isti tamen asserũt eum positum fuisse in inferno, ergo non est recta positio. Item si Deus non condemnasset illum simpliciter: sed posuisset in inferno vsquequo pro illo orasset Gregorius, prius daretur ei priuilegiũ, quã Gregorius oraret pro eo: & sic liberatio Traiani, vel priuilegiũ eius non erat præcipuè ad preces beati Gregorij: quia ante illas haberet priuilegium, s. quòd non esset simpliciter condemnatus ad pœnã æternam, sed hoc non conceditur, cùm dicatur, quòd propter beatũ Gregorium euenit ei totum istud bonum. Item poni sic non satisfacit, nec conuenit eis, quæ habentur in vita beati Gregorij, quia ibi dicitur reuelatum fuisse Gregorio orationem suam esse exauditam: quia tamẽ orauerat pro damnato maneret duobus diebus in purgatorio, vel quandiu viueret in languoribus: si tamẽ Deus disposuisset, quòd ibi maneret Traianus quousque Gregorius oraret pro eo, nõ agebat aliqd mali Gregorius, & sic non puniretur. Item ridiculũ est poni sic de Traiano, quia quòd ipse, qui secũdum legem communem Dei ęternaliter puniendus erat, sine vlla spe iudicaretur, vt maneret solum vsq; ad tempus Gregorij, erat ex magno priuilegio, & manifestè contra legem Dei. Si ergo hoc concedamus contra legem factum: rationabilius concedi deberet, quòd Deus omnino liberauerit eum, quanquam prius condemnauerit æternaliter: & istud esset magis consentaneum rationi, quia sic solum fieret semel contra legem Dei, aliter autem bis fieret, s. prius quãdo daretur ei priuilegium in morte, & postea quando actualiter liberaretur de inferno. Quarta positio erat, quòd Traianus damnatus est æternaliter, & tamen precibus beati Gregorij pęna eius suspensa fuit vsque ad diem iudicij: ita quòd nunc nõ patiatur aliquam pœnam sensus, sed post iuditium patiatur cum cæteris. Sed ista positio est irrationabilior cęteris, quia ista continet duo absurda. Primum est, quia vult, quòd vsque ad diem iudicij nõ habeat aliquam pœnam sensus, sed damni: nam necesse est eum habere pœnam damni, si nõ est in vita æterna, cum defectus visionis diuinæ sit animæ exeũti à corpore pœna damni: & tamen volunt, quòd cum ista pœna damni non sit pœna sensus: & quantũ ad hoc ista positio est eadem cum secunda superiori, in qua dicebatur, quòd liberatus est Traianus à pœna sensus, & non à pœna damni, & argumeta facta ibi militant contra istam partem. Secunda absurditas est, quia ponit ista opinio, quòd aliquãdo puniatur Traianus, postquam orauit pro eo Grego. & aliquando non, sed istud est inconuenienter dictum, quia pęna æterna debetur morienti in peccato mortali, sed pęna æterna non habet intermissionem, ergo nec pœna Traiani. Item dicitur in vita beati Gregorij, ꝙ liberatus est precibus suis Traianus: si tamẽ post diem iudicij semper esset puniendus, non posset dici verè liberatus: ergo nõ sic se habet. Item manifestum est, quòd Gregorius non oraret pro Traiano, vt vsq; ad diem iudicij non puniretur, & postea puniretur: sed oraret, quòd omnino liberaretur, vel nihil oraret: & tamen dicitur quòd exaudita est oratio Gregorij, ergo simpliciter liberatus est ab inferno. Item si deberemus concedere aliquid speciale contra legem Dei fuisse in Traiano, propter merita Gregorij, deberemus ponere, quòd omnino liberatus esset: quia si cõtra legẽ aliquid concedatur, debet concedi id, quod

Confutatio quartæ opin.

A est omnino vtile, & non quod fiat cõtra legem propter aliquid ferè inutile. Item ista positio omnino caret ratione, & colore: qa si nos moueri debemus ad concedendum aliquid speciale in Traiano, istud est solũ propter illa, quæ leguntur in vita beati Gregorij: & tamen ibi solum dicitur, quòd orauit Gregorius pro liberatione Traiani, & ꝙ exauditus est: ergo non habet ex illo aliquem colorem, quòd vsque ad diem iudicij non puniatur, & postea sic. Dicendũ ergo videtur sine præiudicio aliorum: quòd nulla istarum positionum sit vera quãtum ad omnia, quæ continet: nec omnino verisimile. Ideo manet nunc dubium. Et si vellemus negare Traianum fuisse saluatum precibus beati Gregorij, nõ esset valde incõueniens: quia istę vitæ sanctorum, quanquam in Ecclesia legantur, tamen nõ approbat eas omnino Ecclesia: quia pro diuersitate locorũ à multis gesta sanctorum conscripta sunt, qui potuerũt in eis ex ignorantia, vel aliàs aliquid erroris admiscere, & sic possumus licitè negare si volumus. Sic patet in Decretis, distinct. 15. cap. sancta Romana: vbi ponitur Cathalogus operum autenticorum, & reprobatorum, & dubiorum. Et maximè poteramus hoc negare: quia asseritur ibi aliquid contra legem communem Dei. Et si quis velit sic omnino negare Traianũ esse liberatũ ab inferis, & quòd non orauerit pro eo Gregorius, & dato quòd orauerit, ꝙ non fuerit exauditus, satis est rationabile: & sic nulla est difficultas dę facto Traiani. Sed est aliud motiuum fortius, s. quia manifestum est, ꝙ Apostoli, & alij viri sancti in nouo testamento suscitauerunt multos Gẽtiles à morte: sicut patet in legendis quorundam sanctorum, sed manifestum est, quòd illi gentiles moriebãtur in peccato mortali: tum quia non suscipiebabt legem Christi, ad quam obligabantur, cum iam diuulgatũ esset Euangelium, & miracula facta, tum & principaliter, quia omnes isti colebant idola, ideo necesse est istos fuisse damnatos, & postea cũ suscitabantur, liberabantur à morte æterna. Dicendum ergo videtur circa eos, qui moriuntur in peccato mortali, ꝙ mox vt moriuntur, obligantur ad pœnam æternã, & incipiunt actualiter tolerare illam, & etiam animæ eorum obstinantur, cum Deus nõ pulset eas ad pœnitentiam, vt supra declaratum est. De his dicendum, ꝙ manifestum est, si loquamur quãtum ad potentiam Dei absolutam, idest quantum ad id, quod de se est possibile, & cadit sub omnipotentia, ꝙ Deus poterat aliquem damnatum, vel omnes educere de inferno, & manentes in obstinatione, in qua sunt, & in odio Dei, ducere ad vitam æternam: & tamẽ securi sumus, ꝙ Deus hoc nunquam faciet: quia eodem modo posset beatam Virginem, & omnes spiritus beatorum ponere in igne ęterno: possumus ergo largè loquẽdo, dicere istud esse impossibile: quia nimis repugnaret legi Dei ex multis partibus, s. ꝙ damnatus æternaliter haberet vitam æternam, & ꝙ obstinatus in peccato esset actualiter fœlix, & ꝙ ille, quẽ Deus habet exosum, beatificaretur, & ostenderet ei Deus maximum bonum suum, quod solùm debet ostendere filiis dilectionis, & nõ filiis irę: vt patet ad Ro. 9. Alio modo poterat fieri, quòd aliquem existẽtem in inferno Deus liberaret, ducendo ad vitã ęternam: & tamen quòd auferret ei prius culpam, & obstinationem, & faceret eum non esse exosum sibi: & tunc non erat aliquod inconueniens istum ferri ad vitam æternam, & tamen esset magnum priuilegiũ, quòd aliquis sic illùc iret. Ideo dicendum, ꝙ nullus homo de inferno sic liberatus est vnquam, nec liberabitur. Et ratio est, quia istud repugnat diuinæ iustitiæ propter duo. Primo ex parte culpæ, quia impossibile

Respõsio auctoris.

B

C

Dubium maximũ i hac materia.

Trib. modis põt intelligi, ꝙ aliqua anima educatur de inferno.

D

E

In ĩferno nulla ẽ redemptio, q̃uo intelligendũ.

sibile est aliquem manentē in culpa actualiter ire ad vitam æternam, sed oportet eum prius purgari. Modus autem purgādi culpam à Deo institutus est per actum nostrum, scilicet, vt nos conteramur: aliter autem nunquā tollitur: ideo non tolleret Deus culpam alicui existenti in inferno, ipso nihil agente. Item repugnat hoc secūdo ex parte obligationis ad pęnam: quia iste, qui in inferno manet, est obligatus ad pœnam pro peccato, & dato quòd nunc tolleretur culpa, adhuc maneret obligatio ad pęnam cum ista duo sint distincta: & tamen ad vitam æternam non solum non recipitur homo, quando est in culpa, sed etiam quando est obligatus ad pœnam: sicut patet de illis, qui sunt in purgatorio: quia illi non habent aliquam culpam, sed solum obligationem ad pœnam, & manent ibi quousque pœna illa persoluta sit: ergo oportebat dari, quòd postquam Deus remitteret alicui culpam existenti in inferno sine actu suo, puniretur ipse ibi, vel alibi ad soluendum pęnā debitam pro peccato iam remisso: & ideo iste modus non stat, s. quòd mox de inferno feratur ad vitā æternam. Sed dicet aliquis quòd illa pœna, quā aliquis habuisset in inferno, antequam remitteretur ei ibi culpa, esset satisfactoria pro peccato illo: quia fortè illa fuisset valde maior, quàm pœna, quam passurus esset in purgatorio pro illo. Dicendum, ꝙ non stat: quia pœna illa, quæ fuit ante remissionem culpæ nullo modo fuit satisfactoria pro aliqua parte peccati: & ratio est, quia pœnam esse satisfactoriam est, quòd Deus recipiat illam loco offensionis, quam ei intulimus, & acceptat illam pœnam tāquā dignam, & promeritoriam remissionis nostrę: & tamen Deus nūquam acceptabit id, quod faciunt illi, qui sunt hostes eius: quia sunt ei exosi, & non potest ei apparere bonum, quod ipsi faciunt, sed tales sunt omnes, qui sunt in inferno, quia manent in peccato mortali: ideo non satisfacient per pœnam illam, quam patiuntur. Item si pœna inferni esset satisfactoria, quanto aliquis plus staret in ea, plus satisfecisset, concesso quòd aliqui duo haberent æqualia peccata: & tunc esset verum, quòd iste haberet minus tolerandum de pœna inferni, quàm ille, quia maiori tēpore ibi steterat: sed hoc dato, sequitur quòd pœna inferni non sit infinita in duratione à parte post: quia vnum infinitum non est altero maius, nec minus, nec ęquale, quia quocunque istorum dato sequitur, quòd infinitum sit finitum, s. quia excederet vnum alterum per partem finitam: & tūc sequitur formaliter, quòd vtrunque est finitum: nō ergo potest dici quòd ille, qui est in inferno, satisfacit aliqualiter pro culpa. Item quandiu aliquis manet in voluntate mala, non potest satisfacere pro peccato, qa satisfactio est pœna emendatiua pro peccato preterito, sed in manentibus in inferno peccatum nunq̄ est preteritum, quia manet actualiter culpa, ideo nūquam poterunt satisfacere. Item si quis peccaret in aliquo genere peccati, pro quo deberētur decem dies pœnæ, & completis illis decem diebus, iterum peccaret, iterum puniretur alijs decem diebus, & sic vsque in infinitum: quia semper peccatum rediret ęquale: sed in existētibus in inferno sic est, ꝙ semper peccatum est æquale, cum nūquam deleatur culpa: ergo semper correspondet eis pœna æqualis, & sic nunquam satisfacient. Item si existentes in inferno satisfacerent particulatim, minor pœna deberet homini postquam stetisset in inferno per decem dies, quàm prima die, qua illùc iuisset; & tamen istud est irrationabile: quia pœna est maior, vel minor propter culpam: sed de culpa nihil diminuitur in existētibus in inferno, ideo nihil de pœna minuetur, & cō-

Pœna inferni nullo modo est satisfactoria in totū, nec in partē.

F sequenter nunquā satisfaciunt in totum, nec in partem. Vnde non magis satisfecit ille, qui per mille annos stetit in inferno, quàm ille, qui per vnam diem: quia in vtroque est obligatio ad manendum ibi in æternū. Patet ergo quòd dato, quòd Deus tolleret culpam alicuius existētis in inferno miraculosè, adhuc ille maneret obligatus ad satisfaciendum pro illo peccato: quia pęna, quā prius habuerat, nullo modo fuerat satisfactoria in totum, nec in partem; sed est contra legem Dei, quòd aliquod malum remaneat impunitum: ideo oporteret, quòd iste postea pateretur priusquam ferretur in vitam æternā. Alius modus & tertius est, quòd Deus posset liberare animam de inferno, s. quòd non ferret eam in vitā æternam,

Si De⁹ miraculosè, tolleret culpā alicuius existentis in inferno, adhuc ille maneret obligatus ad satisfaciendum.

Deus ab īferno animam ad corpus reuocare potest.

G sed quòd reuocaret eam ad corpus, & ibi ipsa operaretur meritoriè, ad hoc vt remitterentur peccata priora, & ad merendum gradū gloriæ vitæ ęternæ, & iste modus est satis conueniens: quia ferè non punitur in eo aliquod miraculum, sicut in alijs modis. Quod patet: ad hoc ꝙ Deus liberet aliquam animam sic de inferno non oportet, ꝙ auferat ei culpā miraculosè, sed quòd animam cū peccato restituat vitæ: & tūc existens in corpore dolebit de omnibus culpis præteritis, propter quas erat in inferno, & sic liberabitur ab illis secundum modum consuetū delendi in nobis culpas: Nec est hoc inconueniens, dato quòd anima iam esset obstinata in inferno: quia obstinatio animarum in inferno nihil aliud est, nisi

H quædam indeflexibilitas à malo, quę accidit animabus propter hoc, ꝙ Deus non pulsat eas ad hoc, ꝙ recedant à peccato: ipsę autem per se impossibile est, ꝙ recedant à malo, & operentur aliquid meritoriè, iuxta illud Ioan. 15. Sine me nihil potestis facere. Sed cum anima redit ad corpus iam incipit esse viatrix, & Deus nō subtrahit istam gratiam ab aliquo quādiu manet in via: quia semper stat ad ostium, & pulsat, Apocalip. 3. Ideo pulsabit etiam istum suscitatū à mortuis ad pęnitentiam, & tunc desinet esse obstinatus, cum obstinatio solum esset ex quadam carentia gratię pulsatiuæ. Item non oportet, ꝙ fiat aliquod miraculum ad tollendum pœnam debitā isti animę pro peccatis præteritis, quia postquam redie-

I rit ad corpus, ibi pœnitebit, & satisfaciet pro peccatis præteritis, & poterit mereri gradum magnū gloriæ pro vita æterna: & si fortè hic sufficienter nō doluerit pro peccatis præteritis post secundam mortē punietur in purgatorio, & sic non fit aliqualiter hic contra legem Dei: quia non remittitur pœna, nec culpa, nisi per modum consuetum: & sic solum est miraculum in suscitando hominem: non tamen est aliquid contra legem Dei de remissione culparum, nec pœnarum. Sed obijcietur, quòd adhuc fit hic cōtra legem Dei: quia lex Dei est, quòd qui semel dānatur in inferno nunquam liberetur, & tamen iste liberatur. Respōdendum, quòd contra legem Dei est liberari aliquem de inferno, ita ꝙ inde transferatur ad paradisum, vel ad purgatorium: quia si transfer-

K retur ad paradisum in eo statu, in quo est in inferno essent duo inconuenientia. Primum, quòd maneret ibi culpa, & obstinatio. Secūdum est, quòd maneret obligatio ad pœnam, vel aliquid impunitum. Si autem transferretur ad purgatorium, etiam esset iniustum: quia ille est locus animarum satisfacientium pro peccatis: anima tamen translata de inferno in purgatorium in statu, in quo erat in inferno, nō potest satisfacere: quia manet adhuc in peccato mortali, vt supra probatum est. Etiam quòd transferatur anima de inferno damnatorum ad lymbum puerorum iniustum est: quia in lymbo illo solum est pęna damni: sed existentes in inferno damnatorum sunt obli-

obligati ad pœnam sensus,& damni,ergo contra legem transferrentur. Quod tamen anima reducatur ad corpus, non est contra legem Dei, quia non propter hoc tollitur ei pœna debita: nam si non doluerit de peccato illo,pro quo erat in inferno,iterū ibit ad infernū. Si autem ipsa postea dolet, & aufertur culpa,nō est contra legem Dei, ꝙ non puniatur:immo esset contra legem Dei si puniretur:quia iam puniretur innocens. Dicendū ergo,ꝙ animam existentem in inferno reduci ad corpus, non est contra aliquam legem Dei: Nec etiam poterit dici,ꝙ est dispēsatio in lege,nec etiam est secūdum legem, ita ꝙ lex Dei hoc iubeat: sed est quoddam beneficiū extraordinarium, quod Deus interdum confert:sicut siquis benefaciat alteri non facit contra legem, nec secundum legem, sed est quoddam bonum extraordinarium. Dicendum ergo, ꝙ si Deus educeret aliquam animam de inferno per aliquem de duobus modis supra positis, esset mirabile, & contra legem Dei, & esset dispensatio: & tamē quòd educatur aliquis de inferno per istum tertium modum nunc assignatū, non est aliquod mirabile, nec contra legem Dei:immo dicēdum verisimile esse, quòd multi isto modo à Deo educti fuerint de inferno,s.de illis,qui suscitabantur à viris sanctis. Nunc autem dicendum est de Traiano, ꝙ eductus fuerit de inferno precibus beati Gregorij: fuit autē modus quòd Traianus mortuus est in peccato mortali actuali:& ideo perijt æternaliter,& obligatus fuit ad mortem æternam,sicut cæteri damnati, & incepit cum illis pati,& erat anima sua obstinata in peccato, sicut cæteræ,& damnata ꝑ sententiam diffinitiuam:postea verò beatus Grego. condolens, quòd fuerit vir iustissimus in iudiciis, & perierit æternaliter,orauit vt liberaretur à pœna inferni. Deus autem precibus eius reuocauit eū ad vitam. Et fuit postea Traianus inter homines per aliquanta tempora viuēs, sed ignota fuit suscitatio, & habitatio eius hominibus:& postea sanctè viuēs meruit vitam æternam. Cum verò anima eius de inferno educta est,non remisit ei Deus pœnam, nec culpam,sed postea ipse dolore magno peccata sua defleuit,& abstersit.Pœnam verò peccatis debitam ꝑ pęnam temporalem commutauit:& sic nihil aliud miraculi in eo factum est, nisi quòd à morte suscitatus est.De Gregorio autem dicendum, ꝙ ipse orando ꝑ Traiano peccauit: quia orauit pro eo, quem damnatum esse sciebat,vel credebat firmiter: & ob hoc punitus est, quia tota vita eius in lāguoribus fuit. Et sic verum est testimonium legēdæ eius,& testimonium viri clarissimi Ioannis Damasceni, qui huius rei totum Orientem, & totum occidentem testem esse dixit.Et isto modo non sequitur aliquod inconueniēs ponendo eum suscitatum fuisse ab inferis, sicut sequebatur ad quamlibet aliarum positionum supra positarum. Et non solum de Traiano, sed etiam de multis alijs sic factum fuisse credendum est. *Et Elisæus reuersus est in Galgala*. Postquam suscitauit puerum recessit de vrbe illa in Galgalam.

Elisæus, quare iuit in Galgalam.
Quęstio XLVIII.

QVAERETVR, quare Elisęus iuit in Galgalam. Respondendum,ꝙ Elisæus erat princeps omnium prophetarum, qui erant in Israel, & ideo visitabat collegia eorū: & quia in Galgala erat vnū collegium prophetarum, ibat illùc frequenter Elisęus.Patet hoc,quia infra in litera dicitur,quòd erat fames,& filij prophetarū habitabant in Galgala coram Elisæo:& etiam multiplicatio panis,quæ habe- A tur infra,facta fuit in Galgala: & sicut visitabat Iericho,& Bethel, in quibus erant collegia prophetarū, vt patet sup.3.ita visitabat Galgalam.Aliter respondet Petrus Comestor in historia Scholastica dicens, ꝙ Elisęus visitabat locum istum pro religione loci, scilicet, quia locus ille erat sacer, eo ꝙ ibi fuerunt facta aliqua sacra,scilicet, Pascha celebratū est,& circuncisio generalis facta est in Hebræis non circuncisis in deserto,Iosue. 5. Dicit etiam, quòd visitabat eum, quia ibi natus est.Sed istud non multum videtur, quia Elisæus erat de Abelmeula: præceden.lib. cap.19. Dicit tamen idem Comestor, ꝙ in ortu Elisæi accidit miraculum quoddam in Galgala,s.quòd vna imago de vitulis aureis,quos fecerat Ieroboam B in Bethel, & in Dan mugitum fortem emisit, quod cum nunciatum esset sacerdoti Domini in Ierusalē respōdit prophetam natum esse,qui omnia sculptibilia idolorum destrueret. De Elia quoq; simile recitatur prodigium,scilicet, quòd quādo pater Eliæ semel esset in somnijs, vidit duos viros candidatos se salutantes, quod cum nunciasset Ierusalem, responsum est ei:puer iste iudicabit Israel in gladio,& igne. Istę autem sunt positiones Hebræorum, quæ paucā habent verisimilitudinē.Causa ergo,propter quam Elisæus visitabat Galgalam est, quæ supra assignata fuit. *Erat autem*.Hoc ponitur miraculum Elisęi de ciborum dulcoratione, & diuiditur in duo, quia primò cibi amari dulcorantur:secundò cibi pauci mul- C tiplicantur, ibi. *Vir quidam venit*. Circa primum dicitur.*Erat autem fames in terra*.Scilicet,tempore Elisæi regnante Iorā in Israel accidit fames, & fuit bis fames tempore eius:vna fuit, de qua hic dicitur,alia fuit,q̄ habetur inf.18.& illa durauit septem annis: vt patet ibi. Et istud intelligitur de fame veniente ex defectu pluuiarum,vel ex alia causa naturali. Interdum autem accidebat fames propter bella, & sic factum est tempore Elisæi, & Ioram: nam fuit in Samaria tanta fames, cum obsessa esset ab hostibus, vt caput asini venderetur octoginta argenteis, infr.6.

> *Miracula in natiuitate Elisæi, & Eliæ secundum insaniam Iudaicam.*

Quare accidit ista fames, & quare Deus tam frequenter mittebat famem tunc super terram. Quæst. LIX.

D

QVAERETVR, quare accidit ista fames, & quare Deus, tam frequenter mittebat famem super terram.Nam nunc erat fames, & pauco tēpore ante hoc fuerat fames tempore Eliæ,& Achab regis Israel:præcedenti lib.cap.17.& durauit fames illa tribus annis,& dimidio,vt patet Luc.4.& Iac.vlt. & etiam postea fuit alia fames durans septem annis, infr.8. Ad primum dicendum,quòd Deus mittebat famem super Israelitas propter idolatriam.Nam ipse promiserat, ꝙ quando custodirent legem suā daret eis abundantiam omnium rerum,& quando recederent ab ea colendo idola, mitteret super eos fa- E mem,pestem,& gladiū,& omnia mala:vt patet Leuit.26.& Deuter.28. Ad secundum dicēdum, quòd veniebat fames frequenter, quia Deus immittebat illam in pęnam propter peccatum Israelitarum, qđ frequentabatur:nam erant idolatrę plurimi Israelitarum habentes vitulos aureos in terra sua, & multa alia idola. Mittebat ergo Deus famem super illos, & durabat aliquanto tempore:deinde cum conuerterentur dabat Dominus abūdantiam omnium rerum.Iterum verò redibant ad idola, & tunc Deus immittebat famem super terram:& quia sæpe redibant, sępe mittebatur fames. Hoc patet de fame, q̄ fuit tempore Eliæ: nam totus Israel conuenit in mōtem Carmelum,& ibi inquisitum est,quis esset verus Deus, & cum Elias ostendisset miraculum ignis descen-

> *Famis ī veteri lege sæpe veniebat ꝑꝑ peccata.*

ſcendētis de cęlo pro Deo Iſrael totus populus corruit in terram, dicens: Dominus ipſe eſt Deus: & tūc conuerſi ſunt omnes ad Deū, & in die ipſa dedit Dominus pluuiam: præcedenti lib. cap. 18. Poſtea verò redierunt ad idolatriam, ideo miſit nunc famem, & ſic multoties mittebat famem quouſque aliquando deleret terram per famem magnam, ſi Iſraelitæ non conuerterentur. Et quanquam propter quæcūque peccata poſſet accidere fames, tamen non veniebat principaliter propter aliquod, ſicut propter idolatriam, vt patet Deute. 11. cap. Cauete, ne fortè decipiatur cor veſtrum, & recedatis à Domino, ſeruiatiſque dijs alienis, & adoretis eos, iratuſque Dominus claudat cœlum, & pluuiæ non deſcendant, nec terra det germen ſuum, & pereatis velociter de terra optima. *Et filij prophetarum habitabant coram eo.* Scilicet, habitabant in Galgala coram Eliſæo. Et dicitur: coram Eliſæo, tanquam ipſe eſſet præſidēs, & illi habitarent ſub vmbra eius. Poteſt autem hoc intelligi de filijs prophetarum, qui erant in Galgala, quia ibi erat vnum collegium eorum. Vel poteſt intelligi de omnibus filijs prophetarum, qui erāt in toto Iſrael: qui licet in diuerſis collegijs habitarent, tamen nūc propter famem fortè conuenerāt omnes ad locum illum, in quo erat Eliſæus, vt fauore Eliſæi Iſraelitæ benefacerent eis. Et hoc videt dicere litera, ſcilicet, filij prophetarum habitabāt coram eo, i. ſub vmbra eius. *Dixitque vni de pueris ſuis.* Eliſęus habebat ſpecialiter in familiarem ſibi quēdam nomine, Giezi, ſicut ipſe Eliſæus familiaris fuerat Eliæ, dum māſerat inter homines, & iſte Giezi ibat cum Eliſęo quocunq; iret. Habebat tamen poſt hunc alios miniſtros non tam familiares ſibi, qui conueniebant ad eum propter doctrinam legis, & modeſtiam vitæ, & de his dicitur hic. *Pone ollam grandem.* Iuſſit poni ollam grādē, quia multi erant filij prophetarum, pro quibus parabatur cibus. *Et coque pulmentum filijs prophetarum.* Pulmētum eſt nomen generale ad cibos omnes, & propriè conuenit illis cibis, qui non ſunt ſimplices, ſed facti per decoctionem, & mixtionem. Aliquando tamē cibi ſimplices, ſicut panes vocantur pulmenta: ſicut patet Nume. 15. vbi iubentur dari primitiæ de panibus coctis, & dicitur: dabitis primitias pulmentorū. Sic ēt Chriſtus poſt reſurrectionem petens ab Apoſtolis, an haberent aliquid ad comedendū, dixit eis: Pueri habetis pulmentarium? ideſt, nunquid habetis aliquem cibum? Ioan. 21. Hic autem accipitur ꝓpriè pulmentum, pro re cocta, & commixta. *Et egreſſus eſt vnus in agrum, vt colligeret herbas agreſtes.* Præ anguſtia famis non habebant alios cibos ſaltem ad ſufficientiā, & colligebant herbas agreſtes ad qualitercunque replendum ventrem. *Inuenitque quaſi vitem ſilueſtrem, & collegit ex ea colocynthidas agri.* Colocynthida eſt, quædā herba, cuius vſus in medicinalibus ad multa conuenit: in cibo autem non conuenit, quia eſt amara nimis, & quaſi mortifera: vnde filij prophetarum clamauerunt: mors eſt in olla. Eſt autem ad modum vitis ſilueſtris. Vocatur autem vitis ſilueſtris quædam vitis inculta, quæ ſine cura humana naſcitur, habēs propagines graciliores, & breuiores: ſuntque folia eius minora, & ſcabroſa, & gignit vuas paruas, & raras, quas vocamus labruſcas, de quibus dicitur Iſa. 5. Expectaui, vt faceret vuas, & fecit labruſcas. Eſt autem colocynthida ad ſimilitudinem huius vitis habens propagines ſuas extentas per terram, & fructū habet rotundum, & paruū. De his collegit iſte puer Eliſæi putans eſſe aliquid boni cōueniens ad cibum. *Et impleuit pallium ſuum.* Accepit ad multitudinem, ꝗa nihil conſtabant: & quia Eliſæus iuſſerat repleri ollam grandem. *Et reuerſus concidit in ollam pulmenti.* Scilicet, rediit in domum putans ſe habere conuenientem materiam ad cibum, & concidit, ideſt, diuiſit, vel comminuit illas colocynthidas ad ponēdum in olla pulmenti, ideſt, in qua coquendum erat pulmētum, ſicut ſolemus comminuere caules ad ponendum in olla. *Neſciebat enim quid eſſet.* Scilicet iſte, qui collegit colocynthidas, neſciebat, quę herba eſſet, & quòd tam amara eſſet: quia aliàs nō collegiſſet eam ad cibum. *Infuderunt ergo ſocijs, vt comederent.* Scilicet cocto pulmento, infuderunt illud in vaſa, vt comederent de eo omnes filij prophetarum, & dicitur: infuderunt ſocijs: quia quidam de filijs prophetarum infundebant pulmentum pro alijs miniſtrantes eis: *Cunque guſtaſſent de coctione, exclamauerunt, dicentes: mors in olla vir Dei.* Scilicet, primus, qui guſtauit de pulmēto, ſenſit amaritudinem nimiam coloquintidarum, & exclamauit ad reliquos, ne comederēt, & dixit ad Eliſæum, ò vir Dei, mors eſt in olla. Putauit enim, ꝙ ille cibus erat mortifer, ſicut erat amarus, vel fortè vocauit mortem ipſam amaritudinem nimiam. *Et non potuerunt comedere.* Scilicet, dato, quòd ſcirent cibum illum non eſſe peſtiferum: tamen præ amaritudine ſua non poterant eum guſtare. *Ait ille: afferte, inquit, farinā.* Eliſæus videns gentem famelicam, & nullum alium cibum eſſe in promptu, noluit, quòd periret ille: ſed voluit eum dulcorare, & ad hoc iuſſit afferri farinam. *Et cum attuliſſent, miſit in ollam, & ait: infunde turbæ, vt comedant.* Mox, vt farina miſſa eſt in ollā, dulcoratæ ſunt colocynthidæ, & iuſſit Eliſęus, quòd infunderetur cibus toti turbæ, ideſt omnibus filijs prophetarum, qui multi erant. *Et non fuit amplius quicquam amaritudinis in olla.* Scilicet, totus cibus fuit, dulcoratus propter modicum farinæ miſſum in ollam, & ſic comederunt pulmentum illud.

Pulmētū eſt nomē gñale ad omnes cibos.

Colocynthida herba q̃d ſit. Vitis ſilueſtris q̃d

Iſta dulcoratio an fuerit naturalis. Quæſt. LX.

QVAERETVR, an dulcoratum fuit iſtud pulmentum naturaliter, miſſa iſta farina in ollam, vel ad quid iuſſit eam Eliſæus mitti. Reſpondendū, quòd per farinam non poterat dulcorari cibus ille: quia farina non habet virtutē dulcoratiuam, etiam ſi nunc experiamur reperiemus contrarium, ſcilicet, quòd farina miſſa in colocynthidas coctas non dulcorat eas. Item non videbatur hoc fieri naturaliter, dato, quòd farina haberet vim dulcoratiuam: quia oportebat, quòd farina coqueretur cum colocynthidis, vel maneret aliquanto tēpore ibi, vt virtus eius poſſet conſumere ſucceſſiuè amaritudinem colocynthidarum: nā omnis actio naturæ eſt in ſucceſſione quadā determinata: & tamen mox, vt farina infuſa eſt, iuſſit Eliſæus, quòd infunderetur pulmentum turbæ, & comederent, ideo non fiebat naturaliter. Item ſi naturaliter iſta dulcoratio facta fuiſſet, ſcriptura non computaſſet illā hic inter miracula Eliſæi, & tamen computatur inter miracula: ideo oportet, quòd fuerit ſupernaturaliter dulcoratus cibus. Cauſa autem, propter quā poſuit Eliſæus farinam, poteſt eſſe duplex. Prima ad colorandum cibum: nam cibus ille prius apparuerat amarus nimis, & horribilis guſtui: ideo Phantaſia formauerat de eo quandam ſpeciem rei fugiendæ, & quanquam poſtea dulcoraretur, maneret adhuc multis ille horror, & non poſſent comedere: ideo voluit mutare colorem illius, vt iam appareret alius cibus, & nullus horreret comedere de eo. Sic enim nobis accidit ſępe in cibis, & potibus: quia poſtquam ſemel aliquam rem experimur grauis ſaporis, ſcilicet, amari, vel inſipidi, aut mali odoris, formamus de illa in phantaſia noſtra ſpeciem mali, ita, quòd

Quare fuit farina in olla.

quòd quandocunque videmus eam, incipimus hor rescere, ita, quòd interdum contremiscunt viscera, & ad nauseā prouocamur: & dato, quòd postea sciamus illam rem esse bonam, horrescimus illam, nec possumus comedere: & si mutetur in alium colorē, ita quòd non videatur res prior desinit phantasia no stra rem illam horrescere. Secunda causa fortè fuit ad ostendendum magnitudinem miraculi, scilicet: quia farina ista missa in pulmentum non solum nō dulcorabat illud, sed potius faciebat minus aptum, vt sumeretur in cibum. Et hoc quia licet farina, quā do cocta est in olla, & fiunt pultes, sit cibus conueniens: tamen nunc non cocta fuit, sed missa in ollā, & illicò infudit minister pulmentum in vasa: & sic esset farina cruda, & cibus esset inconueniens. Cum ergo sapor eius bonus esset, maius miraculum erat, quàm si colocynthidæ sine infusione farinæ dulcoratæ fuissent. Sic etiā faciebāt sæpè viri sancti in miraculis suis: quia ad ostendendam magnitudinē miraculi ponebant aliqua, quæ impedirent effectū miraculi. Sic enim ipse Elisæus, quando sanauit aquas fontis Ierichontini misit sal in illas: & tamen sal nō proficit ad sanandum aquas amaras, sed potius causat amaritudinem, sicut patet in aqua maris, q̄ propter salsedinem est amara, & ad magnificandū mira culum posuit sal in aqua. Sic etiam Elias fecit, quan do petiuit ignem de cœlo descendere super sacrificium suum: nam prius fudit duodecim hidrias aquę super illud, præced. lib. c. 18. & sic reddebatur difficilius ad hoc, quòd incenderetur. *Vir autem.* Hic ponitur secundum huius partis, scilicet, de cibi pauci augmentatione, scilicet, quia de paucis panib. potuerunt multi viri saturari: & dicitur. *Vir autem quidam venit de Baalsalisa.* Est Baalsalisa nomē proprium secundum literam nostram, quæ facit illud nomen vnum, sed in Hebræo ponitur Baal salisa, & possunt esse duę dictiones, scilicet, Baal significat vallem, vel campum, & Salisa est nomen proprium, scilicet, ꝙ venit iste vir de valle Salisa. Sic enim patet supra primo lib. cap. 9. vbi dicitur, quòd Saul transiuit per terram Salisa ad quærendum asinas patris sui. *Deferens viro Dei panes primitiarum.* Idest, deferebat ad Elisęum panes de primitijs frugum. *Et viginti panes hordeaceos.* Idest cum panibus primitiarum ferebat alios viginti panes hordeaceos: quia panes primitiarum fortè erant de frumento. *Et frumentum nouum in pera sua.* Idest, etiam portabat frumentum nouum in pera ad Elisæum. In Hebræo dicitur. *Et polentam in pera sua.* Quod patet, quia eadē dictio ponitur hic in Hebręo quæ ponitur Leuit. 23. vbi dicitur: panem, & polentam, & pultes non comedetis ex segete. Vocatur autem polenta spicę decorticatæ, scilicet, quando spicę frumenti, vel hordei erant maturæ, sed non omnino desiccatæ torrebantur ad ignem, vt cremarentur squamę spicarum, & manebant grana tosta, & illa sumebantur in cibum. De illis autem tulit iste vir in pera sua ad Elisæum: & litera nostra dixit esse frumentum nouum, & verum est: quia illa grana tosta sunt de frumento nouo.

Qui panes primitiarum fuerint isti delati Elisæo.
Quæstio L X I.

QVAERETVR, qui panes primitiarum erāt isti. Aliquis dicet, quòd erant panes primitiarum, qui dabantur in festo Penthecostes, vt patet Leuit. 23. Nam de qualibet domo dabantur duo panes. Sed istud non stat: quia isti panes primitiarum ferebantur in sanctuarium, & ibi offerebantur, & pertinebant ad sacerdotes: vt patet allegato cap. &

A tamen iura sacerdotalia non vsurparet sibi Elisæus: quia contra legem Dei erat. Etiam, quia isti panes offerendi erant in sanctuario, & tamen nunc non oblati fuerunt ibi, sed ducti sunt ad Elisæum. Aliquis dicet, quòd erant panes primitiarum, de quibus dicitur Nume. 15. Quia ibi iubetur Israelitis, quòd darent primitias de pulmentis suis, & istud intelligitur, quòd quando coquerent panes nouiter antequam ipsi comederent de illis, darēt aliquos sacerdotibus, & Leuitis. Sed adhuc dicendum, quòd non conuenit, quia isti panes iubebantur dari Deo, scilicet, ministris suis sacerdotibus, & Leuitis. Elisęus tamen, & alij filij prophetarum non erant Sacerdotes, nec Leuitæ: ideo non debebant eis dari.
B Dicendum ergo, quòd vocantur isti panes primitiarum, idest, panes de primis frugibus anni, scilicet, de frumento. Omnia enim, quę de primis sunt, vocantur primitiæ: & quia in principio noui panis vir iste de Baalsalisa tulit panes ad Elisæum, dicitur tulisse panes primitiarum: & ita diceretur ferre fructus primitiarum, si portaret poma de primis: nam primitiæ, vt significant iura quædam, sicut decimæ nullomodo pertinebant ad Elisæum. Et hoc patet, quia dicitur hic, quòd ferebat viginti panes hordeaceos, & frumentum nouum: ergo tunc erant messes nouiter collectæ, & fiebant noui panes, & quia paucæ segetes triticeæ adhuc collectę erant, fiebant panes hordeacei, quousque veniret copia segetis tri
C ticeę, & ideo tulit iste vir viginti panes hordeaceos. Etiam patet, quia ferebat frumentum nouum, idest, polentam: & tamen istud non fit, nisi in principio messis triticeæ. *At ille dixit: Da populo, vt comedant.* Istud dixit Elisæus non quidem ad virum, qui afferebat panes, sed ad dispensatorem suum, qui recipiebat ista: nam ipse respondit Elisæo iubenti ista. Et dixit: da populo, idest, isti multitudini virorum, qui erant cum Elisæo: nam erant ibi filij prophetarum, quasi centum viri. *Responditque ei minister eius. quantum est hoc, vt apponam coram centum viris?* Iste erat dispensator Elisei, qui recipiebat omnia, quæ ferebantur ad Elisæum, & ipse ministrabat filijs prophetarum, & iussit illi Elisæus ponere istos panes corā
D filijs prophetarum: ipse verò respondit: quantum est hoc, vt apponam coram cētum viris? quasi dicat: nihil est, & verecundum est, quòd tam paucus cibus ponatur coram eis. Sic enim dixit Andreas ad Christum, quando voluit dare cibum audientibus prædicationem eius, scilicet, Est hic puer vnus, qui habet quinque panes hordeaceos, & duos pisces: sed hæc quid sunt inter tantos? Ioan. 5. *Rursum ille ait: da populo, vt comedat.* Subintelligendum est, quòd nihil aliquid ad comedendum tunc habebat: quia aliàs non esset locus disceptandi, quòd iste erat paucus cibus, quia poneretur, cum eo alius: Elisæus tamen sciens, quòd Deus multiplicaret illum, dixit: da populo, vt
E comedat. *Hæc enim dicit Dominus: comedent, & supererit.* Quasi dicat, licet iste cibus esset paucus pro tot viris: tamen nō solum saturabuntur, sed etiam supererit magna pars eius, & sic factum est. Hoc autem reuelauit Deus Elisæo tunc, quando dixit dispensatori suo, quòd poneret panes illos coram populo: quia aliàs non iussisset, quòd poneretur tam paucus cibus coram tanta multitudine: quia non proficeret ad satiandum desiderium comedendi, sed potius ad prouocandum illud. *Posuit itaque coram eis.* Credendum est, quòd Elisæus benediceret isti cibo ad hoc, quòd cresceret in manibus comedentium, & in mensa, sicut Christus benedixit panibus, quādo ex paucis panibus saturauit multitudinem magnam. Ioan. 5. Nā dicitur, quòd accepit panes, & gratias agens distribuit

Multiplicatio cibi miraculosa.

buit discumbentibus. *Qui comederunt, & superfuit, iuxta verbum Domini.* Scilicet comederunt ad saturitatem, quia aliàs non erat miraculum, quòd centum viri comederent de paucis panibus: quia centũ millia virorum poterant comedere de illis. Et dicitur iuxta verbum Domini, quia Deus reuelauerat Eliſeo, quòd saturarentur, & abundaret.

Qualiter fuerit factum miraculum multiplicationis ex paucis panibus. Quæstio LXII.

QVAERETVR, qualiter fuit factum miraculum istud de saturatione virorum multorũ ex paucis panibus. Respondendum, quòd hoc poterat fieri dupliciter, scilicet, vel quòd alij panes de nouo ducerentur per Angelos non, videntibus eis, qui erant ad mensam, & putarentur esse soli panes, qui erant positi à dispensatore Elisæi: essent nanque similes eis in colore, & adducerentur successiuè, scilicet, quòd dum comederetur vnus panis, vel duo, ducerentur alij, & sic nunquam videretur deficere panis, nec superabundare subitaneè, ita vt cognosceretur, quòd aliundè ducebatur. Alio modo poterat esse istud per multiplicationem, vel incrementum, scilicet, quòd quilibet panis depositis in mensa cõtinuè cresceret, & dum plus de eo comederetur, plus cresceret. Et sic non adducebatur aliqua pars panis exterius, quæ adiungeretur prioribus panibus, sed illi soli, qui prius erant, nunc essent: & tamen quilibet illorum acciperet maiorem quantitatem, quam naturaliter haberet. De istis duobus modis secundus magis conuenit; quia vt declaratum fuit præcedenti lib. cap. 17. Saturatio multorum virorum, quam Christus fecit, fuit per multiplicationem, & non per additionem alicuius rei extrinsecę: ita ergo esset hic, & magis conuenit propositio. Sciendum autem, quòd sicut Deus supernaturaliter multiplicauit istum panem, ita vt multi saturarentur de eo: ita etiam credendum est, quòd iste panis factus est nunc sapidior, & salubrior valde, quam prius fuisset in sua naturali habitudine: quia regula generalis est, quòd quandocunque Deus aliquam rem producit de illis, quæ aliàs naturaliter gignuntur: perfectiorem eam producit, quàm naturaliter: sic asseritur ab omnibus de aqua, quam Christus conuertit in vinum in nuptijs, Ioã. secundo. Et quandocunque Deus aliquam rem sanat, saniorem eam reddit, quam naturaliter foret, si sana esset, vel quã aliquando fuerit quando naturaliter sana erat: vt declaratũ est supra secundo. In sanatione aquarum Iericho. Ita nunc Deus multiplicauit istum panem supernaturaliter, ideo verisimile est, quòd faceret eum sapidiorem, quàm prius naturaliter erat. Patet etiam hoc in manna cœlitus facto per Angelos: nam delectamentum omnium saporum apparebat in illo viris bonis: Sapien. 16. Sed ita nunc erat iste cibus cœlestis, sicut manna: ergo verisimile est, quòd esset sapidior, quàm prius.

Qñ Deus aliquã rẽ ꝑducit ꝑfectiorem eam ꝑducit quã naturaliter gignitur. 1. q. 34. & 35.

An saturitas facta per Christum, fuerit maior ista facta per Elisæum. Quæstio LXIII.

QVAERETVR vlterius de comparatione istius miraculi ad aliam saturationem similem, quam Christus fecit: quia de paucis panibus multitudinem satiauit. Io. 6. Respondendum, ꝙ ista miracula si considerentur quantũ ad potestatẽ à qua fiũt ęqualia sunt: non n. requirebat maiorẽ potestatẽ id, ꝙ factum est in saturatione facta per Christum, quã in saturatione facta per Elisæum. Nam sicut decla-

F ratum est supra in littera in quadam quæstione, ꝙ omnia miracula sunt æqualia, scilicet: qa maximũ, nõ requirit maiorem potestatem, quàm infinitam: In. q. 45.
sed tam saturatio facta per Christum, quàm per Elisæum fuit miraculosa, ergo non fuit vna à maiori potestate quàm alia. Comparando tamen vnam saturationem ad aliam, quantum ad se ipsas valde maior fuit saturitas facta per Christum, quàm per Elisæum: & isto modo benedicimus, vnum miraculũ esse maius alio. Sic enim Christ⁹ dixit discipulis suis, quãdo ipse faciebat miracula: maiora horum facietis. Fuit autem maior saturatio facta per Christum, in multis. Primò quia in illa saturati sunt valde multi, scilicet, quinque milla virorum, præter fęminas,
G & paruulos: hic autem solùm erant centum viri. Patet, quia Ioã. 6. dicitur discubuerunt viri numero quasi quinque millia, & hic dicitur quantum est hoc, vt apponam coram centum viris. Secũdò fuit saturitas Chr̃i maior: quia ĩ illa saturati sunt de paucis panibus, s. de quinq; panibus, & duobus piscibus. Ioã 6. hic autem comederunt viginti panes hordeaceos & insuper panes primitiarum, & frumentum nouum siue polentam. Tertiò fuit saturitas Christi maior: quia ibi superfuerunt duodecim cophini panis, & pisciũ, cum prius quinq; panes, & duo pisces nõ replerenr vnum cophinum. Hic autem superfuit aliquid de istis panibus, sed modicum, ideo quanquam dicitur, quòd superfuit: tamen non ex-
H primitur quantitas: si tamen in magna quantitate superfuisset designasset illud scriptura: diuersitas autem istius miraculi fuit, quia Christus voluit apparere maioris auctoritatis, quam aliqui viri sancti: ideo miracula sua fuerunt maiora, quàm miracula virorum veteris testamenti.

Maior fuit saturatio facta per Christum.

CAPITVLVM V.

NAaman princeps militiæ Regis Syriæ erat vir magnus apud Dominum suum, & honoratus. Per illum enim
I dedit Dominus salutem Syriæ: erat autem vir fortis, & diues, sed leprosus. Porro de Syria egressi fuerant latrunculi: & captiuam duxerant de terra Israel puellam paruulam, quæ erat in obsequio vxoris Naaman. Quæ ait ad Dominam suam: Vtinam fuisset Dominus meus ad prophetam, qui est in Samaria: profecto curasset eum a lepra, quam habet.

K Naaman. Dicto in præcedentibus de miraculis Elisæi ad Israelitarum consolationem: hic agitur de miraculis eiusdem, quantum ad extsaneorum conuersionem, & diuiditur in duo: quia primò ponitur miraculorum operatio: secundò historiæ continuatio, infra 8. Prima in duas, quia primò ponitur Naaman sanatio, & conuersio. Secundò ponitur mirabilis ferri de lacuna extractio, sequen. cap. Prima in tres: quia primo Naaman à rege Syriæ, vt sanetur destinatur. Secundò ab Elisæo sanatur ibi. *Cum legisset tertio Gtezi pro munerum petitione ab Elisæo increpatur, & lepra vulneratur: ibi dixitque Giezi.*

An sit

An ſit ordo continuus. *Quæſtio I.*

QVAERETVR circa primum, an ea, quæ habentur hic habeant ordinem cõtinuum ad ea, quæ habentur præcedenti capit. & an fuerũt facta immediatè poſt illa, vel aliquo tempore interiecto. Ad primum dicendum, quòd hic eſt ordo continuus, licèt de hoc non conſtet: nam ea, q̃ habentur hic de ſanatione Naaman à lepra, non sũt pars hiſtoriæ præcedentis, ſed ſunt diuerſa miracula facta ab Eliſæo, quorum vnum non dependet ex alio: & ſic ex habitudine ipſorum nõ poteſt cognoſci quòd ipſorum prius fuerit. Dicendum tamen, quòd prius fuerunt ea, quæ habentur præcedenti c. propter duo. Primò, quia, quando Eliſæus fecit miracula, quæ habentur præcedeuti capit. erat adhuc ignotum de Eliſæo, an eſſet propheta, maximè quãdo fecit miraculum de conceptione pueri: quia tũc mulier Sunamites, in cuius domo morabatur Elias, dixit: animaduerto, quòd vir Dei iſte ſanctus eſt, qui frequenter tranſit per nos, & ſic ſub incertitudine dicebat: & tamen, quãdo factum eſt miraculum, de ſanatione Naaman, de qua habetur hic, erat fama Eliſæi diuulgata, non ſolùm in terra Iſrael, ſed etiam in Syria: quia ibi Naaman audiuit famam Eliſæi: ergo prius fuit illud, quàm iſtud. Secundò patet, quia nunquam eſt recedendum ab ordine literæ ſine aliqua cauſa manifeſta: quia aliàs ſequerent̃ multa inconuenientia: quia quilibet poſſet dicere: illud fuit ante iſtud, & iſtud ante illud: & ſic tolleret̃ omnis certitudo ordinis, & per conſequens magna certitudo ſententiæ: quia non modicum confert ad varietatem ſententiæ eſſe præpoſterationem, vel anticipationem: & tamen hic non eſt aliqua cauſa, quare debeamus opinari ordinem eſſe mutatum, ergo debemus credere fuiſſe iſta poſt præcedentia.

Ad ſecundum dicendum, quòd non poteſt conſtare quantum tempus fuerit inter præcedentia, & iſtud: & tamen dicendum, quòd non fuit magnum tempus: quia omnia præcedentia fuerunt tempore Ioram regis, & etiam iſtud, quod habet̃ hic: q̃a ad ipſum miſſa eſt litera regis Syriæ, vt ſanaret Naamã à lepra: & tamen Iorã regnauit ſolũ annis. 12 ſup. 3. ergo non potuerunt eſſe multi anni inter præcedentia: potiſſimè, quia ſup. ponit̃ de ſuſcitatione filij mulieris Sunamitis: & tñ neceſſe eſt, ꝙ illud fuerit in principio ſexti anni, vel quaſi regni Iorã: ergo iſtud de ſanatione Naaman non potuit eſſe multis annis poſt. Patet hoc: quia cõceptio illius pueri, qui poſtea ſuſcitatus eſt, fuit poſtquam cępit regnare Ioram fortè vno anno, vel plus: quia illa fuit poſtquã Eliſæus ſępe tranſiuerat per vrbem Sunam, & hoſpitatus fuerat in domo mulieris ſunamitis, vt patet præc. c. & tamen qñ cępit prophetare Eliſæus, iã regnabat Iorã: cum Elias raptus fuerit in principio regni Ioram, & tunc ſucceſſit ei in ſtatu prophetię Eliſæus: ideo aliquanta pars regni Ioram tranſierat, qñ conceptus eſt ille puer: & tamen qñ ille obijt, & ſuſcitatus eſt, erat grandiuſculus: quia iuerat ad patrẽ ſuum ad meſſores, & dixit ei: caput meũ doleo: p̃ce. c. ergo eſſet ſaltem quinq; annorum, vel quaſi: & iõ, non manerent, niſi ſeptem anni de regno Ioram, & intra illos oportuit, ꝙ fieret iſtud, quod hic dr̃ de ſanatione Naaman, & dr̃. *Naaman princeps militiæ regis Syriæ erat vir magnus apud Dominum ſuum.* ſ. iſte Naamã, qui ſanatus eſt à lepra, erat princeps militię regis Syriæ, & erat vir magnus apud Dominum ſuum. i. qui habebat̃ in magno honore apud regẽ Syrię. Erat autem rex Syriæ tunc Benadad: qđ patet: quia qñ mortuus eſt Achab ĩ bello in Ramoth Galaad regnabat

A in Syria Benadad: vt patet p̃ced. li. c. 20. & 22. & poſt hoc agit̃ de morte Benadad. inf. 8. iõ ipſe regnabat nunc, & miſit Naamã ad regem Iſrael. *Et honoratus.* i. erat Naamã in magno honore: q̃a erat princeps militię: ꝑ *illũ. n. dedit Dominus ſalutẽ Syrię.* i. per manũ eius dedit Deus ſalutẽ ĩ Syria liberãdo regnũ Syrię ab aduerſitatibus, & exaltando illud ad magnũ honorẽ.

Quomodo eſt data ſalus Syrię per Naaman, & an ipſe occiderit Achab regem Iſrael. *Quæſtio II.*

QVAERETVR, q̃uo data eſt ſalus Syrię ꝑ Naaman. Rñdet Ra. Sa. ꝙ Naaman fuit ille, q̃ occidit Achab regem Iſrael in bello ꝑcutiendo eũ B ſagitta: & ꝑꝑ hoc dicit, ꝙ exaltatus fuit ad principatũ militiæ à rege Syriæ: nã prius erat ꝑſona priuata, & vocat̃ vnus de populo, tetẽdit arcũ, in incertũ ſagittã dirigẽs, ꝑcuſſit Achab; vocat̃ vnus de populo: p̃ced. li. ca. 22. ſ. ꝙ vnus de populo ſagittã populo. i. non habens maiorem dignitatẽ, q̃ vnus de populo. Data eſt autẽ ſalus Syrię per manus eius: q̃a liberata fuit ab obligatione, & ſeruitute, ad q̃ tenebat̃ rex Achab. Nam qñ Achab cępit Benadad in bello, dixit Benadad, ꝙ reſtitueret oẽs ciuitates, quas pater ſuꝰ acceperat de terra Iſrael, & ꝙ Achab faceret ſibi plateas in Damaſco, in quo ſubiiciebat̃ Damaſcꝰ ſeruituti Achab: præced. li. c. 20. nunc verò mortuo Achab, liberata fuit Syria ab hac obligatione: & C hoc fuit, q̃a Naaman occidit Achab, iõ ꝑ manus eiꝰ data eſt ſalus Syriæ. Aliter dicunt cõmuniter expoſitores noſtri. ſ. ꝙ aliqui latrunculi inſurgebãt cõtra terrã Syriæ de terris finitimis, & inquietabãt eã: Naamã vero illos occidit, & effugauit, & ꝑ hoc ſalus data eſt Syriæ. Iſta ſecunda poſitio veriſimilior eſt, q̃ prima. *Erat autem vir fortis, & diues.* ſ. erat fortis animo ad ſuſtinẽdũ terrores bellicos, & erat fortis corpore ad tolerandũ labores belli, & iſta duo efficiũt aliquẽ excellẽtiſſimũ bellatorem, ſi armorum exercitatio non deſit. Et ꝑꝑ hæc Naamã ſublimatus fuerat ad magnũ honorem, vt efficeret̃ princeps militiæ vel poſtquam effectus erat princeps ꝑꝑ hæc honorabat̃ nimis. Erat aũt vir diues: q̃a cum eſſet prin- D ceps exercitus haberet inde magnos prouentus, de q̃bus efficeret̃ diues. *Sed leproſus.* i. q̃q̃ haberet oĩa iſta bona, tñ habebat quandã plagã magnam. ſ. ꝙ erat leproſus, & ꝑꝑ hanc oĩa bona ſua nihil reputabat. *Porro de Syria egreſſi fuerant latrunculi.* Supra poſita eſt cõditio Naaman. Hic ponit̃ occaſio curationis eius, & iſta fuit per quandam puellam Hebræã, quæ ducta eſt in terrã Syrię, & ponit̃ q̃uo illa puella illùc ducta ſit. ſ. quia latrunculi quidã de terra Syriæ captiuam cęperunt eã de terra Iſrael: vocantur autem latrunculi perſonæ priuatæ de terra Syriæ egredientes ꝓpria auctoritate contra terram Iſrael potius ad prædandũ, q̃ ad pugnãdum, ſicut fit in cõfinibus regnorum hoſtilium: quia cuilibet ꝑmittit̃ ire contra hoſtes. *Et captiuam duxerunt de terra Iſrael puellam paruulam.* Iſta puella paruula retulit de Eliſæo, qui poterat ſa- E nare leprã Naaman, & ꝑꝑ hanc motus eſt Naaman ad eũdũ in terrã Iſrael ad Eliſæũ. *Quæ erat in obſequio vxoris Naamã:* Iſta puella ſeruiebat vxori Naamã, & ſic retulit ei de Eliſæo. Fortè autem latrunculi vendiderant iſtam puellam Naaman, & ipſe dederat eam vxori ſuæ in obſequium. Vel fortè proueniebat iſta puella Naaman de præda ex eo, quòd erat princeps militiæ, & dato, quòd non iret ad bellum, competebant ei aliqua iura. *Quæ ait ad dominam ſuam: vtinam fuiſſet Dominus meus ad prophetã, qui eſt in Samaria.* Puella iſta deſiderabat ſalutẽ Domini ſui Naaman: q̃a fortè erat vir bonus, & benefaciebat ei, vel fortè

Quę req̃runt̃ ad virũ fortẽ, & excellẽtiſſimũ bellatorem.

Naaman quare acceſſit ad Eliſęum.

mota fuit à Deo ad dicendum istud: quia Deus volebat salutem Naaman. & mouit istam puellam, ut loqueretur de modo curationis eius. Et dixit ad ꝓphetē, qui est in Samaria, Nominauit prophetā nō distinguendo: quia licet multi prophetæ essent ī Israel tpe Elisæi, solus Elisæus habebat uirtutē operādi miracula. Sic ēt tpe Eliæ multi ꝓphetæ erāt: & tñ ipē solus mirabilia egit. Dixit ēt: q est ī Samaria. i. in terra Israel, q̄ tota noīat̄ noīe Samariȩ, eo ꝙ Samaria erat caput regni Israel, & ibi morabant̄ reges, & sepeliebant̄: vt declaratū ē ꝑc. li. c. 16. vel dr̄: in Samaria. i. in vrbe Samariæ: qa fortè puella illa erat de Samaria, & viderat ibi aliqñ Elisæum: nam aliquando illùc ibat: sicut patet sup. 2. Nam de monte Carmeli iuit in Samariā, & sic aliquoties illùc iret. *Profectò curasset eum à lepra, quam habet.* i. sine dubio curasset eū. Asserebat puella sub certitudine curari posse Naamā: eo ꝙ ipsa audierat, vel fortè viderat maiora miracula facta fuisse ꝑ Eliseum, vt pote, de suscitatione pueri mortui: ꝑc. c. *Ingressus est itaq; Naaman ad Dominū suum.* Puella retulit hoc vxori Naamā, & ipsa retulit viro suo, & tunc. credidit Naamā, & cogitauit qūo illùc iret: vel dato, ꝙ nō plenè crederet, tñ putabat non esse impossibile: & qa desiderabat nimis sanari, libenter sub dubio volebat ire in terrā Israel, & ad hoc ingressus est ad regē Syriȩ, vt ipse mitteret eum cū literis suis ad regē Israel, vt ille faceret eū sanari ꝑ ꝓphetā terrȩ suȩ. *Dicens: sic, & sic locuta est puella de terra Israel.* Idest, narrauit Naaman regi Syriȩ oīa verba ſm formā, qua narrauerat puella hebrea. *Dixitque ei rex Syriæ: vade, & mittam literas ad regem Israel.* Rex Syriæ desiderabat salutē Naaman: qa erat honoratus, & magnus in cōspectu eius, & Dñs dederat salutē Syriȩ per manū eius, iō voluit, ꝙ iret Naaman in terrā Israel, vt sanaret̄, & dixit ei: vade. i. disponete ad eundum, vt ego mittā tecū literas ad regē Israel ꝓ sanatione tua. *Qui cum profectus esset.* s. de terra Syriæ ī terrā Israel. *Et tulisset secum decē talenta argenti.* Ista erāt partim ad donandū ꝓphetȩ, q ei cōferret sanitatē, qđ patet: qa cū sanatus est, obtulit Elisæo munera magna, & ille noluit accipere, inf. in litera, & partim ad sumptus. In hebræo dr̄. *Centum centenarios* i. tulit secū istos centenarios argēti. Hebræi dicunt, ꝙ erant centū talenta duorū: quorū quodlibet ualebat centū talenta argenti de vsualibus: & sic centum talenta erant decē millia talentorū argenti, & tñ hoc nō est verisimile, ꝙ ille tot talenta argēti haberet, vel, si haberet, non ferret tanta argenti pondera secū in terrā Israel, iō litera nr̄a posuit decē talēta: cū verò dr̄ ī Hebrȩo, centū centenarios: intelligendū, ꝙ decē cētenarij erant vnū talentū: qa fortè illi centenarij cōputant̄ ī moneta parui valoris. *Et sex millia aureos.* Ista erat moneta de auro, & eodē modo erat ad expēdēdum, & donandū. *Et decem mutatoria vestimentorum.* i. decem paria vestiū, quæ mutatoria vocant̄. i. ad mutandū. s. ꝙ vno die indueret̄ vna veste, & alio die alia: & hoc modo oēs istȩ vestes erāt ꝓ se ipso ad mutandū illas per dies, vel potest dici, ꝙ ferebat illas ad dandum oīa decē mutatoria ipsi ꝓphetȩ, vt haberet decē paria vestium ad mutandum ꝑ dies. Et hoc ēt patet: quia Giezi stabat corā Elisæo quando Naaman obtulit munera ei, & ipse noluit recipere: & postea etiā cucurrit Giezi post Naaman recedentē, & dixit ei, quòd daret sibi duas vestes mutatorias: & dedit ei Naaman, & duo talēta argenti: vt patet inf. si tamen nō obtulisset vestes illas Elisæo, nō ausus fuisset nūc Giezi petere illas: quia crederet se non obtenturū: & tamen petijt, & obtinuit: ergo non ferebat Naaman ista decem mutatoria pro se, sed ad dādum Elisæo. *Detulit literas ad regem Israel in hæc verba.* Istȩ erant

F literæ comēdatitiæ, in quibus iubebat rex Syriȩ regi Israel, ꝙ faceret Naamā sanari à lepra: & tenor erat iste. *Cum acceperis epistolam hanc*: Rex Syriæ scribebat regi Israel, tāquam subdito suo, vel tanquam minori. Et hoc erat, quia licèt, viuēte Achab, esset rex Syriæ minor rege Israel, eo ꝙ Achab cȩperat eū ī bello, & dimisit à se recedere cum quodam fœdere tributi: ꝑced. lib. c. vlti. Benadab, qui occidit ipsum, cȩpit habere Ochoziam filium eius regem Israel, quasi subditum, & Ioram, qui nūc regnabat, ēt habuit tanquam subditum: ideo scribebat ei imperiosè. *Scito, quòd miserim ad te Naaman seruum meum.* Erat Naamā seruus regis Syriæ. s. princeps militiæ regis: vt patet supra in litera. *Vt cures eum à lepra sua.* i. vt facias eum

G curari: quia benè nouerat rex Syriæ, ꝙ rex Israel nō habebat gratiā curādi morbos, sed propheta, q erat in terra eius: qa tñ qcūq; erāt ī terra Israel obedirēt regi iussit hoc regi, vt ipse iuberet ꝓphetȩ seruo suo.

Cunque legisset. Hoc ponitur secundum huius ca. ī quo Naaman à lepra curat̄, & primo venit ad regē Israel, & postea remissus est ad Elisæum, qui curaret ipsum: & dicitur. *Cum legisset rex Israel literas, scidit vestimenta sua.* Literȩ missȩ ad eum uidebant̄ grauatoriæ: iō doluit, & scidit uestimēta sua ī signū doloris.

Rex Israel, lecta litera regis Syriæ, quare scidit vestimenta sua. *Quæstio III.*

H QVAERETVR, quare rex Israel scidit vestimenta, lecta ista litera regis Syriæ. Aliqui dicunt, ꝙ hoc fecit ꝑꝑ dolorē blasfemiȩ: nā erat consuetudo inter Iudæos, ꝙ quando aliquis blasfemaret Dominum; audientes in signum doloris rumperent uestimenta sua. Sic patet de summo sacerdote, corā quo cum dixisset Christus: amodo uidebitis filium hoīs sedentem à dextris uirtutis Dei, & uenientē in nubibus cęli: putās ꝙ Christus blasfemasset dicēdo hæc: scidit uestimenta sua, dicēs blasfemauit: quid adhuc egemus testibus? Math. 26. & Luca 22. Ita nunc cum in litera illa diceret̄, ꝙ rex Israel sanaret Naaman à lepra, attribuebat̄ ei deitas, unde ipse dixit nunquid Deus sum, ut occidere possim, & uiuificare: quia iste misit ad me, ut curē hominē à lepra sua? Attribui tamen deitatem homini erat blasphemia, ideo scidit uestimenta sua, audita blasphemia. Sed hoc non est uerisimile: quia Ioram non erat cultor dei, ut doleret de blasphemia sua, & scinderet uestimenta: sed colebat idola, sup. 3. Dicēdum ergo, quòd Ioram scidit uestimēta sua ꝑꝑ grauamē manifestum, quod erat in literis: quia dicitur: ut cures hominem à lepra sua, & putabat rex Israel, quòd rex Syriæ iuberet ei, ut ipsemet sanaret à lepra Naaman, & hoc modo petebat aliquid irrationabile: non tamē intelligebat hoc rex Syriæ: sed quòd rex Israel faceret eum sanari per prophetam suum, & putabat rex Israel, quòd rex Syriæ quærebat in hoc

K occasionē contra eum ad pugnandum, uel ad opprimendum eum iniuste: quia rex Israel erat tāquā subdit⁹ regis Syriæ, & si diceret rex Israel, quòd nō poterat hoc facere, haberet quendam colorem, salteṁ facilem rex Syriæ dicendo, quòd non obediebat mandato eius, & sic pugnaret contra eum, uel uastaret terram eius Et quia istud erat iniustum prȩ dolore rex Israel scidit vestimenta sua. Hoc patet, quia ipse dixit: animaduertite & uidete, quòd occasionē q̄rat aduersum me. *Nunquid Deus sum, vt occidere possim, & viuificare?* q. d. istud mandatū ē iniustū: qa ad solū Deū ꝑtinet occidere, & uiuificare: & tñ rex Syriȩ uult, ꝙ ego occidā, & uiuificē, sicut Deus. Sed aliquis dicet, ꝙ ista duo nō ꝯueniūt soli Deo: nā uiuificare

ficare mortuos soli Deo cõuenit: occidere tñ viuẽtes tã Deo, q̃ hominibus cõuenit, & oĩ generi aĩalium. Dicendum, ꝙ accipit, occidere, & viuificare ꝑ solã voluntatem, & non ꝑ aliquod instrumentũ: & tũc soli Deo cõuenit occidere, & viuificare: qa ex eo solũ, ꝙ ipse vult hominem mori, ẽt si nihil aliud agat, morit, & ex eo, ꝙ vult hoĩem mortuũ viuere, viuit nihil aliud faciendo: homines aũt non possunt sic facere: qa ꝑ solã voluntatẽ suã nullũ actũ exteriorẽ ꝓducunt, sed applicãdo exteriora instrumẽta, iõ dato, ꝙ velint, ꝙ aliquis moriat, non ꝑꝑ hoc morit. Vel intelligit, ꝙ Deus põt occidere, & viuificare. s. quoscunq; voluerit, nã q̃q̃ hoĩes possint aliquos occidere, nõ tñ possunt occidere quoscũq; voluerint. *Quia iste misit ad me vt curẽ hoĩem a lepra sua.* Q d. ita misit ad me hominẽ ad curandum eum à lepra, sicut si ego essẽ Deꝰ potẽs occidere hoĩem, & viuificare.

Locutio regis Israel an fuerit conueniens, quòd non posset occidere hominem, vel viuificare, cùm tamen hoc non peteret rex Syriæ. Quæst. IIII.

QVAERETVR, quõ dixit ista rex Israel, quia dato, ꝙ ipse non posset hoĩem occidere, vel viuificare, nõ videbat incõuenies, ꝙ posset eũ à lepra curare: rex tñ syriæ non misit ad regẽ Israel, vt occideret aliquẽ, vel viuificaret, iõ vident verba illa incõuenienter dicta. Rñdendũ, ꝙ rex Israel locutus est cõuenièter, equiparãdo ista tria. s. occidere, viuificare, & curare à lepra, & arguit sic: nullꝰ põt occidere, & viuificare, nisi solus Deus, sed curare à lepra ẽ equale eis, ergo nullus põt curare à lepra hoĩem, nisi solus Deus: & tñ rex syrię misit ad me hoĩem ad curandũ eũ à lepra, cũ ego non sim Deus: ꝙ aũt ista sint equalia apparet: qa curare à lepra aliquẽ ẽ miraculũ, & tñ oĩa miracula sunt equalia: qa nullũ exigit maiorẽ potẽtiã, q̃ infinitã, & ad nullũ sufficit minor potẽtia, q̃ infinita, vt ꝓbatũ est ꝑc. c. iõ æquale est sanare à lepra cuicũq; miraculo. Itẽ dato, ꝙ rex Israel non putaret equale esse sanare à lepra, & occidere, atq; viuificare, tñ bene loquebat. s. sicut ad solũ Deũ ꝑtinet viuificare, & occidere, ita sanare à lepra, licèt minus sit: cũ ergo nõ sim ego Deus potens viuificare, & occidere, nõ debuit mittere ad me hoĩem ad sanãdũ eũ à lepra sua. *Animaduertite, & videte quòd occasionem quærat aduersum me.* Hoc dixit rex Israel ad seruos suos assistẽtes sibi ꝯquerẽdo de irrationabili mãdato regis Syriæ, scilicet: animaduertite, quòd occasionem quærit contra me iubendo id, quod est ĩpossibile mihi, vt ꝑ hoc hẽat colorẽ ad nocẽdum mihi.

Quare rex Israel credidit regem Syriæ occasionem quærere contra eum. Quæstio V.

QVAERETVR, quõ existimabat rex Israel, ꝙ rex Syriæ q̃reret occasionem ꝯ eum, & quã occasionem q̃rebat. Respondẽdũ, ꝙ rex Israel non putauit, ꝙ rex Syrie mitteret Naaman ad ipsum, vt curaret ꝑ Elisæũ mandato eius, sed solũ, ꝙ ipse curaret eũ, & qa impossibile erat, ꝙ ipse curaret eũ, cum nõ esset Deus, nec minister Dei, credebat, ꝙ nõ mitteret rex Syriæ ipsum Naamã cũ intentione, vt curaret: qa ipsemet cognosceret hoc esse impossibile, sed solũ mitteret, vt haberet colorẽ ꝯ eum, dicens, ꝙ contẽpserat mandatum eius: Putabat aũt, ꝙ volebat ꝑ hoc inferre ei bellum ad subijciendum eũ, & totã terrã Israel in seruitutem sibi: vel ad vniẽdũ terrã Israel regnũ Syriæ, vel ad imponendũ magna tributa: hoc aũt rationabiliter poterat credere rex Israel: qa iste Benadad rex Syriæ, qui nunc erat viuẽ

A te Achab, q̃rebat occasiones ꝯ eum ad vastandũ terrã eius: nam misit semel ad petendum totum aurũ, & argentum, qđ erat in domo sua, & filios suos, & filias, & vxores seruorũ suorum, & suas concubinas, & istud erat non solũ iniustum, sed indignum auditu: iõ dixit Achab ad seniores Israel: animaduertite, & videte, qm̃ insidiatur nobis, præc. li. c. 20. Ita ergo nũc esset idẽ rex poterat rationabiliter credere, ꝙ rex Israel insidiaretur ei, vt inferret aliquod malũ.

Quod cum audisset. Hoc ponitur secundũ huius. c. ĩ quo Naamã à lepra curat, & istud fuit ꝑ Elisæũ, & primo ponit quõ Elisæus increpuit regẽ Israel: quia sciderat vestimẽta sua ꝑꝑ literas regis Syriæ: deinde Naamã ad Elisæum remittit & ipse eum à lepra cu-

B rauit, & dr̃. *Quod cum audisset Elisæus vir Dei scidisse, videlicet, regem Israel vestimenta sua.* Elisæus forte nouerat ĩ Samaria, qñ venit Naamã ad regẽ Israel, sed erat in aliquo de his locis, in quibus erant collegia ꝓphetarũ, & ibi audiuit, ꝙ rex Israel scidisset vestimẽta sua ꝑꝑ literas regis Syriæ missas ad se. *Misit ad eum, dicens: quare scidisti vestimenta tua?* Ista verba sunt increpatoria: qa sciebat Elisæus, ꝙ Iorã scidisset vestimẽta sua, qa ipse non poterat sanare Naamã à lepra, sicut scribebat rex Syriæ: & tñ licèt ipse nõ sciret, propheta erat in Israel, qui posset hoc facere. *Veniat ad me & sciat prophetam esse in Israel*, idest, veniat ad me, & ego sanabo eum, & per hoc sciet prophetam esse in Israel, qui habeat virtutem curandi morbos.

C

An peccauit rex Israel scindendo sibi vestimenta, lecta litera regis Syriæ. Quæstio VI.

QVAERETVR, an peccauit rex Israel, scindẽdo vestimenta sua, lecta litera regis Syriæ. Aliquis dicet, ꝙ non, sed potius, ꝙ meruit: q hoc fecit ꝑꝑ blasphemiã, quã inferebat rex Syriæ Deo in lr̃a sua attribuẽdo deitatẽ regi Iorã. Sed istud nõ stat, qa tunc nõ increpuisset Eliseus ipsum, ꝙ scidisset vestimenta sua, sed potius laudasset: iõ non fecit ꝑꝑ hoc. Itẽ qa Elisæus dedit in remediũ regi Israel, ꝙ mitteret Naaman ad eũ, & ipse curaret illũ: ergo vr̃, ꝙ id, de quo dolebat rex Israel, erat, qa non pote

D rat sanare Naaman iuxta verba regis Syrię. Aliquis dicet, ꝙ peccauit rex Israel scindẽdo vestimẽta: qa Eliseus increpuit eũ de hoc: si tñ non peccasset, non increparet eum, quia de bono ope nullus est increpandus. Rñdendũ, ꝙ nõ oportet cõcedi, ꝙ rex Israel peccauerit scindendo vestimẽta sua, qa poterat hoc facere ꝑꝑ duo: primo ꝑꝑ iniustitiã mandati, vt potẽ si putaret, ꝙ sibi ipsi mandauerat sanare Naaman: & hoc non intentione, vt sanaret eum, quia sciebat hoc impossibile: sed vt per hoc hr̃et occasionẽ contra eũ ad nocendũ sibi, & de ista occasione, quã quęrebat ꝯtra eũ, doleret: & tũc non erat peccatũ, ꝙ qs doleat de malo sibi aduenienti. Alio mõ ꝑt intelligi, ꝙ rex Israel scinderet vestimenta. s. quia videbat se in perplexitate nõ potẽs sanare Naaman à lepra, nec euadere dãna, q̃ rex Syrię inferre volebat ei: & sic tunc præ desperatione sanitatis Naamã scinde-

E bat vestimẽta sua: quia dato, ꝙ ipse non posset eum sanare à lepra, si aliquis eẽt in regno suo, q posset eũ sanare, ille sanaret ipsum: & per hoc satisfaceret rex Israel mandato regis Syriæ, quãquã illud esset iniustũ, & calumniosum. Et ꝑꝑ hanc desperationẽ de sanitate Naaman aliquis fortè diceret, ꝙ peccauit rex Israel. Sed dicendũ, ꝙ dato, ꝙ desperaret de sanitate eius, non ꝑꝑ hoc peccabat: quia fortè tunc, quãdo scidit vestimenta sua nõ aduertebat, an esset Eliseus in terra Israel, qui posset sanare eũ, & de nullo alio sciebat, ꝙ posset eũ sanare, & dato, ꝙ sciret Eliseum

[library stamp]

esse in terra illa, & fecisse alia miracula non peccabat desperando de miraculo illo, qđ p illū fieret: qa fortè credebat, ꝙ Deus sanare nolet hoīem Gentilē p prophetā suū: non tñ desperabat de Deo, quin posset sanare, ideo non erat peccatum. Verius tamen est, quòd rex Israel non recordabatur tunc de Elisæo, vel nesciebat de miraculis ei⁹, quæ aliàs fecerat, qa alioquin sub dubio misisset Naamā ad ipsum. *Venit ergo Naaman cū equis, & curribus, & stetit ad ostiū domus Elisæi.* Erat Naamā, vir potēs princeps militię syriæ, iō ducebat secū currus multos, & ęquites ad sociandū eū: iuit aūt, & stetit ante ostiū dom⁹ Elisæi putās, ꝙ Elisæus exiret ad ipsum, & sanaret eū: vt patet inf. *Misitq; ad eum Elisæus nuncium.* Noluit Elisæus exire ad loquēdū Naamā, sed p nunciū misit ad dicendū, qd faceret: & ob hoc indignatus est Naaman. *Vade, & lauare septies in Iordane.* Iordanis erat fluuius principalis in terra Israel, q̄q̄ in terminis eius erat alius fluuius maior .i. Euphrates, q erat inter syriā, & terrā Israel ad latus aquilonare terræ Israel: vt patet Gene. 15. *Et recipiet sanitatem caro tua.* .s. illicò sanaueris à lepra.

Elisæus quare noluit per se loqui Naaman. *Q. VII.*

QVAERETVR quare Elisæus, non exiuit ad loquendum Naaman, vt ipse p se diceret ei qd agere deberet. Rñdendū, ꝙ hoc factū est pp duo. Primo pp aliqualē faustū Naaman: qa ipse volebat, ꝙ exiret ad eū Elisæus, & honoraret eū, & sic sanaret ipsum, iō noluit cōsentire ei, vt honoraret ipsū: sed misit ad eū nunciū, p quē verba narrarent ei. Sic enim Christus faciebat aliqñ: qa cū aliquis veniebat ad eū: q vellet ab ipso honorari, vel nō haberet magnā fidē, nō consentiebat facere id qđ ille volebat. Sic .n. fuit de quodā regulo, qui venit ad Christū rogans, vt descēderet in domum suā ad sanandum filium suum, Christus, aūt noluit descendere cū ipso, sed dixit vade: qa filius tuus viuit: & tñ qñ aliquis humiliabat corā eo Christus volebat ei plus consentire, q̄ ipse peteret: nā centurionis cuiusdā languebat seruus, & Christus descendebat ad eū, vt sanaret ipsum, & egressus centurio in occursum eius dixit, ne iret in domum suam: quia ex illo loco poterat sanare eum solo verbo. Matth 8. & Luc. 7. Aliter potest dici, ꝙ Elisæus fecit hoc ad ostendendū maius miraculū: nam si ipse exiuisset ad loquendū Naamā: putauisset Naaman, ꝙ virtute verborū eius sanabatur, & nō tm̄ miraretur sicut si per aliū diceret, & fieret. Hoc patet ex verbis Naaman: nā ipse īdignatus est, qñ Elisæus misit ad eū nunciū dicens: putabā, ꝙ exiret ad me, & stans inuocaret nomen Dñi Dei sui, & tangeret locū lepre q d istum modū credebat Naaman esse verisimilē: tñ non credebat esse verisimile ꝙ cum solū diceret ei p nunciū, ꝙ posset sanari: iō cū postea sanaret dictis verbis p nūciū magis admiraret de miraculo, q̄ si ipse exiret, & loqueretur ei.

Quare iussit Naaman lauari, & non fecit istam cæremoniam. *Questio VIII.*

QVAERETVR vlterius, quare Elisæus iussit Naaman, ꝙ lauaret in aqua, & sanaret, & quare non faciebat aliā cęremoniā sanitatis: sicut qñ suscitauit puerū orauit p eo, & resurrexit: præced. ca. Dicendū, ꝙ Elisæus potuerat sanare Naamā à lepra orando p ipso, & nō faciēdo aliā cęremoniā, & tñ noluit, & hoc ad magnificādū miraculū: nā ista erat cōsuetudo Elisæi ī multis miraculis, ꝙ poneret illa, p q̄ miraculū redderet difficilius, sicut in sanatione aquarū Iericho ab amaritudine: nā sal qđ ibi piectū

F est ñ pficiebat ad sanādū amaritudinē aquę, sed potius augeret amaritudinē sup. 2. c. Sic ēt Elias, qñ volebat petere ignē de cęlo sup sacrificium, fecit prius aq̄ fundi sup illud .s. 12. hidrias aquę: pced. li. c. 18. vt sic difficilius posset cremari. Ita erat forte lauare leprā in aqua: qa lotio ista nō pficeret ad sanitatē, sed magis noceret. Secundò fecit hoc Elisæus ad magnificādū miraculū: qa cū virtus sanādi sit à Deo, verisimile erat, ꝙ inuocato noīe Dñi, sanaret lepra: virt⁹ tñ nulla erat in aquis ad sanandū leprā; iō non erat verisimile, ꝙ posset ibi sanari Naaman: vnde dictis istis verbis putauit esse ridicula, & recedebat. Dixit .n. ꝙ putabat, ꝙ egrederet ad eū Elisæus, & inuocaret nomen Dñi, & tangeret locū lepre, & sic credebat sanari nō mittēdo eū ad Iordanē: iō cū illùc iret

G & sanaret admiraret magis de potētia Dei Israel: qa p aq̄ ī qua nulla virt⁹ sanatiua erat, curabat leprā ēt erat miraculū: qa erat nimis ꝯ rōnē hoc: nam meliores aquę erant in terra Sirię, q̄ in terra Israel: & tñ ille ñ poterāt sanare eū, nec erat hoc verisimile, quo mō ergo sanare possent eū aq̄ Iordanis, vel q̄cunq; aliæ aquę terræ Israel? & sic semp reddebat miraculū excelētius q̄to minus verisimile erat. Hoc tetigit Naamā, dicēs: nūquid nō meliores sunt Abana, & Pharphar fluuij Damasci omnibus aquis Israel, vt lauer in eis, & mūder. q. d. meliores sunt: & tamen il le non possunt me sanare, vel non mittit me ad il-

H las vt saner: qūo ergo sanabor in Iordane? q. d. nullo modo: postea tñ sanatus est, & iō admirat⁹ est nimis.

Quare Elisęus misit Naaman, ut lauaretur in Jordane potius, quàm in alia aqua alterius terrę, vel gentis. *Q. IX.*

QVAERETVR vlterius, quare misit Elisęus ipsum Naaman ad Iordanē potius q̄ ad aliam aq̄, vel fluuiū rerrę Israel, vel alteri⁹ gētis, vt sanaret ibi. Rñdēdū, ꝙ voluit Elisæus mittere Naaman ad aliq̄ aq̄ terrę Israel: ne si mitteret eū ad aliq̄ aq̄ terrarū longinquarū, nolet ire illùc Naamā, & nō sanaret: ꝙ aūt miserit eū intra terrā Israel ad fluuiū Iordanis potius, q̄ ad aliā aq̄ forte fecit hoc, qa minus

I verisimile erat de aqua Iordanis, ꝙ sanare posset, q̄ de alia aqua, eo ꝙ forte erat turbida, & lutulēta pp alluuionē: nā quolibet anno ī principio messis hordeacęę. s. circa principiū Aprilis Iordanis intumescit, liquefactis niuibus Libani, ad cuius radices est caput Iordanis. De hoc Ecclesia. 24. & Iosue 3. & ibi declaratū est, & fortè in illo tpe venit Naamā ad Elisæū. Vel fortè hoc fecit Elisæus ad pbandā obediētiā Naamā, vt si Iordanis distabat aliquantulū inde nolet illùc ire Naamā putās hoc nō esse verisimile, quòd ibi sanaret: si aūt iuberet, quòd aspergeretur aqua ibi in loco in quo erat Elisæus q̄q̄ nō esset verisimile Naaman, quòd sic sanari posset: tamen fecisset prompte: quia hoc non erat difficile: & sic modi

K cum probaretur in hoc obedientia Naaman.

Quare iussit, quòd lauaretur septies. *Quest. X.*

QVAERETVR vlterius, quare iussit, ꝙ lauaret septies. Rñdēdum, ꝙ si nos respiciamus ad vtilitatē absolutā, q̄ ꝯferebat illa lotio nihil magis p ficiebat lauari septies, q̄ semel, eo ꝙ lotio nihil fm se conferebat: nec ēt pōt dici, ꝙ fiebat hoc, vt toties oraret pro illo Elisæus sicut dicebatur præcedenti c. ꝙ bis incubuit Elisæus sup puerū: qa bis orauit p ipso, vsquequo suscitaretur: nunc autem non erat sic: quia Elisæus orauit semel pro puero, & incubuit super puerū: & quia tunc non suscitatus est orauit secundo, & incubuit super eum secundo, & tunc resur-

resurrexit. Hic autem non fiebat sic: quia tūc oporteret, quòd Elisæus oraret pro sanitate Naaman: & tunc lauaret eum semel, & si non sanaretur, iterum oraret, & lauaret eum, & sic faciendo quousque sanaretur: & tamen nunc nō lauit eum Elisæus, ideo non fiebat propter hanc cautam. Dicendum autem videtur, quòd hoc factum est ad significationem, scilicet, quia septenarius est numerus perfectus propter septenarios multos vitæ nostræ, & totius boni nostri, & nunc conferēda erat sanitas perfecta Naaman: ideo conueniebat ei lotio septenaria: Ecclesia autem accipit istud in sensu tropologico, scilicet de ablutione, quæ fit per confessionem: quia ibi abluitur homo septies, idest ab omnibus septem peccatis mortalibus, in quibus cōprehenditur vniuersitas peccatorum: & postquam lotus fuerit septies efficitur caro sua sicut caro pueri, idest, restituitur quasi in pristinam innocentiam, sicut puer: quia vltra septem peccata mortalia nulla sunt, à quibus homo lauari possit. Sed iste sensus est purè tropologicus: & in isto intelligit Ecclesia: & ob hoc legit in quadam epistola quadragesimæ istam historiā Naaman: quia tunc est tempus confessionis, per quam diluuntur septem peccata: sed in isto sensu non accepit Elisæus, quia realiter iussit ipsi Naaman se lauare septies in tantum, quòd si solū se lauasset quinquies, non sanatus fuisset à lepra. Tenenda ergo causa supra assignata. Vel dicendum, ꝙ ita poterat sanari Naaman lauando eum vna vice in aqua, sicut si lauaretur septies: & tamen iussit, ꝙ lauaretur septies propter meritum obedientiæ, sicut interdum iubentur aliqua quibusdam, quæ nō sunt necessaria: & tamen iubentur, vt obediant, & mereantur obediēdo. *Iratus Naaman recedebat.* Putabat Naaman, ꝙ non poterat sanari lauando se septies in Iordane: ideo tanquam ridiculum reputans, recedebat in terram suā. Iratus fuit autem, quia Elisæus non dignatus fuerat exire ad eum: nam dato, quòd non posset eum sanare, saltem debebat exire ad loquendum ei. *Putabam, quòd egrederetur ad me, & stans inuocaret nomen Domini Dei sui.* Ponit hic Naaman modum, quem credebat esse verisimilem ad hoc, quòd sanaretur, scilicet, quòd Eliseus egrederetur ad eum, & inuocaret nomē Domini super plagam eius, & sic sanaretur. Hoc autem erat verisimile, quia virtus curandi morbos erat à Deo, & quia putabat Deum Israel potentiorem esse alijs dijs, credidit, quòd non erat alius modus, per quem sanaretur, nisi inuocando nomen Domini super plagam. *Et tangeret manu sua locum lepræ.* Putauit etiam Naaman, ꝙ Elisæus vellet tangere locum lepræ ad faciendum aliqua signa super lepram in nomine Dei Israel, sicut in sacro Baptismi, & cōfirmationis, & ferè in omnibus tangit ipse conferens sacramentum aliqua loca carnis eius, cui confert, & potissimùm fit hoc in sacramēto Extremæ vnctionis, vbi tangūtur omnia organa quinque sensuum. Vel fortè putabat Naaman, ꝙ deberet Elisæus tangere locū lepræ, vt si esset aliqua virtus in Elisæo, qa erat propheta Dñi, & per tactum eius sanarent morbi. *Nunquid non meliores sunt Abana, & Pharphar fluuij Damasci omnibus aquis Israel, vt lauer in eis, & munder?* Quasi dicat, melioribus sunt omnibus aquis, idest, fluuijs terræ Israel. Isti sunt duo fluuij Damasci, i. qui fluūt apud vrbem Damasci, vel vocātur fluuij Damasci: quia sunt in regno Damasci: nam caput regni Syriæ est Damascus, Is. 7. Ista litera potest dupliciter induci: vno modo, quòd meliores aquæ erant Pharphar, & Abana, quàm aquæ terræ Israel: & tamen cum lauaretur in eis sæpe Naaman, nihil ei conferebant: ergo à fortiori nihil ei conferret aqua Iordanis. Aliter potest intelligi, ꝙ arguat Naamā pceptū Elisæi esse irrationabile: qa si in aquis mundādus esset, quanto aliqua aqua esset melior, tanto facilius eū mundare posset: & tñ Abana, & Pharphar erant meliores aquę, q̄ Iordanis: ergo potius illūc, q̄ ad Iordanem mittēdus erat: & tñ nō mittebat illūc, sed ad Iordanē: ergo videbatur mandatum irrationabile.

Quare non fuit rationabile argumentū Naaman. Quæst. XI.

QVAERETVR, an argueret Naaman rationabiliter in verbis istis. Rñdendū, ꝙ dupliciter illa verba induci possunt, & tñ in nullo sensu arguit rōnabiliter. Ratio huius est: qa Naamā putabat, ꝙ si Elisæus inuocaret nomen Dñi sup illū, curaret supernaturaliter: qa tñ mittebat nunc, vt lauaretur in aqua, & nihil aliud faciebat circa ipsum, putabat, ꝙ tūc, vel nullo modo sanaret, vel totaliter sanaretur virtute aquę: & dato isto fundamēto in vtroq; sensu bene arguit Naaman. Qđ patet de primo: nā Naaman lotus fuerat sępè in Pharphar, & Abana, q̄ erāt meliores aquę, q̄ Iordanis, & nihil sibi pfecerāt: ergo nō pficeret Iordanis. Accipiēdo ēt in secūdo sensu, verū est: qa si virtute aquę sanandus erat, potius debebat mitti ad aquas meliores, q̄ ad nō ita bonas; sed mittebat ad Iordanē, cuius aquę minus bonę erāt: ergo non rectè agebat. Sed dicendū, ꝙ errabat Naaman in fundamēto: quia dato, ꝙ mitteretur ad Iordanē, nō erat sanādus virtute aquę, sed virtute Dei: & tñ illa virtus ita poterat esse in vna aqua, sicut in alia, & tunc argumentum Naaman nō procedit: nā dato, ꝙ sæpè lotus fuisset in Abana, & Pharphar, q̄ erāt meliores aquæ, & ibi non sanatus fuisset, poterat sanari in Iordane, vbi nō erat tam bona aqua, qa Deus noluerat prius sanare eū, q̄ lauaretur in Pharphar, & Abana, & volebat eum sanare nunc cum lauaretur in Iordane. Arguendo secūdo modo etiam tenet: qa dato, ꝙ Pharphar, & Abana essēt meliores aquæ, q̄ Iordanis, non erat mittendus illūc, vt sanaretur potius, q̄ ad Iordanem: quia si sanitas illa in totum, vel in partem causanda fuisset per aquas, debebat mitti ad Pharphar, vel Abana, & tamen nullo modo fieri debebat virtute aquarum, ideo mitti nō differebat ad vnam aquam, vel ad aliam.

Quare non misit Naaman, vt lauaretur in ista aqua potius, quàm in Iordane. Quæstio XII.

QVAERETVR vlterius, quare Elisęus nō misit Naaman potius, vt lauaretur in Pharphar, & Abana, q̄ in Iordane cū essent meliores aquę. Dicēdum, ꝙ pp duo. Primo, quia nō erat necesse: secūdo, quia non expediebat. De primo patet ex supradictis præced. q. s. quia si Naaman sanandus foret in totum, vel in partē virtute aquarum, debebat mitti in aquas meliores, & sic iuisset ad Abana, vł Pharphar: & tñ nullo modo aquę cōferre poterant ad sanitatem istam causandā, ideo nō magis erat necesse mitti eum ad vnum fluuium, q̄ alium. Secundū, & principalius erat, quia nō expediebat: & hoc pp duo: primò, quia si mitteretur ad Abana, vel Pharphar, cum illi fluuij essent famosi in bonitate aquę, si sanaret, attribueret Naaman sanitatē bonitati aquæ, saltē quātum ad aliquid: & ideo vel nullū reputaret esse miraculū, vel paruum: cū aūt mitteretur ad Iordanē, cuius nō erat aqua famosa in salubritate, si sanaret, attribueret sanitatē suam Deo, sicut factū est. Secūdū erat, qa Pharphar, & Abana erāt aquę fluentes apud Damascū, & si iuisset illūc Naamā, & sanaret, nō rediret ad Elisæū: quia ibi esset in terra sua, & tamē Elisęus volebat, ꝙ rediret Naaman ad eum ad redden-

dum gratias de ſanitate præſtita: quia per hoc redde
bat gratias Deo Iſrael, qui illam verè contulerat. Sic
enim patet de decem leproſis, quos Christus ſana-
uit, & vnus ſolum rediit ad reddendum gratias de ſa
nitate: & Chriſtus dixit: Nonne decem mundati
ſunt, & nouem vbi ſunt? non eſt inuentus: qui redi-
ret, & daret gloriam Deo, niſi hic alienigena: Luc.
17. debuit ergo mitti ad Iordanem, vel ad aliã aquã
terræ Iſrael; in qua poſtquam ſanatus eſſet, rediret
ad Eliſæum: quia propinquus eſſet. *Cum ergo vertiſſet
ſe, & abiret indignans.* Vertebat ſe contra terram ſuam,
vt abiret credens, ꝙ non poſſet conſequi ſanitatem
in Iſrael, & erat indignans, ideſt, iratus propter Eli-
ſæum, qui ſaltem noluerat exire ad oſtium domus
ſuæ, vt videret ipſum: vel non iuſſerat ei, ꝙ introi-
ret ad ſe, ſed per nuncium dixerat ei, ꝙ iret ad Iorda
nem. *Acceſſerunt ad eum ſerui ſui, & locuti ſunt ei.* Iſtud
poteſt intelligi de ſeruis Eliſęi, qui perſuaſerunt Naa
man, vt compleret præceptum prophetę. Vel magis
poteſt intelligi de ſeruis Naaman, ꝙ hoc perſuade-
rent Domino ſuo nolentes, quòd pro pauca re im-
pediretur ſanitas eius: *Pater, & ſi rem grandem dixiſſet tibi
propheta, certe facere debueras, quanto magis quia nunc dixit ti-
bi, lauare, & mundaberis?* quaſi dicat, iſte propheta eſt val
dè famoſus in operatione miraculorum: ideo cum
tu tanto deſiderio cupias ſanari à lepra, & ipſe hoc
præſtare poſſit, etiam ſi rem grauiſſimam tibi iube-
ret, facere deberes quanto magis quia nunc pręce-
pit tibi rem leuiſſimam, ſcilicet, ꝙ lauareris: ideo da
to, ꝙ non eſſet veriſimile, ꝙ ſanareris, deberes illud
facere ſub dubio. Et non dixerunt iſti, ꝙ præcepe-
rat Eliſæus, ꝙ lauaretur in Iordane, ſed ſolum, quòd
præceperat, ꝙ lauaretur: & hoc, quia nullam difficul
tatem præſtabat, ꝙ lauaretur in Iordane, vel in alia
aqua: quia hoc ſine labore magno, & ſumptibus fie-
ri poterat. *Deſcendit, & lauit ſe in Iordane ſepties iuxta ſer-
monem viri Dei.* Fuit perſuaſus Naaman à ſeruis ſuis:
quia vidit, ꝙ rationabiliter loquebantur, & nihil no
cebat tentare illud. *Et reſtituta eſt caro eius ſicut caro pue-
ri paruuli, & mundatus eſt.* ideſt, poſt ſeptimam lotio-
nem illico fuit caro eius reſtituta ſanitati, & fuit ſi-
cut caro pueri paruuli, ſcilicet, ꝙ ſicut in carne pue-
ri eſt teneritudo, & ſanitas, & non apparet aliqua
ęgritudo, ita fuit caro Naaman. Vel dicitur ſicut ca-
ro pueri paruuli ad ſignificãdum magnam efficaciã
miraculi: nam non ſolum fuit reſtituta caro ſanita-
ti, ſicut eſſet in viro, ſed etiam fuit caro illa ſanior, &
magis apta ad durandum magno tempore, ſicut eſt
in puero. Nã fętus quando eſt in vtero habet carnẽ
puram, quæ vocatur, caro ſecundum ſpeciem, ſcili-
cet, illam quam traxit de ſemine paterno, & mater-
no: poſtquam verò homo incipit viuere extra vte-
rum, incipit fieri in eo continua alteratio, & conſu-
mitur pars carnis prioris, quæ ſecundum ſpeciem
eſt, & alia generatur de nouo ex alimento, & iſta nõ
conuenit vitæ, nec formæ humanæ, ſicut caro, quę
eſt ſecundum ſpeciem: & ſecundum hoc quanto ho
mo magis viuit, tanto caro eius impurior eſt: & pro
pter iſtam cauſam impoſſibile eſt naturaliter mane-
re animam humanam in corpore: ſi tamen maneret
caro hominis ſecundum ſpeciem, quam traxit à pa-
rentibus ſemper in illo in quacunq; ætate, impoſſibi
le eſſet naturaliter, ꝙ moreretur niſi violẽter, vt gla-
dio, vel igne. Et iſta etiam eſt cauſa quare naturale
eſt hominibus in magna ſenectute mori: in pueritia
verò mori eſt per accidens, & præter naturam. ſ. qa
in pueritia eſt caro pura conueniens formæ huma-
næ: in ſenectute autem eſt caro valde impura, in qua
iam nõ reperitur armonia illa, ſecundum quam ani-
ma vnitur corpori, & poteſt exercere per illud ope-

Liberatio Naaman à lepra.

De diſpoſitione, q̃ eſt in carne pueri ad viuendum.

Quare naturalius ẽ ſenẽ mori q̃ iuuenẽ.

F rationes ſuas. Ideo ſicut ĩ imagine humana lapidea,
vel ferrea impoſſibile eſt animam vnitam eſſe for-
maliter, & vegetare illud corpus: quia non reperitur
ibi aliqua diſpoſitio de illis, quas aĩa exigit ad vnio-
nem ſuam formalem, & ad operationes ſuas vitales,
& animales: ita & in corpore valde ſenili: quia iam
recedit à diſpoſitionibus, quas anima exigit, & appro-
pinquat impuritati elementorum propter reſolu-
tionem carnis, quæ eſt ſecundum ſpeciem, & appoſi
tionem carnis conuerſæ ex cibo impoſſibile eſt na-
turaliter manere animam. Nulla ergo diſpoſitio cor
poris eſt magis conueniens diuturnæ vitæ, quàm il-
la, quam habet corpus cum exit de vtero: & tamen
illa propter teneritudinem non poteſt explere per-
G fectas operationes humanas. De his Ariſt. 2. de Gene
ratione, & corruptione. Sic autem in Naaman factũ
eſt: quia Deus fecit carnem eius eſſe, ſicut carnẽ pue-
ri. & iſtud poterat eſſe dupliciter: Vno modo, ꝙ Deꝰ
reſtitueret ei omnem carnem ſecundum ſpeciem, q̃
perierat ei: vt ſicut in generali reſurrectione in die iu
dicij quanquam corpora humana conuerſa ſint in
aerem, vel in aquam, vel in aliud elementum, aut ele
mentatum: Deus eandem materiam reſtituet, vt ſit
materia corporis humani, quæ prius erat. ſ. eadem
numero. Ita nunc caro ſecundum ſpeciem puriſſi-
ma, quam acceperat Naaman à parẽtibus ſuis in ge-
neratione pro magna parte perierat, tũ ex morbo,
tum ex quotidiana, & naturali reſolutione: & iſta ca
H ro conuerſa fuerat in aliud genus corporis, cum nõ
poſſet cõuerti in nihilũ: ideo de illo genere rei Deus
reſumeret nũc eandem materiam, & poneret in cor
pore Naaman: & ſic faceret, ꝙ eadem caro ſecũdum
ſpeciem, quam traxerat à parentibus nunc haberet:
& ſic eſſet nunc in tali puritate carnis, ſicut quando
ipſe erat puer. Secundus modus eſt, ꝙ Deus non re-
ſtituerit carnem ſecundum ſpeciem, quam habebat
Naamã: ſed ꝙ caro illa impura, quam nunc habebat
reſtitueretur ad talem virtutem, & armoniam, qua-
lem habebat, quando erat puer. Sic. n. factum eſt, qñ
Deus formauit Adam de limo terrę. i. de luto, & fe-
cit, ꝙ illud corpus luteũ eſſet caro habens armoniã
conuenientiſſimam ad vitam: & tñ manifeſtum eſt,
I ꝙ nulla caro humana q̃tũcũq; impura, & ſenilis põt
eſſe tã recedẽs ab armonia reqſita ad vitã, ſicut lutũ
purũ: iõ facilius poterat caro Naamã impura reduci
ad priſtinã puritatẽ, q̃ lutũ purũ induere armoniã cõ
ueniẽtem aĩę rõnali: & iſte modus eſt veriſimilior, ꝙ
fuerit in Naamã, q̃ primus, & ſic facta ẽ caro eius ca-
ro pueri. *Reuerſuſque ad virũ Dei cũ vniuerſo comitatu ſuo.*
Naamã hẽbat in comitatu ſuo viros multos, & cur
rus, & equites: vt patet ſupra, & oẽs iſti iuerant cũ eo
ĩ Iordanẽ, vt lauaret̃, & nũc reuerſus eſt cũ eis ad Eli
ſæũ. *Venit, & ſtetit coram eo.* Nũc nõ repulit Eliſęus ip-
ſum Naaman, quin loqueret̃ ei, ſicut prius repulerat
mittens ad eum nuncium, qui loqueretur ſibi.

Quõ fecit Deus carnem Naaman ſicut carnẽ pueri.

K *Naaman poſtquam ſanatus eſt quare rediit ad Eliſæum.*
Quæſtio XIII.

QVAERETVR, quare Naamã reuerſus eſt ad
Eliſeũ poſtq̃ ſanatus eſt. Rñdẽdũ eſt, ꝙ pp mul
ta rediit ad ipsũ Primò ad reddẽdũ ei gr̃as, q ſibi ꝯtu
lerat ſanitatẽ: & verius ad reddẽdũ gr̃as Deo, q ſana-
uerat eũ: & tñ, qa Deus nõ poterat videri, nec erat ali
quis locus, ad quẽ ire poſſet, vt inquireret cũ, venit
Naamã ad Eliſęũ, q repreſentabat p̃ſentiã Dei, quia
erat miniſter eius, ſicut ꝓcurator repreſentat pſonã
Dñi, & dando gr̃as Eliſęo ꝑ ſanitate, dabat gr̃as Deo
Iſrael. Sic patet de decẽ leproſis, quos Chriſtus mun-
dauit, dicens: ite, & oſtendite vos ſacerdotibus, & cũ
irent in via mũdati ſunt: & vnus eorũ reuerſus eſt, vt
gra-

gratias ageret Christo pro sanitate collata: & tunc Christus incœpit increpare alios, dicens: Nonne decem mundati sunt, & nouem vbi sunt? Non est inuẽtus, qui rediret, & daret gloriam Deo Israel, nisi iste alienigena: Luc. 17. Et sic ingratitudo erat, & peccatum quoddã, si Naaman non reuersus fuisset ad dandum Elisæo gratias pro salute præstita. Secundum fuit, quia Naaman volebat donare Elisęo munera in signum gratitudinis pro salute pręstita: nã ad hoc duxerat de terra sua tantam pecuniam, & aurum, & argentum, & vestes: vt patet supra in litera: vnde venit, & obtulit ista Elisæo, ipse tamẽ noluit ea: vt patet infra. Tertium fuit, quia volebat Naaman informari ab Elisæo de vita sua, scilicet, qualiter colere deberet Dominum, & volebat quærere ab eo de dubijs, & recommendare se orationibus eius. Hoc patet: quia postea quæsiuit ab Elisæo, an portaret in terram suam onus duorum burdonum de terra Israel: etiam orauit, vt Elisæus deprecaretur Dominum pro illo, vt non peccaret, si aliquando adoraret in tẽplo Remon adorante ibi Domino suo. *Et ait: vere scio, quòd non sit Deus in vniuersa terra, nisi tantũ in Israel.* Cognouit nunc Naaman, quòd Deus Israel erat verus Deus, & nõ solum hoc, sed etiam, ꝙ nullus Deus erat in tota terra, nisi ipse, qui præstiterat ei sanitatẽ.

Quomodo Naaman cognouit Deum esse solum in Israel. Quæstio XIIII.

QVAERETVR, quomodo Naaman cognouit, quòd solum erat Deus in Israel. Respõdendum, ꝙ Naaman cognouit propter duo. Primũ, quòd Deus Israel erat verus Deus, secundum ꝙ dij aliarum gentium non erant dij, primum istorum satis concludebatur ratione necessaria: nam Deus est virtus quædam illimitata excedens vires naturæ; si ergo aliquis est, qui à seipso operetur aliquid, quod natura facere non potest, constat illum esse verum Deum: nam angeli, quanquam sint substantiæ spirituales separatæ à materia: tamen non possunt facere aliquas curationes, nisi mediante natura, tanquam instrumento, vt tactum est pręced. lib. cap. 13. & declararum est latius, Exo. 7. Quęcunque ergo virtus fuerit per seipsam operans id, quod natura non potest: est maior angelis, & consequenter est verus Deus. Sic autem erat de illo, quẽ Israelitæ vocabant Deum, quia ille curauit nunc Naaman à lepra, & tamen curare à lepra non potest fieri naturaliter: ergo erat verus Deus. Iste est modus, per quem omnes gentes inquirunt veram deitatẽ: sic enim cum Israelitæ ex parte colerent Deum Israel, & ex parte colerent Baal, dixit eis Elias: Vsquequo claudicatis in duas partes? Si Dominus est Deus, sequimini eum, si autem Baal, sequimini illum. Et ad hoc dedit probationem, scilicet, quòd prophetæ Baal ponerent vnũ bouem in altari sine igne, & Elias alium bouem in alio altari pro Deo Israel, & non supponerent ignẽ, & quicunque Deus exaudiret per ignem ipse haberetur pro vero Deo, & totus populus laudauit istam propositionem: præced. libr. c. 18. Secundum erat, ꝙ Naaman cognouit solum Deum Israel esse Deum: nam licet insana Gentilitas poneret multos Deos: tamen sapientes tam inter Gentiles, q̃ in omnib. statibus, & legib hoc asseruerũt, ꝙ Deus est quoddam bonum, quo nihil melius æstimari, vel inueniri põt. Constabat tñ Naaman, ꝙ nullus de dijs Gentium poterat sanare aliquẽ leprosum, nec suscitare mortuũ, nec vnq̃ istud in aliqua regione auditũ fuerat: & tñ Deus Israel poterat facere istud: ergo erat aliqđ bonum maius quolibet Deo reputato à Gẽtilibus: sed

A Deo nihil melius inueniri potest, nec excogitari: ergo nullus de dijs gentiũ erat Deus, sed solũ Deus Israel erat De⁹: isto modo cognouit Raab Iericho tina Deũ Israel esse Deũ in cęlo, & in terra, & inf. terrã, quia ipse aperuit mare rubrum, & diuisit fluẽta Iordanis, ꝙ nullus de dijs gẽtium vnq̃ fecerat: Iosue. 2.

Naaman quomodo credidit, quòd Deus Israel sanauerat ipsum, & non aqua Iordanis. Quęstio XV.

QVAERETVR vlterius, quõ credidit Naamã, ꝙ Deus Israel sanauerat ipsum, & nõ credidit, ꝙ aqua Iordanis eũ sanauerat: nã supra ipse arguebat, ꝙ si aqua sanaret eum, sanaret nãliter Pharphar,
B & Abana, in quibus erant meliores aquæ, quã in Iordane: poterãt eũ magis sanare, q̃ aqua Iordanis: & tñ sanatus est in aqua Iordanis: ergo credidisset, ꝙ Deus Israel, nõ sanauerat eũ, sed aqua Iordanis. Rñdendũ dupliciter, vno modo, ꝙ Naamã non credidit, ꝙ aliqua aqua posset eũ sanare naturaliter: & dato, ꝙ sanaret in aqua, non sanaret naturaliter. Cũ vero arguebat, ꝙ meliores erãt aquę Pharphar, & Abana, q̃ aquę Iordanis, ñ deducebat hoc ad ꝓbãdũ, ꝙ posset sanari ĩ aliqua aqua: sed per deductionẽ ad incõueniens. s. si in aqua Iordanis sanari posset: à fortiori posset sanari in qualibet aqua meliori, & salubriori: & tñ Pharphar, & Abana erãt meliores, & salubriores aquę, q̃ Iordanis; ergo meli⁹ poterat ibi
C sanari, q̃ in Iordane: sed ibi nunq̃ potuit sanari, q̃q̃ sæpè ibi lauaret, ergo nec posset sanari in Iordane. Aliter dici põt, ꝙ q̃q̃ credidisset Naamã, ꝙ in aliqua aqua poterat sanari, & ẽt, ꝙ posset sanari naturaliter virtute aquę: tñ cũ sanat⁹ est in Iordane, nõ poterat rõnabiliter credere se sanatũ virtute aquę, sed miraculosè. Et hoc ꝑ duo: primò q̃a Naamã lot⁹ fuerat iã in alijs aquis salubrioribus, q̃ esset Iordanis: & tñ nũq̃ fuerat sanatus in totũ, vel in pte: ergo dato, ꝙ sanaret nũc in Iordane, nõ crederet, ꝙ sanabat virtute aquæ, sed virtute Dei. Secundum erat, & efficacius, quia oẽs operationes naturales sunt necessariò in successione: & impossibile est aliquã rem naturalem in instãti, vel subito operari, & tñ lepra Naamã
D purgata est subito, vel in instanti: quia ipse lotus est septies in Iordane: & in nulla sex lotionũ apparuit in eo aliqua alteratio ad sanitatẽ, & in fine septimæ vicis subito tota lepra cecidit, & mãsit caro eius mũda, & tenera, & coloris naturalis, sicut caro pueri: ergo nõ poterat aliquis, nisi insipiens opinari illã operationẽ esse naturaliter factam. Tertium est, quia si Naaman, nullo sibi loquente, lotus fuisset in Iordane, & sanaret, satis poterat credere naturaliter fuisse causatã sanitatem: nũc tñ iuerat ad Iordanem ꝑcepto Elisæi, & in septima vice, sicut dixerat Elisæus sanatus est, ideo non erat verisimile, ꝙ virtute aquæ sanaret, sed ꝑ verbum Dñi dictum per Elisæum. *Obsecro itaque, vt accipias benedictionem à seruo tuo.* Idest, obse-
E cro, vt accipias ista munera, q̃ ego seruus tuus offero tibi, q. d. licet Deus Israel contulerit mihi istã sanitatẽ, quia tñ tu fuisti minister eius, debeo tibi agere gratias, & offero munera ista. Fuit autem valde vrbanus Naaman: nam non dixit: accipe munera ista, sed obsecro, vt accipias benedictionem à seruo tuo: in quo innuebat, ꝙ nõ faciebat ipse gratiã Elisæo dando ei illa munera, sed potius faciebat Elisæus ei gratiã suscipiendo illa de manu eius: ideo sicut si peteret aliq̃ gratiã ab Elisęo, diceret: obsecro Dñe: ita nunc dixit obsecro, vt accipias bñdictionẽ à seruo tuo. Vocanẽ illa munera, bñdictio, q̃a ex liberalitate dabãt, & bono aĩo: vñ sicut liberalitas, & auaritia opponũtur, ita bñdictio opponit auaritię: vt patet 2. ad Cor. 9. qui

Naaman non credidit se posse naturaliter sanari virtute.

Vrbanitas Naaman.

Munera vocantur bñdictio, i. bene data.

parcè seminat parcè metet, qui in benedictionibus seminat in benedictionibus metet: & sic opponuntur ibi parcitas, & benedictio: & tamen parcitas est auaritia: & iterum dicitur ibi, & præparent repromissam benedictionem: hanc præparatam esse sic quasi benedictionem, nō quasi auariciam: & iste erat modus loquendi in terra Chanaan, & Syriæ. s. quòd qui petebat ab alio munera, dicebat ei, vt daret sibi benedictionem: & qui dabat munera, dicebatur dare benedictionem. Sic patet supra primo lib. cap. 25. cum dicitur: ecce Dauid misit nuncios in deserto, vt benedicerent Domino nostro, idest, vt peterent ab eo benedictionem, vel munera: & iterum ibi cum ferret munera Abigail ad Dauid dixit ei: qua propter suscipe benedictionem hanc, quam attulit ancilla tua tibi Domino meo, idest, accipe munera ista, & ille respondit. *Viuit Dominus, ante quem sto: quia non accipiam.* Iste erat modus iurandi Elisæi: sic enim iurauit, supra tertio. Sic etiam iurabat Elias præcedenti lib. cap. 17. Et dixit Elisæus firmiter quòd non acciperet munera de manu Naaman: qualiter autem intelligatur, quòd Elisæus esset ante Dominum, declaratum est supra tertio. *Cunque vim faceret penitus non acquieuit*, idest, Naaman faciebat vim Elisæo non quidem realiter cogendo, quia illud non esset dare munera, sed inferre iniuriam, sed vim faciebat orando instanter, vt acciperet. Et ista vocatur coactio, vel vis: quia ille, qui aliqualiter erat nolens præ verecundia alterius ne videatur contēnere munera sua, vel præ importunitate petentis acquiescit interdum: & tamen Elisæus nullo modo acquieuit, & dicitur nō acquieuit penitus. idest, in nullo acquieuit. s. quia non consensit petitioni Naaman in toto, nec in parte. s. accipiendo omnia munera, quæ ille offerebat, aut partē eorum. Considerandum autem, quòd Naaman faciebat vim vehementer instādo, quia iste est modus, quo seruis Dei benefaciendum est non solum, vt eis bona offeramus, sed etiam, vt eis ad accipiendum vim inferamus. Sic. n. duo discipuli Christi euntes in Emmaus, & inuenientes in via Christum, quem peregrinum putauerunt, coegerunt eum, vt maneret cum eis ad sumendum cibum, Luc. 24. ex quo apparet, quòd sic edocti erant ab ipso, vt facerent. Sic etiam dicitur præcedenti capit. quòd cum transiret Elisæus per vrbem Sunam, mulier quædam tenuit eum, vt comederet ibi panem, idest, quasi violenter, vel per magnas preces eum tenuit.

Seruis Dei benefaciendū est nō solū eis bona offerē do, sed ēt rogando, & vim inferendo.

An Elisæus peccasset accipiendo munera à Naaman.
Quæstio XVI.

Eādē doctrinā vide lib. 3. Reg. c. 14. quæst 9. 1. ratio. 2. ratio.

QVAERETVR, an Elisæus peccaret accipiēdo munera à Naaman. Aliquis dicet, quod sic, quia sanitas collata modo supernaturali erat aliqd spirituale: munera autem, quæ dabantur ei, erant aliquid temporale: accipere autem temporale pro spirituali sacro simonia est. Item Elisæus increpuit valde Giezi, quia accepit munera à Naaman pro sanitate ista collata: ergo magis ipse peccaret, si acciperet, cum ipse esset vir perfectior: & tanto peccatum aliquod in eadem spē est maius, quanto est in viris perfectioris status. Respondendum, quòd Elisæus non peccaret accipiendo munera à Naaman. Quod patet multipliciter: primò, quia Elisæus erat pauper, nec vacabat agriculturæ, aut alijs negocijs lucratiuis, sed discurrebat per collegia prophetarū erudiendo illos, & conseruando in statu perfectionis per tēpore illo, sicut pastor custodiuit gregem suum, ideo necesse erat, quòd ipse viueret de aliquibus, quæ donarentur ei. Secundo patet hoc, quia aliquando reci

F piebat Elisæus munera: sicut patet de illo viro, qui detulit Elisæo panes primitiarum, & viginti panes hordeaceos, præceden. cap. recipiebat etiam sustentationem à muliere Sunamite: quia frequenter manebat in domo eius, & alebatur apud eam eod. capi. Tertiò patet, quia Deus interdum iubebat prophetis, quòd susciperent munera: quia ipse iussit Eliæ, ꝙ iret ad viduam sareptanam, & aleretur apud eā, præcedenti lib. cap. 17. Quartò patet: quia consuetudo erat inter Israelitas, ꝙ quando irent ad consulendū prophetas Domini, ferret eis aliqua munera. Sic patet sup. i. lib. ca. 9. vbi Saul nolebat ire ad Samuelem ad consulendum eum, qui erat propheta: quia non habebat quid daret ei: nam dixit: Quid dabimus vi-

G ro Dei? defecit panis in sitarcijs nostris, & sportulā non habemus: & dixit puer Saulis: inuenta est ī manu mea quarta pars stateris argenti, hāc dabimus viro Dei: & tunc dixit Saul: optimus est sermo tuus. Et sic apparet, quòd communis cōsuetudo erat ferre aliquid prophetis, quādo ad ipsos ibatur: aliàs nō erubuisset Saul ire ad Samuelem sine sportulis. Patet etiam quia Ahias Silonites erat propheta bonus: & tamen, quando vxor Ieroboam iuit ad consulendum eum, dixit ei Ieroboam: tolle in manu tua decem panes, & crustulam, & vas mellis, & vade ad illum: si tamen consuetudo Ahiæ fuisset non suscipere munera, cū Ieroboam cognosceret eum ex multis temporibus, non mitteret ei munera, & tamen

H misit, & ille erat propheta bonus, ergo consuetudo erat bonorum prophetarum suscipere munera, qa aliàs nō possent viuere Quinto patet, quia Christus perfectiorem vitam habuit, quàm aliquis prophetarum: & tamen ipse suscipiebat munera, quod patet: quia Iudas, qui erat dispensator Christi suscipiebat omnia, quæ dabantur Christo, & expēdebat in vsus eius, & discipulorum suorum, & ipse furabatur de illis, quæ dabantur Christo: Ioann. 12. s. Dixit autem hoc, non quia de egenis pertinebat ad eum; sed quia fur erat, & loculos habens, ea quæ mittebātur, portabat: ergo etiam prophetæ suscipiebant munera. Sexto patet: quia si suscipere munera fuisset peccatum, Christus non suscepisset munera, sed suscepit,

I vt dictum est: ergo non erat peccatum suscipere in prophetis præcipuè, cum non haberent aliud, vnde viuerent. Et non est indignum, vt illi, qui spiritualia seminant in temporalia metant, sicut illi, qui altario seruiunt de altario sustentantur 1. ad Corinth. 9. Potest tamen propheta recipere illicitè pluribus modis. Primo si, vt prophetet, vel vt aliquod miraculum faciat, petit aliquod taxatum, & quod si minus datur, non faciet: & istud est maximum peccatum, & prauissima simonia: quia nullus modus expressior est vendendi rem spiritualem. Secūdus modus est, si pro miraculo, vel respōso petit aliquid, nō taxando, sed relinquendo in arbitrio dātis: & tamē si nihil ei detur, vel promittatur dicit se non respon-

K surum. Tertius modus est, quando propheta pro responso, vel miraculo aliquid sperat nihil taxādo: & tamen etiam si nihil ei detur, vel promittatur respōdebit. Quartus modus est, quando propheta nihil petit: & tamē recipit ea, quæ offerunt tanq̄ in cōmutationem, vel æquiualentiā p respōso, vel miraculo. Quintus modus, est si, nō petit, & tñ habet aīum recipiēdi: & aliàs nō respōderet, nisi putaret, ꝙ aliqd sibi daretur. In alijs autem modis quasi regulariter licèt prophetæ, vel docenti in sacra scriptura recipere munera: qa non recipit illa pro prophetia, vel doctrina, sed pro sustentatione sua in quantū est spontè datum. Sextus modus potest addi, in quo non licèt prophetæ aliquid recipere, s. quando scit, quòd ille,

ille, qui ei aliquid offert dat quasi pro merito beneficij, quod recepit, siue in miraculi operatione, siue in respõso de dubio: & quia ex parte illius simonia est, non debet consentire propheta, quòd ipse sit particeps huius criminis; & tamen recipiendo qđ alius offert ex hac intentione, participat in crimine: ideo non debet recipere: & sic dicendum quòd cum Elisæus esset vir bonus, & non haberet intentionẽ corruptam circa receptionem munerum, poterat suscipere licitè, quæ offerebat Naaman. Quando autẽ sit licitum, & quando illicitum prophetis, & doctoribus sacræ scripturæ recipere munera, & ex quibus causis, & de conditionibus prophetarum antiquorum, declaratum est satis præcedenti lib. capi. 14.

Ad primã in contrarium. Ad primam rationem in contrarium, cum dicit, quòd sanitas ista collata erat spiritualis, & munera erant temporalia: ergo suscipere munera erat simonia. Dicendum, quòd non valet consequentia: quia ad hoc, quòd cõmittatur simonia, non solum debet dari spirituale, & accipi temporale, sed etiam debet dari vnum pro alio: quia si detur vnum sine habitudine ad aliud peccatum nullum est, & sic Elisæus cõtulerat sanitatem absolutè sine taxatione alicuius p̃cij, & sine petitione, & postea poterat recipere munera, non habendo intentionem ad illud, quod contulerat, & Naaman daret sine intentione commutationis: & sic non esset simonia. Ad secundam dicẽdum, ꝙ Giezi peccauit accipiendo munera: quia nõ solum accepit, sed etiam petijt, & etiam mẽtitus est, & cõmisit alia peccata, de quibus infra dicetur: Elisæus vero non petebat, sed offerebantur ei, ideo nõ peccaret suscipiendo. Ad secundam.

Cum liceret Elisęo recipere munera à Naaman quare non accepit illa. Quæstio XVII.

QVAERETVR vlterius, cùm licitum esset Elisæo accipere munera, q̃ offerebat Naaman, quare non accepit illa. Respõdetur, ꝙ propter multa abstinuit ab eis. Primò quia fortè erant magna munera, quæ in aliquo homine mutare possũt intentionem ad aliquid agendum, vel non agendum: sic enim distinguĩt in iure, ꝙ conferens beneficiũ, vel aliam rem spiritualem, potest recipere paruum munus, de quo non præsumitur, ꝙ poterit mouere intentionem eius ad conferendum, & non dicitur esse simonia: si autem sit magnum munus, quod mouere possit intentionem conferentis, iudicaĩ simonia: extra de simo. cap. & si quæstiones: & tamen hic erant munera magna, vt patet supra: ideo poterant mouere aliquem: Elisæus verò voluit à talibus abstinere. Sed istud in Elisæo non multum concludebat: quia ista distinctio de magno munere, & paruo solũ est propter illos, qui moueri possunt ad conferendũ spiritualia, quæ aliàs non conferrent: & tamẽ de Elisæo manifestum erat, ꝙ etiam si essent maiora munera, non moueretur. Etiam ista distinctio propriè tenet ante collationem rei spiritualis: quia tunc nõ potest moueri animus ad conferendum, cùm iam contulerit: & sic Elisæus contulerat iam sanitatem Naaman. Secunda ratio est: quia fortè licèt Elisæus assuetus esset recipere munera parua ad sustentationem. s. ea, quæ erant in cibo, & potu, sicut recepit à viro veniẽti de Baalsalisa panes primitiarum, & 20. panes hordeaceos, & frumentum nouum preced. c. tamen nõ recipiebat munera magna, quæ essent potius ad ditãdum hominem, quàm ad sustentandũ, scilicet munera, ex quibus poterant emi multæ possessiones, & fieri homo locuples. Sic enim erant ista munera Naaman: quia erat multum aurum, & ar-

A gentum, & vestes: & sic increpuit Elisæus Giezi, dicens: nunc accepisti argentum, & aurũ, vt emas oliueta, & vineas, oues, & boues; seruos & ancillas. Quasi dicat increpandus erat: quia accepit munera ad hoc, quòd efficeretur diues emendo supradicta. Vnde non solum accipere pecuniam ex munere malũ erat, cum illicitè acciperetur, sed etiam accipere ad istum finem erat malum: ideo dato, ꝙ liceret Elisęo suscipere, tamen noluit accipere id, de quo posset ditari. Tertia causa est: quia licet Elisæus non acciperet pecuniam tanquam in remunerationem sanitatis præstitæ: tamen fortè Naaman offerebat illam in remunerationem collati beneficij, sicut amici sibi retribuunt in beneficijs, & tunc ex parte Naamã esset simoniaca intentio, & oblatio, & sic Elisæus co

B gnoscens non deberet approbare factum eius communicando ei in crimine. Quarta causa est: quia ad viros bonos pertinet non solum cauere à malo, sed etiam ab eo, ꝙ malum videtur: sicut Apostolus dicit, ab omni specie mali vos abstinete. Nunc autem si istud munus esset paruũ, & pertinens ad cibos nullus iudicasset malum de Elisæo accipiendo illud: qa non iudicaretur, quòd cupiditas mouebat eum: cũ vero reciperet nunc magnum munus, valde putaretur, quòd cupiditas mouerat eum ad recipiendum: ideo noluit suscipere in totum, nec in partem. Quinta causa fuit: quia Elisæus erat princeps oĩum prophetarum, & pertinebat ad modestiam suã absti

C nere ab isto munere, vt alijs aufferret occasionẽ quęrendi munera: nã fortè aliqui prophetæ erãt nõ boni, qui occasione munerum prophetarent, & pertinebat ad Elisæum erudire in opere, & exemplo oẽs prophetas temporis sui, & si ipse acciperet magna munera, alij quoq; acciperent illa maiora, & omnia facerent occasione munerum, ideo decuit, vt ipse refutaret munera, vt alij non haberent occasionem petendi, & acquirẽdi munera Sic enim Paul⁹ Apostolus probat 1. ad Corinth. 9. licitum sibi esse accipere, & petere temporalia, cum prædicaret euangelium, & tamen noluit accipere aliquid: vt patet ibidem, sed potius manibus suis laborabat, & prouidebat sibi, & his, qui secum erant; vt patet act. 20. Hoc

D autem faciebat, vt auferret occasionem falsis Apostolis prædicandi propter sola munera, quia multi prædicabant, vt lucrarẽtur: quos Apostolus arguit, dicens, quòd Deus eorum venter est, & finis interitus, ad Philipen. 3. Sexta causa est: quia fortè abstinuit Elisęus à muneribus Naaman: quia erat Gentilis, nõ quidem tanquam illicitum esset recipere munera Gentilium: sed quia Gentiles non cognoscebant conuersationem prophetarum, & si susciperet munera oblata potissimè, cum essent magna, putaret, ꝙ recipiebat illa, quasi pro mercede operis sui: ideo noluit aliquid recipere, vt ille cognosceret modestiam prophetarum, & quòd solũ propter Deũ faciebant quidquid agerent. Si autem Naaman fuis

E set Iudæus: quia illi cognoscebant iam conuersationem prophetarum: recepisset fortè munera saltẽ in parte. *Dixitq; Naaman: Vt vis.* Idest, cum vidit Naaman, ꝙ nullo modo volebat Elisæus suscipere munera, licèt ipse bono animo daret, nõ indignatus est credens, quòd propter virtutem sic ageret, & dixit: Vt vis, idest, fiat sicut vis: *Sed obsecrò, concede mihi seruo tuo, vt tollam onus duorum burdonum de terra.* i. concede mihi, vt tollam de terra ista duo onera terræ ad terram meam: burdones enim vocantur muli, qui per generationem æquiuocam producuntur. Et sic volebat portare duos mulos oneratos de terra regni Israel in terram suam: *Non enim faciet seruus tuus vltra holocaustum ac victimam dijs alienis, nisi Domino.* i. iam ego nunquam

nunquam faciã sacrificium dijs Gentium, licet soli Deo Israel,& vocauit eos, Deos alienos: quia nõ erãt dij absolutè, sed solum reputati dij apud gẽtes: Deus autem Israel erat verus Deus, ideo vocauit eum, Dominum absolutè. dixit, de holocausto,& victima: qa ista sunt duo genera sacrificiorum: holocaustum.n. est sacrificium, in quo totum corpus animalis crematur,& nihil relinquitur offerentibus, nec sacerdotibus, Leui.1.& 6. victima autem est sacrificium, cuius quædam pars crematur in altari,& aliæ partes cedunt in iura sacerdotum, vel offerentium ad hoc, ꝙ ipsi comedant. Et sic erat in hostia pacifica, & in hostia pro peccato, vt patet Leui.3.& 6.& 7. Iste modus tenebatur apud Iudæos, & etiam gentiles sic faciebant in sacrificijs deorum suorum: quia aliquando comedebant,& bibebant partes quasdam sacrificiorum, vt patet Deut. 32.f, vbi sunt dij eorum, in quibus habebant fiduciam, de quorum victimis comedebant adipes,& bibebant vinum libaminum? Naaman autem dixit, quòd iam nullum genus istorum sacrificiorum faceret dijs Gentium.

An peccaret Naaman, si post sanitatem istam receptam sacrificaret idolis. Quæst. XVIII.

QVAERETVR, an peccaret Naaman faciendo iam sacrificium dijs Gentium. Respondendum, ꝙ Naaman non solum nunc peccaret, si deinceps coleret idola,& faceret eis sacrificium, sed etiã ante hoc quandocunque colebat illa,& faciebat aliquas cęremonias, peccabat mortaliter: nam nullum tempus fuit, in quo homines excusarentur colendo idola. Sic enim dicit Apostolus ad Rom.1. ꝙ inexcusabiles sunt omnes, qui errauerunt à cultu verę deitatis: quia naturaliter poterant cognoscere veram deitatem per ea, quæ facta sunt. Dicendum tamen, ꝙ si deinceps Naaman coleret idola, peccaret valde grauius, quàm primò, & hoc propter duo. Primò, quia licet naturaliter omnes homines cognoscere possint veram deitatem, tamen expressius,& manifestius illam cognouit Naaman in miraculo sibi ostenso.s. ꝙ nullus de dijs Gentium poterat eum sanare, & Deus Israel sanauit eum. Vnde ipse dixit, ꝙ solũ erat Deus in Israel, & non in alijs gentibus, vt patet in litera. Nunc ergo sciens veram deitatem magis puniendus esset, quàm prius, si coleret idola: iuxta illud: Seruus sciens voluntatem Domini, & non faciens, plagis vapulabit multis: qui autem non cognouit,& nõ fecit digna, plagis vapulabit paucis, Luc.12.

Secundò peccaret grauius, quàm prius propter maiorem ingratitudinem: nam ante hoc tenebatur non recedere à cultu Dei veri propter hoc, ꝙ Deus erat,& quia generalis benefactor erat: nunc verò tenebatur ei propter speciale beneficium, scilicet, propter sanitatem ei collatam, si ergo post hoc coleret idola, quæ non sanauerant eum, & relinqueret Deum verum, qui eum sanauerat, valde ingratus esset, & peccaret nimis.

An teneretur Naaman colere Deum Israel, & quem cultum tenebatur ei exhibere. Quęstio XIX.

QVAERETVR vlterius, an teneretur post hoc Naaman colere Deum Israel. Respondendum, ꝙ Deus Israel est verus, cui omnes tenentur tanquam Deo & creatori,& gubernatori, & propter ipsum tenemur primo non colere alium in Deum: nam maxima offensa, quę Deo fieri potest, est ꝙ colatur alius in Deum, & ideo magis tenemur ad non colendum alium negatiuè, quàm ad

F colendum ipsum affirmatiuè:& ista fuit causa, quare primum præceptũ fuit negatiuum potius, quàm affirmatiuum, s. non habebis alios in Deos, & habebis me in Deum. Et si poneretur affirmatiuum, scilicet, habebis me in Deum solum, etiam intelligeretur negatiuum. s. nullum alium habebis in Deum:& tamen posuit negatiuũ, quia magis obligabamur nõ colere Deos alienos, quàm colere ipsum. Secũdum est, ad quod tenemur Deo, vt ipsum colamus, sed cultus consistit principaliter in animo. s. in Fide, Spe, & Charitate: nam his tribus colitur Deus: vt ait Aug. in Enchiredion. Et ad hoc tenentur omnes homines, s. credendo, ꝙ Deus est, & ꝙ remunerator est, vt patet ad Hebræor.11. Etiam debent habere charita-

G tem ad ipsum diligendo eum: quia bonus est, & referendo gratias ei pro beneficijs collatis. Etiam sperare possunt,& debent de eo bona: quia ipse gubernator est vniuersi: ista tria, cum rectè homo habet, Deum colit. Et ab his nullus homo vnquam excusatus est, eo ꝙ ista sunt inuisibilia Dei, quæ cognosci possunt à creatura mundi.i. ab homine per ea, quæ facta sunt, ad Rom. 1. Præter hæc autem tenentur omnes homines exhibere Deo quẽdam cultum exterius: vt non solum cor nostrum Deo se subijciat, sed etiam omnes partes nostræ: sed iste cultus exterior non est determinatus, quia potest homo colere Deum se humiliando coram illo, vt flectendo genua

H in signum obedientiæ, vel potest colere ipsum orando ad eum in signum deuotionis, vel faciendo sacrificia de pecoribus in signum excellentiæ, & deitatis eius: vel ieiunando, & abstinendo à delectabili propter ipsum: & generaliter in quocunque actu bono relato ad Deum in quantum nos tenemur ei ad seruitutem quandam consistit actus latriæ. Sed ꝙ determinetur homo ad istum, vel ad illum actum cęremonię, nõ cadit de iure naturæ sub obligatione, sed sufficit, ꝙ homo aliquam cęremoniam exteriorem exhibeat Deo quæcunque illa sit. De Naaman dicẽdum, ꝙ ad omnia ista tenebatur, cùm ista omnes naturaliter obligent: & tamen postquam sanatus est, an teneretur ad aliquem cultum specialem Deo, est

I dubium. Et dicendum verum esse, ꝙ tenebatur eum colere magis, quàm prius, quia non solum nunc eũ colere debebat, vt Deum, sed etiam vt specialem benefactorem: & tamen non propter hoc obligabatur ad exhibendum istas cæremonias, vel illas. s. cęremonias sacrificiorum, quas faciebant Hebræi, vel quas faciebãt alię gentes: quia ius naturale non obligabat specialiter ad aliquas, sed tenebãt ad plures cæremonias, q̃ prius, licet nõ determinatè ad istas, vel ad illas.

Cultus exterior Dei scilicet, la tria nõ est determinatus naturaliter qua cæremonia.

Naaman tenebatur post liberationem colere Deum Israel.

An Naaman post istam sanationem tenebatur effici Hebręus, & an effectus fuerit, vel teneretur seruare legem Moysi ad hoc, vt saluus fuerit. Quæstio. XX.

K QVAERETVR vlterius, an Naaman post istã sanationem factus est Hebręus,& an obligatus fuit ad suscipiendum legem Hebræorum. Ad primum dicendum, ꝙ non factus est Hebręus, sed solũ cessauit à cultu Deorum Gentilium,& voluit manere in cultu Dei Israel, non tamen astrictus ad legem Hebræorum. Hoc patet: quia Naaman dixit Elisæo: non faciet seruus tuus vltra holocaustum, aut victimam dijs alienis, nisi Domino. Manebat tamen in terra Syriæ: quod patet: quia ipse voluit manere in dignitate sua, & ire cum Domino suo ad templum idolorum,& propter hoc orauit, vt Elisæus deprecaretur Dominum pro ipso, ne reputaretur sibi in peccatum, si introiret in Templum Remmon cum Domi-

Domino suo, & adoraret, illo adorante: & tamen si Naaman Hebræus fuisset non reuersus esset in terrã Syriæ, sed mansisset in terra Israel: quia Hebræi non cõuenienter manebant extra terram Israel propter diuersam cõmunicationem Gentilium, & ipsorũ. Etiam quia obligabantur ter in anno venire ad sanctuarium Domini. Exo. 23. & 34. & Deut. 16. Et tamẽ habitantes extra terram Israel non poterant conuenienter venire temporibus istis. Etiam lex semper dicit, ꝙ aduenæ debebant esse inter Israelitas s. conuersi debebant habitare in terra Israel: vnde sæpè dicitur homo de filijs Israel, & de aduenis, qui peregrinantur inter vos. Leui. 17. & in multis locis. Item si Naamã suscepisset legem Hebræorum, non permitteretur ei, ꝙ offerret sacrificium extra sanctuarium Domini: & tamen ipse dixit, ꝙ non offerret vltra sacrificium dijs alienis, sed soli Deo Israel: & ad hoc portauit duo onera terræ de terra Israel, vt faceret in eis altare: ergo non erat Hebræus: quia tunc non posset quis cum eo dispensare contra legem Dei. Itẽ si Naaman factus fuisset Hebræus, circũcideretur: & tamen non circuncisus est, nec instructus fuit in lege: vt colligitur hic ex circunstantia literæ: quia solum dixit ad Elisæum, quòd pro vno solo oraret ad Dominum, scilicet, ne imputaretur ei in peccatum adorare in Templo Remmon cum Domino suo, ergo non fuit factus Hebræus.

An Naaman obligabatur accipere legem Hebræorum. Quæstio XXI.

QVAERETVR vlterius, an obligabatur Naaman accipere legem Hebræorum, postquam sanatus est. Aliquis dicet, ꝙ sic: quia dato, ꝙ Gentiles possent saluari tempore, quo durabat lex Moysi in sola lege naturæ s. si non colerent idola, nec facerent alia mala, quæ essent contra dictamen rationis, & per hoc solum sine obseruatione legis Moysi, vel alicuius alterius cæremoniæ poterant saluari: quia lex Moysi non obligabat eos. Et sic Augu. vult Platonem saluum esse, & multos alios de philosophis: qui ad vnguem vitia correxerunt: & nõ erat verisimile de eis vllo mõ, ꝙ idola colerẽt, sed colebant verum Deum. Sed de istis dicent quidam, ꝙ cum cognoscerent aliquem esse verum Deum, & vnicum, tenebantur colere eum, & non idola: quia tamen nesciebat, quis esset ille Deus, s. an ille, quem colebãt Hebræi, vel quem coleret alia gens, vel fortè qui à nulla gente coleretur, non obligabantur ad legem Iudæorum, vel ad ritus alicuius gentis specialis. Hoc patet ex eo, quod fecerũt Athenienses: quia ipsi erãt sapientiores alijs hominibus, & per philosophiam inuenerunt esse vnicum verum Deum: sicut Aristoteles probat. 12. Meta. in fine, s. esse vnicum rectorẽ, & principem vniuersi, & non posse dari plures principes æquales, sed vnum primum: & in fine octaui lib. Physic. probat esse vnicum primum motorem incorporeum. Et ob hoc cum Athenienses secundum ritum vulgarem plures Deos colerẽt, inter eos posuerunt vnum altare pro Deo vero, & illum vocauerunt ignotum: ideo nõ fecerunt ei simulachrum sicut cæteris dijs: sed posuerunt titulum: altare Dei ignoti. Et cum beatus Paulus circuiret omnia altaria deorum Atheniensium vidit altare Dei ignoti, & dixit Atheniensibus: iste est Deus, quem ego prædico. Si tamen Athenienses sciuissent, ꝙ Deus vnus erat ille, quem colebant Hebræi, non vocauissent eũ ignotum De hoc Act. 17. Isti ergo non tenerentur ad legem Hebræorum: quia nesciebant Deum Hebræorum esse verum Deum. Naaman tamen non

Plato secundũ Augu. saluatus est.

A solum sciebat esse aliquem Deum verum: sed etiam sciebat, ꝙ ille erat Deus Hebræorum: nam dixit: verè scio, ꝙ non sit Deus in vniuersa terra nisi tantum in Israel, vt patet in litera: ideo iste non solum tenebatur colere Deum verum, sed etiam colere eum secundum legem Hebræorum, cùm illa sola gens coleret eum. Respondendum, ꝙ dato, ꝙ constaret gentilibus solum Deum hebręorum esse verum Deum, non tenebantur viuere in lege Hebręorum. Primò quia nesciebant, an lex illa data fuisset à Deo vero, licet illa gens Deum verum coleret: & satis poterat illa gens colere eum sine aliqua lege data ab ipso: iõ ad hoc, ꝙ gentiles scirent istam legem datam fuisse à Deo, oportebat, ꝙ probaretur eis per aliquod miraculum.

Gentiles quãuis cognoscerẽt Deũ Hebręorum esse verũ Deũ, non tenebãtur viuere in lege Hebræorum.

B Secundò patet, quia dato, ꝙ constaret istam legem datam fuisse à Deo vero, non obligabat gentiles. Nam aut obligaret eos: quia ius naturæ dictabat illam debere obligare: aut obligaret ex pręcepto Dei. Non primo modo: quia lex naturæ non determinat aliquam cęremoniam particularem ad colẽdum Deum: sed omnia ista sunt ex quadam positione diuina, vel humana. Non secundo modo: quia Deus non obligauit ad illam legem aliquos nisi Israelitas: quia soli Israelitæ acceperunt illam à principio: & illos specialiter accepit Deus in populum Exo. 19. Lex tamen non obligat nisi illos, quibus datur. Si tamen aliqui volebant transire ad ritum iudaicum, circuncidebantur, & tunc obligabantur seruare legem.

C Et ob hoc sæpè in Leuitico, & libro numerorum dicitur: homo de filijs Israel, & de aduenis, qui peregrinantur inter vos. Isti tamen peregrini, idest, conuersi spontè conuertebantur, & non ex aliqua obligatione. Sic patet Exo. 12. s. Quòd si quis peregrinorum in vestram voluerit transire coloniã, idest, ad ritum vestrum colendi Deum: & sic nõ erat ex obligatione transire ad ritum Iudaicum. Item patet hoc in Naaman: quia ipse committebat se doctrinæ, & dispositioni Elisæi, & si Elisæus videret eum obligatum esse ad tenendam legem Iudæorum, cõsuluisset ei in omni casu, sed non consuluit tenere illam, dans licentiam sacrificandi in terra sua, & manendi in statu illo, de quo in litera: ergo non obliga-

D batur seruare legem Iudæorum, quanquam sciret Deum Israel esse verum Deum.

Naaman quare voluit portare duo onera terræ Israel in Syriam. Quæst. XXII.

QVAERETVR vlterius, ad quid volebat Naaman portare duo onera terræ de terra Israel in Syriam, scilicet, quid facturus erat de terra illa. Respondendum, ꝙ Naaman volebat facere sacrificia Deo Israel, & ad hoc volebat constituere ei vnum altare de terra in regione sua: ideo voluit portare de terra Israel terram, de qua faceret illud altare: & quia ad hoc sufficiebant duo onera burdonum, petiuit

E duo onera ab Eliseo. Quòd autem peteret ad hoc, patet: quia dixit: obsecro cõcede mihi seruo tuo, vt tollam onus duorum burdonum de terra Et sequitur causa. s. non enim faciet seruus tuus vltra holocaustum, aut victimam dijs alienis, nisi Domino, si tamen non faceret ad istum finem faciendi altare de illa, frustra subiunxisset tanquam causam, scilicet: non faciet seruus tuus vltra holocaustum dijs alienis. Fecit aut altare de terra: quia voluit in hoc imitari consuetudinem Hebræorum: nam Deus iusserat Exod. 20. altare de terra facietis mihi: ita ergò Naaman colens Deum Hebræorum voluit sequi præceptum illius in hoc.

Quæ-

Quare tulit terram de Iſrael ad faciendum altare, quia ſuffi-ciebat accipere de terra Syriæ. Quæſt. XXIII.

QVAERETVR vlterius, dato, ꝙ Naaman vellet facere altare de terra, ad quid ferebat illam de terra Iſrael: quia ſufficiebat, ꝙ acciperet terram de Syria. Reſpõdendũ, ꝙ Naaman fecit hoc primo ex deuotione: nam cum ipſe in terra Iſrael ſanatus fuerit, voluit potius de terra regionis illius facere altare ad colendũ dominum, quàm de terra alterius regionis. Secunda cauſa eſt propter religionem, & ſanctitatem terrę: nã terra Iſrael reputabatur ſancta, quia ibi colebatur Deus verus, & tenebatur lex ab illo data: terra autem alia non erat ſic ſancta: iõ voluit de terra Iſrael accipere terrã pro altari. Tertia cauſa fuit, quia Naaman volebat facere altare, in quo Deus acceptaret ſacrificia, & quia terra Syriæ erat repleta idolis, reputabatur contaminata, & credebat, ꝙ Deus non acceptaret ſacrificia facta in altari de terra illa: iõ accepit terram de regione Iſrael. Quarta cauſa, & efficacior fuit, quia Naaman volebat iam colere Deum Iſrael, & non idola: ideo in ſignum huius voluit accipere terram de regione illa, quæ erat ſubiecta Deo Iſrael, & non de regione ſubiecta idolis: & hoc patet in litera, cũ dixit Naamã: obſecro, vt tollam onus duorum burdonum de terra: non enim faciet ſeruus tuus vltra holocauſtum, aut victimam dijs alienis, niſi Domino. q. d. quia nõ faciam vltra ſacrificium idolis, ſed Dño, nolo altare facere de terra idolorum, ſed de terra Dei.

Quare petijt Naaman ab Eliſæo terram Iſrael. Quæſtio XXIIII.

QVAERETVR vlterius, cum Naaman vellet portare terram ad faciendum altare de terra Iſrael, quare petebat illam ab Eliſæo, quia propria auctoritate poterat illam portare. Reſpondendũ, ꝙ Naaman fecit hoc propter multa. Primò, quia putauit ſibi illicitũ eſſe ferre illã, niſi Eliſæus daret. ſ. quia ipſe fuerat hucuſque idolatra. Quòd ergo nũc propria auctoritate portaret terram Sãctam in terram idolorum, videbatur illicitũ, niſi concederet Eliſæus. Et iſtud erat in duobus: primo, qa ipſe erat idolatra, cui videbatur illicitum propria auctoritate hoc attentare. Secundo, quia ferebat terram Sanctam in terram idolorum, & in hoc videbatur præiudicare Deo. Credidit autem, ꝙ Eliſæus qui erat propheta maximus, haberet vices Dei in hoc, & poſſet diſpenſare, ꝙ iſtud fieret: & ob hoc petiuit ab eo licentiam portandi terram, dicens: Obſecro, concede mihi ſeruo tuo, vt tollam onus duorum burdonum de terra: in quo innuit, quod ſi non concederet ei, non eſſet ſibi licitum. Tertia cauſa fuit ad auctorizandum factum: quia dato, ꝙ Naaman poſſet facere hoc propria auctoritate, tamen credidit, ꝙ eſſet ſanctius ſi faceret auctoritate Eliſæi: quia conceſſio ſua, vel præceptum faceret actum iſtum eſſe ſanctiorem. Quarta cauſa fuit, quia voluit Naaman informari ab Eliſæo circa iſtud altare, quod intendebat facere, an fortè aliqno modo eſſet illicitum, vel quid deberet obſeruare in illo: & cum quæreret iſtud ab Eliſæo, ipſe reſponderet ſibi de ceremonijs, quas deberet ſeruare: ideo petiuit, vt concederet ei terram ad faciendum altare. *Non enim faciet ſeruus tuus vltra holocauſtum, aut victimam dijs alienis.* i. hucuſq; non cognoui Deum Iſrael eſſe Deum verum, ideo faciebam ſacrificia Dijs alienis: ſed vltra non faciã: *Niſi Domino.* i. non faciam ſacrificia dijs alienis, ſed faciam ſacrificia Domino. i. Deo Iſrael. *Hoc autem ſolũ*

F *eſt, de quo depreceris Dominum pro ſeruo tuo.* Ideſt, pro vnà re ſola oro te, vt roges Dominum pro me, ne imputetur mihi ad peccatum: quaſi dicat, nullo modo colam iam idola, ſed Deum verum: nec erit in me aliquid reprehenſibile, in quo putem me peccare, niſi vnum ſolum, ſ. ꝙ aliquando intrabo cum Domino meo rege in templum Remon, & eo adorãte, ego adorabo: quia ipſe inclinabitur ſuper manum meã: ideo oro te, vt roges pro me. Dicebat hoc Naaman: quia ſciens Eliſeum eſſe ſanctiſſimũ, putabat ipſum poſſe obtinere apud Dominum, ne imputaret hoc ſibi in peccatum: *Quando ingreditur Dominus meus templum Remon, vt adoret.* Remmon eſt nomen idoli Syrorum, & templum huius erat in Damaſco, ad quod G Benadab rex ibat, vt adoraret. *Et illo imminente ſuper manum meam, ſi adorauero in templo Remmon, adorante eo in eodem loco.* ſ. quando ibat Benadab rex Syriæ ad odorandum in templum Remmon: Naaman, qui erat princeps militiæ, & valde carus regi, ibat ad latus ei⁹, & rex ſuſtentabatur ſuper manum eius prę teneritudine: & quando rex debebat flectere genua ad adorãdum idolum, oportebat, ꝙ Naaman flecteret etiam genua, vt poſſet ſuper brachia eius inclinari, & ſuſtẽtari rex. Iſte modus eſt magnarum dominarum delicatarum nimis, quæ præ teneritudine nimia ſe ſuſtẽtare non poſſunt: aut ſignificant ſe non poſſe, & mouentur innixiæ ſuper alias mulieres, vel ſuper viros. Sic enim dicitur Eſther. 15. de ipſa Eſther: aſſumpſit H duas famulas, & ſuper vnam quidem innitebatur, quaſi præ delitijs, & nimia teneritudine corpus ſuũ ferre non ſuſtinens: altera autem famularum ſequebatur dominam defluentia in humum indumenta ſuſtentans. Sic enim reges Syrorum nimia teneritudine vtentes, vt fœminæ ſuper brachia virorum innitebantur cum mouerentur, & quando inclinarentur. Naaman autem exhibebat regi Benadab iſtũ famulatum. ſ. ꝙ oportebat eum ſuſtentare regem: & ſic quando rex inclinaretur ad adorandum, oportebat, ꝙ etiam tunc ipſe genua flecteret: & hoc putabat eſſe peccatum: & pro iſto ſolo orabat Eliſeum, vt rogaret Dominum pro ipſo: quaſi dicat: quia nũquam alias introiret in templum ad adorãdum ibi, I & ſi ibi adoraret, nolebat, ꝙ oraret pro ipſo Eliſæus, quia in tali caſu non putabat ſibi remittendũ à Deo. Sciendum etiam, ꝙ Naaman non putauit peccatũ eſſe ingredi in templum idoli, ſed adorare corã eo, flectendo genua: quia iſtud pertinebat ad quendam honorem Dei: ideo non petijt, vt Eliſæus oraret pro eo, vt remitteretur ſibi, ſi intraret in templum Remmon: ſed ſi adoraret in templo illo. *Vt ignoſcat mihi Dominus ſeruo tuo pro hac re.* Ideſt, oro, quòd petas à Domino veniam mihi ſeruo tuo pro hac re, ſi peccauero adorans coram idolo Remmon. *Qui dixit ei: vade in pace.* Ideſt, vade: quia faciam quod petis. In quo innuit Eliſæus, quòd Deus remitteret Naaman id, quod petebat. *Abijt ergo ab eo electo terræ tempore.* K Ideſt, receſſit Naaman ab Eliſæo electo tempore terræ, ideſt, electo conuenienti tempore ſecundum cõditionem terræ illius, ſcilicet: quia fortè in terra illa erat aliquod tempus, in quo permittebantur extranei exire de regno, & in alijs tẽporibus non permittebantur: & Naamã receſſit in tempore illo, in quo poterat recedere ſecundum conſuetudinem terrę: Ad idẽ in hebræo dicitur. *Abijt ab eo per ſpacium terræ.* Ad idẽ pertinet iſta ſententia, ad quod litera noſtra. ſ. ꝙ abijt Naaman ab Eliſæo per ſpacium terræ. i. in tempore illo, in quo erat conueniens recedere ſecundum cõſuetudinem terræ. Et non ſignificat hic ſpacium magnitudinem quandam viæ, ſed tempus, in quantum tẽpus dicit magnitudinem continuam, ſicut locus. *Quare*

Reges Syriæ effeminati.

Quare Elisæus concessit licentiam Naaman, quòd adoraret coram idolo Remmon: quia istud videbatur indispensabile. Quæst. XXV.

QVAERETVR, quomodo Elisæus concessit licentiam Naaman, vt adoraret coram idolo Remmon: quia istud per se malum est, & per se mala non sunt dispensabilia. Aliquis fortè dicet, ꝙ Naaman nolebat adorare idolum, sed volebat fingere se adorare, quando intraret cum Domino suo in templum, ideo poterat dispensari cum eo. Sed dicendũ, ꝙ etiam hoc non stat, quia sicut adorare per se malũ est in idolis, & non est dispensabile, ita ostendere se adorare idola per se malum est, & non est dispensabile, sed potius debet aliquis mori, quàm coram alijs ostendere se colere idola. Et non solum de idolis, sed etiam de quacunque transgressione legis, vel rectæ rationis idem est. Sic patet de Eleazaro Iudæo. 2. Macha. 6. quem serui Antiochi durè occidere volebãt, nisi comederet carnem porcinam: & quidam miserati eius propter amicitiam antiquam dabant ei aliã carnem, quam liceret ei comedere secundum legẽ, vt putaretur ab omnibus astantibus esse caro porcina, & sic euaderet mortem. Ipse verò potius voluit amarissimè mori, quàm in illam simulationem incidere: ideo non licebat Naaman fingere se colere idola. Aliqui autem dicunt, ꝙ istud illicitum erat: & tamen, quia Naaman erat neophytus Elisæus dispensauit cum eo. Sic etiam dicunt, quòd dispensauit, quòd posset facere altare extra terram Israel, in quo sacrificia faceret Deo: & tamen Deus iusserat, quòd non fieret sacrificium, nisi in sanctuario. Leui. 17. & Deut. 12. Sed dicendum, quòd istud deficit in duobus. Primò, quia isti vocant Naaman neophytum, & tamen falsum est, quia neophytus vocatur ille, qui nouus est in aliqua fide, vel religione, vt inter Hebræos ille, qui nouiter conuertebatur de gentilitate ad Iudaismum statim post circuncisionẽ vocabatur neophytus. Etiam conuersus ad Christum mox post baptismum vocatur neophytus: sed Naaman non conuersus fuit ad ritum Iudaicum: qa non circuncisus est, nec suscepit legem: vt supra ꝓbatum est in quadam quæstione: ergo non poterat dispensari cum eo propter hoc, quòd neophytus esset. Secundus defectus est: quia cum isto non potuit dispensari siue esset neophytus, siue non. De primo patet: quia fingere colere se idola est ꝑ se malum, & talia non sunt dispensabilia. De secundo patet, quia Naaman non erat neophytus, & consequenter nõ erat obligatus ad aliquã legem iudaicã: vt supra probatum est: & tamen dispensatio est quędam iuris relaxatio cum causæ cognitione, ergo cũ quis non est obligatus ad legem, non oportet, quòd cum illo dispensetur in illa lege: sed iste nõ erat obligatus ad legem Iudaicam, ergo proprio motu poterat agere contra illam, nec oportebat quòd cum eo dispensaretur. Dicendum ergo, quòd Naaman nõ petiuit dispensationem aliquam nec Elisęus dispensauit cum illo nec poterat. Pro quo sciendum, ꝙ Naaman nolebat colere idola, nec etiam volebat fingere, quòd colebat illa, scilicet, frequenter se humiliando coram illis, vt putaretur colere illa: quia in hoc non poterat dispensare Elisęus, cum esset per se malum: sed habebat Naaman officium sustentandi Dominum suum regem Syriæ, quando ambulabat, & quando adorabat coram idolis: & tamen non poterat sustentare eum Naaman, quin etiam flecteret genua coram illo idolo, coram quo flectebat rex genua: & tunc non flectebat Naaman genua, vt adoraret idolum: nec v trex putaret, ꝙ adorabat idolũ: sed

Christianus potius debet eligere amarissime mori, quã corã alijs aliã legẽ vere vel simulare colere, & ad hoc datur facim cõfirmationis.

Ratio ad quæ.

A quia non poterat sustentare regem flectẽtem genua, nisi ipse quoque flecteret. Et tunc dicendum, quòd Naaman nullo modo peccabat: quia nihil faciebat ad cultum idoli, nec significabat se facere: sed exequebatur officium suum: ideo sicut in quolibet alio loco non peccaret Naaman inclinando genua ad sustentandum Dominum suum: ita nec in templo corã idolis cum ipse nullum respectum haberet ad idola. Sic enim si esset aliquis christianus, vel puella christiana captiua in terra sarracenorum, & labentes vestes dominæ suæ teneret, ne in terram caderent: & sic intraret cum domina sua in templum Mahometi, & maneret ibi atque flecteret genua, quando domina inclinaret se in terram non peccaret ex hoc:
B si non intenderet per hoc aliquam reuerẽtiam exhibere Mahometo. Ideo cum Naaman non peccaret in hoc, non egebat aliqua dispensatione: nec Elisęus dispensauit cum illo, sed Naaman habebat consciẽtiam meticulosam timens, quòd peccaret in hoc: iõ orauit Elisęum, quòd rogaret Dominum pro illo, scilicet, si aliquid in hoc delinquebat, quòd ignosceretur sibi. Et Elisæus non dispensauit cum illo, sed declarauit sibi, ꝙ non erat illicitum: & hoc erat, qđ dixit vade in pace. i. vade securus de hoc, quia nõ peccabis, vel orabo ego Dñm pro te, ne pecces.

Casus, in quo quis intrans tẽplũ Mahometi flectẽdo genua, non peccat.

Quomodo Elisæus dispensauit cum Naaman, quòd faceret altare extra terram Israel: quia solum debebat esse altare
C *in sanctuario ad offerendum sacrificia ex lege leuitica. Quæst. XXVI.*

QVAERETVR vlterius, quomodo Elisæus dispensauit cum Naaman, vt faceret altare in terra sua, ad immolandum Domino cum istud esset contra legem. Leui. 17. Dicendum, ꝙ non dispẽsauit Elisæus cum Naaman, nec poterat vllo modo cum eo dispensari: quia dispensatio est relaxatio iuris: & tamen hic non relaxabatur: quia tunc relaxatur, quando aliquis obligatus est ad aliquem rigorẽ iuris, & fit, ꝙ non sit obligatus ad illum, & tamen hic non erat Naaman obligatus ad suscipiẽdum legem Iudaicam, nec etiam susceperat illam vt supra probatum est, ideo impossibile erat cum eo dispensari.
D Erat tamen ista lex dispensabilis, si fuisset Naamã iudæus: nam facere sacrificium in vno loco determinato mandatum cęremoniale erat, & omnia talia sunt dispensabilia, & sæpè dispensatum est in eis: nã Samuel sacrificium in Ramatha supra 1. lib. ca. 7. & in Masphat eo. cap. & in Galgala, eo. lib. cap. 11. & 13. Et tamen in nullo loco istorum erat tunc sanctuarium, sed in vrbe Nobe, vt declaratum est eo. lib. ca. 7. etiam Elias sacrificium fecit in monte Carmelo præced. lib. cap. 18. Dauid quoque sacrificauit in mõte Moria, vel in monte Sion, quod idem est, in area Ornam Iebusæi, vt patet supra 2. lib. ca. vltimo, & 1.
E Paralipo. cap. 21. & tamen omnes isti licitè imolauerunt. Sic igitur Deus poterat dispensare per Elisæũ cum Naaman in ista lege s. ꝙ posset sacrificium facere in terra sua. Et non potuit fieri dispensatio, quia non erat obligatus legi. Cum autem dicitur, ꝙ Elisæus concessit Naaman ferre duo onera terrę de terra Israel ad faciendum altare: Dicendum, ꝙ non dispensauit cum eo, vt faceret altare extra terram Israel, sed declarauit ei hoc sibi licere ex iure communi sine dispensatione aliqua. *Dixitque Giezi.* Hic ponitur tertium huius capituli, in quo Giezi pro munerum petitione ab Elisæo increpatur, & lepra vulneratur, & dicitur. *Dixitque Giezi puer viri Dei.* Istud qđ sequitur dixit Giezi in corde suo: nam vidit quomodo Elisæus noluerat recipere munera Naaman, & ipse

Relaxatio quid. In. q. 21.

ipse concupiuit illa, & cogitauit qualiter peteret à Naaman. Vocatur autem Giezi puer viri Dei.i. Elisæi, quia ministrabat ei semper, & ibat cum eo quocunque ipse iret. *Pepercit Dominus meus Naaman Syro isti.*i. abstinuit se ab eo.s. non accipiendo munera illius: nam non accipiendo seruabat integras diuitias eius, ideo dicebatur parcere illi non diminuendo illas, cum potuisset diminuere accipiendo eas. *Ut non acciperet ab eo, quæ attulit.* Naaman attulerat maiorem partem pecuniarum, & auri, & argenti, & vestium, q̄ supra nominantur ad donandum Elisæo, si sanaret eum, & hæc noluit accipere. (Viuit Dominus, quia curram post eum, & accipiam ab eo aliquid.) i. iuro per Deum, ꝙ currā post ipsum iā recedentem, & recipiam ab eo aliquid. Non dixit hoc Giezi exterius, sed intra se, & ponitur istud iuramentum ad significandum firmam deliberationem eius ad currēdum post Naaman. Nam sicut per iuramentum confirmantur verba nostra, ita cum interius firmiter deliberasset Giezi prosequi Naaman, ponitur iuramentum ad significandum illam firmitatem propositi.

Quare non dixit Giezi, quod acciperet omnia, quæ Naaman obtulerat Elisæo. Quæstio XXVII.

QVAERETVR, quare Giezi dixit: & accipiā aliquid ab eo, & nō dixit, ꝙ acciperet omnia, q̄ Naaman obtulerat Elisæo. Respondendum, ꝙ Giezi voluerat omnia habere, quæ Naaman obtulerat, & tamen putabat se non posse habere illa: ideo conatus est, vt haberet aliquid de illis. Prima causa, quare putauit, ꝙ nō posset habere omnia, fuit, quia ad hoc, quòd peteret aliquid à Naaman, oportebat, quòd fingeret aliquam causam valdè verisimilem, propter quam Naaman daret sibi, quod petebat. Nam Naaman viderat, quòd Elisæus nullo modo voluerat accipere munera, nec partem eorum quanquam Naaman insisteret: quòd ergo nunc peteret oportebat, quòd moueretur ex aliqua causa verisimili, & de nouo emergenti, & quia non poterat Giezi excogitare aliquam causam, propter quam verisimile esset, ꝙ Elisæus peteret omnia, qua sibi offerebat prius Naaman, non petiuit omnia: pro parua autem re potuit inuenire causam verisimilem: & sic erat, quòd venissent duo iuuenes de monte Ephraim ad Elisæum, & quòd pro eis vellet vnum talentū argenti, & duas vestes mutatorias, & hoc credidit verisimile Naaman: ideo non solum dedit ei vnum talentum, sed duo, vt patet in litera. Secunda causa fuit, quia si Giezi peteret omnia munera, quæ Naaman offerebat Elisæo, vel magnam partem eorum, non posset ipse solus reportare illa, sed oportebat, ꝙ multi de viris Naaman redirent cum eo, & tūc res fieret manifesta Elisæo, & culparetur ab eo nimis: ideo petiuit modicū, ꝙ ipse solus posset portare, & sic res lateret. Petiuit ergo vnum talentum argenti, & duas vestes mutatorias. Et quando postea dedit duo talenta Naamā Giezi, & vestes duas, & fecit, ꝙ ferrent eas duo pueri sui, conatus est Giezi occultare rem, quia non venit ad domum vsque ad noctem, vt Elisæus non videret quid portabat ipse, & pueri sui: vt patet infra. Tertia causa fuit, quia si Giezi petiuisset omnia munera, q̄ obtulerat prius Naaman Elisæo, nō dedisset illa Naaman, nisi ipse quoque rediret propter magnitudinē munerum, vt sic in præsentia eius Elisæus acceptaret munera sua, & ipse acciperet gratiam pro oblatione illorum. Hoc autem timebat Giezi: quia sic res manifesta fieret, & ipse nihil consequeretur, sed potius increparetur nimis ab Elisæo, & Naamā. Voluit ergo petere aliquid modicum. *Et secutus est Giezi*

F *post tergum Naaman.* Non est verisimile, ꝙ apud vrbē, in qua manebat Elisæus, Giezi iuisset illico ad Naaman, quia tunc esset Naaman propinquus vrbi, in qua esset Elisæus, & crederet Giezi, ꝙ propter propinquitatem fortè velit Naaman redire, & per se dare Elisæo, & tunc nihil consequeretur Giezi: iō verisimile est, ꝙ satis longè ab vrbe Giezi consecutus fuerit Naaman, vt sic Naaman pigritaretur redire ad Elisæum, sed daret munera Giezi. *Quem cum vidisset ille currentem ad se.*s. cum propè esset Giezi, cognouit eum Naaman, quia viderat ipsum cum Elisæo, & vidit, ꝙ ad se veniebat. *Desiliuit de curru suo in occursū eius.*i. saltauit de curru in terram: ibat.n. Naaman in curru, nam ferebat secum currus, & equites: vt patet supra.

G Fuit autem valde vrbanus Naaman: nam cùm ipse esset vir clarissimus, & potens princeps totius militiæ Assyriorum, non solum fecit subsistere currum, quando vidit ad se venientem Giezi: sed ēt saltauit de curru in terrā, & venit in occursum eius, sed hæc omnia faciebat Naaman propter nimiam deuotionem, & amorem ad Elisæum, qui sanauerat ipsum. *Et ait: rectène sunt omnia?* Cum vidit Naaman currentem ad se Giezi puerum Elisæi, putauit aliqđ malum esse, & dixit: rectène sunt omnia? i. nunquid omnia negocia Elisæi rectè se habent? Iste modus erat loquendi apud antiquos. Sic enim dixit Elisæus ad mulierem Sunamitem: rectène agitur apud te, & circa virum tuum & circa filium tuum? præcedenti

H ca. *Et ille ait: rectè.*i. rectè sunt omnia, s. non accidit aliquod periculū, nec propter hoc venio, sed propter aliā causam, & subijcit eam.s. *Dominus meus misit me.* scilicet, Elisæus: sciebat.n. Naamā, ꝙ Giezi esset puer Elisæus. *Dicens: modo venerunt ad me duo adolescentes de mōte Ephraim.*i. post recessum tuum venerunt duo iuuenes de monte Ephraim, & pro illis egeo vestibus duabus, & vno talento argenti, ideo da ista: Dixit autem Giezi: modo venerunt ad reddendum dictum suum verisimile: quia si peteret ista pro aliqua causa, quæ fuerat ante recessum Naaman ab Elisæo, non crediderat Naaman, ꝙ Elisęus petebat istud, cū ipse prius renuisset accipere aliquid: ideo vt esset verisimile, oportuit peti ꝑ causa emergenti post recessum eius,

I & ista erat, ꝙ venissent modo duo adolescentes de monte Ephraim, vocatur mons Ephraim tota sors Ephraim, quia erat montuosa, vnde vbicunque fit mentio de sorte Ephraim, dicitur, monte Ephraim: vt patet Iosue.18.& 20.& 21.& supra 1.lib.ca.1.& in multis locis. *Ex filijs prophetarum.* scilicet. erant in mōte Ephraim aliqua collegia prophetarum, sicut in Iericho, & Bethel, & Galgala, de quibus patet sup.2. & de illis venerunt nunc duo ad Elisæum. Et dixit hoc Giezi ad reddendum causam suam verisimilē. s. quia Elisęus erat pater, & princeps omnium prophetarum, & ipse habebat sub cura sua, & solicitudine omnes illos: & procurabat eis prouideri de necessarijs in quātum poterat: verisimile ergo erat, ꝙ nūc

K Elisæus peteret talentum argenti, & vestes duas. *Da eis talentum argenti, & vestes.* Mutatorias duplices. Petiuit hoc, quia modicum videbatur.s. vnum talētum pro duobus viris, & duas vestes mutatorias. Vocantur autem vestes mutatoriæ à mutando.s. ꝙ erant vestes preciosę, & non quotidianæ: nam quæ quotidianæ sunt non mutantur, quæ autem preciosiores sunt, raró eis induimur. Et dixit: vestes duplices.i. duas, non quidem, ꝙ quælibet esset duplex: poterat tamen vocari vestis duplex, quia erat duplicata de panno: sed non accipitur sic hic: *Dixitque Naaman: melius est, vt talenta duo accipias.* Petebat enim Giezi vnū talentum pro duobus viris: Naaman verò, quia liberalis erat, vidit melius esse, ꝙ cuilibet viro daretur vnum

Naaman valde vrbanus, in quo sumat exemplū nobiles.

Mons Ephraim vocatur tota sors Ephraim.

Vestes mutatoriæ quid.

vnum talentum, ideo dixit: melius est, vt talenta duo accipias, s. singulum pro singulo viro: in Ebręo dicit. *Iura, & duo talenta accipe*. i. iura, ꝙ verum est, ꝙ Elisæus misit te, & accipe duo talenta. Et sic volunt hebræi, ꝙ Giezi iurauerit, ꝙ misisset eum Elisæus, & sic acceperit duo talenta, sed non est verisimile, ꝙ Naamã exigeret iuramẽtum à Giezi: quia non suspicaretur de eo, cum ipse vidisset eum cum Eliseo, & haberet causam verisimilem petendi. Etiam dato, ꝙ Naaman suspicaretur malum de Giezi, & erubesceret, exigeret ab eo iuramentum: sed traderet pecuniã pueris suis, & vestes, vt ipsi traderent ea Elisæo: ideo dicendum, ꝙ in Ebræo dr̃. Iura, & accipias duo. i. iuro, ꝙ non accipies vnicum talentum, sed duo: vel iuro, ꝙ melius est, ꝙ accipias duo, q̃ vnum. Et hoc est, quod dixit litera nostra: melius est, vt talenta duo accipias. Et patet, ꝙ sic intelligatur, quia dr̃ infr. & coegit eum. s. ꝙ Giezi nolebat accipere duo talenta, & Naaman coegit eum accipere duo, & ad hoc diceret ipse: iuro, ꝙ accipias duo. Et ponitur secunda persona ꝑ prima, quia in Hebræo mutantur personæ, & numeri, & genera, & fit omnimoda barbaries. *Et coegit eum*. s. petierat Giezi vnicum talentum, & Naaman dabat ei duo: Giezi verò dicebat se nolle, nisi vnum, & ad vltimum coegit eum Naaman accipere duo. *Ligauitq; duo talenta argenti in duobus saccis*. Saccus vocatur bursa, & posuit duo talenta in duabus bursis, vel saccis: non quidem, ꝙ non caperentur in vno sacco: quia non erant tantæ quantitatis: sed, quia volebat dare Naaman duos pueros ad ferendum ista, & volebat cuilibet dare æquale pondus cum altero: ideo cuilibet dedit vnum talentum ferendum, & vnam vestem, & ad hoc ligauit in duobus saccis. *Et imposuit duobus pueris suis*. i. dedit ista portanda duobus de seruis suis, vt irent cum Giezi. *Qui portauerunt coram eo*. Scilicet, isti portauerunt vsque ad domum Elisæi, & postea reuersi sunt ad Naaman Dominum suum.

Barbaries Hebraici idiomatis.

An peccauit Giezi accipiendo munera à Naaman. Quæstio XXVIII.

QVAERETVR, an peccauit Giezi accipiendo munera ista à Naaman. Respondendum, ꝙ multipliciter peccauit. Primo per auaritiam iniustè desiderando munera, quæ non offerebantur sibi: potissimè cum causa esset illicita. Secundò peccauit per simoniam petendo rem temporalem pro spirituali, quam Elisæus totis viribus recusauerat: nã petiuit, & accepit. Tertiò peccauit iniustè accusando Dominum suum Elisæum: nam dixit, ꝙ ipse perierat pecuniam illam: & tamen nõ petierat, & in hoc diminuebat nimis famam eius: quia Elisæus apparuit magnæ virtutis, quando de magnis muneribus nihil accipere voluit: nunc verò offuscabatur aliqualiter virtus eius: quia non solum recipiebat, sed etiã petebat, & tamen, petere, non solum non est virtus, sed etiam est rubor. Quartò peccauit, quia mentitus est: nã dixit, ꝙ petebat Elisæus, & non petebat. Quinto mentitus est, quia dixit venisse adolescentes duos de monte Ephraim, & ꝙ pro illis erant ista munera: & tamen falsum erat, quia pro se petebat. Sextò peccauit secundum hebręos, quia falsum iurauit: nam in litera eorum dr̃. Iura, & accipias duo: & dicunt, ꝙ Naaman fecit Giezi iurare, & ipse iurauit, ꝙ Elisęus miserat eum. Septimò peccauit, quia mentitus est Elisæo: nam dixit ei Elisæus: vnde venis Giezi? & respondit: non iuit seruus tuus quoquam: & tamẽ iuerat ad petendum pecuniam à Naaman. Octauò peccauit: quia vsurpauit pecuniam sibi nullo modo debitam: nam nõ debebatur sibi ex aliqua causa pecunia illa: & tamen accepit eam, & retinuit illam sibi.

A *An Giezi fuerit verè simoniacus; & de differentia simoniæ mentalis, & realis, & de modis committendi simoniam. Quæst. XXIX.*

QVAERETVR vlterius, an Giezi fuerit verè simoniacus. Aliquis dicet, ꝙ non: quia Giezi non vendidit rem sacram, nec emit: ergo non fuit simoniacus: & patet, ꝙ non emerit: quia ipse non accepit sanitatem, sed Naaman. Etiam non vendidit, quia ipse non tribuit sanitatem, sed Elisæus. Item ad hoc, ꝙ aliquis sit simoniacus, non sufficit, ꝙ det rem spiritualem, & accipiat temporalem, vel e cõtrario: quia ista possunt stare sine simonia, vt potè si quis cõferat ordinem, vel beneficium sine precio, & sine in-
B tentione recipiendi aliquid; & postea à beneficiato, vel ordinato gratis suscipiat aliquod munus non habendo respectum ad ordinem, nec ad beneficiũ collatum, nulla est simonia: sed requiritur ad simoniam causandam, ꝙ detur spirituale pro temporali, vel è contrario: sed in Giezi non constat, ꝙ ipse acceperit temporale pro spirituali, sed solum constat, ꝙ acceperit rem temporalem: ergo non apparet eum commisisse simoniam. Respondendum, ꝙ Giezi non solum cõmisit simoniam, sed etiam fuit princeps omnium simoniacorum: & ipse fuit primus, qui legitur simoniam commisisse. Pro quo sciendum, ꝙ simonia est duplex: quædam mentalis, & quędam realis. Simonia mentalis dicitur studiosa volunta s emẽdi,
C vel vendendi aliquid spirituale, opere non secuto. Vt potè si quis conferebat beneficium alicui, vt ab eo susciperet aliquod munus, & tamen ille postea sibi nihil dedit; est simonia mentalis. Simonia verò realis est studiosa voluntas emendi, vel vendendi spiritualia, vel annexa spiritualibus cum opere subsecuto: vt potè, si quis dedit alteri ordinem, vel beneficiũ pro pecunia, vel pro aliquo munere, & realiter accepit illud, dicitur simonia realis. Sciendum tamen circa hoc, quod dicitur, cum opere subsecuto: quia aliqui in hoc falluntur: & dicendum, ꝙ simonia dicitur esse cum opere subsecuto, quandocunque simoniacus habet aliquem actum vltra actum mentis circa ipsam simoniam. Et hoc stat dupliciter. Primò ꝑ
D realem traditionem, vt si ille, qui dat beneficiũ pro munere, realiter receperit munus, siue fuerit datum ex conuentione, siue non: licet peius sit ex conuentione, quàm aliàs. Secundò est cum opere subsecuto, quandocunque voluntas simoniaci procedit ad verba, licet inde non consequatur pecuniam: & hoc etiam stat multipliciter. Primò si quis conueniat cũ alio, ꝙ dabit sibi ordinẽ, vel beneficium, & recipiat ab eo certum precium, & confert beneficium, & postea alius non dat sibi pecuniam promissam, nihilominus est simonia realis. Secundò si quis petit ab aliquo pecuniam pro ordine, vel beneficio, postquam cõ tulit, & à principio nihil expressit: conferebat ta-
E men cum intentionę petendi, & recipiendi, dato, ꝙ alius postea nihil dare velit, simonia est realis. Tertiò, si quis petat ab aliquo ordinem, vel beneficium, & alius dicat, ꝙ nõ dabit, nisi det sibi pecuniam, etiã si alius noluerit recipere ordinem, nec beneficium, vt non det pecuniam, nihilominus ille, qui petiuit pecuniam pro ordine, vel beneficio, simoniacus realis est. Quartò, si duo conueniant, ꝙ vnus dabit alteri ordinem, vel beneficium, & alius det sibi pecuniam, & postea non sequatur collatio ordinis, nec traditio pecuniæ, vt potè, quia ille, qui daturus erat pecuniã pęnituit, & noluit dare pecuniam, nec accipere ordinem, nihilominus simoniacus realis fuit. Quod autẽ in istis casibus sit simonia realis, apparet. De primo patet, quia ibi est opus subsecutũ. s. quia partes cõuenerunt

Simonia duplex, mentalis, & realis, & q̃ sint.

Quot modis cõmititur simonia realis.

nerunt

nerunt inter se de collatione ordinis, vel bñficij, & de datione pecuniæ: & ille, q̄ debebat dare beneficiū, vel ordinem realiter dedit: & sic non solum vēdidit, sed etiā fecit traditionē realē rei venditæ: ꝙ ergo postea alius noluerit dare pecuniā, quam promisit, non impedit, quin venditio facta fuerit. Item patet hoc, quia si vendatur aliqua res prophana per hoc, ꝙ partes conueniunt inter se de precio vltimatè, & vendens concedit rem suam alteri, fit realiter venditio, dato, ꝙ nōdum subsecutum fuerit precium, vel tradita fuerit res vendita: sed hic fuit venditio facta inter partes, & vendens transtulit rē vēditā in emptorem. s. ordinē, vel beneficium, licet emptor non tradiderit preciū venditori: iō fuit venditio cōpleta, & realis simonia. De secundò casu patet: quia dato, ꝙ non fuit conuentio inter partes, quæ propriè vocat̄ emptio, & venditio: tñ vocat̄ uenditio largè. Nā in simonia accipit̄ emptio, & uenditio largius, q̄ in alijs rebus: nā nunq̄ est propriè loquendo emptio sine uēditione, nec è contrario, nec aliquis pōt aliquid uendere, nisi alius illud emat: & tñ pōt cōmittere unus simoniam realem, alio non committente. Vt potè si quis dederit ordinē, vel beneficium cum intentione aliquid accipiendi, & tñ nihil expressit: & postea petit à beneficiato, vel ordinato, & illo nolēte dare, ordinator, vel beneficiator violenter accipit ab eo pecuniam pro beneficio, vel ordine collato, nullus dubitat, quin ibi sit simonia, & cōsequēter est emptio, vel venditio rei spiritualis: & tamen manifestum est, ꝙ propriè loquendo non est emptio, nec vēditio, cū altera partiū non habuerit intentionem aliquid dandi, nec dederit, è contrario ēt aliquando emit quis spiritualia, & alius non vendit illa: vt potè si quis obtulerit pecuniam pro beneficio, q̄q̄ ille, qui conferre debet, nolit recipere pecuniā, manifestū est, ꝙ iste est simoniacus, & damnabilis. Sic. n. fuit de Simone Mago qui obtulit pecuniam Apostolis, vt darent ei potestatē dandi Spūm sanctum: & illi noluerunt, sed dixerunt: Pecunia tua tecū sit in perditione. Act. 8. Altera ergo partiū emit hic spiritualia, licet altera non vendat: & hoc non est nisi, quia accipit̄ emptio, & venditio ad causandā simoniā largius, q̄ in alijs vēditionibus. De tertio casu patet, quia cū quis ponit conditionē in re, q̄ debet transferre, vt det̄ sibi pecunia, iā vendit eam: sed iste posuit conditionē, & aliàs dixit se non daturū ordinē, nec beneficiū: ergo vēdidit quātū in se erat, quia nihil plus facere potuit realiter. Item in simonia causanda non dr̄ emptio, & venditio, ita ꝙ solum realiter caus̄et, & res vendita realiter tradat̄: sed satis est ad causandam simoniā ꝙ res exponat̄ venialis, vel qui exponat se empturū rē: vt si qs dicat, quis vult accipere beneficium, & dare mille? Exponit illud venale, & simonia realis est. Vel si quis dicat: qs vult mihi dare, vel renunciare beneficium, & dabo centum? Exponit se empturum beneficia, & vterq; est simoniacus realis. De secundo patet in Simone, qui exposuit se empturum gratiā Spiritus sancti. s. potestatē faciendi miracula offerendo pecuniam apostolis: & tñ licet illi non consenserint, vocat̄ iste simoniacus realis immo princeps simoniacorum. In primo eadē rō est: quia si quis exponendo se empturū rē spiritualē simoniacus realis est, licet non sequat̄ realis vēditio, & traditio, erit ēt simoniacus realis ille, qui exposuit rē spūalē venalē: immo iste deberet vocari magis simoniacus, & magis culpabilis est verè: nam maiorē iniuriā facit rei sacræ, q̄ eā exponit venalē cū non solū habeat velle, sed etiā potestatē ad realiter tradendum illam, si quis eā voluerit, q̄ ille, qui solum eam se empturum proponit: quia non est in potestate eius realiter accipere rem

Vnus pōt cōmittere simoniam realē alio nō cōmittēte, vt patet in Simone Mago.

Magis simoniacus est vēdens beneficiū, q̄ emens.

F spiritualē venalē, nisi quis eam vendere voluerit. Itē patet efficacius, ꝙ in propositione verbali exteriori consistat simonia realis pp rem. i. pp preciū acceptū: & ꝙ sit mentalis quando non intercedit preciū, nec sequitur realis traditio rei spiritualis: nam interdum simonia non erit realis, & dabitur precium: & interdum erit simonia realis, & nullum dabitur precium. De primo patet, vt si quis det ordinem, vt detur sibi pecunia, & tamen exprimat hoc ordinato: & ordinatus desiderat ordinem, & vult dare pecuniam ꝓ eo, si sibi detur, & tamen hoc non exprimit ordinatori: & post ordinationem conferat pecuniam, quam dare intendebat pro ordine, & quam ordinator recipere desiderabat: & vterque de aliō putabat, ꝙ haberet

G hanc intentionem licet nihil exprimerent: non fuit hic simonia realis, sed mentalis extra de simo. c. mandato: & iō de tali simonia per solam contritionem satisfaciunt: & recipiens beneficium per istam simoniam non tenetur illud resignare: & accipiens pecuniam sic non tenetur illam restituere alicui, sed efficit suā: solum igitur vocatur ista simonia mentalis, quia defuerunt verba vēditionis, vel emptionis. Qđ autem sit aliquando simonia realis, vbi nullum traditur precium, patet vt si duo conueniant inter se, ꝙ vnus dabit alteri ordinem, vel beneficium, & alius dabit ei mille, & contulerit vnus eorum alteri beneficium, vel ordinem, & alius postea dare noluerit pecuniam, quam promiserat: manifestum est, ꝙ hic est

H realis simonia. De quarto patet. s. ꝙ si duo cōueniāt, ꝙ vnus dabit alteri beneficium, vel ordinem, & alius dabit ei pecuniam, & antequam sequatur collatio beneficij, vel ordinis, & traditio pecuniæ, nihilominus est simonia realis. Patet hoc: quia simonia realis est studiosa voluntas emendi, vel vendendi aliquid spirituale, vel annexū spiritualibus cum opere subsecuto. i. cum venditione reali: & tamen hic est realis venditio: quia partes inter se conueniunt de precio, & de re spirituali tradenda: ergo nihil deficit ad perfectam rōnē simoniæ. Itē in contractibus profanis si inter partes conueniatur de transferendo rē vnius in alterum in æternum pro precio, est venditio perfecta, ita ꝙ dato, ꝙ pars vendens nondum tradiderit

I rem venditam, nec emptor tradiderit precium, tenetur quilibet eorum ad traditionem, & hoc solùm ex contractu venditionis: ergo venditio realis ibi fuit: sed ibi nihil fuit, nisi verbalis cōpositio, ergo illa causauit realē venditionē, sic ergo erit in ista cōpositione de conferendo beneficiū, & dando pecuniā. Item inter simoniā mentalē, & realē non est media simonia: & tamen simonia mentalis est quando in sola mente consistit: ergo si exterius proponantur verba conuentionis iam erit simonia realis: quia non manet voluntas emendi, & vendendi in suis terminis, sed procedit ad realem emptionem, & venditionē. Itē patet hoc extra de simo. c. mandato: vbi ad causandam simoniā realē nō attendit̄ præcipuè traditio

K aliqua rei tpalis pro spūali, sed ipsa compositio inter partes: ergo sola cōpositio substantiat simoniā realē ex vtraque parte, & sola petitio precij ex vna parte, vel sola oblatio ex parte alterius efficit simoniacam realiter alterā partiū. His visis, dicendū, ꝙ oēs ementes, vel vendentes res spirituales, vel annexas spūalibus mō supradicto sunt simoniaci: & tamen quidā vocant̄ propriè Giezitæ, & alteri Simoniaci. Nam ementes rem spūalē vocant̄ Simoniaci. Vendentes aūt vocant̄ Giezitæ. Istud aūt est, quia in sacra scriptura legunt̄ duo, qui fuerunt principes exercendi cōtractus istos illicitos: fuit. n in veteri testamento Giezi, de quo habetur hic: & quia ipse vendidit oēs venditores rei spūalis vocantur Giezitæ. In nouo testō legitur

Probatur ꝙ in verbis solis consistit realis simonia.

Simonia interdum nō erit realis, & dabitur precium, & interdum erit realis & nullum dabitur precium.

Simonia ... [illegible]

Simoniaci, & Giezitæ differunt.

legitur de Simone Mago, qui obtulit Apostolis pre- A
cium, vt acciperet ab eis potestatem dandi gratiam Spiritus sancti, idest, faciendi miracula: & quia ipse emebat omnes emptores vocantur simoniaci: de hoc Actuum octauo: vsus tamen obtinuit, vt tam emptores, quàm venditores Simoniaci appellentur. Considerandum vlterius, quod Giezi commisit simoniam realem. Primo enim proposuit firmiter petere aliquid à Naaman pro sanitate sibi præstita: & quantum ad hoc solum fuit simoniacus mentaliter. Deinde pecuniam petijt, & accepit: quantum ad hoc simoniacus fuit realiter: petijt autem pro re spirituali, scilicet, pro sanitate collata ipsi Naaman, & hoc sufficit ad perfectam rationem simoniæ.

Ad rationem.

Ad primam rationem in contrarium, cùm dicitur, quòd Giezi non emit, nec vendidit rem spiritualem: ergo non fuit simoniacus, dicendum, quòd vendidit illam: & quando obijcitur, quòd ipse nihil dedit Naaman, sed Eliseus contulit ei sanitatem. Dicendum quòd Giezi sanitatem non contulit, sed vendidit eam nomine Elisæi, dicens, quòd ipse iusserat peti illam pecuniam. Sic enim officiales episcoporum, & ministri quanquam non conferant beneficia, nec ordines, tamen committunt simoniam, quando ipsi nomine dominorum faciunt pactum, vel aliquid petunt pro ordinationibus, vel collationibus: vel quādo ipsi sunt aliquo modo mediatores, vt ista fiant, etiam si non faciant nomine dominorum suorum. Sed obijcietur, quòd adhuc non fuerit ista vēditio: quia iam sanitas tradita erat Naaman, quomodo ergo poterat vendi post traditionem? Dicendum ad hoc, quòd modicum refert, an peteretur precium ante sanitatem collatam, vel post: dum tamen peteretur pro ipsa sanitate: quia sic etiam res aliqua tradi potest, vendita, antequam compositio fiat super precio: & sic fuit hic. Item, quia dato, quòd in venditionibus propriè dictis vēditio deberet præcedere traditionem rei, & precii: tamen in simonia non requiritur: quia ad causandam simoniam non requiritur, quòd sit venditio propriè dicta: vt supra dictum est.

Ad 2. rationem.

Ad secundam rationem cum dicitur, quòd non cōstat de Giezi, quòd accepit rem temporalem pro sanitate collata, licet bene constet, quòd accepit rē temporalem. Dicendum, quod nō est dubium, quin Giezi acceperit pecuniam pro salute collata supernaturaliter: quod patet, quia Giezi nihil petiuisset à Naaman, si non haberet aliquam causam petendi, quia non speraret se aliquid inde recepturum: & tamen nulla causa erat, nisi quia Elisæus sanauerat Naaman à lepra: ergo petiuit pro sanitate illa. Item Giezi petiuit nomine Elisæi partem illorum munerum, quæ Naaman prius offerebat Eliseo: sed Naaman offerebat munera Elisæo solum gratias referendo ei de sanitate: ergo ex illa causa petebat nunc Giezi: ergo petebat temporale pro spirituali. Sed adhuc obijcietur, quia dato, quod peteret pecuniam pro sanitate illa, non peccabat, vel non erat simoniacus: quia illa sanitas erat temporalis: ergo poterat peti temporale pro illa. Respondendum, ꝙ sanitas illa temporalis erat, & aliquando destruenda, sicut quæcunque alia sanitas: & tamen collatio illius fuit spiritualis, idest, diuina, quia non collata est per medicamenta opere naturali, sed solo Dei verbo. Giezi verò non petebat pecuniam pro sanitate, quia illa non pertinebat ad eum, nec ad Eliseum, sed pro collatione sanitatis: quia ista collatio erat opus Elisæi, & nō sanitas: & tamen ista erat supernaturalis: ergo petebat pecuniam pro re spirituali, & diuina, & consequenter peccabat, & erat simoniacus.

An Naaman fuerit simoniacus dando munera ista Giezi, vel offerendo illa prius Elisæo, & an aliquo modo excusetur. Quæst. XXX.

QVAERETVR vlterius, an Naaman fuit simoniacus in opere isto. Aliquis dicet, quod sic: quia simonia consistit in emptione, & venditione: sed non potest vnus emere, quin alius vendat, Opponit primo.
nec alius vendere, quin alius emat: & tamen Giezi fuit simoniacus, quia vendidit spirituale: ergo oportet, quòd Naaman esset simoniacus emendo illud, Secundo.
quia inter istos duos erat contractus. Item Naaman tradidit pecuniam, petēte Giezi, & ille petebat pro
B re spirituali, sed manifestum est, quòd si quis petat pecuniam pro conferendo beneficio, vel collato, & alius illam det, ꝙ vterque simoniam committit: ita ergo committeret Naaman.

Respondendum, quòd circa Naaman, an commiserit simoniam potest haberi duplex consideratio. Prima est quando Naaman obtulit pecuniam Prima cōclusio.
magnam Elisæo, cum sanatus est. Alia consideratio est quando Naaman dedit pecuniam, quam petiuit Giezi. De primo dicendum, quòd Naaman nōn potuit committere simoniam realem: nam ad simoniam realem requiritur conuentio inter partes de dando spirituale pro temporali ad hoc, quòd utraque pars committat simoniam: vel quòd saltem vna offerat se daturam pecuniam pro benefi-
C cio, vel ordine, etiam si alia nolit: vel alia exponat ordinem, vel beneficium venale, dato, quòd alia illud emere nolit: & sic altera pars committit simoniam, altera non committente. Sed hic non fuit primum, quia Elisæus, & Naaman non conuenerūt super collatione sanitatis, & traditione pecuniæ.

Secundum etiam non fuit: quia Naaman non se obtulit Elisæo daturum pecuniam magnam si oraret Dominum pro ipso, & sanaret eum: ideo non fuit ipse solus simoniacus realis, nec Elisæus solus: Secunda cōclusio.
ergo nullus ipsorum. Dicendum tamen, quòd Naaman potuit esse simoniacus mentaliter cum Elisæo: & hoc dupliciter. Primo si haberet intentionem
D dandi pecuniam pro sanitate, si sibi daretur. Et sic erat sola voluntas emendi, quę sufficit ad simoniam mentalem fortiorem: vt potè si habuisset intentionem emendi sanitatem, quam Elisæus collaturus erat, & nihil diceret Elisæo, sed postea offerret ei pecuniam, quam aliàs destinauerat apud se dare pro sanitate. Et iste casus est simonia mētalis fortis: vt patet extra de simon. capit. mandato, vbi interuenit datio rei temporalis sine pacto. Et iste modus satis conuenit Naaman: nam ipse acceperat, & tulerat pecuniam magnam de terra sua, vt daret Elisæo: vt patet supra in litera, & postea illam realiter obtulit, sed Elisæus noluit acccipere. Poterimus tamen eum excusare, etiam à simonia menta- Tertia cōclusio.
E li, si dicamus, quòd non obtulit illam pecuniam quasi in compensationem sanitatis receptæ, sed beneuolè contulit volens succurrere paupertati Elisęi: quia ipse non viuebat, nisi de eis, quæ sibi offerebantur. Secunda consideratio est in hoc, ꝙ Naaman Secunda consideratio.
pecuniam obtulit Giezi: & dicendum, ꝙ hic non potuit esse simonia mētalis solum, sed oportuit esse simoniā realē, vel nullā: qđ patet: q̄a Giezi petiuit hic pecuniā à Naamā: tūc aut ipse dedit quasi incōpēsa- Quarta cōclusio.
tionē ꝑ sanitate recepta, aut nō habēs intētionē ad hoc: si primo mō vterq; cōmisit simoniam realem: si secūdo modo nullam commisit simoniam realem, nec mentalem Naaman. Hoc autem poterat esse, scilicet, quòd Naaman à principio, quando obtulit

munera Elisæo, non offerret ei pro sanitate collata, quasi dando precium sanitatis, vel redimendo laborem Elisæi, sed quia Elisæus fuerat ei gratus sponte conferendo sanitatem: voluit ipse sponte subuenire inopiæ eius offerendo munera. Noluit autem tunc Elisæus suscipere munera: nunc autem credidit Naaman, quòd mittebat Elisæus pro quibusdam

Quinta cõclusio.

muneribus non quidem tanquam petens in preciũ sanitatis collatæ, sed rogans aliàs, vt conferret sibi id, quod petebat: & tunc Naaman contulit gratis nõ habendo respectum ad sanitatem collatam, nec credendo per hoc se satisfacere labori Elisæi: ideo ipse non committeret simoniam mentalem, nec realem.

Rõnabiliter tenendũ est Naaman nullã cõmisisse simoniã.

Et sic quanquam posset teneri eum fuisse simonia cum realem, vel nullam simoniam commisisset, tenendum tamen est, quòd nullam simoniam commiserit. Et hoc rationabile est propter tria. Primò, quia in dubijs prõptiores debemus esse ad soluẽdũ, q̃ ad cõdemnãdũ. Secundò, quia nullus accusat Naamã, & oẽs accusant Giezi tanquam simoniacũ: iõ nec nos Naaman inaccusatum condemnabimus. Tertio, quia dato, quòd esset casus dubius, an Naaman committeret simoniam, iudicandum erat, ꝙ nullo modo committeret: quia ipse nunc non dedit pecuniam, nisi quia credidit, quòd Elisæus petebat illam, & tamen ipse firmiter credebat, quòd Elisæus non peteret illicitè: ita ergo ipse sub hac fide dans nullo modo peccaret.

Ad primã rõnem in cõtrariũ.

Ad primam rationem in contrarium dicendum, quòd licet in venditionibus propriè dictis non potest vnus emere, quin alius vendat, & è contrario: & tamen simonia est largè venditio: ideo potest ibi vnus vendere altero nõ emente, & potest vnus emere altero non vendente: sicut declaratum est præcedenti quæstione. Aliter potest dici, & adhuc melius, quòd quanquam non possit vnus rem vendere, nisi alius emat, & tamen potest facere eam venalem, etiam si alius non emat, vel potest aliquis se offerre empturum, dato, quòd alius nolit vendere. Sic patet de Simone Mago, qui obtulit pecuniam apostolis pro gratia Spiritus sancti: & tamen illi non acceperunt eam, nihilominus ipse fuit simoniacus. Prima tamen solutio applicatur magis ad casum: quia Giezi non solum proposuit rem venalem, sed etiam realiter pro illa recepit pecuniam: solutio tamen secunda generalior est, q̃a ad multos casus applicatur.

Ad secundam.

Ad secundam rationẽ dicendum, quòd Naaman pecuniam dedit, quam petebat Giezi: & tamen non fuit simoniacus: quia non dedit ea intentione, qua petebat Giezi: nec putauit, quòd Giezi peteret hac intentione: sed Giezi petebat, vt venditor rei spiritualis, Naaman verò conferebat, vt spontaneus benefactor Elisæi non attendens ad sanitatem recompensandam, quam ei dederat Elisæus. Cum autem arguitur, quòd si quis petat pecuniam pro beneficio, vel ordine, & alius det, quòd est ibi simonia, concedendum est: & tamen non fuit sic in proposito, quia quando vnus petit pro beneficio, vel ordine, & alius dat, ambo habent intentionem ad idem, & quod vnus vendit, alius emit: & tamen in casu Giezi, & Naaman non est sic: quia non habebant ambo intentionem ad idem: ideo licet Giezi venderet, Naaman non emebat, sed gratias conferebat, & sic non committebat simoniam.

Giezi quare nolebat accipere, nisi vnum talentum. Quæstio XXXI.

QVAERETVR vlterius, cum Naaman daret duo talenta argenti Giezi, quare nolebat ac-
F cipere nisi vnum quousque coegit eum accipere. Nã videtur, quòd ipse debebat valde promptè recipere, cum non esset vir bonus, & per iniquitatem motus fuerat ad petendum, vt patet in litera. Respondendum, quòd Giezi nolebat recipere duo talenta propter multa. Primo, quia ipse petiuerat vnicum nomine Elisæi, & si nunc reciperet aliud spontè, videretur, quòd fortè non petiuerat nomine Elisæi, sed à se ipso: quia si petiuisset nomine Elisei non excederet metas mandati eius, ideo quanquam desideraret ipse recipere duo potius, quàm vnum: tamẽ vt non daret locum præsumendi contra se, quod à se ipso peteret, nolebat accipere duo. Secundo fecit hoc ad tollẽdum aliam præsumptionem: nam dato,
G quod Naaman crederet, quòd Elisæus misisset ad petendum vnum: tamen si nunc daret duo talenta ipsi Giezi, fortè ipse absconderet vnum illorum pro se, & ne hoc fieret, adhiberet Naaman aliquod remedium, vt fideliter darentur ista duo talenta Elisęo mittens ea cum aliquibus de suis, & sic nihil consequeretur Giezi: voluit ergo potius habere vnum.

Tertiò fecit hoc, quia si daret ei Naaman plus, quàm ipse petebat, non posset ipse solus portare illud: sed oportebat, quod irent aliqui de viris Naaman cum eo ad portandum: ipse tamen recusabat hoc, credens, quòd per istud manifestaretur res Elisæo, & ipse nihil consequeretur de muneribus, sed vellet Elisæus, quòd illa reducerent serui Naamã ad
H Dominum suum, & insuper increparet eum valde pro hac iniquitate: ideo nolebat, nisi vnum, vt sic ipse portaret illud. Coactus fuit tamen recipere duo talenta, & duas vestes mutatorias, & quanquam ipse recusaret, ꝙ irent cum eo serui Naaman, tamen iuerunt cum illo, & portauerunt vestes, & talenta vsque ad domum, in qua reponi voluit Giezi: vt patet in litera.

Quare Naaman misit duos pueros suos cum Giezi portantes munera. Quæst. XXXII.

QVAERETVR vlterius, quare Naaman misit duos pueros suos cum Giezi portãtes munera
I ista ad Elisæum. Dicendum, quòd hoc potuit esse propter tria.

Primò propter honorem Giezi: quia honorabat eum Naaman propter Elisęum: quod patet: quia quando vidit eum currentem contra se, saltauit de curru, & iuit in occursum eius: vt patet in litera, & iste erat magnus honor exhibitus ei. Sic etiam nunc voluit honorare eum faciendo, quòd ipse non ferret aliqua onera, sed duo de seruis Naaman irent cũ eo, & tollerent illa.

Secundum fuit, quia istud onus erat magnum, & fortè non posset illud solus Giezi conuenienter portare, ideo dedit ei socios ad portandum: & ista videtur esse causa, quare non dedit ei vnicum puerum
K portantem, sed dedit duos, quasi vnus non sufficeret ad portãdum: ita ergo nec sufficeret solus Giezi.

Tertium fuit fortè ad tollendum suspicionẽ, quia poterat timere Naaman, quòd Giezi acciperet pro se omnia ista, vel aliquid istorũ: ideo mittebat cum eo pueros, qui darent ista Elisęo. Sed dicendum, quòd duæ causæ præcedentes sunt verisimiles: ista autem tertia non est satis verisimilis: quod patet ex duobus. Primò, quia non est credendum, quòd aliquid suspicaretur Naaman contra Giezi: quia tunc nõ diceret ei, ꝙ acciperet duo talẽta, cũ ipse peteret vnicum, sed potius nullũ ei daret: & tñ dedit duo, & coegit eũ ad accipiẽdũ: illa ergo nõ suspicabat̃ ipsũ. Secũdò patet, quia si Naamã suspicatus fuisset aliquid

quid contra Giezi,& propter hoc misisset duos pueros cum eo, fecisset, quòd illi pueri darent pecuniã Elisæo, ne Giezi posset defraudare eam: & tamen illi non dederunt Elisæo, sed reposuerunt vbi iussit Giezi, quasi nihil suspicantes, ita ꝙ potuit illam pro se accipere Giezi: ergo non ibant isti pueri cum Giezi propter suspicionem, quam concepisset Naaman de illo, sed propter duas causas primas.

Quomodo consenserit Giezi duos pueros Naaman ire secum. Quæst. XXXIII.

QVAERETVR vlterius, quomodo Giezi cõsensit ꝙ irent cum eo duo pueri Naaman. Nam per hoc videbatur ei sublata omnis spes de habendo aliquid de pecunia illa: quia illi pueri darent pecuniam Elisæo& manifestaretur res, & nihil cõsequeretur inde Giezi. Respondendum, quòd Giezi non libenter secum accepit pueros Naaman: quia potius voluisset ipse solus ferre pecuniam,& vestes: & tamen non potuit se excusare, quin venirent cũ eo: nec respondit negando se velle, ꝙ irent cum eo. Primò, quia onus, quod ferendum erat, aliqualiter magnum erat, & non posset illud sine graui labore ferre Giezi: ꝙ ergo diceret se nolle habere socios ad portandum, erat causare manifestam præsumptionem, ꝙ ipse vellet defraudare hanc pecuniam, ideo nolebat habere consocios rei. Secundum erat, quia dato, ꝙ onus esset paruum, licet non oporteret, ꝙ peteret socios Giezi ad portandum onus, vel ad ꝓbandam veritatem rei Elisæo, & Naaman: quia in hoc grauaret aliqualiter opinionem suam, ostendẽdo se credere talem se reputari ab alijs, vt fidei eius pecunia committenda esset: tamen si ei socij iniungerentur, eos recusare non erat honestum. Nam si recusasset illos fortè nihil sibi dedisset Naaman, credens, ꝙ ipse mentiretur in petẽdo: vel saltem daret alijs, vt ferrent ad Elisęum, & ipsi nihil committeret. Ostendit ergo Giezi se spontè suscipere socios: & tamen fecit cum illis, vt non apparerent coram Elisæo, sed reponerent onera in loco, in quo ipse iuberet, & sic factum est: nam posuerunt onera in domo Giezi, & non venerunt ad Elisæum, & putauerunt illi iuuenes, ꝙ poneret ibi Giezi illa munera ex precepto Elisæi. (Cunque venisset iam vespere.) Scilicet, Giezi venit cum duobus pueris oneratis in sero, scilicet, ad solis occasum, vel postea: & hoc fuit, quia fortè via erat longa, & non potuit redire ad vrbem ante occasum solis. Vel magis dicendum, ꝙ Giezi fecit ab intentione: vt pueri illi morarentur in itinere, & venirent post solis occasum, ad hoc, ꝙ nullus videret eum venientem cum vestibus, ne aliquis posset testificari Elisæo, dicẽs: ego vidi duos pueros cum eo ferentes onera. *Tulit de manu eorum.* Ex hoc patet, ꝙ Giezi non portabat onus, sed illi duo pueri: & postquam venerunt in vrbem, accepit munera de manu eorum. *Et reposuit in domo.* Non est intelligendum, quòd reponeret in domo Elisæi: quia timeret, quòd ipse Elisæus, vel aliquis de domo videret, & non posset res occultari: sed posuit in domo sua, vel in domo alicuius amici sui. Item patet hoc, quia dicitur postea: ipse autem ingressus stetit coram Domino suo, idest, stetit coram Elisæo, & ingressus est domum postquam fecit hæc: si tamen posuisset ista onera in domo Elisęi, nõ diceretur, quod ingressus est, & stetit coram Elisæo. *Dimisitque viros, & abierunt.* Scilicet, postquam deposuerunt onera in loco, in quo voluit Giezi dedit eis licentiam, vt rediterent ad Dominum suum Naaman, & redierunt. *Ipse autem ingressus stetit coram Domino suo.* Scilicet, post-

A quam Giezi posuit onera in domo sua, vel alicuius amici sui, ingressus est in domum Elisæi, & stetit coram eo: quasi nihil fecisset. *Et dixit Elisæus: vnde venis Giezi?* Sciebat Elisæus quò iuerat Giezi, & petebat nunc ab eo vnde veniret: vt sic videret quid ille responderet. *Qui respondit: non iuit seruus tuus quoquam.* i. non iui ad aliquem locum, sed mansi semper in domo, vel in vrbe. Hoc dicebat putans, vt Elisæus ne sciret quò iuerat. Et in hoc peccauit valde, quia mẽtitus est Elisęo habẽti spũm ꝓpheticũ: iõ non mentiebatur homini, sed Spiritui sancto, & merebatur magnam pœnam. Sic enim Ananias, & Saphira vxor sua mentiti sunt beato Petro de precio agri: & dixit Petrus: Anania cur tenptauit Satanas cor
B tuum mentiri te spiritui sancto, & fraudare de precio agri? Non mentitus hominibus, sed Deo: & tũc mortuus est Ananias subitò coram beato Petro, & etiam vxor eius, quia sic mentita est: Act. 5. Giezi autem non occisus est, sed percussus fuit lepra. *At ille ait: nonne cor meum in præsenti erat, quando reuersus est homo de curru suo in occursum tuum?* Voluit Elisæus conuincere Giezi, dicens: non neges: quia cor meum erat in præsenti, quando factum est hoc, scilicet, quando reuersus est homo de curru suo in occursum tuum, scilicet. Naaman saltauit de curru, quando vidit te, & venit in occursum tuum, & cor meum in præsenti erat, & videbat hæc.

C *Quomodo Elisęus potuit videre quid fecit Giezi, cum Naaman cum essent ambo longe ab eo, & quomodo potest aliquis videre multipliciter aliqua miraculosè. Quæstio XXXIIII.*

QVAERETVR, quomodo Elisæus videre poterat id, quod faciebat Giezi cum Naaman: quia isti procul positi erant ab Elisęo. Respondent quidam, ꝙ poterat Deus eleuare Elisæum in aere, vt ipse videret quid faciebant Giezi, & Naaman. Vel potest dici, ꝙ vidit hoc spiritu prophetico, scilicet, quia tunc Deus ei reuelauit hoc, quando fiebat. Istæ duæ responsiones videntur colligi ex dictis beati Gregorij 2. Dialogorum, vbi loquitur de quodam miracu
D lo beati Benedicti, qui res à se longè positas vidit: & tunc quando fiebant in loco, in quo ipse erat, illas fieri denunciauit: & tangit ibi istos duos modos, quibus videre poterat. Dicendum autem, ꝙ quilibet istorum modorum erat satis possibilis. Si autem ponamus primum, ponemus duo miracula. Primum est, ꝙ Deus eleuauerit eum ad aliquam altitudinem aeris, ex qua non posset occultari locus, in quo Naaman, & Giezi erant, quando Naaman saltauit de curru, & venit in occursum Giezi. Secundum miraculum est, ꝙ Deus dederit quandam perfectionem potentiæ visiuæ Elisæi, scilicet, vt res à se longè positas distinguere posset, tanquam si propinquus esset.
E Istud autem non accidit homini naturaliter: nam dato, quòd sit in loco altissimo, de quo possit videre vsque ad decem leucas per planum, tamen non poterit distinguere ad vnam leucam homines ab alijs rebus, nisi per aliqualem motum, & non distinguet actus eorum. Istud suppleret Deus in Elisæo faciẽdo, quòd à longè posset distinguere Naaman, & Giezi, & videre, quòd veniebat Naaman de curru suo in occursum Giezi. Simile fecit Deus in Moyse, quando iussit ei ascendere super montem Nebo in verticem Phasga: & dicitur, ꝙ de illo loco vidit omnem terram Iuda vsque ad mare nouissimum, & ad partem Australem, & Aquilonarem, vt patet Deut. vlti. & tamen mons ille Phasga est extra terram Chanaan. s. ad partem Orientalem Iericho:

vt colligit̃ Numeri.33. Sed manifestũ est, ꝙ quanquã
ille mõs esset valde excelsus, nõ poterat inde Moy-
ses contemplari totã terram Chanaã: quia propter
hebetudinem visus, non distingueret aliquid, nisi in
propinquo: ideo Deus acuit lumen oculorum eius
supernaturaliter, vt posset distinctè videre ea, quæ
longinqua erant: & sic colligitur Deu. vlt. cum dici
tur: ostenditq; ei Dñs omnem terrã Galaad: si tamẽ
Moyses de loco illo posset distinguere, vel per se vi
dere terram illam sine aliquo miraculo, non dicere
tur, ꝙ Deus ostẽderet illi terram Iudæ, sed ꝙ ipse vi
disset illam: ergo fuit ibi quædam eleuatio superna-
turalis. Sic poterat esse in Elisæo. De secũdo modo,
s. quod per reuelationẽ videret, non oportet dubita
re: quia multa alia ostendebant̃ Elisæo in reuelatio
ne, cũ esset princeps oĩum prophetarũ tẽporis sui.
De istis duobus modis dicendum, ꝙ ambo erãt pos
sibiles, & satis verisimiles: & tamen secundus est, qui
accidit in præsenti: nã Deus reuelauit Elisæo tunc
quando Naamã saltabat de curru suo in occursum
Giezi: & qñ Giezi petebat munera, & Naaman da
bat. Hoc patet ex duobus. Primo quia non dixit Eli
sæus, ꝙ hoc viderat: sciebat tamen illud: ideo verisi-
milius est, ꝙ sciret modo prophetico, sicut consue-
tus erat alia cognoscere, quã ꝙ ponatur alius mod⁹
nouus cognoscendi. Secundo patet quia Elisæus de
signauit hic ex verbis suis, ꝙ cognouerat propheti-
cè, & non eleuatus in altũ ad videndũ remotissima
terrarum: quia dixit: nonne cor meum in præsenti
erat quando reuersus est homo de curru suo? Et nõ
dixit ego in præsenti eram, qñ reuersus est homo:
quia primũ significat p̄sentialitatẽ cognitionis: secũ
dũ significat præsentiam personæ. In cognitione ta
mẽ est applicatio maxima cogniti ad cognitiuũ per
speciem suam, ideo semper cognoscens dr̃ esse pręs-
sens rei, q̃ cognoscit, licet illa distãtissima sit. Et iste
est modus, quo Aug. probat extẽsionẽ animę vltra
limites corporis in li. de quantitate aĩæ. Et qa Deus
reuelabat Elisæo quid faceret Naamã cũ Giezi, quã
do munera dabantur, & petebant̃, dixit ꝙ cor suũ in
p̃nti erat *Nunc igitur accepisti argentum, et accepisti vestes,*
vt emas olineta, & vineas, & oues, & boues, & seruos, & ancil
las, s. iã verũ est, nec potes negare, quin acceperis ar-
gentũ, & vestes. s. duo talenta argenti, & duas vestes
mutatorias, & hoc ad emendum olineta, & vineas,
oues, & boues, seruos, & ancillas: & tñ non eris im-
punitus. In hebręo dr̃ *Nunc hora accipiendi argentum.* Et
aliqui exponunt: nunquid erat bonum accipere ar-
gentũ. q. d. non: quia non erat licita causa ad accipiẽ
dum. Sed aliter debet exponi. s. nunc est hora acci-
piendi argentũ. i. nunc est hora, in qua accepisti. s. nõ
potes negare, quia modicũ tempus est, ꝙ accepisti,
& istud intellexit litera nostra, dicens: nunc igit̃ ac-
cepisti argentum. i. in ista hora, vel in isto tempore.

Elisęus quomodo dixit, quod Giezi vellet emere oues, boues, &
olineta ex tam parua pecunia. *Quæst. XXXV.*

QVAERETVR, quomodo dixit Elisæus, ꝙ ac
ceperat Giezi argentũ, & vestes ad emendũ oli-
ueta, & vineas, oues, & boues seruos, & ancillas. Nã
ex duobus talentis argenti, & duabus vestibus mu-
tatorijs non poterat emere omnia ista. Aliquis re-
spondebit, ꝙ vestes duæ, quas accepit Giezi, erant
valdè magni valoris propter aurum, & argentum
multum, quod habebant: & sic de valore vnius ve-
stis poterant omnia ista emi. Sicut nunc sunt aliquę
vestes tam preciosæ, ꝙ ad emendum vnam ipsarum
non sufficeret facultas vnius hominis. Sed dicendũ
ꝙ hoc non stat: quia licet istę vestes erant aliqualiter
F preciosæ, tamen nõ habebant aurum, nec argentũ:
qđ patet quia Giezi petiuit duas illarum à Naaman
nomine Elisæi pro duobus filijs prophetarũ, & cre-
didit verisimile esse Naamã ꝙ Elisæus illas peteret.
Et etiam Giezi petijt illas, tãquam verisimile esset,
ꝙ vellet eas Elisæus pro filijs prophetarũ: quia aliàs
non petiuisset: & tamen filij prophetarum erant vi-
ri religiosi super omnes alios Israelitas, & erant con
gregati in diuersis locis, vt vacarent disciplinæ le-
gis, & laudibus Dei: ideo non est verisimile, quòd
isti induerentur vestibus deauratis, & argentatis: &
sic non possent esse istæ vestes magni valoris ad emẽ
dum ex eis olineta, & vineas, oues, & boues, seruos,
& ancillas. Dicendum ergo, quòd potest intelligi
G dupliciter dictum Elisæi: vno modo, quòd essent
ista talenta argenti magnæ quantitatis: nam pon-
dera, & mensurę variantur quotidie apud easdem
gentes, quanto magis apud diuersas? ideo fortè es-
set vnum talentum argenti de illis tantum, sicut se
ptem, vel octo, vel decem talenta de nostris: & sic
de duobus talẽtis poterat fieri id, quod dicitur. Hoc
autem est verisimile propter duo. Primo, quia Exo.
25. dicitur de fabricatura candelabri, & concludi-
tur, quòd vniuersum pondus candelabri cum om-
nibus vasis suis, & spherulis, & lucernis esset vnius
talenti de auro: & tamen si quis consideret fabrica-
turam eius: vt patet ibidem: reperiret, quòd non
poterat fieri de quatuor, vel quinque talentis no-
H stris potissimè: quia candelabrum non erat fabri-
candum per incrustationem diuersarum partium,
quæ singilatim fabricarentur, sed ex eadem massa
auri non diuisa opere productili, idest, malcatorio
fabricandum erat, vt patet ibidem: sic essent talen-
ta ista de quibus hic dicitur, magna. Secundò pa-
tet, quia ibi litera nostra supra dicit, quòd Naaman
tulit decem talenta argenti: dicitur in Hebræo, ꝙ
tulit centum centenarios: & dicunt Hebræi, quòd
erant centum talenta argenti, & quodlibet illorum
continebat centum talenta de vsualibus: & sic es-
sent magnæ quantitatis duo talenta de istis. Et licet
non sit verũ quod dicunt Hebræi, scilicet, ꝙ essent
decem millia talentorum, quæ portaret Naaman:
I vt declaratum fuit supra in litera: tamen cum quod
libet talentum contineat centum centenarios, quo
modocunque computentur isti centenarij, necesse
est, quòd esset magna summa, vel quantitas argen-
ti, de qua possent emi prædicta. Secundo potest di-
ci, quòd Elisæus non intellexit, quòd Giezi debe-
ret emere omnia prædicta de precio duarum ve-
stium, & duorum talentorum: sed intellexit disiũ-
ctim, scilicet, quòd posset emere olineta, vel vineas,
vel oues, vel boues, vel seruos, vel ancillas, quasi di-
cat: Giezi accepit istam pecuniam ad emendum in-
de aliquid, vt locupletior fieret, & tamen id, quod
emere debebat, erat aliquid istorum: quia ista sunt,
quæ communius in vsum veniunt, & de quibus ho
K mines magis ditantur: & potissimè in tempore il-
lo, & in terra Chanaan, in qua erat Giezi. Et ad hoc
non oportebat, quòd ista talenta, vel vestes essent
magni valoris: quia etiam si essent valoris eiusdem,
cuius sunt apud nos, poterant inde aliqua istorum
emi. *Sed & lepra Naaman adhærebit tibi.* Idest, non eris
impunitus, sed sicut accepisti pecuniam Naaman,
ita accipies lepram eius. *Et semini tuo in sempiternum.* Sci
licet, non solum tu eris leprosus, sed etiam filij tui
vsque in sempiternum erunt leprosi. *Et egressus est*
ab eo leprosus quasi nix. Idest, confestim venit lepra su
per eum alba sicut nix. Nam quædam species lepræ
conuertit colorem naturalem carnis in alborem, q
est color degenerãs à viuido colore: vt patet Le. 13.
Et

Lepra quæ dicitur: egressus est ab eo, i. à domo eius, qa postq̃ percussus fuit Giezi lepra, exiuit de domo Elisæi, & non mãsit postea in famulatu eius, sicut prius, cum sequebatur eũ quocunque iret: & hoc propter duo. Primo pp legem, qa lex iubebat leprosos homines manere extra castra, i. extra vrbes, ne inficerēt alios: & debebat isti habere vestes dissutas, & os clausum, & caput opertũ, vt per istud signum oēs cognoscerent tales homines esse leprosos, & non accederent ad eos: vt patet Leuit. 14. Ideo etiam si vellet Elisæus ex misericordia, vel dilectione retinere secum Giezi, non licebat ei. Secundum erat propter peccatum eius: quia cum Giezi peccasset nimis, & in hoc infamasset Eliseum, dicens, quòd ipse petiuerat pecuniam, nolet eum secum retinere.

Giezi post. lepra non mansit in famulatu Elisæi.

Giezi quare non est occisus propter mendacium, sicut Ananias, & Saphira. Quæstio XXXVI.

QVAERETVR, quare Giezi, cũ mentitus fuerit Spiritui sancto dicens Elisæo, ꝙ non iuerat ad aliquē locum, cùm iuisset ad accipiēdũ pecuniã, & tñ nō occisus est, sed solũ percussus est lepra: Ananias tñ, & Saphira, quia mētiti sunt Spiritui sancto, s. B. Petro, habenti spiritũ propheticum illicò mortui sunt, Act. 5. Rñderi pōt dupliciter: vno modo, ꝙ tam asperè punitus est Giezi, sicut Ananias, & Saphira: nam percussus est lepra: & tñ percussio lepræ tam grauis est, sicut mors. Quia potius aliquis vellet mori faciliter, q̃ per totam vitam manere lepra percussus, & segregatus ab humano consortio: & sic forte Giezi potius elegisset mori, sicut Ananias, & Saphira, q̃ pati lepram ppetuã sicut passus est. Item patet hoc efficacius, qa lex diuina æquiparat istas duas pœnas, s. occidi, & percuti lepra, & interdũ Deus infert vnam pro alia, s. ei, qui fm legē meretur occisionem, infert lepram. Sic patet: quia si quis non sacerdos vsurparet officium sacerdotũ in veteri testamēto occidendus erat, s. quia Deus inferebat ei illico mortē: vt patet Num. 3. & 18. & sic aliqñ occidit: nã ducenti quinquaginta viri, qui voluerũt offerre thymiama coram Dño, cum non essent de sacerdotib⁹, cremati sunt subitò coram altari: vt patet Num. 16. & tñ rex Ozias obtulit thymiama corã altari, & De⁹ non occidit eum, sed percussit lepra tota vita: vt patet infr. 15. & 2. Paralip 26. & ista lepra fuit ei data ꝓ morte. Itē non solum istud, sed ēt lepra aliqñ vocat mors: sic patet Isa 6. s. in anno, in quo mortuus ē rex Ozias, vidi Dñm sedentem: & tñ ibi intelligitur nō de morte naturali Oziæ, sed de percussione lepræ: vt colligit ibi ex lr̃a aliqualiter, & sic exponunt oēs doctores: fuit igit Giezi punitus tantũ, sicut Ananias, & Saphira. Dicēdum, ꝙ istud verum est, s. ꝙ æquales pœnæ sint lepra, & mors temporalis: & tñ ista lepra non fuit nunc data Giezi pro mendacio, quod dixit Eliseo, sed pro simonia, quam cōmisit. Quod patet ex verbis Elisæi: nam dixit: nunc igitur accepisti argentum, & aurũ: sed lepra Naamã adhærebit tibi, & non dixit, ꝙ mentitus erat, ideo ꝙ puniretur lepra. Aliter ergo dicendum, ꝙ Giezi nihil punitus est pro mendacio, vel saltem modicum, & indirectè, s. principaliter pro simonia, & aliqualiter pro mēdacio: & tamen Ananias, & Saphira pro solo mēdacio occisi sunt: Act. 5. Ratio differentię est: quia Deus se habet ad modum boni legislatoris, vel erudientis paruulos. Nam pueri à principio debent fortiter percuti, qñ fecerint aliquid inhonestũ: quia tunc est principium actionum suarum, & postea timore fortis punitionis similia facere non tentabunt: & isto modo erudiuntur ad rectè tristari, & lætari: & ista est conuenientissima disciplina: vt patet, 2. Ethi. circa princ. Sic etiam fit in rectis politiis: quia qñ lex nouiter posita est ad hoc, ꝙ habeat in magna reuerentia, & obseruetur: primi delinquentes in eam fortiter puniũtur: & sic postea cæteri timent agere contra legem. Sic autem Deus rector totius orbis agit in principio nouarum ætatum, vel legislationum puniēdo acerrimè delicta, & postea nō tam durè punit. Sic. n. fuit in prima ætate seculi: nam oēs declinauerũt ad mala, & Deus misit diluuium: ita, vt non solũ perirent hoīes, sed etiam oīa animantia orbis p̄ter aquatica, & ea, q̃ erant in arca: & sic fuit ista dura punitio: quia non solum peccatores puniti sunt, sed etiam animãtia, quæ nihil peccauerant: postea autem nō tam durè puniuit peccata, sicut prius, licet multa peccata fuissent in toto statu legis naturę, s. ab orbe condito vsq; ad legem datã Moysi: immo promisit Deus, ꝙ ēt si homines multũ peccarent, nunq̃ deinceps mitteret diluuium super totam terram, Gen. 8. Sic ēt factũ est in principio legis Moysi: nam ꝑ valdè paruo peccato Deus occidit duos filios Aarō, s. die prima, q̃ post consecrationem suã cœperunt ministrare solenniter: qa non erant assueti ministrare, errauerũt in cęremonia ignis: quia cũ debuissēt accipere ignē de altari holocaustorũ ad ponendum in turibulis super altare thymiamatũ, acceperũt de igne alieno, & Deus misit ignem super eos, & cōbusti sunt, Leu. 10. Iste tñ erat paruus error: postea tñ in eodē veteri testamento, nō tam acriter peccata punita sunt. Sic ēt in nouo testamento, qđ est maximę pietatis factum: nam in principio eius Ananias, & Saphira ꝑ vnico mēdacio subitò occisi sunt: & tñ nunc ꝑ multis mēdacijs, & peccatis grauiorib. Deus non infligit homini subitò pœnã mortis dans locũ pœnitentię. Dicēdum igit, ꝙ cæteris parib. magis debebat puniri Giezi ꝑ mendacio, q̃ Ananias, & Saphira: eo ꝙ in veteri testamento erat lex rigoris, & ibi acrius puniebant peccata, q̃ in nouo, vbi est lex amoris: quia tñ Ananias, & Saphira peccauerũt in principio noui testamenti mentiēdo Apostolis super p̄cio agri, & istud erat quoddã principium ad dissoluendum cōitatē, q̃ erat inter oēs Christianos à principio noui testamenti: Act. 4. s. multitudinis credentiũ erat cor vnũ, & anima vna, nec quisq̃ eorum, quę possidebat aliquid suum esse dicebat, sed erant illis oīa cōia: & tñ si aliqui viderent, ꝙ Ananias, & Saphira fraudauerãt cæteros de p̄cio agri retinendo sibi in secreto oēs distraherent ab intentione cōitatis, sed quilibet vellet retinere sibi propria, ne ab alio fraudaretur. Et quia cōitas omnium bonorum à principio Ecclesiæ primitiuæ erat magnum bonum volens Deus, ꝙ non periret, puniuit Ananiam, & Saphiram occidendo eos, ne cæteri distraherentur ab intentione cōitatis bonorum: postea tñ fuerunt alia peccata grauia in nouo testō, quæ nō fuerunt acriter punita: peccatũ aũt Giezi fuit in veteri testō, & iam multa alia p̄cesserant: ideo non fuit grauiter punitũ: de simonia tñ eius secus fuit: qa pcussus est lepra, pro illa: & tñ postea alia peccata simoniæ nō fuerunt tã acriter punita, & rō fuit: qa istud fuit primũ peccatum simoniæ.

Percussio lepræ tam grauis è sicut mors.

Deus in principio cuiusli. bet legis dationis punit grauissime peccata potius, q̃ postea, & rōnes.

Legislator quõ debet punire peccata i principio.

An Elisæus peccauerit percutiendo Giezi lepra pro peccato isto. Quæstio XXXVII.

QVAERETVR vlterius, an peccauerit Elisæus pcutiēdo Giezi lepra. Aliqs dicet, ꝙ sic: qa non ptinebat ad Eliseũ punitio corporalis tanq̃ ad iudicē, sed correctio verbalis, sicut ad doctorē, vel ad ꝓximũ: peccat tñ qs vsurpãdo officiũ, vel iurisdictionē alienam, ita vr̃ ꝙ peccauit: quia non solum puniuit

Giezi peccantem, ſed etiam naſcituros ex eo vſque in æternum: quia ſuper oẽs induxit lepram, & tamẽ innocentem percutere peccatũ eſt. Reſpõdendum, ꝙ Eliſęus non peccauit denunciando lepram cõtra Giezi, & filios eius, quia ipſe non intulit lepram pro prio arbitrio, nec ex poteſtate ſua, ꝗa ſolus Deus po terat percutere hominẽ lepra, vel inducere ſubitò ſuper eum aliquam ægritudinem: ideo Eliſæus non poterat efficere iſtud, niſi dupliciter, ſ. vel prænunciã do id, qđ futurum erat Deo ſibi reuelante, ſicut erat cõe apud ꝓphetas: vel orando Deum, vt induceret lepram ſuper Giezi, & filios ſuos ꝑꝑ peccatum eius. De primo exẽpla ſunt vulgata in oĩb. pęnis, quas ꝓphetæ ꝑnunciabant aliquib. ex parte Dei pro pecca to. De ſecũdo patet in Elia, qui orauit, vt veniret ſic citas ſuper terram ꝑꝑ peccata hoĩum tꝑe Achab. Sic patet Iacobi vlt. ſ. Elias homo erat ſimilis nobis: ora uit, vt nõ plueret ſuper terrã, & nõ pluit annos tres, & menſes ſex. De primo modo non eſt aliquod dubium, ſ. ſi Deus reuelaſſet Eliſæo, ꝙ Giezi, & ſemen ſuũ paſſuri eſſent lepram in ęternum ꝑꝑ iſtud pecca tũ; ꝙ Eliſęus peccaret aliquo modo prænunciando iſtud: quia ẽt ipſo non prænunciante, Deus illud effi ceret, & ipſe Eliſæus peccaret, non dicendo id, quod Deus ſibi reuelabat ad dicendum. De ſecũdo modo dicendum, ꝙ regulariter non licet viris bonis orare à Deo, vt veniant mala ſuꝑ viros malos, licet rari ca ſus ſint, in quib. licet: de quo latè diximus præceden. libr. c. 17. Oraret tñ iſtud Eliſæus motus à Deo: quia Deus moueret eũ per quendã zelum, vt peteret mala contra Giezi ꝑꝑ peccatum, & tunc ipſe oraret, & illa euenirẽt. Sic fuit in Elia, de quo declaratũ eſt prę ced. lib. c. 17. ꝙ Deus mouit eũ ad petendum ſterilita tẽ ſuper terram ꝑꝑ peccata Iſraelitarum. Dicẽdum aũt, ꝙ licet iſti duo modi ſint poſſibiles: primus tñ eſt veriſimilior: nã ſecundus non eſt ponendus, niſi ex quadã neceſſitate, eo ꝙ eſt contra regulam cõem, ꝙ viri ſancti orent mala cõtra malos, ſed orant bona, vel auferri indignationem Dei ab eis. Regulare etiã eſt, ꝙ ꝓphetæ prænuncient mala peccatorib. ex parte Dei: ideo iſte modus tenendus eſt. Ad primã rõnẽ in cõtrarium dicẽdum, ꝙ non ꝑtinebat ad Eliſęum punire corporaliter Giezi ꝑ peccato, nec ẽt ipſe puniuit: ſed ſolũ denũciauit punitionem ex parte Dei: nã ipſe non poterat ꝑ ſe inferre lepram. Ad ſecundã dicendum, ꝙ Eliſęus nõ percuſſit filios Giezi, nec ẽt ipſũ: ideo nõ peccauit puniẽdo innocẽtes, ſed Deus ꝑcuſſit vtroſq;: ei. n. licet punire filios pro patribus.

Pęna lepræ an fuerit conuenienter data Giezi, & quare magis fuit inflicta plaga lepræ, quàm alia pro iſto crimine.

Quæſtio XXXVIII.

QVAERETVR vlterius, an pœna lepræ conuenienter data fuit Giezi. Rñdendum, ꝙ Deus volebat punire Giezi pro grauiſſimo peccato ſimonię: & non ſolum voluit punire, ſed ẽt voluit inferre talẽ pęnam, quale erat peccatum ſuũ: vt expreſsè pateret, ꝙ iſta pęna nõ veniebat à caſu, ſed à Deo volente infligere illã: Etiam appareret, ꝙ iſta pęna non dabatur ꝑ alio peccato veteri: & ad hoc dedit ei lepram, ꝑ quam manifeſtatũ eſt tam ipſi Giezi, q̃ cæteris, ꝙ puniret̃ ꝑ ſimonia. De Giezi patet, ꝗa Eliſæus dixit ei: accepiſti aurũ, & argẽtum, & veſtes, vt emas olіueta, & vineas, ſed lepra Naaman adhęrebit tibi, & ſemini tuo. De manifeſtatione q̃tum ad alios apparet in duobus: primò in cõditione criminis, & plagæ: nã ſimonia eſt in vẽditione ſpiritualiũ, in quibus eſt turpiſſimum lucrum: & iſtud ꝓuenit ex ardentiſſimo deſiderio pecuniæ: ita ergo debuit correſpõde

F re plaga ardentiſſima, ſ. lepra, q̃ totam carnem exurit, & conſumit. Sed iſta applicatio eſt adhuc generalis: ideo eſt alia magis in radice, ſ. Giezi ꝑcebat pecuniã à Naaman pro ſanatione lepræ eius: & iſta lepra nõ fuerat ſanata virtute Eliſæi, vel Giezi, ſed à Deo: ideo cum in ſanando nullum onus ſenſiſſet Eliſeus, vel Giezi: decebat, vt ſi aliquod emolumentum aliquis eorum vellet inde conſequi, ꝙ reciperet onus, iuxta regulam cõem, ſ. qui ſentit onus, ſentire debet emolumẽtum, & è contrario, ſed non fuit aliquod onus Giezi, & Eliſæi in ſanãdo: ergo decebat, ꝙ quicunq; illorum peccaret petendo pecuniam, ſentiret onus. ſ. in tolerando leprã Naaman. Vel aliter Giezi habuit ſe iniuſtè accipiendo pecuniam à Naamã: &

G iſtud fuit ꝓ ſanatione lepræ, ſed nulla pęna erat ꝓxima magis, q̃, ꝙ qui in lepra peccabat, in lepra puniretur: ideo lepra percuſſus eſt: & non ſolum hoc, ſed vt res magis innoteſceret, ꝑcuſſus fuit Giezi eadẽ plaga lepræ, qua percuſſus fuerat Naaman, ac ſi videret̃ eadem lepra numero fuiſſe in Naamã, & tranſiuiſſe nunc ad Giezi. Sic. n. dixit Eliſæus lepra Naamã adhęrebit tibi: Cauſa autẽ quare Deus voluit dare talẽ pœnã, quale fuit peccatũ, eſt duplex. Prima eſt cõis, quia peccatũ, & pœna ſe habẽt, ſicut morbus, & medicamentum, ſed curationes in medicinalib. fiũt ab oppoſitis, ideo peccatũ, & pęna debẽt eſſe in eodem oppoſita, & ſic ſunt ſimilia in correſpondentia, & oppoſita inq̃tum vnum affligit, & aliud delectat. Iſtã

H rõnem ponit, Ariſt. 2. Ethic. Alia ratio eſt magis particularis, ſ. quia Deus voluit, ꝙ oẽs euitarent peccatum ſimoniæ, & hoc eſſet ꝑ acerrimam pęnam inflictam Giezi, ꝗ primo ſimoniã commiſit: vt ergo oẽs ſcirẽt ꝑ quo puniebatur Giezi, data eſt ei talis pęna, q̃ ex ſe ipſa declararet crimẽ, ꝑ quo erat, ſ. pœna lepræ, quia ſimilis fuerat in Naamã, à quo recipiendo pecuniã peccauerat. Iſte modus punitionis obſeruatus fuit valdè à Deo in magis criminibus, quorũ punitionem volebat oĩb. eſſe notã, ſ. vt pœna oĩno correſpõderet culpæ. Sic fuit in peccato Sodomorum: nam ipſi peccauerant in fœdiſſima libidine, & mouebantur ad illam ardentiſſimo deſiderio: ideo data eſt eis pœna in igne, & ſulphure. Gen. 19. Quæ oſten-

I debant plenè conditionem turpiſſimi peccati: nam ignis oſtẽdebat ardorem nimium libidinis: ſulphur verò fetens in igne oſtendebat fœdiſſimam eſſe libidinem, immo omnibus libidinib. turpiorem. Sic ẽt mare illud mortuum, quod factum eſt, vbi fuerũt illæ quatuor ciuitates miſerrimæ, oſtẽdit fœditatem libidinis: nam tanta eſt eius groſſities, ꝙ veſtes in eo merſæ potius maculantur, q̃ lauentur: vt ait Ariſto. 2. Mete. Etiam nihil viuens quãtuncunq; magnum ſit poteſt ibi mergi: quidquid autem mortuum eſt, illico mergitur, vt ait Solinus in Polyhiſtor ca de Iudea, & Iſidorum, 13. Ethymo. Sic etiam obſeruauit Deus in punitione Aegyptiorum, quia omnes ferè plagę eis inflictæ correſpondebant peccatis eorum, quæ fecerant cõtra Iudæos, vt inducitur de quibuſ-

K dam ipſarum, Sap. 15. vſque ad 19. Sic ẽt cum Iſraelitæ in deſerto peccarẽt, miſit Deus in illos ignitos ſerpentes: & hoc, vt pœna correſponderet peccato. Sic ẽt Chananæi adorabant beſtias diuerſas, ideo Deus miſit ad punitionem illorum diuerſas beſtias: ſic pa tet, Sap. 11. ſ. ꝙ quidam errantes colebant mutos ſerpentes, & beſtias ſuperuacuas: immiſit illis multitudinem mutorum animalium in vindictam: & ſubditur ibi cauſa, ſ. vt ſcirẽt, quia per quæ peccat quis, per hæc torquetur. Et ex loco iſto accipitur regula ꝓ multis punitionibus, quas Deus facit, ꝙ fiunt omnino per ſimilia. Fuit igitur punitio Giezi conueniẽtior in lepra, quàm in alio genere pœnę data.

Deꝰ quare voluit dare talẽ pęnã lepræ ꝑ peccatum.

Pęna quã Deus vult, correſpõdet ſemp culpæ, vt per q̃ quis peccat, per ea torqueat.

Punitiones ſemꝑ fiunt ꝑ ſimilia.

Quare tam grauiter punitus est Giezi pro simonia in veteri testamento, & Simon Magus primus simoniacus in nouo non fuit sic punitus. Et de differentia pœnarum inflictarum à Deo in nouo, & veteri testamento pro varijs peccatis.

Quæstio X X X I X.

QVAERETVR vlterius, quare punitus est Giezi durè pro peccato simoniæ, & Simon Magus non punitus fuit, quia solum dixerũt ei Apostoli: pecunia tua tecum sit in perditione, Act.8. Aliqs respondebit, ꝙ Simon Magus nõ tm̃ peccauit, sicut Giezi; ideo non tam durè punitus est. Sed dicẽdum, ꝙ non stat, quia magis peccauit Simon Magus, quã Giezi: nam licet Giezi peteret pecuniam à Naamã, quem sanauerat Elisæus, & non habebat aliam causam petẽdi, nisi quia Elisæus sanauerat ipsum: tñ nõ expressit, ꝙ daret pecuniã pro illa sanitate, sed quia ipse prius sponte illam obtulerat, & Elisæus non receperat, voluit nũc petere Giezi noĩe Elisæi tanquã pro aliqua necessitate emergenti: & tñ si nunq̃ Naaman obtulisset se daturum Eliseo munera, nõ ausus fuisset petere aliquid Giezi: quod patet ex verbis ei⁹: nam dixit: pepercit Dñs meus Naaman Siro isti, vt non acciperet ab eo, quę attulit: viuit Dñs, quia currã post eum, & accipiam ab eo aliquid, & sic si nõ percisset Elisæus muneribus Naaman, nolẽdo accipere, non incitatus fuisset Giezi ad petendum. Simõ tñ Magus manifestè obtulit Apostolis pecuniam, vt darent ei potestatem faciendi miracula: & tamen ipse non viderat aliquem eorũ habentem vultum volentis vendere potestatem illã: ideo grauius, & manifestius peccauit Simon. Aliquis dicet aliter, s. ꝙ Giezi punitus est magis, q̃ Simõ, q̃q̃ ambo peccant quasi æqualiter: quia peccatũ Simonis fuit in nouo testamento, vbi est lex amoris, & peccata remissè puniũtur: peccatum autẽ Giezi fuit in veteri testõ, ꝙ erat lex timoris, vbi peccata acerrimè vindicabant, ideo Simon non punitus est, Giezi verò sic. Sed dicendũ, ꝙ q̃q̃ aliquo modo sit verũ, ꝙ in nouo testõ peccata minus puniunt, q̃ in veteri: tamẽ aliqua peccata grauius punita sunt in nouo, q̃ in veteri; sicut Ananias, & Saphira vxor sua ꝓ vnico mendacio subito occisi sunt coram B. Petro: Act.5. Et tamẽ Giezi mentitus est Spiritui sancto mẽtiendo Elisæo, sicut Ananias, & Saphira: & tñ pro hoc nullam pœnã habuit hic, sed solum ꝓ simonia: ideo non p̃t stare ista causa. Dicendum igitur, ꝙ q̃q̃ peccauerint quasi æqualiter Simon, & Giezi, tñ Giezi punitus est, & non Simon, & hoc pp duo. Primo quia Giezi peccauit, & in peccato obstinatus mãsit; & negauit, & nõ fuit aliquis, qui oraret pro eo: ideo puniuit illũ tanq̃ non habentem auxiliatorem, Simon aũt Magus doluit de peccato suo, & orauit Apostolos, vt p̃carent pro eo Dñm, ad quorũ preces peccatũ remissum est: quod patet aliqualiter, Act.8. Cũ dixit B Petrus: Cor. n. tuum non est rectũ coram Deo: pñiam itaq; age ab hac nequitia tua, & roga Deũ, si fortè remittat tibi hæc cogitatio cordis tui. Rñdens aũt Simon dixit: precamini vos ꝓ me ad Dñm, vt nihil veniat sup me horũ, q̃ dixistis. Et tunc subintelligendũ, ꝙ cum Apostoli essẽt viri misericordes, iuxta mãdatum Christi, Matth.5. Et viderunt Simonẽ dolentem de peccato, & petentẽ pro se orari, ꝙ orarẽt pro eo: & sic remissa est pœna ei ꝓ peccato isto. Secunda causa fuit, q̃a Deus punit peccata, q̃ sunt in principio cõtra aliq̃ legẽ acerrimè, & non tã grauiter ꝑcedente tpe: sicut declaratum fuit sup. in quadam q̃stione. Et quia peccatum simonię primo repertum est in Giezi, cum non legatur prius de alio, voluit Deus eum acriter punire, vt

Simõ grauius peccauit, quã Giezi.

A cæteri cauerẽt simoniã. Peccatum aũt Simonis Magi non fuit primum in simonia, quia multa alia precesserant in veteri testõ, ideo non punitũ est acriter. Erat. n. istud peccatum valde vsitatum inter Iudeos, paulo ante tp̃a Christi, & eo viuente: nam summi sacerdotes emebant sacerdotia à regibus. Et cũ vnus possideret summum sacerdotiũ per pecuniam, alius offerebat maiorem pecuniã regi, & obtinebat auferri summum sacerdotiũ de manu prioris. De hoc patet, 2. Mach.4. & 5. Etiam tp̃e Christi, postq̃ Iudæi cæperunt esse subditi Romanis summa sacerdotia vẽdebant: & vt Romani maiorem q̃stum haberent, faciebãt sacerdotia esse annalia. Vnde q̃n Christus passus est erat Caiphas summus sacerdos, & dicit de eo, Sũma sacerdotia tp̃e Chr̃i Romani fecerunt annalia, vt illa maiori ꝓcio vẽderent.

B Io.11. Quòd Caiphas erat põtifex anni illius, q.d. nõ erat põtifex absolutè, sed põtifex anni illius. De hoc multa Iosephus in libr. de Bello Iudaico. Cùm ergo esset istud peccatum valde vsitatum tp̃e Christi, nõ punitum fuit nimis in Simone. Sed obijciet, q̃a peccata, q̃ fiũt in princ pio alicuius legis Deus valde punit: vt declaratũ est supra, & patet in mendacio Ananiæ, & Saphiræ: quia subitò ꝓ illo mortui sũt, Act.5. Sed simonia ista fuit ĩ principio noui testamẽti, ideo debebat durè puniri. Rñdendum, ꝙ Deus non punit in principio cuiuscunque legis oĩa peccata durè: sed peccata, q̃ sunt specialiter cõtra illam legẽ, & q̃ non fuerunt prius facta; sed nõ erat sic de simonia Simonis, ideo nõ fuit punitus q̃q̃ esset graue peccatum & In q.36.

C esset in principio noui testamenti. Patet hoc in ipso peccato Giezi: nam peccauit in simonia, & in mẽdacio: non tñ fuit punitus ꝓ mendacio, quia mẽdacia iam consueta erant, & multi hoĩes mentiti fuerant ꝓphetis: simonia tñ non fuerat consueta, ideo punitus est ꝓ ea durè: ita ergo fuit de peccato Simonis, & Ananiæ, & Saphiræ. Nã vtrunq; fuit in principio noui testamẽti manentib. oĩbus Apostolis in Ierusalẽ, vt colligit, Act.5. & 8. peccatum tñ Ananiæ, & Saphiræ erat nouũ non quidẽ, ꝙ nullus alius ante eos mẽtitus fuisset, sed quia nullũ mendacium fuerat ad destruendum cõitatem bonorum, qualis erat in principio noui testamenti, & ista destructa fuisset, si peccatum Ananię, & Saphirę mansisset impunitũ: ideo

D puniuit illud Deus acriter: peccatum aũt Simonis à multis seculis p̃cesserat, & tũc ẽt erat in vsu inter Iudæos: ideo non fuit punitum acriter. Præcedens tñ causa magis satisfacit, q̃a ẽt poterat dici, ꝙ simonia cõmissa à Simone fuit nouus modus simoniæ, qualis nunq̃ fuerat in veteri testõ, s. quia petiit, ꝙ cuicunque imponeret manum, acciperet Spm̃ sanctum, & ad hoc pecuniam offerebat: ideo indigebat istud peccatum pœna noua, & acerrima: & sic Apostoli prę nunciauerunt ei magnam pœnam, & ipse ait: precamini vos pro me ad Dominum, vt nihil veniat super me horum, quæ dixistis, Act.8. Et propter eorũ orationem, & pœnitentiam suam nõ fuit punitus.

E *An filij Giezi percussi fueriut lepra.* *Quæst.* X L.

QVAERETVR vlterius, an filij Giezi ꝑcussi fuerunt lepra. Rñdẽdũ, ꝙ hoc non apparet, & tñ asserendũ est, ꝙ ꝑcussi fuerint: & hoc pp duo. Primo q̃a Eliseus p̃nũciauit hoc ex parte Dei, nõ ergo fallerẽt dictũ suũ: scriptura tñ non curauit ponere euẽtũ rei, quasi sufficiẽter appareret, ꝙ sic euẽturũ eẽt: q̃a ꝓpheta illud p̃nũtiabat. Secũdò patet hoc, q̃a de Giezi dixit Elisæus, & de semine suo, ꝙ adhereret eis lepra Naamã: & tñ de Giezi dr̃ ĩ lr̃a, ꝙ ĩmediatè ꝑcussus est lepra, & egressus ẽ leprosus ab Eliseo: sic ergo credẽdũ ẽ, ꝙ fieret de filijs ei⁹, sed fortè nõdũ hẽbat Giezi aliquos filios, sed postea q̃n gigneret illos, nascerent leprosi, vel post natiuitatẽ ĩfligeret eis lepra.

Filij Giezi quare puniti sunt lepra, cum ipsi nihil peccauerint. Quæstio X L I.

QVAERETVR vlterius, quomodo filij Giezi percussi fuerunt lepra, cum ipsi nihil peccauissent. Aliquis dicet, quòd lepra nō fuit eis data in pęnam, sed naturaliter venit: nam pater eorum Giezi erat leprosus, & ex corrupto, & infecto semine filij nascerentur corrupti, & infecti lepra. Sed dicēdum, quòd hoc non stat propter duo. Primo, quia Elisæus denunciauit Giezi istud in pœnā, s. quòd lepra Naaman adhęreret ei, & semini suo: si tamen filijs suis lepra naturaliter eueniret, non pronūciaretur à Deo tanquam in pęnā. Secundo patet, & efficacius, qa licet filij leprosorum aliqñ sint leprosi, tñ non semp: immo multi filij eorū sunt pulchri, & sani corpore. Et sic licet aliq de filijs Giezi nascerētur naturaliter leprosi: tñ nō accideret hoc in oīb. potissimè qa hic non solū dicit de filijs, sed ēt de nepotibus, & pronepotibus: quia dr̄, ꝙ lepra Naaman adhærebit ei, & semini suo vsque in æternum: ergo vr̄, ꝙ lepra ista accidebat eis in pœnā, & dabatur à Deo. Aliquis autē dicet aliter, scilicet, quòd filii Giezi percutiebantur lepra, & non sine culpa, sed propter culpam quandam, scilicet: quia succedebant patri suo in vitium. Nam Giezi illicitè acceperat pecuniam à Naaman, & propter hoc fuerat percussus lepra, ideo cum filij sui succederent patri in pecunia ista, dicebanī succedere in vitium: ideo iustè puniendi erant eadē pęna lepræ, qua Naaman. Sed dicendum, ꝙ istud non stat: quia non succedit aliquis in vitium quousq; sit talis, qui possit velle, & intelligere se succedere in illo: & tamen filij Giezi nascebantur leprosi, & sic puniebantur antequam peccarent, ergo non erat hoc pro aliqua successione in vitium. Secūdo patet hoc ad hoc, ꝙ succederent in vitium, oportebat, quòd illicitè tenerent istam pecuniam, vel possessiones emptas ex ea: & tamen hoc falsum est, quia licitè poterant eam tenere posteri Giezi, vt infra declarabitur in vltima quęstione: ergo non puniebantur tanquā succedentes in vitium. Tertiò patet hoc: quia si filij Giezi pro hoc solo efficerētur leprosi, verisimile est, quòd renunciarent hęreditati, vt essent sani: & tunc nō compleretur in eis, & forte in nullo ipsorum pęna hic prænunciata ab Elisæo: & tamen Eliseus pręnunciauit hoc sub certitudine euenturum: ideo videtur, quòd nō erat hoc pro successione in vitium. Dicendum ergo, ꝙ lepra fuit inflicta filijs, & nepotibus Giezi in pœnam peccati Giezi: nam Deus dicit, quòd ipse punit peccata patrum in filios: Exo. 34. & Numer. 14. Ita ergo cum peccatum Giezi esset graue non solum punitus est ipse pro eo, sed etiam filij sui: qui autem sunt filii, qui puniuntur pro peccato patrum, & qui nō, declaratum est Iosue 7. & sup. 2. li. cap. 21. & conueniebat hoc in præsenti, quia filii paruuli sunt, q vt cōiter puniuntur pro peccatis patrū, ex eo, ꝙ ipsi censentur esse eadem persona cū patre, vel esse partes patris. Sic dicit Arist. 5. Ethic. Filius est quædā pars patris, quandiu sit paruus, vel separatus: & sicut pœna, quæ infertur parti hominis, vt capiti, vel manui, non est pœna partis, sed totius hominis: ita pœna inflicta filio paruulo, non est pęna eius, sed patris sui: & sic mox, vt nascebantur filij Giezi erant leprosi, & puniebatur pater, quia affligebatur nimis videns eos leprosos propter peccatum suum.

Quare in quibusdam peccatis filij puniantur pro patribus, & in alijs non; & de differentia peccatorum, pro quibus filij puniuntur pro peccatis patrū, et pro quibus non. Quæst. X L I I.

QVAERETVR vlterius, quare in quibusdā peccatis Deus punit filios pro patribus, & non

F in omnibus. Respondēdum est, ꝙ regulare est, quòd anima, quę peccauerit, ipsa moriaī, & filius nō portet iniquitatem patris, nec pater iniquitatem filij, Ezec. 18. Est autem extraordinarium, ꝙ filii puniantur pro patribus: ideo necesse est, quòd istud rarius fiat: quando tamē fit, ideo fit, quia patres aliquomodo sunt idem cum filiis suis, & puniuntur in illis: ratio autem, quare in quibusdam puniantur filii ꝑ patribus, est duplex: prima est propter magnitudinem peccati. Nam interdum peccatum est tantum ad cuius pœnam, quæ debetur in hoc seculo tolerādam non sufficit ipse peccans in persona sua: ideo tunc vult, ꝙ etiā puniatur in persona aliena, quæ aliquomodo sibi identificatur, & pœna illius est pœna sua.

G Sic autem est de patribus respectu filiorum. Et propter hoc cognati transuersaliter non puniuntur à Deo pro se inuicē, scilicet vnus pro alio: quia vnus non identificatur alteri, cum vnus nō sit ex alio: sed filius, quia ex patre est, punitur pro illo. Ex hoc etiā patet, quòd videmus communiter, scilicet, quia pro peccatis paruis parentum non videmus progeniem eorum puniri, nec legimus. Secunda causa, & præcipua est, quando Deus vult ponere terrorem circa aliquod peccatum, frequenter ponit pœnam magnam: & non solum magnam intensiuè semel transeuntem, sed magnam in duratione, vt omnes posteri videntes pœnam illam terreantur, & non audeant committere talia crimina. Et hoc potissimè,

H si ipsi, qui peccauerūt, volunt filios suos obligare ad pœnam debitam pro peccato suo. Sic fuit in occisione Christi: nam non solum illi, qui occiderunt eum, perierūt: & ciuitas, in qua occisus est, funditus à Romanis euersa est, sed etiam omnes posteri sui miseram sustinent seruitutem, vbicunque sunt, & sustinebunt vsque ad finē seculi: quia Deus voluit ostendere punitionem illius peccati grauissimi omnibus Gentibus: & etiam ipsi accusatores Christi dixerūt: sanguis eius super nos, & super filios nostros, Matt. 27. Ista autem duo fuerunt in proposito. Primū fuit, quia Giezi peccauit nimis, cum ipse fuisset inchoator criminis simoniæ: ideo cùm non sufficeret in se ipso tolerare hanc pœnam, tolerauit partem in fi-

I liis. Secundum etiā fuit in eo, quia Deus voluit istud crimen simoniæ ab omnibus euitari, & ad hoc non sufficiebat pęna in peccante: quia illa finiretur cum eo, & cito iret ī obliuionē: ideo puniuit filios eius, vt nō delereī magno tp̄e memoria peccati Giezi, & punitionis eius, & sic oēs timerent talia committere.

Plaga lepræ an durauerit in tota posteritate, cum pęna patris non sit vltra quartam generationem. Quæst. X L I I I.

QVAERETVR vlterius, quomodo dicitur hic, ꝙ plaga leprę adhæreret Giezi, & semini eius in æternum, quia istud est cōtra legem Dei: Deus enim dixit, ꝙ puniret peccata patrū in filios vsque ad tertiā, & quartā generationem, Exo. 34 & Num. 14. Er-

K go non puniret aliqñ vltra quartam generationem: quia odia restringuntur, & nunq̄ ampliant̄: fauores aūt è cōtrario. Rn̄deri pōt, ꝙ plaga leprę nō durauit in tota posteritate Giezi, ita, ꝙ vsq; hodie si aliq maneant de posteritate eius, leprosi sint, sed durauit plaga illa magno tempore, & fortè non durauit ꝑ quatuor generationes integras: quia quatuor generationes fm̄ terminos vitę illius tēporis durarent vsq; ad trecētos annos, vel trecentos, & quinquaginta: & in istis duraret plaga leprę in tota posteritate Giezi. Postea verò filii, q nascerenī, non essent leprosi, & istud tp̄s sufficiebat ad hoc, ꝙ in omnibus seculis futuris retineretur memoria peccati, & punitionis Giezi.

Et

Et quãdo dicit̃, ꝙ adhęreret plaga lepręſemini eius vſque in ſempiternum: dicendum ꝙ ſempiternum non ſignificat oẽ tempus futurum iuxta modũ loquendi veteris teſtamenti, ſed interdũ ſignificat paruum tempus, qđ eſt minus quinquaginta annis: vt potè, ꝙ ſit 20. vel 30. annorum. Sic patet Exod. 21. & Deut. 15. cum dicitur de ſeruo Hebræo, qui nolebat liberari in anno ſeptimo, ꝙ perforaretur auris eius, & maneret ſeruus vſque in ęternũ: & tamẽ manifeſtũ eſt, ꝙ iſti liberabantur de ſeruitute in anno iobelęi, qui erat de quinquaginta in quinquaginta annos, vt patet Leui. 25. Et ſic ſi contingeret alicuius auriculã perforari 7. annis ante iobelęũ, liberabatur in iobelęo: & tamen dicebatur manere ſeruus vſque in ęternũ. Et ſic ſi maneret lepra in poſteritate Giezi vſq; ad tres, vel quatuor generationes, vel minus dicebat̃ manere in ęternum. Aliquis autem dicet aliter, ꝙ manſit lepra in poſteritate Giezi vſque in æternum, ita ꝙ etiam poſt quartam generationem manſerit. Et quando dicitur, ꝙ Deus ſolum punit vſque ad quartam generationem, dicet ꝙ illud eſt regulare: tamen interdum punit vltra generationem quartam. Sic patet in ſeruitute Iudęorum, quæ nunc manet, & inflicta fuit ꝓ morte Chriſti: iſta poſitio aliqualiter eſt ſuſtentabilis, ſed prima eſt vera: & quando reſpondet iſta poſitio de punitione vltra quartam generarionem, non ſtat, etiam ſi peccata parentum fuerint magna, quia odia reſtringũtur, & lex ſolũ eſt poſita de punitione vſq; ad tertiam, & quartam generationem. Cum autem dicũt de ſeruitute Iudæorum, quæ nunc manet pro morte Chriſti: dicendum, ꝙ iſta pœna non infligitur eis pro peccato parentum, ſed pro peccato ſuo. ſ. quia ipſi volunt manere in errore parentum, ideo nolẽtibus manere in illo, ſcilicet, cum ad Chriſtum cõuertuntur, nulla pœna manet.

Sẽpiternũ quid ſignificet.

An Deus puniet Iudæos pro morte Xp̃i vltra quartã generationem.

An Eliſæus abſtulit Giezi pecuniam, quam acceperat à Naaman, & an poterat iuſtè accipere: & an ſimoniaci, & vſurarij efficiant ſua acquiſita per ſimoniam, vel vſuram, & ſint verè Domini eorum, vel teneantur ad reſtitutionem, & quando, & cui. *Quæſt. XLIIII.*

QVAERETVR vlterius, an Eliſæus abſtulit Giezi pecuniã, quam acceperat à Naaman, & quare non accepit. Ad Primum dicendũ, ꝙ Eliſæus non accepit pecuniam à Giezi, ſed permiſit eũ tenere illam, & hoc ſignificatur, cum dixit Eliſæus: accepiſti argentum, & veſtes, vt emas oliueta, & vineas, ſed lepra Naamã adhęrebit tibi, & ſemini tuo, ideſt, accepiſti pecuniam, & tenes illam: ita etiã adhęrebit tibi plaga Naaman. Ad ſecundum dicendum quòd Eliſæus non accepit pecuniam à Giezi, propter duo. Primo, quia ſi accepiſſet Eliſæus iſtam pecuniam, non accepiſſet ad tenendum, ſed ad reſtituendum: reſtitutio autem ſi fieri deberet alicui, deberet fieri ipſi Naaman, quia ipſe non turpiter dederat, ſed bono animo: ideo non merebatur ipſe perdere, ita vt pecunia daretur pauperibus, ſed reſtitueret̃ ipſi. Eliſæus tamẽ noluit reſtituere ipſi Naaman, quia noluit infamare puerum ſuum Giezi, cũ ſatis eſſet ſibi, ꝙ puniretur in percuſſione lepræ, & non erat ſibi danda alia afflictio. Etiam Eliſæus nolebat ſe ipſũ aliqualiter minuere in fama apud Naaman, oſtendendo, ꝙ ipſe haberet talem famulum, q ſic defraudaret pecuniã, & loqueretur nomine Domini ſui: cum ipſe non iuſſiſſet. Secunda cauſa fuit, quia Giezi acquiſiuit ſibi iſtam pecuniam, licet turpiter acquiſiuerit eam, ideo poterat tenere iam licitè, q̃q̃ illicitè acquiſiuiſſet, & quicũque eum ſpolia-

A ret ea, peccaret mortaliter, & teneretur ad reſtitu-
tionem. Sic.n. eſt de pecunia, quam acquirit mere-
trix, & hiſtriones: nam peccant acquirendo: quia iſti
actus ſunt illiciti, & tamen poſtquam acquiſiuerint
efficiunt rem ſuam, & ſunt legitimi poſſeſſores, &
quicunque ſpoliat eos peccat mortaliter, & tenetur
ad reſtitutionem: non ergo poterat Eliſęus auferre
Giezi pecuniam illam iuſtè cum iam eſſet ſua. Sed
obijcietur, quia ſimoniaci, & vſurarij non ſolũ pec-
cant acquirendo, ſed etiam non efficiunt rem ſuã,
& tenentur ad reſtitutionem. Dicendum, ꝙ ſimo-
niacos non efficere rem ſuam non prouenit ex iu-
re naturæ, ſed ex conſtitutione Eccleſiæ. Nam verũ
eſt, ꝙ fures, & raptores nullo modo efficiũt res ſuas:
B quia in eis eſt illicitè accipere: & ẽt non eſt aliquis ti
tulus: quia priores poſſeſſores non donant, nec deſi-
nunt poſſidere, niſi violenter: ideo ſecundum ius na
turæ ipſi raptores nunquam efficiũtur Domini, ſed
tenentur ſemper ad reſtitutionem, dato, ꝙ nulla cõ
ſtitutio Eccleſiæ, vel iuris ciuilis eſſet ſuper hoc. De
vſurarijs autem, & ſimoniacis dicendum, ꝙ illicitè
accipiunt: quia propter cauſam turpem accipiunt,
& tamen ibi eſt titulus, qui transfert in eos Domi-
nium: nam ipſi conferentes pecuniam ſimoniacè
ſpontè dant: & ipſi deſinunt eſſe Domini, in quan-
tum liberè alijs donant rem ſuã, licet pro cauſa tur-
pi, & ſic quantum in eis eſt transferunt dominium
rerum ſuarum in eos, quibus conferunt: ſicut ſi gra-
C tis donarent, & non pro cauſa turpi: iſte autem eſt
modus efficiendi aliquem Dñm: ideo nihil obſtat
de iure naturæ, quin ſimoniaci, & vſurarij effician-
tur veri Domini rerũ, quas recipiunt: & magis ꝓ-
priè ſimoniaci efficiuntur Domini, quàm vſurarij,
quia ambo iſti efficiuntur Domini per hoc, ꝙ alij
transferunt iura ſuarum rerum in eos: trãslatio au-
tem fit per voluntatem, ideo vbi eſt maior, & libe-
rior volũtas donandi, ibi cauſatur verius dominiũ:
ſimoniaci tamen ſpontè tradunt pecuniam: immo
ipſi putant ſibi gratiam fieri, ſi pro pecunia benefi-
cium, vel ordo conferatur, ideo accipientes iſtã pe-
cuniam de iure naturæ efficiũtur veri Domini. Vſu
rarij autem dant aliquid vltra ſortem creditoribus
D ſpontè, quia ad hoc non coguntur abſolutè: cogun
tur tamen aliqualiter. ſ. inopia præmente, ideo nõ
omnino liberè conferunt: ideo accipiẽtes vltra ſor-
tem, licet efficiantur veri Domini: tamen non ſunt
tã propriè Domini ſicut ſimoniaci. Sed adhuc obij-
ciet aliquis, ꝙ ſimoniaci non ſint veri Domini, q̃a
ſi quis vendit rem alienam non efficitur Dominus
pecuniæ eius, quam accipit: nec accipiens rem ven
ditam efficitur Dominus, quia emit à nõ vero Do-
mino. Sed ita eſt in ſimoniacis: quia ibi venduntur,
& emuntur ſpiritualia: nullus autem homo eſt Do
minus rei ſpiritualis, ſed ſolus Deus: ideo quando-
cunque acceperit aliquid pro illa non efficietur Do
minus pecuniæ, quam accipit: ideo tenebitur reſti-
E tuere, & iſtud etiam eſt de iure naturæ. ſ. ꝙ vendens
rem alienam, non efficiatur Dominus pecunię, quã
accipit: ergo etiam ſimoniaci, ſecundum ius natu-
rę non poterunt effici Domini. Reſpondẽdum eſt,
quod licet ipſa res ſpiritualis quantum ad ſubſtan-
tiam ſuam nullius hominis ſit: tamen collatio, vel
diſpenſatio eius pertinet ad aliquem hominem, &
quando ſimoniaci vendunt ordinem, non vendũt
ipſum caracterem ordinis, ſed collationem, cuius
ipſi ſunt Domini. Etiam cum vendunt beneficium
non vendunt ipſum titulũ, vel ius beneficij, ſed col-
lationem: & iſta eſt in poteſtate eorum, & ideo nõ
vendunt iſti alienum, ſed ſuum: iſtud tamen ſuum
eſt tale, ꝙ vẽdi non deberet: ideo ſolũ concluditur,

Simoniaci, & vſurarij efficiũtur verè Dñi ex iure naturæ, ſed cõſtitutio eccleſiæ eſt, quæ facit eos nõ eſſe Dños.

quòd

quòd isti male administrant, vendendo collationẽ
beneficij, vel ordinis: tamen non probatur, ꝙ non
efficiantur Domini illius pecuniæ, quã accipiunt,
cum ipsi vendiderint rem quæ realiter erat in pote
state sua. Dicendum ergo, ꝙ de iure naturæ nõ ꝓhi
bentur esse veri Domini simoniaci, & vsurarij, sicut
meretrices, & histriones, si sola autẽ fuit cõstitutio
Ecclesiæ, quæ fecit eos non esse Dominos. Et hoc sa
tis potest facere non solum constitutio Ecclesię, sed
etiam lex ciuilis: nam si constitutio Ecclesiæ, & lex
ciuilis possunt inhabilitare aliquas personas ad con
trahendum matrimonium, & tamen matrimoniũ
est spirituale: ergo à fortiori poterunt inhabilitare
quasdam personas adhoc, ꝙ ex quibusdam contra-
ctibus efficiantur Domini rerum, quas accipiũt. Et
sic inhabilitauerunt leges Ecclesiasticæ omnes ho-
mines in fieri Dominos, vel iustos possessores ex cõ
tractu simoniaco, s. ꝙ ille, qui acceperit pecuniam ꝑ
simoniam non efficiatur Dominus, sed teneatur il-
lam restituere alicui, licet non ipsi, qui contulit: &
ipse, qui accepit ordinem per simoniam non potest
ministrare in eo sine dispensatione: & qui accepit
beneficium non habeat titulum eius, sed teneatur
resignare illud. Sic etiam in vsurario disposuerunt
iura, ꝙ nõ efficeretur Dominus illius pecuniæ, quã
accipiebat vsurariè. Et nunc dicendum, ꝙ istæ leges
non solum obligant in foro contentioso, sed etiã
in foro conscientiæ: cum dispositio earum sit circa
honestatem morum: ideo nũc simoniaci, & vsura-
rarij non efficiunt Domini rerum, quas simoniacè,
& vsurariè accipiunt: ideo prælatus potest istos per
sententiam priuare talibus rebus, immo tenetur ad
hoc ex officio suo in quantum pertinet ad eum cor
rigere omnia vitia: & debet ista restituere, cui sunt
debita, siue Ecclesiæ, siue pauperibus, siue alijs perso
nis. Et si iura disposuissent de meretrice, & histrio-
ne, ꝙ non efficerent res suas, quas sic acquirerẽt, nõ
efficerentur Domini, & tenerentur ad restitutionẽ,
& tamen non statuerunt de istis, & statuerunt de si-
moniacis & vsurarijs. Quare autem hoc factum est,
multæ causæ sunt, de quibus non est præsens specu-
latio. Tempore tamen Elisæi, & Giezi non erãt le-
ges Ecclesiasticæ, quæ facerent simoniacos non esse
Dominos rerum, quas acquirunt, sed solum erat ius
naturæ, & illud non prohibebat simoniacos, & vsu
rarios esse veros Dominos: ideo Giezi accipiens si-
moniacè pecuniam à Naaman, efficiebatur Domi-
nus illius, & non poterat aliquis eum iustè priuare
illa. Sed dicendum, ꝙ q̄q̄ fundamentum istud sit ve
rum. s. ꝙ acquisita simoniacè ante constitutionem
Ecclesiæ transibant in Dominium eius, qui acquire
bat, tamen non sequitur, ꝙ Giezi efficeretur Domi
nus illius pecuniæ, quam simoniacè accepit: immo
non poterat effici Dominus eius. Pro quo sciendũ,
ꝙ Giezi fuit verus simoniacus in quãtum petijt, &
accepit pecuniam pro re spirituali: tamen non po-
tuit effici Dominus illius pecuniæ, quã accepit: quia
ipse non petiuit nomine suo, nec pro se pecuniam
illam, sed pro Elisæo, & Naaman, non dedit istam
pecuniã pro Giezi, ideo ipse non poterat effici Do-
minus. Dicendum autem, ꝙ ista pecunia erat verè
Elisæi: & q̄q̄ esset acquisita simoniacè, tamẽ ipse nõ
accepit illam simoniacè. Et patet hoc, quia ista pecu
nia aut esset Giezi, aut Naaman, aut pauperum, vel
templi, vel ipsius Elisæi, quia nõ potest assignari alia
persona, cui conueniret: non erat tamen ipsius Gie-
zi: quia Naaman non transtulit Dominium pecu-
niæ in Giezi: quia nõ dedit ei pro se, sed pro Eliseo.
Etiam non erat ista pecunia Naaman, siue turpiter
eam dedisset. i. simoniacè, siue liberè donasset, nõ ex

Ante constõné Ecclesiæ trãsibant acqsita simoniacè in dñium ei' qui acquirebat.

An cõstõ Ecclesiæ de simoniacis, & vsurarijs obliget in foro cõscientiæ.

F causa simoniaca: nam spontè dedit, & per hoc tran
stulit Dominium eius in Elisæum, cui dabat, ideo
non poterat postea repetere illam. Vnde dato, ꝙ
constaret Naaman de fraude, quam fecerat Giezi
circa pecuniam, & ꝙ Elisæus nollet accipere illã,
non poterat ipse repetere eam à Giezi: quia iam ip-
se non erat Dominus, nec administrator, nec com-
petebat ei aliquod ius: ideo non poterat repetere.
Etiam nõ potest dici, ꝙ ista pecunia esset templi, vel
pauperum, quia istud tenet nunc in pecunia acqui-
sita simoniacè, vel vsurariè. s. ꝙ aliquando fit restitu
tio Ecclesiæ, in cuius præiudicium commissa est si-
monia, & aliquando fit restitutio pauperibus, sicut
in vsura, quando non supersunt hæredes illorum, à
G quibus pecunia vsurariè extorta est: & istud est, quia
vsurarij, & simoniaci non efficiuntur nunc Domi-
ni illarum rerũ, quas acquirunt simoniacè, vel vsu-
rariè, & ob hoc tenentur restituere illas istis perso-
nis: & tamen tempore Giezi, cum non esset consti-
tutio Ecclesię prohibens, efficiebantur vsurarij veri
Domini: ideo nõ tenebantur restituere templo, nec
pauperibus. Manet ergo solus Elisæus, cui debebat
ista pecunia nã Naaman voluit eam dare illi, & rea-
liter dedit, dato ꝙ ipse non petiuisset. Nec obstabat,
ꝙ ipse nesciret de hoc, quia alicui nescienti potest
acquiri per alterum, vt si quis absenti donauerit, &
ideo Elisæus erat verus Dominus, & ipse poterat re
cipere illam pecuniam iustè à Giezi: quia ipse non
H erat Dominus verus: quia tamen illicitè acquisita
erat, noluit accipere pro se, nec pro pauperibus, sed
permisit ipsi Giezi tenere pecuniam, quam illicitè
acquisiuerat. Tunc dicet aliquis, ꝙ iniustè egit Eli-
sæus, quia permisit illi de peccato suo commodum
reportare, quod fieri non debet. Respondendum, ꝙ
hoc fecit Elisæus ex quadam misericordia: quia ip-
se vidit, ꝙ Giezi, & posteri sui futuri erant leprosi,
& separati essent à communicatione hominum, se-
cundum legem: ideo non possent habere oportuni
tatem ad acquirendum necessaria vitæ: cùm ergo
Deus percuteret eum, noluit ipse illum amplius
affligere: quia afflicto non est danda afflictio: sed si-
cut si Giezi maneret inter leprosos, & non haberet
I sustentationem conuenientem, Elisæus prouideret
ei ex misericordia, potissimè quia seruiuerat ei mul
to tempore existens, cum eo familiariter in omni-
bus. Dedit ergo ei pecuniam istam tanquam si de
bursa sua donaret: quia ista pecunia iam acquisita
fuerat Elisæo: & potius voluit illi, quàm alijs paupe
ribus erogare. Si tamẽ ista pecunia acquisita fuisset
alteri, dato ꝙ Giezi puniret à Deo in lepra, auferret
ab eo Elisæus pecuniã istã, & daret ei, cui teneretur.

Pecunia vsuraria, & simoniaca cui est restituenda.

CAPITVLVM VI.

DIXERVNT autẽ filij pro-
phetarum ad Elisæum: Ecce
K locus, in quo habitamus co-
ram te, angustus est nobis: ea
mus vsque ad Iordanem, &
tollant singuli de sylua materias singu-
las, vt ædificemus nobis ibi † locum ad
habitandum.

Descriptis in præcedentibus miraculis Elisæi ad
Gentilium conuersionem, hic ponuntur miracula
eius ad Gentilium insurgentium repressionem, &
diuiditur in duas: quia primò ponitur miraculosa
ferri

ferri natatio: secundò ponitur ipsa hostium repressio: ibi. *Rex autem Syriæ.*

An sequentia sint continuata ad prædicta, & immediatè sequuta sint. Quæst. I.

QVAERETVR circa primũ, an ea, quæ habentur hic, habeant ordinẽ conuenientem ad præcedentia, vel an sit ordo mutatus, & an ista fuerint immediatè post illa, vel interiecto aliquanto tẽpore. Ad primum dicendum, ꝙ ista, quę habentur hic, non sunt pars historiæ præcedentis, sed sunt miracula oĩno distincta: ideo non potest patere ex ipsis quem ordinem habeat vnum ad alterum. Dicendum tamen, ꝙ sit ordo continuus, quia nunquã recedendum est ab ordine literę sine causa: & tamen non apparet aliqua causa, quare debeamus dicere hic esse anticipationem, vel recapitulationem: ideo oportet dici esse historiam continuatam. Ad secundum dicendum, ꝙ etiam non apparet quantum tẽpus fuerit inter præcedentia, & ista: tamen dicendũ videtur, ꝙ non fuerit multum tp̃s, cùm oĩa ista acciderint tempore regis Ioram, qui solũ regnauit 12. annis supra 3. Et tamen quando facta sunt ea, quæ habentur supra 4. iam transierant quinque anni, vel quasi de regno eius: vt ibi declaratum est: ista autẽ videntur esse facta tp̃e illius magnę famis, quæ fuit tempore Ioram, & durauit annis. 7. vt patet infra 8. Nã in. c isto dicitur de fame magna, quæ erat in Samaria, dum hæc fierent: & tamẽ ista fames videtur esse illa, de qua dicitur infra 8. Ra. Sa. dicit ꝙ ea, quæ habentur hic specialiter de ferri natatione, fuerunt facta immediatè post præcedentia. s. postq̃ Giezi leprosus eiectus est de comitatu Elisęi, & filiorũ prophetarum, cuius causa declarabitur infra in prima quæstione: *Dixerunt autem filij prophetarum ad Elisæum.* Omnia ista ponuntur hic ad enarrandum miraculum Elisæi de natatione ferri: & vocantur filij prophetarum secũdum carnem, sicut supra 4. c. dicitur, ꝙ quædam mulier de vxoribus prophetarum dixit ad Elisæum: ecce creditor venit, vt tollat duos filios meos ad seruiẽdum sibi. Erãt autem isti filij prophetarum coniuncti viuentes cõuentualiter per diuersa collegia, & ibi vacabant laudibus Dei, & vitæ religiosiori, quàm cęteri homines: & cum istis erant aliqui non filij prophetarũ, qui erudiebantur ab eis in doctrina legis, & in rectitudine morum: horum habebat curam Elisæus, & ipse vt communiter manebat in locis, vbi erant alia collegia, & sic nunc loquuti sunt ad eum. *Ecce locus, in quo habitamus coram te, angustus est nobis.* Habitabant in aliqua vrbe, vtpotè in Iericho, vel in Samaria, & non habebant ibi sufficientem locum ad manendum, quia multi erant: ideo voluerunt mutare locũ, vt alibi spaciosius habitarent. Et dicitur: habitamus coram te. i. sub vmbra tua, vel sub correctione tua: nam Elisęus erat nunc pater, & princeps omnium istorum prophetarum, & ipse faciebat eis prouideri in necessarijs. Sic dicitur supra 4. erat fames in terra, & filij prophetarum habitabant coram Elisæo. *Eamus vsque ad Iordanem, & tollant singuli de silua materias singulas.* Dixerunt, ꝙ irent ad Iordanem; quia ibi erant multa ligna siluestria, de quibus possent ædificari domus ad habitãdum ibi. Vocantur materiæ quæcunque ligna, & sic singuli filij prophetarum debebant tollere singulas materias, i. singula ligna, vt ex eis fabricarentur domus. *Vt ædificemus nobis ibi locum ad habitandum*, scilicet, ibi habebimus locum amplum ad ædificandũ domos multas, & materiam multam de lignis siluarum, & amęnitatem loci propter pręsentiã Iordanis, & opportunitatem omnium rerum.

A *Quare filij prophetarum voluerunt ire ad habitandum prope Iordanem. Quæst. II.*

QVAERETVR, quare filij prophetarum voluerunt ire ad habitandum propè Iordanẽ dicẽtes, ꝙ locus eis angustus erat. Rñdet Ra. Sa. ꝙ quando Giezi erat cum Elisęo erat minister eius, & erat auarus nimis, & nolebat, ꝙ cõsumerentur illa, quæ donabantur Elisæo: nunc verò eiecto Giezi ꝑ lepram de consortio filiorum prophetarum extendebat Elisęus abundanter ea, quæ dabantur sibi, & veniebant ad eum multi filij prophetarum, & sic iam non capiebãtur in loco, in quo prius erant, sed oportuit eos quærere maiora loca apud Iordanem. Sed
B istud non est satis verisimile, quia Elisæus, cum esset vir sanctus, & prudens nõ gubernaretur per solam affectionem Giezi, potissimè si desiderium suũ erat inordinatum. Sed dicẽdum, ꝙ nunc erat fames magna in terra, quæ durauit in terra Israel per septem annos, & iam ista fames vrgebat terram ab aliquanto tempore, de qua habetur infra 8. filij autem prophetarum erant dispersi per terram Israel in diuersis collegijs: & quia nunc præ angustia famis nõ ꝓuidebatur eis in locis, in quibus erant, cõueniebãt de omnibus illis collegijs ad locũ, in quo erat Elisæus: quia Elisæus erat vir sanctus, & habitus in magna veneratione in tota terra Israel, & intuitu illius prouideretur ipsis de necessarijs. Et sic cõuenientibus ad
C eum nunc multis non sufficiebat ad habitationem locus, in quo prius manebat Elisæus: ideo voluerũt ire ad Iordanem ad faciendũ ibi domos. *Qui dixit: ite.* Vidit Elisæus, ꝙ rectè loquebantur, & concessit, ꝙ irent, & fabricarent domos. *Et ait unus ex illis.* s. vnus de filijs prophetarum. *Veni ergo & tu cum seruis tuis.* i. veni tu nobiscum, qui sumus serui tui: nam, te præsente, poterimus melius ędificare. *Respondit ego: veniã.* Hoc etiam concessit Elisæus: quia ipse nolebat euitare laborem: & ẽt quia sciebat, ꝙ in præsentia eius prõptius ædificarent. *Et abijt cum eis.* s. aĩo ædificandi domos, & manendi ibi apud Iordanem. *Cunque venissent ad Iordanẽ cędebant ligna.* Erat. n. silua apud Iordanem, de qua poterant præcidere ligna multa ad
D ædificandum domos. *Accidit autem, vt cum vnus materiam succidisset*, i. cum scinderet lignum: vocantur. n. arbores materiæ: quia ipsę sunt materia ad ædificãdum domum, & quæcunque alia res, de qua ædificatur aliquid, materia eius vocatur. *Caderet ferrum securis ĩ aquam.* Subintelligendum est, ꝙ arbor illa, q̃ scindebatur: erat coniuncta aquę Iordanis, & ferrũ saltauit de manubrio, vel fortè fractũ est manubriũ, & pars quædam ligni cum ferro saltauit in aquam. Subintelligendum etiam ꝙ aquæ Iordanis erant ibi valdè profundæ, ita vt nullus posset intrare pro ferro securis, quia tunc non oportuisset fieri miraculũ ad educendum illud de aqua. Nam vbi potestas humana sufficit non est recurrendum ad miraculum:
E sed cum homines nihil facere possunt tunc deuotè, & cum firma spe se debent ponere in manibus Dei. Sic patet 2. Paralipo. 20. cum dixit rex Iosaphat: in magna angustia constitutus in nobis quidem nõ tãta est fortitudo, vt possimus huic multitudini resistere, quæ irruit super nos, sed cũ ignoremus quid agere debeamus, hoc solum habemus residui, vt oculos nostros dirigamus ad te. *Exclamauitque ille, & ait: Heu, heu, heu, Domine mi.* Putauit se esse iste filius prophetæ in magna angustia, perdito illo ferro: ideo exclamauit cum magno dolore tanquam si perdidisset rem magnã, & dixit: Heu, heu. In Hebræo dicitur. *Aha Domine mi.* Et ponitur ista interiectio, aha, multũ generaliter. s. aliquando ad significandum dolorem, sicut

sicut hic, & supra 3. & aliquando ad significandum admirationē: sicut Iere. 1. vbi dicit litera, a a. Domine, quia puer ego sum, & nescio loqui: & in Hebreo dicitur: Aha. litera tamē nostra cautius ponit distinguens interiectiones latinas: ideo mutat illas secundum exigentiam sententiæ. De hoc declaratum est supra 3. *Et hoc ipsum mutuo acceperam*, i. Domine mi, si securis ista mea fuisset, non dolerem, ꝙ perdidissem eam, sed eam acceperam mutuo, ideo erubesco nimis, & doleo ꝙ perdiderim. Dicitur hic: accepi mutuo. i. cōmodatum. nam mutuum non consistit, nisi in rebus illis, quæ transeunt immediatè quātum ad vsum, & quantum ad Dominium in ius illius, cui dantur: ideo non tenetur postea reddere easdem numero, sed similes in specie, vel in valore: & sic est de pecunia, & pane, & vino, & similibus, quæ mutuantur, & non redduntur eadem. Commodari autē dicuntur illa, quorum Dominium non transit in ius illius, cui dantur, sed solus vsus: & sic commodatur liber, & equus, & vestis, & similia. Sic fuit de ista securi: iō ponitur hic, mutuum, pro cōmodato. *Dixit autem homo Dei*. i. Elisæus vocatur homo Dei: quia spiritualem familiaritatem habebat ad Deum, ex eo, ꝙ reuelabat ei Deus multa secreta, quæ non reuelabat alijs: & potissimè quia Deus faciebat per illum multa miracula, & per alios prophetas nullum faciebat. *Vbi cecidit*. Habuit Eliseus spem educendi ferrum miraculosè de aqua, ideo quæsiuit, vbi ceciderat. *At ille monstrauit ei locum*. s. ille, qui præciderat lignum ostendit profundum aquę, vbi ceciderat ferrum. *Præcidit ergo lignum, & misit illuc*. s. Heliseus præcidit aliud lignum pro manubrio, & misit illud ad locum, vbi erat ferrum, vt lignum educeret ferrū de aqua. Intelligendum est autem, ꝙ quando ferrū securis saltauit in aquam, exiuit de manubrio, & iuit sine manubrio ad aquam, & manubriū illud, in quo prius erat, fractū est, ita vt iam non esset conueniēs ad ponendum ferrum, in eo: ideo Elisæus præcidit aliud lignum, vt esset manubrium, & misit illud in aquam in loco, in quo ceciderat ferrū, & intra aquā miraculosè ferrum incrustatum est ipsi manubrio: & tunc ferrum cum manubrio simul exiuerunt de aqua. *Natauitq; ferrum*. s. ferrum cū manubrio, quod miserat nunc Elisæus in aquam simul natauit. *Et ait: tolle*. Elisæus dixit hoc ad illum, cuius erat securis. *Qui extendit manum, & tulit illud*. s. extēdit manum ad aquam, & accepit securim natantem.

Ferrū de aqua ab Elisæo miraculosè educitur.

An in eductione ferri de aqua duo miracula facta sint. Quęstio III.

QVAERETVR, quomodo factum est istud miraculum. Respondendum est, ꝙ hic fuerūt duo miracula: primū fuit, ꝙ lignum missum ab Elisæo in aquā intrauit ad locum, vbi erat ferrum sub profundo aquarum: & ibi incrustatum est ipsi ferro fortiter tanquam si opere humano lignum mitteretur in ferro: & ad hoc misit Elisæus lignum in aquam ad locum, vbi erat ferrum: quia alioquin superfluum erat mittere. Secundum miraculum fuit, ꝙ ferrum cum manubrio supernataret in aquis cōtra naturam ponderositatis eius. Poterant autē ista duo miracula fieri dupliciter s. vel à Deo, vel ab angelis: nam licet ista essent miracula in quātum erāt contra conditionem rei, & tamen non erant absolutè miracula in quantum per minorem potentiā, quàm per diuinam poterant fieri: vnde Angelus poterat incrustare lignum ferro, & facere supernatare illud, atque tenere super aquas, vel poterat hoc fieri opere Dei. Differentia autem est in operatione mi-

F raculorum ex eo, quòd quędam sunt, quorum operatio non potest ꝯuenire Deo per se ipsum: & istud est, quando talia præsupponunt motum: Deus tamen non potest operari per motum: quia operatio sua est suum esse; & esse suum est sine successione totum simul secundum conditionem æternitatis: illa autem, quæ possunt fieri sine successione, possunt attribui Deo: & sic possumus dicere, quòd in instanti ferrū incrustaretur manubrio, & in instāti exiret de profundo aquarum ad natandum in superficie, ita vt illud exire nō importet mutari sed mutatū esse: quia Deus poterat facere, quòd illa securis, quę erat in profondo aquarum, in instanti esset super aquas, non transeundo per medium. Si autem dicamus, ꝙ G facta sunt ista opere angelorum, dicemus illa facta esse in successione: quia angeli operātur per successionem sicut natura, licet velocius agāt. Credendū est tamen, quòd potius factum fuerit opere angelorum, quàm Dei: quia cum angeli sint ministri Dei Dan. 7. & ad Hebræ. 1. illis potentibus aliquid facere, non est rōnabile dici, ꝙ Deus illud per se faciat.

An Elisæus pro tam parua re debuerit orare pro miraculo. Quęstio IIII.

QVAERETVR vlterius, quomodo Elisæus propter tam modicam rem voluit orare ꝓ miraculo, & quomodo Deus in re tam parua voluerit H miraculosè agere: cum miraculum sit aliquid magnum excedens vires naturæ. Et videtur, quòd non debeat fieri nisi pro re magna, vt pote pro liberatione hominis à morte & similibus. Respondendum quòd Deus miraculosè operatur quandocunq; viri sancti instanter petunt habētes firmam spem: nam tunc nihil potest euitari, quin fiat: vt patet Matthę. 21. & Luc. 16. Viri tamen sancti non consueuerunt implorare diuiuam potentiam ad operationem miraculi, nisi pro re magna: quia inhonestum videret pulsare Deū pro rebus minimis: sicut si quis inquietaret regem litigando coram eo pro rebus parui valoris. Aliquando tamen res paruę efficiuntur magnæ per accideus: ideo viri sancti rationabiliter pe- I tunt pro his fieri miraculū sicut pro rebus verè magnis. Sic enim fuit hic: quia securis ista parui valoris erat: ille tamen, qui perdidit eam, erat vir pauper. s. vnus de filijs ꝓphetarum, qui quasi nihil habebant, nisi ea, quę sibi à populo dabantur. Etiam acceperat cōmodatum, & ob hoc erubescebat nimis, si illud non reduceret ad Dominum suum; & tollere sibi istum ruborem, qui erat valde pęnalis, erat eum liberare à quodam magno malo: ideo pro hoc rationabiliter poterat fieri miraculum. Etiam vir iste doluit nimis tanquam si rem magnam perdidisset: nā exclamauit ad Elisæū, dicens: Heu, heu, heu, Domine mi, hoc ipsum mutuò acceperam: & sic tantum dolebat iste pro securi, sicut alius doleret pro re valde K magna: sed res non accipiunt valorem ex conditione sua, sed ex humana æstimatione & vsu: ideo quanti iste rem æstimabat, tanti valoris pro eo res erat: ideo Elisæus condoluit ei. & miraculum fecit. Sic enim fuit primum miraculum beati Benedicti de capisterio fracto reparato: nam capisterium parui valoris erat. s. instrumentum quoddam ad cribrādum triticum, & cum nutrix beati Benedicti, quæ eum secuta fuerat in desertum, accepisset capisteriū cōmodatum ad purgandum modicum tritici, casu cadens de quadam mensa in terram, fractum est in partes minutas, illa vero flebat largiter: quia cōmodatum acceperat, & erubescebat, ꝙ fregisset: beatus vero Benedictus condolens angustiæ eius, collegit capisterij

capisterij fracti partes, & oratione sua illud integrū reddidit: vt refert B. Greg. secundo dialogorum. Sic etiam in multis miraculis sanctorum legitur, ꝙ pro paruis rebus miracula facta fuerint cōsiderata affectione eorum, qui fieri miracula precabantur. *Rex autem Syriæ.* Hic ponitur secundum huius c. s. miracula Elisęi ad aduersariorum repressionē: & diuiditur in duo, quia primò ponitur aduersariorum repressio; secundo pœnitentiū, & dolentiū consolatio, ibi. *Factum est autem.* Prima in tres, quia primo ponitur aduersariorū maligna insurrectio, ibi. *Porro Elisæus.* Secundò eorum benigna liberatio: ibi. *Dixitque rex Israel.* Circa primum dicitur. *Rex autem Syriæ pugnabat contra Israel.* Iste rex Syrię erat Benadad, q regnauerat tpe, quo Achab regnabat in Israel: præcedē. lib. c. 20. nam nondū obierat, sed postea obijt infra 8. & successit ei Azael. *Consiliunque iniuit cum seruis suis, dicens: in loco illo, & illo ponamus insidias.* Mittebat rex Syriæ pugnatores ad terram Israel, & volebat eos latere in aliquo loco in insidijs, vt rex Israel incautus transiret per locum illū, & incideret in insidias.

Quomodo fuit bellum inter Syriam, & Israel, & vnde fuerunt origines bellorum, & quomodo mundatio Naaman non abstulit bella: cū Naamā esset princeps exercitus Syriæ. Q. V.

QVAERETVR, quomodo erat bellū istud inter Syriam, & Israel, & quæ erant origines bellorū. Ad primum dicendum, ꝙ regnum Israel, & Syriæ sunt confinia, quia latus vnius est latus alterius. Est tamen terra Israel ad meridiem, & terra Syriæ ad Aquilonē. Et ob hoc ab antiquo erant bella inter regna ista: vnde ante natiuitatem Ioram regis Israel, qui nunc erat, & antequam regnaret Achab pater suus, erant bella inter Syriam, & Israel: vnde pater Benadad, qui nunc regnabat in Syria cęperat multas ciuitates de terra Israel, regnante Amri patre Achab. De hoc præcedenti lib. c. 20. Cùm dixit Benadad ad Achab: ciuitates, quas tulit pater meus à patre tuo, reddam, & plateas fac tibi in Damasco, sicut fecit pater meus in Samaria. Deinde etiā tempore Achab, & huius Benadad, qui nunc regnabat in Syria fuerunt bella magna: nam Benadad contemnebat valde Israelitas, & reputabat eos, vt seruos suos: cum pater suus cœpisset vrbes multas de terra Israel, & posuisset quoddā genus tributi in Samaria, quæ erat Metropolis terrę Israel faciendo sibi plateas ibi: vt patet allegato cap. & ob hoc Benadad petebat aliqua valde iniusta tributa ab Israelitis, vt opprimeret eos: & si non darent, volebat auferre totam terram eorum. Nā petijt à rege Israel omne aurum, & argentum, quod erat in domo sua, & filios, & vxores, & concubinas, & etiam filios, & vxores seruorum suorum dicens, quod ipse mitteret seruos suos ad domum Achab, & quidquid vellent accipere de illa, acciperent: præcedente lib. cap. 20. Et tunc cum esset in angustia Achab, responsum est ei per prophetam, & pugnans contra Benadad præualuit, & dispersit exercitum eius. Iterum etiam sequenti anno pugnauit Benadad contra Achab, & præualuit Achab, cępitque ipsum Benadad in bello. allegato cap. & tunc Benadad promisit reddere omnes vrbes Achab, quas tenebat de terra Israel: & ꝙ solueret quoddā genus tributi, scilicet, ꝙ Achab faceret sibi plateas in Damasco. deinde Benadad mētitus est fidem datam, & Achab pugnauit contra eum in Ramoth Galaad: præcedenti lib. cap. vlti. & ibi occisus est Achab. Ex tunc autem Benadad putans se esse Dominum terræ Israel pugnabat cōtra illam, & affligebat Israelitas, loquebaturque contra

A eos tanquam contra seruos. Sic patet ex Epistola, quam misit rex Syriæ ad regem Israel in his verbis: cum acceperis Epistolam hanc, scito ꝙ miserim ad te Naamā seruum meum, vt cures eum à lepra sua. Et Israelitæ timebant valdè illum: vnde rex Israel lecta ista Epistola scidit vestimēta sua, & ait: animaduertite, & videte, ꝙ occasionem quærat aduersum me: præcedenti cap. Durabant ergo bella tunc inter Syriam & Israel: & aliquando mittebantur latrunculi ad pugnandum in terram Israel de Syria, & aliquando veniebat exercitus Syrorum, & obsidebat aliquas vrbes terræ Israel, sicut quando erat rex Israel in Samaria, & exercitus Syriæ obsidebat vrbem, eratq; fames magna: vt patet infra in litera,

B & sequenti cap. Aliquando etiam pugnabatur in campo euntibus Israelitis ad pugnandum cōtra regem Syriæ: vt quando Ioram, qui nunc regnabat in Israel, iuit in Ramoth Galaad ad pugnādum cōtra Azael regem Syriæ: vt patet infra 8. Sic igitur durante nunc bello, mittebat rex Syriæ ad ponendū insidias in terra Israel, vt caperent incautum regē Israel, & ab istis insidijs liberauit eum Elisæus.

Mundatio Naaman à lepra quare non abstulit bella inter Syriam, & Israel. Quæst. VI.

QVAERETVR vlterius, quomodo mundatio Naaman à lepra non abstulit bella, quæ

C erant inter Syriam, & Israel: nā hoc verisimile erat cum Naaman esset princeps militiæ Benadad. præcedenti. c. Et ipse receperat sanitatem ab Elisæo, & credebat nullum esse Deū in terra, nisi Deū Israel, ideo ipse intercederet apud Benadad rege Syriæ, vt cessaret ab istis bellis. Dicendum, ꝙ non cessauerūt bella propter sanationem Naaman, & ad hoc fuerunt multæ causæ. Prima fuit ex parte Dei, quia ipse concitabat Syros contra Israelitas, vt persequerētur eos propter idolatriam, quam exercebant Israelitæ, & nolebat, ꝙ cessarent bella, sed potius ipse ponebat in corde Syrorum, quòd pugnarent, & erant Syri ministri diuinæ iustitiæ contra idolatras Israelitarum: sic patet præcedēti lib. c. 19. cum dixit Do-

D minus ad Eliam, ꝙ vngeret Azael in regem Syriæ: & sequitur: quicunque fugerit gladium Azael occidet eum Iheu, & qui fugerit gladium Iheu interficiet eum Elisæus. Item non solum Deus incitabat Syros ad pugnandum contra Israel, sed etiam faciebat aliquos eorum vngi in reges, vt pugnarent contra Israel. Nam sicut Deus fecit Iheu vngi in regē, vt deleret domum Achab, & postea illā deleuit infra 9. ita faciebat vngi aliquos de Syris in reges: nam iussit vngi Azael in regem Syriæ, & hoc vt persequeretur idolatras Israelitarum: præcedenti lib. c. 19. Item non solum hoc, sed etiam Deus denunciabat per prophetas quibusdam regibus Syriæ mala, quæ facturi erant Deo adiuuante illos contra Israelitas.

E Sic patet de Elisæo, qui iuit in Damascum, & stetit coram Azaele, & fleuit: dixitque Azael: cur flet Dominus meus? Respondit Elisæus, quia scio, ꝙ facturus sis mala filijs Israel, ciuitates corū munitas igne succendes, & iuuenes eorum interficies gladio, & paruulos eorum elides, & prægnantes diuides, infra 8. Non poterant ergo cessare bella, cum Deus vellet in pœnam dare illa. Secunda causa erat ex parte ipsius regis Syriæ: & ista erat in duobus. Primo in desiderio dominandi: quia cupiditas dominandi est nimia, superatq; rectitudinē rōnis, ideo licet Naaman oraret regem Syriæ, vt haberet pacē cum Israelitis non acquiesceret. Secundum erat, quia rex Syriæ non putauit, ꝙ fiebat sibi aliqua gratia, ꝙ sanaretur

Naaman

Naamañ à lepra,sed ꝙ Israelitæ tenebātur illud agere,& ꝙ ipsi gratum haberent, quod Rex Syriȩ eis iuberet hoc,ne tam durè affligeret eos:ideo non dixit de curatione Naaman orādo,sed iubēdo regi Israel, ꝙ sanaret eum: præcedenti c. Tertia causa fuit ex parte Naaman: quia Naaman non receperat sanitatem ab aliquo de Israelitis,nisi ab Elisæo: ideo non tenebatur orare pro pace Israelitarum, vel procurare aliquod bonū ipsorum,sed solum bonū Elisei: Elisæus tñ non petebat à Naaman, ꝙ oraret regem Syriæ pro pace cum regno Israel: quia Deus reuelabat sibi,ꝙ erat bonum bellum: ideo nec ille intercedebat apud regem Syriæ: & sic durabant semꝑ bella. Elisæus aūt non orabat Naaman super cessatione belli: quia fortè videbat hoc esse impossibile, cū sciret Deum diffinire contrarium, & ēt ipse sciens oīno diffinitionem Dei peccaret mortaliter conando,vt illa dissolueretur: nihil ergo orabat. Sic.n.patet,qñ Elisæus iuit in Damascū, & denūciauit Azaeli, ꝙ futurus esset rex Syriæ,plorauitque corā eo, dicens, ꝙ mala faceret Israelitis: & tñ non rogauit Deum,ꝙ nō faceret: quia Deus ostenderat ei, quòd ista futura erant,infra 8.ideo putabat superfluū esse orare. *Misit itaque vir Dei ad regem Israel, dicens: caue, ne transeas in locū illum,quia ibi Syri in insidijs sunt.* Deus.n.ꝑcutiebat Israelitas,quia mali erant,& tñ nondū percutiebat eos plaga vltima,sed miserebatur: & quāquā ipse bella immitteret ad punitionē eorū, tamē in ipsis bellis Deus interdum adiuuabat eos contra Syros:& sic fuit hic,quia reuelauit Elisæo de insidijs Syrorū,& Elisæus reuelauit regi Israel. *Misit itaque rex Israel ad locum,quem dixerat ei vir Dei.* Subintelligendum est, ꝙ Benadad cōsilium inierat cum seruis de ponendo insidias in terra Israel in tali loco,& tamē nondum posuerat: & priusquam ipse poneret, reuelauit Elisæus regi Israel cōsilium eius, & misit rex Israel ad accipiendum illum locum, ne Syri ponerent ibi insidias. *Et præoccupauit eum.* Scilicet, posuit in loco illo viros suos ad custodiendū eū priusquā Syri locarent ibi insidias suas: quia locus ille erat talis,de quo noceri poterat nimis Israelitis:in Hebręo dicitur: *Et prohibuit eum.* Et exponunt quidā Hebręi, ꝙ Elisęus prohibuit eum.i. regem Israel accedere ad locum illum. Sed non stat,cùm dicatur in litera infra:& obseruauit se ibi non semel, nec bis: sed est sensus,ꝙ prohibuit eum.i.prohibuit locū illum capi à Syris,& poni ibi insidias eorū: quia ipse cognouit hoc priusquam venirent Syri, & collocauit ibi gentem suam.Et sic intellexit litera nostra, dicens: & præoccupauit eum.i.accepit locum illum, antequam acciperēt eum Syri: & per hoc prohibuit eos ponere ibi insidias suas. *Et obseruauit se ibi non semel, neq; bis.* Idest,non solum semel, & bis, sed etiam multoties obseruauit se ibi,idest,obseruauit se ponendo ibi viros armatos, ne Syri occuparent locum illum ad ponendum ibi insidias. Et istud mouit intentionē regis Syriæ ad credēdum, quod ipse haberet aliquē proditorem in domo sua, qui reuelaret secreta sua regi Israel. Nam si semel tantum obseruasset se ibi rex Israel,putasset rex Syriæ,ꝙ hoc erat à casu, & ꝙ non cognoscebat quomodo ipse disposuerat ponere ibi insidias: quia tamen sæpè se obseruabat in loco illo potius, q̃ alibi,credidit, ꝙ cognoscebat rex Israel secretum eius,& hoc erat per aliquem proditorem. *Conturbatumque est cor regis Syriæ pro hac re.* s. turbatus est, qa rex Israel obseruauerat se in loco illo, in quo ipse disposuerat ponere insidias:& hoc propter duo. Primo,quia eueniebat res contra intētionem suam,& affliguntur homines, quādo negocia eorum non prosperantur. Secundò quia credebat

Turbatus est rex Syriæ,qa rex Israel occupauit quendam locum.

F aliquem proditorem esse in domo sua, qui omnia consilia sua declarabat regi Israel priusquam ponerētur in opere: & istud erat maius malum:quia primum erat malum per accidens eueniēs, & poterat cessare. Secundum autem erat malum ab intentiōne, & erat ad destruendum faciliter ipsum regem Syriȩ,quia nulla peior pestis,q̃ familiaris inimicus. *Et conuocatis seruis suis.* Intelligitur hoc de seruis, qui erant secretarij sui: quia de istis habebat nunc quęrelam,& suspitionem, vt aliquis eorum esset proditor eius apud regē Israel: ideo non cōuocaret alios, cum quibus non agebat consilium: *Et ait: quare non indicatis mihi quis proditor mei sit apud regem Israel?* Pręsupponebat.n.rex Syriȩ se habere proditorē:ideo incę
G pit cōqueri de seruis suis, quare nō indicarent ei qs eēt ille proditor. Et dixit hoc ꝑꝑ duo. Primo, quia certissimè credebat aliquē esse proditorem secretorum suorum apud regem Israel: quia aliàs non poterat ille scire,quid consiliaretur Benedad:secundo dixit hoc,quia dato,ꝙ non crederet firmiter, qa tñ suspicabatur, voluit loqui quasi ex certitudine, vt magis timerent serui sui, & indicarent quis erat ille proditor.Vel vt proditor ille, si tunc esset corā Benadad credens se deprehensum,timeret, & apparerent aliqua signa mutationis in vultu eius. *Dixitque vnus seruorum eius:nequaquam Domine mi rex.* Non erat verum,ꝙ aliquis de seruis suis proderet, & sciebant ipsi vnde hoc veniret: ideo dixit vnus eorū: nequa-
H quam Dñe mi rex.i.non est sicut tu arbitraris, ꝙ aliquis te prodat apud regē Israel, sed aliunde hoc venit. *Sed Eliseus propheta, qui est in Israel indicat regi Israel omnia verba quęcūque locutus fueris in conclaui tuo.* i.nullus te prodit de seruis tuis:sed Elisæus propheta,qui est cum rege Israel,indicat ei omnia verba, quæcunq; tu locutus fueris in conclaui tuo.i.quantuncunque secretè illa loquaris,ipse scit ea,& potest illa indicare regi Israel. Et dr̃ hic:indicat regi Israel omnia verba.i.indicare potest: nam non legitur indicasse alia verba nisi ista: & tamen sicut indicabat ista, quæ secretissima erant,ita poterat indicare quęcunq; alia.

Cū Deus mitteret bella contra Israelitas propter peccata sua,
I *quare liberabat eos postea ab illis, sicut nunc liberauit.*

Quæstio VII.

QVAERETVR, cum Deus mitteret ista bella super Israelitas,vt affligerentur ꝑꝑ peccata sua,quare liberabat eos ab illis, sicut nunc liberauit regem Israel ab insidijs,postea liberauit ab obsidione,& fame maxima: infra in litera, & sequenti cape. Respondendum, ꝙ hoc faciebat Deus ꝑꝑ multa. Primo faciebat,propter demerita hostium: nam licet Israelitæ interdum mererentur mortem: & subijci potestati hostium: tamen quia hostes erant mali nō merebantur habere Israelitas sibi in subditos, sed potius merebantur ipsi esse serui alterius gentis:
K ideo Deus non dabat victoriam interdum hostibus Hebræorum contra Hebræos, licet Hebræi mererentur perire. Secunda causa erat propter gloriam Dei Israel: quia licet Israelitæ essent mali: quia tamē Deus Israel erat Dominus ipsorum spetialiter, si traderet eos oīno in manus hostiū esset quoddam dedecus Dei quantum ad opinionem Gentilium: ideo licet interdum grauiter peccarent Israelitę,tamen adiuuabat eos in bellis, vel non omnino permittebat perire:sic patet Num.14.cum Deus vellet delere totum Israel in deserto ꝑꝑ murmurationē: ait Moyses,vt audiant Aegyptij, de quorum medio eduxisti populū istum, & habitatores terrę huius, qui audierunt, quòd tu Domine in populo isto sis, & fa-

A & facie videaris ad faciem, ꝙ occideris tantã multitudinem quasi vnum hominem, & dicant: non poterat introducere populum in terra, ꝓ qua iurauerat, idcirco occidit eos in solitudine: & tunc Deus remisit peccatum populi propter verba ista.

Tertia causa erat, ne Gẽtiles superbirẽt cõtra Deũ Israel attribuendo victoriã, quã haberent de Israelitis, sibi, & Dijs suis, & negligerent Deum Israel, putantes se præualuisse contra eum: ideo Deus interdum Israelitas liberabat de manu hostium, & aliàs non liberasset eos: sic patet Deut. 32. cũ dixit Deus contra Israelitas multa mala: & conclusit: cessare faciam ex hominibus memoriam eorum: & sequitur ibi reuocatio sententiæ. s. Sed pp iram inimicorum distuli, ne fortè superbirẽt hostes eorum, & dicerẽt: manus nostra excelsa, & nõ Dominus fecit hæc oĩa. Sic etiam patet de Senacherib rege Assyriorũ, qui venit cõtra Israelitas, & destruebat terram eorum: quia erant peccatores, & Deus mittebat eũ adhoc, & dabat ei vires ad destruendum gentẽ illã: quia tñ superbiuit contra Deum Israel dicens, ꝙ ipse in virtute sua faciebat hoc, & nõ in virtute Dei Israel: & non solum nõ adiuuabat eũ Deus Israel, sed etiam ꝙ Deus Israel non posset liberare cultores suos de manu eius: ideo Deus conuertit iram suam in eum, & occidit 185. millia de exercitu suo in vna nocte. De hoc Isa. 10. Et dicit: Vę Assur virga furoris mei, & baculus ipse in manu eorũ indignatio mea ad gẽtem fallacem mittam eum, & contra populum furoris mei mandabo illi, vt auferat spolia: ipse autẽ non sic arbitrabitur, & cor eius non ita ęstimabit, sed ad conuertendũ erit cor eius: Et postea dicitur: Dixit. n. in fortitudine manus meę feci, & in sapientia mea intellexi, & abstuli terminos populorum, & principes eorum depredatus sum. De hoc etiam habetur Isa. 26 & 27. & infra 19. cùm dixit Senacherib rex Assyriorũ: non te seducat Deus tuus: in quo habes fiduciam, nunquid liberauerunt Dij gentiũ singulos, quos vastauerunt patres mei. Quarta cã erat, quia Israelitæ, licet agerent mala, tamen interdum cum Deus mitteret super eos angustias magnas cõuertebantur ad ipsum, & liberabat eos iuxta illud: cum occideret eos quærebant eum, & reuertebantur, & diluculo veniebant ad eum: Psal. 77. & sic fuit nunc, quia Israelitæ in augustia sua doluerunt: nam infra in litera dicitur, ꝙ dum obsideretur Samaria rex Ioram induebatur cilitio circa carnem suam, & illud erat pęnitere pro peccatis, vt auerteret à se indignationẽ Dei: & tunc Deus dedit seq. die fertilitatem magnam, & fugauit hostes de castris: sequenti cap. Sic etiam fuit, quando Senacherib obsedit Ierusalem per seruos suos: nam Ezechias rex pœnitentiam fecit coram Domino, & orauit, & planxit, & Deus auersus est à furore suo, infra 19. Quinta causa erat, quia licet interdum Israelitæ existentes in angustijs non conuerterentur ad Dñm: tamen quia Deus expectabat eos semper ad pœnitentiam iuxta illud Isa. 30. ideo expectat nos Deus, vt misereatur nostri, & nondum venerat consummatio peccatorũ suorum, non tradebat eos omnino in manus hostium, sed adiuuabat eos interdum. Iste modus erat Dei ad gentiles: quia aliqui gentiles erant valde mali tam in idolatria, quàm in alijs sceleribus: & tamen quia iniquitates eorum nondum venerant ad summũ, ita vt mererentur omnimodam indignationẽ Dei: adhuc dabat eis prospera, & liberabat eos ab aduersis. Sic patet Gen. 15. quia Deus promiserat Abrahæ dare terrã Chanaan, quæ possidebat ab Amorrhæis: & non poterat Abraham, & semẽ suum possidere illam quousque priuarentur illa Amorrhæi: & quia tempore, quo Deus promisit dare terram Chanaã Abrahę nondũ erãt cõpleta peccata Amorrhæorum, non tradidit ei mox possessionem realẽ spoliando Amorrheos, sed dixit, quòd post quadringentos annos cõpletis quatuor generationibus filij Abrahæ, possiderent terram illam: cum dicitur ibidem: generatione autem quarta reuertentur huc, & subditur causa: nec dum enim completæ sunt iniquitates Amorrhæorum vsque ad præsens tempus q. d. quia nondum sunt completæ iniquitates eorũ, non debeo spoliare eos terra ista, & tradere eam tibi, & semini tuo: sed post quadringentos annos erũt completæ iniquitates eorum, & tunc dabo semini tuo possessionem terræ. Sic etiam patet in quinque B regibus Sodomorum, qui erant valde peccatores coram Domino cum regionibus suis. Gen. 13. & tamen post hoc Deus liberauit eos de captiuitate: qñ quatuor reges pugnauerunt, & præualuerunt contra quinque reges Sodomorum, & captiuos eos ducebant cum seruis suis, & Deus misit Abraham, & liberauit eos de potestate quatuor regum, & reddidit eis omnia spolia. Gen. 14. hoc autem erat: quia nõdum completa erant peccata Sodomorum, sed post modicum coplenda erant: & quando venit dies, quo completa sunt peccata eorum, dicitur venisse clamor Sodomorum, & Gomorrhęorum ad Dominum. Gen. 18. Et tunc misit duos angelos, qui subuerterent vrbes illas nefarias. Gen. 19.

Lento gradu ad iudiciũ diuina pcedit ira, & tarditatem supplicij grauitate cõpensat.

C

Serui regis Syriæ quomodo sciebant Elisęum indicare regi Israel omnia. *Quæstio VIII.*

QVAERETVR vlterius, quomodo sciebant serui regis Syriæ, ꝙ Elisæus idicaret regi Israel, omnia, quæ loqueretur rex Syriæ in conclaui.

Respondẽdum, quòd quantum ad istud factum, quod nũc acciderat de insidiarum positione nesciebant serui Benadad, an Elisæus reuelasset illud regi Israel, sed pręsumebant, ꝙ ipse reuelasset: quia prius quàm aliquis de domo Benadad posset ire ad regem Israel, sciebat hoc rex Israel, & fecerat iam obseruari locum. Etiam sciebant isti consiliarij Benadad, ꝙ D nullus de ipsis miserat ad reuelandum hoc regi Israel, & nullus alius sciebat consilium istud: quia secretum fuerat: ideo arguebant, ꝙ Elisæus istud reuelasset, quòd autem Elisæus posset reuelare quæcũq; Benadad loquebatur in conclaui, sciebant isti consiliarij eius: quia cognoscebant Elisæum esse prophetam Domini, & fieri per eum multa mirabilia, quæ iam innotuerãt in multis terris, ideo sicut illa faciebat, ita poterat scire secreta cuiuslibet hominis, & reuelare illa. Hoc autem fortè cognoscebant per Naaman, qui sanatus fuerat ab Elisæo: immo fortè iste, qui loquebatur hoc, erat Naaman: nã Naaman honoratus erat nimis in cõspectu regis Syrię, p̃ced. c. & sup manũ eius incũbebat rex, quãdo ambulabat, et E quando ibat ad adorandum in templo, vt patet ibidem: ideo verisimile est, ꝙ iste esset in consilio Benadad, & posset melius ista dicere, quàm aliquis de seruis Benadad, cum ipse cognosceret Elisæum. Et fortè sciuit Naaman, ꝙ Elisæus sciebat ea, quæ dicebãtur à longè, & fiebant: quia quando Giezi petiuit pecuniam à Naaman, Elisęus absens sciuit omnia ista, & dixit: Nonne cor meum in præsenti erat, quãdo reuersus est homo de curru suo: præced. cap. Et fortè Naaman cognouerat quomodo Elisæus cognouerat nequitiam Giezi: & sic p hoc sciret, ꝙ posset reuelare quęcunq; fiebant in longinquis, quantuncunque essent secreta. *Dixit eis.* Hic ponitur Elisei obsidio: nam quia ipse reuelauerat insidias regis Syriæ

riæ, fecit rex Syriæ eum obsideri: & dicitur: *Dixit eis: ite, & videte vbi sit, vt mittã, & capiam eum.* Doluit rex Benadad, ꝙ Elisæus declararet oĩa secreta sua, q̃a isto modo poterat ipse faciliter perire, & incidere in manus regis Israel: ideo desiderauit capere Elisæum, & iussit seruis suis, ꝙ irent ad inquirendum in quo loco terræ Israel erat: vt ipse mitteret exercitũ contra locum illum, & caperet violenter Elisæum.

Ad quid Benadad volebat capere Elisæum. *Quæstio IX.*

QVAERETVR, ad quid volebat Benadad capere Elisæum. Respondendum, ꝙ hoc poterat esse propter duo. Primo, quia poterat Benadad velle capere Elisæum ad occidendum eum, quia reuelabat secreta sua regi Israel, vel fortè volebat tenere eũ vinctum in terra sua, vt nõ posset regi Israel de cętero reuelare secreta regis Syriæ. Secundũ poterat eẽ, quia fortè Benadad volebat habere Elisęũ secum ad hoc, ꝙ ipse posset præualere faciliter contra regem Israel, & contra alias gentes. Nam sicut Elisæus reuelabat regi Israel secreta regis Syriæ, ita si maneret cum rege Syrię, poterat ei reuelare omnia secreta regis Israel, & aliarum gentium, & sic sciret aduersari illis: & quantum ad hoc credendum est, quòd Benadad magis desideraret capere Elisęũ, quàm propter primum.

Benadad quomodo putauit capere Elisæum, cum ipse sciret omnia eius consilia. *Quæst. X.*

QVAERETVR vlterius, quomodo volebat Benadad capere Elisæum: nam videbatur in hoc esse stultus, quia serui sui dixerãt sibi ꝙ Elisæus indicabat regi Israel omnia, quæ Benadad loquebatur in conclaui. Cum ergo nunc iniuisset consiliũ de capiendo eum, sciret hoc Elisæus, & occultaret se, & nullo modo posset eum capere Benadad. Dicendum autem, ꝙ ista cogitatio Benadad erat erronea: quia si verũ erat, ꝙ Elisæus sciebat omnia, quæ dicebantur in occulto, sciret hoc, quod dicebatur contra ipsum: errabat tamen Benadad, quia in vniuersali dicebat verum. s. ꝙ Elisæus sciret omnia, quę dicebantur in occulto: nam hoc ipse credebat ex dicto seruorum suorum: tamen in particulari deficiebat, putans, ꝙ Elisæus nesciret ista, quæ nunc dicebantur cõtra eum. Sic. n. dicit Aristo. primo priorum, ꝙ aliquis potest dicere omnem mulam esse sterilem, & tamen credere istam mulam habere in vtero. s. quia errat non considerando, quomodo istud particulare includatur sub vniuersali. Causa autem istius erroris erat duplex. Prima erat dispositio Dei: nam Deus interdum excęcat hominem permittendo eum cadere in magnas imprudentias pp peccata sua, in quas non incideret aliquis vir minus peritus: sic. n. dicit perdam sapientiam sapientum, & scientiam scientium reprobabo. Sic patet prima ad Corinth. 1. & nunc Deus voluit excęcare intellectũ Benadad, vt per istam excęcationem ostenderet gloriam suam. s. in magnitudinem miraculi liberando Elisæum de manibus Syrorum, qui obsederant vrbem, & excęcando eos, ducendoque in Samariam, sicut postea fuit: vt patet ĩ litera, & Deus in hoc magnificatus est. Sic. n. Deus indurauit Pharaonem ad hoc, ꝙ ipso indurato, fierent prodigia Dei in terra Aegypti, per quæ innotesceret nomen Dei in vniuersa terra. Sic patet Exo. 9. cũ dixit Deus Pharaoni: vt ostendam in te fortitudinẽ meam, & narretur nomen meũ in omni terra. Idem patet ad Rom. 9.

Deus sępè excęcat viros sapientes pmittẽdo eos cadere in magnas ĩprudẽtias pp peccata sua.

F scilicet, quia in hoc ipsum excitaui te, vt ostendam
in te virtutẽ meam. Secunda causa erroris fuit, quia
Benadad desiderabat nimis capere Elisęum, & istud
desideriũ passionale cogebat eũ malè iudicare. Nã
q̃n quis passionatus est circa aliquid, licet dicat in
vniuersali verum, tñ errat in particulari: sic patet 7.
Ethic. c. de syllogismo incontinentis: vbi dr̃ de incõ-
tinente, ꝙ existẽs in passione iudicat bene in vniuer
sali, dicens: omne fornicari, & inebriari esse fugien-
dũ, & tñ istud fornicari, & inebriari particulare, q̃d
est præsens, non dicit esse malũ, sed eligendũ. Sic au
tem erat in Benadad, quia nimis affectus erat ad ca-
piendũ Elisæũ: iõ q̃q̃ in vniuersali rectè diceret, pu-
tans Elisæum scire oĩa, quæ dicebantur in secreto:
G tñ putabat de isto consilio, ꝙ nunc iniebatur contra
Elisæum, ꝙ lateret eum. *Annuciaueruntque ei dicentes: ecce in Dothain est.* s. fortè iuerunt aliqui de seruis Be-
nadad ad terrã Israel ad sciendũ, vbi erat Elisæus, &
retulerunt ei, ꝙ esset in Dothain. Est autẽ Dothain
quædam ciuitas in terra Israel, apud quã sunt bona
pascua: & apud vrbem illam erant filij Iacob pascẽ-
tes gregem, q̃n Ioseph frater eorum iuit ad inquiren
dum eos apud Sichem, & cũ erraret in agro, dixit ei
vir quidã, ꝙ iret in Dothain, & ibi inuenit eos, Gen.
37. *Misit ergo illùc equos, & currus, & robur exercitus.* s. mi-
sit rex Syriæ in vrbem Dothain exercitũ fortẽ cum
equis, & curribus: quia sciebat, ꝙ viri Israel vellent
defendere Elisæum, cũ esset vir sanctissimus, & val-
H de vtilis terræ Israel. Misit ergo tm̃ exercitũ, vt pos-
set debellare vrbem, & capere eam, inuito Elisęo, &
ciuibus vrbis. *Qui cum venissent nocte circundederunt ciuitatem.* s. exercitus regis Syriæ venit per noctem ad ci
uitatẽ Dothain, vt Israelitæ non cognoscerent eos
venire, & non possent cõuocare auxilium magnũ:
sed prius isti quasi insperato possent capere vrbem,
quã conuenirent aliqui in adiutorium. *Consurgens autem diluculo minister viri Dei.* Iste erat aliquis vir, q̃ erat
in obsequio Elisæi, sicut ante hoc erat Giezi: nã ille
iam eiectus fuerat de cõsortio suo: quia erat lepro-
sus. *Egressus est.* Potest intelligi, ꝙ egressus est de vrbe,
& vidit exercitum in circuitu ciuitatis, vel egressus
est de domo: & ex loco ipso vidit gentem multam
I in circuitu vrbis: Secundũ est verisimilius: nã si por-
tæ vrbis fuissent apertæ ita, vt puer Elisæi potuisset
exire, ẽt hostes possẽt intrare in vrbẽ, & ĩtroiuissent:
& tñ ipsi erant in circuitu vrbis: ergo non erat aper-
ta porta ciuitatis, & sic minister Elisæi nõ egressus est
de vrbe, sed de domo. *Viditq; exercitum in circuitu ciuitatis, & equos, & currus.* Erat dispositus exercitus ꝑ circui
tum ciuitatis ad capiendum eam: nã ꝑ noctem loca
uerunt castra. *Nunciauitq; ei dicens: Heu, heu, heu Domine mi, quid faciemus.* Nũciauit quomodo exercitus mul
tus erat in circuitu ciuitatis, & timuit puer nimis pu
tans, ꝙ Elisæus non posset euadere gentẽ illã, q̃a ci-
uitas non posset se defendere de manu tanti exerci-
tus: iõ dixit: Heu, heu, q̃d est interiectio dolentis, q̃d
K faciemus? q. d. non habemus quò confugiamus. In
Hebræo dicitur, *Aba Domine mi.* Quia, aha, est interie
ctio Hebraica communis ad significãdum dolorẽ,
& admirationem, & alias affectiones, sicut declara-
tũ est supra 3. *At ille respondit: noli timere: plures. n. nobiscum sunt, quàm cum illis.* Timebat. n. puer nimis, & Elisęus
voluit consolari eum, dicens: noli timere pp mul-
titudinem hostium, quia plures sunt nobiscum, q̃
cum illis. Dicebat hoc Elisæus de multitudine an-
gelorum, quæ adiuuabat eum, ita vt non possent
hostes quidquam nocere. *Cunque orasset Elisæus, ait: Domine aperi oculos huius, vt videat.* Quanquam Elisæus cõ-
solaretur puerum, dicens: plures nobiscum sunt,
quàm cum illis: tamen puer semper timebat: quia
non

nō videbat aliquem esse in adiutorio Elisæi: & tamē videbat multos hostes in circuitu vrbis: ideo orauit Elisæus, vt De⁹ aperiret oculos pueri, & videret multitudinē magnam angelorum, quæ erat in circuitu ad defendendum Elisæum. *Et aperuit Dominus oculos pueri.* Fecit supernaturaliter, ꝙ videret id, quod aliàs videre nō poterat. *Et vidit.* s. equos, & currùs igneos, qui erāt ad defensionem Elisei. *Et ecce mons plenus equorum, & curruum igneorum in circuitu Elisęi.* Locus ille erat in monte, & in circuitu illius montis erant currus, & equites coloris ignei in circuitu Elisæi ad defendendum eum: isti autem erant angeli, qui formauerant de aere corpora talis figuræ, & condensauerant illum ad talem proportionem, vt appareret in eo color igneus. *Hostes verò descenderunt ad eum.* i. hostes, qui obsidebant ciuitatem, descenderunt ad locū, in quo erat Elisæus. Potest autem intelligi, quod Eliseus exiuit de vrbe: & hostes videntes illum descenderunt ad eum, vt indicaret eis de Elisæo. Vel potest dici, ꝙ ipsi introierunt in vrbē: quia ianua aperta fuit, & descenderunt ad locum in quo erat Elisæus. Vel pōt dici, ꝙ ciuitas illa non erat murata, & hostes introierunt ad domum, in qua erat Elisæus, nemine impediente. Sed primus modus melior est, & magis consonat verbis Elisæi, quæ postea locutus est ad viros istos, quàm aliquis aliorum.

Currus, & equi ignei in monte quid, & quomodo erant. Quæstio XI.

QVAERETVR, quomodo erant isti currus, & equi ignei in monte, & quid erant, & quomodo facti erant. Respondendum, ꝙ isti equi, & currus habebant super se equitatores armatos, & etiam arma eorum videbantur ignea, sicut currus, & equi. Scriptura tamen non facit mentionem de ascensoribus equorum, & curruum: quia non est necesse: nam ex eo ꝙ erant ibi currus, & equi, manifestum est, ꝙ essent aliqui equitatores: nam aliàs currus, & equi nullum auxilium ferrent. Elisæus tamen dixit puero: plures sunt nobiscum, quàm cum illis: & ostendit ei ad consolationem suam currus, & equos: ergo necesse est, ꝙ ibi videret etiam equitatores. De curribus aūt, equis, & equitibus dicendū, ꝙ erant quædā corpora formata ad figuram equorum, & curruum: & erant de materia aerea: nam omnis materia corporalis ad nutum seruit Dęmonibus, & angelis bonis: formauerunt ergo angeli ista corpora ad figurā curruum, & equorum, & equitum, & fecerunt, ꝙ essent oīa coloris ignei. Ratio huius erat, vt omnia ista viderentur venisse de cęlo: quia non habebant colorem equorum, & curruū humanorum. Sic etiam qñ raptus est Elias apparuit currus igneus, & equi ignei, & ferebatur super currū illum, sup. 2. c. ita nunc cęlitus veniebat istud auxilium: ideo coloris ignei oīa fuerunt. Et præter hoc angeli, qui formauerant ista corpora, mouebant ea, vt viderent̄ esse corpora viuētia, & nō videret̄ puero Elisæi, ꝙ erat aliqđ phantasma.

Equorum, & curruum similitudo an esset miraculosa à Deo, vel ab angelis propria virtute, & de modo, quo angeli formauerunt istos equos. Q. XII.

QVAERETVR vlterius, an similitudo istorum equorum, & curruū igneorū poterat fieri per angelos ꝓpria virtute, vel oportebat, ꝙ ibi esset miraculū operationis diuinæ. Rñdendū, ꝙ ista oīa facta sunt opere angelorū, & nō oportebat esse ad hoc aliquod miraculū. Et patet hoc: nā Dæmones pñt ista facere, ergo à fortiori poterunt boni angeli. Nā sæpe videmus aliqua phantasmata sine somnijs, quæ rea-

A liter apparent, & mouentur sicut faciunt apparitores arte necromantica, & illa fiunt per dæmones: & tamen constat, ꝙ non est ibi aliquod opus miraculi: quia Deus non concurrit cum dæmonibus miraculosè operando ad approbandum eorum errores, cū semper intendant decipere homines, vt inducāt ad malum: ergo possunt ipsi viribus suis talia facere. Itē patet, ꝙ dæmones possint talia facere: quia Apostolus. 2. ad Thessa c. 2. dicit de Antichristo ꝙ aduentus eius est secundum operationem Satanę in omni virtute, & signis, & prodigijs mendacibus: ergo Satanas potest facere signa mirabilia, quæ hominibus appareant, quanquam secundum veritatem non sint: & tamen ad istam apparitionem oportet, ꝙ ipsi forB ment corpora de aere, vel de vaporibus terreis condensando illos, & inducendo aliquos colores: ergo possunt Dæmones virtute sua talia facere. Itē patet hoc, quia Dionysius dicit de dæmonibus, & angelis, ꝙ materia corporalis seruit eis ad nutum. i. possunt fabricare in illa quidquid volunt: ergo poterunt fabricare corpora talis, vel talis figurę. Item patet hoc: quia id, quod naturaliter efficitur, poterit effici ꝑ angelos, & dæmones, cum ipsi cognoscant oīa secreta naturę. Videmus tamē naturaliter ista fieri, quia corpus aereum est humidum, & valde delicatum potēs pati quidquid in eo imprimatur: iō pōt rare fieri per calorem, vel condensari ꝑ frigus: nam videmus aerē grossiorē esse in hyeme, q̄ in vere, & hoc siue acciC piamus aerē propriè pro elemento, siue pro vaporibus, & exhalationibus surgentibus de terra, & aqua ad regionem aeream, quas vulgariter loquentes, aerem vocamus, licet non sint. De istis enim generantur nubes, & pluuię, & nebula, & caligo, & nix, & grādo, & pruina, & omnia alia entia meteorica. Sicut ergo ista naturaliter cōdēsant̄, ita vt sint visibilia: ita pñt opere dęmonū, & angelorū ꝯdēsari efficaci⁹, ita vt non solum sint visibilia, sed etiam palpabilia: cum ipsi possint alia naturalia agentia applicare, per quæ condensatio velocius fiat, & intensius. Quòd autem forment corpora ad talem, vel talem figuram, vt hominis, vel equi, vel currus, non requiritur aliqua potestas supernaturalis, vel naturalis, sed solum ars quęD dam. Nā cum materia aerea, vel vaporum, aut exhalationū naturaliter condensabilis sit, pōt condensari, & accipere istam, vel illam figurā: & non requirit̄ ad inducendā talē, vel talem figurā aliqua potestas, sed sola scientia formādi figurā: sicut patet in arte figulorū, & statuariorū. Nā terra lutosa de se formabilis est ad quancunq; figurā: iō sola peritia figuli requirit̄ ad taliter, vel taliter formandū. Sic ēt in statuarijs est, & in cęsoribus lapidū: sed angeli hñt oēm artē, quā hoīes habeant, perfectius, q̄ sit in hoībus: ergo poterunt formare qualescunq; figuras voluerint de aere: & ex hoc sequit̄ id, quod aliqñ vī. s. ꝙ qñ apparent aliqui sancti, vel angeli, vel dæmones, & loquūt̄ hominibus, apparēt in formis pulchrioribus, quàm E sint inter nos: quia lineamenta illorum corporum aereorum fiunt ad voluntatem ipsorum: ideo poterunt facere figuras pulchras quantū voluerint, ita vt homines videntes admirentur: quia nunquam tanta pulchritudo in hoc seculo apparuit. De colore autem, quòd sit color igneus, vel alterius modi in corporibus illis apparentibus non est miraculum aliquod: quia naturaliter fit. Nam color sequitur naturaliter in corporibus mixtis: ideo secundum diuersitatem mixtionum apparent diuersi colores: ideo cum angeli, & dæmones possint condensare corpus aereum multum, vel paucum, & ad quēlibet gradum mixtionis sequatur aliquis gradus diuersus, siue in specie coloris, siue in intensione, & remissio-

missione: poterunt producere qualescunque voluerint colores ĩ corporibus, quę de aere formauerint. Simile patet in nubibus: quia quædam sunt ualde albæ, aliæ valde nigræ, aliæ rubeæ, & diuersorum colorum, secundum ꝙ sunt diuersæ mixtiones vaporũ, & exhalationum, ex quibus nubes illę generantur. Aliqualiter etiam patet in iride, vbi sunt diuersi colores, quanquam ibi non solum diuersa mixtio causet diuersum colorem, sed potissimè diuersa reflexio radiorum solarium: non est ergo miraculum aliquod talia corpora facere: quia etiam homines facerent illa, si scirent secreta naturæ, sicut nouerunt dęmones, & angeli: & possent ire ad quancunque partem regionis aereæ, vt inde assumerent materiam cito formabilem ad figurã, & colorẽ quẽ ipsi vellẽt.

An currus, & equi ignei denuo apparuerunt, an prȩexisterent ante quàm viderentur à puero Elisæi.
Quæstio XIII.

QVAERETVR vlterius, de istis equis, & curribus igneis, an essent in monte in circuitu Elisæi priusquam puer Elisæi videret illos, vel nouiter apparuerint. Respondendum, ꝙ illi currus, & equi non erant ibi prius: sed tunc nouiter apparuerunt, & post modicum cessauerunt ibi esse. Vnde dicendũ ꝙ isti currus, & equi non fuerunt formati, nisi oratione Elisæi: quia ipse volebat consolare puerum, & nõ poterat aliter, nisi ostenderet ei se habere plures auxiliatores quàm impugnatores: ideo orauit Dominum, vt ostenderet illi puero multitudinem auxiliatorum: & quia non poterat ille videre, nisi essent corpora colorata apparentia, ostendit Deus multitudinem curruum, & equorum igneorum, vt puer consolaretur. Quod autem non essent ibi prius, apparet: quia sibi fuissent, essent ad aliquam vtilitatem. s. vt pugnarent contra hostes, & conuerterent eos in fugam aspectu suo terribili: sicut fuit de equite, & de equo, qui apparuit in tẽplo Domini in Ierusalẽ, quãdo iuit illùc Eliodorus ad accipiẽdum thesaurũ, qui erat in templo: & apparuit ei ille equitans terribilis, & percussit eum: vt patet. 2. Macha. 3. & tamẽ isti currus, & equites non videbanẽ, nec potuit iste puer videre illos, nisi precibus Elisęi: ideo vr̃, ꝙ non erãt ibi prius, nec postea fuerunt. Secundò patet, quia si fuissent ibi angeli in adiutorium, non habuissent currus igneos, & equos igneos: quia ista nõ proficiunt ad pugnãdũ, cum sint corpora aerea mollia, quæ vix palpari possunt: sed si angeli pugnaturi essẽt sine aliquo corpore formato pugnarẽt. Itẽ dato, ꝙ Deus mitteret angelos ad adiuuandũ Elisęũ: non oportebat, ꝙ essent multi angeli: quia vnicus angelus posset quasi subito subuertere omnia castra Syrorũ, & occidere oẽs: sicut vnus angelus Domini in vna nocte ꝑcussit centum octoginta quinq; millia virorum in castris Assyriorum sub rege Senacherib, infra 19. & Isa. 27. Nec obstat siquis obijciat de dicto Christi: cum dixit Petro percutienti gladio: An putas, ꝙ nõ possum rogare patrem meum, & exhibebit mihi modo plus, q̃ duodecim millia Angelorum. Math. 26. Quia ibi nõ dixit, ꝙ ipse pro tot oraret, nec oporteret, ꝙ tot mitti sibi oraret: sed dixit ad significandam potestatem Dei. s. ꝙ nõ solũ posset ei dare vnũ angelũ ad defensionẽ, sed ẽt plusquã duodecim legiones, & sic dixit: exhibebit mihi modo. i. poterit exhibere. Quartò patet: quia Deus non mitteret angelos formantes corpora de aere, vt essent in circuitu Elisęi ad defendendum eum, nisi fortè illi angeli aliquid facturi essent ꝯ Syros: constat tamen, ꝙ nihil fecerunt: ergo Deus nõ misit illos, quia Deus nihil superfluè agit, cum su-

E perfluum repugnet ordini perfectissimo. Nec põt aliquis dicere, ꝙ q̃q̃ nihil fecerunt ꝯ Syros, tamẽ missi sunt, vt si expediret aliquid agere, facerent, pugnãdo realiter contra Syros. Nã ista cautela ad homines ꝑtinet, qui nesciunt, quid futurum sit: & iõ sępe se pręmuniunt, vbi non erit necessarium: Deus tamẽ nouerat, an angeli aliquid facturi essent ꝯtra Syros. s. an expediret aliquid facere, & tamen nihil expediuit fieri angelos contra Syros: vt postea patuit: ergo nõ missi fuerunt angeli aliqui, qui starent in circuitu Elisæi ad defendendum eum. Quintò patet, quia dato, ꝙ opus esset angelos adiuuare Elisęum cõtra Syros, tamen non mitterentur vsquequo pręsentia eorum esset necessaria: & tamẽ nunc quando apparue-
G runt isti angeli in curribus, & equis non erat necessaria pręsentia eorum ad adiutorium Elisęi ꝯ Syros: iõ nõ stabãt ibi prius, sed solũ tũc apparuerũt ad cõsolationẽ pueri Elisæi, & sic dicẽdũ, ꝙ dũ Elisęus orabat Dñm, vt ostẽderet puero adiutores suos, angeli formabant de aere corpora quędã, q̃ postea apparuerũt ĩ similitudine curruũ, & equorũ cõpleta orone.

Oculi pueri quomodo aperti sunt ad videndum currus, & equos, & an naturaliter poterat videre illos. Q. XIIII.

QVAERETVR vlterius, quomodo Deus aperuit oculos pueri huius. Et vr̃, ꝙ nullo mõ aperuit, quia uel angeli apparere debebant illi in substan-
H tia sua, non assumptis corporibus, uel assumptis quibusdam corporibus. Si primo mõ non poterat puer videre angelos, dato, ꝙ Deus aperiret oculos eius. Si aũt secundo mõ, nõ oportebat, ꝙ Deus aperiret oculos eius, quia naturaliter uidere poterat corpora illa formata de aere in similitudinẽ curruum, & equorũ. Aliquis dicet, ꝙ Deus aperuit oculos pueri huius ad uidendum angelos. s. qa angeli nõ poterãt uideri naturaliter, & per grãm, uel bñficiñ à Deo collatũ, factum est, ꝙ iste puer posset uidere illos. Sed dicẽdũ, ꝙ nõ stat. Primo, quia quãtuncũq; Deus aperiat oculos alicuius, impossibile est, ꝙ uideat angelos in substantia sua: nam angelus est substantia incorporea, & incorporeũ nõ põt uideri: rõ huius est, quia licet De⁹
I possit potentiam uisiuã alicuius perficere, ut uideat remotius, q̃ aliquis homo, & distinguat valde oĩa, q̃ viderit, tamen non põt facere, ꝙ videat id, quod est extra obiectum visibile, sicut non põt facere, ꝙ homo videat vocem, vel ꝙ audiat colorem, sed obiectũ visibile solũ est color, vel lux, ergo quod non est color, vel lux, vel coloratum, vel lucidum non põt videri: incorporea tamen non sunt lucida, nec colorata: quia lux, vel color sunt in superficie corporis, angelus autẽ est incorporeus: ergo impossibile est eum videre. Item oĩs visio fit per pyramidẽ radiosam cuius conus est in oculo, & basis est in re visa: ut probatur in principio perspectiuę cõis, & etiam per Alacen. i. lib. Perspectiuę, basis tamen piramidis est sup-
K ficies quędã, sed sup̃ficies ñ est nisi ĩ corpore, ergo necesse est id, quod ur̃ esse quantũ, sed angeli non sunt quanti, qa sunt incorporei: iõ impossibile est eos uideri si nõ assumat corpora. Item patet, ꝙ nõ uiderit angelos: quia Elisæus orauit, ꝙ Deus aperiret oculos pueri huius, & dr̃, ꝙ aperuit, & uidit, & ecce mõs plen⁹, cur mi, & equorũ igneorũ: ergo puer nõ uidit nisi currus, & equos, & equites, & oĩa ista erant corpora. Dicẽdũ aũt, ꝙ De⁹ aperuit oculos pueri, nõ tñ ad uidendũ angelos, sed solum ad uidendũ currus, & equites: ut patet in lr̃a. Et cum obijcit̃, ꝙ naturaliter poterat uidere ista, & nõ oportebat, ꝙ Deus aperiret sup naturalr̃ oculos eius: rñderi põt dupliciter: uno modo, ꝙ licet illa corpora formata essent in circui-

tu

tu Elisæi ad similitudinem curruum, & equorū: tamen non poterant contemplari naturaliter ab aliquo oculo, & hoc propter subtilitatem suam, vt potè, si aer parum condensatus: nam tunc non posset terminare visum. Sic.n. apparet de aere simplici, & de igne in sphæra sua: quia licet ista sint corpora, tñ non possunt videri propter magnam raritatem, quādo vero fit magna condensatio, efficiuntur corpora visibilia, sicut patet in nubilibus, & nebula, quæ fiūt ex vaporibus & exhalationibus prius nō visibilibus: cum vero ingrossata fuerint, videntur. Sic autem poterat esse hic, ꝙ figurę curruum, & equorum igneorum fierent de aere modicè condensato, qui nō posset videri ꝓpter suam subtilitatem: ideo oportebat, ꝙ ad hoc, ꝙ puer posset videre, Deus daret maiorem perfectionem potentiæ suæ visiuæ, vt permutaret̄ à minori visibili, & sic dicebatur aperire oculos eius. Aliter potest dici, ꝙ Deus aperuit oculos pueri non dando ei aliquam perfectionem maiorem in oculis, sed apponendo aliquid, quod videret.s. qđ ante hoc non erant aliqui currus ignei, vel equi, quos videre posset puer: ideo non videbat, & dicebantur oculi eius clausi: cum autem Deus fecit apparere equos, & currus in monte, vidit eos puer, & tunc dicunt̄ aperti oculi eius, & ista secunda est vera positio.s. ꝙ non fuerit data aliqua virtus oculis pueri: & tunc dicendum, ꝙ non solum aperuit Deus oculos pueri, sed etiam oculos Elisæi: quia Elisæus non videbat ante hoc currus, nec equos, sicut nec puer cum nulli essent, sed non dicitur, ꝙ Deus aperuit oculos Elisæi, sicut oculos pueri: quia ad consolationem pueri necesse erat, ꝙ aliquid videret, aliàs non putaret se posse euadere de manibus hostium: & tamē dato, quòd Elisæus, nō vidisset currus, nec equos sciebat Deum esse adiutorem suum: ideo non referebat, ꝙ uideret currus, & equos, vel ꝙ nihil videret: & sic non orauit, ꝙ aperirentur oculi sui, sed solum, ꝙ aperirētur oculi pueri. *Porro Elisæus.* Hic ponitur secundum huius partis.s. aduersariorum digna excęcatio: nam excæcauit illos Deus, ita vt non cognoscerent Elisæū, nec locum, in quo erant: & dicitur. *Porro Elisęus orauit Dominum, dicens.* s. quando venerunt hostes ad Elisæū, orauit Dñm contra illos, dicens. *Percute obsecro gētem hanc cęcitate.* s. ꝑcute oēs Syros cęcitate, vt nō cognoscerēt ipsum, nec caperēt. *Percussitq; eos Dominus iuxta uerbū Elisęi.* s. excęcauit eos, & non cognouerunt eū.

Syri excę cati à Dño non co gnoscerēt Elisæum.

Cęcitas, qua percussi fuerunt Syri, an fuerit vera.
Quęstio XV.

1. Ratio.
2. Ratio.
3. Ratio.

QVAERETVR quomodo fuit ista cęcitas inducta à Deo in viris istis: & an fuit cęcitas vera, vel quid fuit. Aliquis dicet, ꝙ fuit vera cęcitas, qa Elisæus orauit, vt percuteret Dñs gentem cęcitate. Item dicitur, ꝙ percussit eos Dñs, ne viderent: ergo erant cæci. Item dr̄. inf. ꝙ Elisæus orauit Dñm, dum esset in Samaria Dñe aperi oculos istorū, vt videant: & dr̄, ꝙ Deus aperuit oculos ipsorū, & viderunt, ergo prius erant cęci. Rñdendū, ꝙ ista non fuit vera cęcitas, ita vt carerent potentia visiua, sed quædā alia excęcatio largè dicta: qđ patet, quia postq̄ Deus percussit cęcitate istos viros ipsi locuti sunt ad Elisæū, vt ostenderet eis locum, in quo erat Elisæus, & dixit eis Elisæus: non est hæc via, nec ista est ciuitas.i. non est ista ciuitas, in qua est Elisæus: nec est ista via, per q̄ debetis eū inuenire. Si tamen illi essent verè cęci, nō quærerent ab Elisæo, vbi erat Elisæus: vel dato, ꝙ ipsi non quærerent, non loqueretur eis Elisæus: quia nihil sibi proficeret: iō non erant excęcati, ita vt carerent potentia visiua, sed videbant. Secundò patet, qa

Confutatio.

A post excęcationem Elisæus dixit eis: sequimini me, & ostendam vobis virum, quem quæritis: sit tñ ipsi essent excęcati omnino, nō possent videre virū, quē quærebant: ideo non diceret eis Elisæus: ostendā vobis virū. Vel dato, ꝙ Elisæus loqueretur eis volendo sibi illudere: tamen si ipsi essent verè excęcati, nō curarent de verbis Elisæi, scientes se non posse videre virum, quem quærebant: ergo non erant cęci. Tertiò patet, quia Elisæus dixit eis, ꝙ sequerentur eum, & secuti sunt illum, duxitque eos in Samariam: si tamen fuissent cęci, non potuissent illùc ire: quia non vidissent viam, nec aliquid, & oportuisset, ꝙ quilibet illorum portaretur ab aliquo directore: nullus tamen præcedebat eos, nisi Elisæus, & puer suus: ergo **B** ipsi videbant. Quartò patet, quia dato, ꝙ possent portari ab aliquo directore: tamen ipsi iam nolent ire ad locum, in quo erat Elisæus: quia nullo modo potuissent tenere eum, cum non viderent ipsum Quintò patet, quia si isti verè fuissent excæcati, sciuissent se miraculosè à Deo excæcatos, & hoc, quia volebāt tenere Elisæum, qui erat vir sanctus: ideo iam nō inquirerent ipsum ad capiendum, sed potius orarent pro sanitate sua, & confiterentur peccatum suum. Dicendum ergo, ꝙ non fuerunt isti excæcati, ita ꝙ nihil omnino viderent, nec etiam fuit diminuta in eis virtus visiua, nec quidquam passi sunt in oculis, sed solum patiebantur in intellectu, vel in phantasia. Pro quo sciendum, ꝙ cęcitas, quam Deus solet **C** inducere, secundum, ꝙ in scriptura legitur, est duplex. Prima est, quæ vocatur acrisia, vel aorisia: & ista est passio quædam secundum, quam habet quis oculos apertos, & videt clarè omnia, quæ in conspectu eius sunt: illud tamen solum, quod inquirit quāquā in conspectu eius sit, non videt: & qui sic patiuntur non putant se aliquid pati, sed rectè omnia videre: & tamen putant, ꝙ id, qđ inquirunt, non est coram eis. Alio modo inducitur cęcitas à Deo, secundum quā habens oculos apertos omnia videt clarè, quæ in circuitu eius sunt, & etiā ipsum quod quærit videt clarè: sed non cognoscit, & nihil eorum, quæ videt, iudicat esse illud, quod est: & ista vocatur amentia quędā, vel furor: & differt inter istas duas cęcitates: qa ꝑ **D** primā eorū, licet non sit aliquis defectus luminis in oculo, tamē aliqua passio est in oculo, in quātū ea, q̄ īquirimus, & pręsentia sunt, videre nō possumus. In secūda cęcitate nulla passio est in oculo: qa clarè videmus oīa, q̄ corā nobis sunt, tā id, qđ quęrimus, quā qđ nō quærimus: & tñ nihil eorū cognoscimus: ideo est solū passio ista in intellectu, vel in phantasia. Prima istarū fuit in Sodomitis, q tota nocte circuierūt ostiū domus Loth, & nō inuenerunt illud: qa angeli percusserant eos cęcitate. Gene. 19. & illa vocat ab Augustino acrisia. 22 de ciuitate Dei. Secunda autē fuit in viris istis.s. amētia quædā, quia ipsi inquirebāt Elisæum, & videbāt eum corā se, & loquebant̄ ei, & ipse dirigebat eos: tñ nō putabant illum esse Elisæū, **E** cū prius eum benè cognoscerent: nā si nō cognouissent eū prius, nō fuisset aliqđ miraculum, nec oportuisset eos percuti cęcitate ad hoc, ꝙ nunc cognoscerent ipsum. Et videbāt ipsi ciuitatē Dothain, & cognoscebāt eā prius: quia ipsi ꝑ noctē venerāt, non indigentes aliquo directore: & tamē nūc, qñ ꝑcussit eos Deus cęcitate, non cognoscebant vrbē, putātes nō esse Dothain. Vnde Elisęus, dixit eis: non est hæc via, nec ista est ciuitas: seqmini me, & ostēdā vobis virū, quē quæritis. Sic ēt qñ accesserunt ad vrbē Samariæ videbant illā, sed non putabant esse Samariā quousq; Elisæus orauit, ut Deus aperiret oculos eorū: & tunc uiderūt se esse in medio Samarię. Sodomitę tñ non videbant ostium domus Loth: & non dicitur,

Respōsio.

Cęcitas, q̄ Deus solet inducere, est duplex.

ꝙ nõ cognoſcebant:ergo alius modus cęcitatis erat ille,quàm iſte.ſ.ille erat acriſia,& iſte erat amentia. De iſto ſecundo patet Deu.28.vbi amentia vocatur cæcitas,cùm dicitur: percutiat te Dominus amẽtia, & cæcitate,ac furore mentis,& palpes in meridie,ſicut palpare ſolet cæcus in tenebris, & non dirigas vias tuas. Et iſto modo Syri non putabant ſe aliquid pati,cum omnia viderent,& ſequebantur Eliſæum.

Ad 1. rationẽ in cõ. Ad primam rationem in cõtrarium cum dicitur: percute gentem iſtam cęcitate,dicendum,ꝙ accipitur cęcitas non pro excęcatione, ſed pro amentia, vel furore mentis,ſicut patet Deut.28.

Ad 2. Ad ſecundam dicendum,ꝙ percuſſit Deus Syros, vt non viderent.i.vt non cognoſcerent id, quod videbant: & iſtud eſt tanquam ſi nihil viderent, quia ſenſu viſus egemus,vt rerum differentias nobis oſtẽdat,ideo eum plus cęteris diligimus,quia plures rerum nobis differentias oſtendit, vt ait Ariſt.1.Meta. habere ergo viſum,& nullam differentiam rerum ꝑ illum cognoſcere,eſt tanquã nullum viſum habere.

Ad 3. arg. Ad tertiam cùm dicitur,ꝙ aperuit Deus oculos eorum,cum eſſent in Samaria, & viderunt ſe eſſe in medio Samariæ,non dicitur id,ꝙ verè hi oculos apertos non haberent, & Samariam non viderent, ſed quia videbant,& non cognoſcebant,dicebantur habere oculos clauſos:cum verò viderunt,& cognouerunt,dicuntur habuiſſe oculos apertos.

Eliſæus quare voluit Syros excęcari. *Quęſt. XVI.*

QVAERETVR vlterius, quare Eliſæus voluit,ꝙ Deus excæcaret gentem iſtam, & cur Deus illam excęcauit. Dicendum,ꝙ fuit propter multa. Primum fuit ad liberationem ipſius Eliſæi:nam ipſe erat in manibus eorum,ſi cognouiſſent eum,tenuiſſent vinctum,niſi liberaſſet eũ Deus miraculosè. Et ſicut debebat Deus oſtendere aliq̃d genus miraculi ad liberationem Eliſæi,voluit oſtendere iſtud,quia conueniens erat. Sic enim Chriſtus liberauit ſe de manibus eorum,qui volebant eũ pręcipitare de vertice mõtis, quia vel percuſſit eos amẽtia,vel fecit ſe inuiſibilem: & ſic tranſiuit per mediũ illorum,& non videbant eum:vt patet Luc.4. Iterũ quoque cum vellent eum lapidare Iudæi,quia dixit ſe priorem eſſe Abraam, abſcondit se coram eis,& exiuit de medio ipſorum. Io.8. Iterum etiam fecit ſic,cum vellent eum denuo lapidare.Io.10. Secunda cauſa excęcationis Syrorum fuit ad oſtendendam gloriam Dei.ſ.vt ipſi viderent,ꝙ Deus Iſrael poterat omnes illos ſubito occidere, vel tradere in quęcunque pericula,ſicut nunc cum excæcauit eos,& tradidit in manus hoſtium,&occidiſſent eos,niſi propter Eliſæum.Tertia cauſa fuit propter vtilitatem Iſraelitarum, ſcilicet, vt Syri videntes benignitatem, & clementiam Iſraelitarum, nolẽt aduerſari eis: & ſic factum eſt,quia cùm fuiſſent in Samaria,& potuiſſet eos occidere rex Iſrael,& non occidiſſet,ſed pauiſſet eos abundanter,,& remiſiſſet eos in Syriã, cõpuncti corde non venerunt poſtea ad infeſtãdã terrã Iſrael: ſic dr̄ inf.& vltra:non venerunt latrones Syrię in terrã Iſrael. Dixit aũt ad eos Eliſęus:non eſt hæc via,nec iſta eſt ciuitas.Cũ excęcati eſſent, & ſciebat Eliſæus, ꝙ iã nõ cognoſcebãt ea,quæ videbant,voluit eos fallere ducẽdo in Samariã,& dixit: nõ eſt iſta via, ꝑ quã debetis ire ĩ vrbẽ Dothain,nec ẽ iſta ciuitas Dothain q̃ vos quæritis. Subintelligendũ eſt,ꝙ Eliſæus nõ negauit Eliſæum eſſe in Dothain,quia hoc audiuerant Syri prius,q̃ venirent ad obſidendã vrbẽ,& ſi nũc Eliſæus negaret eſſe Eliſæũ in Dothain, poſsẽt illi ſuſpicari aliqd mali.ſ.ꝙ ille fallere vellet eos,dato,ꝙ non

F ſcirent eũ eſſe Eliſæũ, & nolẽt ſequi ipſum: iõ vt ſequerent eũ confeſſus eſt Eliſæũ eſſe in Dothain, ſed dixit, ꝙ nõ erat illa ciuitas Dothain,nec erat illa via per q̃ ire illùc deberent.(Sequimini me, & oſtẽdam vobis virũ,quẽ quæritis.) Dixit Eliſæus illos neſcire viã ad vrbẽ Dothain,ad hoc,ꝙ ſequerent eũ,& poſſet eos ducere in Samariã,vbi erat rex Iſrael.Et dixit oſtendã vobis virũ,quẽ quæritis:nã poſtea in Samaria oſtendit ſe eis:quia tunc viderunt eũ,& cognouerunt:prius aũt videbant,& nõ cognoſcebãt. (Duxit ergo eos in Samariam) Intelligendum eſt, ꝙ Samaria erat ciuitas propinqua vrbi Dothain ita, ꝙ pſiciſcẽdo de Dothain in Samariã:nõ egebãt cibo,nec potu ꝑ breuitatẽ viæ.*Cunq; ingreſſi fuiſſent Samariã.* Introduxit eos Eliſæus in Samariã:& ipſi videbãt ſe introire,ſed neſciebãt eſſe Samariã: putabãt.n.eſſe vrbẽ Dothain.*Dixit Eliſęus:Domine aperi oculos iſtorũ,vt videant.*ſ.quia erãt ꝑcuſſi amẽtia nõ poterãt cognoſcere illã eſſe vrbẽ Samariã, niſi Deus tolleret amentiã illã, & reſtitueret eos priori ſtatui, & tunc ipſi viderẽt,& cognoſcerent. Erat aũt expediens,ꝙ iã iſti cognoſcerent vbi erãt:quia aliàs licet fuiſſet miraculũ, ipſi nõ cognouiſſent illud,& nõ ꝓficeret quãtũ ad illud, qđ Deus intendebat cauſare ex illo miraculo. *Aperuit Dominus oculos eorũ.*ſ.abſtulit eis cęcitatẽ cordis,& amẽtiã. *Et viderunt ſe eſſe in medio Samarię.*i.cognouerunt ſe eſſe in Samaria:nã ante hoc videbãt Samariã,& ꝙ introirent in illã:& tñ neſciebant illam eſſe Samariã,ſed potius putabant eſſe vrbem Dothain.

An Eliſæus mentitus fuerit, & peccauerit, dicendo: non eſt hæc via, ſequimini me, &c. *Quæſt. XVII.*

QVAERETVR, an Eliſæus mentitus eſt, & peccauerit, dicendo:non eſt hæc via, nec iſta eſt ciuitas,ſequimini me,oſtendam vobis virum, quem queritis. Et vr̄,ꝙ mentitus fuerit:quia Syri inquirebant ciuitatẽ,in qua erat Eliſæus:& tñ illa, quæ erat corã eis,erat ciuitas,in qua erat Eliſæus,& illa, ꝑ quã venerat,erat via:dixit tñ Eliſæus:non eſt hæc via,nec iſta ciuitas.Etiã Eliſæus erat corã eis:& tñ dixit:oſtẽdã vobis virũ,quem quæritis:in quo innuebat,ꝙ nõ erat tũc corã eis vir,quẽ querebant. ſed falſum erat. Rñdet Nicolaus,ꝙ non mentitus eſt Eliſæus:quia dixit:non eſt iſta ciuitas.ſ.in qua ſolet habitare Eliſęus, & dicit,ꝙ domus ſua erat in Samaria:qđ patet, quia præced.c.dixit puella hebræa ad vxorẽ Naaman:vti nã fuiſſet Dñs meus ad prophetã,qui eſt in Samaria, ſ.ad Eliſæũ:ergo ibi morabat̃. Etiã infra in litera dr̄: Eliſæus aũt ſedebat in domo ſua: & tñ ibi dr̄ de ciuitate Samariæ: vt patet ex litera:ergo ibi erat habitatio principalis,& ſic verũ dixit:nõ eſt iſta ciuitas.ſ. in qua habitare ſolet Eliſæus. Sed iſtud vr̄ eſſe nimis alienũ,nec eſt ſufficiens ad excuſandũ mendaciũ: qa Syri non petebant,quis erat locus, vbi habitabat Eliſæus principaliter, ſed vbi erat nunc Eliſæus, vt caperent eum: & tamen ipſe erat apud ciuitatem Dothain,& in via eius: ideo falſum erat dicere: non eſt iſta ciuitas, nec eſt iſta via. Potiſſimè quia in iuramẽtis,vel promiſſionibus verba debent intelligi ſecundum intentionem eius,cui iuratur, vel promittitur aliquid,vel ſaltem debent reduci ad communem intelligentiam,& nunquam debent intelligi in ſenſu, quem facit ille,qui promittit,vel iurat,niſi in quantum intentio ſua apparet ex verbis: quia aliàs nunq̃ teneretur aliquis ex promiſſione,nec ex iuramento: qa poſſet dicere intellexi taliter,vel taliter:& ſic oẽs, quibus fiunt promiſſiones, & iuramenta, fallerẽtur, & cõtractus omnes irritarentur:ſed iſtud eſſe abſurdiſſimum conſtat: tamen iſta verba Eliſæi.ſ.non eſt hęc

G, H, I, K (marginal section letters); right margin: Reſp. Nicol. tollitur.

hæc via, nec iſta eſt ciuitas, non erant vera in ſenſu, quo accipiebant ea Syri: quia illi intelligebant, quòd non erat illa ciuitas, in qua erat Eliſæus, ſed in alia nunc manebat, & illùc ibant ad inquirendum eum. Etiam iſta verba falſa erant ſecundum communem intelligentiam, quia propoſita quæſtione Syrorum, & viſa reſponſione Eliſęi omnes audientes iudicarent, ꝙ Eliſęus nõ erat in vrbe illa, ſed in aliqua alia, & ſic non ſunt vera verba. Aliter põt dici, & melius, ꝙ Eliſæus reſpondit aliqualiter ad intentionem Syrorum, licet non omnino: nam ipſi quærebant, vbi erat ciuitas, in qua Eliſæus manebat, vt poſſent eum tenere. Reſpõdit eis Eliſæus: non eſt hæc via, nec iſta eſt ciuitas. i. non eſt iſta ciuitas, in qua inuenietis Eliſæum: nam licet ibi tunc eſſet, non erant inuenturi eum ibi, ſed poſtea in Samaria: & in hoc reſpõdebat ad intentionem ipſorum: quia ipſi inquirebant locum, in quo poſſent Eliſęum capere: ſed illa nõ erat ciuitas, in qua poſſent eum capere, vel cognoſcere. Etiam dixit: non eſt hęc via. ſ. per quam poſſitis capere Eliſæum, ſicut veniebant ipſi ad capiendum eum: quia in tota illa via nunquam cognituri erant eum. Etiam dixit: oſtendam vobis virum, quem quæritis. ſcilicet, licet ſit præſens vobis, non cognoſcitis eum nunc, ſed ego poſtea eum vobis oſtendam. Iſto modo poſſent ſaluari aliqualiter verba Eliſæi in veritate. Et tamen magis videtur dicendum, ꝙ mentitus fuerit: & tamen mendacium illud fuerit officioſum, vel non reputatum eſt mendacium: quia illud dicebat Eliſęus, Deo incitante ad hoc, ꝙ manifeſtaretur gloria Dei per oſtenſionem iſtius miraculi. Nã quãtum ad liberationem ſuam non oportebat, ꝙ mentiretur Eliſæus: quia ex eo, ꝙ illi excæcati erant, & non cognoſcebant eum, poterat ipſe euadere, & nõ oportebat, ꝙ mentiretur: & tamen vt oſtenderetur gloria Dei ducendo illos in Samariam, & oſtendendo eis cęcitatem ſuam à Deo cauſatam: Dixit eis Eliſæus: non eſt hæc via, nec ciuitas.

Syri quare ſic excęcati volebant ſequi Eliſęum. Quæſtio XVIII.

QVAERETVR vlterius, cum iſti Syri excęcati eſſent. ſ. ꝙ non cognoſcebãt ea, quæ videbãt, quare volebant ſequi Eliſæum. Reſpondendum, ꝙ ſicut dictum eſt ſupra, iſti non paſſi ſunt aliquid in oculis, ſed ſolum in phantaſia, & intellectu: quia nõ cognoſcebant res viſas ſicut prius, & putabant, ꝙ illa ciuitas, quæ erat coram eis, non erat Dothain, & ille homo, qui loquebatur eis, non erat Eliſæus, ſed credebant ꝙ ipſi errauerant in via, & non venerant ad vrbem Dothain: ideo nunc putabat ꝙ ille homo, qui loquebatur eis, duceret eos in Dothain, & non ſuſpicabantur ſe falli ab illo. Nam ſi ipſi ſcirent ſe decipi, & non cognoſcerent, ſicut prius, non eſſent percuſſi amentia, & cęcitate cordis, ſed ſolum eſſet aliquis defectus in oculo.

Eliſæus quare duxit eos in Samariam, & non in aliam ciuitatem. Quæſt. XIX.

QVAERETVR vlterius, quare Eliſæus duxit viros iſtos in Samariam potius, q̃ in aliã vrbẽ. Rñdendũ, ꝙ hoc fuit ꝑꝑ multa. Primo, quia fortè non erat alia ciuitas tam propinqua vrbi Dothain, ſicut Samaria: expediebat tñ, ꝙ Eliſęus duceret Syros in aliquã vrbem propinquã, vt in itinere non egerent cibo, & potu: quia non poſſet eis miniſtrare Eliſæus. Etiã ipſi neſcirent conuenienter procurare: qa erãt percuſſi amentia. Erat aũt Samaria propinqua,

A iõ duxit eos illùc. Secundũ fuit: quia in Samaria erat rex Iſrael, & volebat Eliſæus oſtendere iſtud miraculũ, & iõ duxit eos illuc. Tertiũ fuit, quia Eliſęus intẽdebat ꝓuidere de cibo iſtis, poſtquã aperirent̃ oculi eorũ ſicut fecit poſtea: vt ſic oſtenderet benignitatẽ ſuã ad hoſtes: & tñ non poterat Eliſæus ꝓuidere de cibo Syris alibi, q̃ in Samaria, quia erat magnus exercitus: in Samaria aũt erat rex, qui poterat illis promptè prouidere: vnde dixit ei Eliſæus: pone panem, & aquã corã eis, vt comedant, bibãt, & vadãt ad Dñm ſuum: iõ duxit eos in Samariã. Quartũ fuit ad oſtendendũ ipſis Syris miraculũ Dei, & benignitatẽ Iſraelitarũ donantiũ eis vitã, cũ poſſent eos occidere: & hoc fieri debebat, vt ſyri poſtq̃ cognoſcerent locũ, in B quo erant, viderent ſe eſſe in poteſtate Iſraelitarum, & ꝙ poſſet eos occidere ſi vellent, & nolebant. Nullus tñ locus erat, in quo iſtud poſſet demonſtrari, niſi in Samaria: quia Syri erant multi: vt patet ſupra: cũ dicatur, ꝙ miſit rex Syriæ equos, & currus, & robur exercitus: & ſi ducti fuiſſent ad aliquã ciuitatẽ paruã, q̃q̃ aperirent̃ oculi eorũ, nõ poſſent Iſraelitæ eos percutere, ſed potius ipſi percuterent Iſraelitas: nam tota ciuitas Dothain timuit eos, & non putauit puer Eliſæi, ꝙ poſſent euadere in illa. Samaria aũt erat de maximis ciuitatibus terrę Iſrael, cũ eſſet Metropolis regni illius: iõ erant ibi multi viri bellatores. Etiã erat ibi rex, & ꝑꝑ ipſum erat ibi magnus exercitus cõgregatus de toto Iſrael, cùm tũc eſſent bella inter Syriã, C & Iſrael: iõ poterant Syri occidi in Samaria. Vñ rex Iſrael qñ vidit illos dixit ad Eliſęũ: nũquid percutiã eos pater mi? & ſic videbat ſe percutere illos poſſe: & ſic Syri viderunt ſe eſſe in periculo maximo, & liberatos de illo ſola clementia Iudeorũ. Debuerũt ergo duci in Samariã potius q̃ ad aliã vrbẽ terrę Iſrael: Cũ aũt quærit̃, quare non introduxit eos Eliſæus in vrbẽ Dothain: dicendũ, ꝙ fecit ꝑꝑ iſta tria vltima. ſ. qa non erat ibi rex, & quia non poterat eis ibi ꝓuidere de cibo, & qa nõ poterãt eſſe ibi in periculo mortis.

Eliſæus quare orauit Dominum, vt aperiret oculos Syrorum. Quæſt. XX.

D QVAERETVR vlterius, quare Eliſæus orauit, ꝙ Deus aperiret oculos iſtorũ: qa nõ videbatur eſſe neceſſariũ miraculũ ad hoc, ꝙ iſti viderent. Nam non fuerant iſti priuati potentia viſiua, nec diminuti in lumine: iõ qñcunq; ceſſaret impedimentũ, poterant naturaliter videre, & nõ poneret̃ miraculũ aliquod. Rñdendũ eſt, ꝙ Deus percuſſerat Syros amẽtia cauſando in phãtaſia eorũ quãdã perturbationẽ, ſm q̃ nõ poterant cognoſcere ea, quæ videbant. Et poſtq̃ poſita fuit iſta amentia naturaliter manebat, & nunq̃ potuiſſent ſyri cognoſcere aliqd, quouſque aufferret̃ iſta amẽtia, ſed Deus illã poſuerat: iõ oportebat, ꝙ ipſe tolleret eã. & ſic orauit Eliſęus, vt aperi E ret oculos eorũ. i. vt tolleret amẽtiã de phãtaſia ſua.

An amentia inflicta Syris potuiſſet naturaliter ſanari, & quando ęgritudines à Deo inflictę hominibus poſſunt naturaliter ſanari, & quando non. Q. XXI.

QVAERETVR vlterius, an iſta amẽtia à Deo inflicta Syris poterat naturaliter ſanari. Rñdẽdũ, ꝙ Deus põt infligere homini in pœnã quicquid voluerit, & qñ inflixerit aliq̃ pęnã, vel paſſionẽ, aut illa erit paſſio, quæ aliàs naturaliter inſurgere poteſt ex cauſis naturæ aut nõ, ſicut ſunt multæ paſſiones, quas Deus poteſt cauſare ĩ nobis cum oĩs materia ſit ei in potentia obedientiali: & tñ nõ ſunt cauſę in natura ad ĩducẽdũ talẽ paſſionẽ. Si primo mõ, dicẽdũ,

quòd passiones à Deo causatæ nõ possunt sanari na
turaliter: quia sicut natura nõ habet aliquid potens
tales ęgritudines,vel passiones inducere, ita nec ha-
bet aliquid, quod possit illas passiones expellere.
Nam curatio fit ab oppositis causis; & si vnum con-
trariorum est in natura, & reliquum: ideo è contra-
rio,si nulla causa est in natura potens inducere talẽ,
vel talẽ passionem; ẽt nulla causa erit potens illã sa-
nare, si diuinitus causata fuerit. Si autẽ passio à Deo
inflicta homini habeat causam aliquã in natura, ita
ꝙ similis passio ex naturalib. principijs causari põt.
Dicẽdum,ꝙ aliquæ sunt passiones, quæ naturaliter
sunt incurabiles,vt esse surdum, & esse mutũ, & cæ-
cum, & multæ aliæ. Si ergo istę naturaliter causatæ
non possunt curari,à fortiori,nec poterũt curari si à
Deo inflictę fuerint,cum ipse fortius infligat,q̃ natu
ra causare possit. Si aũt sint passiones, quæ naturali-
ter curabiles sunt,dicẽdum, ꝙ adhuc Deus põt illas
infligere in tali gradu,in quo nõ sint sanabiles,ex eo,
ꝙ ipse intensius agere põt, q̃ causæ naturales. Si ta-
men passiones illæ causent in tanto gradu, in quãto
natura causare solet,q̃q̃ à Deo infligantur,naturali-
ter sanari poterunt,nisi fortè Deus velit,ꝙ illa ægri-
tudo sit manens: quia tunc remedia nihil prosunt.
Istud patet, quia Deute.28.dicitur: Percutiat te Dñs
vlcere Aegypti in parte corporis, per quam sterco-
ra egeruntur, scabie quoque, & prurigine, ita vt cu-
rari nequeas. Et sic innuitur,ꝙ ista multitudo plaga-
rum non esset curabilis:poterant tamen à Deo infli
gi minores plagæ, & curarentur. Secundo patet: q̃a
sanitas, quæ miraculosè inducitur, põt per causas
naturales corrumpi:ergo ęgritudo supernaturaliter
causata poterit naturaliter sanari. Patet consequen
tia, quia idem iudicium est de oppositis, s. de sanari,
& ægrotare: & tñ sanitas à Deo inducta à causis na-
turalibus corrumpitur,sicut est in omnibus illis,qui
suscitantur à mortuis,& postea per causas naturales
corrumpuntur. Sic ẽt Christus multos sanauit à fe-
bribus,sicut socrum Petri, & tñ postea mortui sunt,
& inciderunt in alias ægritudines. Non est ergo ne-
gãdum, quin plaga à Deo inflicta possit naturaliter
sanari. Sic autem erat de amentia, quam Deus infli-
xit istis Syris:quia etiam illa naturaliter poterat eue-
nire, & si sic eueniret, poterat curari: ita ergo cùm à
Deo inflicta fuisset,sanari poterat. Pro quo sciendũ,

Amentia, quid, & quo causatur.

ꝙ amentia est quędam passio cerebri,scilicet,est q̃dã
percussio anterioris cellulæ,vel partis cerebri cũ pri-
uatione imaginationis, sicut medici asserunt: & ista
vocat à quibusdam mania, & patientes vocãtur ma

Amentia quib' medicinis curatur.

niaci. Causatur autem ista passio naturaliter ex cibis
melancolicis:& aliquando ex potatione vini fortis,
quod cum exurat humores cerebri, incinerantur,&
tunc deficit imaginatio, quæ fit per species ibi existẽ
tes. Causat etiam ista passio ex accidẽtibus animæ,s.
ex tristitia magna,& ex timore,& ex solicitudine,&
studio vehemẽti. Causatur etiam ex morsu canis ra
bidi:& ex aere pestifero lædente cerebrum, & ex no
ciuo humore corrumpente. Curatur autem ista pas
sio ꝑ oppositas causas, scilicet per lętitiam magnã,
& per delectationẽ in armonia,& instrumentis mu-
sicis,& per electuaria quędam: & si ista nõ sufficiũt,
arte chirurgica curanda est passio: Et sic si Deus cau-
sasset talem amentiã in Syris corrumpẽdo in eis an-
teriorem partem cerebri, sicut fit in mania,vel amẽ
tia,naturali per ista, per quæ curatur naturalis amen
tia fuisset illa curata. Credendum est tñ,ꝙ Deus non
læserit in Syris aliquam partem cerebri ad faciendũ
eos amentes, sed manente priori cellula illæsa, pri-
uaret eos imaginatione, quod est formale in amen-
tia. Et isto dato, impossibile erat naturaliter curari

F istam amẽtiam: quia per remedia naturalia nihil fit,
nisi quòd cerebrum reducatur ad priorem dispositionem,
tionem,& non sint humores eius exusti, aut læsi,vel
infecti: & tamen in casu dato Syri habebãt cerebrũ
in dispositione sana,sicut prius,sed solũ Deus priua-
bat eos imaginatione: ideo impossibile erat talẽ pas
sionem curari: quia ibi erat passio sine causa passio-
nis:medicus tñ non curat directè ęgritudinẽ,sed tol
lit causas eius, & sic curatur:& ita credendum est de
aliis passionibus,quas Deus inducit,potissimè quan-
do sunt aliqualiter spirituales, sicut amentia, & stu-
por,& vertigo, & furor,& mania. *Dixitque rex Israel.*
Hic ponitur tertium huius partis, s. benigna hostiũ
liberatio:quia benignè actũ est cum Syris, licet ho-
G stes essent:& dicitur: *Dixitque rex Israel ad Elisæum,cùm*
vidisset eos:nunquid percutiam eos pater mi? Gauisus fuit rex
Israel, cum vidit hostes suos in manu sua, & deside-
rauit occidere illos: quia tñ Elisæus ducebat eos, nõ
ausus est percutere eos quousque iuberet Elisęus:&
dixit: nunquid percutiam eos? Vocauit autem eum
patrem: quia Elisæus erat quasi pater totius Israel,
quia ꝑꝑ eum Dñs conferebat toti Israel multa be-
neficia. *At ille ait: non percuties.* Vetuit percutere: q̃a
potius volebat, vt benefaceret eis, dãdo sibi cibum.
Nec enim cæpisti eos gladio, & arcu tuo, vt percutias. Quasi
dicat, non est iustum,ꝙ tu percutias eos: quia nõ cę
pisti ipsos in bello iusto in potestate arcus tui,& gla-
dij,vt licitè occideres eos:sed,te nihil agẽte,Deus du
H xit ipsos ad manum tuam, & non ad occidendum:
ideò non debes occidere. *Sed pone panem, & aquam co-*
ram eis, vt comedant, & bibant. Ista fuit magna benigni-
tas:quia illi erant hostes Israel,& venerant ad capiẽ-
dũ Elisæum,ipse verò,cum posset eos occidere, no-
luit,sed dedit eis cibum,& remisit eos in terrã suam,
& dixit:appone panem, & aquam: quia iste est mo-
dus eorum, qui petunt,s. ꝙ rem paruam petant, q̃q̃
intelligebant sibi magnam dandam. *Et vadant ad Do*
minum suũ. Scilicet,vt postq̃ comederint, & biberint,
recedant ad Dñm suum Benadad,& referant ei,quæ
viderũt. *Appositaque est eis ciborum magna præparatio.* Sci-
licet, quanquam petiuit Elisæus solum panem, &
aquam apponi:tñ rex fecit apponi multos cibos va-
I riarum pręparationũ,vt in hoc ostenderet regiã ma
gnificentiam. *Et comederunt,& biberunt.* Scilicet,sine ti
more aliquo, quia rex Israel securitatem eis præsti-
terat. *Et dimisit eos.* Scilicet, ꝑmisit eos abire liberè in
terram suam nihil mali eis faciendo q̃q̃ hostes essẽt.
Abieruntque ad Dominum suum. Scilicet, redierunt ad re
gem Syriæ,qui miserat eos ad capiendum Elisæũ,&
retulerunt sibi quid euenisset sibi. *Et nõ venerunt vltra*
latrones Syriæ in terram Israel. Vocãtur hic latrones illi,
qui veniebant de terra Syrię ad pugnandum, vel ad
latrocinandum, si non esset bellum publicum, vt
pote, quòd totus exercitus regis Syriæ veniret cum
ipso rege, vel sine eo ad pugnandum contra Israel.
Nam hic venerat magna pars exercitus regis Syriæ
K ad pugnandum contra ciuitatem, in qua erat Eli-
sæus: quia tamen non veniebat rex Syriæ cum to-
to exercitu suo ad inferendum bellũ publicum to-
ti Israel, dicebantur esse latrones. Et dicitur, quòd
non venerunt vltra latrones in terram Israel de Sy-
ria: quia post istud miraculum venire noluerunt,vel
non fuerunt ausi.

Rex Israel an licitè occidisset istos latrunculos.
Quæstio XXII.

QVAERETVR, an rex Israel potuisset licitè oc-
cidere istos Syros quando vidit eos in Sama-
ria; & an Elisæus peccaret permittendo eos occidi.
Respon-

Reſpondendum, ꝙ rex Iſrael aut prohiberetur ab
Eliſæo percutere ſyros, aut non: ſi prohiberetur, nõ
licebat ei percutere illos: quia ipſi fuerant ducti mi-
raculosè per Eliſæum in Samariam: ideo ſi ipſe pro-
hiberet regi Iſrael percutere eos, credere debebat
rex Iſrael, ꝙ non licebat ei percutere illos, & quòd
Deus vetaret hoc, cum Eliſęus, qui miraculosè du-
xerat eos in Samariam, iſtud prohiberet. Si autem
Eliſæus non prohiberet eum, dato, ꝙ nihil diceret,
poterat eos occidere iuſtè, & non oportebat, ꝙ ad
hoc peteret conſilium ab Eliſæo: quia ſyri erant ho-
ſtes Iſrael. Cum ergo ipſe videret eos in terra ſua ar-
matos, licebat ei percutere illos: quia non ſolum in
terra ſua poterat percutere, ſed etiam vbicunque re
periret eos: nam habens iuſtum bellum, etiam per
fraudē occidere poteſt, & lædere hoſtes; quanto ma-
gis cum nūc inueniret eos in terra ſua armatos mo-
do bellico, & ſatis apparebat ex hoc, ꝙ venirent ad
faciendum bellum, & ad nocendum terrę ſuæ: ideo
niſi Eliſæus eum prohibuiſſet, iuſtè occideret eos.
Sed obiicietur, ꝙ ēt ſi non prohibuiſſet Eliſæus, non
poterat occidere illos, quia dixit Eliſæus: nec enim
cœpiſti eos gladio, & arcu tuo, vt percutias. Ex quo
innuit, ꝙ ex hoc, ꝙ non cœperat eos gladio, & arcu,
non poterat eos occidere. Sed iſta ratio ſemper ſtat:
etiam ſi Eliſæus non vetuiſſet regi occidere illos. er-
go nullo modo poterat eos occidere. Reſponden-
dum, ꝙ poterat eos licitè occidere ex cauſa ſupra aſ
ſignata, & cum Eliſæus dixit, quòd nõ cœperat eos
arcu, & gladio, non eſt intelligēdum, ꝙ propter hoc
ſolū non poterat occidere illos: ſed eſt ſenſus, quòd
rex non cęperat eos virtute ſua, ſed Deus tradiderat
eos in manus eius, & ipſe nolebat, ꝙ occiderentur:
ideo non habebat aliquod ius rex Iſrael ad occiden
dum illos: & tamen aliquando hoſtes tradebantur
in manibus Iſraelitarum non virtute ſua, ſed Dei, &
poterant eos licitè occidere; immo ſi nõ occidebāt},
peccabant. Sic enim fuit de Ierichontinis: nā Deus
ſubuertit muros Ierichо ſubitò dans locum Iſraeli-
tis, vt intrarent ad occidendum omnes habitatores
vrbis: & tamen non peccauerunt Iſraelitę occiden-
do illos, ſed potius, ſi noluiſſent occidere, peccauiſ-
ſent, Ioſue 6. Cum ibi iubeatur, ꝙ ſinguli intrarent
in vrbem per locum, in quo erant, & occiderent ha
bitatores. Sic etiam fuit de Madianitis, quos Deus
tradidit ī manus Iſrael ſub Gedeone: turbauit enim
caſtra eorum, vt ſe non cognoſcerent, & putarēt ſe
eſſe hoſtes, ſicut nunc turbauit ſyros faciendo, quòd
non cognoſcerent Eliſæum, nec ciuitatem: & tamē
non peccauerūt, qui erant cum Gedeone occiden-
do Madianitas turbatos, ſed potius meruerūt: nam
Apoſtolus laudat eos ad Hebræos 11. Ergo etiā non
peccaret rex Iſrael occidendo iſtos. De Eliſęo autē
dicendum, ꝙ ipſe potuiſſet licitè occidere ſyros, vel
iubere, ꝙ occiderentur, niſi cognoſceret cõtrariam
volūtatem Dei. Cauſa autem eadem eſt, quę in rege
Iſrael: & tñ credendū, ꝙ Deus reuelauit Eliſæo, ꝙ du
ceret ſyros in Samariā ad oſtenſionē miraculi, & ad
gloriā ſuam: ideo vetuit regi Iſrael percutere eos.

*An, ſi Deus non iuſſiſſet Eliſæo ſeruare ſyros illæſos, teneren-
tur non nocere eis. Quæſtio XXIII.*

QVAERETVR vlterius, dato, ꝙ Deus nõ iuſ-
ſiſſet Eliſęo ſeruare illęſos iſtos ſyros, an tene-
rēt nõ nocere eis, & dare eis cibum. Aliquis dicet, ꝙ
ſic: quia ſic dicit Apoſtolus ad Ro. 12. Si eſurierit ini-
micus tuus, ciba illum: ſi ſitit, potum da illi: hoc.n. fa
ciens carbones ignis congeres ſuper caput eius. Rñ-
debit aliquis, ꝙ iſtud eſt cõſilium, & non præceptū,
A ideo non obligat. Dicet, ꝙ hoc non ſtat: qa conſilia
obligant viros perfectos, ſed Eliſæus erat vir perfe-
ctus, ideo obligaretur ad illud. Rñdendum, ꝙ nõ ob-
ligabat Eliſæus hoc facere, dato, ꝙ Deus non iuſſiſſet
illos ſeruari illæſos: quia remiſſio iniuriarum cadit
ſub perfectione, qñcunq; quis remittit iniurias ſuas:
& tñ remittere iniurias aliorū, non eſt perfectio. Sic
enim prælati ex perfectione iniurias ſuas remittere
poſſunt: & tñ iniurias factas Eccleſiæ ſuę, vel clericis
ſuis, aut dignitati ſuæ remittere non debēt: & ſi re-
mittant nõ ſunt laudabiles, ſed increpandi, quia re-
mittunt id, qđ ad eos non pertinet. Sic aūt erat nūc
de ſyris: quia ipſi nõ ſolum erāt hoſtes Eliſęi, ſed ma
gis erant hoſtes totius Iſrael: ideo ſi Eliſęus potēs oc-
B cidere eos, dimitteret illos in pace, remitteret nõ ſo
lum iniurias ſuas, ſed regni: & ēt cū poſſet proficere
regno Iſrael occidēdo hoſtes eius, nõ proficiebat: &
iſtud malū erat, cū ipſe teneretur patriæ ſuę ad pu-
gnandum pro illa: ſi autē eſſent iniurię ſolius Eliſæi,
adhuc dicendum, ꝙ nõ tenebat habita opportunita
te, dimittere hoſtes illęſos, & dare eis cibū, & potū,
quia iſtud non eſt de iure naturæ; & quando dicitur,
ꝙ iſtud erat conſilium, & obligabat Eliſęum, quia
erat vir perfectus: dicendum, ꝙ iſtud conſilium non
erat illo tpe, ſed poſtea datū eſt, ideo non obligabat.

Iniurias remittere platos quādo eſt pfectionis, & qñ non.

*An venerint latrones vltra de Syria in terram Iſrael.
Quæſtio XXIIII.*

C QVAERETVR vlterius, qūo dr̄ hic, ꝙ nõ ve-
nerunt vltra latrones de ſyria in terrā Iſrael: qa
poſtea venerunt aliq: nā immediatè dr̄ qūo venerūt
ſyri, & obſederunt Samariā. Et ēt poſtea venerunt la
trones de terra ſyriæ: qa inquietabant terrā Iſrael ſy
ri toto tpe Benadad, & Azael filij eius, & alterius Be
nadad filij Azael. Rñdendum, ꝙ nõ venerunt latro-
nes de terra Syriæ, ſicut ſolebant prius venire: qa cū
eſſent bella continua inter ſyros, & Iſraelitas, venie-
bāt ſemper aliqui de terra Syriæ ad terrā Iſrael ad la
trocinandū, & ad pugnādum, ſicut venerunt nūc ad
capiendum Eliſæū: & tñ poſt hoc fuit magnum tp̄s,
in quo nõ venerūt aliq latrones pp iſtud, qđ accide-
rat de Eliſæo: & illud, qđ in magno tpe non fit, dr̄ nū
D quam fieri. Sic.n. dr̄ Iſa. 2. de tpibus Meſſiæ non leua
bit gens ꝯ gentem gladium, nec exercebuntur vltra
ad plium: conſtat tñ, ꝙ poſt tpa Meſſię fuerunt ma-
gna bella. Sed intelligit illud de pace magna, quę in-
ducta eſt in orbe poſt tpa Meſſiæ, & durauit magno
tpe: & iſtud fuit imperante Octauiano apud Roma-
nos, & Tyberio, & Caio, & Claudio vſq; ad Neronē:
& ſic dr̄, ꝙ non exercebuntur vltra ad bellum: quia
in tpibus præteritis ſolebant eſſe bella continua, vel
nimis frequentata. Ad primam rõnem dicendū, ꝙ
iſti, qui venerunt ad obſidendū Samariam, nõ vocā-
tur latrunculi, qa veniebat hic totus exercitus Syrię
cū rege ſuo: ſed dicebant latrunculi, qñ non erat bel
lum publicū, ſed veniebant aliqui priuatim ad latro
cinandū, vel ad pugnandum. Ad ſecundam dicen-
dum, ꝙ latrunculi venerunt de ſyria in terrā Iſrael
E poſt hoc; & tamen quia non veniebant tam frequē-
ter, ſicut prius, & tranſierunt multa tempora, in qui-
bus nulli venerunt, dicuntur nunquam veniſſe.

Non leuabit gēs cõtra gētem gladiū tēpore Meſſiæ, qūo ītelligitur.

*Quare poſt hoc non venerunt tam frequenter latrunculi
de Syria. Quæſtio XXV.*

QVAERETVR vlterius, quare poſt hoc non
venerunt latrūculi de Syria in terram Iſrael,
vel ſaltem non venerunt tam frequenter. Reſpon-
dendum, quòd hoc erat pp vnum de duobus. Primū
erat pp Iudęorum benignitatem: nam ipſi cęperant
latrūculos de ſyria, & cū potuiſſent occidere eos, &

iustum esset illos occidi, cũ essent hostes publici noluerunt eos occidere, sed dederunt eis cibos tanquã amicis: ideo considerata tanta benignitate eorum, noluerunt vltrà nocere eis: quia potius erant digni beneficio, quàm hostilitate. Secundum fuit propter timorem: nam viderunt latrunculi, qui nunc missi fuerant ad capiendum Elisæum, ꝙ excæcati fuerant à Deo, ductiq; sunt in Samariam, & potuerat occidere eos ibi rex, sed noluit. Timebant igitur, ꝙ quandocunq; irent similiter excęcarentur à Deo, & traderentur manibus hostium, & tunc non remitteret eis sicut prius, quia suscepto beneficio nõ desinebãt aduersari: & ista fuit causa potissima, quia ꝓpter benignitatem iudęorum, licet aliqui mouerentur habentes corda generosa, tamen non omnes, cum nõ omnes habeant animum generosum, & accedãt beneficia. Durauit ergo timor iste magno tempore, vnde viuente Eliseo non audebant venire latrunculi propter timorem eius. *Factum est autem.* Hic ponitur miraculum vnum Elisæi ad pœnitentium consolationem. s. quia ipse prenunciauit Israelitis existentibus in fame futuram abundantiam: & diuiditur in duo, quia primo ponitur pœnitentiũ afflictio. secũdo eorum consolatio sequen. c. Circa primũ dicitur *Factum est autem post hoc congregauit Benadad rex Syriæ vniuersum exercitum suum.* Iste Benadad erat nunc rex Syriæ regnante Ioram apud Israelitas, & etiam regnauerat, dum regnaret Achab pater eius: mortuus est aũt anno quinto Iorã regis Israel: vt patet ĩ. 8. Iste aũt congregauit nunc exercitũ ꝯ Israel. *Et ascendit, & obsidebat Samariam.* Obsedit ciuitatem istam potius q̃ aliam, quia ista erat metropolis terræ Israel: & qa nunc erat ibi Ioram, & volebat capere regem Israel *Factaque est magna in Samaria.* Scilicet, quia erant obsessi fuit fames magna in vrbe. *Et tam diu obsessa est, donec venundaretur caput asini octoginta argenteis.* Scilicet, obsessio illa fuit magni temporis: ideo defecerunt omnia victualia in vrbe, in tantũ ꝙ vnum caput asini vendebatur per octoginta argenteis. i. pro octoginta siclis, qui erant moneta argentea. *Et quarta pars cabi stercoris columbarum quinque argenteis.* Cabus est nomen mẽsuræ rerum aridarum, sicut gomor, vel ephi; sicut batus, & chorus sunt etiam mensurę, de quibus Ezechiel 45. Et quare ita pars illius cabi plena stercore columbarum vendebatur pro quinque argenteis, idest pro quinque siclis.

Fames magna in Samaria.

Rex Syriæ, quare mouit bellum istud contra Israel. Quæstio XXVI.

QVAERETVR de bello isto, quod nũc factum est quare rex Syriæ mouit illud cõtra regem Israel. Respondendum, ꝙ Benadad pugnabat contra Israel à multo tempore: sicut declaratum est supra in litera, & præceden. c. Volebat autem subicere sibi terram Israel fraude, ideo disposuit ponere insidias contra regem Israel in quodã loco. Elisæus verò denunciauit regi Israel insidias esse positas in loco tali, & abstinuit se ab eo rex Israel sepius, ita vt Benadad cognosceret sibi reuelatum esse per Elisæum: misit ergo ad tenendum Elisæum, & non potuit exercitus tenere eum: vt patet supra in litera: ideo cum iã nullum remedium haberet contra regem Israel voluit manifestè pugnare, & congregauit totum exercitum suum obseditque Samariam.

Fames tam magna, quę nunc erat in Samaria vnde proueniebat. Quæstio XXVII.

QVAERETVR vlterius vnde prouenit ista fames magna, quæ erat nunc Samaria. Respondẽ F dum, ꝙ poterat prouenire ex duobus. Primo ex generali sterilitate terræ tempore illo, scilicet, quia in tota terra Israel erat fames. Hoc autem satis verisimile est, quia tempore Ioram, qui nũc regnabat, fuerũt septem anni famis in Israel; vt patet infra 8. ideo esset nunc aliquis illorum. Hoc colligitur satis rationabiliter; quia illi septem anni fuerũt intra regnum Ioram: nam eo regnante dixit Elisæus mulierem Sareptanam, ꝙ egrederetur de terra sua ad peregrinandum: quia septẽ annis futura erat fames infra octo, & post illos septem annos adhuc veniebat Iorã, eod. cap. ideo nondum trãsijssent de regno suo quinque anni, quando ista fames cœpit: quia Ioram solum regnauit duodecim annis sup. 3. & tamen mortuus est
G Benadad iste rex Syrię anno quinto regis Ioram infra 8. Et sic iam cœpisset fames in terra Israel, quando mortuus est Benadad: & tamen Benadad, circa finem vitæ suę pugnauit cum Ioram, de quo nunc habetur: ergo iam cęperat ista fames, qñ erat bellum in Samaria, & poterat esse, quòd propter illam esset tãta penuria in Samaria. Secundò potest dici, ꝙ accidit ista fames non ex aliqua penuria generali, quæ esset in tota terra Israel, sed ex diuturna obsidione, quia cum diuturna est obsidio, & est multitudo gentis in loco, necesse est citò fieri magnam penuriam, & venire homines ad cibos illicitos, sicut dixerunt serui Senacherib ad viros Ierusalem, quando erat ciuitas obsessa: Isa. 26. s. nunquid ad Dominum tuum misit
H me Dominus meus, vt loquerer omnia verba ista, & non potius ad viros, qui sedent in muro, vt comedant stercora sua, & bibant vrinam pedum suorum. Quod autem fuerit propter istam causam, & non ꝑ aliam patet, quia dicitur hic facta est fames magna in Samaria: & non dicitur, ꝙ erat fames in Israel, sed in Samaria: si tamen esset fames generalis in terra Israel, non diceretur de Samaria: ergo erat ibi solum propter obsidionem. Item patet, quia dicitur, & tãdiu obsessa est, donec venũdaretur caput asini octoginta argenteis: ergo videtur, quòd obsidio longa faciebat famem. Quod autem tunc esset aliquis de illis septem annis famis, de quibus dicitur infra 8. Nõ est inconueniens. Et tamen dicendum, quòd illa fa-
I mes nihil videbatur esse in comparatione eius, quę inducta est per obsidionem: ideo obsidio ponitur hic tanquam causa.

Caput asini venditum octoginta argenteis, quomodo intelligitur. Quæstio XXVIII.

QVAERETVR vlterius quomodo est verum, ꝙ venderetur caput asini octoginta argenteis, & si erat in magna caristia. Respõdendum, ꝙ potest dupliciter intelligi vno modo, ꝙ venderetur caput asini, i. totus asinus. Alio modo, ꝙ solum caput venderetur pro octoginta argẽteis. De primo est modus loquendi talis, quia vocamus duo capita ouiũ duas
K oues, & duo capita hominum duos hoĩes: & iste modus loquendi est sępe in veteri testamento: vt patet Exo. 16. Colligat ex eo vnusquisq; quantum sufficit ad vescendum gomor per singula capita, i. pro quolibet homine vnum gomor. Dicendum tñ, ꝙ hic accipitur solum caput asini pro ipso capite: & patet, qa hic ponitur istud ad significandum maximam famẽ: & tamen ꝙ totus vnus asinus venderet̃ pro octoginta argenteis ad comedendũ nõ erat extrema fames: ꝙ tñ vnum caput asini, in quo ferre nihil comestibile est: quia oĩa sunt ossa venderetur pro octoginta argenteis, erat maxima fames. Itẽ patet hoc ex proportione valoris capitis asini ad partem quartã cabi stercoris colũbarũ: nã illa vẽdebat̃ in fame illa, ꝑ quinq; ar-

argenteis,& ſic erat decimaſexta pars p̄cij capitis aſini: & tū ſi acciperet̄ caput aſini ꝓ toto aſino maioris valoris eſſet vnus aſinus ad comedendū in fame, q̄ decē,& ſex quāte cabi ſtercoris columbarum: ideo oportet, quòd accipiatur caput ſolùm pro capite. Dicendū etiam, quòd magni valoris erat nunc vnū caput aſini: quia valebat 80. argenteis: & quilibet ſiclus, vel argenteus, qui idem eſt erat magni valoris: nam in tempore, in quo nō erat cariſtia magna in terra Iſrael dabatur vnus aries pro duobus ſiclis, vel argenteis: vt patet Leui. 5. vbi dicitur, ꝙ pro peccato daretur aries, qui duobus ſiclis emi poterat. Valebat ergo nunc tantum vnum caput aſini, ſicut quadraginta arietes in tempore fertilitatis: ideo iſta erat grauiſſima fames.

De valore argenteorū ſicut ſiclorum.

An homines comederent de ſtercore columbarum in obſidione Samariæ, & quomodo fiebat hoc. *Quæſt. XXIX.*

QVAERETVR vlterius de quarta parte cabi ſtercoris columbarum, quę vendebatur ꝓ quinque argenteis, an verum ſit, ꝙ de ſtercore illo tunc homines comedebant. Reſpondet Nicolaus, quòd non comedebant de ſtercore. i. de fimo iam emiſſo de ventre columbarum: quia illud ſtercus, non erat comeſtibile, nec nutriret, ſed potius erat corruptiuum: ſed intelligitur de ſtercore quod erat in veſſica: quia aues iſtę habēt ibi multa grana tritici, & aliorum ſeminū integra: & dicit, ꝙ coquinarij magnorum dominorum auferebant veſſicas columbarū, & ſeparabant grana, quæ erant intra illa, & vendebant poſtea iſta per menſuram, & tunc vna quarta pars cabi valebat quinq; argenteis. Iſtud autem poterat vocari ſtercus columbarum: quia iam erat in corpore earum: & aliqualiter cęperant illa grana digeri, & corrumpi. Andreas autem dicit, ꝙ magna fames induſtrios fecit homines ad inquirendum cibos in tali re. Nam fimus columbarum eſt factus de rebus mundis. ſ. de granis tritici, & aliarum frugū: ideo putauerunt, quòd cum maneat quidā humor in ſtercore illo poſſet fieri inde pulmentum, vel ſorbiciuncula, ꝙ alicuius nutritionis ſit. Hoc etiam videtur dicere Hiſtoria ſcholaſtica. Et veriſimilius eſt, ꝙ dicatur de ſtercore propriè ſumpto, quàm de granis, quæ erant in veſſica: quia ſi illa grana ſeparētur, & venderentur iam, non propriè vocaretur ſtercus columbarum, ſed magis grana tritici. Item ſi iſto modo intelligeretur de granis, quæ erant in veſſica columbarum, non ſolum fieret hoc de ſtercore columbarum, ſed etiam de ſtercore galinarum, & quaruncunq; aliarum auium: quia in veſſica illarum reperiuntur ſępe grana multa: dicitur tamen ſolū de ſtercore columbarum: ergo videtur, ꝙ aliquid ſpeciale erat in iſto ſtercore: & tamen nihil ſpeciale eſſet ſi acciperetur pro granis exeuntibus in veſſica: ergo accipitur pro ſtercore, quod emiſſum erat ab vtero. Præterea comedebatur ſtercus illud, & non gallinarum nec aliarum auium propter duo. Primò quia illud de rebus mundioribus cum colūbę ſemper comedant grana munda: iō non erat tam horridū comedere de illo, ſicut de ſtercore aliorum animalium: nam tanto ſtercus eſt minus malum, quāto fit de rebus ſimplicioribus: ideo ſtercus humanum reputatur peſſimum: quia eſt de rebus multis ideo, fętidius eſt. Et ſic Ezechiel horruit magis illud, quàm quodcunq; ſtercus, ſic patet Ezechi. 4. Nam Deus dixerat ſibi, quòd faceret ſibi panem ſubcinericiū ordeaceum, & ſtercore humano operiret illud: & tūc dixit Ezechiel, ha, ha, ha, Domine Deus meus ecce anima mea, non eſt polluta: & tunc dixit ſibi Deus:

Reſpo. Andreæ Antiquiſſimi poſtilatoris Bibliæ.

Cur ſtercus columbarū comedere liceret, & nō aliarum auium.

Quare ſtercus humanū eſt fetidius cæteris.

A ecce dedi tibi fimum bouum pro ſtercoribus humanis, & facies panem tuum in eo. &c. & ſic commutauit illi Deus pœnam: quia conquerebatur: & ſic vī ꝙ erat minor pęna operire illud ſtercore boū, quā humano: ſtercus tamen columbarum eſt de rebus ſimplicibus & mundis. ſ. de grauis: ideo poterat fieri conuenientius pulmentnm de illo, quā de alijs ſtercoribus auium, vel quadrupedum. Secundum erat: quia ad hoc, ꝙ eſſet ſtercus illud nutritiuum, oportebat, ꝙ eſſet in illo aliqua humiditas, & manerent in eo aliquę partes purę, quia aliàs nō eſſet nutritiuū, ſicut elementa ſimplicia ſed ſtercora aliarum auiū, vel quadrupedum erant ſicciora, & non poterat inde haberi aliquid tam nutritiuum, ideo fiebat cibus

B de ſtercore columbarum.

Iudæi an peccabant comedentes capita aſinorum, & ſtercora columbarum cum eſſent iſta immunda, & contra legem ſuam. *Quæſt. XXX.*

QVAERETVR vlterius, an Iudęi peccabāt comedendo capita aſinorum, & ſtercora columbarum. Reſpondendum, ꝙ nunc exiſtentes in tanta anguſtia non peccabant: quia nihil aliud habebant ad cibum: & leges cęremoniales non obligant in extrema neceſſitate: & tamen ſi Hebræi comediſſent iſta ſine neceſſitate nimia, peccauiſſent: quia iſti cibi erant contra legem. Patet primo de capitibus

C aſinorum: nam aſinus erat animal illicitū ad cibū: quia de quadrupedibus, non debebāt comedere Iudæi aliquod, niſi quod haberet vngulam, & diuideret illam. Leui. 11. & Deuter. 14. & tamen aſinus, licet vngulā habeat, non diuidit illam, ideo non erat licitum comedere de eo. Dicit tamen Ioſephus. 9. Antiquita. ꝙ præ anguſtia famis Iſraelitæ pecora quæcunq; occidebant, & ſale condiebant, & minutatim comedebant ad releuādam famem, qualitercunq;: & tūc vendebātur aliquę carnes ſalſe de illis, caput aſini, quod erat pars minus vtilis totius corporis ad cibum vendebatur pro 80. argenteis, & hoc ex neceſſitate magna: & ſic vnus aſinus valeret pluſquam mille argēteis. De ſtercore autem columba-

D rum, ꝙ illicitum eſſet ad cibum apparet: quia non ſolum non licebat comedere aliquod ſtercus, ſed ēt nec tangere illud: & quicunq; tangeret, efficiebatur immundus: ſic patet Leui. 5. ſ. anima, q̄ tetigerit aliquid immundum, ſiue quod occiſum eſt à beſtia, ſiue per ſe mortuum rea erit. Et ſi tetigerit quidquā de immunditia hominis iuxta omnem impuritatē, qua pollui ſolet. Et ſic tangere ſtercus humanum faciebat hominem pollutum. Et non ſolum tangere ſtercus humanum, ſed etiam quorumcunq; pecorum, vel auium. Sic enim patet Ezechi. 4. vbi Deus iuſſit, ꝙ faceret panem ſuum in ſtercore hominis: & ipſe clamauit, ꝙ nunquam comederat aliquid īmū

E dum: & poſtea ſubiunxit ad releuandum fętorem illum, ꝙ faceret panem ſuum in ſtercore boum. Et tamen iſtud faciebat ad ſignificandum, ꝙ Iſraelitæ comeſturi erāt panem pollutum in terra aliena: vt patet ibidem: ergo non ſolum tactu ſtercoris humani erat panis polutus, ſed etiam tactu ſtercoris aliarum rerum. Si igitur tactus faciebat eſſe cibum immundū, qui tangeretur tali ſtercore, & faciebat hominem tangentem immundum: à fortiori ſi comederetur illud faceret hominem magis immudum: & tamen comedebant Hebræi inſtante vltima neceſſitate, & ſic non peccabant: quia p̄cepta cęremonialia non obligant tempore neceſſitatis, licèt obligent moralia: quia reſpectu illorum nulla neceſſitas dicitur eſſe ad contrafaciendum, ſicut ad colendum

Præcepta cęremonialia nō obligabāt i extrema neceſſitate, bene tamē moralia, & q̄ eſt cauſa diuerſitatis.

dum Deum, & ad adulterandum, & falsum testimonium dicendum: nam etiam mors non est causa cogens, vt contra ista præcepta fieri debeat. *Cunq; rex Israel transiret per murum.* Circuibat enim rex Israel ciuitatem super murū quotidie: quia timebat, quòd propter magnam necessitatē famis ciuitas traderet hostibus: transibat ergo quotidie super muros, & amouebat custodes portarū, & murorum, ne quis de hostibus ab eis occultaretur intra vrbem, & act⁹ ciuitatis hostibus indicaret: vt ait Ioseph⁹. 9. Antiq. *Quædam mulier clamauit ad eum.* Tunc enim clamauit, quia tunc copiam regis habuit, cum publicè ambularet super muros, & aliàs fortè non posset accedere ad eum, cū maneret in aula sua. Vel tunc clamauit: quia tunc accidit factum istud. s. ꝙ vna mulier litigaret cum alia: quia absconderat filium suum. *Dicens: salua me Domine mi rex.* i. libera me ab angustia, vel salua me i. redde mihi ius, qui ait. *Non te saluet Dominus.* Istud dixit rex nimis iratus: qa putauit, ꝙ mulier illa petebat ab eo, ꝙ daret sibi cibum aliquē, ne periret fame: & tamen rex dare non poterat: quia nullum habebat, & publicum erat in vrbe regē carere cibis, sicut cęteri: ideo petitio mulieris erat irrationabilis manifestè: iratus est ergo, quia petiuit à rege id, quod sciebat regē non posse dare: & patet hoc ex verbis eius. s. vnde te saluare possum? de area, an de torculari? Dixit ergo: non te saluet Deus. i. quia petiuisti saluationem à me, qui te saluare non poteram, oro ꝙ Deus, qui te saluare potest, non te saluet. *Vnde saluare te possum.* i. quomodo ego te possum saluare? q. d. ego non abundo cibis plusquam alij de vrbe, vt possim te saluare dando tibi vitam in cibo. *De area, an de torculari?* i. nunquid possum saluare te dādo tibi cibū de area, vel de torculari? q. d. nec possum tibi dare cibum, nec potum. Cibus enim est de area: quia intelligit noīe panis, cuius grana in area separantur à paleis. Potum intellexit per torcular: qa ibi vinum de vuis exprimitur. *Dixitq; ad eam rex: quid tibi vis?* Locutus fuerat prius rex ex magna indignatione, dicens: non te saluet Deus: nunc autem aliqualiter sedato furore, respondit molliter, dicens, quid tibi vis. *Quæ respondit, mulier ista dixit mihi.* Subintelligēdum, ꝙ ista mulier, quę clamauit ad regē, erat tunc actualiter contendendo cum alia muliere: quia occultauerat filium suum contra concordiā inter eas factam, & quia accidit, quòd tunc transiret rex sup murum clamauit ad eum, vt faceret sibi iustitiam de muliere illa: & dixit illa mulier: ista. i. ista mulier, cum qua me vides hic contendere, fallit me faciēs contra promissionem. *Da filium tuum, vt comedamus hodie eum, & filium meum comedemus cras.* Prę angustia maxima cum mulieres istę non haberent quid comederent, cogitauerunt, quòd comederent filios suos, & conuenerunt inter se ꝙ filium vnius mulieris comederent vna die, & filiū alterius comederent alia die: cū vero comedissent filium mulieris primę, secunda mulier condolens filio suo occultauit eum: & sic mulier, cuius filius occisus, & comestus fuerat conquerebat nimis, ꝙ fieret sibi iniustum. *Coximus ergo filium meum, & comedimus.* s. cōuentū est inter nos, vel fortè decreuimus, ꝙ ego darem filium meum prius, & coximus eum, & comedimus. *Dixitq; ei die altera, da filium tuum, vt comedamus eum.* Volebat mulier ista teneri concordiam factam potissimè cum iam filius suus occisus, & comestus esset. *Quæ abscondit filium suum.* Non solū ista mulier noluit stare promissioni, & concordiæ factæ, sed ēt occultauit filium, timens, ꝙ si alia mulier inueniret eum, occideret ipsum, & sola comederet illum, & tunc non haberet aliquid cōtra illam, ꝙ clamaret de iure, vel de facto.

Filius comedit prę angustia maxima famis.

F *An peccauerunt istæ duę mulieres comedendo filios suos, & de grauitate peccati earum. Quæstio XXXI.*

QVAERETVR, an istæ mulieres peccauerunt occidendo paruulos filios, & comedendo illos. Aliquis dicet, ꝙ non: quia necessitas famis erat maxima. s. quia moriendum erat mulieribus illis, nisi illud facerent: ideo pro vita seruanda videbatur eis licere illud facere. Respōdendum, ꝙ istę mulieres peccauerunt nimis faciendo hoc, nec est aliquid quod excuset eas: quia hic erant multa peccata. Primum erat occisio innocentis: quia ille, qui occidebat, erat paruulus, & innocens, sed occidere innocentem in nullo casu licitum est. Et si arguas de
G Abraham, qui occidere parabat filium suum Isaac innocentem, & tamen in hoc non peccabat, sed potius merebatur. Gene. 22. & ad Hebræ. 11. Dicendū, ꝙ istud fuit: quia Deus mandauit ei occidere illum, cui in omni casu obedire tenebatur, & etiam tunc Isaac non vocaretur innocens: qā licet respectu hominum erat innocens, eo ꝙ non peccauerat contra aliquem hominem, vel cōtra legem humanam, vt mortem mereretur: tamen apud Deum nullus innocens est, sed omnes sunt debitores mortis ei: quia omnes in Adam peccauerunt ad Ro. 5. & sicut vocantur omnes apud Deum nocētes, vel impij, Exo. 34. s. qui aufers iniquitatem, & scelera, atq; peccata, nullusq; apud te per se innocens est. q. d. respectu ho-
H minum aliquis innocens est: tamen apud te nullus est innocens. Ideo dato, ꝙ istę mulieres non occidissent filios suos, sed aliquem extraneum ad comedēdum, peccabant grauissimè: quia occidebant innocentem: nam oēs hoīes erant innocentes apud illas mulieres, eo ꝙ ipsę nō habebant auctoritatē ad occidendum aliquem. Secundò fuit peccatum in occisione ista: quia non solùm occiderunt hominem innocentem, sed mater occidit filium: nihil autem crudelius esse potest: quia maxima crudelitas repugnat maximè pietati, misericordiæ, vel amori. sed maximus amor, & pietas, quę esse potest, est matris ad filium: nam præter amorem, qui est hominis ad seipsum, nullus reperitur naturaliter maior amor,
I quàm parentū ad filios: & in amore isto maior est amor matris ad filium, quàm patris: vt patet 8. Ethi. Non est ergo maior crudelitas, quàm ꝙ mater occidat filium, sed hic mater occidit filium. Tertiò fuit peccatum, ꝙ coxerunt carnes illas. Nam quod est contra naturalem pietatē, peccatū est: sed naturalis pietas est etiā ad mortuos: ideo cadauera eorum nō permittimus lędi à bestijs, sed cum honore tradim⁹ sepulturę, & Deus ad hoc nos obligauit. Vnde in veteri testamento sacerdotibus nō licebat ire ad sepeliendum mortuos, ne contaminarentur, & impedirentur à rebus sacris administrandis: & tamen propter pietatem naturalem concedebat Deus sacerdotibus omnibus, pręter summum sacerdotem, ꝙ
K irent ad sepeliendum patrem, & matrem; filium, & filiam; fratrem, & sororem manentem in virginitate: Deute. 21. & tamen istę mulieres nō sepelierūt cadauer humanum, sed coxerunt illud: ideo videbātur in hoc exercere quandam crudelitatem, & peccare. Quartò erat peccatum: quia istæ mulieres fecerunt contra naturalem horrorem, & contra honorem humani cadaueris comedēdo carnes humanas: & potissimè peccauit in hoc mater: quia comedendo filium suum comedebat viscera sua, vel partem corporis sui, cum filius sit quædam pars corporis materni. Comedere autē partes sui ipsius nō solum peccatum est, sed etiam insania: ideo peccabāt mulieres comedendo paruulum istum. Ista tamen duo

Innocens ꝗuis aliquis sit apud hoīes tam apud Deū oēs sumus debitores mortis, & nullus innocens.

Quare mortuos non permittimus lędi à bestijs, sed cum honore tradimus sepulturæ.

duo vltima aliqualiter erant remissibilia si prima duo non interuenissent: vt infra declarabitur ī quadam quæstione. Ad rationem in contrarium dicēdū, ꝙ necessitas ista famis poterat mulieres istas soluere ab obligatione legis cęremonialis. s. ꝙ possint sumere aliquos cibos, qui aliàs essent sibi illiciti secundum legem: sicut declaratum est supra de comestione capitis asinini, & stercoris columbarum: & tamē nulla necessitas poterat absoluere mulieres istas à præceptis moralibus, sicut sunt non adulterari, nō occidere innocentem, non dicere falsum testimonium: nam respectu istorum, non est aliquid, per q̄d debeamus cogi, sed potius moriendum est, quàm talia facere. Sic enim ait Aristo. Ethic 3. scilicet. Ad quędam autem fortassis, nō est cogi, sed magis mori patientem durissima: & illa sunt, quæ de se mala sunt. Et si quis dicat se propter timorem mortis, vel propter quancunq; aliam causam coactum esse ad faciendum aliquid istorum, quæ sunt per se mala, & grauia, non debet recipi excusatio sua, sed irridēdus est. Sic enim Aristo. 3. Ethi. irridet Euripidem poetā excusantem Alcmeonem occidētem matrem suā. Nam Amphiaraus erat vates. s. diuinator tempore belli Thebani, & inuenerat ex diuinatione, ꝙ si iret ad bellum Thebanum occideretur ibi: ideo abscondit se, ne illùc ire cogeretur, & cum inquireretˉ, vxor sua prodidit eum propter munera sibi data: & cum cogeretur ire ad bellum dixit filio suo Alcmeoni: si ego occisus fuero in bello, occide tu matrem tuā: quia ipsa me coegit huc venire: tādem Amphiarao pereunte in bello Alcmeon filius eius occidit matrem propter præceptum patris: & tunc Euripides poeta scripsit librum de historia hac, & excusauit in eo Alcmeonem, dicens, ꝙ non peccauerat: quia egerat coactus: quia imperium paternum coegerat eū. Aristo. autem irridet Euripidem, dicens, ꝙ cum occidere matrem sit per se malum, non poterat Alcmeum cogi per aliquid ad occidendum illam. Vnde ait: etenim Euripidis Alcmeona derisoria vidētˉ cogentis matrē occidere. i. carmina Euripidis Alcmeona. i. facta de Alcmeone videtur derisoria: quia in eis dicebat Alcmeonem coactum ad occidendū matrem. Et sic mulieres istę non habebant aliquid, ꝙ cogeret eas, vel excusaret: quia potius debuerant fame mori, quàm filios ad comedendum occidere.

An in extrema necessitate possit mater comedere filiū suū, ne pereat fame.

Coactio ñ pōt fieri in pceptis moralibus, sed potius est moriēdū, q̄ talia faciendū, & nulla admittitˉ excusatio.

An licuisset comedere tunc homines per se morientes, vel morte reos, & an aliquando liceat comedere carnes humanas.

Quæstio XXXII.

QVAERETVR vlterius, si in tempore famis licuisset homines morte reos occidere ad comedendum, vel per se morientes comedere. Respondendum, ꝙ istud absolute loquendo illicitum est, & repugnant duo posita præceden. quæstione. s. quia contra naturalem pietatem agere peccatū est: & tamen pietas naturalis est sepelire cadauera mortuorum: quia ī hoc sic honoramus naturam humanam: ergo non sepelire, sed comedere peccatū erit. Secundum est: quia contra naturalem horrorē agere peccatum est: sed horror est cuicunq; homini comedere carnes alterius hominis: ideo agere contra istum horrorem erit peccatum. Dicendum aūt, ꝙ comedere carnes humanas non solum est peccatū, sed etiam est bestialitas: sic patet per Aristo. 7. Ethic. vbi ponit bestialitatem circa multas materias virtutum, & circa temperantiam ponit exemplum de illo, qui voluit comedere epar conserui sui, & de vtē tibus coitu sodomitico. Bestialitas tamen peior est, quàm malicia humana: quia opponitur maiori bono. Nam vitium humanum siue malitia opponitur virtuti humanę: bestialitas verò opponitur virtuti heroicę: vt patet 7. Ethi. in principio: & tamen virtus heroica est maior virtute humana, cū virtus heroica sit quasi virtus diuina: ergo bestialitas est peior, quàm malitia humana, sed comedere carnes humanas est huiusmodi: ergo in nullo casu licèt homini comedere eas. Sed adhuc dicendum, ꝙ licèt absolutè loquendo sit malum, & bestialitas comedere carnes humanas: tamen non videtur inconueniens ꝙ in aliquo casu liceat comedere illas, dum tamen ad comedendum eas non præcedant alia mala. s. ꝙ q̄s non occidat hominē, vel procuret occidi ad vescendum carnibus eius in fame: ideo dicēdum, ꝙ licuisset Samaritanis existentibus in hac fame homines mortis reos occidere, & comedere, cum iam nihil omnino haberent, ꝙ comederent: existentibus tamen alijs cibis quibuscuuq;, vel cadaueribus quoruncunq; quadrupedum non licebat carnes humanas comedere: quia tunc non esset extrema necessitas sola, tamē extrema necessitas debet homines cogere ad vescendum carnibus humanis: & tunc dicēdum, ꝙ si filij illarum duarum mulierum, de quibus hic dicitur, per se mortui fuissent, licuisset eis comedere de carnibus illorum, cum iam nihil aliud haberent: quia tamen occiderunt illos fuit peccatū inexcusabile. s. quantum ad illum, quē occiderunt.

Beftiale ē comedere carnes humanas.

Bestialitas peior ē, q̄ malicia

A humana, & quare. Carnes humanas comedere qn̄ liceat.

Ad primam rationem de naturali pietate dicendum, ꝙ pietas naturalis inclinat ad sepeliendū corpora humana, & non permittēdum ea lacerari, vel male tractari: & tamen quia maior pietas est hominis ad seipsum, quàm ad alterum, cum fuerit in extrema necessitate famis, pietas naturalis ad seipsum vincet pietatem, quæ est ad cadauer proximi, & poterit illo illicitè vti. sic. n. est de pietate humana, ꝙ nullum cadauer post mortē permittatur male tractari, sed sepeliatur: & tamen interdum propter necessitates humanas cadauera illa tractantur aliqualiter crudeliter, sicut quando exercetur sectio anathomica ī corporibns humanis: nam ista sectio fuit nimis necessaria saluti humanæ: quia per illam chirurgici, & medici eruditi sunt, vt scirent habitudinē membrorum humanorum, & sic scirent curare illa, quod aliàs perfectè non cōtingeret: ita ergo quędam salus, & conseruatio est in tempore extremę famis vesci carnibus humanis, nullis alijs existentibus cibis, ideo licèt sit contra pietatem naturalē quandam, tamen non erit tunc peccatum.

Ae secundam dicendum, ꝙ horror est comedere de carnibus humanis, & hoc propter similitudinē speciei. Nam etiam īter bruta rara sunt, quæ comedāt de carnibus animalium suæ speciei, nisi ea, quæ sunt valde immunda, & voracia: & tamen necessitas extrema tollit oēm horrorem, & illa facit sapidū, quod erat insipidum, & facit licitū q̄d erat īpiū.

Bruta rara sunt, q̄ comedūt seipsa.

Ad tertium, quando dicebatur de bestialitate, dicendum, quòd comedere carnes humanas est bestialitas, quando quis ex desiderio inclinatur ad comedendum illas. Nam bestialitas, non est propriè malitia ex assuetudine, sed magis ex inclinatione naturali in natura quadam corrupta, & deficienti: & sic loquitur Aristo. de illo, qui voluit comedere epar cōserui sui 7. Ethi. s. quia iudicauit cibum illum esse delectabiliorem cęteris. Si ergo quis delectetur in comedendo carnes humanas, & existentibus alijs velit comedere illas, bestialitas est, & istud est vitium. Cū tamen aliquis est in extrema necessitate, & vescitur carnibus humanis, non agit ex bestialitate, cum nō agat ex inclinatione, sed agit ex necessitate, & ꝯtra īclinationem naturalē: iō non erit peccatū, cū istud non

non sit aliàs per se malum, nec sit in præiudicium alicuius.

An mulier, quæ noluit dare filium suum alteri ad comedendum, peccauerit, & an tenebatur illum dare: quia promiserat. Q. XXXIII.

QVAERETVR vlterius, an mulier ista, quæ comedit de filio alterius, & postea noluit dare suum ad comedendum, peccauerit. Aliquis dicet, ꝙ sic: quia ista mulier dederat alteri fidem, quòd sequenti die comederent filium eius: nunc tamē frāgebat fidem, ergo peccabat. Item nulli licet mutare propositum suum in præiudiciū alterius: sed ꝙ ista mulier nolet nunc dare filium suum ad comedendum, sicut prius promiserat, erat in preiudicium alterius mulieris, cuius filius præcedēti die occisus, & comestus fuerat: quia si illa non conuenisset cū ista de occidendo filium suum sequenti die, non occidisset ista suum priori die: peccabat ergo nunc: quia faciebat hoc in præiudicium alterius. Respondendum, ꝙ mulier ista peccauit in quantum conuenit cum alia, ꝙ vna occideret filium suum vna die, & alia sequenti die. Peccauit etiam: quia cooperata est ad hoc, ꝙ occideretur filius alterius mulieris, & forte ipsa occidit eū, & comedit de illo: non tamē peccauit in hoc, ꝙ nunc occultauit filium suum, vt nō occideretur ad comedendū: immo si tradidisset eū, vt occideretur iuxta promissionem, peccauisset: qa ipsa occideret innocentē, vel cooperaretur ad mortem eius, & vtrunq; erat peccatum. Etiam, qđ plus erat, occideret filium suum, vel faceret, ꝙ occideretur, & erat maxima impietas. Ad rationem primā in contrarium dicendum, ꝙ frangendo fidem non peccauit, sed potius bene egit: quia sic est regula Isidori, in male promissis rescinde fidē, in turpi voto muta decretum: sed nihil turpius & crudelius erat, q̄ ꝙ mater promitteret occidere filium suū: ideo q̄q̄ promisisset, non debebat tenere. Ad secundum dicendum, ꝙ nunquam licet alicui mutare propositū in præiudiciū alterius, nec præiudicare alteri aliquatenus: mulier tamen ista non præiudicabat alteri fidem datam præuaricādo: quia nemini facit iniuriā: qui vtitur iure suo: ista tamē mulier vsa est iure suo, nolendo ꝙ occiderei filius suus, & rescindendo fidē in mala promissione. Cum autē dicitur, ꝙ alia mulier non occiderat filium suum, nisi ista etiam ꝓmisisset, ꝙ ista etiam occideret suum. Dicendum, ꝙ illa, quæ prius occidit filium suum malè fecit: qa cū promissione, vel sine promissione alterius facere nō debebat: ideo ꝙ ipsa ab alia decepta fuerit sibi imputet: quia fuit in culpa grauissima. Verum est tamen, ꝙ mulier ista, quæ composuit cum alia, ꝙ occideret filium suum, peccauit componendo: non tamen sequitur, ꝙ, ne alia maneret decepta, ista deberet exeq qđ ꝓmiserat: qa crudelius erat exequi, q̄ ꝙ alia maneret decepta, potissimè cū culpa sua deciperetur.

(In margin: In malo ꝓmisso rescinde fidem.)

Rex quid debuisset iudicare in hac causa. Quæstio XXXIIII.

QVAERETVR vlterius, cum istæ duæ mulieres sic litigarent coram rege, qd debebat rex iudicare in causa earum. Respondendum, quòd rex nihil iudicauit: quia, audito tāto malo, turbatus est, & rupit vestimenta sua: vt patet in litera. Dicēdum tamen, quòd si voluisset iudicare, oportebat, quòd absolueret mulierem, quæ abscondebat filium suū ab impetitione alterius: quia alia iniustè petebat, scilicet, quòd occideretur innocens: & mater iustè de-

F fendebat. s. ne occideretur filius suus. Et quanquam rex non sententiauerit super hoc: tamen videtur tacendo sensisse quandocunque illa mulier petiuerit filium alterius, exhiberi debere, vt occideretur, & comederetur: tamen rex noluit exaudire petitionem eius, sed si ista mulier iustè petiuisset, in tam ardua causa, & tanti præiudicij, rex non tacuisset ꝑtereundo eam sub dissimulatione.

An mulieres istæ iustè occidi poterant à rege, & an peccauerit non occidendo illas. Quæst. XXXV.

QVAERETVR vlterius, an rex poterat iustè occidere istas mulieres, & an peccauerit nō occidendo. Respondendum ad primum, quòd iustè
G
poterat occidere ambas: quia ambę composuerunt de occisione filiorum. Etiam realiter occiderunt filium vnius illarum, & in occisione illius ambæ cooperatæ sunt. s. vna realiter occidendo, & alia eā ad occidendum impellendo, ideo secundū legem mortem merebantur. Nec poterat peccatum istarum excusari prætextu nimię famis, vt declaratū est sup. Ad secundum dicendum, ꝙ rex non occidit aliquā istarum: motiuum autem suum fuit: quia istud erat quasi à Deo, qui prænunciauerat tales pęnas futuras propter peccata Israelitarum in fame validissima, quòd matres comederent filios, Deut. 28. qnanquā ergo peccauissent: quia tamen ex quodam Dei iudicio veniebat propter peccatum regis, & populi, noluit eas occidere. Aliud motiuum fuit: quia mulieres istæ fecerunt ex magna angustia: quia nihil aliud habebāt ad cibum: vnde licet hoc nō excusaret peccatum in totum, tamen aliqualiter alleuiabat illud, & sic compatiens calamitati earum, noluit eas occidere. Aliud motiuum fuit: quia afflicto noluit dare afflictionem, sed non poterat mulier esse magis afflicta, quàm quòd occideretur filius suus ad comedendum: ideo putauit istam afflictionem sufficere sibi, & non debere vlterius affligi occidendo matrē pro occisione. & comestione filij. Dicendum tamē, quòd de rigore iuris rex tenebat̄ occidere istas mulieres, saltem vnam illarum. s. istam, quæ clamabat: quia delictum suum erat factum notorium per cōfessionem factam in iudicio: pertinebat tamē ad regem: quia erat iudex supremus punire omnia crimina notoria in regno suo: & non faciendo, non faciebat id, ad quod tenebatur ex officio suo, & sic peccabat. Si tamen velimus excusare regem dicemus, ꝙ licet regulare esset, ꝙ ipse teneī occidere tales mulieres: quia tamē istud fuit aliquid speciale, quod rarissimè accidit, potuit rex indulgere illis: primum tamen solidius est. Nisi fortè dicatur, quòd rex poterat dispensare in lege, cum esset iudex supremus, & sic poterat remittere illis pęnam: cum istud delictū non fuisset in preiudicium alicuius, nisi ipsius mulieris, quæ rea erat. Sed hoc non stat: quia hoc verum esset, si leges cōditæ essent à rege: erant tñ leges Dei, per quas homicidæ debebāt occidi, ideo rex nō erat superior ad illas, sed erat executor illarū, & sic non poterat dispēsare ī illis remittēdo pęnā delinquēti.

(In margin: In q. 31. — Rex tenebat occidere illas mulieres. — Ex hoc collige, rex tenetur sub pęna, in talibus casibus pōt dispensare in legibus, remittendo pęnā delinquēti.)

Quare euenit iudicio Dei, quòd mulieres occiderent filium vnius, & vna clamaret ad regem. Q. XXXVI.

QVAERETVR vlterius, quare factū est hoc, quòd mulieres istæ comederent filium vnius earum, & quòd vna earum clamaret ad regem. Rñdendum, quòd in hoc fuit iudicium Dei: oīa. n. hec ab ipso facta sunt, partim ꝑꝑ pęnā peccatorū Israelitarū: & partim ad reuelādū pęnā eorū in breui. Pro

Pro quo sciendum, quòd aliquid est ptinens ad culpam, & aliquid pertinens ad pœnam: ad culpã pertinebat, quòd istæ duæ mulieres conuenirent de occidendo filios suos, & quòd realiter occiderẽt vnũ illorum: istud autem non proueniebat à Deo: quia Deus nõ cooperatur ad culpam, sed proueniebat à malicia illarum mulierũ, quæ potius debuissent mori, quàm filios suos occidere. Fuit etiam ibi aliquid pẽale. s. ꝙ istę mulieres essent in tãta angustia famis, vt non haberent quid comederẽt, nisi filios suos, & istud malum à Deo erat: quia non est aliquod malũ pẽale in nobis, quod à Deo non veniat: iuxta illud Amos 3. Si erit malum in ciuitate, quod Dominus non fecerit? q.d. nullum malum pęne est in ciuitate, quod Dominus non faciat: ipse enim misit istam famem in terra Israel. s. specialiter in Samaria ex obsidione Syrorum, & hoc propter peccata regis Israel, & seruorum suorum: quia colebant idola: & Deus promiserat, quòd ꝓpter legem desertã immitteret super eos talem famem tempore bellorũ, vt comederent filios suos, & filias, Deute. 28. hoc tamen solũ factum est in Samaria pro tunc filio illius mulieris, quæ clamauit: quia nullus alius occisus est ibi ad comedendum. Et voluit Deus, quòd ista pęna grauissima ostenderetur potius in muliere illa, quàm in aliqua in tota vrbe Samarię: quia fortè ista offenderat plus Deum, quàm cęteri Samaritæ: vel Deus voluit propter bonũ illius pueri, ꝙ occideretur, ne postea si viueret malicia mutaret cor eius, & periret: iuxta illud Sapi. 4. s. raptus est, ne malicia mutaret intellectum eius, aut ne fictio deciperet animam illius. Fecit autem Deus, ꝙ ipsa mulier clamaret ad regẽ propter duo. Primo vt rex puniretur: quia affligeret nimis videns populum ad tantam calamitatem esse deductum, vt matres cogerentur comedere filios suos, & sic nimis doluit: nam scidit vestimenta sua, & planxit. Secundum fuit ad hoc, quòd rex visa tãta magnitudine mali, gemeret pro peccatis suis, & solicitaret Elisæum orare Dominum pro liberatione populi ab hac calamitate. Et sic factum est: nam tunc rex doluit, & mittebat ad Elisæum, vt occideretur: & postea dolens de isto mandato iuit ipse post nuncium, & locutus est ad Elisæum, & tunc denunciauit ei Elisæus abundantiam crastino futuram. Sciendum est, ꝙ istud malũ de comestione filiorum in fame erat grauissima pęna, quæ dari poterat, ideo Deus dabat eã vltimo. Et sic non euenit occisio ista pueri Samaritani ad comedendum, nisi duobus diebus antequam finiretur fames, & veniret maxima abundantia. Quod patet: quia mulier ista clamauit ad regem dicens, ꝙ ipsa conuenerat cum alia muliere, vt vna die comederent filium vnius, & crastino comederẽt filium alterius: sed in ista die, qua clamabat mulier ad regem, petebat ipsa ab alia, vt exhiberet filium suum ad comedendum: ergo præcedenti die comederant filium eius: & tamen die ista, qua clamauit mulier misit rex ad occidendum Elisæũ: vt patet in litera: & tunc dixit Elisæus: in tempore hoc cras modius similę vno statere erit, & duo modij hordei vno statere in porta Samarię, sequenti c. ergo solum duobus diebus ante illam abundantiã occisus fuit paruulus ad comedendũ. *Quod cum audisset rex, scidit vestimenta sua.* s. audito tanto malo non respondit ad petitionem mulieris, sed scidit vestimenta sua. Istud autẽ fecit in signũ doloris magni, quia Hebræis mos erat propter magnum dolorem rumpere vestimenta. Sic patet sup. 2 lib. c. 1. & 3. & 13. & in multis locis. *Et transibat per murum.* s. rupit vestimẽta, & cõtinuauit ꝓcessum suũ ꝑ murũ nõ curans audire causam mulierũ ꝑ dolore. *Viditq; omnis populus ci-*

A *licium, quo vestitus erat rex ad carnem intrinsecus.* Rex erat sup murũ, & populus erat inf. intra vrbẽ, iõ poterãt oẽs videre ciliciũ eius: & hoc fuit: quia rupit vestimenta sua superiora, & mãsit ciliciũ apud carnẽ, qđ nõ ruptũ est, & illud vidit totus populus. *Et ait: hæc mihi faciat Deus, & hæc addat.* Modus iurandi est. s. Deꝰ faciat mihi ista mala, & ista, & alia maiora superaddat. *Si steterit caput Elisæi filij Saphat super eum hodie?* q.d. non manebit caput eius super eũ hodie ꝑ totũ diẽ, sed ego faciã iugulari eũ ante occasũ solis. *Elisæus autẽ sedebat in domo sua.* s. qñ rex rupit vestimenta audito clamore mulierũ erat Elisęus in domo sua in Samaria, & vocatur domus sua. i. in qua ipse hospitabat̃: quia fortè non erat sua, immo verisimile est, ꝙ non
B erat sua: quia ipse erat pauper, & nõ habebat nisi ea, q̃ sibi dabant̃ ad sustentationem, & cõsuetus erat discurrere de loco in locũ ꝑ collegia ꝓphetarũ ad visitandũ illa: vt declaratũ est sup. 2. & 4. & dato ꝙ Elisæus haberet aliquas possessiones, quæ ꝓuenirent ei ex iure paterno: tamen illę non essent in Samaria, sed in Abelmeula: qa Elisæus erat de loco illo: ꝑce. li. c. 19. Hebræi tñ non habebant possessiones nisi in locis, de qbus trahebant originẽ, eo ꝙ possessio non dẽbat trãsire de tribu ĩ tribũ, & de familia ĩ familiã, sed manere sẽp ĩ tribubus, & familijs, qbus à principio assignatę fuerãt: vt patet Numeri vltimo. *Et senes sedebant cum eo.* Isti erant aliqui viri magni de vrbe Samariæ, qui veniebant ad standũ cũ Elisæo, vt ho-
C norarent eũ, vel veniebant ad petendum cõsiliũ ab eo sup aliquibus dubijs. Ioseph. aũt 9. Antiq. Dicit ꝙ isti erant discipuli eius, & istud satis est verisimile.

Rex quare portabat cilicium ad carnem suam.
Quæstio XXXVII.

QVAERETVR, quare rex portabat ciliciũ ad carnẽ suã. Rñdẽdũ, ꝙ iste erat rex Idolatra: qa colebat vitulos, quos fecerat Ieroboã sup. 3. c. & videbat tãtã afflictionẽ, q̃ta oppresserat eũ, & seruos suos in vrbe Samarię: iõ putabat, ꝙ veniret ꝑꝑ peccata sua: qa Leui. 26. & Deut. 28. ponunt̃ oĩa ista mala, q̃ Deus ĩferret Israelitis qñ cessarent à cultu suo.
D Videbat aũt nunc rex, ꝙ oĩa illa mala cõplebant̃: iõ manifestè credebat, ꝙ veniebant illa mala ꝑꝑ peccata sua, & populi. Etiã hoc Elisæus denũciabat ex parte Dei, iõ videns rex, ꝙ ista mala non poterant aliter tolli, nisi placaret̃ Deus, cessauit ab idolatria, & incępit pęnitere affligendo carnẽ suã: & ad hoc vtebat̃ cilicio circa carnẽ: & ista erat dura pęnitentia ꝓ rege: qa reges sunt teneri, eo ꝙ semper sunt assueti rebus mollibus, & delicatis, ꝙ ergo portaret ciliciũ circa carnẽ, durũ erat: & tñ vt Deus exaudiret eũ in tãta calamitate affligebat se nimis: & sic Deus exaudiuit pęnitẽtiã suã, & reuelauit afflictionẽ populi dando abũdãtiã. Sic. n. fuit in rege Achab patre istius regis Iorã, q fuit peccator valde plus, q̃ oẽs reges: ꝑc. li.
E c. 21. s. nõ fuit alter talis, vt Achab, q venũdatus est, vt faceret malũ in cõspectu Dñi. Cõtra istũ Achab ꝑdixit mala multa Elias, & postea ipse pęnituit: nã dr̃ e.c. cũ audisset Achab sermones istos, scidit vestimẽta sua, & operuit cilicio carnẽ suã, ieiunauitq;, & dormiuit ĩ sacco, & ambulauit demisso capite. Tũc Deus placatus est, & dixit ad Eliã: nõne vidisti humiliatũ Achab coram me: qa igit̃ humiliatꝰ est mei causa nõ inducã malũ in diebus eius, e.c. Ex hoc aũt accepit exemplũ Iorã: quia ipse erat filius Achab; & cum vidit, quod Deus remisit pęnam patri suo: qa humiliatus est cõrã Dño, & indutus est cilicio ad placãdũ Deũ. Scriptura aũt dicit hic, ꝙ totus populus vidit ciliciũ, quod erat ad carnem regis ad significãdum,

Ioram indutus cilicio.

Iudæi nõ hẽbãt possessiones, nisi ĩ locis ex quibus trahebant originẽ.

Sumant exẽplũ reges, ꝓ q̃bus sępe mala eueniunt in terram.

dum, ꝙ totus populus intellexit, ꝙ rex affligebat se, vt Deus auerteret ab indignatione sua, & ẽt ad significandum, quòd ꝑꝑ eius afflictionẽ plaga cessauerit.

Quare rex Ioram voluit occidere Elisæum nunc, & iurauit, quòd occideret ipsum, quando ista mulier clamauit ad ipsum. Quęst. XXXVIII.

QVAERETVR vlterius, quare rex Ioram voluit occidere Elisæũ, & iurauit ꝙ occideret eũ nũc, qñ mulier clamauit de filio suo occiso, & comesto. Aliquis poterit dicere, ꝙ hoc fuit: qa Elisę⁹ ꝑnũciabat oĩa ista mala regi, & iõ habebat eũ exosum, et nũc qñ istud malũ euenit, voluit eũ occidere. Sic. n. erat de Achab patre istius regis, q habebat valde exosum Micheã filiũ Hiemla ꝓphetã Dñi: qa prænũciabat ei malũ: ꝑc. li. c. vlt. s. Remansit vir vnus, ꝑ quem possimus interrogare Dñm: sed ego odi eũ: qa non prophetat mihi bonũ, sed malũ. Sed dicẽdũ, ꝙ hoc nõ stat: qa tũc Iorã haberet Elisæũ exosum, qñ ꝑnũciaret ei mala: & tñ qñ postea euenirẽt, nõ haberet eum exosum, sed potius diligeret: qa verũ dicebat: sic. n. fecit Achab de Michea, qñ ꝓphetauit ei, ꝙ occideret̃ in Ramoth Galaad: nã fecit eũ teneri in carcere, vt custodiret ibi vsq; ad diem, quo ipse rediret de bello. s. vt si sanus rediret, occideret Micheã tanq̃ falsa loquutũ, & si nõ rediret debebat Micheas absolui: nunc tñ euenerat malũ, qđ ꝑdixerat Elisæ⁹, iõ non iuberet eũ nunc occidi Iorã ꝑꝑ hoc. Aliqui dicunt aliter, ꝙ iurauit eũ occidere: quia non orabat Dñm, vt tolleret calamitatẽ istã: putabat. n. ꝙ ipso orãte, illicò tolleret̃. Sed ẽt ista positio deficit: quia tunc non solũ nunc iurasset rex occidere Elisæum, sed ẽt à principio huius famis: qa non orabat Dñm, vt aufferret̃. Sed dicendum, ꝙ nunc iurauit eũ occidere, & nõ prius: qa putabat, ꝙ iam ista mala dilatarent̃ ꝑꝑ culpã Elisæi: motiuũ aũt suũ erat: qa credebat Ioram, ꝙ quando Deus disponebat punire aliquos, dato ꝙ oraret̃ pro eis, non cessaret à punitione suã. Sic. n. dixerat Samuel sup. 1. lib. ca. 15. s. porro triumphator in Israel non parcet, & pęnitudine nõ flectetur: nec. n. homo est, vt agat pęnitẽtiã. Sic etiã dixit Balaam Num. 23. Nõ est Deus quasi homo, vt mentiatur, nec vt filius hominis, vt mutetur. Postq̃ tamen Deus conplet pœnã, quam disposuit inferre alicui, potest impetrari oratione, vt nõ puniat̃ amplius, & tamen nunc Deus inflixerat omnes pęnas, quas disposuerat inferre super Iudęos: qa vltima pęna illarum est, quòd comederent filios suos in obsidione: nã ista est maior inter eas, quæ ponunt̃ Deu. 18. Ideo quòd finita illa punitione, adhuc duraret afflictio inter Iudæos, videbatur hoc esse: quia null⁹ orabat ꝑ eis: & tñ Elisæus erat, qui deberet orare ꝑ toto populo: ergo ex culpa eius videbatur prouenire, ꝙ postquam illæ duæ mulieres comederant filiũ vnius earum, ꝙ duraret amplius obsidio, & fames: iõ pro hac negligentia sua errando disposuerat rex occidere eum. Quod aũt ista esset intẽtio sua, patet: quia dixit ad Elisæum: ecce tantum malum à Dño est quid amplius expectabo à Dño? vt patet inf ĩ litera? q. d. nullum aliud malũ est, qđ ego expectare possim: quia istud est vltimum, quod Deus infligere disposuit: ꝙ ergo post istud adhuc continuetur fames ex culpa tua est, qui non oras Dominũ, vt amoueat pęnam hanc. *Pręmisit itaq; virum.* s. rex disposuerat occidere Elisæum die illo, & ipse volebat ire ad eum: sed prius misit quendam virũ ad domum Elisæi: & fortè iste ibat ad iugulandũ Elisæũ ex mandato regis, vel ibat ad denunciãdum ei ex parte regis, ꝙ volebat occidere ipsum. Sic enim Iezabel voluit occi-

F dere Eliam, & misit sibi prius nunciũ dicentem: hęc mihi faciant dij, & hęc addant, nisi hac hora cras posuero animam tuam, sicut animã vnius ex illis. Pręcedenti lib. c. 19. Dicendum tamen, quòd iste mittebatur à rege ad occidendum Elisæum: quod patet, quia Elisæus iussit, quòd non aperiret̃ ei cũ veniret: vt patet in litera. Etiã dixit: nescitis, ꝙ miserit filius homicidæ huc, vt ꝑcidat̃ caput meũ. *Et antequã veniret nuncius ille.* s. ille, q veniebat ad occidendũ ipsum. *Dixit ad senes.* s. ad senes, qui erant cũ eo, siue essent de senibus vrbis, siue essent discipuli eius. *Nunquid scitis, quòd miserit filius homicide huc, vt præcidatur caput meum.* à Deus reuelauerat hoc Elisæo, & senes, qui erant cũ eo, nesciebant, iõ dixit eis, nunquid scitis, &c. Dixit

G ẽt quòd filius homicidę: qa ipse erat filius Achab, & ille occiderat Naboth virum iustum sine causa. Et dixit: nescitis, ꝙ miserat? q. d. iam misit: nam qñ ista verba dicebat Elisęus, iam miserat rex nuncium ad occidendum eũ: & tñ ille nuncius erat in itinere, qñ ista dicebant̃: qđ patet: quia anteq̃ cõpleret Elisæus verba ista, accessit ille nuncius Elisæi ad portã, vt patet in litera. s. adhuc illo loquente eis apparuit nuncius, qui veniebat ad eum. *Videte ergo cùm venerit nuncius, claudite ostium, & non sinatis eum introire.* Sciebat Elisæus, ꝙ veniebat ad occidendum eũ: ideo dixit senibus, qui erant cum eo, ꝙ non permitterent illum nuncium introire, ne daretur ei locus ad faciẽdum malum, vel saltem ad aggrediẽdum illud. *Ecce. n. sonitus pedum Domini eius post eum est.* s. imediatè venit Do-

H minus suus post eum. Dicebat hoc Elisæus ad excludendam responsionem, quam poterant dare senes, qui erant cum eo. s. ꝙ si rex mittebat ad occidendũ eũ, q̃q̃ ipsi clauderent portã, nihil proficeret: qa non possent ipsi defendere se à ministris, qui venirent ex parte regis ad occidendum ipsum. Elisæus autem respondet ad hoc dicens, ꝙ modicum oportebat resistere: quia immediatè post illum nuncium veniret rex, qui reuocaret mandatũ quod dederat: & sic tũc non esset opus resistentie, sed interim, ꝙ veniebat rex, bonum erat, ꝙ clauderetur porta, ne ille nũcius conaretur exequi mandatum regis: & ad hoc dixit: ecce sonitus pedum Domini eius post eum est. i. im

I mediatè venit Dominus suus post eum. Hoc autẽ fecit Ioram rex: quia ex indignatione magna iussit occidi Elisæum: ideo immediatè dolens de iniusto mandato, iuit post nuncium suum ad reuocandum mandatum prius, quàm ille aliquid exequeretur. *Ad huc autem illo loquente eis.* i. dum loqueretur Elisęus verba ista senibus, qui cum eo erant. *Apparuit nuncius, qui veniebat ad eum.* Iste erat nuncius, qui veniebat ex mandato regis ad occidendum Elisæum: & dicitur: apparuit, idest apparuit pulsans ad ostium: nã non viderũt eum, cum non introiuerit in domum, ex eo, quòd iam clauserat ostium ex mandato Elisæi. *Et ait, ecce tantum malum à Domino est,* idest, quòd matres comedant filios suos est magnum malum

K missum à Domino, quid amplius expectabo? quasi dicat, nescio, ꝙ maius malum expectem: quia istud est maximũ de malis, quæ Deus dicit se inflicturũ? quasi dicat, quid agis? cur non oras Dñm, vt liberet nos ab hac aduersitate? quia iam completa sunt omnia illa, quæ ipse dixit se inflicturum peccãtibus, cũ non possimus maiora mala expectare: ꝙ ergo non eripiamur iam ex culpa tua est, qui non oras. Aliter potest intelligi: ecce tantum malum à Domino est, scilicet, quòd matres comedant filios, quid ampli⁹ expectabo? idest, quid amplius expectabo, quòd nõ te occidam: sed primus sensus est verus: quia litera dicit; quid amplius expectabo à Domino?

Ioram

Ioram an peccauerit volendo occidere Elisæum. Quæstio XXXIX.

QVAERETVR, an peccauerit rex Ioram volendo Elisæum occidere, & iubendo eũ occidi. Respondendum, ꝙ peccauit: quia vt dictum est: Ioram volebat occidere Elisæũ: quia putabat, ꝙ pp negligentiã eius. s. qa nõ orabat efficaciter ad Dñm non aufferebant plagæ istę: & tñ hoc falsum erat: qa non cessabat inflictio plagarũ, nisi quia nondũ completa erat pęna, quã Deus disponebat pro nunc inferre Israelitis: non occideret Elisæũ ꝑ causa falsa. Item dato, ꝙ sic esset: rex tamen nesciebat illud, sed opinabatur: occidere tamẽ aliquem per leuem præsumptionem, quanquam realiter sit vera, peccatum est: quia ille, qui iudicat, nescit, an iustè cõdemnet: & tamen in causis grauissimis qualis est occisio hominis peccatum est sine magna maturatione ꝓcedete. Itẽ dato, ꝙ verum esset, ꝙ ex eo ꝙ Elisæus, non orabat, non cessabat inflictio plagarum, & hoc esset regi cognitum: immo, ꝙ esset notorium omnibus, si possibile foret, non erat iustum, ꝙ Elisæus occideretur pro hoc: quia licet quilibet homo teneat agere quantum potest pro patria: non tamen sequitur, ꝙ quandocunq; cessauerit hoc agere debeat occidi cum non sit lex de hoc determinata. Potissimè quia, cum Elisæus esset vir sanctus testimonio omnium Israelitarum præsumptio vehemens pro eo erat, ꝙ si non orabat ex aliqua causa rationabili hoc faciebat: ideo rex vidit se peccasse, & illicò voluit reuocare mandatum suũ: & cum iam misisset nũcium ad occidendum Elisæum ipse confestim iuit post illum ad impediendum mandatum tradi executioni. Et hoc dixit Elisæus. s. eccc. n. sonitus pedum Domini eius post eũ est, Dixit tamen rex, ꝙ occideret Elisæus: quia erat tunc in magna ira, quando istud iussit audiens, quomodo duæ mulieres occidissent filium vnius ad comedendum, sed illicò cessante illo impetu indignationis doluit de mandato, & iuit ad reuocãdum illud. Sic. n. fecerat de muliere illa, quæ conquerebatur pro filio alterius mulieris abscondito cum dixit: salua me rex, & ille respondit, non te saluet Dominus: postea tamen recedente indignatione, dixit: quid tibi vis?

An fuit rex Ioram periurus, cum non occiderit Elisęum, cum iurauerit illa die occidere eum. Quęst. XL.

QVAERETVR vlterius, an fuit periturus rex Ioram: quia ipse iurauit occidere Elisęum die illã: vt patet in litera: & tamen non occidit. Respondendum est, ꝙ non fuit Ioram periurus, & hoc propter duo. Primò quia iuramentum istud non tenuit: quia factũ est solo calore iracundiæ sine aliqua deliberatione: & iste furor subitaneus tollit consensum, qui requiritur ad hoc, ꝙ aliquis se obliget. Quod autem fuerit ex iracundia patet: quia fecit propter malum, quod retulit mulier illa, q̃ conquesta est. Quod autem esset sine deliberatione patet: quia illicò reuocauit illud, & iuit post nũcium ad prohibendum executionem mandati iurati: iõ peccabat: quia iurabat incautè: tamen iuramẽtum tale non obligabat. Secundum erat: quia istud iuramentum dato, ꝙ esset factum cum magna deliberatione, non poterat obligare Ioram: quia istud erat contra ius, & iuramenta facta contra ius, & etiã vota non obligant, dato, ꝙ quis faciat illa cum intẽtione se obligandi: quia tunc indirectè posset aliquis tollere obligationẽ iuris iurando, vel vouendo contrarium facere: sed istud falsum est, & absurdũ. Ta-

Vota & iuramẽta cõtraius nõ obligant.

A les ergo non obligantur per iuramentum, nec ꝑ votũ: iõ non sunt dicendi periuri, nec violatores votorũ, sed peccauerũt mortaliter, & grauiter: quia iurauerunt, vel vouerunt id, qđ sciebant oĩno esse illicitum: & sic pœnitere debent nimis pro talibus peccatis. Sic autem fuit de Ioram: quia iurauit se facturum id, quod erat illicitũ: ideo non tenuit iuramentum, & sic nõ fuit periurus, sed peccauit in iurando.

Elisęus quomodo sciuit, quòd Ioram mitteret ad occidendum eum. Quæstio XLI.

QVAERETVR vlterius, quomodo Eliseus sciuit, quòd mittebat Ioram ad occidẽdum
B eum. Respondendum, quòd consuetum erat Elisæo, quòd quando aliquid facere debebat, vel dicere, aut respondere interrogãtibus Deus loqueretur ei antequam aliquid fieret, & ideo, vt communiter, quando aliqui inquirebant ab eo de dubijs, Deus respondebat sibi dum interrogaretur sicut fuit sup. 4. nam dum diceret Giezi ad Elisæum de muliere sunamite: filium non habet, & vir eius senex est: Deus reuelauit Elisæo de conceptu mulieris illius, & iussit vocari illam: vt ibi declaratum est: & aliquando: quia Deus non reuelabat Elisæo rem antequam fieret, vel quid deberet respondere antequam esset tẽpus mirabatur, vt patet sup. 3. quãdo venit ad eum sunamitis, & ipse nesciuit ad quid illa veniebat: di-
C xitq; ad Giezi: dimitte illam: quia anima eius ĩ amaritudine est, & Dominus celauit me, nec indicauit mihi. q. d. ꝙ aliàs solebat indicare antequam quæreretur, vel esset tempus respõdendi. Ita fuit hic: quia Ioram rex miserat ad occidendum Elisæum, & dũ mitteret, reuelauit ei Deus, vt se custodiret, & sic fecit: nam iussit claudi portam, & quòd non aperiretur nuncio venienti.

Quare Elisæus non orabat Dominum, vt tolleret famem, & obsidionem de Samaria. Quæst. XLII.

QVAERETVR vlterius, quare Elisæus nõ orabat Dominum, vt aufferret istam famem,
D & obsidionem de vrbe Samariæ. Responderi potest tripliciter, vno modo, ꝙ oraret Elisęus, & tamẽ Dominus non exaudiret eum: quia ipse disposuerat punire gentem istam dando famem magnam super illam propter peccata sua: ideo dato quod orarent ꝓ illa multi prophetæ, & viri sancti, non exaudiret Deus illos. Sic enim patet de Samuele, qui orauit multo tempore pro Saule, vt Deus non aufferret eũ de regno Israel: & tamen Deus non exaudiuit eũ, sed potius increpuit eum: quia orabat sup. 1. lib. cap. 15. & 16. Sic etiam fuit de Moyse, qui orauit multo tempore, vt Deus permitteret eum introire in terram Chanaan, & tamen non permisit Deutero. 3.
E Istud autem est, quandocunq; Deus diffiniuit contra aliquam gentem omnino, quòd vult punire illam: nam tunc orationes sanctorũ nihil proficiũt. Sic patet Ierem. 15. scilicet: dixit Dominus, si steterint Moyses, & Samuel coram me, non est aĩa mea ad populum istum, quasi dicat, licet duo sanctissimi orent pro illis, non auertar ab ira mea: immo quando Deus sic diffiniuit satis est ipsis viris sanctis, quòd orationes suæ proficiant eis, & non alijs: & sic Elisę⁹ in ista aduersitate existẽs satis haberet de beneficio, quòd oratio sua liberaret eum, ne periret in fame. Sic patet Ezech. 14. s. si induxero gladium super terram, & dixero: gladio trãsi per terram, & interfecero de ea hominem, & iumentum, & tres isti viri fuerint in medio eius Noe, Daniel, & Iob ipsi ĩ iustitia sua

Orões sanctorũ qñ nihil ꝓficiũt.

ſua liberabũt animas ſuas: viuo ego, dicit Dominꝰ: quia non liberabunt filiũ, nec filiam, ſed ipſi ſoli liberabuntur. Secundo dici poteſt, quòd Eliſæus nõ orabat Dominum pro liberatione Iſraelitarum de obſidione: nam ipſe ſciebat per diuinam reuelationem, quæ pœnę infligendæ eſſent; & ſciebat, quòd iſtud erat ſecundum firmum Dei propoſitum: ideo fruſtra erat orare: quia Deus pœnitudine non flectitur, ſup. 1. lib. capi. 15. nec mutatur à propoſito ſuo, ſicut homo: Num. 23. & Mala 3. Tertiò dici poteſt, quòd licet Eliſæus nõ orabat pro ablatione famis: quia fortè Deus vetuerat ei orare: nam Deus nolet abijcere preces ſanctorum: & quia quando diſponit aliquid firmiter agere, etiã ſi omnes ſancti orẽt, nõ flectetur: ideo ſępè admonet eos, non orare, ne habeat repellere preces eorum. Sic enim fuit de Moyſe, qui orabat Dominum pro introitu in terrã Chanaã: & quia Deus diſpoſuerat facere ɔtrarium dixit ei: ſufficit tibi, nequaquã loquaris vltra ad me de hac re, Deuter. 3. Sic etiam, cum Deus non exauditurus eſſet Samuelem orantem pro Saule, dixit ei, ne oraret, ſup. 1. li. cap. decimoſexto, ſcilicet, vſquequo tu luges Saul, cum ego abijecerim eum, ne regnet ſuper Iſrael. Sic etiam, cum Deus haberet exoſos Iſraelitas tẽpore Ieremię, & vellet punire eos, dixit ad eum: noli orare pro populo iſto in bonum, cum ieiunauerint, non exaudiam preces eorum, Ierem. quartodecimo. Sic etiam veriſimile eſt, quòd, cum Deus vellet punire Iſraelitas pro peccatis, diceret Eliſæo, ne oraret pro illis.

Eliſęus an peccauerit vocando Ioram filium homicidæ. Quæſtio XLIII.

QVAERETVR vlterius, an Eliſæus peccauit vocando Ioram filium homicidæ. Aliquis dicet, quòd ſic: quia hoc videbatur agere Eliſæus ex quadam indignatione, ſcilicet: quia mittebat Ioram ad occidendum eum: & talia verba pertinẽt ad vindictam, & non licet alicui quęrere vindictam ad Roman duodecimo, ſcilicet: nõ vos vindicantes, ſed dantes locum irę.

Reſpondendum, quòd, ſi Eliſæus peccaret, dicendo iſta verba, aut peccaret, quia falſum dicebat, aut quia verum nõ debitè dicebat. Non primo modo, quia Eliſæus verum dixit: nam Ioram erat filius homicidę, cũ pater ſuus Achab occidiſſet Naboth iuſtum impiè: præcedenti lib. cap. vigeſimoprimo, occidit etiam prophetas Domini: qa permiſſione eius Iezabel occidit illos, prędecenti li. c. decimooctauo. Cum ergo iſtud eſſet notorium, & ipſe, qui poterat, non repugnabat, dicebatur ipſemet agere. Secundo modo, non peccabat: nam non dixit malo animo, ſcilicet ad vindictam, nec etiam dixit inſipienter, ſed dixit ex deteſtatione criminis illiꝰ: & quia veniebat ad propoſitum, ſcilicet: quia pater ſuus erat homicida virorum iuſtorum, & ita etiam ipſe volebat imitari patrem: ideo rectius nunc vocatus eſt filius homicidæ, quàm aliàs. Sic enim Chriſtus dixit Iudæis Ioann octauo. Vos ex patre Diabolo eſtis, & deſideria patris veſtri vultis facere. Et ſic illi, quando volebant facere malum, ſcilicet lapidare Chriſtum dixit eis Chriſtus, quòd erant ex patre Diabolo: ideo volebant complere deſideria eius, ita nunc Ioram volebat imitari patrem ſuum homicidam: ideo rectè vocatus eſt nunc filius homicidæ: conſtat tamen Chriſtum non peccaſſe, quando iſtud dixit: ideo etiam Eliſæus non peccauit.

F *An Eliſeus rectè egit faciendo claudere portam, vel debuiſſet ſuſtinere mortẽ, & quando et qualiter poſſunt viri ſancti deſiderare mortem, & quando fugere ſine peccato. Q. XLIIII.*

QVAERETVR vlterius, an Eliſæus rectè agebat iubendo, vt clauderetur porta, ne intraret nuncius regis Ioram, & an ipſe debebat ſpõte ſuſtinere mortem, quam volebat infligere Ioram. Aliquis dicet, quòd Eliſæus, cum eſſet vir perfectus, nõ debebat formidare mortem: quia viri fortes ſunt impauidi circa maxima terribilia: claudere tamen portam, ne intraret nuncius regis Ioram, erat timere mortem, ideo non rectè agebat. Item non ſolũ Eliſæus non debebat timere mortẽ,
G & recuſare illam, ſed potius gaudere: quia Ioram volebat occidere eum propter Deum. Sic enim dicit de Apoſtolis: ibant Apoſtoli Gaudentes à cõſpectu concilij: quia digni habiti ſunt pro nomine Chriſti contumeliam pati Act. 5. Reſpondendum, quòd Eliſæus voluit hic euitare mortem: & ideo iuſſit ſenibus, qui cum eo erant, ne permitterent introire nuncium regis, qui veniebat ad occidendum eum. Et in hoc rectè voluit: nã mors de ſe non eſt aliqđ bonum, ſed potius malum: quia eſt corruptio entitatis: immo ipſa eſt maximum fugibile: quia eſt vltimum terribilium 3. Ethicorum: ideo ſecundum ſe, non eſt ab aliquo viro, quantuncunq; perfectus ſit, appetenda: quia tũc malum, ſecundũ quod tale eſt,
H caderet ſub appetitu, quod eſt cõtra naturam appetitus: ſed ſi aliquando viri perfecti deſiderabãt mortem, iſtud nõ erat abſolutè, ſed propter aliquod bonum, quod inde ſequebatur: ſicut dicebat Apoſtolꝰ Philip. 1. Cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto. Mortẽ deſiderabat propter gaudium vitæ æternæ: quia vita iſta per accidens viro bono mala eſt, in quantum diſtrahit eum à bono, quod intendit: & quanto plus viuit, plus ſeparat̃ ab illo: quia quandiu viuimus peregrinamur à Domino: Secundo ad Corinth. v. Vnde concludit ibi Apoſtolus, quòd quãdiu ſumus in hoc tabernaculo ingemiſcimus, habitationem noſtram, quæ de cœlo eſt, ſuperindui cupientes. De timore autem mortis dicendum, quòd quãquam ipſa terribilis ſit, nullus tamen vir perfectus eſt, q ſi in-
I ferenda ſit, non æquo animo illam toleret. Nunc autem de Eliſæo dicendum, quòd ipſe non deſiderabat mortem: quia non erat in eo aliqua ratio deſiderandi: nam Apoſtolus deſiderabat diſſolui, vt eſſet cum Chriſto. Eliſæus tamẽ, ſi diſſolutus fuiſſet, non potuiſſet eſſe cũ Chriſto immediatè, ſed in lymbo patrum, vbi nullum erat gaudium. Item Apoſtolus non ſinpliciter deſiderauit mortem, vt eſſet cũ Chriſto, ſed erat in electione anceps. ſ. an viueret in carne propter fructum, quem exercebat, vel an moreretur propter gaudium, quod expectabat, ad Phili. i. cùm ait: mihi enim viuere Chriſtus eſt, & mori lucrum: quòd ſi viuere in carne hic mihi fructus ope-
K ris eſt, & quid eligam ignoro: coarctor autem duobus, deſiderium habẽs diſſolui, & cum Chriſto eſſe, quod multo magis melius eſt: permanere autem in carne neceſſarium eſt propter vos. Sed Eliſæus videbat, quòd magnus fructus ſequebatur ex vita ſua: quia ipſe ſolus erat pater Iſraelitarum in ſanctitate, & doctrina & ex morte ſua non conſequebatur aliquod gaudium: ideo determinatè debebat eligere vitam, & nullo modo mortẽ, nec habebat cauſam dubitandi, ſicut Apoſtolus. De timore autem mortis dicendum, quòd Eliſęus non timuit illam, ita, ꝙ pp timorem eius faceret aliquid inhoneſtum, ſed timuit, ideſt, adhibuit diligentiam, ne mors ſibi infligeretur. Et dicendum, quòd in hoc merebatur: immo

Paulꝰ quo deſiderabat mortem.

[...] Elisæus non fugit mortē peccaret mortaliter.

immo,si non habuisset circa se diligentiā,vt non occideretur,cùm præsciret, ꝙ rex volebat eum occidere,peccabat,quia permittebat se mori pro nihilo: & tamen vita non est impendenda pro nihilo, sed pro maximo bono habendo, vel pro maximo malo euitando: isti.n.duo soli modi liciti sunt ad desiderandam mortem,vel ad spontè subeundum illā. Primus fuit in Apostolo,qui desiderauit dissolui,& esse cum Christo: quia esse cum Christo erat maximum bonū. Secundus modus est, qn̄ quis non pōt viuere seruata honestate,sed oportet eum mori, vel peccare mortaliter:nam tūc quilibet homo, ēt si sit imperfectus,debet desiderare potius mortē,& exponere se illi,q̄ peccare mortaliter:quia peccatū mortale est maximum malum. Sed in Eliseo nihil istorum erat: quia non habiturus erat immediatè vitā æternam. Et ēt poterat ipse euadere mortem non peccando: quia sciebat, ꝙ rex immediatè venturus erat ad reuocandum mandatū: vn̄ ait:ecce sonitus pedum Domini eius post ipsum est. Item peccaret Elisæus,si non se custodiret à morte nunc: quia De⁹ reuelauerat ei quomodo rex volebat occidere eū, & ista reuelatio fuit, vt ipse se custodiret: si autē nō clauderet portam, & permitteret se occidi,non curaret de diuino beneficio, per quod reuelabatur ei mors,vt illā euaderet:ideo peccaret: quia sicut nulli homini licet desiderare vitam contra voluntatē Dei,ita non licet desiderare mortem contra Dei voluntatem. Ad primam rationem in contrarium dicendum,ꝙ vir perfectus non debet formidare mortem, nec formidauit eam Elisæus: nam formidare est quandocunque quis mortem, quam propter virtutem subire debet,& sine qua virtutem conseruare non potest,recusat: quia tunc potius debet mortem desiderare,& subire,q̄ peccare mortaliter: immo potius debet velle esse in inferno,& non peccare mortaliter q̄ peccare,& non ire ad infernum:patet enim quia sic laudat Ecclesia sn̄iam Eleazari viri clarissimi,quem gentiles compellebant comedere carnem porcinam ad dissoluendum legem Moysaycam: respondit cito, dicens, præmitti se velle in infernum,q̄ carnem porcinam cōtra legem comedere,aut simulare se comedere illam: vt patet 2. Macha. 6. sed in Elisæo non erat periculum perdendæ virtutis,ēt si non moreretur: ideo non erat non formidare mortem,sed potius desiderare illam illicitè, si non se obseruasset, ne occideretur. Ad secundū dicendum,ꝙ Apostoli gaudebant,quia digni habiti sunt pati contumeliā pro Christo.s.quandocunque Deus deducit hominem ad talem necessitatem, vt oporteat pati pp̄ eū, vel periclitabitur fides aut gloria nominis Dei, subire debet homo mortē, & spontè debet subire,& gaudere:quia Deus obtulit ei talē oportunitatem, ꝙ sustineret pro ipso mortem gloriosam: quia per hoc destinabat eum ad maiora bona,q̄ illū, cui talem mortem non offerebat. Sic fuit in Apostolis, quia principes sacerdotum iubebant eis non prædicare nomen Christi: Act.5.dicentes: præcipiendo præcipimus vobis,ne doceretis in nomine isto, & ecce repletis Ierusalē doctrina vestra, & vultis inducere super nos sanguinem istius hominis.Christus tamen iusserat illis prædicare Euangelium omni creaturæ,Matth vltimo,& Mar.vltimo, & specialiter in Iudæa,& Samaria Act.1. scilicet:accipietis virtutem superuenientis Spiritus sancti in vos,& eritis mihi testes in Ierusalem, & in omni Iudæa,& Samaria vsque ad vltimū terrę. Ideo oportebat,ꝙ nunc Apostoli agerent contra mandatum Iudæorum, & occiderentur,vel contra mandatum Christi, & viuerent: prælegerunt ergo mori,& age

A re contra mandatum Iudæorum: Act.5 Respondēs Petrus,& Apostoli dixerunt: obedire oportet Deo magis, quàm hominibus. In Eliseo non erat nunc talis necessitas moriendi,vel agendi contra mandatum Dei: ideo nihil habuit, propter quod deberet gaudere de morte,vel desiderare illam.

Quis locutus est ad Elisæum, dicens: ecce tantum malum à Domino est. Quæstio XLV.

QVAERETVR vlterius, quis fuit iste, qui locutus est ad Elisæum, dicens:ecce tantum malum à Domino est. Respondendum, ꝙ potest dici, ꝙ esset nuncius Ioram: quia dicitur, B adhuc illo loquente,apparuit nuncius,& ait: ecce tātum malum à Domino est: & hoc dicebat nomine Ioram. Vel potest dici, ꝙ Ioram dixit hoc,scilicet, ꝙ quando venit nuncius non patuit ei porta: & illicò venit Ioram rex, & locutus est istud.Sic enim patet, quia Elisæus dixit: ecce sonitus pedum Domini eius post ipsum est. Item ista verba magis conueniunt regi,quàm nuncio suo: quia si nuncius locutus fuisset,ostendisset se loqui nomine alterius: & tamen non apparet ex verbis, sed ꝙ ille, qui locutus est nomine suo,diceret Item rex erat præsens quando Elisæus respondit ad ista verba:ergo ipse erat præsens quando dicebantur: patet consequentia: quia Elisæus illicò respondit, vt ista verba dicta sunt: ꝙ C autem rex esset pręsens quādo respondebat Elisęus, patet: quia dixit Elisæus:in tempore hoc cras modius similæ vno statere erit, & dicitur: respondens vnus de duobus, super cuius manum rex incumbebat: vt patet sequenti cap. Ergo videtur, ꝙ quando dicebantur ista,rex erat coram Elisæo, cum ipse,super cuius manum rex incumbebat,responderet ad verba Elisæi: & tamen præsente rege non est verisimile,ꝙ alius loqueretur nomine suo: ergo ipse dixit verba ista,& hoc rationabilius est.

CAPITVLVM VII.

D DIXIT autem Elisæus: Audite verbum Domini. Hæc dicit Dominus:In tempore hoc cras modius similæ vno statere erit, & duo modij hordei statere vno in porta Samariæ.

Descripta in præcedentibus pœnitentium afflictione,hic agitur de eorum cōsolatione:& ista fuit in hoc,ꝙ abundantia ciborum data est: & diuiditur in duo:quia primò ponitur abundantia panis,secundò executioni traditur,ibi. Quatuor ergo.

E *An ordo continuus sit, & immediatus. Quæst. I.*

QVAERETVR circa primum an ea, quæ habentur hic,sint continuata ad præcedentia, & an fuerint facta immediatè post illa, vel aliquanto tempore interposito. Ad primum dicendum,quòd hic est ordo continuus: nam supra agebatur de fame valida, quæ oppresserat Samaritas ex Syrorum obsidione: hic agitur de abundantia magna, quæ fuit in Samaria ex Syrorum effugatione, sed istud necessariò est post illud.

Ad secū dum dicendum,ꝙ ista fuerunt immediatè post præcedentia,scilicet,sequenti die: nā Elisæus dixit

dixit: in tempore hoc cras modius similę vno statere erit: & sequenti die facta est illa abundantia: immo quædam pars eorum, quę habentur hic, fuerũt facta in eodem die, quo præcedentia: quia supra dixit rex ad Elisæum: ecce tãtum malum à Domino est: & illico respõdit Elisæus: in tẽpore hoc cras erit modius similę statere vno. Circa primum dicitur, *Dixit autẽ Elisęus: audite verbum Domini.* Et oppresserat Deꝰ Samaritas fame magna, & finita fuerat in hoc, ꝙ duæ mulieres comederunt filium vnius earum: ideo Deus volebat iam auertere iram suam, & dare abundantiam, & prænunciauit hoc Elisæo, vt ipse diceret illud regi, & toti populo. Et potest intelligi quòd Deus reuelauisset hoc Elisęo aliquanto tẽpore ante istud: & tamen ipse non denunciauit illud vsque nunc: quia nunc q̃rebatur de afflictione quan diu duratura erat, scilicet: quid amplius expectabo à Domino? præcedenti cap. vel potest dici, ꝙ Deus nunc reuelauit Elisæo, scilicet, quòd postquam rex incępisset dicere, quid amplius expectabo à Domino, Deus reuelaret Elisæo, quòd sequenti die futura erat abundantia. Sic.n. Deus solitus erat reuelare ei ea, de quibus quærebatur tunc quãdo actualiter interrogaretur: vt declaratum est supra 4. *Hæc dicit Dominus* .i. non est verbum meum, sed Domini: ideo certissimè eueniet. *In tempore hoc.* i. in hora ista, scilicet, quia illa nocte fugerunt Syri de castris, & sequenti die in hora qua locutus est Elisęus, ductum fuerat multum frumentum, & hordeum de castris Syrorum, & vendebatur, sicut dixerat Elisæus. *Modius similę vno statere erit.* Simila vocatur farina alba ad differentiam farinę furfureę: & ista est, de qua fiunt panes delicatiores. Vocatur modius mensura quædã satis parua inter Hebræos: & non significat modiũ, sicut inter nos, vbi vnus modius dicit multas mensuras simul alicuius rei. Quod patet: quia ruth portauit sex modios tritici super humeros suos: vt patet Ruth. 3. Et tamen si acciperetur modius sicut nos accipimus, nõ posset portare sextam partem, aut septimã vnius modij: maximè, quia dicitur, ꝙ in pallio suo portauit illos sex modios, sed parum de frumento ibi poterat capi. Quòd etiam esset vna mensura, patet Matth. 5. cùm dixit Christus: non accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio. Stater nomen monetę argenteę est, & secundum quosdã idem est, quod siclus: sic etiam accipitur supra 1. lib. cap. 9. cùm dixit puer Saulis ad eum: ecce inuẽta est in manu mea quarta pars stateris argenti: in Hebręo dicitur, *Sicut tempus istud cras mensura similę vno pondere erit.* Eadem sententia est: quia dicitur: sicut tempus istud cras: idest, in hora ista cras. Et vbi nos dicimus, modium, ponit Hebræus hic mensuram, & in hoc est differentia: quia non ponitur hic in Hebræo nomen modij, sed mensuræ generaliter sunt: nam Leuit. vltimo dicitur: Si triginta modijs hordei terra seritur, & Ruth tertio ponuntur sex modij, & ibi ꝓ modio ponitur, Homer in Hebręo, sed hic ponitur ceha, quod est nomen commune ad mensuras, sicut istud nomen, mensura, in Latino. Hieronymus tamen posuit modium: quia licet nõ exprimatur nomen speciale mensuræ, quia tamen ista erat mensura communior de paruis, intelligebatur de ista. Etiã dicitur ĩ Hebręo, vno põdere, vbi nos dicimus vno statere. & nõ accipitur, pondus, ibi pro pondere alicuius rei generaliter loquendo, sed pro quadam moneta argenti, quæ consistebat in certo pondere: & ista est siclus, qui 20. obolos continet, Leuit. vltimo. & Num. tertio, & ob hoc litera nostra nõ dixit, pondere vno: quia pondus inter nos est nomen generale, sed posuit nomen monetę, scilicet staterem ar-

[Margin: Humida quid.]

[Margin: Modius mensura quædam.]

[Margin: Stater nomẽ monetæ.]

[Margin: Põdus, & siclus idẽ sunt.]

F genti: est enim nomen monetę: vt patet supra primo lib. cap. 9. cum dixit puer Saulis: ecce inuenta est in manu mea quarta pars stateris argenti. Et Matth. 17. Christus dixit Petro: vade ad mare, & eum piscẽ, qui prius ascenderit, tolles, & aperto ore eius, inuenies staterem, illum assumens da eis pro me, & pro te. Et iste modus loquendi est in Hebręo: quòd moneta argenti, vel auri, quæ est in debito pondere, vocetur: pondus generaliter: sic patet Gen. 23. cùm dicitur terra, quam postulas quadringentos siclos argenti valet, & in Hebræo dicitur ibi quadringenta pondera argenti valet. *Et duo modij hordei statere vno.* Simila erat in duplo valore ad hordeum: quia simila erat farina ad cibum hominum hordeum verò erat ad cibum equorum, & vtrunque erat in castris Syriæ, in Hebræo dicitur: *Duæ mensuræ hordeorum pondere vno.* Vocantur mensuræ. & non modij sicut supra diximus. Etiam vocatur pondus stater argenti, siue siclus. Dicitur tamen, hordeorum, pluraliter, & istud est contra consuetudinem Latinam: nã nominibus seminum raro datur plurale, & tamen in Hebræo est totaliter per contrarium: quia vbicunque debet nominari frumentum, vel hordeum nominatur pluraliter, vt dicamus, modium frumentorum, & hordeorum: sed ista barbaries idiomatis est. *In porta Samariæ.* Scilicet, vendentur in porta Samariæ. Hoc autem fuit, quia sequenti die iuit populus in castra, & portauit frumẽtum, & hordeum de castris Syrorum, & illud vendebatur ad portam Samariæ, vt totus populus inde emere posset.

Quare Elisæus prenunciauit abundantiam futuram sequenti die, quia etiam si non prænunciasset illam, euenisset.

Quæstio II.

QVAERETVR, quare Elisæus prenunciauit abundantiam istam futuram sequenti die. Respondẽdum, quòd Elisæus non denunciauisset illam, futura erat sequenti die, quia iam cõsummata erant omnia mala pœnę, quæ Deus missurus erat super Samaritas: cum iam duæ mulieres comedissent filium vnius, quod erat extremum malum: ideo sequenti die disposuerat Deus dare abundantiam ciborum fugando Syros de castris: & ideo siue denunciaretur, siue non, nihilominus euentura erat. Deus taman voluit, quòd denunciaretur propter multa. Primò quia Deus disposuerat dare illam abundantiam, & si non prænunciasset eam ꝑ prophetam, putaretur, quòd illud euenerat casu, scilicet, Syros reliquisse castra sua propter aliquid, qđ euenerat eis: & sic non ascriberent hoc miraculo, & clementiæ diuinæ volenti prouidere eis existentibus in extrema calamitate, & per hoc modicum Deo regratiarentur: Deus tamen intendit, quòd miracula sua in magna reputatione teneantur, & per hoc homines laudent eum: ideo decuit, vt prænunciaretur antequam fieret, & sic putaretur esse miraculũ. Secundũ fuit ad lętificandum populum: qa totus populus erat quasi in extrema desperatione: qa nõ poterat esse maius malum, quàm ꝙ comederẽt filios, & filias, & adhuc Deus non prouideret eis: & quia diuulgato illo monstro per Samariam, ꝙ mater comedisset filium, fuisset desperatio totius populi, & affligerentur plus die illo lugentes, quàm afflicti fuerant toto tempore famis præteritæ: ideo voluit Dominus, quòd non tristarentur, & denunciauit eis futuram abundantiam crastino. Tertium fuit ad liberandum Elisæum de manibus regis, quia rex miserat ad occidendum Elisæum: quia tantum malum ueniebat super vrbem, & si nunc

non

non responderet aliquid de bona spe, fortè rex nocere ei, quanquam non occideret ipsum: ideo dedit ei Deus, quod responderet. Quartū fuit vt Deus faceret Samaritas promptiores ad credendū hoc, qñ eueniret: nam ipsa nocte fugituri erant Syri de castris, & venturi erant leprosi ad annūciandū hoc in vrbe, & non possent credere istud Samaritæ, sed putarent Syros ex industria fecisse hoc, vt caperent Samaritas. Nunc autem cum Elisæus prænunciasset sequenti die futuram abundantiam, qñ veniret leprosi, & nunciarent fugisse Syros aliqualiter crederent Samaritæ, putantes, ꝙ isto modo compleri debebat, quod dixerat Elisæus: nam & sic fuit eis difficile credere, ꝙ Syri verè fugissent, quanto magis, si non denunciasset copiam futuram Eliseus.

Israelitæ quomodo crediderunt, quòd verba Elisæi complerentur, cum tunc essent in extrema inopia omnium rerum. Quæstio III.

QVAERETVR vlterius, quid intelligebant Israelitæ futurum esse verbis Elisei. s. quomodo compleretur, ꝙ Deus daret sequenti die tantam abundantiam, cum tunc essent in tanta calamitate, vt filios comederent. Respondendum, ꝙ istud erat admirabile valde, & vix cadebat sub æstimatione alicuius: & ideo multi non credebant, quanquam Eliseus hoc prænunciaret: sicut patet de illo principe, qui dixit: si Dominus fecerit etiam catarrhactas in cœlo, nunquid poterit esse, ꝙ loqueris? Aliqui autē credebāt, ꝙ poterat hoc esse, & tamē non putabant qualiter fieret: quia non poterant excogitare modum: non. n. poterat hoc intelligi fieri per abundantiam aquarum à Deo dandam: quia istud esset ad faciendum annum illum fertilem: & tamen ad faciēdum, ꝙ sequenti die modius frumenti valeret vno statere, nihil proficiebat. Aliqui autem poterāt credere, ꝙ Deus mitteret eis manna de cœlo, sicut misit patribus suis in deserto cum essent in extrema famis angustia. Exo. 16. & illo cibo alebantur ad saturitatem: vt patet ibidem, & Num. 11. Et tamen hoc non stat: qa non solū dixit Eliseus, ꝙ ventura esset abundantia, sed ꝙ modius frumenti valeret vno statere, & tamen si plueret manna non esset ibi frumētum, nec simila, nec hordeum. Aliqui autem poterant arbitrari ꝙ Deus vellet pluere de cœlo farinā, & hordeum: & hoc videtur cōcordare verbis illius, qui dixit ad Eliseum, si Dominus fecerit etiam catarrhactas in cœlo, nunquid poterit esse, qđ loqueris? & poterat ista farina, vel hordeum esse nouiter creatū, & plueret illud intra ciuitatem, sicut manna veniebat per medium pluuiæ in circuitu castrorum Exod. 16. & hoc erat satis verisimile, quia sicut Deus aliquando pluit carnes super Israelitas ad comedēdum, ita plueret super eos farinam, & hordeum: patet hoc. Psal. 77. Et pluit super eos sicut puluerem carnes, & sicut arena maris volatilia pennatę, & ceciderunt in medio castrorum eorum, circa tabernacula eorum. Vel poterat esse, quòd Deus acciperet istam farinam, & hordeum, & mitteret de aliqua terra in vrbem Samariæ, & ibi caderet. Sic. n. fuit de coturnicibus quando Deus voluit dare Israelitis coturnices ad comedendum: quia ventus egressus à Domino trans mare detulit coturnices, & fecit cadere in circuitu castrorum Hebræorum, Nume. 11. & hoc fecit Deus bis: semel enim fecit Dominus istud in monte Synai, cum dixit Moyses: Vespere comederis carnes, & mane saturabimini panibus: factum est ergo vespere, & ascendens coturnix operuit castra, Exod. 16. Et tunc erat populus in deserto

A Sin: vt patet ibidem. Iterum autem pluit Deus coturnices petentibus Israelitis carnes, cum essent in sepulchris concupiscentiæ. Num. vndecimo. Modus iste verisimilis erat ad hoc, quòd Deus pasceret eos: & tamen non conuenit literæ: quia dicitur, quòd venderetur modius similæ vno statere: si tamen Deus plueret similam, & hordeum non venderentur: quia nullus esset Dominus illorum, cum non plus laboraret vnus, quàm alius pro illo.

Aliqui poterant intelligere, quòd Angeli portaturi essent in Samariam farinam, & hordeum sicut duo corui portabant Eliæ quotidie panem, & carnes manenti apud torrentem Carith, præcedenti libro capi. decimo octauo. Vel sicut angelus Domini
B portauit Elię vnum panem subcinericium, & vas aquę dormienti sub iunipero, eodem lib. capit. 19. Sed ēt istud non stat: quia tunc non venderetur frumentum, nec hordeum, cùm Angeli pro omnibus portarent. Aliqui poterant intelligere, quòd hoc fieret per modum multiplicationis. s. ꝙ aliquod modicum farinæ, & hordei mansisset in Samaria saltem in domo regis, & illud multiplicaret, sicut multiplicatum fuit oleum, quod erat in lecytho mulieris Sareptanæ ad verbum Eliæ, & hidria repleta fuit farina, nec defecit vsq; ad diē, qua venit pluuia super terram: præced. lib. c. 17. Sic ēt multiplicatū est oleū in lecytho alterius mulieris ad verbum Elisæi, & repleta fuerunt inde multa vasa, sup. 4. iste modus erat
C conuenientior omnibus pręcedentibus: nam in isto modo esset hordeum, & simila ad abundantiam, & etiam posset vendi, quod nō poterat fieri in modis assignatis, supra. Et patet hoc: quia si Deus similam, & hordeum in domo alicuius Samaritæ videbatur præstare specialiter beneficium illi: ideo posset vendere, vt infra magis declarabitur. Sed adhuc dicendum, ꝙ iste modus nōn conuenit per oīa: quia dixit Elisæus: in tempore hoc cras modius similę vno statere erit in porta Samariæ: in quo significabat obsidionem soluendam: nam dicebat, quòd vēderetur in porta Samariæ: & tamen dum erat ciuitas obsessa à Syris, non aperiebantur portę ad hoc, quòd ibi venderentur aliqua: ideo oportet, quòd solueretur
D obsidio ad hoc, ꝙ ibi fieret forum rerum venalium: nullus tamen Samaritarum intellexit istud.

Si Deus multiplicasset hordeum, vel similā in domo alicuius in Samaria, an liceret ei vendere alijs, & qūo teneamur dare gratis ea, quæ à Deo gratis accepimus. Quæstio IIII.

QVAERETVR vlterius, quia supra tactum est de abundantia, quam Deus missurus erat super Samariam, si fuisset illa taliter, quòd hordeū, vel simila, q̄ erant in domo alicuius Samaritæ, multiplicarentur, an liceret ei vendere alijs sub precio, vel cogeretur tradere gratis. Aliquis dicet, quòd cogeretur tradere sine precio: qa ista est causa, qua
E aliquis potest vendere ea, quæ habet, scilicet: quia precio emit illa, vel qa laborauit, vt acquireret ea: & tamen iste, in cuius domo multiplicaretur hordeum, & simila, nō laborauerat pro eis, nec illa emerat, ideo non poterat vendere. Item Christus dixit Matth. decimo: gratis accepistis, gratis date: sed iste, in cuius domo fieret talis multiplicatio: gratis acciperet: quia sine aliquo labore & precio: ergo tenebatur dare gratis. Respōdendum, quòd hic sunt duo dubia. Primū, an iste, in cuius domo fieret talis multiplicatio, teneretur dare alijs de simila, vel hordeo gratis, aut pro pecunia: quia posset dicere, quòd nullo modo volebat dare, sed volebat reseruare ad necessitates suas. Aliud est, dato quòd iste teneretur

succurrere inopię aliorum, an teneret̃ gratis dare, vel pro sola pecunia. Ad primum dicendum, quòd aut isti, in cuius domo fiebat multiplicatio, dicebatur, ꝙ erat ad releuãdam famem suam, & aliorum, aut non: si diceretur ei, ꝙ pro se, & pro alijs, tunc dicendum, quòd tenebatur dare gratis, vel pro pecunia. Si aũt nihil dicebatur: aut sciebat, ꝙ illa multiplicatio paulatim poterat consumi, aut non: sicut fuit de hidria, & lecytho mulieris Sareptanæ: quia lecythus fuit repletus oleo, & hidria farina, & q̃q̃ quotidiè comederet de oleo, & farina, nunquã minuebatur, ac si nunquam comedisset: præcedenti lib. cap. 17. Si in secundo casu, dicendum, quòd tenebatur iste dare alijs gratis, vel pro precio: quia aliàs esset inuidere eis, & velle, quòd perirent, cum posset sine aliquo detrimento suo, & labore liberare illos à morte, & nolet. Si primo modo, non videbatur, ꝙ teneretur vendere, aut dare gratis, quia nesciret quãdiu duratura esset fames, & fortè non sufficeret ei: quia tunc habebat excusationem legitimam volens potius, quod alij perirẽt fame, quàm ꝙ ipse. Dicendum tamen, quòd in casu dato quomodocunque eueniret, tenebatur vẽdere: saltem quia Eliseus dixerat: in tempore hoc cras modius similę erit statere vno in porta Samarię, idest, vendetur pro vno statere: & sic multiplicatio illa, quæ sequeretur, debebat limitari, secũdum verba prophetę, qa verba eius erant verba Dei. Secundum dubium erat, dato quòd iste teneretur aliquo modo dare de simila, & hordeo, an teneretur dare gratis, vel posse vendere. Respondendum, ꝙ aut in multiplicatione ista dicebatur illi, in cuius domo fiebat, ꝙ erat pro ipso solo, siue quòd fiebat in fauorẽ ipsius solius: vel ꝙ fiebat in fauorem omnium equaliter, vel nihil dicebatur. Si esset secundus modus, tenebatur dare omnibus gratis: quia licet beneficium illud factum esset in domo sua, tamen erat beneficiũ generale, vt patet ex verbis, quæ præsupponuntur: & ideo fiebat ipse, sicut minister illius beneficij Dei ad hoc, ꝙ distribueret omnibus, non tamen fiebat Dominus ad hoc, quòd venderet. Si esset primus modus, dicendum, quòd licebat ei vendere, nec cogebatur alicui dare gratis, nisi esset pauperrimus, & in extrema necessitate: quia tunc etiam si non esset beneficium Dei spetiale, sed aliàs haberet ad dandum ei cibum tenebatur sibi dare. Sic patet de muliere illa vidua, in cuius lecytho multiplicatũ est oleũ, ita vt replerentur multa vasa: nam ipsa nulli dedit gratis, sed vendidit quantum suffecit ad soluendum creditori suo, & de reliquo sustentata est ipsa, & filij sui, qa sic iussit Elisæus supra quarto. Si autem esset tertius modus, dicendum quòd poterat iste vendere: quia non repugnabat rebus istis collatis à Deo vendi, cũ in aliquo casu licitè venderentur, scilicet, in præcedenti: & tamen beneficium videbatur hic esse soli personę collatum, cum in domo sua fieret hoc, & non in domo aliorum: ideo poterat ipse vendere. Nam non est dubium, quòd si Deus posuerit in arca alicuius hominis aurum, & argentum multum, homo ille sit Dominus omnium illorum: sed qui verè Dominus est, potest alienare, nisi sit aliqua res spetialis, in qua sit prohibitio de iure alienare, sicut in iuribus primogenituræ: & tamen farina, & hordeum non sunt prohibita vendi: ideo si quis habuisset tunc farinam, & hordeum in Samaria Deo dante illa, & nihil dicente, licitè poterat vendere. Ad primam rationem in contrarium dicendum, quòd ratio potissima, qua aliquis nõ possit vẽdere rẽ, nõ est, quia pro illa non laborauit, vel qa p̃ciũ non dedit: qa tunc si quis inueniret aliq̃ rẽ, q̃ nullius boni esset

Ad primũ argu.

F teneretur illam gratis alijs communicare: quia non emerat eã, nec laborauerat pro ipsa, nec proueniebat ei ex aliquo iure: & tamen falsum est: quia non tenetur plus illam rem communicare, quàm aliàs pro quibus laborauit, cum equaliter sit verus Dominus vtrarunq;. Etiam causa potissima, pro qua licet alicui vendere rem, non est quia pro ipsa laborauit, vel quia ipsam emit: quia potest laborasse pro illa, & non erit sua, & sic nõ poterit vendere. Et iam poterit emisse illicitè. s. cum mala fide, vel à non vero Domino, & non poterit vendere: sed causa, propter quam aliquis nõ potest vendere rẽ, est duplex, scilicet: quia ipsa est talis, q̃ non cadit sub p̃cio, & repugnat ei de iure vendi: vel quia ille, qui vẽdit, nõ

Res quæ vendi potest, & quæ non.

G est, Dñs: causæ aũt, quę faciunt aliquẽ posse vendere rẽ, sunt aliæ duę opposite. s. ꝙ res sit talis, cui nõ repugnet vẽdi de iure: & ꝙ ille, q vult vẽdere, sit Dñs, vel habens vicem Dñi Dico aũt hoc propter spiritualia: quia à nullo possunt vendi: quia ipsa non cadunt sub dominio alicuius, nisi solius Dei: dico etiã pp collationes spũaliũ, q̃ licet aliquo modo cadant sub dominio p̃latorũ, & sacerdotũ, & sic sunt Dñi ipsarum collationũ, licet non rerũ, quas cõferũt: tñ ipsas collationes ẽt vendere non possunt: quia de iure prohibentur: Dico ẽt hoc propter bona, q̃ veniũt de iure primogeniturę: qa illa verè cadunt sub dominio primogeniti: & tamen non licèt primogenito vendere illa: quia de iure prohibetur, cũ sint an-
H nexa primogeniturę illius progeniei. Dato ergo, ꝙ non acquireret labore, nec emeret precio aliquis Samarita multiplicationem hordei, & similæ, quæ fieret in domo sua à Deo: quia tamen hordeum, & simila non vetabantur de iure vendi, & ipse efficiebatur verus Dominus: qa illa Deus sibi conferebat, poterat vendere, & disponere de illis, sicut aliàs facturus esset, si Deus non contulisset sibi specialiter. Est tamen vnum. s. ꝙ si iste venderet res illas, tenebatur dare de minori foro, quàm alias dare posset si labore suo acquisiuisset. Ratio differentiæ est, quia sicut Deus fecerat ei magnum beneficium dando illa, ita ipse debebat aliquo modo misereri aliorum nõ exigendo tantam pecuniam, sicut aliàs exigeret. Sic pa-
I tet de illo, cui Dominus suus remisit decem millia talenta, & ille torquebat alium conseruum suum: qa ipse non reddebat sibi centũ denarios, quos debebat: & Dominus serui illius posuit eum in carcere, vt solueret totum debitum, quod remissum fuerat ei: quia non remiserat alteri cõseruo: & sic videtur, ꝙ peccauit in ingratitudine: ita ergo quanquam isti Deus contulisset similam, & hordeum, & ipse efficeretur Dominus illorum, si tamen non miseret̃ aliqualiter alijs, saltem non exigẽdo magna precia, peccaret ĩ ĩgratitudine. De hoc Matth. decimo octauo.

Ad secundum dicendum, ꝙ ex illo dicto Christi, scilicet, gratis accepistis, & gratis date: non sequitur, quòd iste, in cuius domo fieret ista multiplicatio, te-
K neretur sine precio dare: & ad illam auctoritatem dicendum, quòd illud intelligitur, quòd ille, qui gratis accipit, gratis debet dare, scilicet, si iubeat̃ ei quãdo confertur res, quòd gratis det illam: quia tũc nõ efficitur ipse Dominus, sed ministrator. Et ita fuit in Apostolis: quia Christus dedit eis virtutem sanandi ægritudines, & eijciẽdi Dæmones & suscitãdi mortuos, & in collatione dixit eis: Gratis accepistis, gratis date, Matth. 10. Et sic tenebant̃ sub pęna peccati mortalis nihil petere, nec recipere pro hac causa. Sic autem, si Deus iussisset Samaritę, in cuius domo fuit multiplicatio facta, ꝙ daret gratis oĩbus de illa simila, & hordeo, teneret̃ dare, sicut supra dictũ est: si tamen nihil diceretur ei de hoc poterat vendere.

Ad secundum arg.

Gratis accepistis gratis date quo... telligatur.

Ali-

Aliter potest dici ad auctoritatē illā, ꝙ Apostoli vetiti sunt recipere preciū pro sanatione infirmorū,& pro suscitatione mortuorū, quia ipsi nō erant Domini istarū operationum,nec ipsi faciebant illas realiter, aut instrumentaliter , sed solus Deus faciebat eas, ꝙ ergo ipsi venderent id, quod non erat suum,erat contra naturam: cum per venditionem debeat transferri Dominiū ab eo,qui Dn̄s est. Secus autem erat hic: quia frumentū,& hordeum, licet à Deo traderentur , tn̄ erant res corporales , & postq̄ tradebantur, transibant in Dn̄ium eius,cui tradebātur,sed verus Dn̄s potest alienare, nisi prohibeatur de iure: ergo poterat iste vendere similam ,& hordeum. Pro quo sciendum , ꝙ res illa, quæ traditur gratis, aut est aliquid corporale, siue tēporale,sicut pecunia, & illa , quæ ęstimantur pecunia , aut non: si primo modo, dicendū,ꝙ q̄q̄ à Deo spetialiter dentur aliqua sine labore nostro possumus illa vendere, & conuertere in alios vsus licitos , & non tenemur alicui dare gratis, sicut patet de oleo multiplicato miraculosè in lecytho viduæ: quia illud vendidit ex mandato Elisęi, supra 4. Si autem sit aliquid spirituale,sicut intelligere , vel habere virtutē ad curandum morbos,& faciendū alia, aut illa fiunt miraculosè,aut naturaliter.Si primo modo, non potest aliquid exigere, nec recipere ex hac causa,siue in collatione illius boni dicatur ei,ꝙ gratis det, siue nihil dicatur. Patet differentia ista:nā aliquando Deus dat virtutem aliquibus faciēdi aliquid , qđ per ipsos nō fit,sicut est in omnibus miraculis. Nam tradidit potestatem Apostolis suscitandi mortuos , & sanandi leprosos: & tamen ista potestas non erat in Apostolis: quia non solū ipsi non susceperunt eam , sed ēt impossibile erat, ꝙ eis conferretur: quia potestas suscitandi mortuum est potestas infinita, cum non sit minoris potestatis suscitare mortuum , quā creare seculum : & tamen virtus infinita non potest communicari subiecto finito : & ista est causa, quare nō potest alicui substantiæ creatæ communicari virtus creatiua. Ergo non habuerunt realiter Apostoli potestatem suscitandi mortuos, & consequenter ipsi nō suscitabant eos, sed solus Deus. Quòd ergo Apostoli vellent pecuniam pro suscitatione mortuorū, & sanatione leprosorum , erat vendere id, qđ Deus faciebat,& non ipsi: sed hoc iniustum est,etiā si nullus dicat,& leges non prohibeāt. Et sic Apostoli peccarent, si exegissent aliquam pecuniam pro his operationibus,etiam si Christus non dixisset eis, ꝙ gratis Darent. Nec dixit Christus: Gratis accepistis, gratis date, quasi aliàs non essent obligati ad hoc faciendum , sed ad magis declarandū dixit:quia verbum Christi magis certificat,q̄ ratio nostra naturalis,etiā si ipse nihil probet,& nos probemus. Aliquando autem Deus dat alicui miraculosè aliquid, cuius operatio naturaliter fit : vt potè si Deus conferat alicui sapientiam magnam subito in quacunque arte , miraculosum est: & tamen ꝙ postea ipse per sapientiā illam intelligat,vel operetur,naturale est. Sicut si cōferatur alicui miraculosè scientia totius Medicinæ ad hoc,ꝙ postea sanet aliquos, naturaliter operabitur,inquirēs,& applicans illa quæ iubet ars sibi collata: & tunc verè illa operatio per ipsum fit , & non per Deum:quia naturalis est, & tunc Dicendum, ꝙ aut in collatione illius iubetur sibi , quòd gratis oīa faciat: aut dicitur, ꝙ possit suscipere pecuniam, aut nihil dicitur. Si primo modo non potest quicquā exigere: quia Deus obligat eum ad hoc. Si secundo modo, certum est, quòd potest, cū hoc Deus exprimat. Si tertio modo,dicendum,quòd aut ad operationem illam requiritur aliquis labor,aut non:si labor requiritur, potest pro labore illo aliquid exigere,licet pro valore operis non possit: quia cum omnino gratis collatū sit gratis debet impendere ex illa parte , qua gratuitum est: si autem non requiratur aliquis labor, sed solum occupatio , Dicendum ꝙ si non habet ille vnde aliàs viuat,potest petere sustentationem, sed nihil aliud. Vt potè si Deus dedisset homini gratiam consilij miraculosè efficiendo hominem rusticum subito sapientem , & ipse sciret respōdere ad omnia, quæ inquirerētur , nec oporteret studere ad respondendum , quia tamen respondēdo expēdebat tempus, poterat petere ab eis, quibus respondebat, victum, cum ipse occupatus huic operi non posset aliunde victum quęrere. Simile patet infra ad Corinth.9. de prædicatoribus,de quibus dicit Apostolus, ꝙ quia seminant spiritualia debēt metere temporalia : & sic ipsi,quibus prædicant,tenentur eis prouidere,& illi possunt petere ab eis , licet illi non dent , & licet non vt determinatè debitum , tamen ut aliquo modo debitum : isti tamen non possunt petere, nisi ad sustentationem,& non ad hoc ꝙ ditentur : quia tūc Euangelium esset propter quæstum, sustentatio tamen debet esse pp Euāgelium: ideo Apostolus increpat valde illos,qui prędicabant ad abundantiam ventris & diuitiarum: vt colligitur infra ad Corinth.9.& ad Philipen.3.

Apostoli peccarēt, si pro operatiōe miraculorū preciū acceperent.

An p̄dicatores & doctores sacrę scripturæ possint docere ꝑ precio.

Elisæus an intellexerit, quomodo Deus prouisurus esset Israelitis, & an necesse esset, ad hoc, quòd esset propheta, quòd sciret modum illum. Quæst. V.

QVAERETVR vlterius, an Eliseus sciebat quomodo Deus prouisurus esset Israelitis sequenti die, scilicet, vt valeret modius similę vno statere. Aliquis dicet,ꝙ in hoc non est dubium:quia ad hoc ꝙ aliquis sit propheta,oportet,quòd intelligat omnia , quæ dicit : iuxta illud Daniel 10. Intelligentia opus est in visione: oportet,ꝙ ille,qui est vidēs,idest propheta intelligat ea , quæ dicit . Dicendū ꝙ istud non est necessarium:quia poterat Eliseus esse ꝓpheta Domini,& non intelligere, quis erat modus , per quem Deus debebat ꝓuidere populo. Pro quo sciēdum,ꝙ ad hoc,ꝙ aliquis sit propheta oportet ꝙ intelligat ea,quæ dicit:& tn̄ istud intelligere stat tripliciter. Primū est, ꝙ propheta ītelligat reuelationē.i. verba reuelationis , siue illa dicātur in sensu historico,siue in parabolico,& nihil vltra. Secundū intelligere est, ꝙ intelligat reuelationem semper in sensu historico, siue dicatur in historico , siue in parabolico: & tamen nihil vltra intelligat,nisi quantum per verba illa intelligi potest. Tertium est, ꝙ intelligat non solum id,quod illa verba significant in sensu historico,sed etiam ꝙ intelligat quidquid Deus ꝑ illa verba intendit significare , licet illa verba hoc nō significent secundū se. Primum est intelligere solum verba prophetię,& nō prophetiā. Secundū est intelligere verum sensum prophetiæ. Tertiū est intelligere plus,q̄ per prophetiam significetur . Primum nō facit aliquem esse prophetā : sicut patet de Pharaone,qui vidit somniū,& non intellexit,Gen 41. sic ēt fuit de Nabuchodonosor, qui vidit multa somnia , & nullum intellexit. Dan.1. & 2. & 4. Ideo isti duo non vocantur prophetæ, quanquam somnia istorū essent quędam reuelationes à Deo missę,sicut patet in prædictis locis. Secundū intelligere facit aliquē esse verum prophetam, & sufficientem. Tertium facit non solum prophetam , sed abundantissimū ꝓphetam: de his declaratū est satis ꝑcedenti lib. c. 13. in quadam q̄one. De Eliseo aūt applicāda sunt ista. Nā primus modus ītelligēdi eēt in eo, si De⁹ dixisset

Prophetā ītelligere qđ dicit tripliciter intelligitur

ei istud in quadam metaphora, vel parabola, & ipse E
intellexisset parabolam illam ad literam, sed nō intellexisset sensum historicum, quem Deus intendebat facere ꝑ illā: & tunc nō esset Eliseus propheta q̄tū ad hoc: & de hoc intelligit illud Danie. 10. ſ. intelligētia opus est in visione. i. ad hoc ꝙ aliquis sit propheta oportet, ꝙ intelligat qd Deus velit significare ꝑ verba, vel ꝑ visiones. Et qa Deus ostēdebat Danieli multas visiones, quarū ipse nō itelligebat sensum: Deus mittebat Gabrielem ad eū, vt declararet ei dicens. Gabriel fac intelligere istā visionē Danieli. Dani. 8. & tūc Daniel incipiebat esse ꝓpheta: & ꝑp hoc dixit: intelligētia opus est in visione. i. anteq̄ itelligerē nō erā propheta, & postea fui. Secūdū intelligere erat in prophetia ista, ꝙ sicut Deus reuelabat Eliseo G
saturitatem futuram crastino: ita ipse putaret, quòd crastino futura erat, & sic reuelaret populo. Tertiū intelligere erat, ꝙ Deo dicente Eliseo futuram esse abundantiam crastino, non solū ipse intelligeret illam futuram, sed etiam intelligeret per quem futura erat, & quis modus inducendi illā esset: & an posset aliquo modo impediri, & sic de alijs circunstantijs. Dicendum, ꝙ secundum intellexit Elisæus: & dato quòd non itelligeret tertium, esset propheta: intelligere tamen per quem, & qualiter euentura esset ista abundantia, pertinebat ad tertiū modū: ideo poterat Elisæus nescire illud, & sic esset dubius de modo, sicut qlibet Israelita. Sic patet de multis alijs prophetis, quibus Deus aliqua reuelabat: & tamen H
circa multas circunstantias illius rei reuelatę ignorabant, sic fuit de Moyse, cui Deus dixit, ꝙ nō introiret in terram Chanaan, Nu. 27. Et intellexit hoc: tamen nesciuit, an hoc posset euitari: ideo postea orabat Dominum frequenter, vt permitteretur intrare illùc, quousque Deus ei dixit: ne loquaris vltra ad me de hac re. Deut. 3. Si tamen Moyses à principio sciuisset, ꝙ Deus secūdum certitudinem dixerat sibi, ꝙ non posset introire in terram Chanaan, nunq̄ pro hoc orasset: quia crederet se frustra orare: erat tamen Moyses propheta excellentissimus. Sic etiā fuit de Samuele, cui Deus dixit, ꝙ Saul nō regnaret in Israel, sed traderetur regnum suum alteri: & tamen nesciebat Samuel, an Deus dixisset hoc secun- I
dum firmitudinem propositi, & an posset reuocari: ideo orabat semper, vt Deus non aufferret ei regnū, supra 1. lib. 15. c. Sic etiam Ioel dixit Israelitis de bruco, & locusta venturi super terram, postea tamen dixit eis, ꝙ pęniterent, & subiunxit: Quis scit, si conuertatur, & ignoscat Dominus, & relinquat post se benedictionē? Ioelis secundo. Idē ēt fuit in Elia, quando petiuit Eliseus ab illo, ꝙ acciperet spiritum eius duplicem. Respondit Elias: rem difficile postulasti, attamen si videris me, quando tollar à te, erit quod petisti: si autem non videris, non erit: supra secundo & sic Deus reuelauit hoc Eliæ: tamen ipse determinatè nesciebat, an Elisæus acciperet spiritum ꝓpheticum, vel non. Idē etiam accidit Elisæo: quia dixit K
ipse regi Israel, ꝙ percuteret in terrā sagitta sua, & ꝙ sic percuteret Syriā, & tunc percussit rex ter solū, & cum cessasset: dixit Elisæus: si percussisses quinquies, aut sexies, siue septies percussisses Syriam vsq; ad consummationem: nunc autem tribus vicibus percuties eam, infra 13. Et sic Eliseus sciebat, ꝙ rex Israel percussurus erat Syriam quoties percuteret in terra: nesciebat tamen quoties percussurus esset: ideo quando cessauit percutere, dixit ei, ꝙ ter percuteret Syriam: sic ergo in multis alijs Deus reuelat aliquid prophetæ, & non reuelat circunstantias particulares eius, & sic poterat esse hic.

Licet non constet Eliseum sciuisse modum futuræ abundantiæ, an credendum est, quòd sciuerit. Quæst. VI.

QVAERETVR vlterius, dato ꝙ Eliseus esset propheta in hoc, & posset nescire de modo, ꝙ Deus volebat prouidere, an verè sciuerit. Respōdendum, ꝙ non constat, an sciuerit: dicēdum tamē satis esse verisimile, ꝙ sciuerit: qa Deus solebat Elisæo reuelare perfectè ea, quæ reuelabat. Item apparet, quia Elisæus non solū dixit abundantiā futurā, sed aliqualiter expressit modum inquātū dixit: duo modij hordei statere vno erūt, & sic in quantum nominabat ordeum, & similam & non ponebat alios modos: videtur, ꝙ ipse sciebat, quòd de castris Syriæ ducenda erant ista, cum non dixerit, ꝙ Deus daret abundantiam solum, sed nominauit hordeū, & similam. Itē patet: quia dixit, ꝙ ista venderentur, ꝑ qđ patet qđ ipse sciebat, ꝙ nō dēbat Deus illa mittere miraculosè, sicut coturnices, vel māna, sed capiēda erant à populo iure suo ita, vt venderentur: satis ergo declarabat, ꝙ esset hoc de castris Syriæ. Item patet hoc efficacius, quia dixit, ꝙ vēderentur in porta Samariæ, sed istud significat, ꝙ aufferenda erat obsidio: quia aliàs nō possent vendi aliquę res apud portam Samariæ, cum hostes starent in circuitu vrbis: erat tamen in Samaria forum rerum venalium in quadam area magna, siue platea, quæ erat extra vrbem circa portam, & illùc conueniebant homines ad collocutiones, & gaudia, & etiā rex ibat illùc sæpè, & sedebat in loco illo tanquam in publico: sic patet præcedenti lib. c. vlt. & 2. Paralip. 18. cum dicitur: rex autem Israel, & Iosaphat rex Iuda sedebat vnusquisque in solio suo vestiti cultu regio in arca iuxta ostium portæ Samariæ: ergo extra erat locus ille, in quo ista fiebant. Et si aliquis dicat, ꝙ erat locus istè rerum venalium apud portam Samariæ: & tamen erat intra vrbem: dicendum, quòd non stat: quia locus ille vocatur area, vel pratum, ideo extra vrbem erat: maximè cum dicatur, quòd erat iuxta portam. Item patet hoc, quia cum quidam dixisset, quòd non fieret hoc, etiam si catarrhactę in cœlo essent: dixit ei Elisæus: videbis, & non comedes de eo: in quo colligitur, quòd ipse sciebat, quòd illi, qui portaturi essent similam, & hordeum de castris conculcarent ipsum: & sic ipse videret similam, sed moreretur, & non comederet de illa. Ex quolibet ergo istorū, vel saltem ex omnibus similis sumptis colligitur probatio, scilicet, ꝙ Deus declarauerat Elisæo modum, quo ista saturitas ventura erat. *Respondens vnus de ducibus.* Hic ponitur infidelitas illius, qui non credidit, quòd Deus daret sequenti die abundantiam in Hebręo dicitur: *Respondens maior tertius.* Intelligunt Hebręi, quòd erant tres principes. ſ. rex maior, & inde alius princeps domus suæ, & postea tertius ab eo, & super manū istius rex incumbebat. Vocatur autem vnus de ducibus in litera nostra non exprimendo ordinem illorum. *Super cuius manum rex incumbebat.* Scilicet, rex quando ambulabat, & stabat, incumbebat super manum istius: non Regis quidem ex impotentia, quasi se tenere non posset, quorū sed quia ista erat consuetudo regum antiquitus, ꝙ propter reuerentiam honoris regalis ipsi mouerentur innixi super alios. Sic patet de Benadad rege Syriæ: nam ille in ambulando incumbebat super manū Naaman, & etiam quando adorabat in templo: vt patet supra 5. & ibi declaratum est. Patet etiā hoc in consuetudine mulierum: quia sic Dominę magnæ incedebant innixę super aliquas ancillas: sicut patet de Esther, quando intrauit ad regem Asuerum

fuerum, Esther.15. Et volunt aliqui, quòd reges antiqui præ teneritudine, & delicijs se portare non poterant, sed super alios innitebantur: non est tamē intelligēdum, quòd sic fuerit de Ioram: quia ipse erat vir asper affligens carnem suam, cum vteretur cilicio circa eam: præced. cap. Sed propter honorem regalem super alios innitebantur. *Homini Dei ait.* Idest, respondit Elisæo, qui erat homo Dei. *Si Dominus fecerit etiam catarrhactas in cęlo nunquid poterit esse, quod loqueris?* In hoc non solum ille dux erat incredulus, sed etiam aliqualiter increpabat Elisæum tanquā mendacem, dicēs, quòd istud nullo modo erat verisimile, etiā si Dominus faceret catarrhactas in cœlo, quasi dicat, non erat alius modus propinquior ad faciēdum istud, quod dicis, quàm ꝙ Deus aperiret catarrhactas in cœlo, & mittat farinam, & hordeum: sed etiam si sic fecerit, non videtur, ꝙ possit cras tā paruo precio valere simila, & hordeum.

Quare dixit dux de apertione catarrhactarum cęli. Quæstio VII.

QVAERETVR, quare dixit iste dux de apertione catarrhactarum cœli. Respondendum, ꝙ iste modus loquendi est Sacræ Scripturæ, & erat frequentatus inter antiquos: nam putabant, quòd illa, quæ Deus mittebat ad nos, scilicet, pluuiam, & alia bona, erāt in cęlo recondita in thesauris Dei: & qn̄ ipse volebat, aperiebat cœlum, & emittebat pluuiā, vel alia bona. Sic patet, Deutero. 28. Aperiet Dominus thesaurum suum optimum cœlum, vt tribuat pluuiam terræ tuæ tempore suo. Et quando nō veniebat pluuia, dicebatur Deus claudere cœlum, vt non descenderet: sic patet, Deut. 11. Cauete, ne fortè decipiatur cor vestrum, & recedatis à Domino, iratusque Dominus claudat cœlum, & pluuiæ non descendant. Et quando erat maior penuria aquarū, ita, vt nullæ omnino pluuiæ descenderent, dicebat cœlum fortissimè clausum, & induratum, sicut ferrum, & æs, ita, vt nullo modo posset aperiri ad mittendum pluuiam, Leu. 26. s. Dabo quoque vobis cęlum durum desuper, sicut ferrum, & terram æneā. Et Deuter. 28. dicitur: Sit cœlum, quod supra te est, æneum, & terra, quam calcas, ferrea. Cū verò Deus mittebat pluuiam, dicebatur aperire cœlum: & tamen qn̄ mittebat valdè multam pluuiam, dicebat aperire catarrhactas cęli, sicut fuit ī diluuio. Gen. 7. Rupti sunt omnes fontes abyssi, magnæ, & catarrhactæ cœli apertæ sunt. Ita etiā quando Deus mittebat pluuiam abundantissimam ad cultum terræ, & alia bona ad vbertatem magnam: non solum dicebatur aperire cœlum, sed etiam catarrhactas: vt patet, Malac. 3. Inferte omnem decimam in horreū meum, & sic cibus in domo mea, & probate me super hoc, dicit Dominus, si non aperuero vobis catarrhactas cęli, & effudero vobis benedictionē vsq; ad abundantiam: & sic, quia dixit de benedictione mittenda vsque ad abundantiam, dixit aperiendas catarrhactas cœli; aliàs dixisset solum aperiendum cœlum. Ita, vt putauerunt Israelitę, quòd manna, quòd manducauerunt in deserto, realiter descenderet de cœlo, & Angeli fabricarent illud. Sic dicitur, quasi in metaphora, Psal. 77. Et mādauit nubibus desuper, & ianuas cœli aperuit, & pluit illis manna ad manducandum, & panem cœli dedit eis. Et sic dicitur, quòd ille panis erat in cœlo, & quòd apertæ sūt ianuæ cœli ad dandum panem illum: sed ianuæ, & catarrhactæ idem sunt. Ita ergo putauit iste dux, s. ꝙ etiam si Deus daret maximam abundantiam, quam dare poterat, scilicet, aperiendo catarrhactas cœli

Ianuæ, & catarrhactæ cœli idem sūt.

Modus loquēdi vsitatissimus in Sacra Scriptura.

A nō posset istud euenire: & non mirabatur præcipuè iste dux, quòd Deus dare posset abundantiam, sed ꝙ existētibus eis hodie in extrema penuria, in crastino haberent vbertatem maximam, s. ꝙ duo modij hordei valerent statere vno. Nam non videbat ad hoc aliquem modum conuenientem. Non enim cogitabat de fuga Syrorum, & de castris eorum spoliādis: quia tunc verisimile erat, quod dicebat Elisæus, qui ait. *Videbis oculis tuis, & inde non comedes.* Respondit ei Elisæus: tu non credis: & tamen tu videbis, & non comedes de illo. Hoc autem factum est: quia sequenti die iste dux positus fuit in porta à rege ad custodiēdam illam, & vidit ducentes hordeum, & similam: & tamen ipse conculcatus à turba in porta perijt, &
B non comedit de illo.

An iste dux fuerit occisus, quia non credidit verbis Elisæi, vel propter aliam causam, & an tenebatur credere Elisæo. Quæstio VIII.

QVAERETVR, an iste dux occisus fuit, quia non credidit verbis Elisæi, vel pp aliam causā. Respondendum, quòd posset dici eum mortuum esse propter incredulitatem. Aliquis tamē instabit: quia ad hoc, ꝙ iste occideretur pro hac incredulitate, oportebat, quòd peccaret valde: quia cum mors sit extrema pœnarum, necesse est, quòd inferatur solum pro magno peccato: & tamen iste non videtur
C peccasse, non credendo Elisæo. Quia ad hoc, ꝙ teneretur aliquis credere prophetæ requirebantur duo. Primum, ꝙ constaret illum esse prophetam: secundum, ꝙ constaret eum illa vice propheticè loqui. Nam dato, quòd aliquis propheta esset: tamen non loquebatur omnia verba sua propheticè, sed solum quando Deus eum mouebat: ideo oportebat, quòd quando diceret: hæc dicit Dominus, probaret, ꝙ illa Deus sibi reuelauerat: &, probato isto secūdo, ꝓbabatur primum. De Elisæo autem constabat primum, s. ꝙ esset propheta: quia multa iam prædixerat in Israel, & miracula fecerat, quæ notoria erant in toto Israel: & tamen secundū non constabat, nec constare poterat, nisi per aliquod signum, quod prę-
D mitteret: & si illud eueniret probabatur, ꝙ Deus locutus fuerat: si autem non eueniret, Deus nō fuerat locutus, & constabat prophetam fuisse mendacem, vt colligitur, Deut. 13. & 18. Elisęus tamen non prę-misit aliquod signum ad hoc, ꝙ crederetur sibi istud: ideo non obligabantur credere Israelitæ: & sic non peccaret ille non credendo. Respondendum, quòd nullus de vrbe Samarię obligabat credere, ꝙ istud, quod dicebat Elisæus, futurū esset, vel ꝙ Elisæus audiuerat hoc à Domino: & tamen tenebantur credere, ꝙ hoc futurum esset, si Elisæo Dominus dixisset: quia Deus poterat facere illud, & maiora. Iste autē dux non solum fuit incredulus verbo Elisæi, sed magis fuit incredulus potentiæ Dei, putans, quòd Deus
E non posset hoc facere. Nam si fuisset incredulus solum verbis Elisæi, dixisset: Deus non reuelauit tibi hoc: & tamen non dixit de verbis Elisæi, an dicta essent à Deo, vel non: sed solum locutus est de possibilitate facti, dicens, ꝙ etiam si Deus aperiret catarrhactas cœli, non posset fieri qđ dicebat Elisæus; & hoc manifestè erat contra potentiam Dei, scilicet, quòd q̄q̄ Deus faceret quodcunque vellet, non posset esse verbum Elisæi verum: & tamen si iste non poneret aliquem defectum in potentia Dei, posset compleri verbum Elisæi: quia nihil posset reperiri quantuncūque difficile, quod Deus facere non posset. Peccauit ergo nimis dux iste contra Deum: ideo satis verisimile est, quòd propter istud Deus ei mortem inflixerit.

Solutio.

Obiectio. Sed adhuc dicet aliquis, ꝙ etiã si non locutus fuisset iste contra Deum, & tamen non credidisset verbis Elisæi, etiam si non præmitteret signum, peccaret, & deberet puniri. Sic patet in Zacharia patre B. Ioannis, cui apparuit angelus, & dixit ex parte Dei, quòd conciperet vxor sua filium, & nõ præmisit aliquod signum ad probandum veritatem huius: quia tamẽ dixit Zacharias: vnde hoc sciam? petẽs signum, percussus est à Deo: nam dixit ei angelus: ecce eris tacẽs, & non poteris loqui vsque in diem, quo hæc fiant: Luc. 1. Respõsio. Dicendum, ꝙ non est simile de Angelis, & de prophetis, qa angeli boni non possunt mentiri; ideo si aliquid prænunciauerint nobis ex parte Dei, sic verum est, vt ipsi dicunt: prophetæ tamen sunt homines, & possunt dicere Deum sibi locutũ, cùm Deus locutus eis non fuerit, sicut patet Iere. 14. f. dixit Dominus ad me falsò prophetæ vaticinantur in nomine meo, non misi eos, & nõ præcepi eis, nec locutus sum ad eos. Ideo ad hoc, ꝙ teneamur credere ꝓphetis, oportet, quòd sciamus eos missos à Deo, & istud non potest constare, nisi per signum, quod præmittant, ideo Deus dedit prophetis, quòd præmitterẽt signa, Deuter. 13. & 18. Et sic non peccabunt nõ credentes prophetis quousque signa dederint. In angelis autem non est istud: ideo non credentes eis semper peccant, & debent puniri, quanquam non præmittant signa: Sic enim fuit de Zacharia. Aliud tamen est in angelis: quia quando angelus apparuerit alicui, & reuelauerit aliquid ex parte Dei, non tenetur credere illum esse angelum bonum, sed põt opinari, quòd sit angelus malus, & consequenter nõ tenetur credere verbis eius: & hoc, quia sæpe Satanas transfigurat se in angelum lucis, 2. ad Corinth. 11. Et ob hoc B. Ioannes iussit non credere eis, ꝙ essent antequam probarent. Carissimi, nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus, si ex Deo sint, inf. Io. 4. Postquam tamẽ aliquis crediderit angelum Dei esse, qui sibi loquitur, tenetur credere verbis eius, alioquin peccat mortaliter: sic fuit de Zacharia, qui nõ dubitauit Gabrielem esse angelũ missum à Deo ad se: dubitauit tamen, an verum esset, quod dicebat: ideo peccauit, & factus est mutus. Secundo põt respondere ad principale quæsitum, ꝙ iste dux moriturus erat sequenti die, siue haberet illam incredulitatem, siue non: & hoc propter alia peccata, & sic siue denunciaret ei Elisæus mortem, siue nõ, semper moreretur: Quia tamen fuit incredulus potentiæ Dei venit ad propositum, vt loqueretur ei Elisæus increpando ipsum, & prænunciauit ei mortem in crastino, quam ex alia causa habiturus erat. Sic enim factum est de Samuele: & Saule: nam Samuel dixerat Sauli, quòd Dominus abiecerat eum, ne esset rex super Israel, & cum recederet Samuel tenuit eũ Saul, orans, ne recederet, & casu rupit Saul extremitatẽ pallij Samuelis, vt teneret eum, & tũc dixit Samuel: Scidit Dominus regnum Israel à te hodie, & tradidit illud proximo tuo, sup. 1. libr. c. 15. & sic mox, vt Saul rupit palliũ Samuelis, dixit Samuel: scidit Dominus à te regnum Israel: & tamen manifestum est, quod non meruit Saul scindi à se regnum Israel, qa ipse rupit pallium Samuelis, cum in hoc nõ peccasset: sed dixit sibi Samuel tunc: scidit Dominus regnum Israel à te, quia veniebat ad propositum, scilicet, sicut ipse sciderat pallium Samuelis; ita ergo potest dici hic, quòd ex alijs causis Deus disposuerat occidere istũ ducem cras, & tñ, quia nunc venit ad propositum ꝑ incredulitatem suã denũciauit ei Elisęꝰ mortẽ. Prima tñ solutio rationabilior est, s. ꝙ ꝓpter istam incredulitatem, quæ erat directè contra Deũ, occisus fuerit, cum nimis in hoc peccaret.

Qũo quis tenet credere prophetæ loquenti, & qũo angelis.

F *Quare dictum est Duci, quòd videret oculis suis, & non comederet. Quæstio IX.*

QVAERETVR vlterius dato, quòd iste occideretur in pœnam incredulitatis, quare dictum est ei, quòd ipse videret oculis suis, & non comederet. Dicendum, quòd Deus potuerat eum occidere illico, vel die ipsa antequam veniret copia illa: & tamen voluit, quòd iste videret illam propter duo. Primo, vt conuinceretur nequitia eius, quia ipse dixerat, quòd hoc nullo modo posset accidere, et si Deus aperiret catarrhactas cœli: ideo nunc Deus voluit ostendere ei, quòd etiam, non apertis catarrhactis cœli, poterat istud euenire. Secundum fuit G ad maiorem eius angustiam, scilicet, vt videret tempus lætitiæ, & non frueretur illo comedendo aliqd de fertilitate, cum tãdiu sustinuisset famem. Et istud reputabatur magnum infortunium apud antiquos, scilicet, quòd aliquis haberet ante se bonũ, & priusquam inciperet frui illo, moreretur. Et ob hoc Deus iubebat, quòd illi, qui acceperant sponsas, & nondum consummauerant matrimoniũ, non irent ad bellum, ne morerentur ibi, & alij acciperent sponsas eorum: & qui plantauerant vineas, & nondum comederant de fructu earum, & qui ædificauerant domos, & nondum cęperant habitari in eis, redirẽt de bello, si illùc irent ne morerentur ibi, & alii fruerentur vineis, & domibus eorum: Deuteronom. 20. H Et sic iubebatur hoc, quia valde magnus dolor erat habere principium gaudendi, & non gustare aliqd de gaudio. Ita erat hoc: quia cum sustinuissent omnes Samaritæ tantam famem, & nunc viderent abũdantiam nimiam, quòd aliquis videret abundantiã, & non comederet de illa, reputaretur magnũ infortunium, & esset magnus dolor: & quia si iste moreretur antequam videret copiam magnam duci de castris Syrorum, non putaret se infortunatum: quia non crederet venturam esse vbertatem, sicut dixerat Elisæus, sed potius arbitraretur se quasi fœlicẽ, quia per mortem eripiebatur de multis angustijs, quas toleraturus esset in fame diuturna, sicut ipse putabat: ideo ad complementum doloris sui Deus I fecit, quòd non moreretur vsquequo videret similam, & hordeum vendidi in porta Samariæ.

Infortunium maximum apud quos.

Quare non permisit Deus, quòd comederet dux de illa abundantia. Quæstio X.

QVAERETVR vlterius, cum Deus permiserit isti videre vbertatem illam, dato, quòd occisurus esset eum in illa die, quare non permisit ei, quòd comederet de illa. Respondendum, quòd hoc fuit propter duo. Primo, quia iste erat indignus comedere de abundantia illa, quam Deus dabat: quia ipse credidit, quòd Deus non posset dare illã: ideo dignum erat, vt ipse non comederet de illa, K vt sic in eo, in quo peccauit, torqueretur. Sic etiam Deus sæpe facit priuãdo nos illis bonis, quib. nos priuamus eũ, s. si nos priuamus eũ sapientia, ipse ẽt priuat nos sapiẽtia: & si nos priuamus eũ potestate circa aliq̃ rem, ipse quoq; priuat nos potestate in eadẽ. De sapientia patet, quia Gentiles antiqui dixerunt Deum non cognoscere facta humana, nec regulare illa, ideo Deus tradidit eis defectum sapientiæ: & sic patet ad Rom. 1. f. & sicut non probauerunt Deum habere in notitiam, tradidit illos Deus in reprobũ sensum, vt faciant ea, quæ non conueniunt. De potentia patet, quia Syri dixerunt, quòd Deus Israel non erat Deus vallium, sed montium: ideo ꝙ non posset adiuuare cultores suos in vallibus, & ob hoc

Deus

Deus abstulit Syris potestatem resistendi. s. quãq multo plures essent, quàm Hebręi, & possent destruere illos, Deus fecit, q fugerent à facie illorum, & non auderent resistere eis: præcedenti lib. cap. 20. scilicet: hæc dicit Dominus, qa dixerunt Syri: Deus montium est Dominus, & non Deus vallium, dabo multitudinem omnem hanc grandẽ in manu tua. Sic etiam Senacherib rex Assyriorum dixit, q non posset Deus Israel liberare Israelitas de manu sua: & Deus fecit, q ipse non posset liberare gentem suã de manu eius, infra 19. & Isa. 27. Ita hic iste non credebat Deum posse dare tantã fertilitatem in breui, etiã si aperiret catarrhactas cęli: ergo Deus debuit eum priuare potestate comedendi, & sic vidit, & comedere concupiuit, sed non valuit.

An Deus debuerit permittere Duci de vbertate comedere, deinde statim mori. Quæst. XI.

SED dicet aliquis, q Deus debuit permittere isti, q comederet, & illico occidere eum: sic. n. fecit Israelitis, qui murmurauerunt pro carnibus: nã dedit eis Deus carnes, & dum comederent eas, mortui sunt. Num. 11. & Psal. 87. Dicendum, q non debuit iste dare ad comedendum de abundantia illa: quia non fuit simile de peccato istius, & de peccato Israelitarum: nam illi credebant, q Deus poterat eis dare carnes, ideo murmurabant cõtra Moysem, & flebant petentes carnes: non ergo peccauerunt contra potentiam Dei, sed peccauerunt illicitè petendo: ideo Deus, vt puniret eos, in eo, in quo delinquebant, nõ debuit eos priuare desiderio suo, sed debuit facere, q desiderium suum esset eis damnosum: ideo Deus dedit eis carnes ad abundantiã, ita vt exirent per nares eorum, & verterẽtur in nauseam, & tamen ante quam desinerent comedere, cibus ille fuit eis damnosus: quia percussit Dominus plaga magna, & mortui sunt omnes, qui desiderauerant cibum, Num. 11. & Psal. 77. Iste autem Dux non peccauit importunè petendo, sed potius peccauit non credendo, q Deus dare posset talem abundantiam, ideo debuit puniri in ista impotentia: ita quòd videret, & non posset comedere. Secũda causa fuit, quia iste peccauit nimis negando potentiam Dei, cum sit istud peccatum directè contra Deum, ideo voluit Deus punire eum grauissimè: & ad hoc accumulauit ei dolorem magnum non solũ occidẽdo eum, sed etiã faciendo, vt videret principium gaudij, & non gauderet: quia istud erat magnum infortuniũ, vt declaratum est præcedenti quæstione.

Quatuor ergo. Hic ponitur secundũ huius c. in quo prænunciata per Elisæum executioni tradũtur: fuerunt autem duo prænunciata. s. abundantiæ inductio, & infidelitatis punitio: ideo primò abundantia inducta describitur, secundò infidelitas Ducis punitur, ibi: Porro rex. Circa primum dicitur: *Quatuor ergo viri erant leprosi.* Scriptura facit mentionem de istis leprosis: quia per eos denunciata fuit abundantia in Samaria, & aliàs potuissent multis diebus manere Samaritæ clausi in vrbe, & perirent fame, & in castris Syrorum nullus esset.

Qui erant isti leprosi, qui erant ad portam Samariæ, & an essent Giezi, & filij eius. Quæst. XII.

QVAERETVR de istis leprosis, qui erant Respõdet Ra. Sa. & Hebræi, quòd isti erant Giezi, & tres filij sui. Motiuum autem suum est, quia Giezi percussus fuerat lepra pro simonia, & non solũ ipse, sed etiam filij sui, cum dixerit Elisęus: lepra Naamã

A adhærebit tibi, & semini tuo in sempiternum, sup. 5. Sed istud est figmentum Hebræorũ: multa. n. alia fingunt, quæ nullum habent colorem: nam certũ est, quòd alij erant leprosi in Israel, pręter Giezi, qui possent esse ad portam Samariæ. Item non solum est verisimile hoc, sed etiam nullo modo stat: quia dicitur hic, quòd erant quatuor viri leprosi, & tamẽ filij Giezi nõ erant viri. Nam dato, q Giezi haberet filios magnos tunc, quando peccauit, manifestũ est, q illi non percuterentur lepra, sed solum filij, q postea nascituri erant: quia ad illos pertinebat peccatum patris, & non ad præcedentes, qui iã erant viri existentes extra potestatem. Nam tunc filius punitur pro patre, quando bonum, vel malum ipsius nõ

B est suũ, sed patris sui: & istud est: quia tunc non vidẽtur per se esse essentia, sed tanquam partes patris: sic dicit Aristoteles. 5. Ethicorum filius est pars patris donec sit Phesicon. i. magnus: & tamen quãdo magnus est, iam non est pars patris, sed bonum, & malũ principaliter sibi euenit, & nõ patri, ideo in illa ętate non puniuntur filij pro patribus. Solum ergo nascerentur leprosi filij, quos postea haberet Giezi, & non illi, quos iam genuerat: & tamen inter tempus, quo Giezi pcussus est lepra, & istud fuit modica distantia: quia etiam si totum regnum regis Ioram, ĩ quo ista acciderunt, esset differentia pcussionis Giezi ad obsidionem istam, & famem: filij ab eo geniti non possent esse in tempore isto, nisi decem, vel vndecim annorum: quia Ioram solùm regnauit duo-

C decim annis, sup. 3. non ergo poterant esse viri filij Giezi, & tamen hic dicitur, q erant quatuor viri leprosi: ergo non erant Giezi, & filij sui, sed aliqui alij: Nam multi valde leprosi erant in Israel tẽpore isto, sic patet Lu. 4. cũ dixit Christus: multi leprosi erant in Israel sub Elisæo propheta, & nemo eorum mũdatus est, nisi Naamã syrus. *Iuxta introitum portę.* s. erãt extra vrbem iuxta introitum eius: nam secundum legem leprosi manere debebant extra vrbes, vt nõ communicarent alijs hominibus, & inficerent eos, Leu. 13. & nunc licèt esset tempus belli, manebant ibi, & syri non nocebant eis: quia erant viri pauperes, & miserabiles. *Qui dixerunt ad inuicem: quid hic esse*

D *volumus donec moriamur?* q. d. inutile nobis est manere hic: quia moriemur fame, cũ nullus eis prouideret ibi. Quanquam leprosi mouerentur ad iniendum istud consilium, vrgente fame, tamen Deus mouit eos specialiter ad hoc considerandum quod patet, quia diebus prioribus licèt fame præmerent, nunq hoc cogitauerunt: & nocte illa, qua fugerunt syri de castris, inierunt consiliũ istud: quia Deus mouit eos, vt irent ad castra, & viderent fugisse hostes, denũciarentq; in Samaria: quia alioquin potuissent manere multis diebus Samaritæ sine cibo, & morerent, putarentq; se obsideri ab hostibus, & tamen castra essent vacua. *Siue ingredi voluerimus ciuitatem, fame moriemur.* i. si intrauerimus illùc moriemur fame cum cęteris, qui ibi sunt: quia non sunt cibi in vrbe. *Siue mãserimus hic, moriendum nobis est.* s. si manserimus hic, mo-

E riemur: quia iam non habebant aliquem cibum in domũculis illis, in quibus manebant extra vrbem. *Venite igitur, & transfugiamus ad castra syrię* i. bonum est, q fugiamus ad castra syrorum. Erant enim illa castra circa vrbem in circuitu eius, ita vt non possent aliqui egredi de vrbe, quin inciderent in manus syrorum: *Si pepercerint nobis, viuemus.* i. si non occiderint nos viuemus: quia dabunt nobis aliquem cibum. *Si autem occidere voluerint, nihilominus moriemur.* i. si nos occiderint, cum sint hostes, non est magnum malum: quia etiam si ipsi non occiderent nos, morituri eramus hic fame, vel in vrbe, & sic concluserunt isti leprosi,

prosi, quòd bonum erat transfugere ad hostes: quia in nullo loco poterat eis esse minus malum, quàm in castris Syrorum. Nam si manerent apud portam Samariæ certissimè morituri erant: & si introirent in vrbem, etiam morituri erant: si autem irent ad castra syrorum, dubium erat, an occiderentur, vel parceretur eis: ideo elegerunt potius ire in castris, quàm aliud facere.

An isti leprosi possent ingredi Samariam, vt ipsi dicebant. Quæstio XIII.

QVARETVR, quomodo dicebant isti leprosi, si voluerimus ingredi ciuitatē, fame moriemur: in quo innuebant, quòd poterant ingredi vnde vellent: quia alioquin non ponerent hoc sub cōsilium, quia consilium non est de impossibilibus, sed de contingentibus frequenter: vt patet 3. Ethicorū. Respondendum, quòd isti leprosi sciebant se posse intrare in vrbem, si vellent: & si obijciatur de lege iubente manere eos extra castra, Leuit. 13. Dicendum, quòd illa lex intelligebatur tempore pacis, qn̄ poterant leprosi manere securè extra vrbem: tēpore tamen belli, quando non sine periculo extra erāt poterant introire vrbem, & tūc debebat eis assignari locus separatus in vrbe: ita, vt non communicaret cæteris hominibus, & sic interpretabantur Iudei istam legem, ideo sciebant leprosi, quòd possent introire in vrbem. Sed tunc dicetur: cum ergo potuissent introire, quare non introiuerunt, sed manebāt exterius ad portam vrbis? Dicēdum, quòd aut quæritur, quare non intrauerunt vrbem, aut cur nō intrauerunt à principio obsidionis. De primo, dicendum, quòd noluerunt introire, quia sciebant cibos defecisse in vrbe, & quòd ibi perituri essent fame, vn de dixerunt: Si ingredi voluerimus ciuitatem, fame moriemur. De secundo dicendum, quòd noluerūt leprosi à principio obsidionis introire vrbem, quia Syri non nocebant eis, q̄q̄ manerēt extra vrbem: & hoc fortè, quia erant viri miserabiles, & Syri nolebant eis nocere. Vel quia castra syrorum, licet essent posita circa vrbem, non tamen iuxta muros: quia Samaria erat in monte constituta, vt patet præcedēti lib. cap. 16. ſ Emitque montem Samariæ à somer, duobus talentis argenti, & ædificauit eam: ideo castra syrorum non poterant esse iuxta muros, nec etiam accedebant ipsi ad pugnandum circa muros: quia locus ille erat inexpugnabilis, sed manebant in castris suis facientes, quòd nullus de Samaria egrederetur, & sic morerentur fame, vel traderent se syris: ideo leprosi illi manebant iuxta portam Samarię in domunculis suis, & non timebant syros, ideo nō fuit eis op⁹ à principio obsidionis introire vrbē.

An leprosi isti peccauerint transfugiendo ad castra syriæ: & quot modis, qui est in aliquo periculo, seu angustia, potest se exponere alteri angustiæ, vt à prima liberetur, & quando peccat, & quando non. Quæstio XIIII.

QVAERETVR vlterius, an peccauerūt leprosi isti transfugiendo ad castra Syriæ. Aliquis dicet, quòd sic: quia isti posuerunt se ad mortem manifestam scilicet, eundo ad castra hostium, qui poterant occidere eos, & quibus ipsi nullo modo poterant repugnare. Nā sic peccaret si quis haberet multos hostes, & solus inciperet pugnare cōtra eos sciēs, quòd non posset se defendere ab illis. Respōderi potest generaliter ad similes casus, & sic applicabitur ad istum, scilicet, quòd si quis est in aliqua angustia, & se exponit alteri angustiæ, aut scit se moriturum F in vtraque, aut in nulla putat se moriturum, aut in altera putat se moriturum, & in alia non. Si primo modo, dicendum, ꝙ peccat egrediēdo de prima ad secundam: vtpote, si quis sit obsessus ab hostibus in aliqua domo: & si maneat ibi non exiens ad hostes, scit se moriturum fame, si autem exit ad illos credit impossibile esse, quòd euadat, potius debet fame mori, quàm exire ad illos. Ratio est, quia dum fame moritur, non se occidit directè, nec indirectè, sed sustinet mortem illam, quam Deus sibi infligere vult: si autem exit ad hostes, & omnino credit se moriturum, licet ipse non se occidat directè, tamen cooperatur ad mortem suam, inquantum ponit se in manibus hostium, de quibus nullo modo dubitat, quòd G occident eum. Pati tamen mortem non est peccatum, cooperari tamē aliquid ad mortem sui ipsius peccatum est. Si autem in nullo casu putat se moriturum, siue manendo in prima angustia, siue transeundo ad secundam, tenetur eligere illam, quā putat esse minorem, vel saltem nō debet transire ad illam, quam putat maiorem, potissimè si est ibi aliq̄d periculum corporis, licet non sit mors. Si autem credit se in altera angustia moriturum, & in altera nō, tenetur eligere illam, in qua putat se nō moriturū, siue hoc sit exire ad hostes, siue manere in obsidione, alioquin peccabit, quia aget ad mortem suam, cū posset se liberare à morte, & non liberat: & quasi æqualia sunt, quòd quis non se liberet à morte, cum H potest licitè, vel quod ipse se ipsum occidat. Si autē vtraque angustia dubia est: quia in qualibet earum satis verisimile est, ꝙ moriatur: & tamē de qualibet earum potest liberari, debet eligere illam, de qua credit facilius se posse liberari. Si autem vtranque reputet æqualiter difficilem, debet potius manere in prima, quàm transire ad secundam: quia manendo in prima, datoquòd occidatur, nihil agit, sed patitur, & pati mortem non est peccatum: si autē transit ad secundam agit aliquid, ideo si ibi eueniat ei mors aliquo modo coagens est ad illam, & peccabit. Debet ergo eligere casum, in quo non potest peccare, quidquid sibi eueniat potius, quàm illum, in quo potest peccare. Nunc autem de leprosis dicendū est, quòd I aut ipsi credebant se morituros vbi manebant, & si intrarent in vrbem, & etiā si irent ad castra: aut eundo ad castra erat eis vita dubia. Si primo modo, peccabant eundo ad castra Syriæ: quia potius debebant sustinere mortem certam manendo in loco, in quo erant, vel introeundo in vrbem, quàm eundo ad castra: quia in primo casu nihil cooperabātur ad mortem suam: in secundo autem cooperabantur: si autem eundo ad castra erat eis vita dubia, non solum non peccabant: immo debebant illùc ire, & tenebātur ad hoc, alioquin peccarent, & iste casus secundus fuit in leprosis, quia ipsi sciebant in vrbe se morituros, & si manerent ad portam, vt patet in litera, scilicet, si ingredi voluerimus ciuitatē, fame moriemur, K siue manserimus hic, moriendum nobis est: eundo autem ad castra erat eis vita dubia, quia nesciebant, an vellent eos occidere Syri, immo potius erat verisimile, quòd non occiderent eos. Nam misererent eorum, cum essent viri miserabiles, & leprosi Et fortè vellent eos habere viuentes ad hoc, quòd dicerēt eis de statu vrbis. Et dato, quòd Syri nolent eis dare cibos, saltem permitterent ire ad alia loca, in quibus possent habere illos: Licitè ergo transfugerūt ad castra. *Surrexerunt igitur vesperi, vt venirent ad castra Syriæ.* Castra Syriæ erant valde magna, quia ibi erat exercitus copiosus, & abundantia magna victualiū: ideo erant sita in loco plano, & apud aquas: & sic distabant aliquantulum ab vrbe fortè per mediā leucam

aut

aut plus: nam ciuitas erat super montes, & non erat ibi locus ad situandum castra. Viri tamen de exercitu Syrorum perambulabant in circuitu vrbis custodientes, ne aliqui de Samaria egrederētur; & leprosi cœperunt pergere ad castra vesperi, scilicet post Solis occasum, & quando venerunt ad castra iam erat aliqua pars noctis trāsacta, & fugerant Syri de castris in eadem nocte. *Cunque venissent ad principium castrorum.* In Hebræo habetur. *Cunque venissent ad extremitatem castrorum.* Sed idem est, quia extremitas significat terminum: principium autem, & finis rei, sicut termini eius, ideo vtrunque vocatur extremitas. *Nullum ibidem repererunt.* s. Quia omnes Syri fugerant in ipsa nocte de castris audiētes sonitum curruum, & equorum, vt patet in litera. *Siquidem Dominus sonitum audiri fecerat in castris Syriæ curruum, & equorum, & exercitus plurimi.* Scilicet, in principio noctis illius cum esset fortè satis tenebrosa Deus fecit audiri sonitum magnū in circuitu castrorum Syriæ tanquam essent currus multi, & equi multi, & exercitus copiosus repentè veniens super castra, & tūc fugerunt omnes Syri, & manserunt castra vacua. Vnde, & quando peruenerunt leprosi in castra transacta iam aliqua parte noctis non inuenerūt aliquem de Syris, quia omnes fugerāt. In Hebræo dicitur: currus, & equi, vbi nos dicimus curruum, & equorum: litera tamen nostra posuit curruum, & equorum: quia non erat quasi sonitus vnius currus, vel equi, sed multorum curruū, & equorum: conditio tamen idiomatis Hebræi ponit singulare pro plurali, & è conuerso, sed Latina proprietas non consueuit hoc, nisi rarissimè in quibusdam speciebus nominū: ideo posuit Hieronymus sensum Hebraicum, & non literam. *Dixeruntque adinuicem.* scilicet, Syri, qui erant in castris audientes tumultum illum putauerunt esse magnam militiam, & dixerunt, quod sequitur. *Ecce mercede conduxit aduersum nos rex Israel reges Hethæorum, & Aegyptiorum.* Non dubitauerunt Syri exercitum magnum venire super eos, quia talis erat sonitus, qui audiebatur, sed dubitabant vnde tantus veniret exercitus: sciebant enim, quòd rex Israel non habebat nunc currus, & equos, quia omnes fame defecerant, ideo non poterat ipse tantum exercitum congregare contra eos. Item credebant hoc, quia multo tempore Syri obsederant Samariam, & tamen nunquam ausi fuerant Samaritæ egredi de foribus vrbis: quòd ergo nunc egrederentur ad pugnādum contra castra Syriæ nō erat verisimile, quia iam erant fame vexati, & multi perierant. Item dato, quòd nō vexati fuissent Samaritæ diuturna obsidione nō putabant Syri, quòd vllo modo Israelitæ possent congredi cum eis, quia ipsi erant valde multi: Israelitæ autem pauci erant. Nam quādo Achab congregauit exercitum suum ad pugnandum contra Benadad regem Syriæ in Aphec, venit cum eo rex Iuda, vt quidam volunt, & tamē dicitur de toto exercitu eius, quòd videbatur quasi duo parui greges caprarum in conspectu exercitus Syriæ: præcedenti lib. capit. 20. A fortiori ergo nunc cum soli Israelitæ essent in Samaria, non auderent ipsi propter paucitatem pugnare contra regem Syriæ. Putauerūt ergo, quòd conduxerat rex Israel aliquos bellatores de regnis vicinis, vt venirēt in auxilium eius contra Syriam, & non solū putauerūt, quòd conduxerant aliquos bellatores, sed etiam, ꝙ multi illi erant: quia dixerunt reges Hethæorum, & Aegyptiorum. Hoc autem dixerūt, quia sonitus exercitus magni erat, ad quem congregādum non sufficeret vnus, vel duo reges de terra illa, sed multi reges simul. *Et venerunt super nos.* Scilicet, omnes isti reges congregati venerunt nunc super nos. *Surrexerunt*

Syri quare dubitauerunt vnde tantus veniret exercitus pro Israelitis.

A *ergo, & fugerunt in tenebris.* Idest, audientes sonitum istū surrexerunt singuli, & non expectato mandato regis, fugerunt de castris. Et dicitur, quòd fugerunt in tenebris, idest, per noctem tenebrosam, & sic putabāt se posse latere, & euadere manus exercitus illius irruentis super eos. *Et dereliquerunt tentoria sua.* Scilicet, q̄q̄ fugerent non portauerūt tentoria, nec alia, quę habebant in castris, sed tantus eos inuaserat terror exercitus irruentis, quem iam putabant super se esse, quòd non acceperunt aliquid de castris, sed solum fugerunt, vt saluarentur. *Et equos, & asinos, & mulos.* Scilicet, omnia ista reliquerunt: nam de his verisimilius erat, quòd portarent ea: & tamen non portauerunt propter magnum terrorem, & festinationem, B quam habebant ad fugiendum. In Hebræo nō habetur. *Et mulos.* Sed solum ponuntur equi, & asini, & tentoria: litera nostra tamen posuit mulos: quia necessariò colligitur hoc ex litera. Nam infra ponitur quomodo in castris Syriæ erant equi, & asini, & muli: constat tamen, quòd nihil portauerunt secū Syri, nisi se ipsos: ideo oportet, quòd manerent in castris muli. *Fugeruntque, animas tantum suas saluare cupientes.* Scilicet, nō erat eis cura de illis, quæ relinquebant in castris: quia solum anxiabantur pro saluāda vita: in Hebræo habetur. *Fugeruntque animas suas, vel pro animabus suis.* Et hoc litera nostra clarius dixit. *Fugerunt, animas suas tantum saluare cupientes.* Nam istud est fugere pro anima.

C

Quomodo sonitus est auditus in castris Syrorum, cum nullus esset exercitus veniens, & quis causauit istum sonitum. Quæstio XV.

QVAERETVR, quō auditus est iste sonitus in castris Syrorum: cum nullus esset exercitus veniēs super castra, & quis causauit illum sonitum. Ad primum dicendum, quòd Ra. Sa. & alij Hebręi volunt, quòd hic non fuit aliquis sonitus, sed videbatur Syris, quòd audiebant sonitum magni exercitus. Dicēdum tamen, quòd istud poterat fieri dupliciter: vno modo, quòd nullus esset sonitus, sed videretur Syris, quòd audiebant sonitum. Alio modo D quòd aliquis sonitus realiter fuisset causatus, quem audirent Syri. Primus modus satis est verisimilis: nā iudiciū de re visa, & audita, immo de omnibus sensationibus fit in sensu communi, veniētibus speciebus sensuum particularium exteriorum ad sensum communem: ibi enim dè quolibet sensibili particulari iudicatur in se, & etiam de comparatione eius ad alterū. Si potuerit ergo causari species aliqua rei visibilis in sensu communi veniens per extremitatē nerui concaui, necesse est, quòd appareat homini videre rem illam, etiam si nihil videat, & sic ibit ad illam tāquam si verè coram ipso esset: & sic multi falluntur in vigilia euntes ad amplectendū aliquas res, quas putant se videre, & non vident: & hoc accidit interdum hominibus discrasiatis, idest, malè cōplexionatis in cerebro, & positis extra mentem. Idem E etiam est de potentia auditiua, odoratiua, tactiua, & cæteris: quia, si ponātur aliquę species earum in sensu cōmuni, videbitur homini, ꝙ aliquid audit realiter, & aliqd odorat, & aliquid gustat, licet nihil extra tale sit: & mouebit homo maxillas ad digerendū cibum in ore, & videbitur sibi cibum dentibus terere, & nihil erit. Non est tamen dubium, quin Deus possit causare quarūcunque rerum voluerit species in phantasia nostra, siue in sensu communi: nam ēt hoc Dæmones possunt, cum phātasia nostra, & omnia organa interiora sint aliquid corporale, & species, per quas immutamur in illis organis sint aliqd

Iudiciū & sensationibus fit in sensu cōi.

de conditione corporis, & etiam naturaliter interdum hoc euenit, vt dictum est maximè in hominibus passionatis ad amorem, vt in illa passione, quæ dicitur amor hereos, & in alijs fortissimis passionibus ponentibus extra mentem: quia tũc species sensibiles reseruatę in organo phantastico propter discrasiam cerebri decurrũt ad sensum communem, & nihil aliud requiritur ad causandam nouã visionem, vel auditionem, & sic de alijs sensationibus secundum opinionem nostram. Poterat ergo faciliter Deus causare speciem sonitus in sensu communi cuiuslibet Syrorum, & putarẽt se audire, & nihil audirent: & ille sonitus appareret eis tam grauis, vel tantæ multitudinis, quantum Deus vellet speciem grauem causare. Et tunc dicendum, quòd non solũ non erat aliquis exercitus, cuius sonitum audirent Syri, sed etiã non erat aliqua species audibilis in auribus eorum, quia illa nõ poterat esse in auribus, nisi esset aliquis sonus: & sic non paterentur aliquid Syri in sensu exteriori, sed solum in sensu communi. Secundus modus erat, quòd Syri audiuerint verè aliquem sonitum, licet ille non fuerit causatus à curribus, & equis: & hoc facilè erat. Nã sicut Deus causat species visibiles curruum, & equorum, & exercitus magni, vbi nec currus, nec equi sunt, ita causabit speciem sonitus curruum, vel equorum, vbi nulli currus, nec equi erunt: patet hoc præcedenti cap. vbi Elisæus fecit, quòd puer suus videret montem plenum curribus, & equis igneis: & tamen ibi nulli currus, nec equi erant secundum veritatem: & tunc dicendum, quòd iste sonitus causatus fuit ab angelis: quia ipsi mouebant aliqua corpora percutientia, & percussa, & illa causabant sonitum naturaliter. Quòd tamen causarent ipsi talem sonitũ, sicut currus, & equi, & exercitus multus, nõ proueniebat ex sola percussione, sed ex arte percutiẽdi: quia sicut citharistæ, & omnes plectẽtes organa musica reddũt talem sonitum, qualem volũt ex sola arte. ita, & angeli per artem quandam scirent causare talem sonitum, sicut currus, & equi. Nam difficilius est exprimere imaginem vocis articulatæ, quàm vocis inarticulatæ, qualis est vox pecorum, propter multitudinem differentiarum in voce articulata: & difficilius est exprimere imaginem vocis inarticulatę, quã simplicis soni, qualis est fragor arborum, vel strepitus pedum: & tamẽ angeli possunt effigiare perfectè voces articulatas, etiam armonicas, sicut quãdo angeli loquuntur hominibus: ergo à fortiori poterũt effigiare sonitus simplices, quales sunt sonitus curruum, & strepitus equorum, & fragor armorum: & sic faciliter ipsi talem sonitum causarent, vt audirẽt Syri. Dicendum, quòd vterque modus erat possibilis, & tamen solus secundus fuit verus, quia dicitur in litera: Dñs sonitum audiri fecerat in castris Syrię: & tñ accipiendo primo modo nihil audiebatur.

Deus quare fecit sonitum curruum audiri in castris Syrorum. Quæstio XVI.

QVAERETVR vlterius, quare Deus audiri fecit istum sonitum in castris Syrorum. Respõdendum, quòd hoc fuit ad terrendum eos, vt fugerent de castris subito, & relinquerẽt omnia, quæ ibi habebant. Hoc autem fuit propter duo. Primò, propter merita Israelitarum. Secundò propter demerita Syrorum. Pro quo sciendum, quòd Deus incitauerat Syros cõtra Israelitas propter peccata ipsorũ, & induxit famem nimiam super Israelitas in Samaria, vt patet pręcedenti cap. Et tamen Syri non merebantur, vt Deus subijceret eis Israelitas: sed quia

F Israelitæ erant mali confortabat Syros super illos: sicut Deus tradit animas iniquas puniendas dæmonibus in inferno: non tamen merentur Dæmones, vt animæ subijciantur eis. Quandiu autem manserunt Israelitæ in iniquitate sua non facientes pœnitentiam, Deus confortabat Syros super eos, & premebat illos fame valida: postea verò ipsi doluerunt de peccato suo: nam rex indutus erat cilicio: præcedenti cap. & tunc Deus misertus est super afflictionem eorum, & voluit dare eis abundantiam. Si autẽ Israelitæ non fuissent cõuersi ab iniquitate sua, quãquam Syri non mererentur, quòd traderentur Israelitæ in manibus eorum: tamen Deus tradidisset vsque ad vltimatam desolationem, & vsquequo caperent Samariam: quia tamen Israelitę doluerunt, &

G Syri non merebãtur habere Israelitas subiectos, sed potius, quòd ipsi subijcerentur alteri genti, cum essent peccatores, Deus cõturbauit Syros propter peccata sua in fauorem Israelitarum, & fecit, vt fugerẽt de castris, relinquendo omnia, quę ibi habebant, vt Israelitæ haberent inde cibos ad releuandam famẽ suam: & ad hoc, quòd ditarentur de auro, & argento, & suppellectilibus, quæ manebant in castris: nã aliter Israelitæ punirentur fame valida. Et verũ est, quòd Deus potuisset prouidere aliter Israelitis, scilicet mittendo manna de cęlo, vel pluẽdo cibos alios super Samariam: sed voluit in eodẽ actu punire Syros, & releuare Israelitas, quia alias semper maneret

H obsidio, etiam si haberẽt Israelitæ cibos in Samaria, fecit autem hoc Deus contra Syros: quia fortè ipsi gloriabantur contra Deum Israel, dicentes, ꝙ non poterat liberare cultores suos de manibus eorum, sicut iterum dixerant, quòd Deus Israel erat montium, & non vallium Deus: pręcedenti libr. cap. 20. Ad puniẽdum ergo eos pro hoc, & ad ostensionem gloriæ suæ coegit eos sic fugere: nam postea ipsi cognoscerent, ꝙ nullus exercitus venerat super eos, sed solus Deus fugauerat eos: nam tam graue factũ non poterat occultari, à quo factum esset: & tũc cognoscerent Syri potestatem Dei Israel.

Sonitus iste quare factus est per noctem, & non per diem. Quæstio XVII.

I QVAERETVR vlterius, quare factus est iste sonitus per noctem, & non per diem. Respondendum, quòd quando factus est, erat nox nimis tenebrosa: nam dicitur, quòd fugerunt Syri in tenebris. Hoc autem fuit propter multa: primò, qa turbationes melius fiunt de nocte, quàm de die, cũ nox sit amica timori: & tamen iste sonitus erat ad cõturbandum castra Syrorum, ideo conuenientius fieret per noctem. Secunda causa fuit, quia Deus volebat fallere Syros faciẽdo sonitum exercitus magni, vbi nullus erat exercitus: istud tamen non posset fieri ꝑ diem: quia per diem viderent Syri à longè, & cõspi-

K cerẽt, ꝙ nemo veniebat: ideo licet audirent sonitũ, non curarent, quia putarent esse phantasma, & non fugerent de castris. Per noctẽ verò tenebrosam non poterant videre, an esset exercitus, ideo cum audirent sonitum exercitus, putarent esse verum exercitum, & fugerent: istę enim fraudes per noctem conuenienter fiunt. Sic enim fuit in bello Gedeonis cõtra Madian: nam per noctem posuit trecentos viros cum lãternis, & buccinis in circuitu castrorum Madian, & putauerunt Madianitę esse infinitum exercitum, & cœperunt se ipsos percutere putantes esse hostes, vt patet Iudi. 7. Per diem autem non potuisset fieri ista fraus: ita ergo hic oportebat, quòd per noctem fieret. Si autem per diem fieret, oportebat esse

esse vnū de duobus.s. ꝙ nō solum Deus causaret sonitum curruū, & equorum, sed etiā faceret currus, & equos de aere, & exercitum multum aereum, qui veniret super Syros, alioquin non fugerent, nisi vidēdo ista. Vel Deus debebat facere sonitum inter aliquas multas arbores, ita vt videretur ex parte illa venire multus exercitus, quanquam nullus appareret, sed sonitus audiretur inter arbores. Sic enim fuit qn̄ pugnauit Dauid contra Philisthijm: nam Deus fecit angelos commouere cacumina pyrorum, & audiebatur magnus sonitus tanquam exercitus multus esset ibi: & Dauid egressus est de loco illo ad pugnandum, & adhuc videbatur manere ibi magnus exercitus. De hoc supra 2. lib. cap. 5. sed iste modus non cōueniebat in præsenti propter duo: primò, quia fortè in loco illo non erant arbores circa castra Syrorum, sicut erant in loco, in quo Dauid pugnauit cum Philisthinis, & sic non posset simulari iste sonitus exercitus: quia quanquam audiretur sonitus, non putaretur ibi esse aliquis exercitus: quia non esset locus, in quo lateret: secundo non conueniebat: quia oportebat ad hoc, ꝙ exiret aliqua pars exercitus de inter arbores, & fieret magnus tumultus semper inter arbores, vt putaretur adhuc manere ibi maior exercitus. Sic enim factum est, quando Dauid pugnauit cōtra Philisthijm: nam ipse egressus est de pyretis contra Philisthijm: & manebant angeli facientes strepitum magnum in cacumine pyrorum, quasi ibi esset magnus exercitus: & tamen nunc non erat aliquis exercitus de Israelitis exiturus contra Syros, sed solus Deus volebat terrere eos: ideo non conueniebat iste modus, & sic debuit fieri per noctem. Tertia causa fuit ad hoc, ꝙ Syri præsumerent verisimilius esse, ꝙ veniret contra eos exercitus: nam per noctem verisimile est, ꝙ subito exercitus hostilis irrueret super castra: nam isto modo solent pugnatores hostes suos aggredi cum securi sunt, vt facilius obtineant. Quarta causa erat ad hoc, ꝙ facililius Syri inclinarentur ad relinquendum castra. Nam si per diem venisset iste exercitus, & fuisset verus exercitus, aut esset tantus, contra quem Syri possent faciliter pugnare, aut non: si primo modo, non fugerent, sed pugnarent. Si secundo modo quanquam fugere vellent, tamen propter timorem non euadendi in fuga, resisterent: quia putarent, ꝙ exercitus hostilis videret eos fugiētes per diem, & persequeretur eos, faciliusque obtineret, quàm si ipsi resistere vellent: nunc autem cum esset nox tenebrosa, putabant Syri se non posse videri, ideo ꝙ securè fugerent. Et sic dicitur, ꝙ fugerant in tenebris relinquentes tentoria sua. i. fugerunt in tempore tenebroso, putantes se posse latere. Quinta causa erat, quia Deus volebat incutere tātum timorem Syris, vt non solum fugerent de castris, sed etiā in itinere timerent, & ea, quæ portarent, dimitterēt, vt magis fugerēt. Sic enim fuit: quia non solū Deus fecit audiri sonitum curruum, & equorum, quando erant Syri in castris ad hoc, ꝙ inde fugerent, sed etiā postquam fugerunt de castris, audiebant sonitum tanquam exercitus persequentis se: ideo illi, qui portabant secum aliqua leuia præciosa, vt aurum, vel argentum, aut vestes, audientes sonitum exercitus sibi magis propinquantis ad hoc, quòd expeditius fugerent, dimittebant vasa, & vestes, quæ ferebant per viam. Nam illi, qui iuerunt de Samaria ad videndum, an Syri verè fugissent, vel fugam simulassent inuenerunt totam viam plenam vestibus, & vasis, quæ reliquerant Syri fugientes. Per diem autem nō potuerat iste sonitus exercitus sic cōtinuari ad hoc, ꝙ putaretur aliquis exercitus verus venire: quia aliquando viderent, an veniret: & tamen per noctem:

A quia erant tenebræ magnæ, potuit hoc conueniēter fieri: quia semper lateret exercitus ille, qui audiebatur, & venire putaretur: debuit ergo per noctē fieri.

Quare Syri fugientes reliquerunt tentoria, & omnia, quæ habebant in castris. Quæst. XVIII.

QVAERETVR vlterius, quare Syri fugientes reliquerunt tentoria, & equos, & mulos, & asinos in castris. Aliquis dicet, ꝙ hoc fuit propter turbationem magnam factam in mentibus eorum: qa Deus turbauerat eos, & nesciebant quid agerent. Sic enim fuit in bello Gedeonis cōtra Madian, quia turbauit Deus castra Madian, & putabant esse hostes se B ipsos, & percutiebant se adinuicem, Iud. 7. Sic enim dicitur infra, in litera: quia erat plena vestibus, & vasis, quæ proiecerant Syri cum turbarentur. Sed dicendum, ꝙ non stat: quia Syri non turbati fuerunt mente, sicut Madianitę: Iud. 7. nec sicut Moabitę, Amonitę & idumęi contra se pugnantes tanq̄ contra hostes per diem 2. Paralipo. 20. sed solum habuerunt causam verisimilem fugiendi, etiam si non turbarentur. Item patet hoc: quia si Syri turbati nescirent quid agerent, & propter hoc non portarent ea, quæ erant in castris, etiam non portarent aliquid de eis, quæ ibi habebant: portauerunt tamen aurum, & argentum, & vestes, & postea, vt expeditius fugerēt reliquerunt in via: vt patet infra, in litera. Sed dicen C dum, ꝙ istud fecerunt: quia non putauerunt se posse aliquid portare, eo ꝙ audiebatur de propinquo sonitus curruum, & equorum, qui illico irruerent super castra, si manerent ibi Syri aliquātulum: ideo nō mā serunt ad ferēdum aliquas res, maximè ipsas res graues: quia non solum impedirentur componēdo sarcinulas earum in castris, sed magis impedirentur ꝓcedendo per viam, ideo non tulerunt tentoria, nec alias res graues. Sed obijcietur, quare saltem equos non portabant: nam equi non essent ad impediendum eos in via, sed potius ad faciliter fugiendum. Respondendum, ꝙ Syri nō potuerunt ferre equos: quia exercitus ille, qui audiebatur auditus est tam ꝓpinquus castris, velut surgens ex insidijs, ꝙ Syri puta D uerunt se non habere spacium ad frenādum, & sternendū equos: ideo reliquerunt eos putantes sic expeditius fugere. Etiam fortè putauerunt, ꝙ nō possent Syri omnino fugere exercitum illum, qui veniebat ex magno impetu, sed laterent diffusi per agros: quia nox illa erat tenebrosa, & non inuenirent, & sic possent in terram suā fugere. Si aūt portarēt secū equos nō possent latere propter equos, ideo nō tulerunt.

Israelitę quomodo sciuerunt istum sonitum fuisse in castris Syrorum. Quæst. XIX.

QVAERETVR vlterius, cum supra dicitur, ꝙ Deus fecerat audiri sonitum curruum & equorum in castris Syriæ, quomodo potuit scriptor huius libri illud scire ad scribendum: quia illud factum est, absentibus Israelitis. Aliquis dicet, ꝙ sciuerunt hoc ex quadam præsumptione Israelitæ, s. quia nullo modo erat verisimile Syros fugere, nisi Deus terruisset eos ostendēdo sibi aliquem sonitum curruū, & equorum, à quo fugerent. Sed illud non stat. Primo, quia poterat Deus aliter effugare Syros. s. realiter mittendo aliquem exercitum angelorum, qui pugnaret contra Syros, & cogerent illos fugere de castris: sicut realiter misit Deus angelum, qui per noctem percuteret castra Senacherib regis Assiriorū. infra 19. & Isa. 27. vel poterat mittere aliqua animalia, quæ pugnarent contra illos, & effugarent, eos sicut

cut Deus misit cabrones, qui fugarent chananæos à facie Israelitarum: sic patet Exod.23.f. Emittam cabrones prius, qui fugabunt Heuæum, & Chananæū antequam introeas, & si aliqui de Chananæis fugerent à facie Israelitarum, cabrones persequebantur illos: & quanquam laterent in speluncis inueniebāt eos, & ibi occidebant: Deut.7.f. Insuper cabrones immittet Dominus Deus tuus in eos, donec deleat atque disperdat, qui te fugerint, & latere poterint: sic patet Sapien.12 misisti antecessores exercitus tui vespas, vt illos paulatim exterminares: Poterat etiam immittere illis figuram exercitus, quanquā ille non esset, & tunc terrerentur, & fugerent, sicut ostendit puero Elisęi montem plenum curruum, & equorū, & tamen non erant currus, & equi: præcedenti cap. Sic etiam in tempore tenebrarum magnarum, quæ durauerunt in Aegypto per tres dies, Exo.10. Ostendebat Deus terribiles visiones Aegyptijs, & fugiebāt à facie earum, & terrebantur nimis: vt colligitur Sapient.17. Poterant etiam concutere terram fragore magno, ita vt Syri turbarētur, & fugerent. Sic enim fuit quando Philisthini ascenderūt cōtra Israel, existente Samuele in Masphat: nam tunc intonuit Dominus fragore in die illo super Philisthijm, & exterruit eos, & cęsi sunt à filijs Israel, supr.1.libr.c.7. Ponuntur etiam multi alij modi, Sapiēt.11. Quibus potest Deus hostes suos interficere, vel fugare, immo, vt verè dicam tot modis efficere potest, quot modis potest velle: ideo nō rectè præsumeretur, quòd isto modo Deus effugasset. Item dato, quòd nullo alio modo Deus vnquam effugasset hostes, tamen præsumptio ista non erat tam efficax ad hoc, quòd scriptor Sacræ Scripturę posset determinatè ponere, ꝙ sic fuerit: cum Sacra Sriptura requirat veritatē certissimam, & solidissimam, cui non sufficit præsumptio. Aliquis ergo dicet, quòd hoc scriptum est: qa Israelitæ audiuerūt in Samaria sonitum illum curruum, & equorum irruentium super castra Syriæ. Sed dicendum, quòd non stat: quia si audiuissent Samaritę, à fortiori, audiuissent quattuor viri leprosi, qui ibant in castra: quia illi propinquiores erant castris Syriæ, & tamen illi nihil audiuerunt: ergo nec Samaritæ. Patet hoc, quia quādo leprosi accesserūt ad castra non putauerunt Syros fugisse, sed cum nullū inuenissent in primo tabernaculo, comederūt, & biberunt, & iuerunt ad secundum, & nullum inuenerunt: & cum sic ambulassent per multa neminē inuenientes crediderunt fugisse Syros. Item patet hoc, quia quando leprosi denunciauerunt in vrbe, quòd fugerant Syri: rex non credidit, sed dixit, ꝙ latuerant in agris simulantes fugam, vt patet in litera: si tamē audiuissent sonitum curruum, & equorum à Deo factum, nō dubitassent fugisse Syros: ergo nihil audiuerunt. Item dato, ꝙ audiuissent, non sufficiebat hoc scriptori huius libri: quia hic dicitur, ꝙ dixerunt Syri adinuicem: ecce mercede conduxit aduersum nos rex Israel reges Hethæorum, & Aegyptiorum: & tamen hoc non poterat audiri in Samaria: ideo non scriberet propter hoc scriptor huius libri. Aliquis dicet, ꝙ hoc cognitum est relatu aliquorum Syrorum, qui confessi sunt se audiuisse talē sonitum, & dixisse talia verba Sed dicendum, ꝙ ēt hoc non sufficiebat Sacræ Scripturæ: quia ipsa requirit veritatem tam solidam, vt nullo modo possit falli, & quanquam in iudicijs dictum duorum, vel trium testium faciat plenā probationem, ita vt nullo modo dubitetur de illa: tamen potest esse falsum, quod illi asserunt: nec homines accipiunt tales probationes in iudicijs, nisi quia nō possunt vti firmioribus: ideo ad Sacram Scripturam non sufficiunt: cum fa-

F cilius sit cęlum, & terram perire, quàm vnum verbū de Sacra Scriptura deficere, sicut dixit Christus Matthæ.24. Dicēdum ergo, quòd tota Scriptura Sacra, quæ Canonica vocatur, spiritu prophetico scripta est, scilicet, ꝙ reuelatione Dei scriptor scribebat, & non auderet scribere etiam si vidisset, nisi Deus ei reuelaret: quia oculus noster falli potest, cum non possit omnia cōsiderare plenè: reuelatio autem Dei infallibilis est: ideo omnis Sacra Scriptura ab habentibus spiritū propheticum scripta est. Sic enim colligitur secunda Petri, cap.1. scilicet, Hoc primum intelligentes, quòd omnis prophetia scripturæ propria interpretatione non fit: non enim voluntate humana allata est aliquando prophetia, sed spiritu sancto
G inspirati locuti sunt sancti Dei homines. Et sic prophetia scripturæ, Spiritusancto dictante, facta est. liber tamen iste fuit scriptus per prophetam, scilicet, per Ieremiam, & etiam vocatur liber prophetialis apud Hebræos, & etiam apud nos: vt patet per Hieronymū in prologo Galeato: ergo poterat ipse spiritu prophetico scire omnia ista: & sic scripsit non accedens ad famam, vel præsumptionem, vel dicta hominum.

Respōsio Auctoris.

Quos reges putabant Syri super se venire.
Quæstio XX.

H QVAERETVR vlterius, qui erant illi reges Aegyptiorum, & Hethæorū, quos putabant Syri conductos super se venire: vt patet in litera. Respōdendum primo de regibus Aegyptiorum, ꝙ Aegyptus est valde magna terra, & distinguit Aegyptus in Aegyptum inferiorem, & superiorē: vt patet ex topographia, scilicet, ex libris diuisorum orbis: ideo poterant esse multi reges in vtraque Aegypto, & de his poterant venire aliqui conducti à rege Israel: De regibus Hethæorum dicendum, ꝙ isti erāt reges terræ Chanaan, quos non occiderant Israelitæ: nam manserat magna pars septem populorum Chananæorum, quorum terram non acceperant Israelitæ: quia terra sua erat latissima, & isti populi, & reges eorum fuerunt tributarij Salomonis: præ-
I cedenti lib.cap.9 & 2. Paralipo.8. & omnes isti reges vocabantur Hethæi generaliter, sicut aliquando vocātur generaliter Chananęi, vel generaliter Amorrhæi, licet habeant septem nomina distincta, vt patet Deuteronom.7. & Iosue 3. & de istis poterat rex Israel conducere aliquos reges. Manserunt autē isti reges Hethæorum vsque ad tempora Christi in terra illa: nam Tyrij, & Sydonij Chananæi erant: nam dum Christus perambularet partes Tyri, & Sydonis quædam mulier Chananæa egressa de partibus illis, venit ad Christum: & sic adhuc manebant Chananęi in terra illa, cùm illa mulier diceretur egressa de finibus illis, Matthæ.15. & vocatur Syrophęnissa. Mar.7. & tamen Phœnices sunt Tyrij, & Sydonij: er-
K go illi sunt Chananæi. Sic etiam manserunt alij populi Hethęorum vsque ad Christum: sed iam nō habebant illa nomina Hethæorum, Heuæorum, Iebusæorum, & Amorrhæorum, & Chananæorum in historijs gentium, quę habebant in Sacra Scriptura. *Igitur cum venissent leprosi illi ad principium castrorum.* In Hebræo dicitur: *Ad extremitatem.* Sed extremitas significat terminum rei, & conuenit tam principio, quàm fini. *Ingressi sunt vnum tabernaculum.* Idest, vnum tentoriū, vel vocatur propriè tabernaculum: qa tabernaculum est domus de tabulis in circuitu facta, & sic fortè erant in castris. *Et comederunt, & biberunt.* Nullum enim inuenerunt in tabernaculo illo, qui prohiberet eos, ideo comederunt: quia fames vrgebat

Tabernaculū q...

bat eos nimis: nam pp eam solum venerāt in castra. *Tuleruntq; inde argentū, & aurum, & vestes.* Erat enim tabernaculum illud alicuius Domini diuitis, & manlit ibi aurum, & argentum, & vestes. *Et abierunt, & absconderunt.* s. Exiuerunt extra castra, & fossam faciētes absconderunt ibi, vel posuerunt in aliquo occulto receptaculo. *Et rursum reuersi ad aliud tabernaculum.* Dicitur, ꝙ reuersi sunt, s. quia exierunt de castris ad absconsendum ea, quæ acceperant de primo tabernaculo, quo facto redibant ad castra, vt viderent quid esset in alijs tabernaculis. *Et inde similiter auferentes absconderunt.* Idest, etiam de tabernaculo secundo tulerunt aurum, & argentum, & vestes, & absc ōderunt, sicut prius, extra castra.

Leprosi quomodo ausi sunt introire in tabernaculum, & ibi comedere sine dominorum licentia. Quæstio XXI.

QVAERETVR, quō leprosi ausi sunt introire in primum tabernaculum castrorū, & comedere, non iubentibus dominis ipsius tabernaculi. Respōdendum, ꝙ ausi sunt ingredi: quia nullum viderunt in tabernaculo: deinde cœperūt comedere, quia putauerunt, ꝙ dato, ꝙ domini tabernaculi venirent, non nocerent eis pp hoc, quia viderēt eos esse personas miserabiles, & non venisse ad impugnāda castra, sed fame coactos introiuisse in castra hostium: Et dato, ꝙ vellent eos occidere, ipsi non curarent, quia fame pereundum erat eis, si non comederent: ideo potius volebant exponere se morti, & comedere, quā præsentibus cibis perire fame. Sic enim dixerat antequam venirent ad castra. s. Siue ingredi voluerimus ciuitatem, fame moriemur, siue mansenrimus hic, nobis moriendū est: venite igitur, & transfugiamus ad castra Syriæ, si pepercerunt nobis, viuemus: si autem occidere voluerint, nihilominus moriemur, supra in litera: Non dubitauerunt ergo comedere, quidquid mali, vel boni inde sequi posset.

Quomodo leprosi ausi sunt accipere aurum, & argentum de tabernaculis, & abscondere extra castra. Quæstio XXII.

QVAERETVR vlterius, quō leprosi ausi sunt accipere aurum, & argentum, & vestes, & occultare extra castra: vr̄, ꝙ non conuenienter faciebant, quia aut ipsi putabant Syros esse in castris, aut fugisse. Si primo modo, debuissent timere, ꝙ pp hoc occiderentur; & exponebant se morti irrationabiliter, scilicet pp rem non necessariam. Si secūdo modo, non oportebat, ꝙ occultarent aliquid: quia cum nullus eos impediret, nec timerent aliquē, poterant nihil occultando ferre quicquid vellent manifestè. Dicendum, ꝙ leprosi non inconuenienter faciebāt, nec timebant hoc facere. Et dicendum, ꝙ ipsi putabant Syros esse in castris, qa tamen in illo tabernaculo nullus erat, nec audiebāt per circuitum in alijs tabernaculis aliqđ murmur, putabāt se à nullo videri: maximè cū esset nox tenebrosa: ideo putabant non esse periculum, ꝙ acciperent illa, & absconderent.

Leprosi quare occultauerunt aurum, & argentum, quod inuenerunt in castris. Quæstio XXIII.

SED quæretur vlterius, ad quem finem faciebant ista leprosi. Respondendum, ꝙ ipsi volebāt lucrari istud argentum, & aurum, & vestes: & ob hoc abscondebant, vt aliqñ tollerent de locis illis, & ferrēt in domos suas. Hoc aūt potest stare, siue dicamus, ꝙ leprosi cognoscebant nullos Syros esse in castris, qñ

A primo cęperunt aurum, & argentū ad abscondendum: siue dicamus, ꝙ putabant ibi esse aliquos: Nam primo modo dicemus, ꝙ leprosi abscondebant ista, vt postq̄ absconderent, reuerterent̄ in castra, & manerent ibi cū Syris, quasi nihil fecissent: & postq̄ dissoluerent̄ castra, quæ aliqñ oportebat dissolui, ipsi leprosi irent ad loca, in quib. absconderant diuitias, & inde tollerent. Si aūt dicat̄, ꝙ putabant Syros fugisse de castris, dicemus, ꝙ ipsi abscondebant ista: qa disponebant redire ad vrbem ad nunciandum fugisse Syros: & tunc venirent omnes Samaritæ, & caperēt quidquid erat in castris, ipsi verò modicum, vel nihil haberent: ideo volebant abscondere aliqua, quæ ipsi postea haberent pro seipsis vltra ea, quę populus

B sibi daret pro bona annunciatione. Sed verisimilius est, ꝙ leprosi putarent Syros esse in castris: quia aliàs non oportebat, ꝙ ipsi absconderent vasa, & vestes extra castra: sed poterant se onerare istis reb. preciosis, & ducere in domos suas, & tunc nūciarent in vrbe fugisse Syros. Secūdò patet, quia si putassent illos fugisse, & vellēt aliquid abscondere, non accepissēt aurum, & argentum de vno tabernaculo, & iuissent ad abscondēdum extra castra, & deinde reuerterent̄ ad aliud tabernaculū, & similiter inde acciperent, sed onerarent se accipiendo de multis tabernaculis simul, & deinde irent ad abscondēdum: & tñ postq̄ absconderunt id, qđ erat in primo, iuerunt ad secundum tabernaculū: ideo vr̄, ꝙ nesciebāt, an aliqui es-

C sent in secūdo tabernaculo: ideo nō ausi sunt simul congregare de multis tabernaculis, sed solū abscondere, quæ erant in primo, vt qñ venirēt ad secundū, licet inuenirent ibi aliquos Syros, non appareret, ꝙ ipsi aliqd furati fuissent: & sic possent manere securi inter illos. Tertiò patet hoc, quia si leprosi anteq̄ inciperent absc ōdere aurum, & argentū, & vestes, putauissent nullū esse in castris: & tñ vellent abscondere aliqua, quæ postea lucrarent̄, non sic fecissent: sed subito discurrissent ꝑ omnia castra, vel plurimā partē tentoriorum, & accepissent solum aurū, & argentum, & pecuniam, q̄ ibi reperirēt, non curādo de vestibus, nec de alijs rebus: quia parui precij erāt, & male abscondi poterāt: & tunc venirent ad nunciandū

D in vrbē: & tñ ipsi non discurrerunt, nisi duo tētoria, & venerūt in vrbem: ergo non putabāt Syros recessisse. Itē, quia absconderunt vestes, & tñ istę erāt modici valoris, cū possent abscondere multū aurum, & argentum, qđ erat in alijs tabernaculis, & magis illud poterat latere: ideo vr̄, ꝙ putabant esse Syros in castris, qñ ista abscondebant, & ob hoc absconderūt vestes, vel quidquid habere potuerunt in primo tabernaculo, licet essent parui valoris ista: quia nō putabant se posse habere aliqd de alijs tabernaculis pp præsentiam Syrorum. Sed aliqs dicet, ꝙ leprosi venientes ad primum tabernaculum putauerunt nullum esse in castris Syrorū, & incęperunt abscondere ea, quę reperiebant intendentes abscondere quidqd boni esset in castris: postea tñ vidētes, ꝙ hoc erat difficile, & non posset latere, dixerunt: non rectè faci-

E mus, & cessauerunt absc ōdere, veneruntq; ad nunciandum in vrbē fugam Syrorum. Sed dicēdum, ꝙ non fuit ista intētio leprosorum, sed qñ ipsi dixerūt: non rectè facimus, nouiter cognouerūt, ꝙ non erat aliquis in castris: & volebant aliqui illorū manere in castris, quiescēdo nocte illa in cibis, & potibus ad saturandam famem multorū dierum, & vt recrearentur pp angustias præteritas: & tunc alij dixerunt, ꝙ non erat bonū expectare vsq; mane, s. non rectè facimus: hæc. n. dies boni nuncij est: si tacuerimus, & noluerimus nunciare vsq; mane, sceleris arguemur: & sic non retulerunt hoc ad absconsionem corū, quæ erant

erant in castris, s. ꝙ malum erat abscondere illa: sed solum ad quietem noctis: quia aliqui volebant manere ibi illa nocte, & nunciare crastino: alij verò dixerunt: si tacuerimus, & noluerimus nunciare vsque mane, sceleris arguemur.

Leprosi postquam comederunt, & biberunt quare non redierunt in vrbem sed reuersi sunt in castra. Q. XXIIII.

QVAERETVR vlterius, postquam leprosi comederunt, & biberunt in primo tabernaculo, & acceperunt inde aurũ, & argẽtum, & vestes, quare non redierunt in vrbem nihil vltra expectãtes, & ꝙ non reuerterent in castra. Dicendum, ꝙ hoc fuit ꝑꝑ multa. Primò, quia qñ leprosi acceperunt ista de primo tabernaculo, putabant Syros esse in castris: ideo licet tunc qñ ista abscondebant, putarent à nemine se videri, tñ timuerunt, ꝙ antequam peruenirent ad vrbem aliquis de Syris inueniret eos. Et hoc verisimile erat: nam cum castra Syriæ aliquãtulum distarẽt ab vrbe Samarię, sicut supra dictum est, credendum erat, ꝙ aliqui Syrorum ambularent in circuitu Samariæ custodiendo, tam per diem, q̃ per noctem, ne aliquis egrederetur de Samaria, aut ingrederet̃: qa aliàs possent habere Samaritæ cibos aliunde, durãte obsidione, & nihil valeret obsidio. In manus aũt istorum custodũ timebant leprosi incidere, cùm regrederentur in vrbem, & hoc siue ferrẽt spolia, siue non. Si enim ferrent, appareret eos furatos fuisse de castris, & timerent occidi: si autem non ferrent, putarent̃ esse exploratores, qui per noctem venerant ad explorãdum castra Syrorum de Samaria, & occiderent̃: ideo non audebant redire. Sed obijcietur: quia ex eadem causa non auderent ire de Samaria in castra. Respondendum, ꝙ non erat simile ꝑꝑ duo. Primò, quia qñ recesserunt de Samaria, erãt in extrema desperatione ꝑꝑ famem, ideo exponebant se morti, etiam si Syri vellent occidere eos: vt patet supra. Si pepercerint nobis, viuemus; si autem occidere nos voluerint, nihilominus moriemur. Nũc autem erant saturati: ideo non habebant causam exponendi se morti. Secundũ erat, quia si custodes Syrorum reperirent eos, qñ ibant ad castra: putarent, ꝙ ꝑꝑ angustiam famis ibant illùc, & fortè non occiderent eos. Nunc verò cum redirẽt de castris in Samariam, putarent̃ missi ad explorandũ castra, & occiderent̃. Vel dato, ꝙ non putarent̃ missi ad explorandũ: quia tñ constabat eos redire de castris, & sciebãt statum castrorum, occiderent eos custodes Syrorũ, vel saltem tenerent, ne redirent ad nunciandum aliqd de Syris in Samariam. Prima ergo ratio nõ redeũdi fuit timor: secunda fuit, qa dato, ꝙ crederent se posse redire cum spolijs non proficiebat eis redire: quia cum crederent Syros esse in castris, putarent obsidionem continuandam esse, & si ipsa redirent ad portã Samariæ, vbi prius erãt, morerent̃ fame: quia nõ habebant ibi cibos: ideo voluerunt redire in castra Syrorũ, vt ibi manerent cũ eis, & alerent̃ tempore obsidionis. Tertia causa fuit cupiditas q̃dam leprosorũ: nam cũ spoliauissent primum tẽtorium, putauerunt, ꝙ fortè nullum reperirent etiã in secundo tentorio: ideo voluerunt redire illùc ad spoliandum illud. Nam dr̃ in litera, ꝙ introeũtes in aliud tabernaculum, & inde similiter auferentes absconderunt. Quarta causa fuit, & potissima desiderium quoddã infixũ cordibus eorũ à Deo, vt Samaritæ cognoscerent fugisse Syros, & non perirent fame. Nã licet fugissent Syri, si Samaritę ignorarent, manerent clausi in vrbe, & perirent fame, putãtes se esse obsessos. Ad hoc aũt Deus mouerat leprosos, vt irent in castra, vt

F supra declaratum est. Si tñ leprosi accipientes aurũ, argentum, & vestes de primo tabernaculo rediuissent in Samariam, putantes manere Syros in castris, nihil proficeret hoc Samaritis: ideo mouit Deus leprosos ad redeundum in secundum tabernaculum, & ad ambulandum per castra, quousq. scirent neminẽ esse in eis: & sic nũciarent Samaritis fugisse Syros. In.q.14

An leprosi peccauerint comedendo, bibendo, & abscondendo aurum, & argentum sine dominorum mandato? Quæstio XXV.

QVAERETVR vlterius, an peccauerũt isti leprosi faciendo ea, quæ fecerũt in castris Syriæ, G scilicet, comedendo, & bibendo sine mãdato dominorum, & abscondendo aurum, & argentum, & vestes. Ad primum respondet̃, s. ꝙ non peccauerũt comedendo, & bibendo in castris: quia erant illę res hostiles, & iam desierant possideri ab eis cum fugissent. Aliquis dicet, ꝙ non possunt excusari leprosi: quia qñ ipsi introiuerunt in primũ tabernaculum putabant esse Syros in castris: ideo debuerant petere licẽtiam ad comedendum, & bibendum. Dicendum, ꝙ verum est, ꝙ leprosi putabant Syros esse in castris: & tñ istud nihil agit ad hoc, ꝙ ipsi peccarent: quia siue essent in castris, siue fugissent, non peccabant comedendo, quia Syri erant hostes illorũ leprosorum, & licebat Israelitis nocere Syris quãtum possent, quia H fouebant bellum iustum. Item patet hoc ex alia causa, quia erãt leprosi isti in extremo periculo famis: & in tempore necessitatis omnia sunt cõia, in tm̃, ꝙ licet cuicunque iure suo accipere res alterius, quæ ad cibũ pertinent quantũ sibi sufficit pro tũc iure suo: & nõ dr̃ accipere rem alienam, sed suam. Et ẽt si iste perueniat postea ad pinguiorem fortunam nõ tenetur restituere ea, q̃ sic comedit, q̃q̃ possit restituere, eo ꝙ non comedit aliena, sed sua. Si aũt fuerit in fame magna, & tñ non in extrema necessitate, & furatus fuerit ad comedẽdum, non vocat̃ fur, nec punit̃ pœna furis: & tñ tenet̃ restituere ea, quæ accepit qñ peruenerit ad pinguiorẽ fortunã ex illo, ꝙ ea, q̃ accepit non erant omnino sua: Sic patet extra de furtis, I cap. 1. in gl. ideo dato, ꝙ nõ fuissent Syri hostes Israelitarum, non peccabant leprosi sine mandato illorũ comedendo, & bibendo de rebus ipsorũ: quia erant in extrema necessitate: immo nolentibus eis licebat sibi accipere de cibis ipsorũ, &, qd̃ plus est, si ipsi repugnarent, poterant leprosi licitè occidere illos, etiã si non essent hostes: quia prohibebant eos ab vsu rerum suarum in tp̃e necessitatis, & indirectè occidebant eos: sicut ergo licet homini occidere quemcũque volentem eũ occidere, & hoc vt seipsum defendat; ita si aliquis mihi in extrema necessitate posito cibũ prohibet, & me occidere vult, licebit mihi occidere illum ad hoc, ꝙ comedere possim. Cum autem dr̃, ꝙ debebant petere licentiam isti leprosi, cum putarent dños esse præsentes, dicendum, ꝙ non requi-K rebat̃. Nam si quis in extrema necessitate positus putet, ꝙ alius non dabit sibi cibum, licet petat, non tenet̃ petere, sed potius debet accipere clam, ne alius prohibeat eum de facto, & sic fame pereat. Si autem credit, ꝙ Dñs rei omnino permittet, debet petere ab ipso: quia sic honestius est, licet de rigore nullo modo tenet̃, cum in necessitate res sit sua, quia cõis est. In contractatione autẽ rerum extra tp̃s necessitatis est ꝑ contrarium: quia si quis contractat rem alienã, & credit Dñm non permissurum, furtum cõmittit: ideo tunc non debet accipere sine licẽtia eius. Si autem credit Dñm permissurum, non cõmittit furtũ, licet contractet rem, nesciente Dño. Leprosi autem sic

sic se habebant: quia fortè si peterent licentiam à
Syris poterat esse, quòd non concederent, & sic ip-
si perirent fame: ideo tutius elegerunt, scilicet iure
suo comedere, & bibere à nullo petita licentia,
dum nullus eos prohiberet.

Abscondendo aurum an peccauerint isti. *Q. XXVI.*

QVAERETVR secundo, an peccarent le-
prosi, abscondendo aurum, & argentum, & ve
stes. Aliquis dicet, ꝙ sic; quia comedere, & bibere
licebat eis propter necessitatem extremam, & ta-
men ad abscondendum aurum, & argentum nul-
la necessitas hominem inducere potest, cū ista nō
sint pertinentia immediatè ad cibum: ideo pecca-
rent, & essent verè fures. Dicendum, quòd nō pec-
cauerunt leprosi: quia aut ipsi putabāt Syros fugis-
se de castris, aut non: Si primo modo, licebat eis ac
cipere illa, quæ acceperunt: quia cuilibet licet acci
pere spolia hostis sui in bello iusto. Nam aliàs eo-
dem modo peccarent alij Samaritæ, qui venerunt
postea, & acceperunt omnia, quæ erant in castris
Syrorum, quando denunciatum est fugisse Syros,
& tamen non peccauerunt: quia Deus denuncia-
uerat eis tāquam in beneficium, quòd acciperent
similam, & hordeum, & venderent in porta Sama
riæ: & tamen Deus non daret in beneficium id, in
quo peccatum erat. Si autem crederent leprosi nō
fugisse Syros de castris, nō peccabāt accipiendo au
rū, & argentū, & vestes: quia Syri erant hostes: & si-
cut licebat eis pugnare cōtra ipsos, ita licebat prę-
dari, & cōsequenter licebat furari. Nā cui licet alte
ri nocere apertè, licet nocere occultè: sic. n. contra
quos fouemus iustū bellū, possumus insidias pone
re, & per fraudē occidere, sicut iussit Deus Israeli-
tis ponere insibias contra viros vrbis Hai: vt patet
Iosue 8. Et quia isti leprosi erāt Israelitæ, licebat eis
bello moto contra Syros prædari, vel furari, vel fa
cere quęcunq; alia mala, ideo nullo horū peccaue-
runt. *Dixeruntq; adinuicem: non rectè facimus.* Postquam
cognouerunt leprosi, ꝙ nullus Syrorū erat in ca-
stris, volebāt quiescere ibi nocte illa, & saturari: po
stea tamen dixerūt inter se, ꝙ non erat bonū: quia
poterat hoc eis imputari ad peccatū. *Hęc enim dies
boni nuncij est.* i. ista dies est ad nunciandū bona. s. qa
inuenimus castra sine hostibus: & istud est maximū
bonū, quod audire possunt manentes in vrbe. *Si ta-
cuerimus, et noluerimus nūciare vsq; mane.* s. si tacuerimus
ista nocte manentes hic in castris, & māserimus ad
nunciādum in vrbem. *Sceleris arguemur.* i. accusabūt
nos ciues de crimine, ꝙ tandiu distulimus annun-
ciare bona, potissimè cū populus esset in aduersita
te. In Hebræo dicitur, *Inueniemus delictnm.* i. inuenie
mus, ꝙ accusabimur de delicto, vel inueniemus de
lictum. i. pęnā delicti: *Venite, eamus, & nunciemus in au
la regis.* Hoc dicebant inter se leprosi deliberantes:
quia quidā sine alijs nolebant hoc facere: quia for-
tè timebant alios, & dixerunt: nunciemus in au-
la regis, scilicet, quia rex erat præcipuus, cui debe-
rent ista enarrari, & ipse debebat disponere, quid
super his fieret. *Cunque venissent ad portam ciuitatis nar-
rauerunt eis,* scilicet, narrauerunt illis, qui erant cu-
stodiendo portam, vt illi irent ad nunciandum re-
gi. *Fuimus ad castra Syrię, & nullum ibidem reperimus ho-
minem.* Volebant significare leprosi, quòd Syri fu-
gerant de castris, & tamen vt crederent, viri, qui
erant in vrbe, enarrabant ordinem facti, scilicet,
quod iuerant in castra, & nullum inuenerant ibi:
Nisi equos, & asinos alligatos, & fixa tentoria. Antequam
recederent Syri erant asini, & equi eorum alli-

A gati: quia non suspicabantur aliquid de recessu,
& quia subitò recesserunt nihil secum portare po
tentes, manserunt equi, & asini ligati, sicut prius:
& etiam ipsa tentoria manserunt fixa: quia nō mo
uerunt ea, cum non possent portare: in Hebræo di
citur. *Nisi equum, & asinum, & tentoria sicut ipsa.* Ponitur
enim singulare pro plurali: quia manifestum est, ꝙ
in castris Syrorum non erat vnicus asinus, nec vni-
cus equus, sed plurimi: litera autem nostra curauit
de sensu, & dixit: nisi equos, & asinos. Etiam dicit:
& tentoria sicut ipsa i. inuenimns tentoria in mo-
dum tentoriorum. Nam tentoria quando sunt fi-
xa, & extenta vocantur tētoria: quando vero sunt
prostrata in terram, & complicata non vocantur
B tentoria, sed pelles: ideo quando tentoria sunt, ex-
tenta sunt sicut ipsa, idest, sicut tentoria: & hoc est,
quod dixit litera nostra, scilicet, tentoria fixa, in
quo innuebant leprosi, quòd nullus de Syris erat
in castris, & tamen nulla mutatio erat in castris,
nec signum recessus.

*Leprosi an peccauerint accipiendo aurum, & argentum,
nescientibus Samaritis.* *Q. XXVII.*

QVAERETVR de istis leprosis, dato quòd
non peccassent abscondendo aurum, & argē-
tum in quantum accipiebant illud à Syris, an pec-
carent in quantum accipiebant illud, nesciētibus
C alijs Samaritis. Aliquis dicet, quòd sic: quia cum
isti leprosi expoliassent duo tentoria, dixerunt in-
ter se: non rectè facimus: etiam dixerūt, sceleris ar-
guemur: ergo videtur, quòd ipsi putabant se pecca
re abscondendo illa. Respondendum, quòd non
peccabant, nec præiudicabant Samaritis manenti-
bus in vrbe: quia illa spolia non pertinebāt ad om-
nes Samaritas tanquam ad communitatem, ita ꝙ
esset æquale ius omnium, vel quòd non liceret vni
sine altero accipere: sed pertinebant ad illos, q irēt
ad capiendum ea. Quod patet: quia aliàs non ven-
ditum fuisset frumentum, & hordeum, & simila
de eo, quod ducebatur de castris in porta Samarię,
quia quilibet pro se haberet: ideo licebat istis lepro
D sis pro se rapere. Item isti leprosi non accipiebant
rem pertinentem ad alios: quia licet Samaritę pos
sent licitè accipere omnia, quæ erant in castris Sy
rorum, tamen quousque illa acciperent, non erāt
sua: quòd ergo leprosi acciperent partem illorum,
non dum scientibus Samaritis, non peccabant. Si
autem cognitum esset in vrbe Syros fugisse, & mā
sisse castra vacua, & iussum esset, ne quis iret illùc
quousque tota ciuitas iret, si iret aliquis, & accipe-
ret inde aliquid, peccaret, & teneretur ad restitutio
nem: quia sic omnia relicta in castris Syrorum per-
tinebant iam ad totam ciuitatem, eo quòd sciebat
Syros recessisse: & iubebat, quòd nullus iret ad acci
piendum illa. Hic tamen nihil tale fuit, ideo non
E peccabant leprosi præiudicando Samaritis.
Ad rationem in contrarium dicendum, quòd
leprosi non dixernnt: non rectè facimus, quasi pu-
tarent se malè agere abscondendo aurum, & ar-
gētum, sed quia volebant manere nocte illa in ca-
stris, & non nunciare in ciuitate vsque mane. Et
cum dixerunt, sceleris arguemur, non intellexe-
runt, quòd arguerentur quia aliqua accipiebant
pro se, sed quia non ibant cito ad nunciandum.
Et patet hoc ex verbis eorum: quia dixerunt: si ta-
cuerimus, & noluerimus nunciare vsq; mane, sce-
leris arguemur. Et sic pro dilatione putabant esse
scelus, & non pro absconsione auri, & argenti.

Quare putauerunt se peccare leprosi, si non nunciarent hac nocte fugam Syrorum. Quest. XXVIII.

QVAERETVR vlterius, quomodo putabãt se arguendos de scelere isti leprosi, si nõ irẽt nocte illa ad nunciandum in ciuitate. Respondẽdum, ꝙ poterant argui: quia quilibet homo tenet velle bonũ pro patria sua, & procurare illud quantum possit: nullum tamen maius bonum poterat esse Samaritis nunc, quã quòd hostes sui fugerent, & relinquerent castra plena cibis, & delitijs, vt ipsi saturarentur: & tamen non proficiebant ista, nisi scirent ea Samaritæ: ideo sicut qui procuraret ista directè ageret ad bonum patriẹ, ita qui procuraret denunciare Samaritis nescientibus ista cooperabatur ad hæc, & consequenter quilibet de vrbe tenebatur istud denunciare quando sibi constaret: si ergo differrent aliquo tempore nunciare saltem pro illo tempore, priuabant ciues gaudio tanti boni, & pro hoc merebantur pẹnam, cum possent non priuare illos aliquo tempore hoc bono. Secundum est: quia ciues erant in magna angustia famis, & differendo per vnam diem, vel mediam illam denunciationem poterant aliqui perire fame, & isti erant in culpa, qui poterant prouidere, & non prouidebant: ideo videbantur mereri mortem, & timebant, quòd sibi infligeretur, si differrent nunciare vsque in crastinum.

Quare negare noluerunt se iuisse in castra in nocte, & dicere se iuisse in aurora. Quest. XXIX.

QVAERETVR vlterius, quomodo dicebãt leprosi, quòd si non irent illa nocte ad nunciãdum in vrbe, ꝙ criminis arguerentur: quia ipsi poterant negare se iuisse in castra in nocte: sed dicerẽt ꝙ iuerunt in aurora, vel prope aurorã, & sic non essent in culpa, quanquam non denunciarẽt per noctem, scilicet, quòd nõ constaret eos esse in culpa, quanquam verè essent in culpa. Dicendum, quòd fortè isti leprosi iuerunt in castra Syriæ videntibus aliquibus de Israelitis: ideo non possent postea negare se iuisse in principio noctis, & consequenter arguerent de dilatione. Hoc aũt verisimile est: quia isti leprosi erant iuxta portã Samariæ, vt patet sup. in litera: & in portis, & super muros erant semper aliqui custodes tempore obsidionis huius: nam etiam rex ambulabat per muros obseruando vigiles: vt declaratum est præcedenti cap. illi autem viderent leprosos recedentes de porta vrbis ad castra Syrorum, & audierunt fortè ab eis, quòd ipsi volebant ire ad castra, ideo nunc non possent ipsi negare, quin iuissent in principio noctis: ideo etiã si negare vellent arguerentur de crimine. Secnnda causa esse poterat, quia dato, quòd isti à nullo viderentur, tamen timebant, quòd mendacium suum cognosceretur: nam Elisæus erat propheta Dei, qui sciret eos mentitos, sicut quando Giezi dixit se nihil petiuisse à Naaman, & Elisæus dixit: nonne cor meum in præsenti erat quando reuersus est homo de curru suo? supra quinto. Sic putabant, quòd Elisæus iudicaret mendacium eorum: quia ipsi in præiudicium populi differebant annunciationem, & tunc punirentur. Tertia causa esse poterat: quia fortè Deus mouit illos ad timendum, quòd mendacium eorum non poterat occultari: & hoc quia si non timerent, mansissent illa nocte in castris, & non nunciassent vsq; ad sequentẽ diẽ, & sic interim Samaritæ torquerẽtur fame: timuerunt ergo manere in castris illa nocte; & non solũ non manserunt ibi, sed etiam non discurrerunt ꝑ castra ad tollendum argentum multum, & aurũ, & abscondẽdum. Quarta causa fuit: quia putauerunt, quòd si ipsi non irent immediatè ad nunciãdum in vrbe prius, quàm ipsi irent, sequenti die scirent hoc Samaritæ, & tunc occiderent eos: quia distulerant tandiu nunciare. Hoc autem putarent leprosi, quia satis verisimile erat, quòd cum fugisset Syri illa nocte, Samaritæ, qui vigilabant super muros vrbis non sentientes aliquos Syros ambulantes in circuitu vrbis, nec aliquem strepitũ, aut voces in castris Syriæ, sicut solebant sentire, cũ essent castra magna, & satis propè vrbem, & in talibus castris semper multi clamant, & auditur à longe strepitus hominum, & equorum: suspicarentur recessisse Syros, & mitterent aliquos ad sciendum, & illi ferrent responsum priusquam venirent leprosi, & ideo tunc arguerentur criminis: non ergo ausi sunt manere illa nocte in castris.

Venerunt ergo portarij, & nunciauerunt in aula regis intrinsecus, scilicet leprosi manentes extra vrbem narrauerunt portarijs, quòd fugerant Syri, & illi iuerunt in aula regis: quia rex disponere debebat de hoc. Et dicitur: intrinsecus: quia vna narratio fuit facta extrinsecus, idest, à manentibus extra vrbem. s. à leprosis, & alia narratio fuit facta intra vrbem à portarijs in aula regis: in Hebræo dicitur. *Portarij vocauit*, cum deberet dici, portarius vocauit, vel portarij vocauerunt: est tamen barbaries Idiomatis in Hebrẹo, vbi non seruantur numeri, nec personæ. Sic patet Iosue 2. cũ dicitur: fecit ascendere viros in solario domus suẹ, & operuit eos. Et in Hebrẹo dicitur: fecit ascendere viros, & operuit eum, cum deberet dicere, eos. Sic etiam Isa. 19. tradam Aegyptum in manu dominorum crudelium, & dicitur in Hebræo: ponam Aegyptum in manu dominorum crudelis, vel duri. Sed ad ista non est aspiciendũ in Hebrẹo, licet aliqui de nostris faciant in hoc vim ad probandum aliquid de articulis nostris: vt pote de trinitate personarum, vel similibus: vnde non immeritò irrideri possunt ab Hebrẹis. *Qui surrexit nocte, & dixit ad seruos suos.* Erat enim ista annunciatio admiranda: ideo rex surrexit immediatè, & non credidit Syros fugisse: bene tamen credidit, ꝙ non esset aliquis eorum in castris, sicut nunciabãt leprosi: ideo quòd facerent in fraudem putabat. *Dico vobis quid fecerunt nobis Syri*. i. vos putatis, quòd recesserunt Syri omnino: quia non sunt in castris: & tamen non recesserunt, sed ego dicam vobis qd fecerunt. *Sciunt quia fame laboramus*, idest, quia sumus in magna angustia famis: hoc enim satis scire poterant Syri: quia ipsi non permittebant introduci aliquos cibos in Samaria: obsidio tamẽ fuerat diuturna: ideo necesse erat, quòd iam nullus cibus, vel pauci essent in vrbe. In Hebrẹo dicitur, sciuerunt: sed ad idem pertinet. *Et idcirco egressi sunt de castris, & latitant in agris*, scilicet, fingunt se recessisse, & latitãt in agris ad hoc, quòd per istum dolum capiãt nos. *Dicentes, cum egressi fuerint de ciuitate capiemus eos viuos*, scilicet, putantes Samaritẹ, quòd omnino recessissent Syri de castris irent ad castra illorum ad diripiendum ea: & tunc caperent eos Syri existentes in insidijs. *Et tunc ciuitatem ingredi poterimus*, scilicet, captis Samaritis extra vrbem poterimus intrare in vrbem: quia nullus impediet: & istud est, quod desiderabant Syri: nam ciuitas illa erat metropolis totius Israel, & capta illa, putabant se esse dominos totius Israel.

Trinitas i Theologis ppeā fac. scrip. comprobata.

Syri quare molirentur istam fraudem. Q. XXX.

QVAERETVR, quare Syri moliebantur istam fraudem. Respondendum, quòd Syri faciebant hoc propter duo. Pro quo sciẽdum, quòd Syri putabant, quòd necesse erat tradi Samariam in manus eorum: quia obsidio fuerat lõga, & iam Samaritæ nullos haberent cibos: ideo necesse erat, quòd ipsi morerentur fame, vel quòd traderent ciuitatem hostibus: vtroq; autem modo efficerentur Domini: tamẽ vtile erat eis facere istam fraudem. Et licet ipsi non facerent eam, sed verè fugerant de castris, tamen verisimiliter loquebatur rex Israel, quòd Syri hoc molirentur, scilicet, quia certum erat, quòd Samaritæ non haberent cibos: ideo cum viderent castra Syrorum vacua esse putarẽt illos recessisse: ideo præ desiderio cibi egrederentur omnes de vrbe non ad pugnandum, sed ad spoliandum castra, & tunc caperent eos Syri inermes. Consequebantur autem Syri in hoc duas vtilitates. Prima erat quia Samaritæ erant pertinaces in obsidione, & potius morerentur, quàm traderent vrbẽ hostibus: ideo oportebat expectare Syros per magnum tempus in obsidione: & in hoc tempore multa expenderent, vel tędio affecti recederent de obsidione: nunc autem per istam fallaciam poterãt eos capere faciliter, & sine expensis. Secũda vtilitas erat, quia cùm essent Samaritæ pertinaces in obsidione, vt apparebat ex diuturnitate temporis, quo sustinuerant famem, & obsidionem, potius omnes morerentur, quã traderent ciuitatem: & sic Syri tunc non acciperent, nisi ciuitatem: quia iam mortui essent omnes ciues. Nunc autem caperent Samaritas viuentes, & subijcerent eos in seruos, & ista erat magna vtilitas: ideo verisimile erat, quòd sic fecissent Syri, & sic satis prudenter cogitabat rex Israel.

An Syri peccassent ponendo tales insidias Samaritis. Quęstio. XXXI.

QVAERETVR vlterius, si posuissent Syri tales insidias Samaritis, an peccarent in hoc. Respondendum, quòd aut Syri fouebãt iustum bellum contra Iudæos, aut non: si iustũ bellum fouebant, quodcunq; vellent erat eis licitum: dum tamen veritatem, quam componerent cũ hostibus, seruarent. Nam fouenti bellum iustum licet occidere hostem suum, & consequenter licet prædari, & furari, & quęcunque damna inferre, & hoc siue palam, siue clam: sic patet, quia Deus iubebat poni insidias, & obseruari cautelas in bello. Nam Iosue octauo, Deus iussit poni insidias contra vrbẽ Hai: quia ibi Israelitæ iustum bellum fouebant contra Chananęos: Sic etiam Iudi. vigesimo iussit Deus vndecim tribubus pugnantibus contra tribum Beniamin, quòd ponerent insidias, & sic dicebat, quòd daret Beniamitas in manus eorũ: si tamen esset modus illicitus, non iussisset Deus poni insidias. Sicẽt Deus iussit Dauid vti cautelis in pugna contra Philisthijm dicens, quòd non egrederetur directè contra eos, sed ex aduerso pyrorum: quia ibi debebat audiri strepitus magni exercitus gradiente Angelo in cacumine pyrorum, vt patet sup. secundo lib. capit. quinto, & primo Paralip. decimoquarto. Deus quoque hic per quandam cautelam fugauit Syros ostendendo, quòd veniret exercitus super eos, & nullus veniebat. Quomodo autem non sint illicitæ insidię in bello iusto, & quod ibi non est aliqua fraus, declaratum est Iosue 8. si autem bellũ est iniustum, non

[left margin, partly cut off:] ...bello ...licet ...dari, & ...as, & ...g. di... ...iere.

A licet pugnari per insidias: nam apertè non licet pugnari in bello iniusto: ergo à fortiori non licebit pugnari occultè: quia cum ipsum bellum sit iniustum, omnia accessoria sua erunt iniusta. De Syris autem non patet nunc, an fouerent bellum iustum, vel iniustum. Dicendum tamen videtur, quòd fouebant bellum iniustum: quia aliàs nõ adiuuisset Deus Israelitas contra Syros, cum Deus non adiuuet impios contra iustos, sed potius è contrario: nam ipse dicit, quòd aduersatur impium Exod. vigesimotertio, scilicet, innocentem, & iustum non occides: quia aduersor impium. Non tamen solum Deus adiuuit Israelitas contra Syros, sed potius ipse fecit totum bellum, ideo videtur, quòd non fouebant iustum bellum.

Deus nõ adiuuat impios contra iustos, sed è contra.

B Iniustitia autem eorum erat: quia cum essent potentiores Israelitis, volebant opprimere eos, & redigere in seruitutem, sicut dixerat Benadad quando misit nuncios suos ad Achab, scilicet, argentum tuum, & aurum tuum meum est, & vxores tuæ, & filij tui optimi mei sunt, prȩce. lib. cap. vigesimo: ita ergo istemet Benadad faciebat nunc cum Ioram regi Israel filio Achab: quomodocunq; ergo pugnaret Benadad contra Israelitas, siue clam, siue palam, peccabat. *Respondit autem vnus seruorum eius.* Dixerat rex, quòd Syri non recesserãt verè de castris, sed manebant in agro latentes, & hoc credebat verissimè: iõ non intendebat aliquid agere super hoc, nec mittere ad castra Syriæ: & sic mansissent castra Syrię aliquot diebus vacua, & Samaritæ hoc nescirent: &

C quia istud erat malum quidam de seruis regis incitauit eum adhoc, quòd mitteret ad inquirendum castra: & iste est, qui respõdit regi. *Tollamus quinq; equos, qui remanserunt in vrbe.* Istos equos volebat tolli ad equitãdum, vt aliqui irent super eos, & inquirerẽt, an verè fugissent Syri de castris, vel essent insidiæ: & voluit, quòd irent in equis, scilicet, vt si inuenirent Syros latentes in insidijs vel alibi, & persequerentur ipsi Israelitas, possent velociter fugiendo redire in vrbem super equos, quod non possent facere pedites. Et dixit: quinque, equos quanquam postea non acceperunt Samaritæ nisi duos de illis: vt patet inf. & hoc fortè quia alij tres erant debilitati per famẽ,

D & non erant dispositi ad itinerandum. Vel dixit, quòd acciperent quinque equos, idest, de quinque equis, qui remanserant, acciperent duos. *Quia isti tãtum sunt in vniuersa multitudine Israel:* quasi dicat, licet velimus mittere plures equites ad inquirendum veritatem huius rei, non possumus: quia in toto Israel non manserunt nisi isti quinque equi. *Alij enim consumpti sunt*, scilicet, multi alij erant in Israel: & tamen consumpti sunt fame.

An tantum quinque equi essent relicti in Israel. Quęstio XXXII.

E QVAERETVR, quomodo dicitur, quòd in toto Israel non relicti fuerãt nisi quinque equi. Respondendum, quòd potest intelligi in toto Israel, idest, in tota vrbe Samariæ. Nã nõ erant plures equi in Samaria, & isti quinq; in Samaria erant. Et dicitur in toto Israel. i. in toto exercitu Israel: quia totus exercitus conuenerat ad vrbẽ Samariæ, & ibi erant equi, & currus, & defecerant iam omnes equi, præter istos: vel posset dici, quòd intelligebatur de toto Israel, quòd etiam in toto Israel non essent plures equi. s. qa in alijs locis erat obsidio, sicut in Samaria, & erat fames, sicut ibi. Sed dicendum, quòd non stat: quia dato quòd esset fames per omnia loca, & perirent homines, & iumenta: tñ iste, qui loquebatur, nesciret, an in toto Israel mane

bant multi equi, vel pauci: quia ipse non poterat scire particulatim de quolibet loco quot equi ibi manerent, tamen dixit, quòd isti solum manebant: ergo intellexit de Samaria, in qua ipse manebat: quia ibi sciebat quot equi erant. Item patet: quia dixit tollamus quinque equos: si tamen isti manerent in toto Israel solum, essent aliqui eorum extra Samariam, & non possent omnes quinque nunc tollere; & tamen dixit: tollamus quinq; equos: ergo isti erāt intra Samariam. Item patet, ꝙ non esset fames in alijs locis, nec obsessio: quia castra Syrorum obsederant Samariam: iō nō poterant obsidere singula loca terræ Israel pticulariter. Etiā si alia loca obsiderētur, & essent ī fame valida, ita Deus illis succurreret, sicut succurrit Samariæ: qa de oībus Israelitis Deus curā habebat spālē: & tn̄ solū puidit nunc Samariæ: nā Elisæus dixit: in tpe hoc cras modi⁹ similę statere erit in porta Samariæ. Item patet, ꝙ castra solū recesserunt de Samaria: nam leprosi solum iuerūt ad castra, quæ erant iuxta Samariam, & de illis Deus effugauit Syros, & nunquam de alijs tangitur in hoc. cap. ergo non erant aliqua alia loca terræ Israel nūc obsessa, sed solum Samaria, & ibi etiam solum erat fames. Forte tamen omnes equi totius Israel cōgregati fuerant in Samaria, quia ibi erat totus exercitus cum rege, & ibi omnes perierant preter quinq;. De istis equis dicendum, ꝙ consumpti fuerant non quidem fame solum, sed potissimè: quia Israelitæ, q erant in Samaria videntes se in angustia occidebāt equos, & comedebant saliendo carnes eorum, vt haberent pro multis diebus. Et hoc patet: quia vendebantur capita asinorum in Samaria: ita ergo venderētur carnes, & capita aliorum animalium. De hoc Iosephus 9. Antiquit. *Et mittentes explorare poterimus*, scilicet, super istos quinq; equos ibūt aliqui, qui poterunt explorare, idest, inquirere an verum sit, quòd Syri fugerint de castris, vel maneant in insidijs. *Adduxerunt ergo duos equos.* Quanquā mansissent quinq;: tamen fortè tres illorum debilitati nimis erant pre fame, & inepti ad equitandum: ideo miserunt solū duos, qui erant potentes. In hebreo dicitur. *Adduxerunt duos currus equorum.* Litera nostra posuit equos, & non currus: quia litera hebraica licet dicat currus: tamen intelligit solum equos, & sequitur litera nostra sensum, & non verba. Nam supra dictum est, ꝙ solum manserant in toto Israel quinque equi: & tamē quilibet currus continet quatuor equos: vt patet præcedenti lib. ca. decimo, scilicet: egrediebatur autem quadriga ex Aegypto sexcentis Syclis argēti, & equus cētum quinquaginta: ergo quęlibet quadriga continebat quatuor equos, cum tota quadriga equorū valeret sexcentis syclis, & quilibet equus per se valeret centum, & quinquaginta: Ad duos ergo currus requirebantur octo equi, & tamē solum manserant in Israel quinq; equi: vt patet in litera: ergo non poterat rex mittere duos currus in castra; cum ergo dicantur duo currus, intelligitur de duobus equis curruum, scilicet, qui assueti erant ad ferēdum currum. Item patet: quia dato, quòd in Samaria essent multi currus equorum, & tamen rex non mitteret nunc aliquos currus, sed solum equites: qa isti mittebantur ad explorandum, & cito transeundum, & fugiendum ab hostibus velociter si inuenirent eos: & tamen currus sunt tardi motus, ergo nō mitterentur nunc currus, sed equi: litera tamen hebraica est nimis barbarica secundum consuetudinē Idiomatis: & ponit duos currus equorū, idest duos equos curruum per Hypallagem figuram. *Misitque rex ad castra Syrorum, dicens: ite, et videte*, scilicet, videte; an sint in castris, vel, an maneant latentes in agris,

F vel an verè fugerint. *Qui abierunt post eos vsque ad Iordanem.* Syri enim ad redeundum in terram suam de terra Israel debebāt transire per Iordanem: ideo isti equites insecuti sunt eos per viam, qua ibatur in terram suam, vt viderent si apparebāt aliqua signa fugientiū. Patet hoc, quia terra Syriæ partim est orientalis respectu terræ Israel, & partim septētrionalis; Iordanis verò est terminus oriētalis terræ Chanaā, vt colligitur Numeri. trigesimoquarto: ideo per locum illū erat via sua. Et dato, quòd irent ad Syriā, q̄ est in latere septentrionali terræ Israel, debebant transire per Iordanem: quia Iordanis nascitur ad radices Libani, qui est in latere septentrionali terræ Israel, Nume. trigesimoquarto, & circuit partem la-
G teris septentrionalis, & totum latus orientale terrę illius. Patet etiam hoc: quia quando Iacob missus est à matre sua de terra Israel ad Mesopotamiam Syrię, transiuit per Iordanem, & in reditu etiam venit per Iordanem: Gene. trigesimosecundo: scilicet, in baculo meo transiui Iordanē istum, & nunc redeo comitatus duab⁹ turmis: quasi dicat, prima vice, qua transiui Iordanem istum ad eundum in Syriam, solum habebam mecum baculum meum, & nunc trāseo ipsum cum duabus turmis. *Ecce autem omnis via plena erat vestibus, & vasis*, scilicet, tota via, qua ibatur ad Iordanem, & ad terram Syriæ, erat plena vestib⁹, & vasis. Istud ponitur ad significandum, quòd p hoc cognouerunt exploratores, quòd recesserant Syri:
H quia tota via terræ suæ erat plena vestibus, & vasis, quæ ipsi proiecerant cum pergerent fugiēdo in terram suam. Et dicitur, quòd tota via ad Iordanē erat sic plena vestibus, & vasis, ad significādum, quòd verè fugissent, & tamen si per insidias fecissent Syri, non esset sic via plena vestibus, & vasis: sed solum ipsi laterent in agris iuxta castra, & dimisissent omnes res suat in castris. Vel dato, quòd vellent Syri simulare maiorem fraudē, & velint proijcere aliqua vasa, vel vestes in via, hoc non duraret vsque ad Iordanem: quia Iordanis est in extremitate terræ Israel multum distans à loco castrorum: ideo cum vsq; ad Iordanem peruenissent exploratores, & vidissent vasa, & vestes in via, nō curauerūt vltra inquirere, qua-
I si per hoc certum haberēt, quòd fugissent Syri. *Quæ proiecerant Syri, cum turbarentur*, scilicet Syri, quādo fugiebant in itinere turbabantur, idest, angustiabātur præ desiderio fugiendi, & propter timorem exercitus, quem superuēire putabant: ideo vestes, & vasa, quæ ferebant, dimittebant in via.

Syri quomodo ferebant vestes, cum non ferent equos.
Quęstio XXXIII.

QVAERETVR, quomodo Syri ferebant de castris vasa & vestes, cum non ferent equos, qui magis eis proficere poterant ad fugam, & quis modus turbationis erat, quo turbabantur Syri, quā-
K do dimittebant vasa, & vestes.

Ad primum dicendum, quòd Syri non acceperunt equos: quia non erant frenati, nec strati, cùm essent securi in castris, & subito audiuerunt strepitū superuenientis exercitus de propinquo, & non putauerunt se habere spacium ad sternendum, & frenandum equos, ideo reliquerunt illos in castris. De vestibus autem, & vasis secus fuit: quia illa erant leuia, & occurrerunt eis ad manum, ita ꝙ accipiendo illa non morabantur: & quia erant res preciosæ, potissimè ipsa vasa aurea, & argentea ferebāt illa secū putantes, ꝙ non impedirentur fugere pp illa, & ꝙ saluarentur cum eis. postea tamē præ timore magno, & angustia in fugiēdo relinquebant illa in via,

&

& ſic tota via erat plena vaſis, & veſtibus, ita ꝙ nihil de diuitijs, quas Syri tulerant in terram Iſrael, & quas eduxerant de caſtris, potuerunt ſecum reducere in Syriam, ſed omnia manſerunt partim in caſtris, & partim in via.

Quę turbatio fuit iſta, quæ tenuit Syros, & quomodo poteſt Deus hominem turbare multipliciter.
Quæſtio XXXIIII.

QVAERETVR ſecundo, q̄ turbatio fuit iſta. Reſpondendum, ꝙ Deus dupliciter turbat hominem: vno modo turbando intellectū, ita, vt non cognoſcat quæ agit. Alio modo affligendo eū exterius, ita, vt agat aliquid malū contra ſe, quale faceret homo poſitus extra mentem. De primo patet, vt ſi Deus turbet aliquos homines inter ſe, ita vt ſe non cognoſcant, & occidat, cum tamen aliàs plenè ſe cognoſcerent. Sic n fecit Deus in caſtris Madianitarum, quando Gedeon per noctem circūdedit illa: nam non pugnāte Gedeone, ipſimet madianitę occidebant ſe ipſos prę turbatione putantes ſe inuicem eſſe hoſtes, Iudi 7.ſ. Omnia itaq; caſtra turbata ſunt. Et ſequitur quomodo iſta turbatio fuerit à Deo.ſ. immiſitq; Dn̄s gladiū in oībus caſtris, & mutua ſe cęde truncabant. Iſta turbatio aliquando eſt parua habens aliquas veriſimilitudines exterius, aliquando aūt eſt valde magna. De primo patet in caſu dato: quia ibi Madianitę erant dormientes, & ſubito apparuerunt in circuitu caſtrorū multæ lāternæ, & buccinæ, & putauerūt omnia plena eſſe exercitu hoſtili, & iam eſſe hoſtes inter eos: & quia erat nox, & tunc expergiſcebant̄ à ſomno putauerūt ſe ipſos eſſe hoſtes, & mutuo ſe occidebant. De ſecundo patet in illa excęcatione, quę facta eſt in Syris volentibus tenere Eliſæū: quia prius cognoſcebāt eū, & nunc, cum haberēt eum coram ſe, per diem non cognoſcebāt illum. Etiam neſciebant vbi erant, q̄q̄ eſſent in medio hoſtium: præced.c Sic etiam fuit in Moabitis, Ammonitis, & Idumæis cū pugnare vellent contra Ioſaphat regem Iudæ: nam in meridie non exiſtentibus hoſtibus in cōſpectu eorum, putauerunt ſe eſſe hoſtes, & ſeipſos mutuo occiderunt: quia Deus turbauit illos 2. Paral 20. Et iſta fuit magna turbatio: quia in meridie nulla exiſtente cauſa, extrinſecus turbabant̄, ita vt ſe non cognoſcerent. Et de tali turbatione dicitur Deuter. 28. Percutiat te Dominus amentia, & cęcitate, ac furore mentis, & palpes in meridie, ſicut palpare ſolet cęcus in tenebris, & non dirigas vias tuas. Secūda turbatio eſt, quādo Deus non turbat aliquem in mente, ſed affligit eum extrinſecus tam grauiter, vt oporteat ipſum facere talia, qualia faceret inſanus. Primus modus non fuit nunc in Syris: quia ipſi non turbabantur in mente, ſed realiter audiebant ſonitum quaſi curruum, & equorum, licet non eſſent currus, nec equi, & ipſi cogitauerunt aliquid ſatis veriſimile.ſ. Ecce mercede conduxit aduerſum nos rex Iſrael reges Hethæorum, & Aegyptiorum. Sed fuit ſecunda turbatio in Syris: quia ipſi volebant fugere portando precioſiora bona ſua ſecum, & in hoc ſanum iudicium habebāt. Poſtea tamē Deus afflixit eos tam grauiter, vt cogerērur dimittere omnia in via. Hoc autem fuit: quia ſonitus ille curruum, & equorum non ſolum auditus eſt dum eſſent Syri in caſtris ad hoc, ꝙ fugerent de illis, ſed etiam poſtquā fugerūt, audiebant ſemper illum ſtrepitum ſequentem ſe, & videbatur eis, quòd ſemper magis appropinquabat ſibi: quia audiebantur voces de propinquiori. Et ob hoc timentes nimis, quòd exercitus ille in breui cō-

Qualis fuerit Syrorum turbatio.

A prehenderet eos, niſi velociſſimè currerent, dimittebant veſtes & vaſa, quæ ferebant, vt expeditius currerent: & non ſolum veſtes, quas tulerāt de caſtris, dimittebant in via, ſed etiam veſtes, quibus ipſi induti erant, dimittebant, vt velocius currerent: & illa anguſtia magna, ſecundum quam audiebant propinquare ſibi currus, & equites, & oportebat, quòd fugerent velociter, vocatur turbatio: & propter illam dimittebant omnia, quæ ferebant, & exuebant ſe ipſos, quod nemo faceret, niſi inſanus homo.

Quare Deus continuauit ſtrepitum curruum, et equitum.
Quæſtio XXXV.

B QVAERETVR vlterius, quare Deus fecit, ꝙ continuaretur ſtrepitus curruum, & equorum poſt Syros fugientes: quia ſatis videbatur eſſe, quòd audirent ſtrepitum illū ad hoc ꝙ exirent de caſtris.

Reſpondendum, quòd hoc fuit propter duo. Primum fuit: quia Deus voluit punire nimis Syros, & ditare Iſraelitas, & ad hoc voluit, quòd non ſolum manerent cibi, qui erant in caſtris pro Iſraelitis, & aliæ diuitiæ, ſed etiā omnes diuitiæ, quas portabant ſecum Syri, manerent pro Iſraelitis. Syri autem cū fugerunt de caſtris, acceperunt ſecum aliqua vaſa aurea, & argentea, & pecuniam: quia iſtæ erant res precioſe, & faciliter portabiles, & putabant ſe poſſe portare: ſi autem Deus non turbaſſet eos fugientes
C faciendo, ꝙ ſtrepitus curruum, & equorum magis videretur eis ſemper propinquare, tuliſſent ſecum illa vaſa aurea, & argentea in terram ſuam, vt ergo modo portarēt aliquid fecit Deus illum ſtrepitum curruum, & equorum ſequi ſemper Syros poſtquā fugerunt de caſtris, vt cogerentur non ſolum dimittere vaſa, quæ ferebant, ſed etiam veſtes, quibus induti erant. Secunda cauſa fuit: quia ſi Syri ſolum audiuiſſent ſonitum curruum, & equorū, quādo erāt in caſtris, & cum inciperent fugere nihil audirent, putarent ſe deceptos fuiſſe ex nihilo, & redirent in caſtra: & ſic non ſolueret̄ obſidio Samariæ, nec poſſent Samaritę habere cibos: ideo, vt putarent verū eſſe quòd aliquis exercitus irruebat ſuper eos, non
D ſolum audiuerant ſtrepitum, cum eſſent in caſtris, ſed etiam poſtea, cùm fugerunt, & ſemper eis magis videbatur appropinquare quouſq; exiuerūt omnino extra terram Iſrael. Tertia cauſa fuit: quia Deus volebat punire Syros illudendo eis, cum ipſi auſi fuiſſent contra miraculum eius facere. Nam miſerat rex Syriæ ad capiendum Eliſæum, & non potuerunt ſerui ſui capere eum: quia ex cęcati ſunt à Deo: præcedenti cap. debuerat ergo rex Syriæ tūc timere, & non inſurgere cōtra Iſraelitas, qui talem Deum habebant, qui poſſet eos ſic defendere: & tamen noluit, ſed obſedit Samariam: ideo Deus voluit non ſolum punire eum, ſed etiam illudere ſibi faciendo, ꝙ ipſe, & ſerui ſui prę timore in via veſtes dimitterent, & reuerterētur quaſi nudi in terrā ſuā.

E *Quare Syri non ſunt reuerſi in caſtra ſua, quando viderunt quòd nullus exercitus ſequeretur eos.*
Quæſtio XXXVI.

QVAERETVR vlterius, quando Syri viderunt, quòd nullus exercitus ſequebatur eos, ſed quòd fugerant in vanum, quare non reuertebātur in caſtra. Reſpondendum ad euidentiam huius, quòd veriſimile eſt, quòd tota illa nocte, qua Syri fugerunt de caſtris, audiuerunt ſtrepitum exercitus perſequentis ſe. Fugerunt enim in principio noctis: nam leproſi, qui receſſerant de Samaria in

solis occasu, quando venerunt ad castra Syrorum iam ipsi fugerant, vt colligitur supra ex litera, cum dicatur, quòd leprosi surrexerunt vesperi, vt venirent ad castra: vesper autem est vltima pars diei, licet aliquando accipiatur pro prima. Et tota illa nocte fugerunt Syri, & verisimile est, quòd exercitus, qui videbatur eos persequi, semper audiretur vsq; ad sequentem diem per lucem, cũ viderent, ꝙ nihil erat id, quod sequebatᷓ eos, & interim perambulassent magnam partem terræ. Patet hoc ex litera. s. ꝙ via plena erat vsq; ad Iordanẽ vestibus, & vasis, quæ proiecerant Syri, cum turbarentur: ergo vsq; illùc audierant semper exercitum se persequentẽ: immo fortè vltra Iordanem durauit hoc: & tamen litera non dicit aliquid de illo: quia exploratores missi à rege non transierunt Iordanẽ. Hoc præsupposito dicendum, ꝙ Syri quanquam viderẽt se delusos, non ausi fuerunt redire in castra propter multa. Primò, quia quando hoc viderunt erant longè à castris fortè plusquam itinere vnius diei, cũ velociter cucurrissent tota nocte illa, & erant fessi valdè. Ad hoc ergo ꝙ redirent fortè egebant duobus diebus, & quando ipsi redirent iam Samaritę rapuissent omnia, quæ erãt in castris, cũ castra essent apud vrbem Samariæ, & sic inutile erat redire. Secunda causa fuit: quia verisimile est, ꝙ, cũ terror nimius inuasisset omnes Syros, & fugerent, non fugerent oẽs simul per eandem viam, sed quilibet quanto velocius posset, & non omnes versus eandem partẽ, sed quilibet quò eum voluntas ferret, sicut semper accidit quando fugit aliquis exercitus: nam omnes dispergunᷓ, vt liberius possint fugere, & ꝑ timore: vt patet sup. i. lib. c. 11. de Saule pugnante contra Ammonitas & dr̃: & percussit Ammon vsq; dum inclaresceret dies: reliqui autem dispersi sunt ita, vt non relinquerentur in eis duo pariter. Et sic cognita deceptione, quanquam rex Syriæ vellet reuocare exercitum ad castra, iam non posset: quia oẽs fugissent, & dispersi essent. Tertia causa fuit timor: qa Syri cognoscerent, ꝙ Deus Israel fecerat eis illud malum: iõ non auderẽt illicò redire ad castra, de qbus Deus eos fugauerat, timentes, ꝙ maiora mala eis nũc inferret, occidendo, vel tradendo eos in manu Israelitarum, quàm prius intulerat eos effugando: iõ dato, ꝙ omnes essent simul, cognita fraude, non auderent reuerti in castra. *Reuersiq; nuncij indicauerunt regi.* s. ꝙ nullus erat in castris Syriæ, & ꝙ vsq; ad Iordanẽ erat via plena vestibus, & vasis. *Et egressus populus diripit castra Syriæ.* s. mandato regis egressus est populus de vrbe Samariæ, cum iam certificati essent de fuga Syrorum, & tulerunt omnia, quæ erant in castris ipsorum. *Factusq; est modius similę statere vno.* i. valuit tũc modius farinę vno statere, sicut declaratũ est ĩ principio. Hoc autem fuit: quia populus Samariæ inuenit copiam magnam ciborum in castris Syriæ: quia castra Syrorum erant magna, ideo habebãt magnã prouisionem, & tanta fuit copia in Samaria, vt venK deretur modius farinæ vno statere, & duo modij hordei statere vno: valebat tantum vnus modius farinæ, sicut duo modij hordei, & vtrunq; erat in paruo valore. Et sic intelligendum est de omnibus alijs generibus ciborum, & rerum venalium, ꝙ venderenᷓ pro paruo precio. Scriptura tamen solum expressit de simila, & hordeo ad ostẽdendum prophetiam Elisæi veram fuisse, qui solum locutus fuerat de simila, & hordeo. *Iuxta uerbum Domini.* i. factum est istud, sicut Deus dixerat: istud fuit verbum Elisæi: & vocaᷓ verbũ Domini: quia Deus locutus est per Elisæũ: In Hebræo habeᷓ. *Et duo modij hordeorum statere vno.* Sed iste modus loquendi est contra cõsuetudinem

F Latinam, secũdum quam nominibus feminũ raro pluralia damus: iõ posuit Hieronymus in singulari.

Porro rex. Hic ponitᷓ secũdum huius partis, in quo infidelitas punitur. s. vir ille, qui dixerat, ꝙ non poterat hoc euenire. *Porro rex ducem illum, in cuius manu incubuerat, constituit ad portam.* Iste dux est, qui iuit cum rege quando descendit ad domũ Elisęi, & dixit Elisę⁹: cras modius similæ vno statere erit in porta Samariæ: & iste dixit, ꝙ non poterat fieri, etiã si Deus faceret catarrhactas in cœlo. Et dr̃, ꝙ super manũ eius incumbebat rex: quia consuetudo erat, ꝙ reges quãdo incederent, mouerenᷓ ĩnixi super alios: vt supra dictum est, istum constituit rex in porta Samarię qñ totus populus ibat ad diripiendum castra. *Quem con-*
G *culcauit turba in introitu, & mortuus est.* s. erat in introitu. i. in porta Samariæ: & turba, quæ ingrediebatᷓ, oppressit eum, & conculcauit, & mortuus est. *Iuxta verbum, quod locutus fuerat vir Dei.* s. iuxta verbum Elisæi: ipse enim dixerat de isto duce, ꝙ videret copiã ciborum, & non comederet de eis, & sic factum est: quia vidit cibos, & antequã comederet in ipsa die mortu⁹ est. *Quando descenderat rex ad eum.* i. quando descendit rex ad Elisæum. Istud fuit die præcedenti quando rex misit ad iugulandum Elisæum, & pœnitẽtia ductus iuit post nuncium suum ad domum Elisæi, vt mandatum suũ non tradereᷓ executioni, & tunc Elisæus dixit ei ꝙ cras valeret modius similæ vno statere, & dixit isti duci, ꝙ nõ comederet de eo. In Hebreo hr̃.
H *Porro tertium maiorem*, vbi nos dicimus porro: ducem illum: & supra declaratum est hoc in princip. capit.

Dux, q no luit Eliseo credere, punitur.

Iste dux ad quid positus fuit in porta Samarię.
Quęstio. XXXVII.

QVAERETVR, ad quid posuit rex istũ ducem in porta Samariæ. Responderi potest, ꝙ rex iussit diripi castra Syrorum: & ad hoc misit aliquos, & ne singuli de populo ire vellent, & fieret cõtentio super præda, & ad hoc posuit istum in porta, vt non permitteret aliquos egredi de vrbe, nisi rex iusserat ire ad tollendum prædam. Aliter dici potest, ꝙ rex dederat licẽtiam omnibus de populo, vt
I irent ad prædandum castra: & tamẽ habebat ius rex de parte cuiuslibet prædantis, sicut nunc duces habent certam partem prædæ de eo, quod milites sui prædantur, & ista vocatur portio ducis, & est ius antiquissimum, quod vocatur ius militare, vt habetur in Decretis dist. 2. c. ius militare. Et ad hoc, ꝙ de quolibet ducente aliquid de castris acciperetᷓ portio debita regi, posuit rex istum ducem in porta: quia iste erat valde familiaris sibi, cũ super manum eius rex consueuisset incumbere; quando stabat, & quando incedebat: & positus est ad portam Samariæ: qa per locum illum omnes ingressuri erant in vrbem, & non poterant aliquid introducere, quod ille non videret. Vel potest dici, ꝙ rex posuerat eum ad portã
K tanquam iudicem rerum venalium: quia apud portam Samariæ erant plateæ rerum venalium. Sic. n. dixerat Elisæus: cras modius similę vno statere erit in porta Samariæ: & quia timebatur, quòd super precio esset aliqua contentio propter famem diuturnã elapsam, posuit rex illum, in iudicem precij rerum venaliũ in porta, vbi res vendebantur, & præcedens positio rationabilior est alijs duobus.

Dux ... re ... certã par... tẽ præ... eo, ... lites ... tur: Syro... catur militare. [illegible]

Quare dux regis fuit conculcatus à turba.
Quest. XXXVIII.

QVAERETVR vlterius, qũo turba potuit istũ cõculcare in porta, & occidere. Aliquis dicet secundum

secundum primam positionem præcedentis quæstionis, ꝙ iste erat positus ad portam, vt non permitteret egredi de vrbe ad diripiendum castra, nisi eos, quos rex iusserat ire. & quando populus sciuit certissimè Syros fugisse tanto desiderio captus est eundi ad diripiendum castra propter famem nimiam, quã passus fuerat, ꝙ cõtempto mandato regis totus populus illuc ire voluit: & q̃a iste erat positus in porta ad non permittẽdum egredi, nisi illos, de quibus rex dixerat, voluit tenere populum: & populus præ desiderio eundi conculcauit eum in porta, & occidit, & sic iuerũt omnes ad castra. Ista positio est satis colorata, & tamen non est vera: quia tunc mortuꝰ fuisset iste dux anteq̃ populus exiret de vrbe ad prædandum, & consequenter non videret duci de castris similam, & hordeum, & vendi in porta Samariæ, & tamẽ vidit: quia Elisæus dixit: videbis oculis tuis, & inde, nõ comedes: & etiam dicitur infra: euenit ergo sicut prædictũ erat, ergo necesse est, ꝙ prius rediret populus de castris, & portaret similã, & hordeum, & venderetur in porta Samariæ, quã iste cõculcaretur. Dicendũ ergo, ꝙ iste positus fuit in porta à rege, vt acciperet partem prædæ ei debitã à quolibet veniẽte de castris, & veniebant aliqui, & soluebant, & ingrediebanť in vrbẽ: deinde venit quasi totus populus simul portans prædam, & cum iste vellet ab omnibus accipere partem regis, & aliter non permitteret eos introire in vrbem, ipsi nolentes soluere conculcauerunt eum in porta, vt intrarẽt in vrbem, eo inuito. Vel fortè ipse volebat perscrutari à quolibet specialiter q̃d portaret de castris, ne abscõderet aurum, vel argentum, & aliter non permittebat eos ingredi in vrbem: & isto modo nõ potuisset per totam diem populus introire in vrbem inquirẽdo singulos, & quia populus vexabatur fame nimia, potissimè cũ haberent cibos in manibus, & non possent comedere quousq; intrarent in vrbem, conculcauerunt illum ducem, vt permitteret eos intrare: nam opponebat se eis in porta, & istud est verisimilius. *Factumq; est secundum sermonem viri Dei.* i. accidit id, quod dixerat Elisæus. *Quando ait: duo modij hordei statere vno erunt.* i. vendentur pro vno statere. In Hebręo dicitur. *Duo modij hordeorum.* Sed supra declaratum est. *Et modius similę statere vno.* s. vẽdetur pro vno statere. *Hoc eodem tempore cras in porta Samariæ.* Istud refertur ad tempus, quo locutus est Elisæus: quia ipse locutꝰ est præcedenti die, & dixit: in hoc tempore cras modius similæ vno statere erit, & in eadem hora die sequenti, populo iam reuerso de castris, vendebantur simila, & hordeum isto precio. *Quando responderat dux ille viro Dei.* s. ille dux, q nũc mortuus est, sup̱ cuiꝰ manum rex incumbebat. *Et dixerat: etiam si Dominus fecerit catarrhactas in cęlo, nũquid fieri poterit quod loqueris?* q. d. nullo modo potest hoc euenire, etiam si Deus aperiat cœlũ faciẽdo catarrhactas in eo, & per illas mittat nobis similã, & hordeũ. *Et dixit: videbis oculis tuis, & inde non comedes.* Hoc dixit Elisæus: quia quando ille dux dixit istud, negando potẽtiam Dei, immediatè sibi respondit de morte sua. *Euenit ergo sicut prædictum erat.* s. euenit, ꝙ modius similę venderet vno statere, & duo modij hordei vno statere. Etiam euenit, ꝙ iste dux videret similam, & hordeũ. s. qñ populus reuertebať à præda castrorum Syriæ, & non comedit de eis: quia populus veniens ad portam occidit eum. *Et conculcauit eum populus in porta.* s. quia resistebat populo volenti intrare in vrbem: cum ipse vellet quemlibet prius particulatim inquirere, & populus irrumpens portam conculcauit eum. *Et mortuus est.* scilicet: quia oppressio fuit magna, transeunte populo super ipsum.

A

CAPITVLVM VIII.

ELISÆVS autem locutus est ad mulierem, cuius viuere fecerat filium, dicens: Surge, vade tu, & domus tua: & peregrinare vbicunq; repereris.

In præcedẽtibus posita miraculorũ Elisæi enarratione, hic agitur de historiæ regum continuatione: nam scriptura enarrabat historiam regum Iuda, & Israel; & quia Elisæus fuit contẽporaneus illis, enarrauit scriptura miracula eius, quibus finitis, vel ex maiori parte narratis, reuertiť scriptura ad cõtinuationem historiæ regum Iuda, & Israel, & quia manserant ex præcedentibus aliqua miracula Elisæi narranda, præmittuntur hic, & diuiduntur in duo: quia primo pununtur duo facta Elisæi pertinẽtia ad eius ostentationem. Secundo redit scriptura ad historiæ continuationem ibi. *Anno quinto.* Prima in duas, secũdum, ꝙ ponuntur duo facta Elisæi. Primũ de enarratione famis futuræ, & mulieris peregrinatione. Secundum de morte Benadad regis Syriæ, & Azaelis substitutione, ibi. *Venit quoque Elisæus.*

B

C

An ordo sit continuus. *Quæstio I.*

QVAERETVR circa primũ, an ea, q̃ habenť hic, habeãt ordinem cõtinuatum ad præcedẽtia, & an fuerint facta immediatè post illa. Rñdendum, ꝙ non est hic ordo continuus: quia ista, q̃ habẽtur hic fuerunt facta ante aliqua de præcedentibus. Qđ patet: quia inf. in litera dr̃, ꝙ rex Ioram inquirebat à Giezi, ꝙ enarraret ei oĩa miracula, quę fecerat Elisæus, & tñ Giezi erat leprosus, qñ recesserat Naaman ab Elisæo. s. quia p̱p̱ munera, quę acceperat ab eo factus est leprosus, sup. 5. Nunc tamen non erat leprosus: quia quando erat leprosus, non erat puer Elisæi, sed erat sequestratus à communicatione hominum secundum legem. Etiam quia si leprosus esset, nõ accederet ad regem, vt loquereť cum eo: maximè quia rex volebat, ꝙ loquereť cum eo familiariter, & magno tempore: nam dixit: narra mihi omnia magnalia, quæ fecit Elisæus, vt patet inf. ĩ litera: non ergo erat tunc Giezi leprosus, & consequenter non factum fuerat id, qđ habeť de Naaman supra 5. Item, non solũ istud fuit ante illud, sed etiam septẽ annis præcessit illud ad minus: nam dicitur hic, ꝙ Elisæus dixit mulieri sunamiti, quòd veniret fames super terram 7. annis, & tunc ipsa iuit in terram Philisthinorum: & postea dicitur, quòd in fine illorum, septem annorum venit ad regem ad interpellandũ pro agris suis, & pro domo: & tunc inuenit Giezi loquentem cum rege, & sic non erat tunc leprosus: ergo plus, quàm septem annis fuit id, quod habetur hic ante id, quod habetur supra quinto. Item in eis, quæ habentur in hoc cap. inter se, non est cõtinuus ordo: quia prius fuit id, qđ habeť inf. in litera de regno Ioram, q̃ finiretur istud, quod habeť in principio de 7. annis famis. Qđ patet: quia inf. dicit, quod anno 5. Iorã filij Achab regnauit Iorã filius Achab in Iuda: & tamen prius fuit illud, quàm finiretur fames, immo fortè priusquam inciperet. Qđ patet: q̃a qñ Elisæus nunciauit famem venturam mulieri sunamiti, iam suscitauerat filium eius, vt patet hic. s. Locutus est Elisæus ad mulierem, cuius viuere fecerat filium, dicens: surge tu, & domus tua: & tamẽ filius illius mulieris, quando suscitatus est, iam erat

D

E

ſaltem quaſi quinque annorum:vt probatum eſt ſupra 4. & poſt illud cęperunt 7. anni famis: & tamen antequam naſceretur ille puer,immo antequã conciperetur,iam regnare cęperat Ioram, qui nunc regnabat,vt probatum eſt ſupra 4. Et ſic quando ſuſcitatus eſt puer,regnauerat iam Ioram quinque annis, vel quaſi:& ſic neceſſe eſt cępiſſe famen 5. annis, vel quaſi poſtquam cępit regnare Ioram: & ſic finiretur quaſi in fine regni eius iſta fames: fuit ergo ordo, ꝙ Ioram rex Iuda cępit regnare quaſi eo tẽpore, quo Eliſæus ſuſcitauit filium mulieris ſunamitis:& tunc erat annus quintus Iorã regis Iſrael, & quaſi immediatè poſt ſuſcitationem illius pueri, de qua habetur ſupra 4 incepit iſta fames, de qua habetur hic, quæ durauit per annos 7. Et patet hoc: quia ſupra 4. immediatè, vt dicitur de ſuſcitatione pueri, ſequitur: erat fames in terra, & filij prophetarum habitabant coram Eliſæo. Iſti 7. anni famis finiti fuerunt pauco tempore ante mortem Ioram regis Iſrael.ſ. circa finem 12. anni regni ſui, & poſt iſtud accidit id, quod factum eſt de Naaman,& de lepra Giezi. Cum autẽ quæritur,an iſta fuerint facta immediatè poſt præcedentia,vel interiecto aliquanto tempore,dicendum ꝙ iam reſponſum eſt per dicta: quia cum iſta nõ fuerint poſt illa non fuerunt immediatè,nec longo tẽpore poſt. *Eliſæus autem locutus eſt ad mulierem cuius viuere fecerat filium*.ſ. dixit ei, ꝙ iret ad habitandum in aliqua terra extra terram Iſrael propter famen futuram: & erat iſta mulier Sunamitis, cuius filium ſuſcitauerat Eliſæus, & pro cuius natiuitate orauerat, ſupra 4. *Dicens: ſurge, vade tu, & domus tua, & peregrinare vbicunque repereris*.i. tu, & omnes de domo tua vadant tecum: quia in hac terra non poteris ſuſtentari,& vade,& peregrinare.i. habita peregrinando vbi cunque repereris. i. in quacunque terra repereris tibi vtile eſſe: In Hebræo dicitur. *Habita vbi habitaueris*. Iſte modus loquẽdi in cortice eſt inſipiẽs: qa neceſſe erat eã habitare vbi habitaret,ſed dr̃ habita vbi habitaueris.i. habita vbi melius putaueris tibi eſſe habitare:& hoc eſt,quod dicit litera noſtra peregrinare vbicunq; repereris: ſicut dicitur Iudi. 17. egreſſus eſt de ciuitate Bethleem,& peregrinari voluit vbicunque ſibi cõmodum reperiſſet, & iterum vado, vt habitẽ vbi potuero,& vtile mihi eſſe proſpexero. *Vocabit.n. Dominus famen*. Dicitur Deus vocare famen tanquã eſſet fames aliquid rationale intelligẽs imperiũ Dei, & obediens illi,& veniens ad vocationem ſuam. Et intelligitur,ꝙ vocabit eam.i. ꝙ faciet venire. *Et veniet ſuper terram.7. annis*. i. durabit fames in terra, 7. annis, q.d. ſi modico tempore duratura eſſet, non oporteret, ꝙ ires extra terram Iſrael: quia tamen durabit. 7. annis, non poteris manere in ea commodè.

Quare Eliſæus prænunciauit famen futuram mulieri Sunamiti potius, quàm alteri. Quæſt. II.

QVAERETVR, quare dixit Eliſæus de fame iſta mulieri Sunamiti. Reſpondet Nicolaus, ꝙ hoc fecit propter filium eius,quia ipſe orauerat,& impetrauerat,vt naſceretur: ipſe quoque ſuſcitauerat eũ à morte, & ſic erat totaliter factura ſua: ideo habebat Eliſęus curam de illo puero tanquam de re ſua, & propter illum prænunciauit matri de illa fame futura. Reſpondendum, ꝙ Eliſæus prænunciauit iſti mulieri futuram famen tanquam benefaciẽs ei:& hoc faciebat Eliſæus,vt redderet ei vicem ꝓ beneficijs ſuſceptis ab illa: nam ipſa miniſtrauerat deuotè, & diligenter Eliſæo ſupra 4. & ob hoc Eliſæus iterum voluerat ei reddere vicem dicens, ecce ſedulò in omnib⁹ miniſtraſti nobis quid vis, vt faciã tibi?

F nunquid habes negocium, & vis, vt loquar regi, ſiue principi militiæ? & tunc impetrauit ei filium à Domino. Nunc quoque voluit ei benefacere denunciãdo ſibi famen futuram: & ſic fuit propter beneficia ab ea ſuſcepta. Qui autem dicunt, ꝙ fecit propter filium eius, mouentur propter hoc: quia litera iſta dicit: locutus eſt Eliſæus ad mulierem, cuius viuere fecerat filium. Sed dicendum, ꝙ quanquam fiat mentio in litera de filio, non fit propter hoc, ꝙ mulier reciperet bona ab Eliſęo propter filium, cum potius filius reciperet bona ab Eliſæo propter matrem: ſed ponitur propter duo. Primo ad notificandum, quæ eſſet iſta mulier, cui loquebatur Eliſæus de fame futura. Non poterat autem melius notificari, quàm ꝙ
G diceretur, ꝙ erat mulier, cuius filiũ ſuſcitauerat Eliſæus. Secundum eſt, quia infra fit mentio, ꝙ iſta mulier interpellauit apud regem pro domo ſua, & agris & habuerit iſta à rege propter denunciationem, quã Giezi faciebat regi de ſuſcitatione filij huius mulieris facta ab Eliſæo. Quòd autem Eliſęus diligeret puerum iſtum ſatis rationabile eſt: quia benefactores naturaliter diligunt eos, quibus benefaciunt potius, quàm diligantur ab eis, licet deberet eſſe è contrario: vt patet 9. Ethicorum.

Quare non dixit ſcriptura, quòd Eliſæus locutus eſt ad mulierem, pro qua impetrauerat filium. Quęſtio III.

H QVAERETVR vlterius, quare dixit hic ſcriptura, ꝙ locutus eſt ad mulierem, cuius fecerat filium viuere: & non dicitur ad mulierem, pro qua impetrauerat filium, vel quare non ponitur vtrunq; ſimul. Reſpondendũ ꝙ ſcriptura nõ curauit vtrũq; ponere, quia nõ erat opus: nam ponitur iſtud ad notificandum: & tamen mulier iſta, per quodcunque iſtorum poterat cognoſci: ideo ſufficiebat, ꝙ poneretur alterum ipſorum. Fuit tamen potius politum ꝙ ſuſcitauerit filium illius, quàm ꝙ impetrauerit vt naſceretur, quia in hoc ꝙ ſuſcitatus eſt puer erat miraculum apertiſſimum: ꝙ tamen imperauerit Eliſæus natiuitatem huius pueri, non apparet: quia nõ
I patet ꝙ ipſe orauerit, vt naſceretur iſte puer, ſed magis videtur ꝙ Deus reuelauerit, & ꝙ naſciturus erat. Et ſic nihil egit Eliſęus in natiuitate pueri, niſi ꝙ prę nunciauit illam, ſed iſtud modicum erat facere: immo nihil reſpectu natiuitatis pueri: ideo non debuit poni iſtud, ſed de ſuſcitatione pueri. Secũdum fuit, quia dato ꝙ Eliſæus oratione ſua impetraſſet natiuitatem huius pueri, non reputabatur hoc multum: quia multoties factum fuerat, ꝙ ſteriles parerent. Sic fuit de Sara ſterili, quæ peperit Iſac. Gen. 18 & ad Ro 4. & ad Hebræ. 11. Rebecca quoque ſterilis erat, & orauit ꝓ ipſa Iſac, & peperit. Gen. 25. Rachel quoque ſterilis erat, & poſtea: vt creditur precibus Iacob vel ſuis peperit, Gen. 30. ꝙ aũt mortui ſuſcitarentur
K erat inuſitatũ: quia nullus vnquam ſuſcitatus fuerat, niſi quidam puer filius ſareptanæ ab Elia, præcc. lib. c. 17 iõ de ſuſcitatione huius pueri fiebat magna mẽtio potius, q̃ de natiuitate. Tertia ratio eſt: quia ꝑꝑ miraculũ de ſuſcitatione pueri huius rex inclinatus fuit ad exaudiendũ petitionem mulieris huius, vt patet inf in litera, & nõ ꝑꝑ natiuitatem ſuam impetratam ab Eliſæo: ideo de ſuſcitatione dictum eſt.

Quid proderat mulieri ſunamiti ſcire famem futuram. Quæſtio IIII.

QVAERETVR vlterius, ad quid Eliſæus reuelauit iſti mulieri, ꝙ ventura eſſet fames ſuper terram

terram,& quid proderat ei scire. Respondendū, ꝙ reuelabat ad benefaciendum ei: nam sicut, ꝙ Deus miserit Eliam ad mulierem sareptanam, vt multiplicaret farinam, & oleum in domo sua tempore, quo durabat fames, fuit beneficium: vt patet Luc.4. ita ꝙ nunc reuelaret Elisæus isti mulieri futuram esse famem, erat beneficium. Sed obijcietur: quia dato ꝙ Elisæus non reuelaret, ista mulier videret, quādo eueniret ei fames & posset sibi prouidere.

Dicēdum, ꝙ bene factū erat: & hoc propter duo. Primò, quia poterat ista mulier, cognita fame futura, disponere se ad hoc, ꝙ facilius eam tolleraret: qā minus feriunt iacula, quæ præuidentur, vt ait Grego. In quadam homelia: nam cū mulieri isti reuelaretur, ꝙ per 7. annos duratura erat fames, poterat ipsa tēpore fertilitatis emere fruges, & aliqualiter munire se pro tempore famis, sicut Ioseph in Aegypto declarauit somnium Pharaonis de 7. annis fertilitatis, & totidem sterilitatis, & missum est istud somniū à Domino ad hoc, ꝙ in illis 7. annis, fieret prouisio pro annis sterilitatis, vt non periret terra: sic patet Gene. 41. f. somnium regis vnū est, quæ facturus est, Deus ostendit Pharaoni. Secundum fuit: quia dictū est isti mulieri, ꝙ duraret fames per 7. annos: si autē videret ipsa famem, & nesciret quanto tempore duratura erat, expectans semper tēpora fertilitatis, maneret in terra Israel, & non egrederetur ad peregrinandum, & ibi periret tota facultas sua: quia expenderet omnia, quæ habebat in cibos, & non sufficeret domui eius, & ad vltimū cogeretur exire de terra. Nunc autem sciens tempus quo duratura erat fames, iret ad aliquam terram vberem, in qua sine magnis sumptibus, & destructione facultatis suæ sustētari posset, & maneret ei, salua domus sua. Et sic factum est: quia ipsa in tempore opportuno descēdit ad terram Philisthinorum, in qua nō erat fames, & māsit ibi 7. annis, quibus durauit fames, & postea reuersa est in terram suam, & accepit agros, & domū, & omnia, quę habebat, & redditus eorum à die, qua recesserat de terra.

Elisęus quare non est locutus ad virum, sed ad mulierem. *Quæst. V.*

QVAERETVR vlterius, quare dicitur hic, ꝙ locutus est Elisæus ad mulierem istā, & non dicitur, ꝙ locutus est ad virum eius: quia de viro deberet fieri principalis mentio. Aliquis dicit, ꝙ hoc fuit: quia mulier ista prudentior erat viro suo: & ob hoc regebat ipsa familiā, & locutio fiebat ad ipsam. Sed dicendum, ꝙ non stat: quia quantuncunque ipsa esset prudētior, tamen vir est semper caput mulieris, inf. ad Corinth. 11. ideo fieret mentio de viro. Aliquis dicet, quòd hoc fuit propter miraculum: quia miraculum contingit circa mulierem, sicut dicebatur supra 4. quòd ipsa est, ad quam locutus est Elisæus de natiuitate pueri: & ipsa orauit Elisæū ꝓ suscitatione pueri, & vir suus nihil de hoc sciuit, eo. ca. nam nunc non agitur de aliquo miraculo, quod impetraretur per fęminam, sed solum dicitur de reuelatione famis facta per Elisæū mulieri. Dicēdū ergo, ꝙ Elisæus locutus est hic mulieri, & nō viro fortè sequēdo cōsuetudinē suā: qa ante hoc, qñ Elisęus manebat in domo mulieris illius, consuetus erat loqui ei, & non viro suo: quia ipsa erat, quæ præbebat ei omnia obsequia, sup. 4. & sic nunc locutus est ad eam. Aliter potest dici, ꝙ vir huius mulieris iam mortuus erat, ideo loquebatur ad eam: & hoc satis concordat literæ: quia dicitur hic, surge, vade tu, & domus tua: si tamen esset vir eius viuens, diceret vade tu, & domus viri tui: vel vade tu, & vir tuus. Itē patet hoc efficacius: quia infra dicitur, ꝙ mulier ista iuit ad regem, vt iterpellaret pro domo sua, & agris suis, si tamē vir suus mortuus non fuisset, potius iuisset vir, quàm fęmina ad interpellandum coram rege: si tamen aliquis vellet tenere contrarium, satis potest defendere.

An ista fames venerit naturaliter, vel miraculosè propter peccata. *Quęstio VI.*

QVAERETVR vlterius, an ista fames venerit naturaliter, vel supernaturaliter, & propter quid venerit. Respondendum, ꝙ potest dici istam famem venisse supernaturaliter: quia dicitur: vocabit enim Dominus famem, & veniet super terram: ergo à Deo missa est ista fames specialiter, & consequenter erat supernaturaliter: quia ea, quæ naturaliter fiunt, non dicuntur specialiter à Deo mitti: & sic est pōsitio quorundam, qui dicunt, ꝙ Deus vocauit famem, idest, Angelum habentem potestatē sup famem, & hoc satis verisimile est: quia Angeli potestatem habent benefaciendi, & nocēdi in fructibus terræ: vt patet Apo. 7. & clamauit voce magna quatuor Angelis, quibus datum est nocere terræ, & mari, dicens: nolite nocere terræ & mari, nec arborib⁹. Angeli habent potestatem nocēdi in fructibus terræ.

Aliter potest dici, ꝙ ista fames venit naturaliter in terra Israel: & tamē venit propter peccata, & missa fuit à Deo. Et tunc dicet, ꝙ Deus vocauit famē: quia ipse ex ordinatione sua, iussit corporibus cęlestibus secundum naturam suam, ꝙ inducerent famem in terram Israel, & ipsa corpora cęlestia Deo obediunt, & dicuntur intelligere præceptum eius: iuxta illud: ignis, grando, nix glacies, spiritus procellarum, quæ faciunt verbum eius, idest, quæ obediūt Deo. Psal. 148. Sic etiam omnes creaturæ obediunt Deo, & dicuntur adiuuare cōtra iniquos, iuxta illud: Armabit creaturam ad vltionem inimicorum, & pugnabit cum illo orbis terrarum contra insensatos. Sapien. 5. Corpora autem cęlestia sunt partes principaliores orbis, & in qbus est magis virtus agēdi, ideo ad illa pertinet principalius pugnare ꝓ Deo contra iniquos immittendo famem, & alia mala. Qūo tot⁹ orbis terrarum pugnat contra peccatores.

Et quanquam ista naturaliter fiant, tamen non sine causa. Sed pro peccatis nostris fiunt, & nunquam aliquod malum nobis euenit à corporibus cęlestibus, vel aliàs, ꝙ propter peccata nostra non eueniat. Et quanquā omnia hæc naturaliter fiant, Deus tamen omnia illa facere dicitur, iuxta illud Matth. 5. Vt sitis filii patris vestri, qui in cęlis est, qui solem suū oriri facit super bonos, & malos, & pluit super iustos, & iniustos. Quomodo autem stare possit, ꝙ aliqua mala naturaliter veniant, & tamen non infligantur nobis, nisi pro peccatis nostris, declaratum est satis præcedenti lib. c. 17. Cum autem quæritur propter quid ista fames inflicta est, dicēdum, ꝙ propter peccatum Idolatrię: quia Israelitę laborabant nimis in isto vitio, cum rex Ioram, qui nunc erat, esset Idolatra, & populus cum eo: istud tamen est, pro quo potius Deus infligebat famem, Deuter. 11. f. Cauete, ne decipiatur cor vestrum, & recedatis à Domino, seruiatisq; dijs alienis, iratusque Dominus claudat cœlum, & pluuiæ non descendant, nec terra det germen suum. Fames ista ꝓꝓ q̄d īflicta fuit.

Quando fuit ista fames. *Quęstio VII.*

QVAERETVR vlterius, quando fuit ista fames 7. annorum, de qua habetur hic. Respōdet Ra. Sa. & refert illud Nicolaus, quòd ista fames est,

est, quæ accidit nunciante Ioele propheta, de qua dixit: residuum erucæ comedit locusta, & residuum locustæ comedit bruchus, & residuũ bruchi comedit rubigo: Ioele. i. Sed dicendum, ꝙ hoc non est verisimile propter duo. Primo, quia illa fames fuit denunciata per Ioelem prophetam toti Israel: ista tamen, de qua habet̃ hic, fuit tẽpore Elisæi cũ ipse denũciauerit eam mulieri Sunamiti: & tñ tpe Elisęi ipse erat princeps omnium prophetarum: ideo nõ denunciaretur fames illa per alterum, sed per ipsum: ergo fames denunciata per Ioelem alia fuit. Secundò patet hoc: quia Elisæus, & Ioel non fuerunt contemporanei: & tamen ista fames fuit tempore Elisæi, quia ipse eam denunciauit: ergo non fuit tempore Ioelis. Patet añs: quia Ioel fuit tempore Oseæ prophetæ: & Osea fuit tempore Oziæ, & Ioathan regum Iuda: ergo Ioel fuit in eisdem temporibus, sed Elisæus fuit tempore Iosaphat regis iudæ, & Ioram filij eius, & tẽpore Iorã filij Achab regis Israel: vt patet inf. in litera: & tamen isti fuerunt ante Oziam, & Ioatham Acham, & Ezechiam, de quibus habet̃ infra 15. & 16. ergo Ioel fuit post Elisæum aliquantis temporibus, patet hoc: quia regula est Hebræorum, ꝙ quandocunque in principio libri alicuius prophetæ non non fit mentio sub quibus regibus prophetauit, intelligendum est, ꝙ prophetauit sub illis regibus, sub quibus prophetauit propheta, qui præponitur ei. Et istã regulam seruat Hieronymus in prologis suis. Et̃ idem Hieronymus dicit, ꝙ nõ ponuntur tempora, quibus prophetauit Ioel, quia prophetauit sub eisdẽ regibus, sub quibus Osea: vt patet in quodam prologo suo super Ioelem, qui incipit: In hoc ꝓpheta, & in alio, qui incipit: Sanctus Ioel. Itẽ patet hoc, qa Osee fuit ante Ioelem, sed Osee fuit aliquanto tempore post Elisæum: ergo Ioel fuit maiori tempore postea. De Osee patet, ꝙ fuerit magno tempore post Elisæum ex assignatione regum, sub quibus prophetauit: vt supra dictum est. Quòd autẽ Ioel fuerit post Osee patet: qa in ordine ꝓphetarũ minorũ primus ponitur Osee, & tñ illi tenẽt inter se ordinem, quem habuerunt in temporibus prophetandi: quod satis colligitur considerando in principijs singulorum tẽpora regum, sub quibus ꝓphetauerũt: quia in nullo eorum reperiet̃ ordo turbatus. Quanq̃ ergo Osee, & Ioel fuerint ɔtẽporanei, qa nõ scribit̃ in principio Ioelis tẽpus, quo prophetauit: tamen oportuit, ꝙ aliquanto tempore prçcederet Osee ipsum Ioelem, qa aliàs non præponeretur ei in temporibus secundum ordinem libri. Tertiò patet, ꝙ non fuerit ista fames, quæ accidit tempore Ioelis: quia illa solum fuit sup duas tribus. s. Iudam, & Beniamin, vt colligitur ex circunstantia literæ Ioelis. i. & 2. s. perijt sacrificiũ, & libatio de domo Domini, & luxerunt sacerdotes ministri Domini: ergo videtur, ꝙ fames erat in regno Iudæ, vbi erat templum Salomonis, & sacerdotes, & propter famen perierat sacrificium, & libatio de domo Domini. Item patet: quia Ioel dat consilium, vt omnes conueniant ad templum, & ieiunent, & faciant sacrificium, vt auertatur Dominus à furore suo: Ioelis secundo: & tamẽ venire ad templum nõ pertinebat ad viros de regno Israel: quia illi non veniebant postquam fuerat facta diuisio regni, nisi aliqui eorum clam. Ista tamen fames, de qua habere hic, fuit principaliter in terra Israel: quia ista mulier erat de regno Israel, & non de regno Iudæ, & prænunciauit ei Elisęus, ꝙ iret ad peregrinandum extra terram illam. Quartò patet, quia hoc tenet Hieronymus in quodam prologo super Ioelem, qui incipit: Sanctus Ioel: cum dicit sic: in hoc propheta omne, quod dicitur ad tribum Iuda, & ad Ierusalem perti-

Regula pulchra Hebrçorũ & latinorũ ad cognoscẽdũ quo tpe q̃libet propheta prophetauerit.

F nere credẽdum est, & nullam omnino Israelis, idest, decem tribuum in hoc fieri mentionem. Dicẽdum ergo, ꝙ non fuit ista fames, quam prænũciauit Ioel, sed alia, quæ multo tempore ante eum venit tempore Ioram regis Israel, & tempore Elisæi: nam sæpe accidebat fames temporibus illis propter peccata, potissimè propter idolatriam Israelitarum.

An verum sit, quod dicunt Iudæi, quòd in istã fame comederũt serpentes, & postea filios suos, & deinde carnes brachiorum. Quæstio VIII.

QVAERETVR vlterius, quid accidit in ista fame. s. an fuerit nimis dura. Respondendum, ꝙ
G Hebræi volunt istam famen fuisse grauissimã, & refert illud Ra. Dauid Kimhi dicens, ꝙ in primo anno huius famis comederunt Israelitæ fructus, quos habebãt in domibus suis collectos ex annis præteritis. In secundo anno comederũt fructus agrorũ, quos in primo anno collegerunt. In tertio anno comederunt animalia munda. s. ea, quæ licita erant secundũ legem, vt oues, boues, & capras, & similia, quæ vocabantur munda ad differentiam animalium illicitorum secundum legem. In quarto anno comederunt animalia munda. s. equos, asinos, & camelos, & similia, quæ vngulam non habent, vel vngulam non diuidunt: vt patet Leui. 11. & Deut. 14. In quinto anno comederunt reptilia. s. omnia genera serpentum. In
H sexto anno comederunt filios, & filias, sicut dicitur in maledictionibus, Deut. 28. In septimo anno comederunt carnes corporis sui. s. quilibet comedebat carnem brachij sui: vt impleret̃, quod habetur Isa. 9. scilicet. Vir fratri suo non parcet, declinauit ad dexteram, & esuriet, & comedet, & non saturabit̃, vnusquisque brachij sui carnem vorabit. Sed dicendum, ꝙ ista ridicula sunt, & conficta à Iudęis, sicut multa alia confingunt: quia enim fuerunt 7. anni famis voluerunt appropriare cuilibet anno aliquid, quod comederent, sed non stat. Primo, quia isti præsupponunt, ꝙ in sex annis terra non dederit aliquod germen, ideo in nullo quinque annorum ponunt, ꝙ Israelitæ comederint aliqua terræ nascentia, sed car-
I nes diuersorum animalium, vt patet in assignatione eorum, & tamen falsum est: quia in omnibus illis annis terra protulit germina, vt colligit̃ ex verbis regis infra. s. restitue ei omnia, quæ sua sunt, & vniuersos redditus agrorum à die, qua reliquit terram vsq; ad præsens tempus: si tamen in illis 7. annis terra non dedisset germina, nulli fuissent redditus agrorũ, iussit tamen rex à prima die, qua recessit mulier, vsque ad finem septem annorum redditus agrorum mulieri dari: ergo toto illo tẽpore fuerunt aliqua germina terræ, licet non essent in abundantia sicut tẽpore fertilitatis. Secundo patet, quia Hebræi volũt istam famem fuisse grauissimam ita, quòd homines vno anno comederent carnes filiorum suorum, &
K alio anno carnes brachiorum suorum: ergo nullus vellet manere in terra Israel, potissimè cũ in regnis propinquis esset tunc fertilitas, sicut in terra Philistinorum, quæ erat coniuncta terrę Israel, & illùc iuit mulier ista, & morata est ibi. 7. annis: ita ergo oẽs Israelitæ recessissent de terra, vt nõ sustinerent tanta mala, & tamen non recesserunt, sed multi manebant: nam illico, vt mulier ista recessit de terra, occupauerunt quidam domum eius, & agros, & percipiebant fructus eorum. Rex autem iussit sibi agros cum redditibus restitui: ergo non fuit tanta fames sicut isti volunt. Tertiò patet: quia isti dicunt, quòd Israelitæ vno anno comederunt animalia munda, & alio anno animalia immũda; ad hoc autem non habent

habent aliquem colorem, ſed volunt facere diſtinctionem ciborum, ſecundum diſtinctiones annorum,& tamen hoc eſt irrationabile: quia ſi tanta fames eſſet in primo anno, in quo aliqui comederent animalia munda,alij pauperes comederent animalia immunda, & aliqui ditiores etiam in anno tertio,& quarto comederent animalia munda. Quartò patet: quia dicunt,ꝙ in quinto anno comederūt reptilia,& tamen hoc non ſtat propter duo. Primo, qa Iſraelitę non comederunt in toto anno reptilia, quia morerentur in breui comedendo tantum venenum. Secundo non ſtat,quia dato,ꝙ vellet totus Iſrael ſuſtentari de reptilibus nō poſſet habere pro vno anno,immò nec pro vna die,quia reptilia ſemper ſunt pauca. Quinto non ſtat, quia dicunt, ꝙ in vno anno comederunt carnes filiorum ſuorum, & hoc non ſtat propter multa. Primo,quia non eſt veriſimile, ꝙ aliquis comederet carnem filij ſui, ſcilicet, ꝙ occideret eū ad comedendum,niſi eſſet omnino inhumanus tum propter naturalem affectionem, tum propter grauitatem criminis: quia iſtud eſt nefas,horrendum, & rarò hoc repertum eſt, dato,ꝙ homines eſſent in extrema calamitate,& morerentur fame, ſicut patet in vrbe Samariæ: qa extrema fames oppreſſerat eos, & tamen non legitur de aliquo,ꝙ comederit filium, niſi duæ mulieres, q̄ comederunt filium vnius,ſupra 6. Iſti tamen volūt, ꝙ omnes Iſraelitæ vixerint in ſexto anno famis, de carnibus filiorum, & filiarum ſuarum. Secundo nō ſtat,quia dato quòd homines comedant aliquando filios ſuos, tamen hoc nunquam eſt,niſi in extrema neceſſitate,ſ. quando nullus alius modus eſt euadendi mortem,& tamen Iſraelitæ poterant ire ad quaſcunque terras propinquas tempore famis,ſicut iuit mulier iſta ad terram Philiſthinorum,& erat ibi fertilitas:non ergo eſt veriſimile, ꝙ iſti vellent manere in terra Iſrael tempore tantæ famis: ita vt oporteret eos comedere filios, cùm poſſent ire ad terram propinquam, in qua non cogerentur comedere filios ſuos. Confirmatur hoc:quia quandocunque legitur de aliquibus,qui comederint filios ſuos præ fame, nunquam fuit, niſi quando non poterant aliter euadere mortem, vt exiſtentes in obſidione, qui nō poterant ire ad alium locum, in quo haberēt cibos: ſic fuit in vrbe Samariæ quando duæ mulieres comederūt filium vnius,ſ.quia erant in obſidione diuturna,ſupra 6. ſic etiam Deut. 28. vbi ponuntur maledictiones,& dicitur,ꝙ aliquando Iſraelitæ comederent filios ſuos præ fame cum obſiderentur ab hoſtibus,& non ponitur alius modus comedendi eos. Itē patet Threnorum 4. cum dixit Ieremias de obſidione Ieruſalem per Chaldæos.ſ. manus mulierum miſericordium coxerunt filios ſuos facti ſunt cibi earum in cōtritione filiæ populi mei.i. dum obſideretur Ieruſalem ab hoſtibus, & ſic nunquam legitur aliquē comediſſe filium ſuum niſi tempore obſidionis, ſed tempore huius famis non erat aliqua obſidio: ergo non comederent Iſraelitæ filios,ſed irent in terram alienam,quanquam eſſet fames grauiſſima. Tertiò non ſtat: quia dicunt iſti, ꝙ vno anno comederunt Iſraelitę carnes filiorum ſuorum,& tamen non poſſent inde viuere per annum dato, ꝙ comederent filios:quia aliqui nullos filios habebant, quos comederent. Habentibus verò filios non poterant ſufficere filij per vnum annum ad cibum. Sexta,& vltima ratio eſt: quia iſti dicunt, ꝙ ſeptimo anno comederunt Iſraelitæ carnes ſuas.ſ. quilibet carnem brachij ſui,vt impleretur illud Iſa. 9. ſed iſtud nō ſtat ꝑ tria. Primo,quia non eſt veriſimile,ꝙ aliquis homo ſanę mentis carnem ſuam comedere vellet: quia iſtud

A erat doloroſum,& nefas,& horrendum, & etiam ipſe ſe occideret. Secundo patet:quia dato,ꝙ Iſraelitę vellēt comedere carnes brachiorum ſuorum: tamē non ſufficerent eis vno anno: iſti tamen volunt, ꝙ in ſeptimo anno famis nihil comederint,niſi carnes brachiorum ſuorum. Tertiò non ſtat:quia dicunt, ꝙ hoc factum eſt, vt impleretur illud Iſa. 9. vnuſquiſque carnem brachij ſui comedet:& tamen illud nōdum erat prænunciatum: quia illud dictum eſt per Iſaiam, qui multo tempore poſt fuit: iō non oportebat,ꝙ compleretur illud in hac fame,ſed alio tempore. Etiam quia illud non intelligitur ſic, ꝙ homines deberent comedere carnes brachiorum ſuorū, ſed ibi declarabitur,quid intelligatur. Dicendum er

B go,ꝙ iſta fames 7. annorum fuit grauis:quia durauit multo tempore:tamen non fuit tā grauis, quin quolibet anno naſcerentur fructus terræ,licet in parua quantitate: ita vt homines debiliter alerentur inde, & tamen non fugerunt de terra omnes Iſraelitæ,qa multi eorum ſuſtentari poterant,& manſerūt. *Quæ ſurrexit, & fecit iuxta verbum hominis Dei.* ſ. diſpoſuit ſe ad recedendum de terra propter famem, ſicut dixerat Eliſęus homo Dei. *Et vadens cum domo ſua peregrinata eſt in terra Philiſthijm.* ſ. tulit illùc totam familiam ſuam,& pecora, & armenta,& quidquid habebat in terra Iſrael,& habitauit in terra Philiſthijm. Et dicitur: & peregrinata eſt.i. habitauit non cum animo manendi: omnes.n. qui vadunt ad aliqua loca quan-

Peregrini, qui dicunt proprie.

C tocunque tempore ibi maneant, tamen non habēt animum perſeuerandi,ſed venerunt cum animo redeundi, & ſi moriantur in loco illo, dicuntur mori in peregrinatione: ſic.n. quia homines non habent hic ciuitatem manentem iuxta Apoſtolum, ſed futuram inquirunt,vel ſaltem ad illam inquirendam creati ſunt, dicuntur peregrinari quandiu hic manent; vt patet ſecunda ad Corinthios 5. ſ. quandiu viuimus peregrinamur à Domino. Sic etiam dixit Dauid Pſal. 38. Aduena ego ſum,& peregrinus ſicut omnes patres mei. *Diebus multis* ſ. ſeptem annis,quibus durauit fames. In Hebręo dicitur. *Peregrinata eſt 7. annis.* Et idem eſt:quia ſeptem anni dies multi ſūt, & patet etiam,ꝙ 7. annis manſerit in terra Philiſthi-

Oēs ſum⁹ in hoc ſeculo peregrini.

D norum:quia dicitur:cunque finiti fuiſſent anni ſeptem,reuerſa eſt mulier de terra Philiſthijm: litera noſtra dicit:diebus multis, vt non ſępe repeteret ſeptē annos. *Cunque finiti fuiſſent anni ſeptem.* Iſtis ſeptem annis ſolum manſit mulier extra terram Iſrael, quia ſciebat,ꝙ iam fames non grauaret terram illam:qa Eliſæus dixerat,ꝙ duraret 7. annis. *Reuerſa eſt mulier de terra Philiſthijm.* Iſta terra eſt coniuncta terræ Iſrael,immo eſt pars eius:quia eſt pars terræ Chanaam, & poſita fuit in diuiſione ſortiū, & maxima portio terrę illius eſt in ſorte Iudę,vt patet Ioſue 15. vbi ponūtur ciuitates illę, quæ ſunt metropoles terrę Philiſthinorum,ſicut Gaza,& Azotus. Ioſue 13. & ſup. i. lib. ca. 6. *Et egreſſa eſt, vt interpellaret regem pro domo ſua,*

E *& agris.* Dum mulier iſta erat in terra Philiſthinorū, aliqui putantes eam nunquam redituram,occupauerunt omnia bona ſua, & quando venit non reſtituebantur ei:ideo iuit ad regem ad interpellandum, ideſt,ad orandum,vel proponendum,vt redderetur ſibi domus ſua,& agri ſui,in Hebręo dicitur. *Pro domo ſua, & agro ſuo.* Ponitur tamen ſingulare pro plurali iuxta morem Hebraicum,& tamen certum eſt, ꝙ habebat plus,quàm vnum agrum:quia mulier illa erat diues,vt patet ſupra 4. non ergo haberet vnicum agrum, & ſic litera latina ſecuta eſt proprietatem loquendi,dicens,pro domo ſua,& agris ſuis.

An licuit isti mulieri ire ad habitandum in terram Philisthinorũ, & in quibus casibus licebat Iudæis discurrere per terram gentilium. Quæst. IX.

QVAERETVR, an licuit isti mulieri ire ad habitandum in terra Philisthinorum. Aliquis dicet, ꝑ non, quia ibi erant infideles colentes idola, & per hoc mulier peccaret: sic.n.dixit Dauid, quando coactus est recedere de terra Israel ad terrã Philisthinorum propter persecutionem Saulis: si filij hominum incitant te aduersum me maledicti sunt in conspectu Domini, qui eiecerunt me hodie, vt non habitem in hæreditate Domini, dicentes: vade serui dijs alienis: sed mulier ista spõte ibat: ergo peccabat: de hoc supra i.lib.ca.26. Respondendum, ꝙ nõ erat simpliciter illicitũ Iudæis ambulare per terram Gẽtilium: quia Deus non vetuerat nisi de Aegipto, de qua vetuerat regibus, & populis ne redirent illùc. Deut.17.f.nec reducet populum in Aegiptum equitatus numero subleuatus, presertim cum Dominus præceperit vobis, vt nequaquam amplius per eandẽ viam reuertamini: idem Deute.28.f.reducet te Dominus classibus in Aegiptum per viam, de qua dixit tibi, vt eã amplius nõ videres. De ceteris aũt gentiliũ non erat prohibitio facta Iudeis, quin illuc irẽt, & communicarent cum gentilibus: sic.n.præsupponitur Num.9. cum dicitur: homo, qui fuerit immũdus super anima, siue in via: procul in gente vestra faciat Phase Domino mense secundo, ergo concedebat ex aliqua causa, ꝙ possent ire longè extra terrã Israel: nam non intelligitur illud de illis, qui erãt intra terrã Israel, quaquã essent longè à sanctuario, vt declaratum est ibidem. Erat tñ aliquod impedimentum ad bene videndum Israelitis peregrinari ꝑ terras gentilium, & hoc principaliter ꝑꝑ eorũ inclinationem: quia erant inclinati Israelitæ ad colẽdũ idola, & cum viderent gentiles colere idola, allicerẽtur ad colendum ea. Sic.n.conquestus est Dauid, vt supra dictum est, ꝙ eiciebatur de terra Dñi, & dicebat ei: vade, & serui dijs alienis, q d. illi, qui excludebant eum de terra Israel, dabant sibi occasionem ad colendũ idola: & quantum in se erat, dicebant ei, ꝙ coleret illa. Erat ẽt ſm inconueniẽs ꝑꝑ cibos: quia Israelitæ distinguũt cibos, cũ quædã animalia sint eis licita, & alia non: Leui.11.& Deut.14. gentilibus aũt nihil erat illicitũ, & ꝑꝑ cõicationem fortè iudei non distinguerent cibos, & peccarent. Tertiũ inconueniens erat ꝑꝑ quandã ceremoniã, & cõtaminationẽ idolorũ: nã gentiles cõsueuerant cibos suos sanctificare Dæmonibus proferẽdo super illos aliquas benedictiones, vel comedendo de animalibus oblatis idolis, & si Iudæi cõicarent cum illis comederẽt aliqñ de carnibus istis consecratis Dæmonibus: & istud reputabãt inter Hebræos sicut immolare Dæmonibus: & ꝑꝑ hoc Deus vetuit contrahi matrimonia inter Iudæos, & Gentiles, vt Iudæi non inducerẽt à gentilibus ad comedẽdum de immolatis Dæmonibus, vt patet Exod.34. Non ineas pactũ cũ hominibus illarum regionum, ne, cũ fornicati fuerint cũ dijs suis, & adorauerint simulachra eorum, vocet te quispiam, vt comedas de immolatis. Quartũ inconueniens erat: quia si peregrinarent Israelitæ ꝑ terram Gentilium non possent venire ad festiuitates, quas lex imponebat f. ꝙ ter in anno appareret omne masculinum coram Dño.f. in festo azymorũ, & Penthecostes, & Tabernaculorũ: Exod.23.& 34. & Deuteronomiũ 16. Quintum inconueniens erat: qa lex Mosayca consistebat tota in ceremonijs, & si Iudæi peregrinarent inter gentiles, nõ possent assuefieri ceremonijs terrę suę, & sic obliuiscerent illarũ,

Iudęis vetitum erat ambulare ꝑ terram Aegypti.

Israelitis peregrinari ꝑ terrã Gentilium erat incõueniens.

F & efficerent tanq̃ non Iudæi. Ideo q̃q̃ non esset simpliciter prohibitũ Iudæis exire de terra sua ad terrã Philisthinorum, vel aliorum gentilium, rarò tamen ibant ad manendũ ibi, ad trãseundũ tñ, vel ad expediendum aliquod negotiũ non erat inconueniens, ꝙ irent. Sic.n.iuit Elisæus in Damascum.j. in litera: & tñ Damascus est terra Syriæ.f.caput eius. Isa.7. De ista muliere dicendũ, ꝙ licitè iuit in terrã Philisthinorum ꝑꝑ tria. Primo, quia lex non vetabat Iudæis ire ad terram gentilium, & cuicunque licet vti cõcessis à lege.i.non ꝓhibitis. Secundũ ẽ: quia nũc erat fames, & ꝑꝑ necessitatẽ licebat aliquid agere, quod etiam aliàs non esset licitũ. Sic.n.ibant aliqñ Israelitæ per multos annos ad peregrinãdũ extra terram

G Israel ꝑꝑ famen, sicut Elimelech cũ vxore sua Noemi peregrinati sunt in terra Moab decem annis, quibus fuit fames in terra Iuda, vt patet Ruth.i. Tertiũ fuit: quia ista mulier habuit ab Elisæo consilium de peregrinando extra terram Israel vbicunque bonũ sibi reperiret, vt patet hic: ideo dictũ suum faciebat licitam istam peregrinationem: quia ipse non suaderet hoc mulieri, nisi esset licitum. Cum aũt arguit de Dauid, qui dixit, ꝙ eiciebaẽ de terra Dñi, vt coleret Deos alienos: dicendum, ꝙ verum est, ꝙ existendo extra terram Israel habebat occasionem ad colẽdũ idola: & illi, qui eiciebant eum de terra, dabant sibi occasionem ad hoc, & quantũ ad istũ peccabant: ipse tñ non peccabat manẽdo in terra Philisthinorũ:

H quia dare occasionem ad peccãdum est peccatum, sed habere occasionem ad peccandũ non est peccatum, sed potius est laus ei, qui habet occasionem, & non operaẽ: iuxta illud Ecclesi.31. erit illi gloria ęterna, qui potuit transgredi, & non est transgressus, & facere malũ, & non fecit: sic de ista muliere verũ est, ꝙ in terra Philisthinorũ haberet occasionẽ ad colendum idola, quam non haberet in terra Israel, habuit tamen iustam causam descendẽdi in terrã illã; ꝙ ergo postea sustineret ibi occasionem peccandi, & non peccaret, laus erat magna, & non peccatum.

Sunamiti in illis 7. annis an teneretur venire ad sanctuarium. Quæstio X.

I QVAERETVR vlterius de illis 7. annis, quibus mansit ista mulier in terra Philisthinorũ, an obligaretur venire ad terram Israel ad sanctuarium in festiuitatibus ordinatis à lege: erãt.n.tres solennitates, in quibus obligabãtur venire ad sanctuariũ.f. Phase, Penthecoste, & festũ Tabernaculorum, siue Scenophegie: Exo.23.& 34. Aliquis dicet, ꝙ sic: quia saltem in festo Phase non solũ manẽtes in terra Israel, sed etiã, qui procul peregrinabanẽ ab ea, tenebanẽ venire ad sanctuariũ: & si non possent venire ad illã diẽ, tenebanẽ mense secundo, die quartadecima celebrare Phase. Num.9. Sed ista mulier existẽs in terra Philisthinorũ nõ erat longè à loco sanctuarij: ergo à fortiori teneret venire saltem in Phase.

K Rñdendũ, ꝙ de muliere ista sublata est qõ: quia nulla mulier obligabaẽ venire ad sanctuariũ in aliqua festiuitate, cum lex solũ obliget masculos: Exo.34.f. tribus tꝑibus anni apparebit omne masculinũ tuũ ĩ ꝯspectu Dei. Ideo siue mulier ista esset in terra Philisthinorum, siue ẽt in terra Israel satis coniũcta loco sanctuarij, non tenebaẽ illuc ire in aliqua festiuitate. Sed manet nunc dubiũ de familia istius mulieris, in qua essent aliqui masculi, an illi tenerenẽ ascendere ad istas festiuitates. Videẽ dicendũ, ꝙ si magna fames erat in terra Israel, ita vt ad locũ sanctuarij cõmode isti accedere non possent præ fame non tenebãtur illùc ire: quia necessitas excludit obligationẽ legis: si

Neceſſitas excludit obligatio nẽ legis.

tamen poterant ire ſine difficultate nimia: vt potè q̃a nõ erat tã grauis fames, tenebant̃ ire ſaltẽ ĩ feſto azymorũ, in quo erat maior neceſſitas. *Rex autem loquebatur cum Giezi puero viri Dei.* ſ. rex Ioram, qui nunc regnabat, loquebatur cum Giezi, qui erat puer viri Dei. i. miniſter Eliſæi: nam ipſe ibat cum eo, & ſtabat ſemper. Intelligendũ eſt aũt, ꝙ iſtud fuit priuſquam Giezi eſſet leproſus, & antequã Naaman mundaret̃ à lepra per Eliſæum: nam non loqueret̃ rex, cum homine leproſo ꝑꝑ fętorẽ, & horrorẽ, potiſſimè quia nunc rex loquebat̃ familiariter cũ Giezi, & magno tpe, cũ quæreret ab eo enarrari omnia miracula Eliſæi. Fuit ergo hoc cum nõdũ Giezi erat leproſus, & erat tunc puer Eliſæi: nam poſt leprã non fuit puer eius. *Dicens: narra mihi omnia magnalia, quæ fecit Eliſęus.* i. narra oĩa miracula. Multa. n. miracula fecerat Eliſæus, vt patet ſupra à c. 2. vſque huc, & rex neſciebat oĩa illa, volebatq; ſibi enarrari per Giezi puerum Eliſæi: ipſe. n. poterat conuenienter illa enarrare: quia ambulauerat ſemper cũ Eliſæo, & viderat oĩa, q̃ ille faciebat. *Cumq; enarraret regi, quomodo mortuum ſuſcitaſſet.* Poteſt intelligi dupliciter: vnomodo, ꝙ Giezi cępit narrationem miraculorũ Eliſęi ab iſto miraculo de ſuſcitatione pueri: quia iſtud erat maius omnibus, licet non eſſet primũ in ordine. Aliter poteſt dici, ꝙ Giezi enarrauit oĩa miracula ſm ordinẽ temporis, & tamen cum narrarent̃ alia non erat præſens mulier illa, cuius filium ſuſcitauerat Eliſæus: cum verò cępit narrare Giezi de ſuſcitatione pueri, accidit, ꝙ mulier illa veniret coram rege: & iſtud ſm eſt verius. *Apparuit mulier, cuius viuificauerat filium.* Non veniebat ad teſtimonium huius miraculi, ſed caſu venit tunc, q̃n narrabat̃ miraculum de filio ſuo ſuſcitato. *Clamans ad regẽ pro domo ſua, & pro agris ſuis.* ſ. dum ipſa receſſerat de terra occupauerãt alij domum, & agros ſuos, & nolebant nunc reſtituere, ideo petiuit à rege. Illi fortè excuſabant ſe præſcriptione: quia occupauerant rem vacuam. Sed magis dicendum, ꝙ faciebant per violentiam, putantes, ꝙ mulier illa non peteret à rege, vel non poſſet habere complementũ iuſtitiæ: nam præſcriptio inter Iudæos locum non habebat: vt declaratum eſt Leui: 25.

Quare Eliſæus non eſt locutus regi pro muliere iſta. Quæſtio XI.

QVAERETVR, quare mulier iſta nunc venit ad petendum agros à rege, & non venit Eliſęus ad petendum pro illa: nam ipſe ſe obtulerat expediturum negocia eius apud regem ſup. 4. ſ. quid vis vt faciam tibi? nunquid habes negocium, & vis, vt loquar regi, ſiue principi militię? Dicendũ, ꝙ mulier iſta veniens de terra Philiſthinorum inuenit domum, & agros occupatos ab alijs, & ipſa voluiſſet recurere ad Eliſæum, vt intercederet pro ipſa apud regem, & tñ neſciuit vbi tunc erat: quia Eliſæus diſcurrebat per varia loca terræ Iſrael viſitando collegia prophetarũ, vt fuit declaratũ ſup. 2. & 4. vel fortè q̃ñ ipſa venit iuerat Eliſæus in Damaſcũ, ſicut dr̃ inf. in litera: iõ nõ potuit hr̃e eum ad intercedẽdũ ꝓ ſe: ſed ipſa acceſſit ad regem, & clamauit. *Dixitq; Giezi: Domine mi rex, hæc eſt mulier, et hic eſt filius eius, quem ſuſcitauit Eliſæus.* Enarrabat Giezi miraculũ de ſuſcitatione pueri, & quia vidit puerũ ſuſcitatũ, & matrẽ eius coram ſe, adduxit illos in teſtes ad confirmationẽ miraculi, & fit mẽtio de hoc: q̃a occaſione huius miraculi, quod tũc narrabbat Giezi, rex fecit fauorabilius reſtitui mulieri illi oĩa ſua. *Et interrogauit rex mulierem.* Hoc fecit ad videndũ ſi concordabat verbis Giezi, vel ad magis ſe certificãdum: quia mulier

A poterat ſcire iſtud factum melius, & poterat dicere oĩa motiua cum ad preces eius Eliſæus ſuſcitauerit puerũ. *Quæ enarrauit ei.* ſ. pueri impetrationem à Deo anteq̃ ipſa cõciperet illũ, & poſtea qũo mortuus ſuſcitatus ſit. *Deditq; rex ei eunuchum vnum.* ſ. vt iret cũ ea ex parte regis ad hoc, ꝙ reſtituerent̃ oĩa ſua. Vocant̃ eunuchi milites, vel illi, qui aſſiſtebãt Dñis ſpãliter, & eſt modus loquẽdi vulgatus: ſic dr̃ ſup. 1. lib. c. 8. ſ. Segetes noſtras, & redditus vinearũ addecimabit, vt det eunuchis ſuis: Sic ẽt accipiunt̃ ſępe ĩ libro Eſther eunuchi. Vel vocant̃ eunuchi ꝓpriè caſtrati, quorũ multi erãt familiares regib. ꝑꝑ cuſtodiã mulierũ, q̃a nõ erat ſuſpitio aliqua de illis: & iſtud eſt veriſimili⁹. *Dicẽs: reſtitue ei oĩa, quę ſua ſunt.* i. fac ei reſtitui, vel mitte

Eunuchi q̃ vocent̃ ĩ ſacra ſcriptura.

B eã in poſſeſſionẽ domorũ, & agrorũ ſuorũ: q̃a iſte ex parte regis faceret occupatores dimittere poſſeſſionẽ vacuã, & ĩciperet mulier poſſidere. *Et vniuerſos redditus agrorũ.* In hoc fuit rex valde fauorabilis mulieri: q̃a nõ ſolũ fecit reſtitui agros, quos petebat, ſed ẽt redditus agrorũ, quos nõ petebat. *A die, qua reliquit terrã vſq; ad præſens.* ſ. redditus ſeptẽ annorũ: q̃a mulier iſta 7. annis manſerat extra terrã Iſrael in terrã Philiſthijm. Ex hoc patet, ꝙ non fuit fames tã valida, ſicut dicũt Hebręi. ſ. ꝙ nõ comederent hoĩes, niſi carnes pecorũ, & aĩaliũ immũdorũ, & reptiliũ, & filiorũ ſuorũ: & brachiorũ ſuorum, & ꝙ terra nullos fructus redderet: nã in iſtis 7. annis ſemꝑ terra aliquos fructus reddidit, cũ iuberet rex dari ſibi redditus vſ

C que ad diẽ, quo venerat de peregrinatione. *Venit quoque.* Hic ponit̃ Secundũ huius partis. ſ. de morte Benadad regis Syriæ, & Azaelis ſubſtitutione: & dr̃: *Venit quoq; Eliſęus Damaſcũ.* ſ. tpe illo, vel quaſi venit Eliſæus in Damaſcũ, quæ eſt ciuitas præcipua in terra Syriæ, Iſa. 7. *Et Benadad rex Syriæ ægrotabat.* Iſte Benadad eſt ille, q̃ regnabat tpe Achab, & cũ quo Achab pugnauit bis vincendo eũ: præce. lib. c. 20. & poſtea in bello tertio ab eo occiſus eſt. eo. lib. c. vlt ægrotabat aũt nũc, & mortuus eſt ex hac ægritudine, vt patet infr. *Nũciaueruntq; ei dicentes: venit vir Dei hũc.* Cum ægrotaret, aliqui de ſeruis ſuis retulerunt ei, ꝙ veniſſet Eliſęus illuc ad hoc, ꝙ Benadad mitteret ad eũ, & ſanaret̃, ſicut multa alia miracula faciebat. *Et ait*

D *rex ad Azael.* Iſte Hazael erat præpoſitus in domo regis, & ꝑ eũ fiebant oĩa, & ipſe regnauit ꝓ eo: vt patet in litera. *Tolle tecũ munera, & vade in occurſum viri Dei.* Voluit Benadad conſulere Dñm ꝑ Eliſeũ, & ad hoc voluit ꝑmittere ei munera, vt ſic eũ flecteret ad rñdẽdũ, vel faciebat ex magnificẽtia ſua: q̃a rex erat, & volebat honorare illũ ſanctũ virũ offerendo ei munera. *Et conſules Dominũ per eũ* i. petes reſpõſum Dei Iſrael ꝑ illũ: q̃a Eliſęus nõ petebat rñſum, niſi à Deo Iſrael. *Dicẽs: ſi euadere potero de infirmitate mea hac.* Sciebat, ꝙ ſi Deus rñderet, eũ poſſe euadere, ꝙ eſſet ſecurus, ſi autẽ diceret, ꝙ nõ euaderet, diſponeret de regno ſuo tanquam certiſſimam mortem expectans.

Quis erat iſte Azael, q̃ poſtea ei ſucceſſit.

E *Eliſæus ad quid iuit nunc in Damaſcum, & an peccauerit eundo. Quæſtio XII.*

QVAERETVR, qũo Eliſæus iuit nũc ad Damaſcũ, & ad quid iuit. ſ. an peccauit eundo. Rñdendũ ꝙ nõ peccauit eundo: quia ipſe erat propheta Dñi, & ſi peccatum eſſet ire in Damaſcũ, nõ iuiſſet illùc. Nec obſtat ſi Damaſcus eſſet terra Gẽtiliũ: quia non erat illicitũ Iudæis ire ad terrã Gẽtiliũ, vt ſup. declaratũ eſt, potiſſimè quia Deus interdũ mittit prophetas ad terrã gentilium ſicut miſit Ionam ad prædicandũ in Niniue, quæ eſt ciuitas Aſſyriorũ: Ionę primo. Sic ẽt iuſſit Deus Eliæ ire in Syriã ad vngendũ Azaelem in regem: pręce. lib. c. 19. Cùm aũt

candum

quæriť ad quid iuit. Rñdent Hebræi, ꝙ iuit ad puocandum Giezi ad pniam.s. ꝙ Giezi qñ percussus est lepra desperauit, & recessit à lege conuersus ad idola, & iuit in Damascũ, vt ibi maneret cũ Naaman: nunc verò Elisæus misertus illius iuit illuc, vt conuerteret ipsum ad legẽ, & dicunt, ꝙ non potuit cõuertere: quia Giezi desperauerat, dicens se nõ posse saluari: sic refert Ra.Sa. & Ra.Dauid Kimhi. Sed ista ridicula sunt, & sine colore aliquo, nec oportet argui cõtra illa. Dicendũ aũt, ꝙ Elisæus iuit in Damascũ mandato Dei ad denunciandũ mortẽ Benadad, & suscitationẽ Azaelis: quod patet: quia nihil aliud legitur ibi fecisse. Pro quo sciendum, ꝙ Deus dixerat Eliæ, ꝙ iret ad vngendum Azael in regem Syriȩ precȩd.lib.c.19. & ibi non legitur, ꝙ iuerit, nec ꝙ vnxerit, sed solum, ꝙ vnxerit Elisæum in prophetã ꝓ se. Et ob hoc historia scholastica, & Nicolaus, & multi de nostris tenent, ꝙ Elias non iuerit in Damascũ ad vngendum Azaelẽ, sed Elisæus nunc illum vnxerit, & hoc aliqualiter consonat literæ: quia Elisæus dixit ad Azaelem: ostẽdit mihi Dñs te regem Syriæ fore. Et hoc dato, satis stat, ꝙ Elisæus veniret in Damascum ad vngendum Azaelem in regem: & hoc, quia Elias sibi commendauerat, cum ipse non venerit ad vngendum eũ, & poterat hoc iubere Elias Elisæo: quia erat discipulus suus. Sic.n. Elisȩus iussit cuidã discipulo suo, ꝙ iret ad vngendum Iehu in regẽ Israel: sequenti c. & ista positio satis rationabilis est. Alio modo põt dici, ꝙ Elisæus venit in Damascum ad denunciãdam mortẽ Benadad, & regnum ipsius Azaelis, & tñ non vnxit Azaelem in regem. Et hoc magis consonat, quod patet: quia Deus misit Eliam ad vngẽdum Azaelem in Syriã, & non solum iussit ei illuc ire, sed ẽt dixit: vade, & reuertere in viam tuã per desertum in Damascum, cunq; perueneris illuc, vnges Azaelẽ in regẽ super Syriam, præce.lib.c.19. si tñ Elias non iuisset ad vngendum eum, frustra Deus ostẽderet ei viã ad eundũ. Secundò patet: quia Deus dixit Azaelem vngendum in regem Syriæ: & tñ nõ fuit nunc vnctus per Elisæum, ergo fuit vnctus per Eliã ante ipsum. Patet hoc: quia Elisȩus solum dixit nunc Azaeli: ostẽndit mihi Dñs te fore regẽ Syriæ, & nõ fecit aliud: Itẽ patet istud dissimile: quia Deus iussit Eliæ vngere Iehu ĩ regẽ, & quia ipse nõ vnxit, fecit eũ Elisȩus vngi per quẽdã de filijs prophetarũ, sequenti ca. si ergo Elias non vnxisset Azaelẽ sic vnxisset eum nunc Elisæus, vel fecisset vngi: & tamen neutrum istorum fecit: quia nec illum vnxit, nec aliquem ad vngendum eum misit: ergo iã vnctus erat per Eliam. Quodcunque istorum teneri potest, sed rationabilius est istud secundum.

Elisȩus quomodo est ausus ire in Damascum, cum esset bellum inter Syros, & Israelitas. Quęst. XIII.

QVAERETVR vlterius, q̃uo Elisȩus ausus est ire in Damascũ, cũ esset bellũ inter Syros, & Israelitas. Respondendũ, ꝙ fortè nunc erant treugæ inter Israelitas, & Syros, & licebat hinc, & inde trãsire, & sic potuit ire Elisæus. Aliter dici põt, ꝙ dato, ꝙ esset bellũ fortissimum, non timeret Elisæus ire in Damascum: quia cum Deus reuelaret ei, ꝙ illuc iret, sciebat, ꝙ securus esset: nam si vellent Syri ei nocere, posset eos percutere cȩcitate, sicut fecit supr.6. quando Benadad misit ad capiendum eum. Aliter potest dici, ꝙ non timebat Elisæus, ꝙ aliquis de Syris vellet ei nocere: quia sciebant Syri virtutem Elisæi, quomodo Deus multa miracula per ipsum faciebat, & non auderent ipsum contingere: vnde securus ire poterat quocunque vellet.

F

Benadad qua causa nunc ægrotauit. Quęst. XIIII.

QVAERETVR vlterius, quomodo Benadad nunc ægrotabat quando prænunciauit Elisȩus, ꝙ moreretur. Respondet Iosephus 9. Antiqui. Quòd Benadad dolens, quòd Deus amouerat eum ab obsidione, & fecerat eum sic fugere inglorium, contristatus est nimis vsque ad mortem: tristicia enim inducit mortem interdùm: hoc autem erat satis verisimile: qa Deus bis amouerat eum ab intentione sua: primo quando misit seruos suos, vt tenerent Elisȩum, & excȩcati sunt, supra 6. Nunc autem secundo, quãdo coactus est fugere de castris: G homines tamen potissimè habentes corda magna affliguntur nimis, quando negocia sua non prosperantur, & incidunt in curam magnam, & ardorem innaturalem, & febrem: fuerat autem sic in Benadad, qui perdiderat diuitias valde multas in obsidione Samariæ expendendo ibi multa: & postea omnia, quæ habebat in castris, coactus est dimittere ibi: & per hoc depauperati sunt nimis Syri: quia ibi habebant aurum, & argentum multum: vt patet prȩcedenti cap. Fuit etiam dolor ei magnus de lȩtitia, & prosperitate hostium: quia de eis, quæ ipse perdidit, ditati sunt hostes diripiendo castra eius. Fuit etiã dolor: quia vidit se illusum: quia nullo persequente ipse, & omnes sui turpiter fugerũt, audito solum H quodam strepitu quasi equorum, & curruum. Fuit etiam tædium magnum: quia inhonesti redierunt Syri in terram suam, scilicet, exuti vestibus: nam tãtus terror inuaserat eos, quòd putantes se non posse euadere, exuebant se vestes suas, & relinquebant eas in via, vt velocius currerent. Putans ergo se omnino deiectum tenebatur magno tædio, & cura, & afflictione spiritus, & inde incidit in morbum quendam grauissimum, quem nunc sustinebat, & mortuus est. Vel potest dici, quòd Deus inflixerat ei ægritudinem illam propter mala, quæ inferebat Israelitis. Sic enim inflixit ægritudinem magnam Anthioco propter mala, quæ fecerat, & facere intendebat Iudæis, & mortuus est 2. Machab. 9. Vel potest I dici, ꝙ veniebat ista ægritudo naturaliter: quia nemo nos cogit dicere, ꝙ infligeretur à Deo.

Hostes nimia tristitia ... ti honor... sæpe inc... dũt in gr... ues inf... mitates, & mortem.

Benadad quare non misit ad rogandum Elisȩum, vt veniret ad se, sed solum misit Hazaelem ad consulendum ipsum. Quæst. XV.

QVAERETVR vlterius, quare Benadad non misit ad rogandum Elisæum, vt veniret ad se, & responderet sibi, sed misit Azaelem ad consulendum ipsum. Respondendum, quòd fecit propter multa. Primo ex quadam vrbanitate: quia vrbanius, & honestius erat, quòd ipse mitteret ad consulendum eum, quàm, ꝙ rogaret, vt veniret ad ipsum. K Secundum fuit: quia Benadad fortè cognoscebat conditionem prophetarum, ipsi autem non curabant de personis hominum, scilicet, siue essent potentes, siue in magno honore: ideo quanquam aliquis rex, vel vir magnæ potestatis rogaret eos, nõ facerent id, quod petebatur, nisi videretur eis bonum: & si aliquis humiliter peteret ab eis, etiam si pauper esset, complacerent ei. Sic patet de quodam regulo, qui dicebat Christo, quòd descenderet in domum eius ad sanandum filium suum: & Christus noluit, sed sanauit eum, non descendens in domum suam, & cum quidam centurio, qui minoris potestatis erat, vellet, ꝙ Christus sanaret filium suũ, descendebat Christus in domum suam, & ille dixit,

quod

quòd non deſcenderet, quia non erat dignus, vt patet Matthę. 8. & Luc. 7. Sic ergo fortè iſte Benadad putauit, quòd propheta nolet venire, quanquam ipſe oraret: ideo miſit ad conſulēdum eum. Tertium fuit: quia Benadad colebat idola: & fortè Eliſæus nolet veniret ad eum propter hoc. Sic enim fecit quando Ioram rex Iſrael iuit ad Eliſęum, & ipſe nolebat reſpondere, ſed dixit: viuit Dominus, quòd niſi vultum Ioſaphat regis Iudæ erubeſcerem, non attendiſſem quidem te, nec reſpexiſſem, ſupra 3. ſi ergo hoc fecit regi ſuo, quia erat idolatra à fortiori faceret regi alieno. Quartum fuit: quia voluit Benadad honorare nimis Eliſæum, & ob hoc non miſit pro eo, ſed ipſe miſit in occurſum eius, & etiam miſit magna munera, & hoc vt flecteret eum ad reſpōdendum ſuper quæſtione.

Quare Benadad, cum eſſet idolatra, inquiſiuit ab Eliſæo de morte ſua. Quæſtio XVI.

QVAERETVR vlterius, quomodo Benadad voluit inquirere ab Eliſęo, cum ipſe eſſet idolatra. Reſpōdendum, ꝙ dij Syrorum non dabant reſponſa, ſicut Deus Iſrael: quia erāt Dęmones, & Deus non permittebat illis loqui, vt oſtenderet̃ gloria eius ſolius. Vel dato, ꝙ aliquando rñderent, tamen ſæpe mentiebantur: ideo non petiuit conſilium ab eis. De Deo autem Iſrael ſciebat, quòd dabat reſponſa vera ſemper per prophetas ſuos, & maximè per Eliſæum: nam non ſolum Deus reſpōdebat per eum, ſed etiam faciebat miracula. Et erāt cognita iſta miracula in terra Syriæ: quia multa fecerat Eliſæus, maximè quādo excæcauit viros, quos miſit Benadad, ſupra 6. ideo nunc ſciebat, quòd poſſet prænunciare de ægritudine ſua, an euadere poſſet, vel moreretur. *Iuit igitur Azael in occurſum eius.* Scilicet, cognouit Benadad de aduentu Eliſæi in damaſcum priuſquam introiret, & miſit Azaelem, vt reciperet eum cum magno honore. *Habens ſecum munera.* Quia Benadad iuſſerat, quòd ferret ei munera ad offerendum Eliſæo. *Et omnia bona Damaſci.* Ideſt, ferebat ſecum omnia bona Damaſci ad dandum Eliſęo, vt intelligitur, quòd ferebat omnia bona, ideſt, de omnibus bonis: quia de quibuslibet rebus bonis, & excellentibus, quæ poterant reperiri in Damaſco tulit Azael ad offerendum Eliſęo. Et hoc ſignificatur in Hebræo, cum dicitur: *Et omnia meliora Damaſci.* De omnibus, quæ meliora erant. *Onera quadraginta camelorum.* Ideſt, tulit ei munera, q̃ onerarent quadraginta camelos. *Cunque ſtetiſſet coram eo.* Scilicet, quando Azael inuenit Eliſęū in via. *Ait: filius tuus Benadad rex Syriæ miſſit me ad te.* Dixit filius tuus Benadad ad ſignificādum quandam ſubiectionem: quia in quantum erat Eliſæus vir ſanctus humiliabat ſe Benadad coram eo vocando ſe filium eius, ſcilicet, ꝙ obediret ei tanquam patri: & hoc faciebat, vt flecteret eum ad reſpondendum, & dixit: miſit me ad te, ſcilicet, vt venirem in occurſum tuum, dicens: *Si ſanari potero de infirmitate mea hac.* Ideſt, hoc petit à te, vt reſpondeas ſi poterit ſanari de hac ęgritudine, in quam incurrit.

An Benadad peccauerit mittendo munera Eliſæo, cum voluit quòd conſuleret Dominum pro eo. Quæſtio XVII.

QVAERETVR, an peccauit Benadad mittēs iſta munera Eliſæo, quando voluit, ꝙ conſuleret Dominum pro eo. Aliquis dicet, ꝙ ſic: quia illa conſultatio erat ſpiritualis, cum ſolum à Domino

A poſſet haberi illa reſponſio, & dabatur pecunia pro illa. Reſpondendum, ꝙ non oportet dici, ꝙ peccauerit Benadad. Primo, quia Benadad erat rex potentiſſimus, & diues nimis, & ſic nō erat pro eo aliquid magnum, ꝙ offerret munera quadraginta camelorum Eliſæo. Poterat enim facere hoc ex magnificētia regali: quia ad reges pertinet eſſe magnificos: maximè quia Eliſæus veniebat in terram Syrię: & cum eſſet vir ſanctus, per quem tanta miracula fiebant, pertinebat ad Benadad honorare eum. Item dato, ꝙ Benadad daret iſta munera Eliſæo: quia volebat ab eo quærere reſponſum: non propter hoc peccabat: quia conſuetudo erat Iſraelitarum, quandocunque ibant ad prophetas conſulendos, ferre eis
B aliquid muneris, & aliàs erubeſcebant coram eis apparere, ſupra primo lib. cap. 9. & iſtam conſuetudinem ſecutus eſt fortè Benadad: Et quia erat rex ditiſſimus, voluit ſecundum ſtatum ſuum dare: ideo obtulit quadraginta onera camelorum. Et dato, quòd Benadad daret iſta munera Eliſæo, quia intendebat ab eo recipere rñſum, non pp hoc erat ſimonia: qa non dabat ea tanq̃ in precium reſpōſionis.

Eliſæus an acceperit munera Benadad. Q. XVIII.

QVERERETVR vlterius, an Eliſæus recepit munera iſta. Reſpondendum, ꝙ non apparet, an receperit: quia litera nihil de hoc dicit. Tamen
C videtur dicendum, ꝙ non receperit illa: quod patet, quia Naaman obtulit ei munera, & quanquam nimis inſtitiſſet noluit recipere ea Eliſæus, nec partem illorum: ita ergo nec reciperet munera Benadad. Et ratio eſt multiplex: prima, quia Naaman iam erat effectus cultor Dei: quia promiſit, quòd nunquam coleret, niſi Deum Iſrael, & petiuit terram ad faciendum ei altare de terra Iſrael, ſupra 5. Benadad verò erat idolatra, ideo potius reciperet, à Naaman, quàm à Benadad: & tamen non recepit à Naaman, ergo nec à Benadad. Secundò patet, quia rationabilius videbatur, ꝙ reciperet à Naamā: quia Eliſæus contulerat illi ſanitatem, ideo conueniens erat, ꝙ reciperet ab eo munera gratis oblata: ipſi au-
D tem Benadad nihil contulerat, nec collaturus erat, ſed potius denunciaturus mortem eius, ideo non tā faciliter deberet recipere: & tamen non recepit à Naaman, ergo nec à Benadad. Tertio patet, quia munera, quæ Naaman offerebat, habebant minus de ſpecie ſimoniæ, quàm ea, quæ offerebat Benadad: quia Naaman obtulit munera poſt ſanitatem acceptam: Benadad verò obtulit antequam reſpōderetur ei: ea tamen, quę precedunt, poſſunt mouere animum collatoris ad conferendum, & non poſſunt hoc facere ea, quæ ſequuntur. Ideo ſecundum iura potius attenditur ſimonia in eis, quæ precedūt collationem rei ſpiritualis, quàm in eis, quæ ſequuntur. Quartò patet, quia ex magnitudine munerum
E preſumitur aliquando ſimonia, quę non preſumeretur ex paucitate, vt patet extra de ſimo. ca. ſi quęſtiones: & tamē munera, quæ obtulit Naaman comparata ad munera quæ obtulit Benadad, quaſi nihil erant: quia Benadad obtulit quadraginta onera camelorum: & dicitur, ꝙ dedit omnia bona Damaſci: potius ergo repudianda erant iſta munera propter ſpeciem ſimonię, quàm munera Naaman, & tamen repulit munera Naaman: ergo etiam repelleret munera Benadad, ſcriptura tamen non curauit facere mentionem de hac repulſione: quia videbatur eſſe quaſi manifeſtum, quòd non reciperet ea, cum noluiſet recipere munera Naaman. De quibus ſupra habetur.

Ex paucitate munerū nō pſumit ſimonia.

Quo-

Quomodo potuit eſſe, quòd Benadad offerret Eliſæo quadragin ta onera camelorum, & omnia bona Damaſci, & quomodo in ſcriptura ſit accipiendus modus loquendi incertus, & quomodo non. *Quęſtio XIX.*

QVAERETVR vlterius, quomodo fuit ve-
rū, ꝙ Benadad offerret Eliſæo quadraginta
onera camelorum. Reſpondēt quidam Hebræi, ꝙ
non miſit quadraginta camelos, nec fortè decē, ſed
ponitur iſtud ex ſuperabundantia locutionis ad ſi-
gnificandum aliquid magnum, & ponunt exemplū
Gene.41.ſ. Omnes prouincię veniebant in Aegy-
ptū, vt emerent eſcas, & malū inopię temperarent,
& Deuter.1.vrbes magnę, & ad cęlū vſq; munitę, &
tn̄ iſta non ſunt ſic vera abſolutè: ſed ſignificat mul-
titudo gentium venientiū in Aegypto pro cibis, &
altitudo magna murorum terræ Chanaan. Sed dicē
dum, ꝙ iſta poſitio non ſtat: quia ille modus loquen
di ad ſignificandum magnitudinem recipitur in il-
lis, quæ non ſignificant aliquid determinatum, ſed
magnitudinem, vel multitudinem nimiā, & ſic dici
mus, omnes prouincię veniebant in Aegyptum: qa
omnis, nō ſignificat aliquē certū numerum. Sic etiā
dicitur præceden lib. cap.4. ꝙ dedit Deus Salomoni
ſapientiam, & latitudinē cordis quaſi arenā, quæ eſt
in litore maris. In numeris tn̄, qa ſignificant q̄titatē
determinatā non recipit̄ iſte modus loquendi: quia
tunc tolleret̄ omnis certitudo ſcripturę. Nā ſi dixe-
rit ſcriptura, ꝙ in aliquo bello perierūt trecēta mil-
lia virorū, non dicimus, ꝙ ponit̄ illud ad ſignificādū
multitudinem, & tn̄ non fuerunt tot: qa tunc nihil
ꝓficerēt numeri in ſcriptura: qa tunc diceremus, ꝙ
nullus illorū fuit pręciſus, ſed ponunt̄ ad ſignificādū
multitudinem. Sic.n. diceremus, ꝙ qn̄ Gene.5.dr̄ de
quolibet eorū, q ibi ponunt̄, ꝙ viuebat vſq; ad non-
gentos, & tot annos, ꝙ illi nō viuebāt tot annis prę-
ciſè ſed ꝙ ſcriptura ponit ad ſignificandū magnitu-
dinē vitæ eorū, & ſic dicemus de Chriſto, qn̄ dr̄, ꝙ ſa
turauit quinq; millia virorū de quinq; panibus: Ioā.
5 diceret̄, ꝙ non erāt tot, ſed ſolū centū, vel ducēti:
& tn̄ ponunt̄ illi ad ſignificandū multitudinē. Hoc
aūt eſt maximè abſurdū: quia tūc in ſcriptura nihil
maneret de certitudine, & potiſſimè quantū ad mi-
racula, quę conſiſtunt in magnitudine numerorū.
Iō dicendū, ꝙ qn̄cunq; ſcriptura narrando hiſtoriā
ponit aliquē numerū, quantuſcunq; ille ſit: tenen-
dū eſt, ꝙ tantus fuerit: & nō eſt in hoc aliqua multi-
plicatio ad ſignificandū magnitudinē: quia tunc nō
differret ſacra ſcriptura à dictis poetarū. Et iſtud eſt
verū, qn̄ ſcriptura loquit̄ enarrando rē geſtā: ſecus
autem qn̄ introducunt̄ verba alicuius loquentis, ex-
hortando, vel erudiēdo, & nō ſunt hiſtorica: qa tūc
ēt modus loquēdi habet locum in numeris: ſicut pa
tet Matth.18. quando dixit Petrus: Domine quoties
peccauerit in me frater meus, & dimittā ei? vſq; ſe-
pties? Dixit illi Chriſtus: non tibi dico vſq; ſepties,
ſed vſq; ſeptuagies ſepties ſic ēt patet ex verbis La-
mec ad vxores ſuas, qui tenuit iſtū modum loquen-
di Chriſti, dicēs: ſeptuplū vltio dabitur de Cain, de
Lamech verò ſeptuagies ſepties. Et tamen in vtroq;
accipitur numerus ille non pro aliqua quātitate de
terminata. De hoc Gen.4. & patet: quia non ſolū te
netur aliquis remittere proximo ſuo vſq; ſeptua-
gies ſepties, ſed quotieſcūq; peccauerit in eū, etiam
ſi peccauerit decies millies, nec eſt ad propoſitum
quod allegant Gen.41. Omnes prouincię veniebāt
in Aegyptum: quia, omnis, dicit rē indeterminatā,
ideo habet ibi locum modus ille loquendi: ſi tamen
diceretur, quingentę prouincię veniebant in Aegy
ptum, oportebat intelligi, ꝙ non eſſent pauciores.

F Sic etiam Deute.1.vrbes magnę, & ad cœlū vſque
muratę: quia eſſe muratam vrbem vſq; ad cęlū nō
dicit aliquam certā quantitatē: ideo habet ibi mod'
loquendi locum, & tamen ſi diceretur, ꝙ vrbes ter-
rę Chanaan erant in altitudine cubitorum ducen-
torum in muris, oportebat intelligi tantam eſſe ma
gnitudinem. Nō ergo ſtat iſta expoſitio. Alij dicūt,
ꝙ Benadad habebat quendam lapidem precioſum,
qui valebat tantum, ſicut Damaſcus, & illū obtulit
Eliſæo, iō dicebatur ei dare tanta munera. Sed iſtud
etiam non ſtat: quia dando lapidem illum nō dabat
aliqua onera camelorum: & tamē litera dicit, ꝙ de-
dit ei quadraginta onera. Reſpondendū, ꝙ hic ſunt
duo dubia: primū eſt, quomodo dedit Benadad Eli-
G ſeo omnia bona Damaſci: ſecundum eſt quomodo
dedit ei quadraginta onera camelorum. De primo
dicēdum, ꝙ Benadad dedit Eliſæo omnia bona Da-
maſci.i.dedit multa bona, & illa vocātur omnia ꝓp
magnitudinem, & hic habet locū ille modus loquē
di, ſicut dicitur: omnes prouincię veniebant in Ae-
gyptū, & vrbes magnę, & ad cęlū vſq; muratę. Vel
dr̄, ꝙ dedit omnia bona Damaſci.i. dedit de meliori
bus rebus, quæ erant in Damaſco. Simile patet Gen.
24. cum dicitur: abijt Eliezer ex omnibus bonis eius
portans ſecum: & in Hebræo dicitur: ibi abijt Elie-
zer, & omnia bona Domini eius in manu ſua, & ta-
men non portabat omnia bona Abrahæ, ſed multa
de precioſioribus. Sic etiam Gene.45. dixit Pharao
H ad cognationem Ioſeph: venite ad me, & ego dabo
vobis omnia bona Aegypti, & iterū dicitur: omnes
opes Aegypti veſtræ erunt: & tn̄ non intelligebatur
ſic, ſed ſolū, ꝙ daretur eis de melioribus bonis, quæ
erant in Aegypto, vt patet ibidem: nam cum dixit
Pharao: ego dabo vobis oīa bona Aegypti, ſubiun-
xit, vt comedatis medulam terræ: & tamen medul-
la eſt optimum in fructibus terrę: ſic etiam patet hic
ex litera hebraica: quia vbi nos dicimus, omnia bo-
na Damaſci, dicitur in Hebræo: meliora Damaſci.
De ſecūdo dicendum, ꝙ Benadad realiter miſit Eli-
ſęo quadraginta onera camelorum. ſ. aliqui cameli
ibāt onerati veſtibus, & alij pecunia, & alij rebus ꝑ-
tinentibus ad cibum, & alij varijs rebus pertinenti-
I bus ad diuitias. ſ. quia Benadad fecit de ſingulis gene
ribus bonorum, quę erāt in Damaſco eligi aliqua,
& de omnibus illis onerauerunt quadraginta came
los, & onera illorū obtulerunt Eliſæo, & dando iſta,
dicebatur dare oīa bona Damaſci. Quidā autem tur
bant̄ dubitantes, qūo tanta bona offerrentur Eliſęo,
ideo dicebant nō debere intelligi ad literam, ſed di-
cendum, ꝙ tāta bona oblata ſunt: quia licet Eliſęus
non egeret tot bonis, vel non eſſet talis, cui tāta de-
berent offerri, Benadad tamen erat talis, qui tanta
deberet offerre ex magnificentia regia: & in offeren
do non reſpexit quid Eliſæo conueniebat, ſed quid
ipſum offerre decebat. *Dixitq; Eliſæus ei.* Quanquam
non receperit Eliſæus munera, tamen gratis rn̄dit
K Azael quęrenti: quia ad hoc miſſus fuerat à Deo in
Damaſcum, vt pręnunciaret Azaeli, ꝙ regnaturus
eſſet, & quòd nunc moreretur Benadad. *Vade, dic ei:*
ſanaberis, ideſt, reſponde ei: Sanaberis: & tamen non
ſanabitur. *Porro oſtendit mihi Dominus, quia morte morie-*
tur. ideſt, quanquā ego dico tibi, quòd dicas ei, quòd
ſanabitur, tamen Dominus oſtendit mihi, quòd mo
reretur, ideo oportet, quòd moriatur.

An Eliſęus peccauerit mentiendo, dicens, quòd rex Benadad viueret, cum tamen moriturus eſſet. Q. XX.

QVAERETVR, quomodo Eliſæus menti-
tus eſt hic, & an peccauit. Reſpondent quidā,
quòd

quòd hoc retulit Elisæus ad Hazael, scilicet, dic ei, ꝙ viuet, idest, dic ei, quòd ego dixi, viuet: & tamen ego nō intellexi de illo: quia morietur, sed de te: quia tu viues in regno: & per istum modum Elisæus excusat mendacium suum, & Hazaelis: nam ipse dixit Hazaeli, quòd moreretur Benadad, & dixit ei, quòd responderet in tertia ꝑsona dicēs, Elisæus dixit: viuet, & nō dixit, Elisæus dixit viues: & tunc Benadad putaret illud dictum in tertia persona de se intelligi, quia de nullo alio quærebatur. Et tamē ipse Hazael loquebatur pro seipso. Postea verò Hazael mutauit personam dicens: dixit mihi Eliseus: recipies sanitatem: vt patet infra. Sed iste modus loquendi nō multum conuenit: quia est cautelosus, & videtur fictus, nec est talis, quali vtuntur prophetæ. Alij dicunt, quòd Elisæus dixit hoc non iubendo Hazaeli, quòd sic diceret: sed prænunciādo, quòd sic dicturus erat. Et est sensus, quòd Elisæus prænunciauit Hazaeli moriturum esse Benadad: & tamen sciebat, quòd Hazael nollet sic respondere Benadad, ne esset malorum relator, sed quòd denunciaret ei vitam: ideo dixit: dic ei: sanaberis, idest, ego scio, quòd tu dices ei sanaberis, quanquam ego dico tibi, non sanabitur. Sed iste modus etiam non est conueniens: quia hic ponit verbum imperandi, scilicet: vade, & dic, & nō verbum indicandi, scilicet, scio, quòd dices ei, sanaberis. Aliter exponunt quidam Hebræi dicentes, quòd Elisæus præcognouerat Benadad non moriturum ex ægritudine: quia infirmitas sua non erat ad mortem, sed sciebat, quòd Hazael occideret eum, vt regnaret. Et sic dixit Elisæus: vade, & dic ei, sanaberis, idest, ex ægritudine tua non peribis: quia ipsa non est ad mortem, & tamē dixit ad Hazaelem: Dominus ostendit mihi, quòd morietur, idest, ostendit mihi, quòd tu occides eum, quanquam ipse non moriatur ex ægritudine sua. Aliter autem dicendū est secundum literam Hebraicam: quia in Hebręo dicitur. *Vade, dic ei, non viuens viues.* Idest, non viues: & secundum istum modum non oportet excusari Elisæum de mendacio: quia non mentitus est, sed solum mentitus est Hazael: quia Elisæus dixit: non viuens viues: Hazael verò dixit ad Benadad, dixit mihi: recipies sanitatem. Litera tamen nostra noluit istum sensum, sed posuit affirmatiuè. Motiuum autem est propter duo. Primò: quia ponuntur hic duo, quę videntur aduersari: ideo oportuit vnum esse negatiuum, & aliud affirmatiuum, aliàs non aduersabuntur, patet hoc: quia secundum literam Hebraicam, quæ nunc est: debet dici: dic ei, non viuens viues: porrò ostendit mihi Dominus, quia morte morietur: tunc erit vna istarum clausularum superflua: quia sufficiebat dici ei: non viues, vel dici: ostendit mihi Dominus, ꝙ morte morietur, sed posuit vtranque: ideo videtur, ꝙ prima est affirmatiua, & secunda negatiua, vt dicat: dic ei: viues, vel, sanaberis: porrò ostendit mihi Dominus, quia morte morietur. Secundum motiuum est, quia Hazael respondit regi Benadad: dixit mihi Elisæus, recipies sanitatem: & tamen non auderet hoc dicere Hazael, nisi sic respōdisset Eliseus. De litera autem Hebraica dicendum, ꝙ litera nostra variatur ab illa ꝑp æquiuocationem: quia in Hebræo ponitur hic, Lo, & ista dictio Lo, est æquiuoca secundum diuersitatem literarum, cum quib. scribitur: nam si scribatur Lo cum LameKh, & Aleph, significat non: & sic habetur nūc apud Hebreos: & ideo ipsi dicunt, non viuet: si autem scribatū cum Lamed, & Vau, significat id, quòd ei, vel sibi: & sic est sensus: dic ei: viuens viues: & sic accepit litera nostra, & sic æquiuocatio solū est in nomine illo: & poterat esse, ꝙ apud Hebręos scriberetur olim tem-

A pore Hieronymi cū Vau: ideo ipse dixit: dic ei viues. Faciliter aūt potuit mutari litera illa, Vau, in Aleph: & diceretur, non, sicut nunc habet Hebræus. Rationabilius tamen est, sicut Hieronymus dicit, ex duobus motiuis supra positis. Sed tunc manet dubium: quia Elisæus videtur mentitus. Dici posset, quòd nō mentitus est: quia fortè Deus dixit ei, ꝙ sic diceret, & hoc ꝑp bonum Hazaelis, s. quia ipse intēdebat facere eum regem, sicut dixerat Elisæus: & si dixisset Elisæus Benadad, ꝙ moriturus esset, vellet disponere de regno: & fortè nō faceret Hazaelem esse regem, sed aliquem alium: nunc verò quia nesciuit mortē suam, nō disposuit de regno: & Hazael per aliquem fauorem, quem habebat, factus est rex, sicut Deus di

B sposuerat. *Stetitque cum eo.* i. Elisæus stetit cum Hazaele. *Et turbatus est vsque ad suffusionem vultus.* Suffusio vocatur quædam dispositio subito orta, secūdum quā mutatur facies ad plorandum: nam incipientes plorare ex quadam amaritudine incipiunt habere vultus alteratos, & cum maneret Elisęus coram Hazaele incœpit suffundi, s. non potens tenere fletum. *Fleuitque vir Dei.* s. postquam passus est suffusionem cœpit flere emittendo lachrymas. In Hebręo dicitū. *Stetit cum eo, & conturbatus est vsque ad vesperum.* Et intelligunt Hebræi, ꝙ Hazael, & Elisæus māserunt simul vsq; ad vesperum: & dum maneret ibi Elisæus semper erat turbatus, & dispositus ad plorandum, & tñ conabatur continere dolorem: in vespere autē tan-

Suffusio quid.

C ta fuit turbatio, ꝙ non potuit Elisæus continere dolorem, & fleuit. Sed istud prouenit ex equiuocatione: quia in Hebræo ponitur hic quædam dictio, scilicet, Bos, quæ significat verecundiam, vel vesperum: ideo pōt dici, ꝙ Elisæus turbatus est vsque ad vesperum, vel Elisæus turbatus est vsque ad verecūdiam, idest, in tantum turbatus est, ꝙ verecundabatur manere coram Hazaele: quia verecundia erat ei plorare coram ipso: & hoc accepit litera nostra, dicēs: turbatus est vsque ad suffusionem: quia suffusio est, quādo aliquis omnino non potest cōtinere lachrymas, & erubescit, ideo inclinat tunc oculos: Debet aūt accipi hic dictio Hebraica pro verecundia, & non pro vespere ꝑp duo. Primò: quia accipiendo pro vespere

D mansisset Elisæus cū Hazaele tota die vsq; ad vesperum, & tñ non est verisimile: quia cū Hazael missus fuisset à Benadad ad quærendum de salute eius, non moraretur tota die cū Elisæo, sed illico, vt acciperet rñsum Elisæi, rediret ad Benadad. Secundò patet: qa qñ aliqua dictio est ęquiuoca, & ponitū in contextu, debet accipi significatio eius per ea, q̄ coniūcta sunt, sicut legere est ęquiuocum: & si dicatur, virgo legit flores, accipitur pro colligit: fur legit aurum, i. furatur: ita hic, cū sit, Bos, dictio Hebraica ęquiuoca ad verecūdiam, & vesperum debet accipi significatum eius per adiuncta: & tamē dicitur immediatè, & fleuit: ergo non debet accipi Bos pro vespere, sed pro verecūdia, vel suffusione, q̄ est dispositio ad plorādū.

Elisæus quare nunc plorauit. Quęstio XXI.

E QVAERETVR, quare plorauit nūc Elisęus, & an fuerūt lachrymę volūtariæ, vel ex necessitate. Rñdendum, ꝙ lachrymatus est Elisæus inuitus, quod patet: quia verecūdabatur plorare coram Hazaele, nam dr̄, ꝙ turbatus est vsque ad verecundiam, vel vsque ad suffusionem: & tñ si spontè ploraret, nō verecundaretur, cum esset in potestate sua non plorare, sed qa volebat euitare fletum, & nō poterat, verecūdabatū manere corā Hazaele. Cā aūt, quare plorauit, fuit cōpassio q̄dam ad Israelitas: nam Dñs ostēderat Elisęo quāta mala facturus esset Hazael in terra Israel, s. ciuitates munitas succenderet, & iuuenes

 interfi-

interficeret gladio, & paruulos ad parietes elideret, F
& pgnantes diuideret: vt patet infr. Et quia Elisæus
erat de terra Israel condolebat cōtribulibus suis, ꝙ
tanta mala passuri essent: ideo considerata nimia ca-
lamitate, quæ eos aliquando oppressura erat, fleuit.
Sic etiam Christus secundum humanitatem habuit
affectionem quādam specialem ad Iudæos, de quo-
rum progenie erat, & ad vrbem Ierusalē, in qua con
uersabatur, quia erat ei tanquam terra natalis, & cō
siderata nimia calamitate Iudæorum, quę super vr-
bem Ierusalem euentura erat, scilicet, quòd non re-
linqueretur lapis super lapidem, passus quandam hu
manam teneritudinem, fleuit: Luc. 19. scilicet: vi-
dens Iesus ciuitatem fleuit super illam, dicens, quia
si cognouisses, & tu. Cum ergo Christus, in quo nul G
lus affectus irregulatus erat, humanum quid passus,
fleuerit contribulium, & natalis patriæ futurā deso
lationem: non est admirandum, quòd Elisæus, qui
purus homo erat, suorum præuisas calamitates de-
planxerit. Erat tamen differentia inter Elisæum, &
Christum: quia affectus humanus vicit Elisæum, ita,
vt non posset lachrymas continere: voluisset nanq;
continere lachrymas: quia erubescebat flere coram
Hazaele: & tamen nō potuit sustinere, ideo erubuit.
Christus autem damnabatur affectibus humanis in
seipso, & si noluisset, non planxisset: sed ideo turba-
bat, & plorabat, quia volebat turbari, & plorare. Ap
paret autem ista diuersitas, quia Elisæus plorauit, &
turbatus est etiam si noluit: vt patet hic: quia dicit, H
quòd turbatus est vsque ad suffusionem, vel verecū-
diam. De Christo autem dicitur Io. 11. Quòd infre-
muit spiritu, & turbauit seipsum, quando vidit so-
rores Lazari flentes, quasi dicat, non tùrbatus est ab
alio, sed ipse voluit se turbare.

Christus quare fleuit super Ierusalē.

Elisæus quare non plorauit à principio reuelationis huius potius, quàm nunc. Quæstio XXII.

QVAERETVR vlterius, cum Elisæus præsci-
uisset iam malū, quod inflicturus erat Hazael
Hebræis, quare nouiter nunc plorabat: quia potius
debuisset plorare à principio istius reuelationis. Re-
sponderi potest, quia fortè Elisæus nunc nouiter
in præsentia Hazaelis habuit reuelationem à Deo, I
ꝙ Hazael facturus esset rex Syriæ, & faceret ista ma-
la Israelitis, ideo nunc nouiter plorauit. Aliter dici
pōt, ꝙ dato, ꝙ Elisæus cognouisset istud prius: nunc
tamē, viso Hazaele, qui ista mala inflicturus erat He
bræis, quem non viderat vsque nunc, turbatus est, &
cœpit lachrymari. Sic enim fit sæpè in nobis; si quis
enim habet hostem irascitur ei, & tamen non habet
actualiter semper iram contra ipsum: cum tamē vi
derit ipsum coram se, turbatur, & mouetur sanguis
eius prę desiderio vindictæ, eo ꝙ tunc incipit reuo-
cari ad memoriam illa hostilitas. Sic etiam fuit hic,
quia Hazael erat hostis Hebręorum, & ipso viso, tur
batus est Eliseus. Sic quoque in Christo factum est:
nam ipse ab instanti conceptionis suæ sciebat om- K
nia, quæ nunc scit: & sic sciebat semper vrbem Ie-
rusalem aliquando destruendam per Romanos: nō
tamen semper flebat pro illa, sed semel veniens de
Iericho cum inciperet videre Ierusalem, incępit fle-
re: Luc. 19. s. vidēs Iesus ciuitatem fleuit super illam.
Hoc autem fuit, quia tunc præsentata est species illa
tristitię de destructione gentis, & ciuitatis huius, quā
ipse diligebat: & prius non præsentabat sibi talē spe-
ciem, ideo tunc cœpit flere. *Cui Hazael ait: quare Domi-
nus meus flet?* Miratus est Hazael, ꝙ fleret Elisæus. Pri-
mo quia indecens est viro flere: Eliseus tamen erat
vir venerādus nimis: ideo ipse nullo modo flere de-
beret. Secundò: quia fletus causatur ex impotentia

Quare Christus à principio suæ natiuitatis nō fleuit super Ierusalē.

F vindictæ: nam fletus procedit ex ira calida, quando-
cunque nō pōt quis vindictam exercere in eum, in
quem cupit: si verò pōt, non flet. Non videbat tamē
Hazael, ꝙ aliquis posset facere iniuriam Elisæo, quē
ipse vindicare non posset, ideo mirabatur, ꝙ fleret.
At ille respondit, quia scio, quæ facturus sis filijs Israel mala.
Idest, ego fleo compatiens genti meæ, quia ego scio
omnia mala, quę tu facturus es filijs Israel, & ego do
leo propter eos, quia contribules mei sunt. *Ciuitates*
eorum munitas igne succendes. Fuit Hazael rex Syriæ, &
habuit bella magna cum Israelitis, & ciuitates eorū
succendebat igne, & capiebat multas earū, & appli-
cabat regno Syrię. *Et iuuenes eorum interficies gladio.* s. for
tissimos bellatores. Isti enim, qui erant in ætate iuue
G nili procedebant ad bellū contra Syriam, & occide-
bantur ab exercitu Hazaelis. *Et paruulos eorum eli-
des*. Ista erat magna crudelitas, quam exercebat Ha-
zael in Israelitas: nam nō solum viros bellatores oc-
cidebat, sed etiam quando capiebat vrbes elidebat
paruulos ad parietem frangens illos, & dilacerās, ne
possent crescere, & facere bellum contra Syriam.
Et prægnantes diuides, ista erat maior crudelitas, quia simul
duos occidebat Hazael, s. mulierem prægnantem, cuius
ventrem rumpebat, & fętum, qui erat in vtero. & re
putabatur ista crudelitas nimia, eo ꝙ erat contra il-
los, qui nondum exierant in lucem: nam nō solum
persequebatur iste homines viuentes, sed etiam eos,
qui nondum videbantur cœpisse viuere. Erat etiam
H magna crudelitas, quia erat contra mulieres occidē
do eas: rarò tamen aliquis hostium mulierem aliquā
occidit. *Dixitque Hazael: quid enim sum seruus tuus canis,*
vt faciam rem istam magnam? Voluit innuere Hazael, ꝙ
hoc non erat verisimile, ideo ꝙ non deberet pro eo
affligi Elisæus. Et ad hoc dixit: quid enim sum seru⁹
tuus? q. d. ego non sum tantæ potestatis, vt istud fa-
cere possim cōtra Israel, quia istud nō potest facere:
nisi rex: & tamen ego sum canis, i. abiectus, sicut ca-
nis, s. parui status, de quo non est verisimile, ꝙ aliqñ
do facere possim istud, quod dicis. *Et ait Elisæus: osten-*
dit mihi Dominus te regem Syriæ fore. Rectè responderat
Elisæo Hazael: quia istud non poterat facere, nisi ali-
quis magnus vir, sicut rex, quod non sperabatur de
I eo, ideo dixit, quòd non erat verisimile, ꝙ facere pos
set: ostendit autem Elisæus, ꝙ esset verisimile, dicēs:
ostendit mihi Dominus te regē Syriæ fore, idest, hoc
mihi reuelatum est, ideo facere poteris.

Fletus vñ causatur, & quare sepius fit in fęminis, q̃ in viris.

Crudelitas Hazaelis contra paruulos Iudæorū, & mulieres.

Hazael quo modo multa mala intulit Israelitis. Q. XXIII.

QVAERETVR, qūo Hazàel fecit ista, quæ
dicuntur hic. Respondendum, ꝙ nūc mortuo
Benadad factus est rex Hazael, & ipse habuit bella
multa contra regem Israel: nam ipse pugnauit con-
tra Ioram, qui nunc regnabat in Israel, vt patet infr.
in litera, & fuit ibi bellū in Ramoth Galaad. Habuit
etiam bellum Hazael contra regem Iudæ: nam dire
xit aciem suam, vt ascenderet contra Ierusalem, &
K tunc Ioas rex Iudę misit omne aurum, & argētum,
quod erat in domo Domini, & in domo regis, vt re-
cederet ab ipso, inf. 12. pugnauit quoque cōtra Ioa-
chaz regem Israel, & tempore eius afflictus est Israel
per Hazaelem plus, quàm afflictus fuerit tēpore ali
cuius alterius regis: Nam dicitur inf. 13. Iratus est fu
ror Domini cōtra Israel, & tradidit eos in manu Ha
zael regis Syriæ, & in manu Benadad filij Hazael cū
ctis diebus: etiam afflictus fuit Ioathas per Hazaelē
plusquam alij reges, qui præcesserant, eū afflicti fuis
sent per aliquas gentes. Vnde dicit: & non derelicti
sunt Ioathas de populo, nisi quinquaginta eqtes, &
decē currus, & decem millia peditum: interfecerat
enim eos rex Syriæ, & redegerat quasi puluerem in
tritura

tritura areæ, infra 13. nullus tamen rex ad tantam paupertatem, & paucitatem gentis deuenit: & omnia ista facta sunt tempore Elisæi: nã post hæc mortuus est: vt patet ibidem, & quanquam Hazael opprimeret totam terram Israel, nullam tamen terram tantum vastauit sicut terram Galaad, quæ erat pars terræ Israel coniuncta Syriæ: ideo dicitur triturasse illam, idest, omnino destruxisse, & redegisse in puluerem: vt patet Amos 1. Super tribus sceleribus Damasci, & super quarto non conuertam eum, eo quòd triturauerunt in plaustris ferreis Galaad.

Vnde prouenit, quòd tantum malum per Hazaelem infligeretur Israelitis, & quòd vngeretur in regem, cum non esset de semine regum Syriæ, Quæst. XXIIII.

QVAERETVR vlterius, vnde prouenit tantum malum Israelitis, quòd Hazael, qui nõ erat de semine regio sublimaretur in regem Syriæ, & tanta mala inferret Israelitis. Respondendum, ꝙ fuit istud per voluntatem Dei ad puniendum Israelitas pro peccatis suis: nam diuerterant Israelitæ nimis ad idola, & prouocabant Deum ad iram, ideo ipse mittebat hostes ferocissimos contra eos. Nam tempore Ioachaz regis Israel, quando maximè Israelitæ oppressi sunt, vacabant omni immundiciæ idolorum, infr. 13. Et non cessauit plaga Dei desuper Israel quousque Ioachaz præ amaritudine conuersus est ad Dominum, vt patet ibidem, scilicet: Deprecatus est autem Ioachaz faciem Domini, & audiuit eum Dominus: vidit enim angustiam Israel, qua attriuerat eos rex Syriæ, & dedit Dominus Israeli saluatorẽ, & liberatus est de manu regis Syriæ. Sciendum autem, quòd non solum Deus permisit Israelitas affligi per Hazaelem regem Syrię, sed etiã ipse Deus instituit eum in regem, cum non esset de semine regio, vt affligeret Israelitas, & esset executor suus contra illos: nam sicut instituit Iehu in regem, qui non erat de semine regio ad hoc, quòd deleret domum Achab propter peccata multa, sequẽti cap. ita instituit Hazaelem in regem Syriæ ad persequendum generaliter omnes Israelitas idolatras. Sic enim Deus denunciauit Eliæ de vtroque dicens: Et erit quicũnque fugerit gladium Hazael, occidet eum Iehu, & qui fugerit gladium Iehu interficiet cũ Elisæus: præcedenti libro, cap. 19. Sciendum etiam, quòd Elisæus prænunciauit Hazaeli, quòd futurus esset rex, & tamen ipse dolebat nimis de hoc: nã plorabat quando denunciabat ei, nec tamen peccabat in hoc Elisæus: quia nõ dolebat de ordinatione Dei, s. ꝙ Deus illũ vellet instituere in regem, sed de malis, quæ inflicturus erat Israelitis contribulibus suis.

An peccauerit rex Hazael elidendo paruulos, diuidendo prægnantes, & occidendo iuuenes, & an foueret bellum iustum. Quæstio XXV.

QVAERETVR vlterius, an peccauit Hazael faciendo ista, quę habentur hic, scilicet, elidendo paruulos, & diuidendo prægnantes, & occidendo iuuenes. Respondendum, quòd aut habebat Hazael bellum iustum contra Israel, aut non, si non, peccabat faciendo ista: & non solum ista, sed quæcũque damna parua. Si autem haberet bellum iustum adhuc nõ licebat ei tantam crudelitatem exercere. An tamẽ foueret bellum iustum dubitabitur. Et aliquis dicet, quòd fouebat bellum iustum: quia Deus adiuuabat eum contra Israelitas: & tamen si ipse foueret bellum iniustum, non adiuuaret eum. Dicendũ, quòd hoc nõ stat: quia benè poterat fouere bel-

A lum iniustum, & quòd Deus adiuuaret ipsum, scilicet, quia licet causa, pro qua pugnaret contra Israel esset iniusta, tamen Israelitæ merebantur multa mala, quia erant idolatræ, & Deus volebat nunc confortare regem Syriæ contra eos in pęnam ipsorum, & tamen ipse non haberet iustam causam pugnandi, & peccaret: sic enim patet de Senacherib, quem Deus confortauit contra viros Iuda propter peccata eorum: & tamen ipse peccabat pugnando contra illos, & putabat se non adiuuari à Deo, sed viribus suis ista agere, & hoc reputabatur sibi ad peccatum: quia propter istud incitabatur ad maiorẽ crudelitatem: sic patet Isa. 10. scilicet: Væ assur virga furoris mei in manu eorum indignatio mea: ipse au-

B tem non sic arbitrabitur, & cor eius non ita æstimabit, sed ad conterendum erit cor eius, & ad internitionem gentium non paucarum. ita fuit de Hazaele, qui putans se ex potestate sua agere, nimis efferatus est contra Israel in tantum, vt prægnantes diuideret, & paruulos ad petram, & parietes elideret: sed ista erat magna crudelitas, qualis etiam non decebat hostem, ideo etiam si foueret causam iustam pugnãdi, peccaret exercendo tantam crudelitatem. Sic patet Amos, cap. 1. super tribus sceleribus Damasci, & super quarto non conuertam eum, quia triturauerunt in plaustris ferreis Galaad, & istud intelligitur de persecutione Hazaelis facta in Israel. Nam sic dicitur infra 13. Nõ derelicti sunt Ioathas de populo,

C nisi quinquaginta equites, & decem currus, & decẽ millia peditum: interfecerat enim eos rex Syriæ, & redigerat quasi puluerem in tritura areæ. Item patet Amos 1. in eodem loco, scilicet: & mittam ignẽ in domum Hazael, & deuorabit domum Benadad: & sic ponitur in pœnam, quòd mitteretur ignis in domum Hazael: quia triturauit Galaad in plaustris ferreis: ergo peccatum erat, ꝙ faceret ista, quę hic dicuntur: quia aliàs non inferretur pro eis pœna. Sed obijcietur, quòd non peccauerit. Primò: quia Deus dixit Hazaeli, ꝙ ista facturus esset: nam non solum Deus præordinauerat, quòd Israelitæ ista paterentur per Hazaelem, sed etiam prædixit Hazaeli, quòd faceret illa, vt patet hic. Secundò patet, quia Israelitæ

D merebantur pati ista propter peccata sua, ideo non faciebat iniustè inferendo eis ista. Respõdendum, ꝙ peccauit, sicut supra dictũ est. Prima ratio non stat: nam quòd Deus pręcognouerit aliquid, vel præordinauerit non excusat faciẽtem: quia tunc cũ Deus præcognoscat omnia mala ex eo, ꝙ intelligere suũ æternum est, omnes facientes mala excusarentur: & tamen absurdum est: sic enim dicitur de Christo Actuũ 2. ꝙ præscientia Dei traditus est morti per manus Iudæorum, & tamen certum est, ꝙ peccauerunt Iudæi occidẽdo ipsum: & quando dr̃, ꝙ non solum Deus hoc præordinauit, sed etiam prædixit: vt patet hic: ergo non peccauit Hazael. Dicendum, ꝙ ista

Prænũciatio, seu p̃ordinatio Dei nõ excusat à peccato faciẽtem.

E prænunciatio non excusat eum: quia non fuit ei iussum ex parte Dei, ꝙ ista faceret: nã sic excusaretur, sed solum fuit pręnunciatum, pręnunciatio autem non est præceptum ad aliquid agendum: nam tunc cum denunciatum esset per Danielem de Iudęis, ꝙ occisuri essent Christum: vt patet Dan. 9. Non peccassent Iudæi occidendo eum: & tñ falsum est, quia peccauerunt: nam Christus dixit Pilato: qui aũt me tradidit tibi maius peccatum habet, & intelligebat hoc de Iudæis: Ioã. 19. Sic ergo nõ excusaret Hazael ex ista p̃nunciatione. Item dato, ꝙ p̃nunciatum esset ei istud, ipse non faciebat ad hanc intentionem, ad ꝗ Deus prænuncians volebat, nam Deus tradebat Israelitas in manu Hazael propter idolatriam, inf. 13. Ipse tamen non occidebat eos ex hac causa, cum ip-

ſe etiam idolatra eſſet, ſed occidebat illos ad occupandam terram eorum, vt magis dominaretur. Ad ſecundum dicendum, quòd quanquam Iſraelitæ mererentur iſta mala, quæ infligebat eis Hazael: tamen peccabat Hazael infligendo. Primò, quia nō inferebat ex ea cauſa, qua illi merebantur: quia illi merebātur propter idolatriam, & ipſe inferebat eis propter aliam cauſam ſecundā, quam ipſi nihil merebantur: ideo ita peccabat, ac ſi inferret iſta mala hominibus totaliter innocentibus: vtpote, ſi quis occiderit hominem, & iudex occidat illum nō pro homicidio, quod fortè ignorat, ſed pro adulterio, & iſte non adulteratus eſt, iudex ille peccat, velut ſi occideret innocentem: quia innocens eſt in eo, pro quo occiditur. Secundò non ſtat, quia dato, quòd Hazael vellet occidere Iſraelitas pro illa cauſa, qua Deus volebat eos occidi, ſcilicet, pro idolatria: adhuc peccaret: quia ad hoc, quòd aliquis occidat alium, non ſolum requiritur iuſta cauſa, ſed etiam iuſtus animus, & legitima poteſtas: qui autem poteſtatem non habet, dato quòd habeat iuſtum animum, & iuſtam cauſam, nō poteſt licitè occidere: ſicut patet de illo, qui dixit Chriſto: Magiſter, dic fratri meo, vt diuidat mecum hæreditatem: & Chriſtus dixit: Homo, quis me conſtituit iudicem, aut diuiſorem ſuper vos? Luc. duodecimo, & ſic videtur, quòd requirebatur iuriſdictio ad hoc, quòd illud iuſtè faceret. Hazael tamen non habebat iuriſdictionem aliquam ſuper Iſraelitas ad puniendum eos pro peccato: ideo dato, quòd occideret eos pro idolatria, ſicut Deus volebat, peccaret, niſi Deus committeret ei ſpecialiter faciendo eum executorem ſuum: ſed hoc non fuit. *Qui cum receſſiſſet ab Eliſæo venit ad Dominum ſuum.* Scilicet, poſtquam reſpondit ſibi Eliſæus de morte Benadad, & dixit de regno ſuo futuro, receſſit ab eo, & venit ad Dominum ſuum Benadad, vt reſponderet ei. *Qui ait: quid tibi dixit Eliſæus.* Solicitus erat Benadad pro reſponſione Eliſæi: quia ſciebat, quòd ille verum reſponderet. *At ille reſpondit; dixit mihi: recipies ſanitatem.* Ideſt, reſpondit hoc Hazael: quia ſic iuſſerat ſibi Eliſæus, ſcilicet, vade, dic ei; ſanaberis, quanquam moriturus eſſet. Secundum literam Hebraicam, quæ habet: non viues, deberemus dicere, quòd Eliſæus dixit Hazaeli, quòd non viueret Benadad, & tamen ipſe Hazael mutauit verbum, vt non contriſtaret Benadad, & dixit: recipies ſanitatem: ſed ſecundum veritatem Eliſæus iuſſerat ſibi dicere, quòd Benadad ſanaretur, vt ſupra declaratum eſt. *Cunque veniſſet dies altera, tulit ſtragulum, & infudit aqua.* Stragalum dicitur veſtis, quæ ſubſternitur, vel ſuper extenditur: dicitur enim ſtragulum à ſternendo, quia ſternitur, ideo ſubijcitur, vt ſedeamus ſuper illud, vel ſuperextēditur ad hoc, quòd operiamur, & tulit Hazael ſtragulum, ideſt, ſindonem, vel aliam veſtem, & illam aqua infudit, ideſt, miſit in aquam ad hoc, quòd perfnnderetur aqua. *Et exoandit ſuper faciem eius.* Scilicet, illam ſindonem extendit ſuper vultum Benadad aqua perfuſam. *Quo mortuo regnauit Hazael pro eo.* Scilicet, in ipſa die mortuus eſt, qua expanſum eſt ſtragulum ſuper faciem eius, & tunc regnauit Hazael. Nam Benadad putans ſe non moriturum iuxta verbum Eliſæi relatum ab Hazaele non curauit diſponere de ſucceſſore in regnum: & ideo Hazael quanquam nō eſſet de ſemine regio, quia habebat aliquos fauentes ſibi, factus eſt rex. Præcipuè quia Deus incitabat corda Syrorum, vt eum facerent regem, quia ipſe diſpoſuerat de eo, vt eſſet executor ſuus contra Iſraelitas idolatrantes: præcedenti cap. decimonono, & etiam hic.

Stragulū quid.

Benadad ab Hazaele interficitur.

Quō Hazael fact⁹ eſt rex cū non eſſet de ſemine regio.

F *Quare Hazael infudit ſtragulum aqua, & extendit ſuper faciem Benadad.* *Quæſtio XXVI.*

QVAERETVR, quare Hazael infudit ſtragulum aqua, & extēdit ſuper faciem Benadad. Reſpondendum, quòd de hoc dubium eſt: nam quidam volunt, quòd Benadad extendit iſtud ſtragulum ſuper vultum ſuum: & hoc tenent Hebræi, & motiuum eſt: quia litera Hebraica non declarat, an iſtud ſtragulum extenderit Hazael, vel Benadad. Videtur tamen dicendum, quòd extenderit ſtragulum Hazael: nam Benadad erat ægrotans: non poſſet igitur extendere ſuper vultum ſuum ſtragulum. Etiam, quia dato, quòd poſſet ſtragulum ſuper ſe G extendere, tamen non poſſet illud infundere aqua, quia ad hoc oportebat, quòd ſurgeret de lecto, ſed hoc non poterat: quia tenebatur iam extrema ægritudine: ideo Hazael infudit illud aqua: ille tamen, qui infudit illud aqua, extendit ipſum ſuper faciem Benadad: quia litera refertur ad eundem, ſcilicet, tulit ſtragulum, & infudit aqua, & extendit ſuper faciem eius: & tamen Benadad non infudit ſtragulum aqua: ergo nec ipſe extendit illud ſuper ſe, ſed Hazael extendit: tunc ſtat dubium ad quid extenderit. Aliqui dicunt, quòd fecit hoc petente Benadad, ſcilicet, quia ardebat nimis, & ad refrigerādum fecit ſuper ſe extendi panum perfuſum aqua. Alij dicunt, quòd Benadad mortuus eſt die ſequenti, & H poſt mortem eius infudit Hazael ſuper vultum eius ſtragulum perfuſum aqua, & hoc faciebat ad exhibendum officium funeris, ſcilicet, quòd lauit corpus eius, ſicut fieri ſolet in mortuis, & operuit vultum eius linteamine perfuſo aqua; quia ſic etiam cadauera ſindonibus obuoluuntur ad ſepeliendum: nam etiam ſic de Chriſto factum eſt, Matthæ. 27. & Mar. 15. Alij autem dicunt, quòd Hazael voluit occidere Benadad, & poſuit ſtragulum perfuſum aqua ſuper vultum eius, vt moreretur. Sic enim dicit Ioſephus nono antiquit. quòd Hazael altero die infuſo laqueo ſtrangulauit Benadad. Alij autem dicunt, quòd Hazael poſuit veſtem madefactam ſuper faciem Benadad, ſimulans refrigerationem, ſed ſtatim I effudit aquam ſuper os eius, donec ſuffocaret eum. Dicendum autem quidquid ſit, quòd Hazael voluit occidere Benadad, & occidit ipſum, poſito ſtragulo ſuper faciem eius: & iſtud eſt veriſimilius, quàm præcedentia propter duo. Primò, quia denunciauit Eliſæus Hazaeli, quòd moriturus eſſet Benadad, & ipſe regnaret. Iſtud autem erat ſupra ſpem ſuam: ideo præ deſiderio regnandi, non potuit ſuſtinere, quòd moreretur per ſe Benadad, ſed ipſe occidit eum. Et hoc colligitur ex litera, quia dicitur: cunque veniſſet dies altera, quaſi dicat, quia in die prima non mortuus fuerat Benadad per ſeipſum, Hazael impatiens more ſequenti die eum occidit. Secundo patet, quia ſcriptura nihil omnino ponit ſuperfluum, cū ſit ordinata K per prophetas, qui loquebantur moti à ſpiritu ſancto, & tamen ſi nō intelligatur, ꝙ iſtud ſtragulum fuit aliquid ad occidendum Benadad, poneretur ſuperfluè: nam, ꝙ Benadad extenderet ſuper faciem ſuam ſtragulum perfuſum aqua ad refrigerationem, vel quòd illud ſuperfunderet Azael ſi nihil inde ſequeretur, non erat ad propoſitum, quia tunc eodem modo diceretur de oībus accidentib. morbi Benadad. Etiam ſi acciperetur hic extenſio ſtraguli tāquam officiū funeris, ſuperfluum eſſet: quia tunc eodē modo diceretur de honore funeris Benadad, quòd fieret modo regali. Oportet ergo, ꝙ iſta extenſio ſtraguli pertineret ad ea, quę dicuntur hic: & tamen hic dicitur, quòd ſequenti die mortuus eſt Benadad,

Benadad, & præponitur de stragulo extenso super faciem eius: ergo vr, φ illud stragulum fuit ad occidendum Benadad. Modus autem fuit, quia Hazæl impatiẽs more, vt citò regnaret voluit occidere Benadad: quia tamen si occideret eum manifestè nolent eum Syri accipere in regem, voluit occidere taliter, vt non appareret in eo aliquod signum mortis violentę: & ad hoc accepit quãdam vestem, quæ generali nomine vocatur stragulum, & perfudit eam aqua, vt esset ponderosior, & extendit eã super vultum Benadad, vt tam propter pōdus, quàm propter humiditatem cohæret vultui eius, & non permitteret ipsum respirare, & cùm esset Benadad æger valde non potuit stragulum illum amouere de vultu, & mortuus est. *Anno quinto*. Hic ponitur secundum principale huius c. in quo scriptura redit ad historię continuationem, & continuatur de regno Iuda, & diuiditur in duo: quia primò agitur de regno Ioram regis Iudæ, secundo de regno Ochoziæ ibi. *Et regnauit Ochozias*. Circa primum dicitur. *Anno quinto Ioram filij Achab regis Israel regnauit Ioram filius Iosaphat regis Iudæ*. Ioram est hic nomen duorum regũ, s. regis Israel, & regis Iuda, & ambo regnauerũt simul: nam vnus Ioram erat filius Achab regis Israel, alius erat filius Iosaphat regis Iudæ. Et Ioram filius Achab cœpit prius regnare in Israel, quàm alius Iorã in Iuda: vnde dicitur, quòd anno quinto Ioram regis Israel cœpit regnare Ioram filius Iosaphat in Iuda: in Hebręo dicitur. *Anno quinto Ioram filij Achab regis Israel, & Iosaphat*. Referunt Hebræi hoc ad quintum annum, s. quòd erat annus quintus Iorã regis Israel, & annus quintus Iosaphat regis Iudæ simul, quando cœpit regnare Ioram rex Iuda, & tamen hoc falsum est: sed hoc postea declarabitur in quæstione sequenti. *Triginta duorum annorum erat cum regnare cępisset*. Iosaphat pater suus vixerat magno tempore, scilicet sexaginta annis: ideo iste quando cępit regnare, erat iam triginta duorum annorũ: potissimè quia ipse erat primogenitus inter filios Iosaphat, vt patet 2. Paral. 21. *Et octo annis in Ierusalem*. Pauco tempore regnauit, qa fuit vir malus, & occidit eum Dominus: nam ipse mox, vt regnauit, occidit oẽs fratres suos, & quosdã principes Iuda: ideo postea hostes occiderunt omnes filios eius, præter minimum eorum: & ipse incidit in morbum pessimum, & quotidie egerebat partem viscerum suorum quousque longa tabe defunctus est: & populus noluit ei facere funera regia propter malitiam suam nec sepeliuit eum in sepulchris regum: vt patet secundo Paralipo. 21. & dicitur regnasse in Ierusalem: quia ibi erat metropolis regni Iuda, sicut Samaria erat metropolis regni Israel.

Quomodo dicitur in Hebręo, quòd anno quinto regis Iosaphat cępit regnare Ioram filius Iosaphat cum expressè repugnet literæ. *Quæstio XXVII.*

QVAERETVR, quomodo dicitur in Hebræo, quòd anno quinto regis Iosaphat cępit regnare Ioram filius Iosaphat. Nam hoc non videtur possibile, quia tunc non regnasset Iosaphat nisi annis quinque, & in quinto anno moreretur, & succederet ei filius suus Ioram: & tamen falsum est: qa Iosaphat regnauit annis vigintiquinque: præcedenti libro, cap. vltimo. Respondent Hebræi, quòd dicitur regnasse Ioram anno quinto Iosaphat: quia computantur anni Iosaphat non à principio quando regnare cœpit, sed postea quando merebatũ mortem, & Deus noluit ei eam dare, scilicet quando iuit ad bellum cum Achab rege Israel in Ramoth Galaad: nam tunc fuit in periculo mortis circundanti-

A bus eum omnibus Syris, & putantibus esse regem Israel: præcedenti libro, cap. vltimo, & tunc occisus fuisset, nisi quia Deus voluit liberare eum à morte propter quædam bona opera: vt patet secundo Paralip. 19. Cùm occurrit ei Iehu filius Hanan propheta dicens: impio præbes auxilium, & his, qui oderũt Dominum, amicitia iungeris, idcirco iram quidem Domini merebaris, sed bona opera inuenta sunt in te. & sic ex eo tempore dicitur renouatum regnum Iosaphat tanquam tunc inciperet regnare, & viuere, & ab ipso tempore cõmutant quintum annum regni Iosaphat vsque ad diem, quo cępit regnare filius eius Ioram. Sed istud non stat, quia à bello, quod fuit in Ramoth Galaad vsq; ad mortem Iosaphat,
B quando cępit regnare Ioram fuerunt plures, quàm quinque anni: quia Ochozias filius Achab cœpit regnare immediatè post bellum Ramoth Galaad, in quo occisus est pater suus Achab, & tamen ipse cœpit regnare in principio anni decimiseptimi Iosaphat: præcedenti libro, cap. vlt. & tamen Iosaphat regnauit vigintiquinque annis, eod. cap. ergo manebant de regno Iosaphat nouem anni, & sic nō regnaret Ioram anno quinto Iosaphat, sed anno decimo, vel anno nono finito. Alijs autẽ dicunt aliter, qđ cõputat regnum Iosaphat ab eo tpe, quo cępit regnare postq̃ regnauit Ioram rex Israel: nã Iosaphat iuit cum Ioram contra regem Moab, s. 3. c. & tunc dñt, qđ mortem meruit, quia prębuit auxiliũ impio: &
C tamen Deus non occidit eũ, quia inuenta sunt bona in eo, sicut supra dicebatur. Et ob hoc regnum suum renouatum est, & cœpit ab ipso tempore: & tamen tunc inceperat regnare Ioram, vt declaratũ est supra tertio. Ergo annus quintus Ioram esset annus quintus Iosaphat: erat tamen nunc quintus annus Ioram: vt patet in litera: ergo etiam esset quintus annus Iosaphat. Sed dicendum, quòd non stat. Primò, quia præsupponunt falsum, scilicet, quòd Iosaphat peccauerit adiuuando Ioram regem Israel contra regem Moab: quia supra 3. probatum est, quòd non peccauerat. Potissimè quia Elisæus respōdit ad quæstionem factam ad Ioram propter Iosaphat dicens, viuit Dominus, quòd si nō vultum Io-
D saphat regis Iudæ erubescerem non attẽdissem quidem te, nec respexissem, supr. 3. & sic honorauit ibi Elisæus Iosaphat: si tamen peccaret eundo in bellũ cum Iorã, non honorasset eum, quia eodem modo noluit honorare regem Ioram, quia peccator erat, vt patet ibidem. Secundò non stat, quia dato, quòd cœpisset ex tunc regnum Iosaphat: tamen non esset nunc annus quintus eius: quia tunc erat annus decimusoctauus eius, computando à principio regni sui, supra 3. & tamen regnauit Iosaphat in vniuerso annis vigintiquinque: præcedenti libro, cap. vltimo: & secundo Paralipo. vigesimo: ergo manebant adhuc septimi anni vsque ad mortem suam, quando succederet ei filius suus Ioram, & sic nō regnaret Iorã anno quinto Iosaphat, sed anno octauo, vel anno septimo completo. Dicendum igitur,
E quòd non est aliquo modo verum, quòd Ioram filius Iosaphat cœperit regnare anno quinto regni Iosaphat: ideo litera nostra nihil tale ponit, sed solum, quòd anno quinto Ioram regis Israel cœpit regnare Ioram filius Iosaphat. Cum verò dicitur in Hebræo, anno quinto Ioram filij Achab regis Israel, & Iosaphat regnauit Ioram, dici potest, quòd Iosaphat ponitur in Hebræo ex superabundantia, quia aliquando ex conditione idiomatis ponuntur multæ dictiones superfluæ in Hebræo, & repetitur eadem dictio, & sic est hic. Vel dicendum, quòd intelligitur, quòd anno quinto Ioram regis Is-

rael,& Iosaphat cœpit regnare Ioram rex Iudæ, id-
est,dum esset annus quintus Ioram regis Israel,& dū
regnaret Iosaphat in Iuda, licet nō esset annus quin
tus eius, sed vicesimusquintus cępit regnare Ioram.
Vel potest dici, & Iosaphat, idest Ioram filius Iosa-
phat cœpit regnare, & sic debet exponi per supple-
mentum:& in isto vltimo modo, vel in primo acce-
pit litera nostra, quæ nihil curauit de illa additio-
ne Iosaphat.

Quis primo regnauit, an Ioram rex Israel, an Ioram rex Iuda. Quęstio XXVIII.

QVAERETVR vlterius, quō potest stare,ꝙ Io-
rā rex Iudę cęperit regnare anno quinto Io-
ram regis Israel:nam potius videtur è contrario,ꝗa
prius regnauit Ioram rex Iuda, quàm Ioram rex Is-
rael,quod patet,quia sup.1.c.dr̄,ꝙ Iorā filius Achab
cœpit regnare anno secūdo Ioram filij Iosaphat re-
gis Iudæ. Respondendū est,ꝙ Ioram regnauit dupli
citer,quodā tempore regnauit simul cum patre suo
Iosaphat, & alio tempore regnauit solus post mor-
tem patris sui: primum fuit quādo Iosaphat voluit
ire ad bellum cum Achab contra Syriam, quia tūc
reliquit Ioram filium suum primogenitum rectorē
regni,& ex eo tempore fecit eum regem, imponen
do sibi diadema regni: & isto modo regnauit Ioram
simul cum patre suo nouem annis:quia à morte A-
chab in Ramoth Galaad vsq, ad mortem Iosaphat
fuerūt anni nouē. Nam Iosaphat regnauit annis vi-
gintiquinque,vt patet præced.lib.c.vlt.& 2.Paralip.
22.Et tamen quando iuit ad bellum in Ramoth Ga
laad solū regnauerat annis sexdecim, & incipiebat
annis decem,& septem, ergo manebāt nouem anni
vsque ad mortem suam:& istis nouem annis regna-
uit Ioram simul cum Iosaphat patre suo. Aliud tem
pus regnandi fuit,quo regnauit Iorā solus post mor
tē Iosaphat patris sui: accipiendo primo modo dicē
dum:ꝙ prius cœpit regnare Iorā rex Iuda,quàm Io
ram rex Israel,& hoc per duos annos:quia Iorā cœ-
pit regnare immediatè, vt mortuus est Achab: im-
mo aliquāto tēpore antequam moreretur, s. qñ Io-
saphat pater suus iuit ad bellū cū Achab rege Israel,
vt supra declaratum est,& post mortem Achab cœ-
pit regnare Ochozias filius eius:præced.libr.cap.vlt.
& ille regnauit duobus annis: vt patet ibidē, & post
ipsum regnauit Iorā frater eius, sup.1.c. Ideo opor-
tet,ꝙ per duos annos, quibus regnauit Ochozias cę
perit regnare Ioram rex Iuda ante Ioram regem Is-
rael: & de hoc intelligitur, quod habetur supr.1.&
allegabatur in contrarium: Ista autem litera intelli-
gitur de regno Ioram regis Iudæ,ꝙ habuit morien-
te patre suo Iosaphat: ideo non repugnant.

Ioram rex Iuda quomodo cępit regnare anno quinto Ioram regis Israel. Quæstio XXIX.

QVAERETVR vlterius,quomodo pōt stare,
ꝙ Iorā rex Iuda cœperit regnare anno quin-
to Ioram regis Israel accipiendo de regno, quod ha
buit post mortem patris sui: nam videt,ꝙ ad minus
cœperit regnare anno septimo eius,quod patet: ꝗa
sup.3.c.dicitur, quod anno decimooctauo regni Io
saphat regnauit Ioram rex Israel, & tamē Iosaphat
regnauit annis vigintiquinque, vt patet præced.lib.
cap. vltimo: ergo manent septem anni ad minus de
regno eius vsque ad mortem suam, & istis septē an-
nis regnauit Ioram rex Israel viuēte Iosaphat: ideo
necesse est,quòd Ioram filius Iosaphat,qui cœpit re
gnare post mortē eius regnauerit in principio anni
F octaui, vel in fine anni septimi Iorā regis Israel. Rñ-
det ad hoc Nicolaus, ꝙ Ioram frater Ochoziæ re- Respōsio Nico. refellitur.
xit regnum, dū Ochozias erat in ægritudine, & du-
rauit illud duobus annis:postea vero mortuo Ocho
zia regnauit pro se Iorā rex Israel:& dicit,ꝙ isti duo
anni, quibus gubernauit regnum viuente Ochozia
fratre suo aliquando computantur de regno eius,&
aliquando de regno Ochozię:& sic fit varietas.& qñ
dicitur supra 3. ꝙ cœpit regnare Ioram anno deci-
mooctauo regis Iosaphat,dñt ꝙ intelligitur compu
tando duos annos, quibus regnauit cum fratre suo
Ochozia:& sic sunt simul septem anni, & finiuntur
in morte Iosaphat: subtrahendo ergo duos annos,
quibus regnauit Ioram cum Ochozia, manebūt so
G lum quinque anni regni Ioram vsq; ad mortem Io-
saphat,& sic dicit intelligi istam literam:ita,ꝙ si acci
peretur idem principium regni Ioram hic, & sup.3.
nō diceretur hic anno quinto,sed anno septimo Io-
ram: Idem tenet Historia scholastica: Dicendum ta
mē,ꝙ non potest stare, quia necesse est,quod Ioram
cęperit regnare plusꝗ̄ quinque annis ante mortē Io
saphat, & non valet aliquid ista æquiuocatio: quod
patet,quia sup.1. dr̄, ꝙ Ioram filius Achab successit
fratri suo Ochoziæ, eo ꝙ ille nō haberet filios, & sic
apparet, ꝙ loquit̄ ibi de regno Ioram, quod habuit
post mortem Ochoziæ: & tamen dicitur ibi,ꝙ cœ-
pit regnare anno secundo Ioram filij Iosaphat:con-
stat tamen, quòd Ioram filius Iosaphat regnauit cū
H patre suo annis nouem, vt præcedenti.q.declaratū
est:ergo necesse est, quòd post mortem Ochoziæ re-
gnauerit Ioram solus septē annis ante mortem Io- Rñsio Histo. scholast. reijcitur.
saphat, & sic semper manet argumentum. Historia
scholastica aliter soluit dicens,ꝙ Ochozias regnaue
rit vsque ad annum secundum Ioram regis Iuda,ita
quòd regnauerit quasi vndecim annis:& tamē duo-
bus eorū primis regnauit sanus, & solus: postea au-
tem regnauit frater eius Ioram cum eo,quia ipse in-
cidit in ęgritudinem, & regnauit toto tempore Io-
saphat vsque ad annum secundum Ioram regis Iu-
da, & tunc mortuus est Ochozias:& tunc cœpit re-
gnare Iorā frater Ochoziæ solus,& sic cœpit regna-
re anno secundo Ioram regis Iuda:Isto modo expo-
I nit literam, quæ habet̄ sup.1. vbi dr̄,ꝙ post mortem
Ochoziæ regnauit Iorā frater eius pro eo anno se-
cundo Ioram regis Iuda, & sic poterat colorari ali-
qualiter litera illa. Et tamen tūc nullo modo potest
respondere ad illam literam, quæ dicit, quòd anno
quinto Ioram regis Israel cœpit regnare Ioram rex
Iuda. Dicit tamen, ꝙ intelligendum est istud de tem
pore illo,quo cœpit administrare Iorā frater Ocho-
ziæ regnum pro fratre suo. Sed etiam non stat, quia
tūc solum essent septem anni inter principium ad-
ministrationis regni Israel, & secūdum annum post
mortem Iosaphat; & tñ falsum,quia fuerunt nouē,
quod patet, quia ipse dicit, ꝙ regnauit Ochozias ab
anno decimoseptimo vsque ad secundum annum
K post mortē Iosaphat,s. secundo anno Ioram filij Io-
saphat, & tñ isti sunt anni vndecim, quia Ochozias
cępit regnare anno decimoseptimo Iosaphat:præc.
lib c.vlt.& Iosaphat regnauit vigintiquinque annis,
vt patet ibidē ergo manent de regno eius nouem an
ni,& tñ secundo anno Ioram filij Iosaphat mortuus
est Ochozias rex Israel, & cœpit regnare frater eius
Ioram, ergo sunt vndecim anni,quibus ministrauit
regnum Ochozias primis duobus per se, & alijs no-
uem cum fratre suo Ioram sibi substituto: non pōt
ergo dici, ꝙ Ioram rex Iuda cœperit regnare anno
quinto Iorā regis Israel.i. anno quinto ministratio-
nis eius,ꝗa tūc manerent de ministratione eius qua-
tuor anni,cū ministrauerit nouē annis cū fratre suo,
&

& sic non posset incipere regnare per se Ioram rex Israel in secundo anno Iorā regis Iudæ, sed in quarto anno eius post mortē Iosaphat: hoc tamen est cō tra intentionem eius, quia vult, ꝙ in secundo anno Ioram regis Iuda cæperit per se regnare Ioram rex Israel. Dicendum ergo, ꝙ ista contrarietas non pōt solui, nisi per annos completos, & incompletos, scilicet, quia aliqñ scriptura computat annum cōpletum solum pro anno: & aliquando: annū inceptum computat pro anno, ēt si modicum de illo trāsactū sit: & isto modo vnus annus pōt esse maior, q̄ duo, qa primo modo si sit vnus annus completus, & medietas alterius, vel plus, computabitur solū vnus annus, secundo modo, duo, vel tres menses soli cōputabunt̄ pro vno anno: vtrunque aūt modum istorū oportet accipi in præsenti, & tolletur contrarietas. Pro quo præsupponendum ꝙ Ioram rex Israel cœpit regnare per se priusquam regnaret Ioram rex Iudæ per se, quia cœpit regnare, viuente Iosaphat, supra 3. eo ꝙ frater suus Ochozias solū regnauit duobus annis. Et qñ dicitur ibidem, ꝙ anno decimooctauo regni Iosaphat cœpit regnare Iorā rex Israel, intelligēdum est, ꝙ ille annus decimusoctauus erat iā completus, & magna pars 19. quasi totus Et sic quasi in fine 19. anni regni Iosaphat regnare cępit Ioram: dicitur tamen in fine 18. quia nondum erat completus 19. & sic secundum veritatem manebūt solū sex anni vsque ad finem vigintiquinque anni regni Iosaphat, s. annus vigesimus, & quinque sequentes, & tamen adhuc non manent sex anni integri: quia dicitur regnasse Iosaphat vigintiquinque annis nō integris, sed vigintiquatuor fuerunt integri, & sequēs fuit inceptus: subtrahat̄ ergo ille quasi totus, & manebūt quinque anni cosummati, & aliqui dies plus, vel menses, s. quasi à fine deciminoni vsq; ad aliquā tam partem paruam vigintiquinque, & tūc verum erit, ꝙ à principio regni Ioram vsq; ad mortem Iosaphat quando cæpit regnare Ioram rex Iudę, fuerunt anni quinque completi, & aliquid plus, quod non facit annum: ideo non computatur pro anno, & sic stat litera ista, quòd anno quinto Ioram regis Israel cœpit regnare Ioram rex Iudæ.

Scriptura sepe annū solui, licet inceptū et si modicū de illo trāsactū fuerit, computat p anno integro.

Ioram cępisse regnare cum esset trigintaduorum annorum, an sit verum quando regnauit solus, vel cum patre.

Quæstio X X X.

QVAERETVR vlterius, cum dicat̄ hic, ꝙ Iorā erat trigintaduorum annorum, qñ cœpit regna, de qua vice intelligit̄, s. an de illa vice, qua regnauit cū patre suo, vel de illa, qua solus regnauit: nam vtroque modo regnauit, vt supra declaratū est. Respondendum, ꝙ quātum attinet ad ætatem Ioram vtrunque poterat esse: nā pater suus vixit annis sexaginta, s. vigintiquinque annis anteq̄ regnaret, & vigintiquinque annis in regno: præceden. libr. cap. vlt. Ideo si accipiamus, ꝙ regnauit Ioram post mortem patris, & erat tunc annorum trigintaduorum sequetur, ꝙ erat Iosaphat annorū vigintiocto qñ genuit Ioram, qđ patet subtrahendo trigintaduos de sexaginta manebunt vigintiocto Si aūt accipiamus pro prima vice, qñ regnauit cum patre, erat tunc Iosaphat quinquagintavnius anni: qđ patet, quia regnauit nouem annis cū eo, vt supra declaratum est: subtrahantur ergo trigintaduo de quinquagintavno manebunt nouemdecim, & sic esset Iosaphat nouemdecim annorum, qñ gigneret Ioram, & vtrunque est satis verisimile. Dicendum tñ, ꝙ solum intelligitur de regno, qđ habuit mortuo patre: qđ patet, qa dicit̄, ꝙ quinto anno Ioram regis Israel regnauit

A Ioram rex Iudæ, & tñ qñ cępit regnare Ioram prima vice cū patre suo Iosaphat nondum cęperat regnare Iorā rex Israel per se, nec cū fratre suo, vt declaratum est duabus præcedentibus qōnibus Itē patet hoc, qa Ioram rex Israel regnauit per se duodecim annis, & cępit regnare Iorā rex Iudę anno quinto eius, & regnauit octo annis, & isti cōsummati sūt in anno duodecimo Iorā, vt patet ī litera: ergo oportet, ꝙ accipiat̄ de regno, qđ habuit per se post mortē pr̄is, quia aliàs ipsi anni soli, quib. regnauit ante mortem patris fuerunt nouē, vt supr. declaratū est: ergo erunt isti octo, quib. regnauit p se post mortem Iosaphat. *Ambulauitq. in vijs regum Israel.* s. Fuit malus colendo idola, sicut reges Israel, qui oēs fuerunt cultores
B idolorū. *Sicut ambulauerat domus Achab.* i. Filij Achab, qui coluerunt idola plusq̄ oēs reges Israel, & qa iste Ioram coluit idola nimis, vr̄ imitatus fuisse domum Achab potius, q̄ alios reges. Secundò, qa domus Achab induxit Ioram regem Iuda ad colēdum idola. Nam pater suus Iosaphat nō colebat idola, sed erat vir rectissimus, vt patet 2. Paralip. 19. Sed accepit istā consuetudinē à domo Achab, qa cōicabat cum filijs Achab ex eo, ꝙ erat affinis eorū, & ipsi induxerunt eum, & ista est causa, quā intendit litera. *Filia enim Achab erat vxor eius.* Istud declarat literam præcedentē, s. ꝙ domus Achab induxit eum ad idola, qa ipse habebat filiam Achab in vxorem, s. Athaliā, vt patet inf. & ipsa incitauit eum ad colēdum idola, sicut mr̄
C sua Iezabel incitauerat nimis Achab virum suū ad idolatriam, præced. lib. cap. 21. *Et fecit, quod malum est coram Domino.* i. Coluit idola: istud. n. vocat̄ per excellentiam malum coram Dño, quia nihil est, ꝙ directius repugnet Deo, q̄ idolatria. *Noluit autem Dominus disperdere Iudam propter Dauid seruum suum.* Q d. iste Iorā fuit tam malus, ꝙ merebat̄ omnino trāsferri regnū de stirpe sua ad aliā gētem, & tñ Deus noluit disperdere Iudam, i. tradere regnum Iudæ in potestate alterius gentis pp merita Dauid. Erat aūt iste Iorā de ꝓgenie Dauid, ideo pp Dauid noluit Deus auferre regnum stirpi suæ. *Sicut promiserat ei.* s. Deus promiserat Dauid, ꝙ ēt si filij sui peccarent nunq̄ auferret regnū ab eis, sed puniret eos aliter, vt patet sup. 2. libr. c. 7. &
D sic puniuit Deus nunc istū Ioram dupliciter, s. in se, & in stirpe sua. In stirpe quidem inquantū diminuit regnum eius, quia fecit, ꝙ regnum Idumæorum, qđ erat sub potestate regū Iuda, recederet nūc ab eis, & recessit, nec postea potuit redigi in potestate illorū. Puniuit autem eū in seipso, quia tpe suo fecit, ꝙ hostes ascenderent in terram Iuda, & acceperunt omnes filios eius, & occiderunt præter minimum, & abstulerunt omnes thesauros eius, & vxores suas, in quo ipse vehementer doluit: insuper percussit eum Dominus dolore vteri insanabili, vt quotidie viscera sua egereret quousque paulatim consumeretur, & sic miserabiliter mortuus est. Et præter hæc sine honore sepultus est, quia non fecit ei populus hono
E rem, quem faciebat alijs regibus, nec sepultus est in sepulchris regum, vt patet secundo Paralipom. 21. *Vt daret illi lucernam, & filijs eius cūctis diebus.* Idest, Deus promisit Dauid dare sibi lucernam, idest, filios successores in regno, & etiam filijs suis hoc promisit, qa etiam filij sui, & nepotes habituri erant successores in regno. Vocatur autem filius succedens in honore patris lucerna patris, qa lucerna est aliquid viuēs, scilicet, qñ ardet, & lucet, sic etiam filius est, quædā lux manifestatiua patris, inquantum est de substātia eius, sic enim dr̄ de filio in diuinis, quòd est splendor gloriæ, & figura substantiæ patris, ad Hebræ. 1. Filijs aūt inter hoīes non competit tā propriè, ꝙ sint manifestatiui patris, vel matris, quia non reperit̄ filiatio

Filius appellat̄ patris lucerna, & quare.

hic tam propriè, sicut in Deo. & tamen vocatꝰ hic filius lucerna, vel splendor, aut scintilla patris, vt patet sup. 2. lib. cap 14. Cum dixit mulier Thecuites ad Dauid. Et quærunt extinguere scintillam meã, quæ relicta est, vt non supersit viro meo nomen, & reliquię super terram, & loquitꝰ de filio suo, quem volebat occidere cognatio, in Hebræo dicitur. *Vt daret illi iugum, & filijs eius.* Et istud prouenit ex æquiuocatione: nam apud Hebræos sunt duæ dictiones, s. Nir, & ner, & scribuntꝰ cum eisdem literis omnino, & solũ differunt in puncto, q non est de substantia apud Hebræos: prima significat iugum, vel nouale: secunda significat lucernã. Hieronymus aũt accepit Ner, i. lucernam: Hebræi aũt dicunt nir, i. iugum, & vtrunq; potest dici ex litera, cum nõ sit variatio, nisi ex punctis, & eadem sententia est vtrobique, quia siue dicatur lucerna, siue iugum accipitur pro regno.

Athalia vxor Ioram an fuerit filia Achab, vel Amri. Quæstio XXXI.

QVAERETVR quomodo dr̃ hic, ꝙ Iorã habuit filiam Achab in vxorẽ, qa ista fuit Athalia, & tñ inf. dr̃, ꝙ Athalia erat filia Amri. Aliq dñt, ꝙ Athalia erat filia Amri, vocatꝰ tñ filia Achab, quia mortuo Amri patre Athalię, & Achab ipse Achab, qui erat vir, & successit in regno, nutriuit Athaliam sororem suam tanquam filiam, & tradidit eam in vxorem Ioram regi Israel, ideo vocatur pater eius, quia in omnibus curã ipsius egit sicut pater. Aliter dici potest, ꝙ Achab fuit verè pater Athaliæ, & tñ vocatur filia Amri, quia Amri erat auus eius, & aui, & alij superiores vocantꝰ patres. Et istud verisimilius est, ꝗ quòd fuerit filia Amri propter multa. Primò, quia scriptura sæpius vocat eam filiam Achab, quã Amri: nam hic vocatur filia Achab, & etiam, 2. Paralipo. 21 Et tñ non vocatꝰ filia Amri, nisi infr. in litera Secundo patet, quia si fuisset Athalia filia Amri, esset iam antiqua, quãdo acciperet eam in vxorem Ioram: esset enim sicut mater eius, & nõ sicut vxor, & tamen hoc non est verisimile, ꝙ vellet accipere mulierem veterem, patet antecedens, quia nunc Ioram rex Iudę erat quasi coætaneus Iorã regis Israel, & tamen Athalia hoc modo esset auuncula Iorã regis Israel, ideo dicendum, ꝙ erat filia Achab. Tertio patet ex modo loquẽdi scripturæ, quæ auos, & proauos sæpe vocat patres, sicut patet Danielis 5. Vbi Nabuchodonosor vocatur pr̃ Balthasar, & tñ non erat pater, sed auus, vel proauus. Sic etiam septem filiæ Iethro vocantur filiæ Raguelis, Exod. 2. Et tamẽ Raguel erat auus earum, quia erat pater Iethro. Sic patet, Exod. 2. Sic etiam iura humana loquũtur vocãtia ipsos auos, & proauos patres, vt patet extra, de verbo signi. c. nam & Nabuchodonosor. Raro tamẽ reperitur, ꝙ frater vocetur filius fratris sui, ideo non dicetur hic Athalia filia Achab, i. soror eius, sed verè filia eius, & erit filia Amri, i. neptis eius. *In dieb. eius recessit Edom, ne esset sub Iuda.* Scilicet, regnante Roboam, Idumæi recesserunt de potestate regni Iuda, quia prius erant subiecti illi. *Et constituit sibi regem.* i. acceperunt regẽ de seipsis, quem prius non habebant.

Quomodo terra Idumæorum erat subiecta regibus Iuda, & quomodo nunc recessit. Quæstio XXXII.

QVAERETVR, quomodo Edom erat sub regno Iudæ, & quomodo nunc recessit, & constituit regem. Respondendum, quòd Idumęi erãt sub potestate regum Iuda, à tempore Dauid vsque nũc. Dauid enim accepit gentes multas in tributarias, de

F quibus specialiter fuerunt duæ, scilicet, Moabitæ, & Idumæi, supra 2. lib. c. 8. Tenuit autẽ eos tributarios tota vita sua, & moriente eo, Salomõ tenuit illos tributarios, licet quidã noĩe Adad de stirpe regum Idumęorũ inquietabat regnũ Israel in senectute Salomonis, vt reduceret ad se regnum, pręced. libr. c. 11. Postea aũt tempore Roboam diuiso regno in duas partes, reges Israel acceperunt Moabitas in tributarios, & reges Iuda acceperunt Idumæos tãquam diuidentes hæreditatem Dauid: tenuerunt autẽ multo tempore istos tributarios, nã in Israel fuerunt multi reges, qui tenuerunt istos tributarios, scilicet Ieroboam, Nadab, Baasa, Ela, Zamri, Amri, Thebin, Achab: mortuo autem Achab, Moabitæ recesserunt,

G ne essent tributarij regum Israel, sup. 1. s. Præuaricatus est Moab in Israel post mortem Achab: Iorã autem filius Achab voluit reducere Moabitas ad soluendum tributa pristina, s. centum millia arietum cum velleribus suis, & pugnauit contra Moab, supra 3. Et tamen non reduxit illum ad tributa soluenda: Idumæi autem manserunt sub multis regibus Iuda, scilicet Roboam, Abia, Asa, Iosaphat. Nam tempore Iosaphat ipse dominabatur in terra Idumeæ, & faciebat classes in Asiongaber, quæ est in littore maris Rubri in terra Edom, præcedenti lib. cap. 9. & 22. Etiam dr̃, ꝙ tunc nullus erat rex in Edom, s. quia Iosaphat habebat omne dñium Idumæorum, mortuo autẽ Iosaphat recesserunt Idumæi, ne essent subiecti Iuda ad soluendum tributa. Causa aũt ad fa-

H ciẽdum istud fuit duplex: vna fuit ex parte Dei, alia ex parte istorum rebellantium, fuit ex parte Dei causa, quia voluit punire regnũ Iuda, & Israel, eo ꝙ declinauerãt ad idolatriam. Et quia vsq; ad tp̃s Achab nondum fuerant consummatæ nequitiæ regum Israel, non subtraxit Deus Moabitas ab obediẽtia eorum, & tributis. Rex aũt Achab peccauit super oẽs reges, qui fuerant ante ipsum, præceden. lib. cap. 21. Et ob hoc meruerat, vt auferretꝰ regnum ei, & stirpi suæ in ęternum, & sic Deus prenunciauerat ei per Eliam, quia tñ doluit affligendo se coram Dño transtulit Deus pœnam ad tempora filij sui, vt patet ibidem: & sic tempore Ochoziæ filij Achab, recesserũt

I Moabitæ de sub Israel, sup. 1. & tunc cœperunt venire oẽs maledictiones super domũ Achab. Reges autem Iuda peccauerant, & tñ nõdum consummata erant peccata eorum tempore Achab, & Ochozię filij sui, quia regnabat tunc in Iuda Iosaphat, qui erat vir valde bonus, 2. Paralip. 19. Ideo non recesserunt simul Moabitę, & Idumæi, scilicet, Moabitæ à regno Israel, & Idumæi à regno Iuda, sed Idumæi manserunt sub Iosaphat. Quod patet, qa quando Ioram rex Israel voluit ire ad pugnandum cõ Moab, quia præuaricatus fuerat pactum tributi, & iret cũ eo Iosaphat rex Iudæ, duxerunt secũ regem Edom, supr. 3. Si tñ recessisset simul Edom à tributis pręstãdis regibus Iuda, sicut Moab à tributis præstãdis re-

K gibus Israel, non iuisset rex Edom ad pugnandũ cõtra regẽ Moab in adiutoriũ regis Iuda, & Israel: mortuo autẽ Iosaphat successit ei Iorã, qui fuit pessimus vir, colẽs idola, sicut domus Achab, & meruerat auferri sibi regnum, & semini eius in æternũ: Deus tamen non abstulit propter Dauid, vt patet in litera, s. noluit autem Dñs disperdere Iudã propter Dauid seruum suũ, dedit tñ pœnam ipsi Ioram, quia fecit, ꝙ Idumæi subtraherent se à pręstatione tributorũ, & postea nunquam redierũt ad regnum Israel. & sic hoc tempore cœperũt ambo regna, s. Iuda, & Israel diminui, recedentibus tributarijs. Secũda causa fuit ex parte ipsorũ rebellãtium: nam Moabitę à multis diebus volebãt subtrahere se à p̃statione tributorũ regibus

regibus Israel, quia tamen erant reges potentes non audebant, & ob hoc viuente Achab, non ausi sunt rebellare: quia ille erat rex potẽs, & præualuerat bis contra Syros p̄cedenti lib. c. 20. mortuo aũt Achab, quia filij sui non reputabantur bellicosi, sicut ipse, & etiam quia Syri præualuerant cõtra Israel, & iã videbantur oppressuri illos, ausi sunt Moabitæ recedere à præstatione tributorum, tempore etiam Ioram regis Iuda ausi sunt Idumęi recedere à præstatione tributorum, & non tempore priorum regũ, quia illi fuerant potentes, & fecerant bella magna. Nam Abia fecit bellum potentissimum contra Ieroboam regem Israel, in quo occidit quingenta millia de Israelitis 2. Paralip. 13. Asa autem fecit bellũ maximũ contra Aethiopes. 2. Paralip. 14. Iosaphat verò pater Ioram fecit bella magna, & mirabilia. Nã, eo nihil agẽte, occidi fecit Deus Moabitas, Madianitas, & Idumęos à se ipsis, qui insurrexerant cõtra Iosaphat. secundo Paralip. 20. & sic Idumęi non audebant tempore eius pugnare, vel subtrahere se à tributis, ne iterum contingeret eis sicut prius: tẽpore autem Ioram putauerunt Idumęi, ꝙ Ioram non esset vir bellicosus potens eos redigere in subiectionem, si recederent ab eo, ideo recesserunt.

Idumæi quando recesserunt à regno Iudæ, quomodo constituerunt sibi regem, cum ante hoc regem haberent. *Quæst. XXXIII.*

QVAERETVR vlterius, quomodo dr̃ hic, ꝙ Idumęi constituerunt sibi regem, quãdo recesserunt à regno Iuda, quia videtur, ꝙ ante hoc regem haberẽt, quia supra 3. dicitur, ꝙ rex Edom iuit cum rege Iuda, & Israel ad bellum contra Moab. Respondendum, ꝙ sm̃ ꝙ aliqui volunt non erãt reges in Edom toto tp̃e, quo fuerũt Idumęi tributarij ad hoc, vt soluerent tributũ, & non rebellarẽt, sicut si hr̃ent regẽ. Sed dicendũ, ꝙ hoc non stat, qa Moabitæ etiam erãt tributarij regum Israel, & tamen habebant reges: nam rex Moab præuaricatus est contra regem Israel fœdus tributi, supra 3. ita igitur poterat esse in Idumęis. Alij aũt dicunt, ꝙ non erant reges inter Idumæos, quia præcedenti lib. c. vltimo dicitur: nec erat tunc rex constitutus in Edom, & loquitur de tempore, quo regnabat Iosaphat in Iuda, & dominabatur Idumæis: ergo etiam non fuit postea Rex. Respondendum, ꝙ vtrunque possumus dicere. s. ꝙ à tempore, quo Idumæi facti sunt tributarij sub Dauid nunquam habuerint aliquem regem, sed postea cum recesserunt à tributis præstandis cęperũt habere reges, vel ꝙ semper habuerunt reges, quanquam essent tributarij. Dicendo primum concordamus huic literæ, & 2. Paralip. 21. vbi dicitur, ꝙ tunc constituerunt sibi regem, quando recesserũt à Iuda: Concordamus etiam literæ præcedenti. lib. c. vlti. cũ dicitur: nõ erat tũc rex constitutus Edom, & quando obijcitur supra 3. ꝙ rex Edom iuit ad bellum cum rege: potest dici, ꝙ ille non erat rex, sed aliquis princeps cõstitutus in terra Edom à Iosaphat, qui ibi fungeretur vice regis; & fortè iste princeps esset de terra Iuda, & vocabatur rex, quia vice regis fungebatur. Si autem velimus dicere, ꝙ habuerunt regem Idumæi semper, respondebitur ad id, qđ habetur præcedenti lib. c. vltimo, ꝙ non erat rex constitutus in Edom, s. qui esset vere rex, erat tamen aliquis cõstitutus loco regis, qui vocabatur rex, vel aliter non erat aliquis rex constitutus, qui esset de progenie Idumæorum, sed erat Israelita, & nunc Idumæi recedentes à præstatione tributorum abstulerunt regem illum, & posuerũt alium de genere suo,

A ideo dicuntur nunc constituisse regem. Aliter potest dici, ꝙ habebant Idumæi regem constitutũ de genere suo per manum Iosaphat: tamen non erat de semine regio Idumęorum, ideo nunc abstulerũt illum, & posuerunt alium de genere suo. Aliter potest dici, ꝙ habebãt regem de semine regio: erat tamen constitutus per manum Iosaphat, & fœderatus ei ad soluendum tributa: nunc verò Idumæi rebellare volentes, constituerũt aliũ auctoritate sua, qui non esset fœderatus regi Iosaphat, nec vellet ei soluere tributa: *Venitque Ioram Seira.* Quia recessit terra Edom à tributo præstando, Ioram iuit ipse in terram illam ad subijciendum eam sibi, & dicitur, ꝙ venit in Seira. i. in terram Seir: nã terra Seir, & Edom
B idẽ sunt: quia Esau vocatus est Edom, & Seir, & ab illo descendunt Idumæi. Sic dicitur Deut. 2. Circuiuimus montẽ Seir longo tempore, idest, montem terræ Edom, vt patet ibidem: Simile patet Abdiæ vnico. c. & Mala. 1. vbi vocatur terra Seir, & aliquando terra Edom. *Et omnes currus cum eo.* i. omnes currus equitatus sui cum eo. 2. Paralip. 21. dicitur, quòd transiuit Ioram cum principibus suis, & cuncto equatu. Voluit autem Ioram reducere terram Edom ad tributa soluenda: & tamen non potuit, sicut qñ terra Moab recessit à præstatione tributorum regibus Israel: & Ioram rex Israel, & Iosaphat rex Iudę iuerunt ad pugnandum contra Moab ad reducendum illum in pristina tributa, sed non reduxerunt,
C supra 3. in Hebræo dicitur: *Et omnis currus cum eo.* Sed nihil differt, ꝙ ponatur singulariter, vel pluraliter, cum ponatur ibi omnis. *Et surrexit nocte, percussitq; Idumæos.* Iniuit pugnã Ioram contra Idumæos, & per noctem surgens cum non essent Idumęi parati percussit illos plaga magna. *Qui eum circundederant.* Idest, percussit Idumæos circundantes se. Ra. Sa. dicit, ꝙ hoc intelligitur de terra Idumeę propinqua terrę Israel, s. ꝙ Ioram rex inde inuasit Idumæos, qui erãt in circuitu terræ suæ, & illos percussit per noctem: quia non poterat percutere eos, qui longè erant à terra sua, & sic dicuntur isti circundare terram Ioram, vel circundare ipsum Ioram. Sed aliter debet accipi, & melius, s. ꝙ Ioram iuit in bellum contra
D Idumęos rebellãtes sibi & ipsi cognoscentes hoc parauerunt se ad bellum congregando totam militiã suam, & posuerunt castra in campo: rex autem Ioram posuit ẽt castra sua in cãpo non perueniens ad locũ castrorũ Idumæorũ: & cũ essent Idumæi per noctem nõ ponentes super se diligentẽ custodiã, irruit Ioram super castra ipsorũ, & occidit plurimos: isti autẽ dicebantur circundedisse Ioram: qa scientes, ꝙ ille venerat in terram ipsorum, fortè clauserant oẽs vias exitus, & introitus terrę suæ, vt tenerent Ioram in medio, & non posset procedere per terram eorũ recedendo, vel introeundo: & cum surrexisset Iorã per noctem, interfecit omnes istos circundantes se, & compulit illos in fugam. *Et principes curuum*, idest, p
E cussit totum populum Idumęorum, qui circundederat eũ, & etiam principes curuum 2. Paralipo. 21. habetur: & omnes duces equitatus eius, & idem est: quia principes curuum sunt principes equitatus. *Populus autem fugit in tabernacula sua.* Scilicet, cùm percussisset Ioram principes curruũ, & multos de populo Idumęorum, reliqui de populo, qui euadere potuerunt, fugierunt in tabernacula sua dimittẽtes locũ belli. Ex hoc patet, ꝙ non est bona sententia Ra. Sa. s. ꝙ Ioram percusserit circũdantes se, idest, Idumęos habitantes circa terram suam: quia in hoc innuit, ꝙ illi Idumæi erant securi: quia tamen erant circa terram Iuda, potuit Ioram subitò irruere super eos s. super vrbes, & loca sua; & tñ in hoc significatur, ꝙ ipsi

ipsi erant in bello,& circundederant Ioram:quia dr̄ ꝙ populus fugit ĩ tabernacula sua:ergo populus q̃n percutiebatur à Ioram, nō erat in vrbibus suis: quia tunc nō posset recedere in tabernacula sua, cū esset in eis, sed erat in bello. *Et recessit ad vrbes: recessit ergo Edom,ne esset sub Iuda vsq; ad diem hanc.* Idest,quanquam Ioram percusserit Idumæos, & fugauerit eos in tabernacula sua, non redierunt ad soluendum tributa pristina, sed recesserunt à præstatione illorum ab illo tempore vsq; ad diem hanc. i. vsq; ad diem, qua scriptus fuit iste liber per Ieremiam: nam inter hæc fuerūt multi anni, cum Ieremias fuerit in fine temporum regum Iuda.s. tempore transmigrationis in Babylonem. Intelligendum est autem, ꝙ licèt Idumæi nunc victi fuissent à rege Ioram: tamen opposuerunt se firmiter ad resistēdum ei in vrbibus suis, vt potius morerentur,quàm redirent in tributa pristina: ideo Ioram non curauit pugnare contra eos amplius super hac re. Sic enim fuit, quando Moab recessit à præstatione tributorum regibus Israel: nā tunc Ioram rex Israel, & Iosaphat rex Iudæ pugnauerunt contra Moab, & destruxerunt terram eius: quia tñ Moabitę per istas calamitates adhuc noluerūt redire ad p̄stationē tributorū, sed potius voluerunt mori, non pugnauit vltra rex Israel cōtra eos.

An Idumæi peccauerint subtrahendo se à solutione tributorum, quæ fiebat regibus Iuda. Quæst. XXXIIII.

QVAERETVR, an peccauerint Idumęi recedendo à præstatione tributorū regibus Iuda. Aliquis dicet,ꝙ sic:quia tenebantur Idumæi ad

Primū argumētū p parte affirmatiua.

ista tributa regibus Iudæ: ꝙ ergo nunc cessarent ab ista solutione erat subtrahere debitum: & tamē subtrahere debitum peccatum est. Item patet hoc: qa

Secundū arg.

Idumæi soluerāt tributa ista à multis temporibus, scilicet, ex tempore Dauid vsque ad principium regni Ioram: & fuerunt multi reges, quibus ista tributa data sunt, scilicet, Dauid, Salomon, Roboam, Abias, Asa, Iosaphat,& fuit tempus, quo durauerūt in ista præstatione quasi centum quinquaginta annorum: quia Dauid subiecit eos in tributum,supra 2.lib.cap.8. regnauit autem Dauid quadraginta annis præcedenti lib. cap. 2. Salomon autem alijs 40. eod.lib.cap.11. Roboam verò 17.eo.lib. c. 14. Abia verò tribus annis,eo.lib.c.15. Asa vero.41. annis,eo. c. Iosaphat verò annis 25.eo lib.c vltimo, qui simul collecti sunt anni 156. Subtrahantur aūt 7. anni,qbus regnauit Dauid in Iuda antequā subijceret Idumæos,supra 2.lib.c 5. & manebunt 149. nam quasi in principio regni sui sup Israel subiecit Idumęos, & Moabitas, & sic præstiterunt isti Idumæi tributa regibus Iuda per annos quasi centum, & quinquaginta: ideo saltem pp tempus erant iam præscripta tributa, sed præscriptio efficit verum Dominum, ideo tenerētur verè Idumęi ad ista tributa semper

Tertiū ar.

præstanda,& peccarent subtrahendo se ab illis. Itē Dauid habuit iustam causam subijciendi Idumæos tributo,& tamē illa causa semper durabat ergo Idumæi semper tenebantur ad tributa,& sic peccarent subtrahendo se ab illis. In contrarium dicet aliquis,

Argumentum p parte negatiua.

ꝙ non tenebantur ad tributa, nec peccabāt subtrahendo se,quia Deus prædixerat, per Isaac in benedictionibus Iacob, & Esau de ipso Esau: Viues in gladio,& fratri tuo seruies,tempusque veniet, cū excutias, & soluas iugū eius de ceruicibus tuis. Gen. 27. ergo nunc non peccabant Idumæi faciendo id, qđ Deus dixerat. Respondendum, ꝙ Idumæi non peccauerunt subtrahendo se à solutione tributorum. Sciendum tamen in hoc,ꝙ aut Idumæi interposue

F rant iuramentum cum regibus Iuda de soluendo
eis tributū,& successoribus suis,aut non: si præstite-
runt iuramentum,peccauerunt cessando à solutio-
ne,quia erant periuri,& sic peccauit rex Moab:quia
ipse præstiterat iuramentum de soluendo tributa
regibus Israel,& violauit iuramētum, supra tertio:
cunque mortuus fuisset Achab præuaricatus est
rex Moab fœdus, quod habebat cum rege Israel. Si
autem non iurauerant super solutione tributorū,
non peccauerunt recedendo ab hac præstatione:qa
Idumæi bello fuerant subiecti ad soluendum tribu-
ta: ideo licebat eis quomodocunque possent rece-
dere liberando se ab hac seruitute,siue per bellum,
siue aliàs. Si autem Idumæi tenerentur ad tributa
G regibus Iuda, nō quia subiecti fuissent eis in bello,
sed quia fortè mutuauerant aliquid viri Iuda Idu-
mæis,quod non poterant aliter soluere,nisi subijciē
do se eis ad tributum, peccarent subtrahendo se à
tributo,quia erat verū debitum: Dauid tamen vio-
lenter subiecerat Idumęos tributo, supra 2. lib.cap.
8. Ideo licebat eis violenter, vel aliàs se subtrahere
à tributo. Dicendum tamen, quòd quanquā istud
verum sit,non concludit illa ratio, quæ dicebat nō
teneri Idumæos, quia prænunciatum fuerat, ꝙ ali-
quando soluerent ceruicem suam de iugo Israelita
rum. Et hoc propter duo: primò, quia illud nō fuit
mandatum,sed quædam prænunciatio rei futuræ:
prænunciationes autem futurorū nō faciunt opus
H esse licitum: quia tunc cum prænunciatū esset Dan.
9. de Iudæis,quòd negaturi essent Christum, & oc-
cisuri,non peccauissent negando, & occidendo: &
tamen falsum est: quia peccauerunt grauissimè: nā
B. Petrus vocat eos ad pęnitentiam de isto peccato
Act.3. Sic ēt esset de omnibus malis, quæ prænun-
ciata sunt per prophetas: quia tunc auctores illo-
rum non peccarent, & est absurdū. Sic ēt Christus
ait: vnus ex vobis me traditurus est, & subiunxit: vę
autem homini illi, per quem filius hominis trade-
tur: bonum erat ei,si natus non fuisset. Matth.26.&
Luc. 22. Non ergo licuit Idumæis subtrahere se à
præstatione tributorum pp illam prænunciationē.
Secundo patet, quia dato quòd esset præceptum de
I illa reuelatione iugi: tamen non erat determinatū
tempus,in quo deberent soluere Idumęi ceruicem
suam de iugo Israelitarum: ꝙ ergo ipsi auctoritate
sua limitarent tempus,peccatum erat: non ergo cō
cludit ista ratio. Et tamen,hoc non obstante,verum
est,ꝙ nō peccauerunt Idumæi subtrahendo se à tri-
butis. Ad primam rationem in contrarium dicen
dum,ꝙ quanquam Idumæi subtraherent se à solu-
tione tributorum non subtrahebant se à solutione
debiti: quia illa tributa non erant debita, cum per
violentiam introducta fuissent:ideo non erat illici-
tum subtrahere se ab eis. Ad secundam rationem
dicendum, ꝙ quanquam per centū quinquaginta
annos Idumæi soluissent ista tributa, non erat præ-
K scriptum contra eos,quia præscriptio fit contra po
tentem occurrere rebus suis, & negligentem: cum
propter negligentiā sit introducta præscriptio ex-
tra de præscrip.c.vigilāti.& istud est in præscriptio-
ne rerum,& etiam in præscriptione seruitutum, qa
causatur præscriptio seruitutū ex permissione Do-
mini negligentis, ꝙ alius re sua vtatur: præscriptio
autem tributorū est pręscriptio seruitutū: Idumæi
tamen non erant negligentes,sed impotentes: quia
reges Iuda erant potentes,& tenebant fortalicia ter
ræ Edom ponētes ibi aliquos ex parte sua, & sic nō
poterant Idumæi recedere à seruitute illa: sic patet
supra 2.li.c.8.s.& posuit Dauid custodes in Idumęa,
statuitq; pręsidiū, & facta est vniuersa Idumæa ser-

Solutio ad argumēta, & primo ad argumētum p parte negatiua.

Prænunciationes de futuris nō faciunt opus esse licitum.

Ad primū argumētum p parte affirmatiua.

Ad secundam.

Præscriptio quando fit & contra quos fieri.

uiens

…uere gabel la, & peda gia, & alia tributa prī cipibus, & Dñis terre ris, & qñ non. Quā do Domi ni peccāt exigendo, et quo pa tet ꝙ picu losissimū ē dominari: cum mala fide sua, vel p decef sorū suo rum nunq̃ pscribat.

uiens Dauid sub tributo:& sic seruiebāt Dauid coacti: quia tenebat custodes sup eos in terra sua, & ita faciebant alij reges Iuda. Isto tamen modo dato, ꝙ Idumæi soluissent tributa per mille annos, aut decem millia nunq̃ præscriberetur cōtra eos, sicut cōtra non potentem succurrere rebus suis nō præscribitur quantūcunque longo tempore. Aliter potest dici, ꝙ etiam si legitimè præscriberent reges Iuda solutionē tributorum in terra Edom non tenebantur Idumæi ad tributa: quia præscriptio prouenit de iure positiuo, & non de iure naturali, vel gentiū: ideo solū obtinet in gente illa, in qua est præscriptio tanquā lex: quando autem sunt duæ gentes, quarū vna non est subiecta alteri, nec ambę vni Domino, non potest vna allegare contra aliā legem positiuā: quia lex positiua vnius non obligat alium, & ecōtrario: ideo licet esset lex de præscribendo inter Israelitas; posset quidem vnus præscribere contra alium, sed non procederet præscriptio contra Idumæos, vel Moabitas, qui non viuebant sub eisdem legibus. Ad tertiam rationem dicendum, ꝙ Dauid habuit causam subijciendi Idumæos tributo .s. quia ipsi inquietabant terrā Israel, vel offenderant ipsum Dauid in aliquo ita, ꝙ poterat licitè contra eos mouere bellum, & subijcere tributo, vel inferre alia damna, vt declaratum est supra 2.lib.cap.8. ideo nō peccauit subijciendo eos tributo. Dicendum tamen ꝙ hoc non obstante, poterant Idumæi recedre à præstatione tributorum propter duo. Primo, quia Idumæi erant liberi antequam Dauid subijceret eos tributo, & ipse subiecit eos: quia offenderant tunc ipsum: & tamen iam satisfecerant sufficienter de offensa illa soluendo tributa regibus Iuda per centū, & quinquaginta annos: ideo poterant licitè se subtrahere. Secundò responderi potest, & melius, ꝙ dato, ꝙ Dauid haberet iustam causam subijciendi Idumæos tributo, tamen ipsi non obligabantur subijci Dauid tributo, etiam si offendissent eum, & regnū Israel: quia tunc daretur, ꝙ ēt si Dauid non posset præualere contra Idumæos, ipsi tenerentur se subijcere Dauid in tributū. Simile est, q̃a si aliquis est Dominus alicuius terræ, dato, ꝙ ipse nō possit de facto compellere suos ad reddēdum sibi debita obsequia, & munera, ipsi tenentur sponte illa præbere: & tamen absurdum est, ꝙ Idumæi tenerentur se subijcere tributo Dauid, si offendissent eū: ideo dato, ꝙ Dauid subiecisset eos tributo, non obligabantur manere in subiectione illa, sicut non obligabantur sponte se subijcere illi, ideo quanquam recessissent à tributis viuente Dauid, non peccarent: quia Dauid nō imposuerat eis istam pœnam tanquā iudex, cui tenerentur obedire, sed tanquam hostis prosequens interesse suum.

Pro maio ri intellectu …ius vide …35. ad pri mum.

An Ioram rex Iuda peccauit mouendo bellum contra Idumæos ad reducendum eos in pristinam subiectionem. Quæst. XXXV.

Primū ar Secundū.

QVAERETVR vlterius, an Ioram peccauit mouendo bellum Idumæis ad reducendū eos ad se, & an poterat licitè tādiu bellare contra ipsos quousque eos sibi subijceret ad tributa. Aliquis dicet, ꝙ non: quia Idumæi non tenebantur manere tributarij regum Israel: ergo si Ioram pugnaret ꝓ hoc contra eos, pugnaret pro indebito. Item patet, quia Deus prædixerat per Isaac, ꝙ aliquando Idumæi soluerent ceruices suas de iugo Israelitarū, sed iam soluerant: ideo si vellet eos Ioram rursus reducere ad iugum, ageret contra volūtatem Dei, & peccaret. Respondendum ꝙ Ioram non peccauit pugnando cōtra eos, & potuerat licitè continuare bellum vsquequo, vel redigeret Idumæos in pristinam seruitutem, vel omnino eos bello deleret: Ratio huius est, quia Dauid subiecerat Idumæos in seruitutē ex causa iusta, pro qua non solum potuerat eos licitè facere tributarios, sed etiam occidere: & tamen minus est aliquam gentem fieri tributariam in ęternum, quàm omnino deleri. Qui ergo habet causam iustam pugnandi contra aliquam gentem ad omnino delēdū eam, poterit à fortiori subiecere eam tributo in ęternū. Ita ergo Dauid subijcerat Idumęos tributis, & intendebat, ꝙ in ęternum manerent tributarij ipsorum regum Iuda: ideo quilibet de regibus Iuda habebat iustissimā causam tenendi eos sub tributo, cū iustè potuissent subijci: sed nunc Idumęi subtraxerant se ab illa seruitute, ad quam iustè compellebat eos Ioram, ergo poterat ipse iustè repetere iura sua, quæ tenebat super eos, quia quicunque iustè aliquid possidet, potest iustè petere restitutionē, siue iudicialiter, siue aliàs: maximè si non solum habet ius possessionis, sed etiam titulum: Ioram tamē habebat possessionem .s. quia erat in possessione recipiendi tributa ab Idumæis, sicut receperat prędecessores sui. Habebat etiam titulum .s. iustam subiugationem Idumæorum factam à Dauid: ideo cum nō haberet iudicē, à quo peteret se restitui in possessionem poterat iure bellico se ipsum restituere. Item patet, ꝙ non peccauit, quia Moabitæ tenebātur eodem modo regibus Israel, sicut Idumæi regibus Iuda, & tamen Ioram rex Israel pugnauit licitè cōtra Moab ad reducendū eum in pristinam seruitutem: ergo Ioram rex Iuda licitè pugnaret contra Edom ad reducendum eum in tributa consueta. Patet antecedens, quia quando Ioram rex Israel pugnauit contra regem Moab subtrahentē se à tributis, Deus miraculosè adiuuit eum, & prænunciauit sibi victoriam, & iussit, ꝙ destrueret terram Moab: supra 3. Idem ergo esset hic in Ioram rege Iuda. Ad primā rationem in contrarium dicendum, ꝙ Ioram petebat debitum: nam dato, ꝙ Idumæi non obligarentur manere subiecti Ioram ad tributa: tamen Iorā habebat ius ad subijciendum eos sibi tributis. Nam potest aliquis non esse obligatus alteri: & tamen ꝙ alius habeat ius cōtra ipsum: Sicut dicebatur à principio fuisse: quia licet Idumæi offendissent Dauid, & regnum Israel non obligabantur se facere tributarios Israelitarum, & tamen Dauid habebat ius ad subijciendum eos sibi tributo. Ita nunc, quanquam non obligarentur Idumæi manere sub tributo, tamen habebat Ioram ius ad cogendum eos manere tributarios: & sic non sequitur, ꝙ quanquam non tenerentur Idumæi manere tributarij Iorā pugnaret Ioram pro iniusto, pugnando, vt reduceret eos ad tributa. Ad secundum dicendum, quòd quanq̃ prænunciatum esset, ꝙ aliquando Idumæi soluerēt ceruicem suam de iugo Israelitarum, & iam soluissent: tamen non obligabatur Ioram permittere eos sine iugo, quia illud non erat præceptum, sed prænunciatio quædam rei futuræ: Et sicut prænunciatio non excusat agentem secundum eam, quin peccet: ita etiam non obligat agentem contra eam ad peccandum, quia istud soli præcepto conuenit. Aliter potest dici, quòd dato, ꝙ esset præceptum: tamē non agebat contra voluntatem Dei Ioram reducere volendo Idumæos in seruitutem: quia non erat prænunciatum tempus, in quo Idumæi deberent soluere ceruicem suam de iugo Israelitarum: ideo poterat credere Ioram, ꝙ nondum venisset tēpus, quòd Deus volebat cessare istud iugum, sed Idumęi voluntate sua hoc fecerant, ideo in dubio poterat eos cogere redire in pristinam seruitutem.

Ad primū argum.

Pōt al'qs nō eē obligatus alteri, & tamē ꝙ alius habeat ius cōtra ipsum.

Ad scd'm.

Ioram quare destitit à reductione Idumæorum in seruitutem, cum non peccaret pugnando, vt illos reduceret.
Quæstio XXXVI.

QVAERETVR vlterius, cū non esset illicitū Ioram reducere Idumeos in pristinam seruitutē, quare cessauit à reductione, potissimè cum iā semel superasset eos ī bello, & occidisset multos eorum: vt patet hic. Respondendum, ꝙ Ioram habuit intentionem reducendi Idumæos in seruitutē tributorum, & ob hoc fecit bellum contra illos mox vt recesserunt ab eo: postea tamen destitit ab hac intentione, & hoc potuit esse propter tria. Primò quia fortè aliquis propheta denunciaret ei, ꝙ non curaret pugnare contra Idumæos pro hac causa: qa non posset redigere eos in seruitutem, eo ꝙ de voluntate Dei istud factum fuerat. Sic enim fuit, quādo Roboam cum tribu Iuda, & Beniamin voluit pugnare contra decem tribus, quæ diuiserāt regnum, vt reduceret eas ad vnitatem regni: nam tunc venit Semeias propheta, dicens: non ascēdetis, nec pugnabitis contra fratres vestros: reuertatur vnusquisque in domum suam: quia mea hoc gestum est voluntate: vt patet præcedenti lib. cap. 12. & 2. Paralipo. 11. Secunda causa poterat esse opinio quædam Ioram, & seruorum suorum: quia ipsi sciebant, quomodo Deus prædixerat per Isaac de Idumæis. Viues in gladio, sed fratri tuo seruies, tempusq; veniet, vt excutias, & soluas iugū eius de ceruicibus tuis: Gen. 27. videbant autem nunc completum esse: ideo credebāt ꝙ quanquam non peccarent pugnando contra Idumęos, tamen nunquam possent reducere eos ad pristinam seruitutem: quia necesse erat compleri prophetiam, sicut Deus predixerat. Dicit autem Ra. Sa. ꝙ conuenienter completa fuit ista prophetia. s. vt sicut habuerant Idumæi octo reges antequam essent reges in Israel: vt patet Gene. 37. s. isti sunt reges, qui regnauerunt in terra Edom antequam haberent reges filij Israel, & computantur ibi octo reges; & etiā 2. Paralipome. 1. Ita octo reges regnarent in Israel antequam Idumæi soluerent ceruicem suam de iugo Israelitarum: & isti fuerūt Saul, Isboseth, Dauid, Salomon, Roboam, Abia, Asa, Iosaphat: & in principio regni Iorā filij Iosaphat Idumæi soluerunt ceruicem suam de iugo Israelitarū. Sed ista applicatio non inducit aliquam efficaciam ad hoc, ꝙ tot reges deberent transire priusquam Idumæi soluerent ceruicem suam de iugo Israelitarum: nam si Ioram nō fuisset malus, non recessissent Idumæi de subiectione sua, nec filiorum suorū, si ipsi boni essent: sed qa peccauerat nimis, datum est ei hoc in pęnam: vt sup. declaratum est. Tertia causa fuit difficultas quædā, quia Ioram putauit, ꝙ posset Idumæos ī primo bello reducere in potestatem suam: quia tamē non potuit, & illi exhibuerunt se nimis pertinaces recludētes se in fortalicijs, & eligendo potius mori, quā redire ad tributa soluenda, cōsternatus est Ioram animo, & putauit, ꝙ nunquam posset reducere illos in seruitutem, ideo cessauit. *Et tunc recessit & Lobna in tēpore illo.* Ista est quædam ciuitas in sorte Iuda, & est circa terram Idumæorum: vt patet Iosue. 15. & tūc recessit à Ioram, vt non esset subdita illi.

Vrbs Lobna quare recessit à Ioram. *Q. XXXVII.*

QVAERETVR de ista vrbe Lobna, quare recessit à Ioram, cum ista esset de terra Iuda. Respondendum est, ꝙ omnia ista fiebant à Deo in pęnam Ioram, vt diminueretur dominium suū: quia ipse dereliquerat eum: sic patet 2. Paralip. 21.

F scilicet, eo tempore Lobna recessit, ne esset sub manu Ioram, & subditur causa: dereliquerat enim Dominum Deum patrum suorum: causa tamen quare moti sunt viri Lobna, poterat esse: quia ipsi grauabātur tributis à Ioram: & quia erāt circa terram Edō, licet essent Iudæi voluerunt rebellare Ioram putantes, ꝙ ipsi cōiungerentur Idumæis, & simul se defenderent à Ioram, & seruis eius. Aliquis autem dicet aliter, ꝙ ciuitas Lobna quanquam esset in sorte Iudæ, tamen non possidebatur à filijs Israel, sed à gentilibus, sicut erat de ciuitatibus Philisthinorum, quę omnes ferè erant in tribu Iuda, vt patet Iosue 15. & omnes verè erant in terra Israel Iosue 13. & tamen non habitabantur ab Israelitis, sed à Philisthinis: &
G sic ista ciuitas, quanquam habitaretur à gentilibus, tamen illi soluebant tributa regibus Iuda, cū essent in terra sua: nunc verò videntes viri Lobna, ꝙ recessissent Idumæi à Ioram, & diminueretur regnū ei⁹, ipsi quoq; recedere voluerunt à præstatione tributorum, putantes ꝙ non posset eos redigere in seruitutem Ioram. Sed istud non stat: quia Lobna erat ciuitas habitata ab Israelitis: nam ipsa capta fuerat de manu gentilium tempore Iosue: vt patet Iosue. 10. s. Transiuit Iosue cum omni Israel de Maceda in Lobna, & pugnauit contra eam, quam tradidit Dominus in manus Israel. Item patet, ꝙ habitarent ibi Iudæi: quia infra 23. dicitur, ꝙ nomen matris Ioachaz erat Amital filia Ieremiæ de Lobna: ergo habi-
H tabant Iudæi in Lobna: quia aliàs nō accepisset rex Iosias vxorem de habitatoribus Lobna, cum ipse esset valde fidelis. Dicendum ergo, ꝙ fuit ciuitas ipsa virorum Iuda: & tamen subtraxerunt se à tributis præstandis Iorā, quia fortè grauabat eos, vel fortè quia desiderabant esse liberi, & nunc habuerunt opportunitatem ad hoc. Dicendum tamen, ꝙ ciuitas Lobna postea redijt ad reges Iuda, cùm rex Iosias acceperit in vxorem Amithal filiam Ieremiæ de Lobna infra 23. & tamē si nunquam rediuissent ad præstanda tributa regibus Iuda, essent hostes eorum, cùm se subtraherent ab eo, ꝙ semper præstare consueuerant: & sic reges Iuda nō acciperent vxores, nec cōcubinas de filiabus habitatorum Lobna:
I & tamen accepit rex Iosias vxorem de vrbe illa: ergo iam Lobna erat in potestate regum Iuda. Item patet, quia de Edom dicitur, ꝙ recessit, ne esset sub Iuda vsque ad diem hanc: & tamen de Lobna non dicitur hic, nec 2. Paralipo. 21. ꝙ recessit vsq; ad diē hanc, sed solum ꝙ recessit tempore illo: ergo quando scriptus fuit liber iste iam redierat Lobna ad reges Israel. *Reliqua autem sermonum Ioram.* i. omnia, quæ dixit, vel fecit, quæ non habētur hic. *Et vniuersa, quæ fecit.* s. in occidendo fratres suos, & quosdam principes Iuda. 2. Paralip. 21. & alia particularia gesta. *Nonne hæc scripta sunt in libro verborum dierum regum Iuda?* In libro illo scribebantur particulariter gesta regum Iuda, siue bona, siue mala, & ibi erant scripta omnia
K gesta Ioram. Aliqui putant istum esse librum Paralip. quia ibi habentur multa alia gesta regis Ioram, quę non habentur hic: vt patet 2. Paralip. 21. & tamen non est ille liber, nec etiam habetur in sacra scriptura: vt declaratum est præcedenti lib. c. 14. & ibi dictum est quid esset. *Et dormiuit Ioram cum patribus suis* i. mortuus est, sicut omnes patres sui, & dormiuit somno mortis. *Sepultusq; est cum eis in ciuitate Dauid.* Ioram moritur. Ciuitas Dauid vocatur castrum montis Syon: quia Dauid illud acquisiuit de manu Iebusęorum. supra 2. lib. cap. 5. & ibi fecit Dauid quendam locū pro sepulchris omnium regum de stirpe sua, vt declaratum est ibidē, & omnes successores Dauid sepeliebantur in sepulchris illis: iste tamen Ioram, quia

quia fuit vir malus licet ſepultus fuerit intra caſtrũ montis Syon, tamen non fuit poſitus in ſepulchris regũ, nec populus fecit ei funera honorabilia, ſicut regibus 2. Paralipo. 21. & hoc propter indignitatem ſuam. Sic etiam quidam alij reges valde mali nõ ſepulti fuerunt in ſepulchris regum: ſicut Ioas, q̃ fuit malus, quia occidit ſacerdotes Domini, & ſepultus eſt extra ſepulchra regum 2. Paralipo. 24. ſic etiam Ozias rex, quia fuit leproſus non fuit ſepultus in ſepulchris regum, eodem lib. capit. vigeſimoſexto.

De regno Ochoziæ.

Et regnauit. Hic ponitur ſecundum huius partis. ſ. de regno Ochoziæ filij Ioram: & dicitur. *Et regnauit Ochozias filius eius pro eo.* Iſte erat minimus filiorum ſuorum: nam habuit filios multos Iorã: ſed hoſtes. ſ. Arabes, & Aethiopes, & Philiſthini acceperunt omnes filios ſuos, & filias, & vxores, & occiderunt illos preter minimum eorum ſ. Ochoziam 2. Parali. 22. & iſte vocatur alio nomine Ioachaz, quod patet 2. Paralip. 21. dicitur, ꝙ hoſtes occiderũt omnes filios Ioram, & remanſit ſolum minimus eorũ Ioachaz: & eod. lib. cap. 22 dicitur, ꝙ occiſi fuerunt omnes filij Ioram, & manſit minimus Ochozias, & illum conſtituerunt regem. Et iſtud non eſt nouum: quia multi homines in ſacra ſcriptura ſunt binomij: ſicut Ieſſe, & Iſai; & Petrus, & Simõ, & Cephas; & multi alij. *Anno duodecimo Ioram filij Achab regis Iſrael.* ſ. quãdo cępit regnare Ochozias in Iuda regnabat in Iſrael Ioram filius Achab, & erat tunc annus duodecimus eius. Iſte enim fuit ultimus annus regni eius: quia ſolum regnauit duodecim annis ſup. 3. *Et regnauit Ochozias filius Ioram regis Iudę.* Iſte non regnauit aliquo tempore ſimul cum patre ſuo, ſed ſolum eo mortuo. *Viginti duorum annorum erat Ochozias cum regnare cœpiſſet,* quanquam iſte eſſet minimus filiorum Ioram, tamen multo tempore natus fuerat anteq̃ Ioram eſſet rex. *Et vno anno regnauit in Ieruſalem.* Non regnauit maiori tẽpore: quia erat iniquus, & Deus fecit eum occidi per manum Iehu, qui conſtitutus eſt in regem Iſrael: ſequenti c. *Nomen matris eius Athalia.* Iſta Athalia fuit vxor regis Ioram, & poſtquã occiſus eſt Ochozias filius eius occidit ipſa omne ſemẽ regium, vt ipſa ſola regnaret, & regnauit ſex annis. infra 11. & 2. Paralip. 22. *Filia amri regis Iſrael.* Vocatur filia Amri. i. neptis eius. Nam ipſa erat filia regis Achab, vt patet ſupra in litera, & 2. Paralip. 21. quia tamen Amri erat pater Achab, præcedenti lib. cap. 16. vocatur Athalia filia Amri, i. neptis, ſicut omnes ſuperiores in aſcendentibus vocantur patres, ſcilicet, aui, proaui, & ataui, & tritaui.

Ochozias quomodo anno Ioram regis Iſrael regnare cępit. Quæſtio XXXVIII.

QVAERETVR, quomodo poteſt eſſe, ꝙ Ochozias cęperit regnare anno. 12. Iorã regis Iſrael: quia oportet, ꝙ iam mortuus eſſet Iorã rex Iſrael quando ipſe cœpit regnare: nam regnauit Ioram annis 12. ſolum, ſupra 3. & Ioram rex Iudę pr̃ Ochoziæ cępit regnare anno quinto Ioram regis Iſrael ſupra in litera: iõ manebant ſolũ 7. anni de regno Iorã regis Iſrael, qñ cępit regnare Iorã rex Iudæ, & tñ Iorã rex Iudæ regnauit annis 8. vt patet in litera: ergo poſt mortẽ Iorã regis Iſrael adhuc regnauit vno anno Iorã rex Iudæ pater Ochoziæ, & poſt ipſum regnauit Ochozias: ergo non potuit Ochozias regnare, viuente Ioram rege Iſrael, & totum regnum ſuum fuit, viuente illo: nam in eodem die mortui ſunt Ioram rex Iſrael, & Ochozias rex Iudæ: quod patet, quia Iehu inſurrexit cõtra Ioram regẽ Iſrael, & percuſſit eum ſagitta: & erat tunc cum eo Ochozias, ſiue Ahazias rex Iudę, & fugit à facie Iehu, &

A occidit eum, ſequẽti cap. Oportet ergo, ꝙ octo anni regni Ioram regis Iudæ, & vnus annus Ochozię filij eius includantur in regno Ioram regis Iſrael ab anno ſuo quinto vſque ad 12. & ſic includentur nouem anni in ſeptẽ, quod eſt impoſſibile. Dicendum tamen, ꝙ iſtud prouenit ex diuerſitate annorũ: quia aliquãdo accipiuntur anni integri, & aliquãdo anni inchoati. Dicendum aũt, ꝙ Ioram rex Iſrael regnauit 12. annis completis, & quaſi vno anno ſequẽti: quia tamen ille non fuit completus non computat eum ſcriptura: & ſic ab anno ſuo quinto, vſque ad finem regni fuerunt quaſi octo anni, ſ. ſeptẽ completi, & vnus incompletus. Ioram autem rex Iudæ regnauit annis octo, qui fuerunt incompleti, ſ. parũ
B vltra ſeptem, ita ꝙ ſeptem anni Ioram regis Iſrael continebant plus quã octo anni Ioram regis Iudæ: vtpotè ſi ab anno quinto Ioram regis Iſrael vſq; ad finem regni ſui eſſent ſeptem anni, & decem menſes, & octo anni Ioram regis Iuda incompleti eſſẽt ſeptem anni, & duo menſes: adhuc manerent octo menſes de regno Ioram regis Iſrael poſt mortẽ Ioram regis Iudæ: & in illis octo menſibus regnaret in Iuda Ochozias filius Iorã: & illi vocarentur vnus annus, & ſic in ſeptem annis Ioram regis Iſrael includerentur nouem anni Iorã, & Ochozię filij eius regum Iuda.

Ochozias quotannis eſſet, quando regnare cępit. Quæſtio XXXIX.

C QVAERETVR vlterius, qũo poteſt ſtare, ꝙ hic dicitur, ſcilicet, ꝙ Ochozias erat 22. annorum quando cępit regnare: quia 2. Paralip. 22. dicitur, ꝙ erat annorum 42. quando cępit regnare. Aliquis dicet, ꝙ iſta contrarietas debet tolli: quia Ochozias regnauit aliquo tempore cum patre ſuo, & alio tẽpore per ſe poſt mortem patris ſui. Accipiendo primo modo, erat Ochozias annorum 22. quando cępit regnare: ſicut dicitur hic: accipiẽdo autem ſcđo modo, erat annorum quadraginta duorum, quando cępit regnare, ſicut dicitur 2. Paralip. 22. ſic enim fuit de Ioram patre Ochoziæ: nam ipſe regnauit cũ
D patre ſuo Ioſaphat nouem annis, & mortuo Ioſaphat, regnauit octo annis, vt declaratũ eſt ſupra in quadam quæſtione. Sed dicendum, ꝙ non ſtat, quia iſtud, quod dicitur hic, neceſſe eſt intelligi de regno, quod habuit Ochozias, mortuo patre ſuo, quia dicitur: dormiuit Ioram cum patribus ſuis, & regnauit Ochozias filius eius pro eo. Secundo patet, quia dicitur, ꝙ vno anno regnauit: ideo neceſſe eſt intelligi de regno, quod habuit, mortuo patre ſuo: nam regnum, quod habuit cum patre ſuo, ſicut iſti præſupponunt, fuit annorum 20 quia viginti duorum annorum erat, quando dicunt, ꝙ cępit regnare cũ patre, & quadraginta duorum, quando cępit per ſe regnare: ideo oportebit intelligi iſtud poſt mortẽ pa-
E tris. Tertiò patet, ꝙ non poſſint concordari iſta litera, & 2. Paralip. 22. iſto modo: quia ſicut hic dicit, ꝙ erat viginti duorum annorum, quando cępit regnare, & regnauit vno anno: ita ibi dicitur, ꝙ regnauit vno anno, & ꝙ erat quadraginta duorum annorum quando cępit regnare. Quartò patet, ꝙ neceſſariò intelligatur litera iſta de regno, qđ habuit mortuo patre: quia dicitur, ꝙ cępit regnare anno duodecimo Ioram regis Iſrael: & tamen poſt annum 12. iſtius Ioram, non vixit Ochozias vno anno integro: Quod patet, quia Ioram rex Iſrael ſolum regnauit 12. annis, ſupra tertio: & tamen Ochozias mortuus eſt eadem die, qua Ioram rex Iſrael: vt colligitur ſequenti cap. Ideo non potuit viuere vno anno poſt annum

annum duodecimum Ioram regis Israel: & tamen isti volunt, ꝙ regnauerit annis viginti, cum patre: ergo intelligitur de regno, ꝙ habuit per se post mortē patris. Quintò patet, quia Ochozias non poterat regnare cum patre suo Ioram, nisi eo tempore, quo ipse regnauit: & tamen Ioram solum regnauit 8. annis, supra in litera: ergo non potuit cum eo regnare viginti annis, vt isti ponunt: & sic intelligetur tā istud, quàm id, quod habetur 2. Paralip. 22. de regno, quod habuit post mortē patris. Item sexto non stat, quia dato, ꝙ dicamus regnasse Ochoziam cum patre suo, nō potest stare, quia sequitur, ꝙ filius esset senior patre suo duobus annis, quod includit contradictionem. Hoc patet, quia Ioram pater Ochoziæ erat annorum triginta duorū, quando cępit regnare, & octo annis solum regnauit, supra in litera: & sic fuit tota vita sua quadraginta annorū: quomodo ergo moriēte eo, Ochozias filius suus poterat esse quadraginta duorum annorum, potissimè cum iste esset minimus. 2. Paralip. 22. Dicendum, ꝙ hic est magna difficultas, & declarabitur 2. Paralipo. 22. *Et ambulauit in vijs domus Achab.* Scilicet, secutus est Idola, sicut fecerat domus Achab, & ista est causa, quare cito mortuus est, & non regnauit vno anno integro: & factum est iustè: vt sicut Ochozias ꝑꝑ domum Achab peccabat, ita cum domo Achab moreret̃: & sic in eadē die, qua deleta est domus Achab occiso Iorā rege Israel filio Achab, occideret̃ Ochozias: vt patet sequenti cap. Causa autē, quare Ochozias secutus est Idola, sicut domus Achab fuit duplex. Prima ꝑꝑ matrem suā: quia Athalia erat mater sua, & erat filia Achab: ipsa autem impulit eum, vt coleret Idola 2. Paralip. 22. s. Ochozias ingressus est per viā domus Achab: mater. n. eius impulit eū, vt impiè ageret. Secunda causa fuit ꝑꝑ consiliarios, quia omnes consiliarij regis Ochozię fuerunt de domo Achab, & consuluerunt ei tenere viam Achab. 2. Paralip. 22. s. fecit Ochozias malum in conspectu Domini sicut domus Achab: ipsi enim fuerūt ei cōsiliarij post mortē patris eius in interitum eius. *Ambulauitque in consilijs eorum, & fecit, quod malum est coram Domino, sicut Domus Achab* i. coluit Idola, sicut filij Achab: istud. n. vocatur malum spetialiter, & non solum imitatus est filios Achab in colendo Idola, sed etiam in violentijs, & occisionibus, & rapinis, & alijs iniquitatibus. *Gener. n. Domus Achab fuit.* s. accepit vxorem de domo Achab. s. filiam alicuius filiorum Achab, vel aliquam aliā de cognatione illa, & istud impulit eum ad sequendum mores domus Achab. *Abijt quoque cum Ioram filio Achab ad præliandum contra Hazael regem Syrię.* Istud fuit in duodecimo anno regni Ioram: nam paulo post hoc occisus est: vt patet ex ordine literæ hic, & sequenti c. Pro quo sciendum, ꝙ mortuo Benadad rege Syriæ, sicut dicitur supra in litera, regnauit Hazael in Syria, & ipse pugnauit contra Israel, sicut pugnauerat Benadad: & Ioram filij Achab regnabat in Israel eo tempore, quo Hazael cępit regnare in Syria: & in anno 12. regis Ioram fuit bellū inter ipsum, & Hazael regem Syriæ, & iam mortuus fuerat Ioram rex Iuda: ideo Ochozias, qui tunc regnabat, iuit cum Ioram ad bellum contra Syros. Sic. n. Iosaphat auus suus iuerat cum Achab rege Israel ad bellū cōtra Syriam, viuēte Benadad, præcedenti lib. c. 22. & 2. Paralip. *In Ramoth Galaad.* Ista est quædā ciuitas in terra duarū tribuū, & dimidię, vbi habitauerant duo reges Amorrhęi, & est in tribu Gad, vt patet Deut. 4. Istam tenebat rex Syriæ, quanquam pertineret ad terrā Israel, & pro hac pugnauit Achab contra Benadad regem Syriæ, & apud illam ciuitatem occisus est: præcedē-

Ochozias quare secutus est Idola.

F ti lib. c. vlti. & 2. Paralip. 18. Istam autem ciuitatē re-
petebat nunc Ioram filius Achab ab Hazaele, q no-
uiter regnabat in Syria, mortuo Benadad: iō factū
est ibi bellū. *Et vulnerauerunt Syri Ioram.* Nimis vulne-
ratus fuit in bello illo, ita vt oporteret eū recedere
de bello. *Qui reuersus est, vt curaretur in Iezrahel.* Iezrahel
est ciuitas terræ Israel in sorte Ephraim, vt patet Io-
sue 17. alia autē Iezrahel est in sorte Iudæ, cui sunt
coniūcti montes Gelboe, & mons Carmelus, & de
hac habetur Iosue 15. & supra 1. lib. c 29. ista autem,
de qua hic dicitur, erat in sorte Ephraim, qa alia nō
pertinebat ad reges Israel, sed ad reges Iudę. In ciui-
tate ista fecerat Achab occidi Naboth virum iustū,
quia noluit ei dare vineam suam: præcedenti lib. c.
G 21. Et in hac vrbe occisus est ipse Iorā à Iehu: vt pa-
tet sequenti c. *Quia vulnerauerant eum Syiri in Ramoth,
pręliante contra Hazael regem Syriæ.* Nimis fuerat vulne-
ratus: ideo oportuit eum recedere de bello in Iez-
rahel, vt curaretur ibi de vulneribus suis: Et hic cō-
pletū est, quod dixit Dominus ad Eliam, pręcedenti
lib. c 19. s. erit, vt quicunq; fugerit gladium Hazael
occidat eum Iehu. Et sic Ioram, qui iudicio Domi-
ni erat condemnatus ad mortem, euasit gladiū Ha-
zael in bello, & occidit eum Iehu, & sic Ioram, qui
iudicio Domini erat cōdemnatus ad mortem, eua-
sit gladium Hazael in bello, & occidit eum Iehu in
vrbe: sequenti c. *Porro Ochozias filius Ioram rex Iuda
descendit inuisere Ioram filium Achab in Iezrahel.* Ocho-
H zias rex Iuda descendit inuisere. i. ad visitandum Io-
ram regem Israel in Iezrahel, vbi curabatur de vul-
neribus suis. *Quia ęgrotabat.* s. propter vulnera, & san-
guinem multum euacuatum debilitatus fuerat, &
ęgrotabat in Iezrahel. Ponit̃ autē istud hic, qa ambo
reges occisi fuerunt in Iezrahel à Iehu, sequenti c.

Iezrahel ciuitas i sorte Efraym.

Ochozias quare iuit ad visitandum Ioram regem Israel. Quæstio XL.

QVAERETVR, quare Ochozias descendit
ad visitandum Iorā rege in Israel. Respondē-
dum, ꝙ duę causę fuerunt, vna ex parte Dei, & alia
ex parte Ochoziæ. Prima fuit, quia Deus volebat
occidere Ochoziam regem Iudę, & ꝙ sanguis eius
I maneret inultus, & ad hoc disposuerat, ꝙ Iehu occi-
deret Ioram regē Israel: ideo etiā inclinauit Ocho-
ziam, vt iret ad visitandum Ioram in Iezrael, & ibi
ambo occiderentur: sic patet 2. Paralip. 22. s. igitur
Ochozias rex Iuda descendit, ut inuiseret Iorā ęgro-
tantem: voluntatis quippe fuit Dei aduersus Ocho-
ziam, vt veniret ad Ioram, & cùm venisset egrede-
retur cum eo aduersum Iehu, quē vnxit Dominus,
vt deleret domū Achab. Secunda causa fuit ex par-
te Ochoziæ. s. quia Ochozias erat filius Athaliæ, &
illa erat soror Ioram regis Israel: ideo habebat cum
eo magnam familiaritatem Ochozias, & iuerat cū
eo ad bellum in Ramoth Galaad contra regem Sy-
riæ: & sic nūc descēdebat ad visitandū eū ægrotātē
K ꝑꝑ vulnera, vt cōsolaret̃ ipsū verbo suo, & aspectu.

CAPITVLVM IX.

ELISAEVS autem proheta
vocauit vnum de filijs ꝓphe-
tarum, & ait illi: Accinge lū-
bos tuos, & tolle lenticulam
olei hanc in manu tua, & va-
de in Ramoth Galaad.

Supra

Descripta in præcedentibus regis historiæ prose-
cutione, hic agitur de totali domus Achab destru-
ctione

ctione,& diuiditur in duo, quia primo ponitur destructio domus Achab quantum ad principales pso nas: secundò quantum ad secundarias sequenti c. Prima in tres, quia primo ponitur regis Ioram interfectio, secundò Ochoziæ regis Iuda fuga, & occisio ibi. *Ochozias autem.* Tertiò Iezabel laceratio ibi. *Porrò Iezabel.* Prima in tres, qa primo ponitur Iehu in regem vnctio, secundo eius vncti confirmatio, ibi. *Et ascendit.*

An ordo continuus sit, & immediatus ad prædicta. Q. I.

QVAERETVR circa primum, an ea, quæ habentur hic, habeant ordinem continuatū ad ea, quæ habentur præcedenti cap. & an fuerint facta immediatè post illa, vel interiecto aliquanto tēpore. Ad primum dicendum, φ hic est ordo continuus ad præcedentia: quia præcedenti cap. dictum est de anno 12 regis Ioram, hic autē agitur de morte eius. Etiam quia in præcedentibus dicitur, quomodo Iorā vulneratus in Iezrahel curatus est: hic autem ponitur, quomodo in Iezrahel occisus est: iō necesse est ista fuisse post illa. Ad secundum dicendum, φ modicum tempus fuit inter præcedentia, & ista, quia præcedenti c. dicebatur, quomodo Ochozias rex Iuda descendit in Iezrahel, vt inuiseret Iorā ęgrotātem: hic autem dicitur quomodo ambo existentes in Iezrahel à Iehu occisi sunt. Certum est tamen, φ paruo tempore maneret Ochozias in Iezrahel, cum solum descendisset ad visitandum Iorā ęgrotantem. Fuerunt ergo, quæ habentur hic, & p̄cedenti cap. omnino in eodem tempore. Circa primum dicitur: *Elisæus autem propheta vocauit vnum de filijs prophetarum.* Omnes filij prophetarum erant ad p̄ceptum Eliseį: quia ipse erat princeps eorum, & omnes dicebātur habitare coram eo. supra 4. & 6 & ipse vocauit vnum de eis, & misit ad vngendum Iehu. *Et ait illi: accinge lumbos tuos.* Iste est quidam apparatus ad currendum: nam Iudæi habebāt vestes pendentes vsque ad talos, & habebāt eas laxas s. non colligatas corpori, & sic erant ad itinerandum nimis impeditiuę, cum ergo aliquis debebat velociter currere, oportebat, φ accingeret lumbos suos. s. decurtando vestes, & eas corpori astringendo: vt percutiendo pedes non impedirent ambulantem. Sic patet supra 4. quando misit Eliseus Giezi ad suscitandū filium mulieris Sunamitis, & dixit ei, φ curreret velociter, & neminem salutaret in via, & ad hoc prædixit ei, φ accingeret lumbos. Et non solum erat hoc ad itinerandum, sed etiam ad ministrādū: quia omnes ministrantes inter Hebreos dicebantur pręcingere se, sic dicitur de Christo Ioannis 13. φ præcinxit se, & accepit linteum, & lauit pedes discipulorū. Sic ēt Luc. 17. dr̄ præcinge te, & ministra mihi: Erat ergo necessarium præcingere vestes pp longitudinem, & quia laxę erant. *Et tolle lenticulam olei hanc in manu tua.* Lenticula est quoddam vas paruum, in quo continetur oleum, & dr̄ à liniendo, quia ibi cōtinetur oleum, quo linitur. *Et vade in Ramoth Galaad.* Ista erat ciuitas, in qua fuerat bellum Ioram regis Israel ɔtra Hazaelē, & ibi vulneratus fuerat à Syris, & redijt in Iezrahel, vt curaret: vt patet p̄cedenti. c.

Accinge. lumbos quid.

Elisæus quare non iuit ad vngendum Iehu in regem. Quæstio II.

QVAERETVR, quare Eliseus nō iuit ad vngendum Iehu in regem, sed misit vnū de pueris suis. Responderi potest, φ fortè hoc fecit pp timorem Ioram regis Israel: quia si ipse cognosceret,

A φ ibat ad vngendum aliquem in regem, occideret eū: & fortè difficile erat occultari ad quid ibat Elisæus, si illùc iret, φ autem mitteret illùc aliquem de pueris suis, nō erat periculum, quia non aspiceretur ad eum. Sic patet de Samuele, qui non audebat ire ad vngēdū Dauid timore Saulis, dicens: audiet Saul, & interficiet me, ideo accepit bouem ducens ante se quasi iret ad immolandū, supra 1. lib. cap. 16. hoc autem verisimile erat in Elisæo, quia ipse prædixerat multa mala regi Ioram, & si ipse iret, crederetur, φ ibat ad vngendum aliquem in regem, & teneret.

Quis fuit, qui iuit ad vngendum Iehu in regem, & an fuerit Ionas propheta. Quæstio III.

B QVAERETVR vlterius, quis fuit iste de filijs prophetarum, qui missus est ad vngendū Iehu in regem. Respondet Ra. Sa. φ iste fuit Ionas p̄pheta, & erat tunc sub potestate Eliseį, sicut cęteri prophetę: & dicit causam esse, quia Elisæo dictum fuerit, φ iret ad vngendum Iehu in regem Israel: p̄cedenti lib. c. 19. oportebat ergo, φ ipse, vel aliquis discipulus eius iret ad vngendum illum, & tamē nō iuit ipse p se: ideo debuit ire aliquis discipulus eius: Erat autem Ionas discipulus Eliæ: quia dicunt φ ipse fuit filius mulieris Sareptanæ, quem Elias suscitauit à morte præcedenti lib. c. 17. Dicēdum est, quòd istud non conuenit propter duo. Primo propter id, C quod dicunt, secundo propter id, quod præsupponunt: dicunt. n. φ Ionas fuerit nunc sub Eliseo, & tamen vr̄, φ postea fuerit, qa regula est apud Hebręos inter prophetas, φ ille prior est tempore, qui prior ponitur in ordine libri: & etiam hoc satis apparet ex regibus, qui ponuntur in prologo cuiuslibet ipsorum: & tamen Ionas ponitur post Abdiā, & Amos, & Amos prophetauit tempore Oziæ regis Iuda, ergo postea prophetauit Ionas. De hoc Amos primo, & tamen Ozias rex Israel fuit multo post hoc: quia nunc regnabat Ochozias in Iuda, & post eum Athalia, q̄ regnauit sex annis, infra 11. & post eā Ioas, q̄ regnauit quadraginta vno annis, infra 12. & postea Amasias, qui regnauit 29. annis, infra 14 & post eum D Ozias infra 15. Et tēpore huius prophetauit Amos, & postea prophetauit Ionas: ergo non poterat ipse mitti nunc ad vngendum Iehu: quia tunc tp̄e illo, quo prophetaret, esset plus, quàm centum annorū, & tamen ipse erat vir, quando missus est in Niniuē: vt colligitur Ionę primo. Patet hoc, quia nunc quādo iste missus est esset plus, quàm viginti qnque annorum: quia mittebatur tanquam vir fortis, & prudens ad vngendum regem, quibus iungātur sex anni Athalię, & 41. regni Ioas, & 29. regni Amasię, erūt centum, & duo anni: & tamen adhuc in principio regni Oziæ non prophetabat Ionas: quia ante eum prophetauit Amos, & tamen Amos non prophetauit in principio regni Oziæ, sed solū duobus annis E antequam efficeretur leprosus, & fieret terremotus in Ierusalē, vt patet Amos primo, non ergo fuit Ionas tp̄e Elisæi. Secundò errat Ra Sa. in eo, φ præsupponit. s. φ iste fuerit filius mulieris Sareptanæ, quē suscitauit Elias, quia tunc Ionas esset de Sarepta: & tamen Ionas est de Geth, vt patet infra 14 s. locutus est Dn̄s per seruū suum Ionā filiū Amathi prophetam, qui erat de Geth, quæ est in Ophel. Dicendū ergo φ nō fuit iste Ionas, sed aliquis alius de filijs p̄phetarū: qa multi erāt cū Eliseo. Motiuum ēt nō tenet, qa cū Deus iussisset Elię vngere Iehu in regē p̄cedēti lib. c. 19. vel ipse vngeret, vel cessaret mādatū Dei ex aliqua cā: & tūc nō oportebat, φ alius ageret loco eius, quia ipse absolutus erat à mandato Dei.

R. Salomō reijcitur.

Regula generalis, qd' ille p̄pheta ē prior, qui prior ponitur.

Quare

Quare oportuit istum puerum accingere lumbos, & currere. *Quæstio IIII.*

QVAERETVR vlterius, quare iussit Elisæus isti iuueni, ꝙ accingeret lumbos. Respōdendū, ꝙ accingere lumbos erat dispositio ad faciliter currendum, vt supra dictum est. Ratio autem, quare currere deberet erat multiplex. Prima quia sermo Domini vrgebat: nam Deus volebat occidere nunc duos reges.s. Ioram regem Israel, & Ochoziam regē Iudæ, qui erant simul in Iezrahel: & hoc fieri debebat per Iehu, & non poterat fieri quousque esset vnctus in regem: & forte Ochozias volebat redire ī terram suam, & si cito non iret Iehu in Iezrahel, nō inueniret duos reges simul, sed solum Ioram: quod satis apparet ex litera sequenti: nam illicò vt iuit iste propheta, & vnxit Iehu in regem, iuit ipse Iehu in Iezrahel, & inuenit Ochoziā, & Ioram: si ergo moraretur, forte non inuenisset illos, ideo oportuit, ꝙ iret iste propheta velociter. Secunda causa fuit ad euitandum periculum, & ne poneretur impedimētum diuinæ voluntati: nam si iste iuisset morando, interim forte Iorā cognosceret quò iste ibat, & īterficeret eum, vel impediret viam eius, vel saltem præmuniret se, ne aliquid posset fieri contra ipsum, & sic impediretur voluntas Dei de occidendo regem Israel, & Iuda. Tertia causa fuit propter alios à rege, qui poterant cognoscere quò iret iste puer prophetę, si moraretur, & moti nouitate facti, nunciarēt illud regi Israel, & sic pręmuniret se, vel ꝑꝑ inuidiā Iehu, qui vngendus erat, conarent̄ disturbare factū: debuit ergo ire velociter, ne aliquid istorū sequeretur.

Elisęus quare iussit puero portare secum lenticulam olei. *Quæstio V.*

QVAERETVR vlterius, quare Elisæus iussit isti puero prophetæ, vt portaret secum lenticulam olei ad vngendum Iehu in regem: nam poterat inueniri oleum in Ramoth Galaad, vbi vngendus erat Iehu. Aliquis respondebit, ꝙ ista vnctio facta est cū oleo sacro: quia sic debebat esse vnctio regū, & tamen in Ramoth Galaad, vbi erat nūc Iehu, nō inueniretur oleum sacrum, sed solū cōmune, ideo portauit secum lenticulam. Sed dicendum, ꝙ hoc non stat: quia non potuit nunc vngi Iehu cum oleo sacro, sed cum communi: quod patet: quia oleū sacrum erat in templo Domini, vt patet præce.li.c.1. vbi dicitur, ꝙ ad vngendum Salomonem Sadoc sacerdos accepit cornu olei de tabernaculo Domini: nunc tamen non poterat Elisæus habere oleum de templo Domini: quia Elisæus morabatur in terra Israel: templum autem Domini erat in terra Iuda ī Ierusalem. Item quia dato, ꝙ Elisæus in Ierusalem non auderet accipere de oleo sacro, ne haberet̄ contra eum suspicio, ꝙ aliquem volebat vngere in regē: quia oleum illud ad nihil erat, nisi ad vngendum sacerdotes, vel reges: ad tollendam ergo istā pręsumptionem non acciperet oleum sacrum. Dicendum ergo ꝙ oleum commune erat istud, ꝙ portabat ille propheta in lenticula, & poterat reperiri oleum in Ramoth Galaad, vbi vngendus erat Iehu: & tamen voluit portare secum lenticulam olei ad occultandum factum antequam fieret: nam si non portauisset oleum, forte in domo illa, in qua vngendus erat Iehu, non inueniretur oleum, & oportebat inquiri, & tunc poterat cognosci quid vellet facere propheta priusquam faceret, & sic posset impediri: tulit ergo secum lenticulam olei, vt cum ingrederetur ad Iehu illicò funderet oleū super caput eius antequā

F ipse Iehu, vel aliquis alius sciret quid volebat facere propheta, & non posset aliquo modo impediri.

Sciendum autem, ꝙ Hebræi dicunt Iehu fuisse vnctum de lenticula olei: quia regnum suū non erat permansurum, cum solum manserit vsq; ad quartā generationem, sequenti c. & inf. 15. Dicunt etiam, ꝙ illi reges, qui vncti sunt lenticula olei, non habuerunt regnum permanens, & sic patet in Saule, super quem fudit Samuel lenticulam olei, sup. 1. lib. c. 10. ēt iste vnctus est lenticula olei, & mansit regnū suū vsq; ad quartam generationem solum, sequenti ca. de vnctis autem cornu olei dicunt, ꝙ regnum eorū erat manens, & sic fuit de regno Dauid, & Salomonis: quia mansit regnum in posteris eorum semper, & ipsi fuerunt vncti cornu olei. De Dauid patet supra. 1. lib. ca. 16. quia Deus dixit Samueli: imple cornu tuum oleo. De Salomone patet pręced. lib. ca. 1. quia Sadoc tulit cornu olei ad vngendum Salomonē. Sed dicendum, ꝙ ista est vanitas: quia oleum nō confert regnum, sed Dei dispositio: ideo nec potest facere illud durans vel subito cadens. Vnde siue sit oleum sacrum, siue non, nihil differt. Nā Dauid vnctus est oleo communi, vt declaratum est, sup. 1. lib. cap. 16. & tamen regnum eius fuit manens, & merita eius fecerunt, vt nō periret regnum filiorum suorum, præcedenti lib. c. 11. & 15. Salomon autem vnctus est oleo sacro. s. oleo, quod erat in tabernaculo Domini, præced. lib. c. 1. & tamen regnum suum periturum erat, nisi propter merita Dauid, eo. lib. c. 11. nihil ergo differt esse oleū sacrum, vel commune: à fortiori autem non differt ferri illud in lēticula, vel in cornu. Nā esse sacrū, vel commune poterat facere differentiam sicut est in vnctione, quæ fit in confirmatione, & in extrema vnctione: quia de substantia est in istis, ꝙ fiat vnctio in oleo consecrato, alioquin non confertur sacramentum: quia dr̄ Iacobi quinto: vngentes eum oleo sancto: & tñ sacrum vel commune oleum non facit differentiam in vnctione regum: quia illud non est sacramentum, sed potestatis insignium: ideo à fortiori fundi oleum de lenticula, vel de cornu nihil differt ad esse regem, vel regnum esse manens.

Opinio hebræorū circa vnctiones regum.

Vanitas Iudaica

Confirmatio, & extrema vnctio fi[...]tur cum oleo sacro no[n] est sacr[...]

I

Iehu an esset in Ramoth Galaad, vbi vngeretur à puero. *Quæstio VI.*

QVAERETVR vlterius, quō dicitur hic, ꝙ iste puer prophetę iturus erat ad vngendū Iehu in Ramoth Galaad: nam videtur, ꝙ non poterat esse ibi Iehu: quia Ramoth Galaad erat ciuitas, quā tenebat rex Syriæ, & pertinebat ad regem Israel, & propter illam pugnabat Ioram rex Israel cōtra Hazael regem Syriæ præcedenti cap. Respondendum secundū quosdam, ꝙ Iehu erat in Ramoth Galaad, non quidem, ꝙ esset intra vrbem, sed ꝙ erat apud illam: quia pro illa pugnabat rex Israel cōtra Hazaelē, & hoc patet inf. in litera. s. porro Iorā obsederat Ramoth Galaad ipse, & omnis Israel cum eo cōtra Hazael regem Syriæ. Ergo non habebat vrbē in sua potestate, cum obsideret eam, & sic Iehu esset extra vrbem. Sed dicendum, ꝙ non stat: quia satis apparet, ꝙ esset intra vrbem: nam Elisęus iussit huic adolescēti, ꝙ iret in Ramoth Galaad, & postea dicitur, inf. & ingressus est illùc, ergo erat intra vrbem.

K

Item quia dicitur: & introduces eum in interius cubiculum, & tamen si esset extra vrbem non esset ibi cubiculū exterius, nec interius, ergo in vrbe erat.

Aliquis dicet, quòd Ramoth Galaad habebat aliqua suburbia, sicut alię vrbes, & quia illa suburbia non erant murata, exercitus regis Israel erat in illis: intra

intra vrbem verò erat rex Syriæ, & sic obsidebat rex A Israel vrbem, & rex Syriæ erat intra vrbem. Sed dicendum, quòd non stat, quia Iehu erat intra vrbem: nam cum ipse vnctus fuit in regem, dixit ad socios suos: si placet vobis, nemo efficiatur profugus de ciuitate, ne vadat, & nunciet in Iezrahelem: ergo erat Iehu intra vrbem cum exercitu, & poterat claudi vrbs, ne aliquis exiret.

Dicendum ergo, quòd Ramoth Galaad erat ciuitas pertinens ad Israelitas, & occupauerat eam rex Syriæ ante tempora Achab regis Israel, & dixit ipse ad seruos suos: ignoratis, quòd nostra sit Ramoth Galaad, & negligimus eam tollere de manu regis Syriæ, præcedenti libro, cap. vltimo: & tunc Achab iuit ad pugnandum, vt acciperet vrbē de ma B nu Syrorum. Et occisus est in bello, vt patet ibidem. Postea verò regnante Ioram filio eius, possidebatur etiam Ramoth Galaad à Syris, & voluit Ioram accipere eam de manu regis Syriæ: nam putauit, ꝙ cum nunc Hazael esset nouiter rex Syriæ, non esset tātæ potestatis, sicut Benadad, & non posset defendere vrbem, & tūc Ioram cum toto Israel obsedit eam, vt patet inf. In bello autem illo percussus est Ioram nimis, & rediit ad curationem vulnerum in Iezrahel, & reliquit exercitum obsidentem Ramoth Galaad, & tunc mansit ibi Iehu tāquam princeps exercitus, & iuit ad vngendum eum iste propheta. Habebant autem tunc Israelitæ vrbem totā, vel partem vrbis. Nam poterat esse, quòd postquam Iorā recessit vul- C neratus de bello, exercitus suus præualuit contra Syriam, & acceperunt vrbem, manebatque ibi totus exercitus. Vel fortè melius potest dici, quod non acceperat totam vrbem, sed fortè partem planam, & manebat fortalitium in potestate Syrorum, & pro illo adhuc durabat obsessio vrbis. Et sic Iehu cum exercitu poterat manere, & manebat intra vrbem, & ibi vnctus est in regem. *Cunque veneris illuc.* Idest, introieris in Ramoth Galaad. *Videbis Iehu filium Iosaphat filij Namsi.* Ad istum vngendum mittebatur, & nominantur hic pater, & auus ipsius Iehu, quia fortè fuerunt viri insignes, & cogniti ab omnibus in Israel, & non apparet de qua tribu fuerit Iehu. *Et ingressus.* s. in vrbem: quia ibi erat Iehu cum exercitu. *Suscitabis eum* D *de medio fratrum suorum.* i. vocabis eū, vt surgat de medio aliorum principum, qui cum eo sunt, & loquaris ei. *Et introduces in interius cubiculum.* s. introduces in domum secretam, quæ est intra omnes domos, vt nullus videat quid agis, aut loqueris. *Tenensque lenticulam olei, fundens super caput eius.* s. antequam aliquid loquaris fundes oleum super caput eius, quia per istā vnctionem efficiebantur reges. *Et dices: hæc dicit Dominus.* s. postquam vnxeris eū, loqueris ei ista ex parte Dei. *Vnxi te regem super Israel.* s. scias te vnctum ex parte mea in regem ad faciēdum ea, quæ tibi iubeo. *Aperiesque ostium, & fugies.* s. aperies ostium cubiculi, in quo vnxeris eum, quia debebat introducere ipsum in cubiculum interius ad loquendum ei, & vngendum ipsum, vt patet in litera. *Et ibi non subsistes.* i. postquam vnxeris eum, nō stabis in Ramoth Galaad expectando aliquid, vel saltem volendo ibi sumere cibum, sed illico fugies. Non est tamen intelligendum, quòd mox, vt diceret propheta ista regi Iehu: vnxi te in regē super Israel, deberet fugere, quia multa alia debebat ei dicere de destructione domus Achab, & occisione Iezabel, & vltione sanguinis prophetarum: nam omnia ista dixit, vt patet infr. in litera: sed hic non dicitur, nisi: vnxi te in regem super Israel: quia sub hoc intelliguntur cętera, & scriptura non vult sæpè repetere idem.

Quare Deus voluit vngere Iehu in regem, & non alium.
Quæstio VII.

QVAERETVR, quare Deus voluit potius vngere Iehu in regem, quàm aliquem alium. Respondendum, quòd licet non sit danda aliqua causa motiua voluntatis Dei ad agendum, sicut datur causa motiua voluntatis nostræ ex eo, quòd voluntas Dei est simpliciter primum mouens: tamen possunt dari causæ voluntatis Dei extrinsecus, vtpote Deus voluit aliquam rem, dato, quòd non sit aliqd, quod mouerit eum ad volendum illam rem, nisi ipsemet; tamen ex parte rei extrinsecus erat rationabilius illam rem fieri, quàm aliam: & isto modo intelligendum est quandocunque quęrimus de causis voluntatis Dei. Et quantum ad hoc dicēdum, ꝙ Deus volebat nunc vngere aliquem in regem super Israel ad occidendum Ioram regem Israel, & totam domū Achab propter peccata illorum, vt patet ī. in litera. Ad hoc autem non erat aliquis cōuenientior, quàm Iehu propter duo. Primò: quia iste erat valde diligens ad exequendum id, quod Deus volebat cōtra domum Achab: Deus autem inquirit viros conuenientes voluntatis suæ ad faciendum id, quod ipse iubet. Sic patet supr. 1. libr. c. 13. cum dixit Samuel ad Saulem quæsiuit sibi Dominus virum iuxta cor suum, & pręcepit ei, vt esset dux super populum suū Israel, & Deus de eo dixit: inueni virum secundum cor meum, vt colligitur Psalm. 88. Ita nunc fuit de Iehu, q iuxta cor Dei fecit omnia, quæ ille volebat: sic patet sequēti cap. s. dixit Dominus ad Iehu: quia studiosè fecisti, quod rectum erat, & placebat in oculis meis, & omnia, quæ in corde meo erāt contra domum Achab filij tui vsque ad quartam generationem sedebunt super tronum Israel. Secunda causa fuit, quia Iehu erat magis dispositus ad faciendum istud, quàm aliquis de toto Israel: quia ad delendum totam domum Achab, & occidēdum regem Israel requirebatur magna potestas, & fauor exercitus, & populi: hoc autem non erat in aliquo, sicut in Iehu, quia ipse erat princeps exercitus Israel sub rege Ioram: ideo mox, vt vnctus est in regem, totus exercitus secutus fuit ipsum contra Ioram, vt patet in litera: quòd autē ipse esset princeps exercitus patet: qa iste propheta, qui iuit ad eum, dixit verbum mihi ad te, ò princeps: vt patet ī litera: ergo erat maior principum, cum absolutè vocaretur princeps.

Volūtatis Dei qūo pt dari cā.

Iehu quare potius vnctus est hoc tempore, quàm alio.
Quęstio VIII.

QVAERETVR vlterius, quare potius vnctus fuit nunc in regem Iehu, quàm alio tempore. Respondendum, quod propter tria. & fundamentū est, quia Iehu non vngebatur, nisi ad delendum do- E mum Achab, vt patet in litera: ideo mox, vt vngeretur, debebat istud exequi, priusquam Ioram rex cognosceret eum vnctum esse, ne posset se præmunire contra illum, sicut dixit Iehu quando vnctus est, ꝙ clauderetur ciuitas, & nullus posset ire profugus ad nunciandum eum vnctum esse in Iezrahel, vbi erat rex Ioram, infra in litera: ideo non debuit vngi vsquequo esset tempus occidendi Ioram: Deus tamē noluit occidere ipsum quousque essent peccata domus Achab consummata: sicut dicitur Gen. 15. Nōdum enim completæ sunt iniquitates Amorrhæorum vsque ad præsens tempus, quasi dicat, propter hoc nō dabitur terra semini tuo immediatè, sed vsq; ad quartam generationem: quia illa possidetur nūc à Cha-

à Chananæis, siue Amorrhæis: & tamen peccata eorum nondum sunt completa, ideo non debent spoliari possessione terræ, sed nunc nondum fuerant cōsummata peccata domus Achab vsque ad duodecimum annum regni Ioram, ideo non debuit prius occidi, nec prius debuit Iehu vngi in regem. Secunda causa fuit, quia nunquam fuit aliqua tanta opportunitas, sicut nūc: nam ad hoc, quòd Iehu posset occidere Ioram regem Israel, & delere totam domum Achab, oportebat, quòd haberet magnam potestatem exercitus, vel saltem, quòd exercitus sibi nō repugnaret: hoc autem fieri debebat per coniurationē aliquam factam inter Iehu, & exercitum: & tamen non poterat fieri coniuratio quando non erat congregatus exercitus: congregatio autem non fit, nisi tempore belli: ideo nunc cum esset bellum Israelitarum in Ramoth Galaad contra Syros poterat Iehu, qui erat princeps exercitus, facere coniurationē contra Ioram. Tertia causa fuit ad dandam maximam opportunitatem: quia dato, quòd aliàs Ioram congregasset exercitum habens bellum contra Syros: tamen non erat opportunitas vngendi Iehu in regem, quia tunc manebat Ioram cum exercitu in bello, & non poterat Iehu facere coniurationē propter præsentiam regis, quia antequam fieret, sciret, & occiderentur à rege omnes, qui faciebant illam. Nunc autem fuit magna opportunitas ad coniurationem: quia Ioram fuit à principio in bello, & vulneratꝰ est valde à Syris, & ob hoc recessit in Ramoth Galaad, vt curarentur ibi vulnera eius, ꝭ. in litera, & interim māsit Iehu cū toto exercitu in Ramoth Galaad, & sic habuit duas opportunitates ad faciēdum coniurationem. Prima fuit, quia rex erat absens, & non poterat scire coniurationem, quę contra se fiebat. Secunda fuit, quia Iehu cum maneret vice regis in bello, habebat nunc maiorem potestatem super exercitum, quàm aliàs haberet, & sic poterat trahere exercitum quocunq; vellet. Et ista fuit causa, quare misit Elisæus prophetam ad vngēdum Iehu cum magna festinatione accinctis lumbis, scilicet, vt vngeret eum, antequam cessaret ista opportunitas.

Iehu quare introductus est in cubiculum, & vnctus fuit oleo, antequam propheta diceret ei aliquid. Quæst. IX.

QVAERETVR vlterius, quare iussum est, quòd introduceret iste propheta ipsum Iehu in cubiculum interius, & quòd funderet oleum antequam aliquid diceret. Ad primum dicendū, quòd hoc factum est, ne aliquis de omnibus astantibus ipsi Iehu sciret, quòd veniebat ille propheta ad vngendum eum in regem, quia fortè inuiderent aliqui, & disturbarent antequam fieret: cum autem introductus est in interius cubiculū, nemo videre poterat, nec audire ea, quæ propheta dicebat Iehu, vel quæ faciebat. Sed obijcietur, quòd istud nihil erat: quia mox, vt Iehu exiuit de cubiculo, & retulit se vnctū per prophetam, totus exercitus clamauit dicens: regnauit Iehu, & posuerunt vestimenta sua sub pedibus eius, infra in litera. Ita ergo si antequam vngeretur, propheta, loqueretur coram omnibus, cōsentirent omnes. Dicendum, quòd nimis differebat: qa antequam vngeretur Iehu poterat disturbari, & aliqui per inuidiam conarentur disturbare. Postquam verò vnctus esset, quia illa vnctio erat à Deo, putarent se nihil posse facere contra eum, quia iam Deus confirmauerat ipsum in regem: ideo securius fuit ipsum vngi in secreto, quàm coram omnibus. Ad secundum dicendum, quòd prius vnxit eum propheta, quàm loqueretur sibi, quia si prius propheta dice-
F ret ei, quòd Deus volebat eum vngere in regem ad hoc, quòd deleret totam domum Achab, ipse reputans hoc difficile, fortè nolet vngi in regem: quia potius vellet manere princeps exercitus in vita trāquilla, quàm se tantis laboribus submittere: cum autem vnxit eum nihil dicens, iam sciret Iehu se vnctum in regem: & ideo, siue iuberentur ei grauia, siue leuia, crederet se non posse retrocedere, quia iam Deus eum vnxerat: ideo disponeret se ad exequendum mandatum Domini.

Propheta quare mox, vncto Iehu, fugere debebat. Quæstio X.

G QVAERETVR vlterius, quare iste propheta debebat fugere mox, vt vngeret Iehu, & nō debebat subsistere in loco illo. Respondendum, quòd hoc potuit esse propter duo. Primo propter periculum illius, quia quanquam totus exercitus manifestè consentiret ipsi Iehu vncto in regem: tamen nō est dubium, quin multi essent in illo exercitu de consanguineis, & affinibus, & amicis Ioram, & illi dolerent, quòd vngeretur alius in regem, viuēte Ioram, & potissimè, quia ille vngebatur ad occidendum Ioram: ideo isti insidiarentur prophetæ vngenti Iehu, & occiderent ipsum. Debuit ergo recedere de Ramoth Galaad prius, quàm cognosceretur, quòd venerat ad vngendum Iehu, & sic nullus posset ei parare insidias. Satis hoc patet, quia dixit Elisæus, quòd
H mox, vt vngeret Iehu aperiret ostium cubiculi, & fugeret & post hoc debebat Iehu declarare se vnctum fuisse in regē. Secundò fuit, quia Elisæus voluit ignotum esse quomodo Deus iussisset vngi Iehu, & tamen si propheta ille substitisset in Ramoth Galaad, quęreretur ab eo, quis miserat eū, vel qualiter Deus sibi fuerat locutus, & ipse non posset dicere, ꝙ Deus locutus fuerat ei, quia nihil ei dixerat, sed solum ipse veniebat de mandato Elisæi & sic diceret, ꝙ non miserat eum Deus, sed Elisæus ex parte Dei: & tunc inciperent dubitare Israelitæ, an fortè hoc verū esset, ꝙ Deus ista iussisset: & tamen istud non expediebat, quia Deus volebat, ꝙ omnes vnanimiter vngerent Iehu, & adiuuarent eum contra domū Achab,
I ideo non expediuit, ꝙ maneret ibi propheta ille, ita vt posset ab eo aliquid quæri, sed illico fugeret. *Abiit ergo adolescens puer prophetę in Ramoth Galaad.* Vocatur puer prophetæ, idest, minister, quia licet esset vnus de filijs prophetarum: tamen erat minister Elisæi, quia omnes illi erant sub potestate eius. *Et ingressus est illuc.* Scilicet, in Ramoth Galaad: quia exercitus regis Israel erat intra vrbem cum Iehu principe, & oppugnabant fortalitium, quod tenebatur à Syris. *Ecce autem principes exercitus sedebant.* Cōuenerant enim fortè principes ad deliberandum super aliquo pertinente ad bellum, quia in negocijs bellicis requirūtur maiora consilia, quā in alijs, inquantum illa sunt grauiora, & periculosiora. Et dicitur, ꝙ sedebāt principes exercitus, quia multi erant principes: nam ne-
K cesse est in quolibet exercitu multos esse principes, alioquin non poterit regi: vt declaratum est supra 2. lib. cap. 18. Erat tamē inter istos princeps maximus Iehu, cui commissus erat totus exercitus. *Et ait: verbum mihi ad te, ò princeps.* Idest, rogo te, quòd surgas, qa ego habeo tibi aliquid loqui, & quanquam essent multi principes simul, dixit absolutè, ò princeps, quia Iehu erat maior ipsorum, cum esset super totū exercitum loco regis, & quanquam vellet loqui iste propheta ex parte Dei, non dixit: verbum Dei mihi ad te, sed verbum mihi ad te: quia si dixisset, verbum Dei, præsumeretur, ꝙ veniebat ad vngendum eum, & se-

& ſequerentur inconuenientia aſſignata in pręcedẽ A
tibus quæſtionibus. *Dixitque Iehu: ad quem ex omnibus nobis?* In hoc ſe humiliauit Iehu. qa licet ipſe eſſet princeps maximus, noluit innuere fieri ſibi verbum ſub nomine principis abſolutè, ne viderentur alij nõ eſſe principes, & dixit: ad quẽ ex omnibus nobis, q. d. multi ſumus hic principes. Quanquam tñ hoc dixit Iehu ad ſe humiliandum ſciebat ad ſe ſolũ fieri verbum: quia aliàs nõ reſpondiſſet ipſe potius, q̃ aliquis de alijs. *At ille dixit: ad te ò princeps.* Propheta determinauit ipſum, & ſicut prius vocauerat eum principẽ abſolutè. Ita etiam nunc vocauit ex cauſa ſupradicta. *Et ſurrexit, & ingreſſus eſt cubiculum.* Subintelligendũ eſt, ꝙ propheta dixerit, ꝙ volebat loqui in ſecreto, ideo ꝙ intrarent in cubiculum. *At ille fudit oleum ſuper caput eius.* ſ. antequam loqueretur fudit oleum ex B
cauſa ſupra aſſignata in quadã quæſtione. *Et ait: hæc dicit Dominus Deus Iſrael.* ſ. iſta vnctio non fit voluntate humana, ſed auctoritate Dei. *Vnxit te regem ſuper populum Domini Iſrael.* ſ. per iſtam vnctionem ſcias te vnctum in regem ſuper populum Iſrael. *Et percuties domum Achab Domini tui.* i. ad hoc te vngo in regem, vt percutias domum Achab Domini tui, ſ. quia ille fuerat rex Iſrael, & Iehu fuerat miles eius. *Vt vlciſcar ſanguinem ſeruorum meorum prophetarum.* Multus ſanguis prophetarum effuſus fuerat per domum Achab: nã impijſſima Iezabel vxor eius occidebat omnes ꝓphetas Domini, ita, vt nullus relinqueretur in terra, & ſic dicebat Elias ſe ſolum eſſe derelictum de prophe C
tis Domini: pręced. lib. c. 18. Sanguis autem prophetarum clamabat ad Dominum pro vltione, quia effuſus fuerat pro nomine eius, & Deus voluit vlciſci illum per manum Iehu. Sic enim patet de animab. interfectorum propter verbum Dei, quæ erant ſub altari Dei, & clamabant voce magna dicẽtes: vſque quo Domine ſanctus, & verus non iudicas, & nõ vindicas ſanguinem noſtrum, de his, qui habitant in terram? Et reſponſum eſt illis, ꝙ requieſcerent modicũ, quouſque compleretur numerus fratrum ſuorũ, qui occidendi erant pro nomine Chriſti, & tunc vindicaretur ſanguis ſuus: Apocalypſis 6. Ita de ſanguine prophetarum occiſorum per domum Achab eſſet, quia à principio clamaret pro vindicta: & ta- D
men Deus reſponderet, ꝙ complerentur prius peccata domus Achab, & tunc daret vltionem, & nunc cõpleta ſunt in anno duodecimo regni Ioram: ideo tũc tota domus Achab ſimul perijt. *Et ſanguinem omnium ſeruorum Domini de manu Iezabel.* Multi alij occiſi fuerant, qui non erant prophetæ, & erant ſerui Dei, & etiam ſanguinem iſtorum voluit Deus vlciſci: ſic enim fuit de Naboth, qui occiſus eſt propter vineã, quam noluit dare regi: præcedenti libro, c. 21. Alij quoque occiſi ſunt. Nam Iezabel faciebat, ꝙ omnes Iſraelitæ inclinarent genua coram Baal, & oſcularẽtur manum eius: præceden. lib cap. 19. & ibi declaratum eſt. Multi autem nolebant genua flectere, & occidebantur. Alij verò, vt ad neutrum cogerentur fu- E
giebant, vel latebant, & tamen omnes illi, qui manebant publicè flectebãt genua coram Baal, ideo dixit Elias ad Dominum: prophetas tuos occiderũt, & relictus ſum ego ſolus, & quærunt animam meam, & reſpondit ei Deus: reliqui mihi ſeptem millia virorum, quorum genua non ſunt incuruata Baal, & oẽ os, ꝙ non adorauit eũ oſculans manum, pręced. lib. c. 19. Oẽs autem iſti, qui occidebantur, vt non adorarent Baal, vocabant ſerui Dei. *Perdamque omnem domum Achab.* i. deſtruam totam domum eius ſimul: nã non manſerunt aliquæ reliquię de domo Achab, qa oẽs de illa ꝓgenie occiſi ſunt ꝑ Iehu. *Et interficiam de Achab mingentem ad parietem.* Ideſt, interficiã de domo Achab oẽs mingentes ad parietem, in quo ſignificabat, ꝙ omnes viri de domo Achab occidendi erãt: nam oẽs viri mingunt ad parietem, & eſt iſte modus loquendi frequentatus in veteri teſtamento. Sic patet ſupr. 1. lib. c. 25. & præced. lib. cap. 14. & 15. Nicolaus exponit aliter, ſ. interficiam mingentem ad parietem, i. debiles, qui non poſſunt ſe appodiare, ſed applicant ſe parietibus, vt ſe teneant: non tamẽ multũ conuenit, ſed præcedens ſenſus eſt melior, & clauſum. *Et nouiſſimum in Iſrael.* Ideſt, etiam occidam omnes clauſos de domo Achab, & nouiſſimos: clauſi vocantur illi, qui erant tam turpes, vel tam defectuoſi, vt præ verecundia non auderent exire in publicum, ſed erant clauſi. Nouiſſimi vocantur homines minimæ ęſtimationis, qui ad nihil videntur vtiles, q. d. nõ ſolum occidentur de domo Achab viri fortes, q regnare poterant, ſed etiam miſeri, qui nullius valoris erant, ita, vt nullus remaneat de ſtirpe Achab in Iſrael. Litera Chaldaica dicit, clauſum, & nouiſſimũ eſſe filium, & nepotem, ſcilicet, ꝙ omnes filij, & nepotes Achab occiderentur. *Et dabo domum Achab, ſicut domum Ieroboam filij Nabath.* i. faciã, ꝙ domus Achab, ideſt, cognatio ſua, ſiue progenies ſit, ſicut domus Ieroboã filij Nabath. Iſte fuit primus rex Iſrael, facta diuiſione regni: præced. lib. cap. 12. & fuit valde malus, quia ipſe introduxit idolatriã in Iſrael, & Deus comminatus eſt ei deſtructionem domus ſuæ, eo. li. ca. 14 & poſtea illam intulit per Baaſa, qui factus eſt rex Iſrael, & occidit Nadab filium Ieroboam, & omnes de progenie eius, eod. lib. c. 15. *Et ſicut domũ Baaſa filij Abia.* Etiã domus iſtius deſtructa eſt: nam Deus fecerat iſtum regem ad hoc, quòd deleret domum Ieroboam, & deleuit illam poſtea tamẽ fuit malus ipſe, & filius ſuus Ela, & ſurrexit Zamri cõtra Ela, & occidit eum: præceden. libro, cap. 16 & tunc deſtructa eſt tota domus Baaſa, omnes mingẽtes ad parietem, & amici, & propinqui eius: vt patet ibidem. *Iezabel quoque comedent canes in agro Iezrahel.* Iſta Iezabel erat vxor Achab, & poſtea comederunt eam canes, quia deiecta fuit de Turre, & canes comederũt illã, & non reliquerunt de ea, niſi pedes, & caluariam, & extremitates manuum, infra in litera. *Nec erit qui ſepeliat eam.* Non defuerunt ſepelientes, ſed defuit cadauer ſepeliendum: nam mox, vt Iezabel de turre deiecta eſt, & perijt, nullus curauit eam ſepelire, & interim venerunt canes, & comederũt eam. Deinde cũ Iehu comediſſet, & bibiſſet, recordatus eſt Iezabel, & dixit: Ite, videte maledictam illam, & ſepelite eã, quia filia regis eſt: & quando iuerunt non inuenerũt cadauer, quia comeſtum erat à canibus, ideo nullus ſepeliuit eam: vt patet infra. *Aperuitque oſtium, & fugit.* Illico, vt locutus eſt ad Iehu, aperuit oſtium domus, & fugit, ſicut iuſſerat ei Eliſæus.

Iehu quare vnctus eſt i regẽ.

Sanguis innocẽtum clamat ad Deum.

Quomodo dicitur hic, quòd deſtruenda erat domus Achab ad vindicandum ſanguinem prophetarum, cum non fuiſſent illi occiſi per Achab, ſed per Iezabel.

Quæſtio XI.

QVAERETVR, quomodo dicitur hic, ꝙ percutienda erat domus Achab ad vlciſcẽdum ſanguinem prophetarum: quia prophetæ non erant occiſi per Achab, ſed per Iezabel, & ſi domus Achab perijt ꝓpter ſanguinem prophetarũ, quomodo dicitur requiri ſanguis iſte de manu Iezabel. Rñdendum, ꝙ ſanguis ꝓphetarũ, & ſeruorũ Dei requiſitus eſt de manu Iezabel, & de tota domo Achab: qa peccatũ iſtud ꝑtinebat ad oẽs: quia tñ ipſa Iezabel fuit origo totius mali de manu eius principaliter ſanguis iſte reqſitus eſt.

Pro quo sciẽdum, quòd prophetæ, & serui Domini occisi sunt propter cultum Baal: quia nolebant colere eum, sed potius resistebant colentibus, & maledicebant eis. Et quia Iezabel zelabat nimis cultum Baal, quia erat Deus Tyriorũ, & Sidoniorũ, de quorum terra ipsa erat oriunda inquirebat omnes prophetas Dñi, & occidebat illos, & quotquos alios habere poterat, qui nolent colere Baal: vnde ipsa dicebatur occidere prophetas, & non Achab, & à facie eius abscondit Abdias centum prophetas in duabus speluncis, & non à facie Achab: præcedenti lib. c. 18. Ipsa quoque cõminata est Eliæ, ꝙ occideret eum, qa occiderat prophetas Baal, eod. lib. c. 19. Achab tamẽ sciebat ista, & videbat, & quanquam ipse non iuberet ea fieri, tamẽ permittebat ea facere vxori suæ Iezabel: Et quia poterat prohibere, & non prohibebat videbatur ipse agere: potissimè quia ad officium suũ pertinebat corrigere vitia, & prohibere omnia mala in regno. Ipse ergo dicebat occidere omnes illos, quos Iezabel occidebat, sic patet præced. lib. cap. 21. De morte Naboth: nam non iussit Achab occidi Naboth, sed Iezabel: quia accepit anulum regis, & signauit literas, misitque eas ex nomine regis ad viros Iezrahel, vt occiderent Naboth: & tamen Elias dixit ibi ad Achab: occidisti insuper, & possedisti. Ita ergo de quolibet alio occiso per Iezabel, diceretur, quòd occidebat eum Achab. Debuerunt ergo omnes puniri, scilicet, tam Iezabel, quã domus Achab. Potissimè quia occidendo viros de domo Achab, occidebãtur viri de domo Iezabel: quia eadem erat domus Iezabel, & Achab, cum Achab esset maritus Iezabel.

Iezabel quare fuit magis punita, quàm omnes de domo Achab. Quæstio XII.

QVAERETVR vlterius, quare Iezabel fuit hic plus punita, quàm omnes de domo Achab. Pro quo sciendum, ꝙ Iezabel punita fuit in duobus plus q̃ omnes de domo Achab, s. quia cæteri de domo Achab solum puniebãtur in quantũ occidebantur: ipsa autem Iezabel non solum occisa est deijciẽdo ipsam de turri, sed etiam à canibus deuorata est, & partes eius residuæ, s. caluaria pedes, & manus nõ habuerunt sepulturam, & ob hoc de domo Achab solum dictum est, ꝙ destrueretur: de ipsa autẽ Iezabel insuper dictum est: canes comedent Iezabel in agro Iezrahel, & non est, qui sepeliat eam. Ratio huius pœnę maioris fuit, quia Iezabel peccauerat plus q̃ omnes de domo Achab: nam Achab peccabat ꝑmittendo, Iezabel verò peccabat faciendo: nã ipsa fuit, quę occidit prophetas Domini, Achab verò nõ iubebat illos occidi, sed ꝑmittebat hoc ipsi Iezabel, ne contristaret eam, sic innuitur præcedẽ. libr. c. 18. Etiam in malis, quæ faciebat Achab, Iezabel erat instigatrix: nam ipsa impulit eum ad colendum idola potissimè ad colendum Baal: sic patet præceden. lib. c. 21. s. concitauit eum Iezabel vxor sua, & abhominabilis effectus est. Ipsa quoque Iezabel iussit occidi Naboth, quem alias nõ occidisset Achab, immo increpuit ipsum Achab, quia non occidebat Naboth negantem sibi vineam, quam postulabat, dicẽs eum paruę auctoritatis esse, vt patet ibidem: debuit igitur aliqua pęna maior infligi Iezabel, quàm alicui de domo Achab. Hoc autem significauit Iehu quando locutus est ad regem Ioram, dicens: adhuc fornicationes Iezabel matris tuæ, & veneficia multa vigẽt, inf. in litera. Et non solũ occisa est Iezabel, & comesta à canibus, sed etiam fuit hoc in agro Iezrahel, & istud fuit, quia ipsa peccauerat ibi faciẽdo, ꝙ occideretur

F ibi Naboth, & illud fuit vnum de grauibus peccatis eius. Vnde occiso Naboth: dixit Elias, canes comedent Iezabel in agro Iezrahel: præcedent. lib. cap 21. *Iehu autem.* Hic ponitur secũdum huius partis: s. Iehu vncti confirmatio, quia populus, & exercitus totus, qui erat in Ramoth Galaad, approbauit vnctionẽ factam, & obediuit Iehu tanquam regi, & dicitur. *Iehu autem egressus est ad seruos Domini sui.* s. postq̃ vnxit eum ꝓpheta in secreto, & recessit, egressus est Iehu de cubiculo ad seruos Dñi sui, i. ad totum exercitum, qa omnes illi vocabantur serui Ioram regis Israel, qui erat Dñs Iehu. *Qui dixerunt ei: rectè ne sunt omnia?* Viderunt enim prophetam fugere postq̃ locutus est ad Iehu, ideo putauerunt, ꝙ aliquod malum acciderat, & G ob hoc quæsiuerũt, an omnia rectè se haberẽt, i. an benè se haberet status eius. *Quid venit insanus iste ad te?* i. quid venit ad nunciandum tibi iste stultus, qui introiuit? Vocauerunt enim prophetam stultum. Iehu vncti confirmatio.

Quare viri, qui erant cum Iehu, vocauerunt insanum prophetam, qui vnxerat eum, & an apud antiquos Iudęos prophetę vocarentur insani. Quęstio XIII.

QVAERETVR, quare vocauerunt prophetam istum insanum. Respondẽt Hebræi, quòd prophetæ vocabantur insani, quia faciebant opera insanorum, s. quia exuebant se vestibus suis: Dñt. n. ꝙ qñ spiritus prophetæ incidebat super aliquẽ pro-H phetam, mox nesciebat de seipso, & exuebat se vestibus suis, & faciebat alia, quæ faciunt insani, probant hoc per Saulem, quia propherauit coram Samuele, & fuit nudus tota die, & nocte, sup. 1. lib. c. 19. Sed dicendum, ꝙ istud non stat quia non est verum, ꝙ priuarentur prophetæ, qñ accipiebant spiritum propheticum priuarentur vsu rationis, & exuerent se vestibus. Nã istud est omnino irrationabile: quia spiritus propheticus secundum se nõ repugnat vsui rationis, cum potius sit quædam perfectio eius, quia illustratur homo ad intelligendũ ea, quæ aliàs nullo modo intelligeret: nisi fortè dicat de spiritu prophetico causante ecstasim: nam etiam tunc nõ caret propheta vsu rationis ita, ꝙ agat ꝯ rationẽ, sed solum deficiunt in eo actus I animales exteriores, & quasi oẽs naturales, co ꝙ aĩa totaliter conuersa est ad intelligẽdum suprema intelligibilia, quæ ei reprę̃sentãtur, & tñ tunc prophetæ non agunt aliquid inhonestum, sicut est exuere se vestibus, sed solum cadũt in terram: quia corpus destituitur virtute animæ, velut si mortuum esset. Nõ ergo priuarent prophetæ vsu rationis in prophetando, nisi illud fortè detur eis in pœnam: non est tñ dicendum, ꝙ viris bonis, qui erant prophetæ, Deus aliquid in pœnã poneret, ideo non patiebantur hoc. Itẽ non est verisimile, ꝙ talia parerent prophetæ: nã tunc essent prophetæ cõtemptibiles nimis ꝑꝑ insanias, quas facerẽt, & istud erat oĩno irrationabile, ꝙ Deus donum suum magnum, s. spiritum propheticum sic vilificaret: nam ipse dabat spiritum propheticum in magnum donum, ideo potius vellet honorare homines per illud, & exaltare ipsum donum, q̃ K deprimere æquiparando illud insaniæ. Quod autem obijcitur de Saule, qui prophetauit, & exuit se vestibus suis, non est ad propositũ, quia Sauli non fuit data ibi prophetia, vt donũ, sed vt pœna: quia ipse increpabat suos nuncios, qui iuerant ad capiendũ Dauid, & non cœperant, sed prophetabant: ideo ipse putans se præualiturum contra Deum, & quòd nullo modo prophetaret, iuit ad locũ, in quo erat Dauid cum Samuele, & Deus coegit eum prophetare: & quia nimis peccauerat volendo contendere contra Deum, non solum coactus est prophetare, sed et factum

factum est in pœnā eius, ꝙ exueret se vestibus suis, & apparet, ꝙ fuerit hoc in pęnam: nam nuncij sui, quos misit ad tenendum Dauid choacti sunt ꝓphetare, & tñ de ipsis non dr̃, ꝙ exuerunt se. Et hoc est, quia ipsi non tantū peccauerunt, sicut Saul. Alij igitur prophetæ, quibus prophetia non dabať in pęnā, sed in donū, non exuerent se vestibus suis, & sic nō vocarenť insani. Aliter rñdet Nicolaus, & quidā de nostris.s. ꝙ prophetæ vocabantur insani, quia ipsi propter perfectionem vitæ, & spiritum propheticū contemnebant omnes diuitias, & delectationes seculi, & ista erāt bona, quæ omnes alij homines prosequebantur: ideo cæteri vocabant eos insanos tanquam malè iudicantes de rebus. Sed istud non conuenit, quia prophetæ habebantur in magno honore tam à Iudæis quàm à gentilibus: ergo non reputabantur insani. Patet de iudæis, quia reges Iudæorum vocabant eos patres sicut patet infra 13. quando Ioas rex Israel iuit ad visitandum Elisæū ægrotantem, & dixit: pater mi, pater mi, currus Israel, & auriga eius: de gentilibus, ꝙ honorarent eos patet: quia Naaman princeps militiæ regis Syrię venit ad Elisæū, & vocauit se seruū eius, atque obtulit ei munera, supra 5. rex quoque Syriæ potentissimus Benadad vocauit se filium Elisæi, & misit ei quadraginta onera camelorum de omnibus bonis Damasci præcedenti ca. ita de omnibus alijs prophetis: nam q̃q̃ non honorarentur tantum sicut Elisæus, quia Elisæus erat pater omnium ipsorum, & princeps: tamē honorabantur multum, ideo non vocabantur insani. Sed dicendum est, ꝙ vocatus est iste propheta insanus non inquantum propheta, sed quia nō cognitus est esse propheta. Nam viderunt omnes de exercitu introeuntem ipsum accintum lumbis, sicut veniebat de itinere festinans, & illicò vt locutus est ad Iehu, aperuit ipse ostium, & fugit: cum ergo viderent eum facientem opera leuitatis, vocauerunt eū insanū, putantes ꝙ aliquis iuuenis insanus esset, quē misisset Iorā rex ad ipsum Iehu principē exercitus: aliàs non vocassent eum insanum. *Qui ait eis: nostis hominem, & quid locutus sit:* Quærebant omnes astantes scire quid ille dixisset ad Iehu, & ipsę dixit: vos nostis hominē. Potest introduci dupliciter ista litera: vno modo ꝙ Iehu vellet occultare, quod dictū fuerat ei: ideo diceret: nostis hominem, & quid locutus sit.i. vos vocatis istum insanum, & bene dicitis, & in hoc video, ꝙ cognoscitis eum: ideo cum sciatis conditionem eius, ꝙ stultus sit: scitis ꝙ non loqueretur nisi stulta, quia fatuus fatua loquitur: cum ex abundantia cordis os loquatur: Lucæ 6. si ergo in corde multa stultitia est, oportet ꝙ loquatur homo stulta q.d. non oportet ergo ꝙ vobis dicam quid dixerit, quia manifestum est, ꝙ non diceret, nisi stulta. Aliter potest introduci, ꝙ Iehu vellet auctorizare vnctionem suam, præsupponens quasi ab illis cognitā esse, vt auferret eis locum dubitandi, & ait: nostis hominē, & quid locutus sit.i. vos scitis, ꝙ iste est vnus de prophetis: ideo manifestum est, ꝙ non veniret, nisi ad dicendum aliquid ex parte Dei, scilicet ad vngendum eum in regem. *At illi responderunt: falsum est.*i. nec cognoscimus hominē, nec quid dixerit. *Sed magis narra nobis.*i. narra tu nobis, qd dixerit. *Qui ait: hæc, & hæc locutus est mihi.* Narrauit Iehu ea, quæ fecerat ei, & dixerat ille propheta, & dixit per singula, & intelliguntur per hæc, & hæc. *Et ait: hæc dicit Dominus Deus: vnxi te regem super Israel.* Istud exprimitur hic, qa istud est, ꝓp quod factus est rex, & alij de exercitu honorauerunt eum tanq̃ regem. *Festinauerunt itaque, & vnusquisque tollens pallium suum posuerunt sub pedibus eius.* s. quia sciuerunt eum vnctum in regē à Dño, voluerūt ho-

A norare ipsum tanquam regem, & ad hoc posuerūt sub pedibus eius vestes suas. Iste erat modus magni honoris.s. ꝙ aliquis exueret se vestibus suis, & poneret eas sub pedibus alterius ad ambulandum, vel ad sedendum: ideo cū vellent hic Israelitæ honorare regem suum, nesciuerunt aliud, quod agerent, nisi ꝙ ponerent vestes suas sub pedibus eius. Sic.n. discipuli volentes honorare Christum, posuerunt vestimenta sua super asinam, & pullum, & de super eum sederе fecerunt. Iudæi quoque volētes ipsum nimis honorare in die ramorum palmarum proiecerunt ramos in via, & vestimenta sua sternebant in plano, vt Christus equitans super asinam transiret super illa, Matth. 21. & Luc. 19. Ita ergo isti fecerunt regi suo: Quare discipuli sternebant vestimēta sua in via.
B & conuenienter iste honor datus est regi: nam etiā Christo, tanquam regi, datus est honor, quòd sternerentur vestimenta in via, super quæ transiret, vt patet allegatis capitulis: nam ibi dicitur, ꝙ hoc factum est, vt adimpleretur, quod dictum est per prophetam dicentem: dicite filię Sion, ecce rex tuus venit tibi mansuetus sedens super asinam, & pullum filiū subiugalis. *In similitudinem tribunalis.*i. posuerunt vestimenta super posita, ita vt efficeretur cumulus altus sicut tribunal, & super illud sedit Iehu. *Et cecinerunt tuba, atque dixerunt: regnauit Iehu.* Istud fuit ad obseruandum cęremonias coronationis regalis. *Coniurauit ergo Iehu filius Iosaphat filij Namsi contra Ioram.* s. postquam factus est rex coniurauit cum toto populo cōtra Io-
C ram, qui tunc erat rex Israel. Coniurare enim, secūdum significationē vocis, est simul iurare, & est quādo multi simul iurant, quòd omnes erunt concordes ad faciendum aliquam rem: ita nunc iurauerūt omnes de exercitu cū ipso Ioram, ꝙ nullus discordaret, quin vnanimiter pugnarent ꝯtra Iorā ad occidendum ipsum, & delendū totā progeniē Achab.

Quare Israelitæ cecinerunt buccina accipiendo Iehu in regem, & an obseruauerunt septem cæremonias coronationis regalis. *Quæst. XIIII.*

QUAERETUR, ad qd cecinerūt buccina Israelitę accipiēdo Iehu in regem, & an obseruauerunt cęremonias coronationis regalis. Re-
D spondendū, ꝙ clangor buccinæ fuit in signū lętitię ꝓ rege nouiter assumpto. Pro quo sciendū, ꝙ in coronatione regū, secundū Hebræos seruabātur multę cęremoniæ. Prima erat, ꝙ educereť rex extra vrbē apud aliq̃ aquā, vel arborē, & ibi vngebatur fundēdo oleū sup caput eius. Hoc patet in coronatione Abimelech, quē Sichimitæ vnxerūt in regē, & hoc fuit iuxta quercū Sichem, Iud. 9. & illa quercus erat extra vrbem, vt ibi declaratū est. Sic ẽt patet de Adonia, qui vnctus est in regem extra Ierusalē iuxta lapidem Zoeleth, q est propinquus fonti Rogel, ꝑcedenti lib. c. 1. Sic etiam Salomon, qui eadem die Cęremonię quæ seruabātur in coronatione regum erant 7.
E vnctus est, fuit ductus ad vngendū extra vrbē ad fontē Gion, eo. c. Si aūt aliqñ reges non vngebantur extra vrbem apud aquas, uel arbores, istud erat, qa unctio sua debebat esse secreta, uel erat periculosa si publicè fieret. De primo patet in vnctione Saulis, quē Samuel occultè unxit, cum ambo soli essent, supra 1. lib. c. 10. Sic etiam fuit hic de Iehu, quia debebat occultè ungi ꝓp causas assignatas supra. Quod aūt propter periculum non fieret extra urbem, patet de prima unctione Dauid: quia unctus est per Samuelem occultè in domo patris sui in Bethlehem, supra 1. lib. c. 16. sic etiam fuit de vnctione Ioas regis Iuda: quia propter timorem Athaliæ reginę, quæ tūc regnabat, nō fuit unctus extra ciuitatē, sed in templo, ne aliquis de parte Athaliæ impediret vnctionem eius

eius infra 11. c. nunc verò quanquã voluissent Israelitæ obseruare istam ceremoniam non poterãt, qa iam propheta vnxerat Iehu in secreto. Secunda ceremonia erat in ipsa fusione olei super caput regis: & istud fiebat per sacerdotes, cum ista vnctio sit ministratio sacra, & ministrationes sacræ non competant prophetis, sed sacerdotibus, quia prophetæ solum competit reuelare, & non ministrare. Sic enim patet de vnctione Ioas regis Iudę, quæ facta est per Ioiada summum sacerdotem infra 11. & 2. Paralipo. 23. sic etiam fuit de vnctione Salomonis, quæ facta est per Sadoc summum sacerdotem, vt patet præcedenti lib. cap. 1. & ibi declaratum est: per prophetas autem nũquam fiebat vnctio regum, nisi qñ dubium erat quis erat vngendus in regem: quia tũc non reuelabatur nisi prophetis, & ipsi occultè vngebãt illos, quos Deus iubebat vngi. sic fuit de Samuele, qui vnxit Saulem, supra primo lib. ca. 10. vnxit ẽt Dauid eo. lib. c. 16. & de nullo istorum sciebatur, ꝙ vngendus esset, ideo nõ poterant vngi, nisi per prophetam. Sic ẽt fuit de Iehu: quia ille non erat de genere regio, vt deberet nũc vngi, nec erat aliquis rex mortuus, cui succederet, ideo non potuit vngi, nisi per prophetam. Tertia ceremonia erat, ꝙ postquã rex vngeretur, populus clamaret, & diceret: Viuat rex. Sic factum est in vnctione Salomonis præcedẽti lib cap. 1. sic etiam fuit in vnctione Saulis supra 1. lib. c. 10. & in vnctione Ioas regis Iudæ infra 11. & 2. Paralip. 22. Ista ceremonia seruata est hic: nam totus populus clamauit, & tubis cecinerunt, dicentes: regnauit Iehu: sed idem est dici regnauit Iehu, vel viuat rex Iehu. Sic enim fuit in vnctione Absolom: nam clangebatur in buccina, & dicebatur, regnauit Absalom, supra 2. lib. c. 15. Quarta ceremonia erat, ꝙ rex poneret in trono regni, sic patet de Salomone: nam postquàm vnctus est extra vrbem ductus est intra vrbem, & sedit in solio regni, vidente Dauid, præcedenti lib. c. 1. Sic etiam fuit de Ioas rege Iudæ: nam positus est super tribunal regni in templo, infra 11. & 2. Paralipo. 23. Quinta ceremonia erat, ꝙ poneretur liber legis in manu regis, & traderetur sibi ex tunc, vt in illo legeret, & sciret Deum colere, & non offenderet proximos: vt patet Deut. 17. Sic enim fuit in coronatione Ioas regis Iudæ, quia posuerunt legem in manu eius. s. dederuntque in manu eius tenendam legem, & constituerunt eum regem, infra 11. & 2. Paralip. 23. Sexta ceremonia erat ꝙ poneretur diadema super caput regis: quia diadema est insignium regni, & sic fuit in vnctione Ioas: vt patet allegatis capitulis: nã Pontifex posuit diadema in capite eius. Istę tres cęremoniæ vltimę non omnino fuerunt seruatę in vnctione Iehu: nam nõ fuit tribunal regni, in quo poneretur, sed loco eius fecerunt de vestibus suis tribunal, & desuper sedit Iehu: vt patet in litera. De lege autem tenenda in manibus, & diademate in capite ponendo, non fuit seruata ceremonia, quia non erat ibi lex, nec sacerdotes, qui ponerent eam in manu regis, nec etiam fuit diadema regni, quod imponeretur capiti Iehu. Septima ceremonia erat, ꝙ rex faceret pactum cũ populo de modo se habendi cũ illo, & ista fuit in vnctione Saulis, supra 1. lib. c. 10. s. locutus est Samuel ad populũ legem regni, & scripsit in libro, & reposuit coram Dño: sic etiam fuit in vnctione Ioas regis Iudæ, quia factum est pactum inter eũ, & Deũ, & inter eum, & populum, infra 11. & 2. Paralip. 23. Ista autem ceremonia fuit nunc obseruata in Iehu: qa coniurauit ipse cum populo contra Iorã, & ista cõiuratio erat quoddã pactum regni ad seruandũ sibi inuicem fidem contra hostes.

F *An populus peccauerit accipiendo nunc Iehu, in regem cum haberent regem viuentem.* *Quæst. XV.*

QVAERETVR vlterius, an peccauit populus accipiendo nũc Iehu in regem cum haberent regẽ viuentẽ. s. Ioram. Aliquis dicet, ꝙ nõ, qa propheta vnxerat Iehu in regem, & ipsi tenebantur potestare vnctioni Dei potiusquam alteri: cum in potestate eius sit reges ponere, & deponere. Respondendum ꝙ non obligabãtur Israelitæ nũc accipere Iehu in regem. Primò, quia non cõstabat eũ vnctum esse ꝑ prophetam: quia dato, ꝙ introiuisset ille iuuenis ad loquẽdũ cum Iehu nesciebatur quid egisset, quia loquebantur ambo in cubiculo secreto. Secũdo quia dato, ꝙ constaret, ꝙ ille iuuenis vnxerat Iehu, & dixerat ei ista, non constabat, an ille esset propheta, & sic non oportebat ei credi. Tertiò quia dato, ꝙ sciretur esse propheta, nesciebatur, an nũc missus esset à Deo ad faciendum istud, quia dato, quòd aliàs consueuisset prophetare, poterat nunc mentiri: ideo non peccassent non suscipiendo Iehu in regẽ poterant tñ credere, ꝙ verè Iehu vnctus eẽt mandato Dei, & tunc obligarentur suscipere eum in regem. Sed tunc stat difficultas: quia cũ suscipere alterum in regem præter eũ, qui regnabat, esset præiudicium maximũ regnantis, & facere magnũ schisma in populo, videbatur esse peccatum, ꝙ isti crederẽt Iehu esse vnctum à Deo, quousque legitimè constaret. Respondendũ, ꝙ si esset probatio dubia, an Iehu vnctus fuisset à Deo, & vellent credere Israelitæ eũ esse vnctum, & reciperent in regem, peccarent, qa agerent in præiudicium regis Ioram. Dicendum tamẽ, ꝙ nullo modo dubitauerunt, Iehu esse vnctum in regem: quia quanquàm à principio non constaret ad quid veniebat iste iuuenis ad Iehu, tñ postquã ille recessit fugiens, & narrauit Iehu, quid fecisset, fuit omnino verisimile, ꝙ vnxisset Iehu. Item hoc persuadebatur: quia Elias prædixerat destructionẽ domus Achab, & dixit, ꝙ in tẽpore filij Achab Deꝰ inferret mala, ita ꝙ non maneret in domo Achab mingens ad parietẽ, præcedenti lib. ca. 21. Ioram tamen erat filius Achab: ideo constabat, ꝙ in tempore eius implendũ erat hoc, & sic illico, vt Iehu dixit: ꝙ vnctus erat in regem crediderũt eis omnes Israelitę. Item ad hoc fuit quedã mutatio Dei vehemens facta in cordibus Israelitarum: quia ipse volebat, ꝙ Iehu insurgeret contra Ioram, & haberet fauorem ad hoc: ideo incitauit omnes Israelitas, vt crederẽt, quòd Iehu à Deo vnctus erat, & sic non peccauerunt Israelitę credendo Iehu vnctum esse in regem in præiudicium Ioram: quia erat quasi vehementissima probatio in conspectu eorum.

G

H

I

Iehu, & populus coniurando contra Ioram, an peccauerint *Quæstio XVI.*

K QVAERETVR vlterius de coniuratione, q̃ hic dicitur, an peccauit Iehu coniurando cum populo cõtra Iorã, & an populus peccauerit in hac coniuratione. Aliquis dicet, ꝙ sic: quia Iorã erat rex Israel, & Dñs oĩum istorũ: coniuratio tñ facta cõtra Dñm damnabilis est, qa est contra ius naturæ: ideo peccauerunt. Respondendũ ꝙ coniuratio, & cõspiratio ſm se non significant aliquid malũ, sed solum ex fine, ad quem fiunt. Nã coniuratio est multorum iuratio facta, s. qñ multi iurant se inuicem adiuuare in aliquo: Cõspiratio est multorũ cõcordia. s. qa spiritus multorũ idẽ sentiũt. Possunt tñ esse ista ad malũ, & ad bonũ: nam si aliqui inter se iuramẽto interposito de adiuuando conueniãt de faciẽdo aliquod bonum Obijec

Cõspiratio q̃d, & an semp in mala bonum erit bona coniuratio, vel conspiratio: si autem conueniat de facie ido aliquod malũ, erit mala coniuratio: iura tamen humana accipiunt coniurationem, & conspiratio.:em semper in mala significatione. Hic autem dicendum, ꝙ fuit coniuratio contra Ioram: quia Iehu, & populus inter se iurauerunt de se mutuo adiuuando contra Ioram ad delẽdum ipsum, & totam domum eius. Dicendum tamen, ꝙ non peccauit Iehu, nec populus in hoc: quia ista cõiuratio nõ fuit facta ad malum, sed ad bonum, ideo potius merebantur. De Iehu patet: quia Deus iussẽrat ei per prophetam, quòd deleret totam domum Achab: ideo tenebatur, quantum in se erat, delere illam, & tamen ipse solus non poterat delere illã, nisi haberet fauores magnos: ideo tenebatur procurare istos fauores magnos, quantum posset: sed hoc non poterat esse nisi per coniurationem, quã faceret cũ populo: ergo non erat peccatum ei. De populo patet, quòd non peccaret coniurando contra Ioram, quia ipsi receperant Iehu in regem tanquam à Deo vnctum: sed pro rege suo licebat eis pugnare contra alios homines: ergo poterant licitè conuenire cum Iehu, ꝙ adiuuarent eum contra quencunque hominem, ideo vel populus peccaret accipiendo Iehu in regem, vel non peccabat coniurando contra Iorã: nam si licitè accipiebãt Iehu in regem, desinebat Ioram esse rex, & consequenter non tenebãtur ei iam tanquam Domino: sed poterant agere cõtra ipsum ex præcepto regis sui noui tanquam contra hostẽ, & tamen non peccauerunt accipiendo Iehu in regem, vt declaratum est præcedenti.q. ideo non peccauerunt coniurando contra ipsum. Et dicendum, ꝙ non accipit hic cõiuratio propriè, quia illa sonat in malum. s. quando aliqui concordant inter se de nocendo alicui iniustè: & hic non nocebãt iniustè, sed iustissimè. Ad rationem in contrarium dicendum, ꝙ coniurare contra Dominum est contra ius naturale: & tamen Israelitę coniurantes hic contra Ioram non coniurabant contra Dominum, nec cõtra regem, cùm Deus absoluisset eos ab illa obligatione, qua tenebantur Ioram priuando eum iure regni, & instituendo in regem ipsum Iehu: ideo cõuenientes aliquid agere cuntra Ioram non coniurabãt, sed potius coniurarent si conuenirent inter se de non obediendo regi Iehu in eis, quæ mandaret contra Ioram, & progeniem suam, *Porro Ioram obsederat Ramoth Galaad ipse, & omnis Israel.* Scilicet Ioram pugnabat ad habendum ciuitatem illam, quæ tenebatur à Syris, & erat de terra Israel, & ipse Ioram tenebat iam interiorem partem ciuitatis, sed non tenebat fortalicium, ideo obsidebat illud: vt supra dictum est. *Contra Hazael regem Syriæ.* s. ista obsessio erat contra Hazael: quia cum esset Hazael rex Syriæ tenebat vrbem Ramoth Galaad, quæ multo tempore possessa fuerat à Syris: & nunc Ioram rex Israel videns Azael esse nouiter regem Syrię, putauit, quòd facilius posset extorquere vrbem de manu eius, quã de manu Benadad prædecessoris sui, qui erat in regno potentissimus: ideo pugnauit nunc cõtra Azael. *Et reuersus fuerat, vt curaretur in Iezrahel propter vulnera.* s. Ioram in bello erat cõtra Syros in Ramoth Galaad, & percussus est ibi à Syris, ideo recessit de bello in Iezrahel vrbem suam, vt curaretur ibi, & reliquit totum exercitum in bello. *Quia percusserant eum Syri præliante contra Hazael regem Syrię.* Percussus fuerat, & non poterat curari conuenienter in Ramoth Galaad ideo rediit ĩ Iezrahel. Ponitur autem istud hic propter duo. Primò ad significandum quomodo potuerunt fieri pręcedentia. s. ꝙ Iehu vngeret̃ in regẽ, & populus totus coniuraret cum eo cõtra Io-

A ram: & dicitur, ꝙ potuit fieri propter absentiam regis: quia recesserat de bello rex, & venerat in Iezrahel, vt curaretur: & interim manebat totus exercitus in bello, & Iehu tanquam princeps exercitus, & sic poterat fieri coniuratio. Secundò ponit̃ ad reddẽdum causam subsequentium: nam dixit Iehu: si placet vobis, nemo egrediatur profugus de ciuitate, ne vadat, & nunciet in Iezrahel: hoc autem fuit, q̃a rex erat in Iezrahel, cum iam recessisset de bello, & poterat aliquis ire illùc ad nunciandum sibi. *Dixitq; Iehu: si placet vobis, nemo egrediatur profugus de ciuitate.* Timuit Iehu, ꝙ quanquã totus exercitus fecisset cõiurationem cum eo contra Ioram, ꝙ aliqui essent, qui diligerent Ioram, & illi irent, vel mitterent subito

B ad nunciandum in Iezrael, vbi erat rex Ioram, ꝙ Iehu vnctus erat in regem, & fecerat coniurationem contra ipsum, istud autẽ poterat esse nimis nociuũ Iehu: quia sic Ioram pararet se ad resistendum Iehu, & mitteret pro auxiliatoribus ad terram Iuda, cum etiam rex Iuda esset simul cum eo in Iezrahel, & sic non posset exequi Iehu, quod intendebat: ideo voluit, ꝙ nemo egrederet̃ de vrbe, ne posset ire ad nũciandum in Iezrahel: sed ipse illicò iret ad Iezrael, & nemo ipsum præcederet ita, vt inueniret regem Ioram inopinatum, & nihil tale expectantem: Et ad hoc fecit, ꝙ nullus egrederetur de vrbe antequã ipse cum toto exercitu disponeret se ad eundum in Iezrael. Ex hoc patet, ꝙ ciuitas Ramoth Galaad te-

C nebatur ab exercitu Israelitarũ, quia aliàs non diceret Iehu: nemo egrediat̃ profugus de ciuitate. *Ne vadat, & nunciet in Iezraelem.* Quia verisimile est, ꝙ aliqui vellent ire ad nũciandum illùc, vt pręmunirent Ioram Dominũ suũ contra Iehu nouiter insurgentẽ.

Et ascẽdit. Hic ponit̃ tertiũ hui⁹ partis. s. Iehu ĩ regno exercitatio, & istud fuit in delendo domum Achab: quia ad hoc constituerat eum Deus in regem, vt patet supra in litera, & magis 2. Parali. 22. & dicitur. *Et ascendit, & profectus est in Iezrahel.* s. Iehu illicò cũ toto exercitu ascendit de Ramoth Galaad in Iezrahel: quia licet duraret bellum inter Israelitas, & Siros super ciuitatem illam, non curauit de bello, sed reliquit obsidionem, vt iret ad occidendum Ioram.

D

Iehu an rectè egerit dimittendo bellum, & recedendo in Iezrael. Quæst. XVII.

QVAERETVR, an rectè egerit Iehu dimittendo bellũ, & recedẽdo in Iezrahel. Aliquis dicet, ꝙ non: q̃a poterat Iehu obtinere ciuitatẽ oĩno de manu Syrorũ, cũ iã teneret planum eius, & solũ pugnabat cõtra fortaliciũ, vt sup. declaratũ est, & tñ recedendo nunc de bello, rediret tota ciuitas in potestatẽ Syrorũ, & sic periret totus labor Israelitarũ, & expensę factę in pugnãdo. Dicẽdũ, ꝙ Iehu rectè egit deserendo bellũ, & veniendo in Iezrael, & hoc ꝑp tria. Primum quia magis vrgebat præceptum

E Dñi, quàm vtilitas populi, & tamen præceptũ Dñi erat de delendo progeniem Achab, iõ magis festinare debebat Iehu ad illud, quàm ad pugnandum contra Syros: præcipuè quia ipse vnctus fuerat nunc in regem, non quidem ad pugnandũ contra Syros, sed ad delẽdũ progeniem Achab: iõ ad istud tanq̃ ad officiũ suum festinare debebat. Secundum erat: quia si Ioram cognosceret, ꝙ Iehu insurrexerat contra ipsum, & vnctus fuerat in regẽ p̃muniret se cõtra illũ, & conuocaret auxilia magna de terra sua, & de regibus propinquis, & impediretur totum opus Iehu: ideo debuit festinare antequã Ioram hoc posset scire: & tamen verisimile erat, ꝙ in breui hoc sciret, iõ debuit dimittere omnia alia negocia quantũcunq; gra-

grauia, & mox ire in Iezrahel. Tertium erat, quia totus vigor Iehu erat in hoc, quòd populus cõcorditer adiuuare eum volebat: si tamen differret istud opus vsque ad aliquantum tempus fortè animi virorũ tepescerent, & nolent insurgere contra Dominum suum antiquum, cùm ergo nunc esset feruor eorum ad adiuuandum Iehu, non debuit istud tempus dimittere differendo ad aliud. Ad rationem in contrarium dicendum, ꝙ malũ erat dimittere bellum, scilicet, damnum quoddã, & tamẽ maius erat, si differret Iehu ire contra Ioram, ideo debuit tolerare minus damnum, ne maius pateretur. *Ioram enim ęgrotabat ibi.* Scilicet, Iorã rex Israel ęgrotabat in Iezrahel ꝓpter vulnera, quæ susceperat in bello, vt supra dictum est. *Et Ahazias rex Iuda descenderat ad visitandũ Ioram.* Iste Ochozias fuerat cum Ioram in bellum & quando rediit Ioram vulneratus etiam Ochozias rediit, & nunc descenderat de terra sua s. de regno Iudæ in Iezrahel ad visitandum regem Ioram ęgrotãtem, quia erat cognatus eius: nam mater Ochoziæ, scilicet Athalia erat soror Ioram regis Israel.

Quomodo Ochozias rex Iuda vocabatur tribus nominibus, scilicet Ochozias, Ahazias, & Ioacham.
Quęstio XVIII.

QVAERETVR, quomodo dicitur hic, ꝙ descendit Achazias rex Iudæ ad vidẽdum Iorã: quia nunc non regnabat Ahazias, sed Ochozias filius Ioram regis Iudę, præcedenti cap. Aliquis dicet ꝙ Ahazias, & Ochozias fuerunt duo reges Iudæ diuersis temporibus: Sed dicendum, ꝙ non stat, oportet enim poni, ꝙ idem homo esset: quia præcedenti cap. dicitur, ꝙ Ochozias rex Iudæ descendit ad vidẽdum Ioram regem Israel in Iezrael: & hic dicitur, ꝙ Ahazias rex Iudę descendit ad vidẽdum Ioram: ergo idem erat Ahazias, & Ochozias. Item præcedenti cap. dicitur, ꝙ Ochozias regnauit in Iuda anno duodecimo Ioram regis Israel, & tamen iste fuit vltimus annus Ioram, cum solum regnauerit duodecim annis, supra 3. & nũc dicitur, ꝙ Ochozias rex Iudæ erat in Iezrahel cum Ioram rege Israel: ergo oportet, ꝙ in eodem anno essent duo reges in Iuda, quorũ vnus vocaretur Ochozias, & alius Ahazias. Item non stat: quia post mortem Ioram regis Iudæ regnauit Ochozias filius eius vno anno, pręcedenti cap. & post mortem illius non regnauit aliquis, nisi athalia mater sua per 6. annis, infra 11. ergo Ahazias erat idem cum Ochozia. Item patet, quia hic dicitur, ꝙ Ahazias venit ad visitãdũ Ioram regẽ Israel, & occisus est à Iehu, & tamen infra 11. & 2. Paralip. 22. dicitur, ꝙ Ochozias occisus est à Iehu cum Iorã rege Israel: idem, ergo est. Pro quo sciendum, ꝙ iste habuit tria nomina, scilicet, Ahazias, & Ochozias, & Ioachaz. Quòd autem Ahazias, & Ochozias sint idem, satis apparet ex dictis, & ponuntur ista nomina supra præcedenti cap. & hic, & 2. Paralipom. 22. dicitur, quòd Arabes, & Philisthini occiderunt omnes filios Ioram regis Iudæ, & non relictus est ei, nisi Ioachaz, qui minimus erat natu: & tñ eodem lib. c. 22 dr̃, ꝙ mortuus est Ioram & habitatores Ierusalem constituerũt Ochoziam filium eius minimũ ꝓ eo, quia latrones Arabum occiderant oẽs maiores natu, & sic multi alij in scriptura habẽt duo, vel tria noïa, sicut idem rex vocatur Ozais, & Azarias infra 15. & 2. Paralip. 26. *Igitur speculator, qui stabat super turrẽ Iezrael.* Hoc tp̃e erat bellum Israelitis cũ Syris: nam exercitus manebat in Ramoth Galaad pugnando contra Syros: iõ in Iezrahel, & in alijs vrbibus erãt

Quæ. est ꝓtextu hebræo.

Quarta ratio.

Alia rñsio auctoris.

F speculatores super turres ad videndũ, an aliqui venirent cõtra vrbes. *Vidit globum Iehu venientes.* Veniebat Iehu cum toto exercitu de Ramoth Galaad, in Iezrahel ad occidẽdũ regem Ioram, & veniebat totus exercitus conglobatus, vt nullus præcederet ipsum Iehu, vt posset nunciare in Iezrahel aduentum eius. *Et ait: video ego globum.* Hoc dixit regi, vt præmuniret se, licet nesciretur, an esset Iehu, ꝗ veniebat. *Dixitque Ioram: tolle currum, & mitte in occursum eorum.* Hoc dixit rex speculatori, vt ipse mitteret illico unum hominem in curru contra globum illum, vt sciret qd esset: in Hebræo dr̃: *Tolle militem, & mitte in occursum eorum.* Istud enim vr̃ proprius: qa equites facilius currerent ad eundum videre globum, q̃ euntes in curribus, sed est similitudo in noïbus: qa in Hebræo dicitur, Racaph, ꝓ milite, & Recheph pro curru: & faciliter poterat accipi vnũ ꝓ altero. *Et dicat, vadens, rectè ne sunt omnia.* Rex putauit, ꝙ ille globus veniebat de bello: nam via illa, per quam veniebat erat de Ramoth Galaad ĩ Iezrahel: & tñ erat bellũ in Ramoth Galaad: iõ credidit rex, ꝙ fortè fugiebat exercitus suus à facie Syrorum: vel ꝙ veniebat aliquis globus equitum ad nunciandũ aliquid regi: iõ iste nuncius quæsiturus erat rectè ne sunt omnia. i. nunquid benè se habent illi, qui sunt in bello. *Abijt igitur, qui ascenderat currum in occursum eius.* i. in occursum globi veniẽtis. *Et ait: hæc dicit rex: pacata sunt omnia?* i. rex quærit nũquid sit pax, vel est aliquis tumultus, aut quare venientes. Poterat hoc quærere putans, ꝙ venirent fugientes, vel ꝑ aliquã discordiã, quæ acciderat inter eos, vel qa superauerant Syros, & acceperant ciuitatem cũ fortalicio: vel qa compositũ fuerat de pace inter vtrunq; exercitium. *Dixitq; Iehu: quid tibi & paci?* i. qd tu curas, an sit pax, vel bellum? quia nihil ad te pertinet. *Transi, & sequere me.* Noluit indicare Iehu isti nũcio veritatẽ, ne fortè fugeret, & indicaret regi Iorã venire Iehu contra eum. Dixit ẽt: transi. s. ad posteriora exercitus mei. Hoc dixit, ne ille p̃cederet exercitũ, & iret ad nunciandũ Ioram venire Iehu. *Nunciauit quoq; speculator dicens: venit nuncius ad eos, & non reuertitur.* Aspiciebat semp speculator nunciũ euntẽ, an auderet accedere, & an pacificè reciperet, vel fugeret, vel nõ auderet accedere ad globũ, vt ꝑ hęc sciret, an oportebat claudi portã vrbis ꝑꝑ timorẽ, vel manere apertã: & dixit speculator: venit nũcius ad eos, i. accessit ad globũ, & non reuertitur: & hoc bonum signũ erat. s. ꝙ pacificè veniret ille globus: qa aliàs non maneret nũcius cũ illis: potissimè quia speculator viderat, ꝙ nõ capt⁹ fuerat nuncius violẽter, sed ipse introierat in globũ. *Misitq; ẽt currũ equorũ secundum.* Quanquam non esset signũ alicuius mali, cũ primus nuncius maneret in globo, tñ rex non securus misit aliũ nunciũ in curru ad globũ: in Hebræo dicitur: *Misit militem in equo secundum.* Litera aũt nostra accipit currũ ꝓ equo: qa similia noïa sunt in Hebræo ꝓ vtroq;, & veniunt ex eadẽ origine. *Et ait: hęc dicit rex: nunquid pax est?* Magis hoc vr̃ intelligi de pace istius exercitus respectu regis, & vrbis, q̃ de pace respectu Syrorũ, & est sensus, an veniebat iste exercitus pacificè, vel an veniret ad pugnandũ contra regẽ, & vrbẽ. *Et ait Iehu: quid tibi, & paci? transi, & sequere me.* Ex eadem cã dixit hoc isti nũcio, ex qua dixerat idẽ nuncio priori. *Nunciauit autem speculator, dicens: venit vsq; ad eos, & non reuertitur.* Miratus est speculator ẽt de isto secundo nuncio, ꝙ postq̃ venit ad globum non reuersus est, sed sequebatur globum, sicut prior. *Est autẽ incessus quasi incessus Iehu filij Namsi.* Iam veniebat Iehu ꝑpe vrbẽ, & speculator cognouit modũ incessus illius globi, & ꝑ hoc dixit, ꝙ mouebatur princeps illius globi sicut Iehu, & subdit cã. *Præceps enim*

G

H

I

K

enim graditur. i. velociter, & quasi pcipitando se mouetur, & taliter cõsueuerat moueri Iehu: nã erat velox in omnibus operibus suis, & tales debēt esse ministri regum, iuxta illud Salomonis: Vidisti hominem velocem in opere suo coram regibus stabit. Iste tamē Iehu mouebatur impetuosè, aliàs ex quadam leuitate iuuenili, vel fortè quia non bene sensatus erat: & hoc significat litera Hebraica dicens. *Nam per stultitiam se dirigebat*. Nunc tamen mouebatur velociter, nõ per stultitiam, sed ex desiderio complendi id, qđ Deus iusserat de occisione Ioram & litera nostra noluit ponere, quòd per stultitiam se dirigebat: sed dixit: præceps enim graditur: quia ista est conditio hominum stultorum. *Et ait Ioram: iungite currum.* Voluit Ioram equitare, vt iret ad videndum, quis erat ille, qui veniebat, & ad quid veniret: & in hoc imprudēter se habuit: quia cum nondum sciret, an pacificus veniret ille globus, vel ad pugnãdum cõtra ipsum, debuerat subsistere in vrbe quousq; sciret quid globus vellet: putauit tamen nihil periculi esse: quia nũcij missi ab ipso veniebant pacificè cum illo globo. Etiam quia iam sciebat Iehu esse eum, qui veniebat: & tamen non præsumebat, quòd Iehu malum cogitaret contra ipsum, cũ esset princeps exercitus eius. *Iunxeruntque currum eius.* Mouebatur rex in curru, quia ista erat equitatura antiquitus regum, & magnatũ. *Et egressus est Ioram rex Israel, & Ochozias rex Iuda singuli in curribus suis*. Isti duo reges erant tunc in Iezrahel: quia Ahazias descenderat ad videndum Ioram regem Israel languētem, & egressi sunt ambo de vrbe in curribus suis in occursum globi: Deus enim mouebat eos ad hoc, vt ambo occiderētur à Iehu: nam si mãsissent in vrbe, non potuisset ingredi Iehu quousque sciretur, quo animo veniret, & non haberet opportunitatem ad occidendum illos. *Egressiq; sunt in occursum Iehu*. s. egressi sunt de vrbe. *Et inuenerunt eum in agro Naboth Iezrahelitæ*. Iste ager erat extra vrbem Iezrahel, & vocat ager Naboth, quia fortè Naboth possederat eum, & acceperat illum rex Achab, quãdo accepit ei vineam: Vel dicitur ager Naboth, quia ibi lapidatus est Naboth, & istud est verum, vt patet infr. in litera: nam dicitur, quòd in agro illo occisus fuerat Naboth, & ob hoc debebat ibi vindicari sanguis eius, occidendo ibi Ioram filium Achab. *Cunque vidisset Ioram Iehu dixit: pax est Iehu?* Ioram locutus est ad Iehu, & dixit: nunquid est pax, idest, nũquid venis ad me animo pacifico, vel animo nocendi? Vel nũquid est pax, s. inter nos & Syros: sed primum est verius. *At ille respondit, quæ pax?* Idest, quæ pax potest esse inter me, & te? *Adhuc fornicationes Iezabel matris tuæ, & veneficia multa vigent.* Quasi dicat, quomodo potest esse pax inter me, & te, vel inter te, & populum, quia fornicationes Iezabel matris tuæ adhuc vigēt? Accipitur hic fornicatio non pro actu venereo, sed pro cultu idolorum: quia qui colunt idola dicuntur fornicari cum eis: sic patet Exo. 34. s. Ne cum fornicati fuerint cum dijs suis, & adorauerint simulachra eorum, quasi dicat: mater tua Iezabel fecit multas fornicationes in Israel, quia ipsa introduxit cultum Baal, & augmentauit cultum aliorum idolorum, & pro istis Deus irascebatur: & tamē adhuc durabant ista: quomodo ergo poterat esse pax? quasi dicat, nõ quia Deus iratus mitteret multa mala super domũ Achab. Veneficia dicuntur confectiones venenorũ, & fortè talia venena faciebat Iezabel ad dandũ cultoribus Dei, vt occideret illos, & confortaretur cultus Baal: nam aliqñ Iezabel occidebat publicè prophetas, & alios cultores Dei: præcedenti libro, c. 18. Et quando non posset publicè occidere, saltem occideret per venenum. Vel vocãtur veneficia omnes superstitiones quæ pertinent ad cultum idolorum, & artes necromãticas, quia istas exercebat Iezabel, & propter has etiam Deus irascebatur. *Conuertit autē Ioram manum suam.* s. conuertit currum, conuertēdo habenas equorum ad aliam partem, & hoc fuit ad fugiendum à facie Iehu: quia cum videret, quòd Iehu loquebatur ei iniuriosè credidit, quòd volebat eum occidere: quia iam non loquebatur ei tanquã regi, sed tanquam hosti. *Et fugiens ait ad Ochoziam: insidiæ Ochozia*. Incœpit fugere, & dixit ad Ochoziam regem Iudæ, ò Ochozia, insidiæ sunt istæ, quas posuit contra me Iehu. *Porrò Iehu tetendit arcum manu, & percussit Ioram inter scapulas.* Vidit Iehu, q fugiebat Iorã, & si introiret in vrbem clauderet super se, & non posset intrare Iehu, & sic euaderet Ioram: ideo Iehu tetendit arcum, quem habebat in manu, & percussit Ioram inter scapulas. *Et egressa est sagitta per cor eius.* Fortis percussio fuit: quia perforauit totum corpus Ioram, & hoc, quia non erat armatus. Dominus autem direxit sagittam istam, vt rectè iret, & infigeretur cordi Ioram ad hoc, quòd illico corrueret mortuus: nam si percussus fuisset in alia parte, fortè non fuisset percussio ad mortem, & posset fugere, & euadere in vrbe. *Statimque corruit in curru suo.* Perforatum fuerat cor eius, ideo non potuit aliquandiu viuere, sed illico mortuus corruit in curru suo, & stetit currus: quia nemo dirigebat equos. *Dixitque Iehu ad Badazer ducem.* Iste Badazer erat dux exercitus Iehu: quia postquam Iehu institutus fuerat rex in Ramoth Galaad, posuerat aliquos officiales, & principes domus suæ, & fecit istum Badazer ducem exercitus. *Tolle, & proijce eum in agro Naboth Iezrahelitæ*. Erat Ioram mortuus in curru suo, & currus erat in agro Naboth, & iussit Iehu, quòd deponeretur cadauer Iorã de curru, & poneretur in agro Naboth.

Margin notes: Ager Naboth vbi. — Veneficia quæ sint. — Iorã à Iehu occiditur.

An Ioram fuerit sepultus, vel permissus fuerit lacerandus à bestijs insepultus. Quæstio XIX.

QVAERETVR, an fuerit sepultus Ioram, vel relictus fuerit à bestijs lacerãdus. Aliquis dicet, quòd non fuit sepultus, quia non legiť de sepulchro suo, sed potius cõtrarium videtur in litera, quia iussit Iehu illũ deponi de curru super agrum. Et sic videtur, quòd relictus est ibi inhumatus. Respondendum, quòd Ioram sepultus est, quãquam sepulchrũ eius non fuit gloriosum, sicut regibus fiebat. Et patet hoc, quia Deus prædixit mala, quæ ventura erãt super domum Achab per Eliam: præcedenti libro, cap. 21. & tamen ibi non ponitur, quòd filij sui relinquerentur insepulti, sed solum, quòd occiderentur omnes vsque ad clausos, & nouissimos: ergo nõ mãsit Ioram insepultus. Item patet, quia iterum Deus prænunciauit hic per alium prophetam prædicens mala domus Achab, & tamen solum dixit: interficiam de Achab mingentem ad parietē, & clausum, & nouissimum. Itē patet hoc, quia quando prænunciabatur destructio progeniei aliorum regum, quia peccabãt si progenies sua non erat sepelienda denũciabatur eis, sic patet de Ieroboam: præcedenti libr. cap. 14. s. qui mortui fuerint de Ieroboam in ciuitate comedent eos canes: qui autem mortui fuerint in agro comedent eos volucres cœli Sic etiam prænunciatum est contra domum Baasa, eod. libr. c. 16. Scilicet, qui mortuus fuerit de Baasa in ciuitate comedent eum volucres cœli, & tamen de progenie Achab nihil tale expressum est hic, nec præcedenti lib. cap. 21. ergo non mãserunt insepulti filij Achab. Item patet, quia si manerent insepulti filij Achab & comederentur à canibus, non esset differentia inter

cos

eos,& Iezabel matrem eorum:& tamen de Iezabel expressum est specialiter, ꝙ comederet eam canes: quia præcedenti lib.ca.21.dicitur,ꝙ occideretur tota progenies Achab,& nihil plus de ea dicitur, & de Iezabel subditur: sed de Iezabel locutus est Dominus, dicens: canes comedent Iezabel in agro Iezabel. Sic etiam ponitur hic de ipsa specialiter,ꝙ deberet comedi à canibus, & nõ esset, qui sepeliret eam: ergo ipsa sola caruit sepultura inter pertinẽtes ad familiam Achab. Ad rationem autem in contrariũ, dicendum,ꝙ Ioram sepultus est, quanquam non legatur de sepulchro eius, eo ꝙ non fuit sepulchrum eius gloriosum sicut regis, sed cum pauco honore, & fortè extra sepulchra regum sepultus est. Causa autem,quare Iehu fecit deponi cadauer de curru in agro,non fuit,vt maneret ibi insepultum,& comederetur à bestijs:sed vt maneret ibi super agrum aliquandiu quousq; totus sanguis efflueret per vulnꝰ, & irrigaret agrum,& postea canes veniẽtes lamberent illum,& sic compleret prophetia Domini contra Achab:nã dixerat Elias:In loco hoc, in quo linxerunt canes sanguinem Naboth,lambent quoque sanguinem tuum: & quia Ioram erat filius Achab, complebatur in eo,quod in patre cõplendum erat: quia filius,& pater censentur eadem persona.Quod autem ista fuerit intentio Iehu, apparet ex litera, cũ ipse alleget hic prophetiam Eliæ, ꝙ in isto agro puniendus erat Achab pro morte Naboth.Postquam tamen sanguis suus effluxit super agrum, fecit inde tolli cadauer Iehu,& sepeliri,& sic nullus comestus est à canibus, nisi Iezabel. *Memini enim*.i. memini de dicto Eliæ, quando ipse locutus est Achab in agro isto.Vult dicere Iehu,ꝙ ideo iubet poni cadauer Ioram ĩ agro illo,vt ponatur prophetia Eliæ ꝫ Achab cuius ipse nunc recordatus est. *Quando ego,& tu sedentes in curru sequebamur Achab patrem eius*.Iehu,& iste Badazer fuerant quondã socij,viuente Achab, & postquam factus est rex ipse Iehu, fecit Badazer principem militiç,& eo tempore,quo Elias locutus est cõtra Achab in agro Naboth Iehu,& Badazer erant in eodem curru comitantes Achab regem. In Hebræo dicitur. *Quando ego,& tu sedentes in paribus*. Pares vocantur duo equi,qui pariter mouẽtur,& istud est quando ambo sunt sub eodem iugo:quia vnus non potest præcedere alium,& sic fit in equis trahẽtibus currum: quia sub eodem iugo positi sunt: iõ posuit litera nostra:ĩ curru: qa istud erat manifestius. *Quòd Dominus onus hoc leuauerit super eum*. i. ego recordor, ꝙ Dñs posuit istam pęnã super Achab, & vocatur pęna onus:quia grauat sicut onus:& iste modus loquẽdi est in prophetis,vt cum dicitur Abachub 1.Onus, quod vidit Abachub propheta, & Naum 1. dicitur: Onus Niniue.i.pęna quam Dominus comminatus est contra Niniuem, & est sensus Deus leuauit hoc onus.i.imposuit istam pęnam super Achab.s. ꝙ in isto agro canes lingerent sanguinem eius,dicens. *Si non pro sanguine Naboth, & pro sanguine filiorum eius*. Idest, ego retribuã tibi in hoc agro pro sanguine Naboth, & filiorum eius,quem effudisti hic: & est ista sententia incompleta ad modum locutionis hominis irati dicentis:si nõ fecero tibi talia,& talia mala.i. si nõ fecero illa,nunquã me Deus adiuuet, vel non videã lucẽ matutinã, & ita Deus loquebatur ipsi Achab tanquã iratus, & propheta loquens vice dei seruabat accentum,& modum loquendi quem seruaret Deus, si esset homo iratꝰ, & per se loqueretur *Quem vidi heri,ait Dominus*. Idest,ego vidi heri hic sanguinẽ Naboth & filiorum eius. Refertur istud ad tempus, in quo dicta sunt verba Dei per Eliam ad Achab,& est sensus, ꝙ quando impijssima Iezabel fecit occi-F di Naboth, & filios suos,quia noluerat Naboth dare agrum, dixit ad Achab, surge: & posside vineam: Naboth: non enim viuit Naboth,sed mortuus est: & tunc incepit descendere Achab de Samaria ad vrbem Iezrahel, vt possideret vineam Naboth, & cũ accederet circa agrum Naboth, occurrit ei Elias missus à Deo, & dixit quòd in agro illo canes lingerent sanguinẽ Achab:vt patet ꝑced.lib.c 21.& istud fuit die sequenti post mortem Naboth, ideo dixit Deus pro sanguine Naboth, quem heri vidi. *Reddam tibi in agro isto,dicit Dominus*.i. reddam tibi pœnam,& ista pœna erat, ꝙ canes lingerent sanguinẽ Achab in loco, in quo linxerant sanguinem Naboth: *Nunc igitur tolle, & proiice eum in agro iuxta verbum Domini*.i. G quia Deus sic dixit,proijce cadauer eius in agro, vt sic compleatur verbum Domini,scilicet,ꝙ sanguis eius fluat ibi,& postea canes lingant illum.

Iezabel an occiderit solum Naboth, vel cum eo omnes filios eius. Quæstio XX.

QVAERETVR,an Iezabel occidit solum Naboth,quia nolebat dare vineam Achab, vel etiã occiderit simul omnes filios suos. Aliquis dicet, ꝙ solũ occidit ipsum Naboth: sic enim innuitur præcedenti lib.c.21. Respondendum, ꝙ occidit etiam omnes filios Naboth: vt patet hic,cũ dicatur:si non pro sanguine Naboth, & pro sanguine filiorũ eius, quem vidi heri. Ad rationem in contrarium dicẽ-H dum, ꝙ præcedenti lib.c.21. non fit mentio nisi de Nabot: quia ipse denegabat vineam regi: de filijs autem non,quia forte ipsi nihil in hoc faciebãt. Et scriptura sæpè subticet aliqua in vna parte, quæ exprimit in alia: sic enim factus est liber Paralipo. vt ea, quæ minus erant in libris regum,supplerentur ibi.

Filii Naboth quare fuerunt occisi. Quæstio XXI.

QVAERETVR vlterius,quare occisi sunt filij Naboth cum non legatur de ipsis, ꝙ ipsi resisterent, ne daretur vinea regi Achab. Responderi potest vno modo, ꝙ quamquam non legatur de fi-I lijs Nabot,ꝙ repugnarẽt in venditione vineę,tamẽ fortè repugnabant,& quia idem ius erat de eis,si ipsi repugnarent, sicut si repugnaret Naboth, fecit illos occidi Iezabel. Aliter potest dici, ꝙ factum fuit hoc,vt rex liberius posset vineam possidere,quia occisis filijs Naboth,nõ manebat aliquis hæres:ideo applicaretur vinea regi, sicut in quibusdã regionibus est: ꝙ quando aliqui moriuntur ab intestato, vel ex aliqua causa,non possunt facere testamẽtum, applicantur bona fisco.i.regi,vel domino terræ:& ne relinquerẽtur aliqui hæredes ab intestato ipsi Achab occisi sunt filij eius. Aliter potest dici, ꝙ hoc fecit Iezabel ad vindictam:quia nimis irata fuit cõtra Naboth,quia negauerat vineam regi: ideo ad faciendũ K iram suam nõ solum occidit Naboth,sed etiã filios suos. Aliter põt dici, ꝙ primo occisus est Naboth,& quia postea filij sui videntes mortem iniustã patris, locuti sunt ex amaritudinę cordis aliqua contra regem, & reginam,fecit illos Iezabel occidi: & vtrunque occisio fuit iniusta: quia aliàs Deus nõ vindicasset in progenie Achab mortem illorũ, qui iustè occisi essent ab Achab.

Verbum Domini contra Achab, quòd canes lingent sanguinem suum, sicut linxerunt sanguinem Naboth, an fuerit completum. Quæstio XXII.

QVAERETVR vlterius,an completũ fuit verbum Domini dictum per Eliam contra Achab in

in hoc, ꝙ cadauer Ioram filij sui proiectum fuerit [A] in agro Naboth. Fuit autem verbum Domini contra Achab in loco hoc, in quo canes linxerunt sanguinem Naboth: sanguinem quoq; tuum lingent, præcedenti lib. cap. 21. Aliquis dicet, ꝙ completum fuit in hoc, vt patet ex verbis Iheu, scilicet: nũc ergo proijce eum in agro iuxta verbum Domini. Respondendum est, quòd satis poterat dici, quòd fuit hic completum verbum Domini. Primo, quia Iehu ad istam intentionem fecit, & dixit, quòd proiciendo cadauer Ioram in agro Naboth complebatur verbum Domini. Secundo patet, quia Deus dixit, quòd canes lingerent sanguinem Achab in loco illo, ergo si realiter lingerent: compleretur verbum Domini, sed Ioram videbatur esse eadem per- [B] sona cum Achab, quia erat filius suus: ideo lingendo sanguinem Ioram, lingebatur sanguis Achab, & complebatur verbum Domini. Dicendum tamen quòd non fuit hic completum verbum Domini, quia Deus dixerat quòd in isto agro canes lingerent sanguinem Naboth: ista tamen comminatio fuit postea reuocata, quando pœnituit Achab præcedenti lib. c. 21. ergo nũquam fuit completum istud præceptum: quia id, quod reuocatur, non completur. Secũdo patet, quia ista comminatio fuit postea propter peccata Achab iterata in eo: consummata ergo non potuit conpleri in filio suo. Patet, quia solum dixerat Dominus ꝙ in loco, in quo canes linxerunt sanguinem Naboth, lingerent sanguinem A- [C] chab, præcedenti li. c. 21. & tamen hoc completum fuit in Achab præcedenti lib. c. vltimo, s. & lauerũt currum Achab in piscina Samarię, & linxerunt canes sanguinem eius, & habenas lauerunt iuxta verbum Domini, quod locutus fuerat: ergo ibi completum est verbum Domini, & non poterat iam compleri. Ad rationem in contrarium dicendum, ꝙ Iehu fecit hoc motus à Deo non quidẽ ad hoc, quòd compleretur verbum Domini, quia iam completũ erat, sed ad ostendẽdum, ꝙ adhuc progenies Achab puniebatur pro occisione Naboth, & quando ipse dixit, ꝙ faciebat hoc ad complendum verbum Domini, dicendum ꝙ ipse putauit ꝙ verbum Domini completum non fuerat in Achab, ideo oportebat [D] compleri in progenie sua, & tamen iam completũ erat, præcedenti lib. ca. vltimo: etiam ipse nesciebat de reuocatione huius comminationis: quia forte illa facta est in secreto per Eliã ipsi Achab, & nõ constabat de hoc populo, iõ spectabãt adhuc cõplendũ.

Ochozias autem. Hic ponitur secundum principale huius capituli. s. Ochoziæ regis Iudæ fuga, & occisio, & dicitur: *Ochozias autem rex Iuda videns hoc.* s. videns ꝙ Iehu occidebat Ioram, timuit ꝙ etiam vellet occidere ipsum: ideo quamquam ipse non offendisset Iehu, vt ab eo mortem expectaret tamen fugit *per viam domus horti* Erat quidam hortus in illo agro Naboth, quem fecerat rex Achab. Nam sic dixerat, ꝙ volebat vineam Naboth ad faciendum in ea hortũ [E] olerorum, pręcedenti li. 21. c. & apud illum hortum erat via, per quã fugit Ochozias rex Iudæ in curru suo versus terrã suam *Persecutusque est eum Iehu* Volebat illum occidere, sicut Ioram regem Israel, *& ait: etiam hunc percutite*: i. non solum oportuit percuti regem Israel, sed etiam iste debet percuti: & non percussit eum Iehu, sed serui sui percusserunt illum in curru suo, idest, fugiẽtem in curru suo. *Et percusserunt eum in ascensu Gaber*, Fugiebat enim Rex Iuda quantũ poterat in curru suo, & consecuti sunt ipsum serui Iehu in ascensu Gaber. i. in quodam colle, qui erat apud vrbem Gaber. Est autem Gaber ciuitas parua in sorte Manasse, *Quę est iuxta Ieblaam.* Ieblaam est ciuitas magna in sorte Manasse, vt patet Iosue 17. & apud illã est Gaber in eadem tribu Manasse: & quia Gaber non erat ciuitas famosa, quæ ex nomine suo cognosceretur, dixit, quòd erat apud Ieblaam, vt ex loco Ieblaam cognosceretur vbi esset ciuitas Gaber. *Qui fugit in Magedo.* Est Magedo ciuitas in sorte Manasse modicum distans à Ieblaam Iosue. 17. & Iude ideo apud hanc ciuitatem pugnauit Iosias rex Iudæ cum Pharaone rege Aegipti, & sagitta percussus interijt. inf. 23. & 2. Paralipo. 35. & factus est propter hoc planctus magnus in Magedo, qui fuit postea famosus inter Hebræos: & de hoc dicitur Zacha. 12. in die illa erit magnus planctus ad Remon in campo Magedon. *Et mortuus est ibi.* Iste Ochozias percussus est sagitta, sicut Ioram, & postquam percussus est, non illico obijt, sed fugit vsque Magedo, quia non fuit percussus in corde, sicut Ioram, cuius cor sagitta transfixit, & illico in curru suo corruit. supra in litera, *Et imposuerunt eum serui sui super currum eius, & tulerunt in Ierusalem*, Subintelligendum, quòd postquam serui Iehu percusserunt Ochoziã ad mortem, non curauerunt ipsum persequi: & cum iam esset propinquus morti, serui eius, qui sequebantur currum suum, deposuerunt eum de curru in Magedo, vt ibi adhiberent ei aliquod remedium, si possent. Vel quod verius est, videntes eum mortuum in Magedo, deposuerunt de curru, vt exhiberent ei officia funeris. s. lauando corpus eius, & inuoluẽdo eo modo, quo conuenienter poterat in Ierusalem duci ad modum cadauerum, quæ de loco in locum transportantur: In hebræo dicitur: *Et equitauerunt eũ ad Ierusalem*: Est sententia barbara, & breuis, scilicet, serui sui posuerunt eum super equos, vel super currum, vt ducerent in Ierusalem: *Sepelierunt que in sepulchro cum patribus suis in ciuitate David.* Scilicet, sepultus est in castro montis Sion, vbi erant sepulchra regalia, & omnes reges Iuda sepeliebantur ibi.

Ochozias quare sepultus fuit in sepulchris regum, pater verò suus non. Quæst. XXIII.

QVAERETVR quare sepultus est Ochozias, siue Ahazias in sepulchris regum, cum pater suus Ioram non sepultus fuerit in eis. 2. Paralipo. 21. Respondendum, quòd iste Ochozias malus erat erga Deum, & non merebatur sepulturam: & tamen non erat tam malus, sicut pater suus Ioram: nam ille occidit omnes fratres suos, & multos de principibus Iuda, & propter eum multa mala facta sunt in regno Iuda, quia hostes oppresserunt illud. 2. Paralipom. 21. ideo populus noluit dare sepulchrum regi Ioram inter cæteros reges: Ochozias verò non erat tam malus, & sepultus est in sepulchris regum. Aliter potest dici, quòd Ochozias erat de stirpe Achab quantum ad matrẽ, & secutus fuerat omnino viam Achab, præcedenti. c. ideo indignum erat eum sepeliri in sepulchris regum, & tamen populus propter honorem aui sui Iosaphat, qui fuerat rex bonus, sepeliuit eum cum regibus. 2. Paralipo. 22. scilicet, & sepelierunt eum, eo quòd esset filius Iosaphat, qui quæsierat Dominum in toto corde suo.

An peccauerit Iehu occidendo Ochoziam regem Iuda, & quare occidit eum. Quæst. XXIIII.

QVAERETVR vlterius, an peccauit Iehu occidendo Ochoziam regem Iudæ, & quare occidit eum. Aliquis dicet, quòd peccauit, quia Ochozias nunquam offenderat ipsum Iehu, vt haberet con-

contra eum iustum bellum. Etiam Deus nunquam dixerat de occisione Ochoziæ ipsi Iehu, ideo peccabat occidendo illũ. Responderi posset, ꝙ Iehu peccauerit occidendo Ochoziam, & tamen egit id, qđ Deus volebat, quia erat malus, & Deus volebat eum occidi. Motiuum autem suum esset non ex aliquo mãdato Domini, sed ex affectione sua. s. quia Ochozias erat cognatus ipsius Ioram. s. filius sororis suæ Athaliæ, & si nũc euaderet propter cognationem, & amicitiam, quam habebat cum Ioram, & cum reliquis filijs Achab adiuuaret eos post mortem Iorã ad hoc, ꝙ aliquis eorum acciperet regnum, & occideret Iehu, vel fugaret eum de terra: propter suam ergo vtilitatem illum occidere voluit. Magis tamẽ videbitur alicui dicendum, ꝙ non peccauerit Iehu, & ꝙ fecerit propter sermonem Domini: quia Deus dixit ei, ꝙ deleret totam domum Achab: & tamen Ochozias erat de progenie Achab: quia erat filius Athaliæ, & illa erat filia Achab præcedenti. c. Sed dicendũ, ꝙ hoc non stat: quia nomine domus Achab comprehendebatur progenies sua solum: filij autẽ filiorum Achab dicebãtur esse de progenie Achab: & tamen filij filiarum eius non vocantur de progenie Achab: nam in veteri testamento solum considerabatur successio per patrem, & nullo modo per matrem: nam etiam filij non succedebãt matribus in veteri testamento, sed solis patribus: quia matres nihil habebant, vt patet, Nu. 27. & ibi declaratũ est. Etiam teneretur isto modo occidere Iehu omnes quotquot erãt filij Ioram regis Israel, & nepotes ex Athalia vxore sua: sed hoc non est bene dictum. Dicendum ergo videtur, ꝙ Iehu non peccauerit occidendo Ochoziam regem Iudæ: quia licet Deus non dixisset ei, prius per prophetam inclinauit eũ ad occidendum ipsum, & illa inclinatio fuit vehemens, ita vt intelligeret Iehu se moueri à Deo, & hoc sufficiebat ad excusandũ eum: quia qui spiritu Dei aguntur, non sunt sub lege, & ideo non peccant tanquã si agerent contra legem: nam qui spiritu Dei aguntur, hi filij Dei sunt, ad Ro. 8.

Ochozias an fuerit percussus in ascensu Gaber, & mortuus in Magedo. Quæstio XXV.

QVAERETVR vlterius de isto Ochozia quomodo dicitur hic, ꝙ occisus est in ascensu Gaber. s. ibi percussus est, & postea mortuus est in Magedo: quia 2. Parali. 22. dicitur, ꝙ latuit Ochozias in Samaria, & Iehu inuenit eum latentem, & fecit ad se adduci, & occidit. Aliquis dicet, ꝙ non erat ille Ochozias, de quo hic dicitur: nam iste vocatur Ahazias. Sed dicendum ꝙ non stat, quia Ochozias, & Ahazias idem sunt: vt supra declaratũ est in quadam questione: maximè quia 2. Paralipo 22. dicitur, ꝙ occiso illo Ochozia rege, mater sua occidit omne semen regium, vt ipsa regnaret: & tamẽ constat, ꝙ hoc per mortem Ahaziæ factum est. de hoc tamen quid declarabitur. 2. Paralip. 22.

Quare Deus voluit Ochoziam occidi. Quæst. XXVI.

QVAERETVR vlterius, quare Deus voluit, ꝙ occideretur iste Ochozias. Respondendum, quòd Deus iustè puniuit illum, quia ipse ambulauit in vijs domus Achab, ideo merebatur perire, sicut domus Achab: quia similia peccata simili pęna plectuntur. Secundo fuit hoc, quia Ochozias prestabat auxilium Ioram regi Israel, qui erat impijssimus eundo cum eo ad bellum, & fauendo in omnibus alijs: & propter hoc merebatur mortem. Sic pa- Prima ratio.

F tet de Iosaphat auo istius, qui erat bonus rex: & tamen quia iuit ad bellum adiuuans Achab merebatur mortem. 2. Paralip. 19. cum dixit ei propheta, impio præbes auxilium, & his, qui oderunt dominum amicitias iungeris, & idcirco iram quidẽ Domini merebaris, sed bona opera inuenta sunt in te. Quasi dicat propter bona opera, quæ inuenta sunt in te non occideris, quanquam mortem merearis. Et tamen in Ochozia non inuenta sunt aliqua bona opera, sed potius pessima, ideo propter auxilium illud saltem merebatur mortem, & Deus voluit infligere ei mortem illam per manum Iehu, ideo inclinauit ipsum, vt iret in Iezrael ad visitandum Ioram, & occideretur ibi à Iehu simul cum Ioram. Pa- Secunda ratio.

G tet 2. Paralip. 22. Scilicet: voluntatis quippe domini fuit aduersus Ochoziam, vt veniret ad Ioram, & egrederetur cum eo aduersum Iehu, scilicet, ad hoc quòd ambo occiderentur, vt sequitur ibidem: *Anno vndecimo Ioram filii Achab regis Israel regnauit Ochozias super Judam*: s. in anno illo cępit regnare Ochozias, & regnauit solum vno anno, præcedenti. c. *Venitque Jehu in Iezrabel*: Idest, tempore isto cum consummabatur regnum Ioram venit Iehu in Iezrahel, & occidit Ioram, & Ochoziam, & consummatum est regnum ipsorum.

Quomodo dicitur hoc, quòd anno 2. Ioram cæpit regnare Ochozias, & supra 12. Quæst. XXVII.

H QVAERETVR, quomodo dicitur hic, ꝙ anno vndecimo Ioram cæpit regnare Ochozias: quia præcedenti c. dicitur ꝙ anno. 12. cæperit. Quidam respondent, ꝙ regnauit Ochozias cum patre suo Ioram anno vno, & post mortem eius anno altero. De regno autem, quod habuit viuente patre intelligitur hic, de regno verò, quod habuit mortuo illo intelligitur litera præcedenti. c. sic cæpit regnare anno. 11. & anno. 12. regis Ioram, & hoc tenet Nicolaus. Dicendum tamen magis videtur, quòd siue hic, siue præcedenti ca. intelligatur de regno, quod habuit Ochozias mortuo patre suo, & tamen diffe-
I rentia est propter annos, quia aliquando accipiuntur anni completi, & aliquando incompleti: nam quando dicitur, ꝙ regnauit anno. 11. Ioram intelligendum est, ꝙ iam transierat totus annus vndecimus, & etiam quasi totus duodecimus: quia tamen non erat completus cõputatur solum vndecimus, & præcedenti. c. dicitur, ꝙ erat annus duodecimus. quia ille erat inchoatus, & non esset consummatus. *Porro Iezabel.* Hic ponitur tertium principale huius cap. scilicet, Iezabel laceratio, & dicitur. *Porro Jezabel introitu eius audito depinxit oculos suos stibio*, scilicet, audiuit Iezabel, quòd veniebat Iehu, & introibat in vrbem, & tunc depinxit oculos stibio, idest quodam colore nigro, quo fęminę vtuntur ad redendum su-
K percilia nigra, & palpebras, & faciunt maiorem apparentiam palpebrarum, & superciliorum, quàm aliàs, & vocatur vulgariter Alcohol. *Et ornauit caput suum*, scilicet, ornauit se apparatu regio excellenti, qui maximè apparet in capite. *Et respexit per fenestram ingredientem Iehu per portam*: scilicet, respexit Iezabel de fenestra domus regiæ ipsum Iehu introeuntem per portam ciuitatis, vt loqueretur ei, quæ sequuntur. *Nunquid pax esse potest Zamri, qui interfecit dominum suum?* quasi dicat, non potest ei esse pax. Zamri fuit quidã princeps militum, qui occidit regem Ela Dominũ suum in conuiuio præcedenti lib. ca. decimosexto. *Seruauitq; Jehu faciem suam ad fenestram*: Quia Iehu prius non aspiciebat ad turrem palatij regis, & quia nunc de

de turre locuta fuerat sibi Iezabel respexit ad turrē leuando oculos suos. *Et ait, quæ est ista?* i. quæ est illa q̄ locuta est? In hebræo dicitur. *Quis mecum?* i. quis est apud me? Hoc dixit Iehu: quia vidēs Iezabel voluit, ꝙ præcipitaretur, & ad hoc vocauit aliquos de ministris suis dicēs, quis mecum? i. quis est apud me, vt eat ad præcipitandum illam? & hoc magis conuenit literæ sequenti: quia dicitur, ꝙ inclinauerūt se duo vel tres eunuchi, & sic videtur, quòd vocauerat eos Iehu per hoc, quòd dixit: quis mecum? *Et inclinauerunt se ad eum duo, vel tres eunuchi.* Quia Iehu erat rex ꝓpter honorem regni nullus audebat accedere ad ipsum, nisi vocaret: sicut erat de rege Assuero, ad quē nullus poterat accedere, nisi ipse vocaret eum, aliàs occideretur: vt patet Esther 4. & 5. & 15. Nunc verò cum rex vocauit, venerunt ad eum tres eunuchi, scilicet, tres familiares sui, & isti erant castrati secūdū consuetudinem antiquorum ad custodiam dominarū. *Et dixerunt: hęc est Iezabel.* Istud non est in Hebręo: Hieronymus tamen suppleuit illud ex necessitate sententiæ suæ: quia ipse accepit, quæ est ista? vbi litera Hebraica dicebat: quis mecum? & sic volebat cognoscere, quæ esset illa, quæ loquebatur: & q̄a venerunt ad eum tres eunuchi, oportebat, ꝙ illi respōderent, quæ esset illa, & dixerunt: hæc est Iezabel: & tamen secundum literam hebraicam, quæ dixit: q̄s mecum? innuitur, ꝙ Iehu agnoscebat Iezabel, & iō vocabat aliquos ad se dicendo: quis mecum? & ideo non ponitur, ꝙ illi eunuchi, qui venerūt ad Iehu aliquid dixerint, sed solum ipse Iehu dixit eis, ꝙ pręcipitarēt illam: & sic melior videtur hic litera hebraica, quàm nostra. *At ille dixit eis: pręcipitate eam deorsum.* s. ascendite, & præcipitate eam de turre. *Et præcipitauerunt eam.* Nullus enim fuit, qui prohiberet eos: quia quāquam essent aliqui famuli cum Iezabel regina, quia tamen Iehu erat iam rex non ausi sunt prohibere eunuchos Iehu, quin præcipitarent eam. *Aspersusq; est sanguine paries, & equorum vngulę, qui conculcauerunt eam.* s. corruit Iezabel de alto: & ideo sanguis ex vulnere aspersit parietes vicinos, & transiuerūt super eam equi virorum Iehu, & asperſę sunt vngulæ ipsorum sanguine eius. Nam non solum voluit Iehu occidere Iezabel, sed etiam dehonorare eam nimis, & hoc fuit faciendo, quòd transirent equi super illam, & conculcarent eam sicut stercus.

Quare Iezabel depinxit oculos suos stibio introeunte Iehu. Quęstio XXVIII.

QVAERETVR, quare Iezabel depinxit oculos suos stibio ad introitum Iehu, & quomodo hoc faciebat, cùm tūc filius eius rex Ioram occisus fuisset à Iehu: quia potius debuisset plāgere. Aliquis respondebit, ꝙ fecit hoc Iezabel ex more suo: quia ipsa solebat vngere oculos suos stibio, vt pulchra appareret, & nunc etiam oculos depinxerat, & cū obijcitur, ꝙ cum esset filius suus occisus à Iehu non debuisset hoc facere: dicet, ꝙ fortè ipsa nesciebat hoc quia nouiter factum fuerat. Sed dicendum, ꝙ hoc, non potest stare. s. ꝙ ex consuetudine sua hoc faceret. Primò, quia si consueta esset hoc facere, & non ageret propter aliquod nouū motiuū, sed propter consuetudinem scriptura non curasset ponere hic: quia esset omnino superfluum, velut si diceret, ꝙ illa die comedit, & bibit Iezabel. Secundo patet, quia dicitur, quòd Iezabel audito introitu Iehu depinxit oculos stibio: ergo videtur, quòd propter Iehu faciebat, & non ex consuetudine. Tertio patet, quòd ipsa cognosceret mortuum esse Ioram filium suum: quia mors regis violenta erat aliquid famosissimū: A ideo existentibus in vrbe, in qua hoc flebat, non poterat occultari. Quartò patet q̄a dicit̄, ꝙ audiuit de introitu Iehu, & tunc depinxit oculos suos stibio: & tamen non poterat ingredi Iehu in vrbem cum tali potestate, nisi occidisset prius Ioram regem, ergo ipsa cognoscebat hoc. Quintò, & efficacius patet ex verbis suis: quia ipsa dixit: nunquid potest esse pax Zamri, qui interfecit Dominum suū: ergo ipsa sciebat Ioram occisum esse à Iehu, qui erat seruus suus: quia aliàs non esset istud ad propositum. Dicēdum ergo, quòd Iezabel cognoscebat occisum esse Iorā filium suum per Iehu regem nouum: & tamen non luxit pro eo, nec induit se pannis lugubribus, sed ornauit, sed plus solito ostendens faciem suā pulchrā.

B Et hoc poterat esse propter duo: primum est, q̄a fortè Iezabel timuit, quòd sicut occiderat Iehu filium suum Ioram, ita occideret eam, & ob hoc timens ornauit se nimis plus solito, vt placeret ī oculis Iehu, & acciperet eam in coniugem, vel cōcubinam, vel qualitercunq;, & sic donaret ei vitam. Aliud motiuum esse poterat. s. ꝙ vellet Iezabel increpare nimis ipsum Iehu, & per hoc aliquo modo se vindicaret de eo: & si ipsa planxisset, & induta esset vestibus lugubribus, quanquam clamaret contra Iehu, non videretur posse offendere eum, quia ageret ex amaritudine spiritus: vt ergo posset eum offendere, ornauit vultum suum quasi nihil impenderet ea, quæ acciderant, & adhuc habebat ipsa animum fortem ad

C increpandum Iehu de malo, quòd fecerat. Primus tn̄ modus rationabilior est, & magis conuenit literæ, vt quibusdā vr̄, sed veritas patet sequenti quæst.

Iezabel quare sic increpuit Iehu. Quæst. XXIX.

QVAERETVR vlterius, quare Iezabel increpuit sic Iehu dicēs: nūquid pax potest esse Zāri, qui occidit Dominum suum: quia per hoc prouocaret contra se Iehu ad occidendum ipsam: cū potius ipsa deberet timere, quòd etiam si hoc non faceret, occideret eam Iehu. Respondendum, quòd illa litera legitur dupliciter: vno modo sine interrogatione s. pax potest esse Zamri, qui interfecit Do-

D minum suum: & tunc est sensus, ꝙ quanquā aliquis occidat Dominum suum non propter hoc eueniēt ei omnia infortunia, sed potest habere pacem. i. trāquillitatem vitæ, & prosperitatem rerum. Et iste sensus consonat literę hebraicę, quæ non habet hic interrogationem: & tunc dicetur, quòd Iezabel dixit hoc ad placandum sibi Iehu: nam sicut voluit placare eum in aspectu vultus: quia se ornauit, ita voluit placare eum verbis innuens, quòd ipsa non oderat eum summè, quanquam occidisset Iorā Dominum suum, quia non fecerat in hoc maximum malum: nam etiam Zamri occidit Dominum suum. Aliter legitur ista litera cū interrogatione, sicut est in litera nostra, & tunc est sensus, quòd nullo modo

E poterat venire bonum ipsi Iehu, qui occiderat Dominum suum: quia non poterat esse pax occidenti Dominum: & posuit exemplum de Zamri: quia ille occidit Dominum suum, & postea se ipsum occidit cremando se cum palatio regis: q d. sicut Zamri mala morte perijt: quia Dominum suum occidit, & in breui perijt: quia non regnauit, nisi per septem dies, & immediatè sed occidit: quia exercitus obsedit eū in Thersa præcedenti lib. ca. 16 ita tu amara morte morieris, & in breui. Dicendum autem isto modo dicetur, quòd Iezabel nō depinxit oculos suos, nec coronauit caput ad placendum Iehu, vt acciperet eam in vxorem, sed ad increpandum ipsum: nam si lugeret, non posset eum increpare, sed ostendit se hilarem,

larem, & in statu regali, quasi nihil curantē de hoc quod acciderat: qa si vnus filius eius occisus fuerat, multi alij manebant: nam septuaginta filios habebat Achab in Samaria, sequenti cap. Et quando arguitur, quomodo non timebāt irritare Iehu per ista verba pungitiua, dicendum, ꝙ Iezabel erat animosa, & non timuit, ꝙ occideretur, aut ꝙ caderet à statu suo: quia quanquam occisus esset Ioram non credidit, ꝙ Iehu occideret eam: quia turpe est viro occidere fœminam modo bellico, ideo quanquam nūc ipsa prouocaret ad iram ipsum Iehu, non credebat ab eo se occidendam: mouebat autē eam: quia aliàs alij occiderant progenies regum, vt ipsi regnarēt, & tamen nullam fœminā occidebant. Sic fuit de Baasa, qui occidit totam progeniem Ieroboam Domini sui, præceden. lib. cap. 15. & Zamri occidit totam progeniem Baasa, e. lib. c. 16. & tamen ibi solū occidebantur masculi: quia Deus prænunciauerat de illis, ꝙ occiderentur mingentes ad parietem, qui soli masculi sunt. Ita ergo nunc putauit futurum esse Iezabel. Non ergo timuit increpare Iehu propter magnam iram, quam conceperat contra ipsum. Credebat etiam Iezabel, ꝙ quanquam occisus esset Iorā, cum manerent septuaginta filij Achab, sequenti c. vnus illorum regnaret, & illi cum omnibus Israelitis, & cum regno Iuda, quod erat cognatorum suorum pugnarent contra Iehu, & in breui eum occiderent, vel fugarent de terra Israel, & sic ipsa rediret ad statum suū pristinū. Et dicendum, ꝙ istud motiuum est rationabilius, & sic accepit litera nostra ponens interrogationem, licet Nicolaus contrarium teneat, dicens, ꝙ magis concordat poni sine interrogatione: quia Iezabel faciem suam ornauit ad placēdum Iehu, non ergo proferret contra ipsum verba pungitiua. Dicendum tamen, ꝙ necesse est intelligi literam istam cum interrogatione, quanquam in Hebræo non ponatur aliqua interrogatio: nec istud obstat: nam in Hebræo non sunt dictiones, quæ faciant orationes interrogatiuas, sicut apud Latinos sunt, Nōne, & Nunquid, sed cognoscitur sententia interrogatiua ex habitudine literæ. Sic enim patet in quibusdam alijs locis, in quibus in Hebręo nō est interrogatio, & tamen nullus dubitat, quin debeat ibi legi litera interrogatiuè. Secundò patet, quia si Iezabel non intendisset offendere Iehu, non dixisset ei verba ista, sed potius tacuisset: quia ista verba quomodocunq; dicantur, significabant, ꝙ Iehu occidisset Dominum suum, & de isto non poterat laudari, etiam si Iezabel vellet eum laudare: quia audito verbo erubesceret Iehu, sicut quando quis vult aliū laudare de turpi: quia magis eū vituperat, ideo laus est, ꝙ subticeantur talia. & sic si Iezabel intendisset placere Iehu, & placare eum sibi, solum ornasset vultū suum, & nihil locuta fuisset de hac occisione. Tertium est: quia dato, ꝙ istud factum esset aliquo modo excusabile, vel laudabile, tamē nullo modo erat verisimile, ꝙ Iezabel laudaret Iehu ī ista occisione, quia ipse occiderat filium eius, & necesse erat, ꝙ intelligeret Iehu ista verba dici contra se ad pungendum ipsum. Quartò patet, & efficatius, quia ista litera nullo modo conuenire potest huic intentioni. s. ꝙ Iezabel dixerit, ꝙ pax poterat esse Iehu, vel ꝙ nō fecerat ipse maximum malum occidendo Dominum suum: quia etiam Zamri occidit Dominū suū, & tamen nulla pax fuit Zamri, sed maximum infortunium. quia postquam occidit Dominum suū solū vixit per 7. dies, & postea se combusit, præced. lib c. 16. ita ergo necesse erat intelligi istud ad increpationem Iehu. s. ꝙ ipsi nulla pax esse poterat, sicut nec Zamri, sed moreretur mala morte. Et hoc dato ne-

Opin. Nicolai refellitur.

F cesse est intelligi, quod Iezabel ornauit vultum suū, non ad placendum ipsi Iehu, sed solum ad ostendendum constantiam, vt posset increpare eum verbis pungitiuis, quod facere non posset, si haberet vultū, & habitum flentis, & hoc fuit: quia non timuit se occidendam, q̄q̄ istud diceret, iō etiam nō potest stare, ꝙ Iezabel ornauerit caput suū ad placendum Iehu.

Iezabel increpando Iehu quare potius dixit de Zamri, quàm de aliquo alio. Quęstio XXX.

QVAERETVR vlterius, cum Iezabel increparet Iehu per ista verba ostendens, ꝙ occidisset Dominū suum, quare potius dixit de isto Zā-
G ri, quàm de aliquo alio. Nam alij occiderant Dominos suos pręter eum, sicut Baasa occidit Nadab regem Israel, & totam cognationem eius, & regnauit pro eo, præceden. lib. cap. 15. Respondendum, quòd dixit potius de Zamri, quā de Baasa, vel aliquo alio ad magis increpandum ipsum Iehu, & ad ostendendum ei maxima infortunia. Primo patet: quia Zamri erat dux exercitus Ela, & occidit ipsum, præcedē. lib. ca. 16. ita Iehu erat princeps militiæ Ioram: nam ipse manserat princeps totius exercitus in Ramoth Galaad absente Ioram, vt sup. declaratum est, sed de Baasa non apparet, ꝙ esset princeps exercitus Nadab, quem interfecit. Secundo patet propter infortunia: quia maiora infortunia fuerunt Zamri occi-
H denti Dominum suum, quàm alicui alteri: nam Baasa habuit infortunia: quia proles eius occisa est, ipse tamen regnauit in prosperitate, & etiam filius eius Ela aliquanto tēpore. Zamri verò nō habuit infortunia in progenie sua, sed in se ipso: quia ipsemet occisus est. Tertio patet: quia alij occisores dominorū suorum sicut Baasa gaudebant aliquanto tempore de malo, qđ fecerant, & tamen Zamri illico perijt, quia postquam occidit Dominum suum, solum regnauit diebus septem præced lib. c. 16. Quartò patet quia alij occisores dominorum suorum non erant omnino calamitosi: quia occidebantur ab alijs, & tamen Zamri ad tantam calamitatem perductus est, vt ipse se occideret, vt patet eo cap. Quintò patet: qa
I alij occisores dominorum suorum puniebantur pęna leuiori: ipse tamen Zamri perijt pena acerbissima. s. quia combustus est viuens cum palatio regis, sed ista est mors durissima: ad significandum ergo, ꝙ Iehu in breui occidendus erat, & non possideret diu regnum, quod sic inuaserat, nec aliquis de filijs suis succederet ei, sed in breui acerrima morte periret, induxit exemplū de Zamri potius, q̄ de aliquo alio.

An Iehu peccauerit sic occidendo Iezabel, & faciendo quòd comederetur à canibus. Quæst. XXXI.

QVAERETVR vlterius, an peccauit Iehu occidendo Iezabel. Aliquis dicet, ꝙ sic: quia Deus
K solū iussit ei occidere domū, siue progeniē Achab, & tamen Iezabel non erat de progenie Achab.

Respondendum, ꝙ non peccauit Iehu, sed potius meruit occidēdo Iezabel: quia Deus ei iusserat hoc, immo ad istud vnxit eum in regem, vt patet sup. in litera s. vnxi te in regem super Israel, & percutiens domum Achab, vt vlciscar sanguinem seruorum meorum prophetarum de manu Iezabel, & tamen non poterat vindicari sanguis iste de manu Iezabel, nisi ipsa occideretur, ideo debuit eā occidere Iehu. Secundo patet, quia Iehu erat rex Israel legitimè cōstitutus, ideo ad eum pertinebat punitio omnium criminum ex conditione dignitatis suæ, sed Iezabel grauissimè peccauerat occidendo ꝓphetas Dñi, &

& alios seruos eius, & cogendo populũ ad cultum Baal: iõ merebatur mortem, & dato, ꝙ non dixisset Deus aliquid de occisione eius ipsi Iehu per prophetam, tenebatur eam occidere. Ad rationem in contrarium dicendũ, ꝙ Deus iussit occidi omnes de domo Achab, vt vindicaretur sanguis prophetarum de manu Iezabel: ideo potius occidenda erat ipsa, q̃ alij de domo Achab. potissimè, qa nomine domus non solum intelligitur progenies, sed ẽt familia Iezabel, tamẽ erat de familia Achab, quia fuerat vxor eius: Deus tñ de domo locutus est, & non de progenie, & pp hoc Iehu non solũ occidit filios Achab, sed ẽt familiares eius, sequẽti c. s. ꝑcussit igitur Iehu oẽs, qui reliqui erãt de domo Achab in Iezrahel, & vniuersos optimates eius, & notos, & sacerdotes.

Iehu an peccauerit faciendo, quòd Iezabel conculcaretur ab equis, & comederetur à canibus. Q. XXXII.

QVAERETVR vlterius, an peccauit Iehu faciendo, ꝙ Iezabel nõ solum occideretur, sed ẽt cõculcaretur ab equis, & comederetur à canib'. Aliquis dicet, ꝙ peccauit, q i qñ aliquis iudex infert alicui pęnam vltra eã, quæ determinatur à iure; peccat, quia crudelis est, & tñ pro idolatria, quã exercuerat Iezabel debebatur ei mors, ꝙ ergo insuper eam puniret Iehu, peccatum erat. Respondendũ ꝙ Iehu non peccauit faciendo istud, quia quanto peccata sunt maiora, tanto grauior eis pęna correspõdet, & tamen cęteri de progenie Achab occidendi erãt pro idolatria, & Iezabel peccauerat plusquam oẽs illi, ergo illi debebatur pœna maior, q̃ mors, & istud erat, ꝙ conculcaretur ab equis, & laceraretur à canibus, & maneret insepulta. Secundo patet, ꝙ nõ peccauit: quia Iehu executus est id, quod Deus dixerat, ideo non peccabat, sed potius merebatur: & tamen ꝙ Iezabel laceraretur à canibus, & non esset, qui eã sepeliret, Deus dixerat per Eliam præcedenti lib. ca. 21. & ẽt nunc specialiter dixerat Deus ipsi Iehu per illũ prophetam, qui venit ad vngendũ eũ. s. Iezabel quoque comedent canes in agro Iezrahel, nec erit, qui sepeliat eam. Quòd aũt conculcari deberet caro sua ab equis, & hoĩbus sicut puluer, vel stercus, ꝑnunciatũ fuerat per Eliã, sicut dixit Iehu infra in litera. s. sermo Dñi est, quẽ locutus est per seruũ suũ Eliã dicens: Et erunt carnes Iezabel sicut stercus super faciẽ terrę: ad stercus aũt pertinet cõculcari: iõ conculcari debuit Iezabel ab equis, & hoĩbus. Iehu tamen erat executor à Deo datus contra domum Achab, supra in litera & 2. Paralip. 22. iõ pertinebat ad eũ exequi oĩa ista, quę Deus prędixerat cõtra domũ Achab. Et ista erat ꝑnunciata contra Iezabel, quæ erat de domo Achab: ideo non peccauit Iehu exequendo illa, sed potius meruit. *Cunque ingressus esset, vt comederet, biberetque.* Postquam Iehu occidit Ioram, & regem Ochoziam, & Iezabel, ingressus est, vt comederet, & biberet in Iezrahel, quia iam maximam partem officij sui expleuerat. *Ait: ite, & videte maledictam illam.* i. ite: & videte cadauer Iezabel, & vocauit illam maledictam: quia abhominabilis erat, cum ipsa introduxisset omne malum in Israel temporibus suis: nam ipsa incitauit Achab ad oĩa mala, quæ fecit, præcedenti lib. c. 21. *Et sepelite eam, quia filia regis est.* q. d. licet ipsa sit indigna sepulchro, qa tñ filia regis est, honoretur saltẽ in hoc, ꝙ sepeliatur. *Cunque issent, vt sepelirent eam, non inuenerũt, nisi caluariam, & pedes, & summas manuum.* Rex Iehu desiderans cibum non recordatus est dicere seruis suis, quòd sepelirẽt Iezabel, quãdo deiecta est de turre, sed postquam comedit, & bibit, recordatus est, & tunc di-

A xit seruis suis, quòd sepelirent eam, & quando ierunt non inuenerunt quid sepelirent, nisi caluariã, idest craneum excoriatum, quia iam canes corroserant omnes carnes, & reliquerãt caluariam albam, sicut sunt caluariæ, quæ educuntur de sepulchris. manserunt etiam pedes, & manuum extremitates, quia istę partes sunt multũ osseæ, & neruosę, & canes non potuerunt ita cito lacerare partes istas, sed comederunt alias teneriores prius, & ad vltimum relinquebantur istæ lacerandæ, & omnino laceratę fuissent, nisi superuenissent serui Iehu. *Reuersique nunciauerunt ei.* Scilicet, nunciauerunt ei, ꝙ non inuenerant cadauer Iezabel ad sepeliendum, sed solũ istas partes extremales. *Et ait Iehu: sermo Domini est.* i. istud

B prouenit ex sententia Dei, quia ipse prænunciauit hoc: ideo oportebat compleri. *Quem locutus est per seruum suum Eliam Thesbitem.* i. Deus prænunciauit istud per Eliam, quãdo locutus est contra domũ Achab præcedenti lib. c. 21. & vocatur Elias Thesbites. i. de vrbe Thebes, quæ erat in terra Galaad, vt patet præcedenti li. c. 17. *Dicens: in agro Iezrahel comedent canes carnes Iezabel.* Vocatur ager Iezrahel aliquod spacium viride, quod erat apud palatium regis ad delectationem, & quando deiecta fuit Iezabel de turri, cecidit in agrum illum, & ibi comesta est à canibus. *Et erunt carnes Iezabel sicut stercus super faciem terræ in agro Iezrahel.* Hoc potest intelligi vno modo, quòd postquam deiecta fuit Iezabel de turri iacuit in agro Iezrahel, &

C nemo curauit cadauer eius inde tollere, sed mansit ibi neglectum, sicut stercus. Vel aliter, quod fuit sicut stercus: s. quia stercus cõculcatur ab hominibus, & bestijs, ita Iezabel conculcata est: quia equi transierunt super ipsam, & aspersus est pes equi sanguine Iezabel, supra in litera. Vel dicitur, quòd fuit sicut stercus: quia ipsa lacerata est à canibus, & quedã pars eius trahebatur hinc, & alia inde omnes dispersæ super agrum, sicut stercus. *Ita vt prætereuntes dicant: heccine est illa Iezabel.* i. Deus faciet cadauer Iezabel esse tam contemptibile, vt transeũtes per agrum Iezrahel videntes illud dicãt: hęccine est Iezabel? quod est modus admirandi. i. nunquid ista est Iezabel, quę olim fuit in tanta gloria? quomodo ad tantam cala

D mitatem deducta est? Et dicitur: hęccine. i. nunquid hæc, quia deberent esse duæ dictiones. s. hæc pronomen, &, ne, aduerbium interrogandi, & per adiectionem sillabicam componũtur, interposita litera. i. & dr: hęccine, sic hr̃ Deut. 32. hęccine reddis Dño, & multę alię dictiões sillabicatę sũt, vt sicubi, alicubi.

Iehu an peccauerit volendo sepelire Iezabel. Quæstio XXXIII.

QVAERETVR, an Iehu peccauerit volendo sepelire Iezabel. Videtur dicẽdum, ꝙ sic: quia Deus fecerat eum executorem oĩum denunciatorum contra domum Achab: & tamen denun

E ciatum fuerat de Iezabel, ꝙ non sepeliretur, sed canes comederent eam: ideo Iehu tenebatur non sepelire illam: immo, quod magis est, teneretur iubere, ne quis eam sepeliret. Aliquis dicet, ꝙ non peccabat volendo eam sepelire: quia non agebat contra mandatum Dñi cum Deus non iussisset eam manere insepultam, sed prænunciauerit, ꝙ canes eam comederent: prænunciatio autem non obligat, qa non est præceptum. Dicendum, ꝙ hoc non stat: qa licet illud in quantum dicebatur denunciatiuè per Eliam neminem obligabat ad exequendum illud, & tñ, quia Iehu vnctus est in regem ad exequendũ contra domum Achab ea, quæ prænunciata erant, tenebatur ipse exequi omnia illa. Hoc patet supra in litera

in litera & 2. Paralipo.22. Dicendum ergo aliter, ꝙ Iehu nõ recordabatur, ꝙ Deus prædixerat per Eliã de Iezabel, ꝙ canes comederent, & eam ꝙ nõ ſepeliretur: iõ volebat eam ſepelire: nunc verò quando non inuentum eſt cadauer, recordatus eſt, ꝙ à Deo prænunciatum fuerat, ꝙ non ſepeliretur. Patet ex verbis eius: quia cùm nũcij reuerſi nũciaſſent iſtud, ait: ſermo Domini eſt, quem locutus eſt per Eliam, ſic etiam dixerat ſupra: memini enim, ꝙ Dominus hoc onus leuauerit ſuper eũ, i. recordor de prophetia Eliæ, in qua Deus prænunciauit iſtam pęnã. Pro quo ſciendum, ꝙ Iehu occidere voluit Iezabel, qa ipſa fuerat exordium omnium malorũ, & tamen, quia erat filia regis intendebat eam ſepelire: erat. n. filia regis Tyri, & Sidonis, præcedenti lib. c. 16. Et ſic dixit Iehu: ſepelite eam, quia filia regis eſt. Deus tñ volebat complere verbum ſuum. ſ. ꝙ non ſepeliret, ideo fecit, ꝙ Iehu non cogitaret de ſepulchro eius tunc, qñ de turre deiecta eſt, nec fecit eam de terra leuari, quia totus ciborum deſiderio tenebatur, & poſtquam comediſſet, permiſit, Deus, ꝙ veniret ſibi in mentem de ſepeliendo Iezabel: & tunc miſit ad inquirendum eam, & non fuit inuentũ cadauer.

Quomodo poterat eſſe, quòd non inuenirentur de cadauere Iezabel, niſi caluaria, & pedes, & extremitates manuum. Quæſt. XXXIIII.

QVAERETVR vlterius, quomodo poterat eſſe, ꝙ non inuenirentur alię partes corporis, niſi caluaria, & pedes, & extremitates manuum, nam ſaltem inuenirentur oſſa aliarum partium corporis. Aliquis dicet, ꝙ omnia oſſa Iezabel inuenta ſunt, quia ſola caro à canibus comeſta fuerat: & tamen dicitur de iſtis tribus partibus, ꝙ illę ſolæ inuentæ fuerunt: quia iſtę tam oſſa, quàm carnes habebant, & erant integrę partes. Sed hoc nõ ſtat: quia dicitur, ꝙ non inuenerũt, niſi caluariam: caluaria tamen non dicit caput cum lineamentis vultus, ſed ſolũ craneum. i. os cerebri, in quo conſeruatur cerebrum: & ſunt caluariæ albę excoriatę ſicut patet in capitibus mortuorum. Ideo dicendum, ꝙ nõ inuenerunt carnes, nec oſſa aliarum partiũ corporis, niſi iſtarum trium. Sed tunc ſtat dubium, qũo potuit hoc fieri: Dicet aliquis, ꝙ oĩa oſſa eius confregerunt canes, & comederũt miraculosè, vt appareret vindicta diuina grauis in illa. Sed hoc non eſt dicẽdum: quia non eſt recurrendũ ad miracula ſine neceſſitate: & tamẽ hic ſine miraculo ſaluari põt, qũo iſtę partes ſolũ inuentę fuerint. Et dicendum, ꝙ cũ relictum eſſet cadauer Iezabel incuſtoditũ in agro, multi canes conuenerunt ad comedendum carnes eius, & illi lacerauerunt cadauer in multas partes diuidentes iuncturas oſſium, & quidam canes trahebant vnam partẽ, & fugiebant cũ ea, alij vero aliã, & ſic diſperſa ſunt oſſa Iezabel cum carnibus ſuis, & licet oſſa non fuerint comeſta à canibus, tñ non fuerunt inuenta: quia canes tulerant illa ad corrodendum ea, & hoc fit ꝑꝑ litigiũ canum, quia cum ſimul plures canes eaſdem carnes vorare debent, litigant: ideo, abſciſis particulis Iezabel, fugerent, & ſic non maneret in loco, in quo ipſa deiecta fuerat de turre, niſi iſtę tres partes, & credendum eſt, ꝙ canes tunc corroderent partes iſtas, quando accederẽt ſerui Iehu: quia illi non ceſſarent vorare quouſque nihil vorandũ, & corrodendum inuenirẽt: & factum eſt hoc à Deo, vt omnes admirarentur de pœna grauiſſima inflicta Iezabel, & compleretur, quod dicitur in litera. ſ. ꝙ tranſeuntes dicerent: hęccine eſt illa Iezabel. i. nunquid potuit de tanta gloria cadere

Alia rñſio aucto.
Dubita.
Solutio.
Confuta.
Alia ſolutio.

F in tãtam calamitatẽ. Litera Hebraica dicit: vt prætereuntes non dicant: hæc eſt Iezabel. i. tãtum Deus deformauit Iezabel faciendo eam lacerari à canibus, ꝙ tranſeuntes non poterant cognoſcere eam, nec poterant dicere: iſta eſt Iezabel, quia iam non remanſerat in ea vlla imago prioris.

Quare de corpore Iezabel non ſunt inuentæ aliæ partes, quàm caluariæ, pedes, & extremitates manuum. Q. XXXV.

QVAERETVR vlterius, quare potius iſtę tres partes corporis relictæ ſunt, quàm aliæ de Iezabel. Reſpondent Hebræi, ꝙ hoc fuit propter honorem nuptiarũ, quia Iezabel honorabat nuptias,
G & mouebat ibi manus ſuas plaudẽdo, & pedes ſuos ſaltando, & tripudiando, & caput ſuum geſticulando, & ob hoc Deus voluit iſtas tres partes eſſe illæſas. Sed dicendum, ꝙ iſta eſt inſania: quia non eſt vllo modo credendum, quod in nuptijs Iſraelitarũ Iezabel ſaltaret, & plauderet manibus, qa ipſa erat regina potentiſſima, & nihil tale faceret: quia iſtud non decet, niſi perſonas parui ſtatus, quæ nullam auctoritatem obſeruare debent. Secundo nõ ſtat: qa dato, ꝙ Iezabel iſta feciſſent non mereretur in eis, quia iſta non fiunt ad aliquem finem honeſtum, ſed ad ſolam delectationẽ, & potius eſt ibi peccatum, & diſſolutio: vnde Aug. ait contra mulieres Hebręorum iſta facientes: melius fœminę Hebręorum li-
H num, & lanam nerent, quàm in neomenijs ſuis impudicè ſaltarent. Tertiò non ſtat, quia ſi aliquid meruiſſet Iezabel faciendo illa, non remuneraret Deus ei relinquendo iſtas tres partes ſuas illæſas, quia iſta nulla gratia ei cum iam eſſet occiſa, nec etiam erat honor, quia cum ipſa lacerata eſſet à canibus nõ referebat, ꝙ totum cadauer comediſſent, vel iſtę tres particulæ reſiduę eſſent. Dicendum ergo, ꝙ Deus voluit, ꝙ manerent aliquæ partes de cadauere Iezabel in teſtimonium, quando irent ſerui Iehu, vt ſciretur, quòd Deus executus fuerat ſententiam ſuam contra eam faciendo ipſam à canibus lacerari. Si autem nulla pars eius ibi inuenta eſſet, putaretur, ꝙ aliquis ſuſtulerat cadauer Iezabel de loco illo ad ſepe-
I liendum, & tenebat illud abſconditum: & ſic non putaretur ſententia executioni tradita in Iezabel. Nunc autem relictis ibi aliquibus partibus eius, appareret manifeſtè, quòd canes lacerauerant eam. Cauſa autem, quare potius relictæ ſunt iſtę tres partes, quàm aliæ, potuit eſſe triplex. Prima, quia canes videntes totum cadauer, primo comedere vellent partes teneriores, & tamẽ partes iſtę ſunt duriores, quia caput eſt oſſeum: pedes autem, & manus ſunt oſſeæ, & neruoſæ: reliquæ autem partes corporis ſunt tenerę: ideo prius comederunt partes teneriores, & ad extremum manebant iſtę tres, quæ duriores erant. Secunda cauſa eſſe poterat, qa fortè Deus voluit iſtas tres partes manere potius, quã alias, ad
K cognitionem: quia cum reperirentur aliquę partes cadaueris poterat dubitari, an eſſent de cadauere Iezabel, vel de aliquo alio. Per iſtas autẽ tres poterat magis cognoſci, an eſſet cadauer Iezabel, vel alicuius alterius: quia iſtę partes habent in ſe maiorem diſtinctionem, & magis apparent, quàm aliæ, ita vt cognoſci poſſint. Tertia cauſa poterat eſſe, quòd iſtud factum eſſet per accidens, ſcilicet, quòd canes trahebant hinc, & inde de cadauere Iezabel ad lacerandum illud, vt ſinguli partes ſuas diriperẽt, & accidit, quòd canes iſti, qui manebant in loco, vbi occiſa fuerat Iezabel, retinuiſſent ſibi caluariam, & manus, & pedes, & manerent corrodenda iſta, quando venirent ſerui Iehu.

An

An fuerint ſepultę iſtę partes cadaueris Iezabel.
Quæstio XXXVI.

QVAERETVR vlterius, an iſtę tres partes cadaueris Iezabel inuentę ſepultę fuerint. Rñdēdū, ꝙ non apparet. Dicēdū tñ vr̃, ꝙ nō fuerint ſepultę: quia dr̃, ꝙ Iehu audiens iſta, dixit: ſermo Dñi eſt, quem locutus eſt per Eliã, & tamen nō auderet ipſe facere ɔ̃id, quod Deus prænunciauerat per Eliã: iō non iuberet ſepeliri partes illas. Secundo patet, quia dr̃, ꝙ reuerſi ſunt ſerui Iehu, & nunciauerũt ei, q̃uo inuenerant ſolũ partes illas, & nō dr̃, ꝙ ſepelierũt illas: & poſtea cũ reuerſi ſunt ad Iehu, non dr̃, ꝙ iuſſerit eis redire ad ſepeliendum eas, ergo videtur, ꝙ non ſepelierunt ipſas. Tertio patet, q̃a propheta ille, qui vnxit Iehu, dixit: canes comedent carnes Iezabel in agro Iezrahel, & non erit qui ſepeliat eam: ſi tamen ipſa caluaria cum pedibus, & manibus ſepulta fuiſſet, diceret̃ ſepulta Iezabel: q̃a vbi eſt caput alicuius ibi eſt ſepulchrum eius, & ſic non cõpleretur verbũ Dñi: quia aliquis eſſet, q̃ ſepeliret Iezabel, ſed oportebat compleri illud, ideo dicendum eſt, ꝙ Iehu non fecerit ſepeliri partes illas, ſed reliquerit in agro, ſicut prius erant, vt lacerarentur omnino à canibus, & traherentur ſuper faciẽ terrę ſicut ſtercus.

Elias quando dixit Iezabel non debere ſepeliri.
Quæstio XXXVII.

QVAERETVR vlterius, qñ dixit Elias iſtud, qđ hr̃ hic. ſ. & erunt carnes Iezabel ſicut ſtercus ſup faciem terræ. Aliquis dicet, ꝙ dixit iſta Elias, cũ hic referat Iehu illa dicta fuiſſe: & tamen non conſtat, quando, vel vbi dicta fuerunt. Sic. n. eſt de multis, quę per prophetas dicta ſunt: ſed non conſtat, qñ fuerunt dicta. Sed dicendum, ꝙ hoc, non conſtat: q̃a Elias ſolum ſemel locutus eſt contra Achab, & domũ eius. ſ. qñ iuſſit ei Deus, quòd iret in occurſum Achab euntis in Iezrahel ad poſſidendũ agrum Naboth, præced. lib. c. 21. nã tũc dixit ei, ꝙ canes comederent carnes Iezabel in agro Iezrahel, & tñ nō exprimit ibi, ꝙ deberent eſſe ſup faciẽ terrę ſicut ſtercus. Dicẽdũ aũt, ꝙ hoc põt ſtare dupliciter, vno modo, ꝙ Elias dixerit ẽt iſta verba, & tñ ibi nō expreſſit ſcriptura. Nã ſic ẽt eod. c. dr̃ de occiſione ſolius Naboth: & tñ non occiſus fuit ipſe ſolus, ſed ẽt filij ſui, vt patet hic. Et Iehu ſciebat verba, quę dixerat Elias, quia ipſe erat pręſens, quando Elias locutus fuit iſta contra Achab, vt patet ſup. in litera, cum dixit: memini, quãdo ego, & tu ſedẽtes in curru ſequebamur Achab patrem eius, ꝙ Dñs onus hoc leuauerit ſup eum, dicens: ſi non pro ſanguine Naboth reddam tibi in agro hoc. Aliter poteſt dici, ꝙ Elias non dixit iſta verba, ſed ſolũ ea, quæ habentur præced. li. c. 21. ſ. canes comedent Iezabel in agro Iezrael: Iehu tñ arguit ex ſenſu verborũ Eliæ, & non ex verbis eius. Nam cum Elias dixiſſet: canes comedent Iezabel in agro, apparebat, ꝙ carnes Iezabel debebat eſſe, ſicut ſtercus ſuper faciem terræ: quia aliàs mox, vt occideretur, ſepeliretur, & iſte modus arguendi ex ſenſu verborum prophetarum, & non ex verbis eſt frequentatus, vt declaratum eſt ſup. 2. lib. cap. 3.

Iehu quare attribuit iſtam prophetiam Eliæ, cum ſibi dicta ſit per prophetam, qui vnxit eum. Q. XXXVIII.

QVAERETVR vlterius, cũ propheta, qui vnxit Iehu dixerit iſta verba, q̃ habentur ſupra contra Iezabel, & etiam contra Ioram, quare ſemp dicit Iehu, vt impleretur ſermo Domini per Eliã,

A vel ꝙ eſt ſermo Dñi p prophetam illum, qui vnxit eum in regem: nam ipſe denunciauit ſibi ſup. in litera eadẽ, quæ denunciauerat Elias ipſi Achab præcedenti lib. c. 21. Reſpondẽdum, ꝙ Iehu allegabat ſemper dicta Eliæ, & nō illius prophetę, qui vnxit eum pp quatuor. Prima, quia dicta Elię erant maioris auctoritatis: quia ipſe fuerat propheta excellentiſſim⁹ tempore ſuo: nam ipſe ſuſcitauit mortuum, qđ nemo ante ipſum fecerat: præced. lib. cap. 17. Secundũ fuit: quia verba Eliæ dicta fuerunt publicè cõtra ipſum Achab in facie eius, qñ ipſe erat in agro Iezrahel apud vineam Naboth: quod patet, quia Iehu, & alij ſerui Achab erant pręſentes, quando iſta dicebãtur. Sic. n. dixit Iehu ad Badazer, ꝙ ipſe, & Badazer B erant præſentes in curru, quãdo Elias locutus fuit contra Achab in agro illo: Iehu tamen volebat iſta, quæ dicebat probare venire ex ſentẽtia Domini, & hoc per verba prophetarum: ideo debebat arguere ex verbis prophetarũ, quæ notoria erant, & ſic erãt verba Eliæ, quæ dicta fuerant coram tota multitudine: verba autem illius prophetę, qui vnxit Iehu fuerunt dicta intra cubiculum, nemine audiente, niſi Iehu: ideo non poterat probare aliquid ex illis, ſed ſolum probabat per verba Eliæ. Tertium fuit, quia eadem verba dixerat Elias præced. lib. c. 21. & iſte propheta, qui vnxit Iehu, vt patet, hic in litera: & ſic videbantur iſta verba iam eſſe tranſlata, ideo debebãt attribui origini ſuę. ſ. Eliæ: nam poſtquam illa ſemel C dixerat Elias, quilibet poterat ea dicere, etiam ſi nõ eſſet propheta. Quartum fuit ad probandum magis ſine ſuſpitione: nam ſi Iehu allegaret verba illius ꝓphetę, qui vnxerat eum, pręſumebatur affectio quędã, ex eo quòd ille exaltauerat Iehu in regem: ideo poterat eſſe præſumptio, quòd fauorabiliter loqueretur Iehu de illo: Elias autem non vnxerat Iehu in regem, nec prænunciauerat de eo aliquod bonum, ideo magis ſuſpitione poterant allegari verba eius, quàm alterius prophetæ.

CAPITVLVM X.

D ERANT autem Achab ſeptuaginta filij in Samaria. Scripſit ergo Iehu literas, & miſit in Samariam ad optimates ciuitatis.

Deſcripta in præcedentibus deſtructione domus Achab quãtum ad principales perſonas: hic agitur de deſtructione eius quantum ad perſonas ſecundarias: erant autem principales perſonæ Ioram filius Achab rex Iſrael, & mater ſua Iezabel, de quorũ occiſione dictum eſt præcedenti c. minus principales perſonæ erant filij Achab, qui nõ regnabant, & amici & familiares eius, & de iſtorum occiſione agitur E hic, & diuiditur in duo: quia primo ponitur ipſius Iehu diligens operatio, ſecundo Dei data remuneratio, ibi. *Dixit autem Dominus ad Iehu.* Prima in tres: q̃a primo ponitur filiorum Achab occiſio, ſecundò fratrum Ochozię regis Iudæ interfectio ibi. *Cunq; veniſſet.* Tertiò ſacerdotum Baal artificioſa comprehenſio, & exterminatio, ibi, *Congregauit ibi.*

An quæ tractantur nunc connexa ſint cum præcedentibus. Quæstio I.

QVAERETVR circa primum an ea, quæ dicunt̃ hic, habeant ordinem continuatum ad præcedẽtia, & an fuerint facta immediatè poſt illa.

Ad primum dicendum, ꝙ ordo continuus est: qa in præcedentibus dictum est de occisione Ioram regis Israel, & Ochoziæ regis Iudæ: hic aũt dr̃ de occisione fratrũ Iorã, & Ochoziæ: & tñ constat, ꝙ illud fuit ante ista: qa, vt dr̃ inf. ĩ litera, misit epistolas Iehu ad viros Samariæ, vt vngerent in regẽ aliquẽ de filijs Achab: & tñ si non esset mortuus Iorã rex Israel, non mitteret Iehu ad dicendũ, ꝙ aliquis de fratrib⁹ eius vngeret̃ in regẽ: ergo iam occisus fuerat Iorã. Item patet, quia Samaritæ dixerũt inter se lectis epistolis Iehu: ecce duo reges non valuerunt stare corã eo, & quõ nos valebimus resistere? ergo iam duo reges. s. Ioram, & Ochozias occisi erant à Iehu: fuerũt ergo ista post illa. Ad secundum dicendum, ꝙ ista fuerunt immediatè post præcedẽtia: quia Iehu erat festinus in opere suo, & ipse intẽdebat destruere totam domum Achab, sicut Deus ei iusserat, sed iam destruxerat maiorem partem: ideo non est verisimile, ꝙ pigritaretur differens magno tempore occidere oẽs de progenie Achab. Item dato, ꝙ non ageret Ioram pp mandatũ Dei, saltem causa sui ipsius hoc ageret, quia Iehu erat rex, & regnum suum nõ erat firmum super Israel quousq; destrueret progeniem Achab, cui competebat successio in regno: ideo quã citius posset conaret̃ occidere omnes filios Achab. Item patet, quia si Iehu illicò non laborasset ad occidendum omnes filios Achab, poterant ipsi conuocare auxilium de regno Iuda: quia illi erant cognati sui, cum Athalia filia Achab esset regina in Iuda: vt patet sup. 8. & sequenti cap. non ergo moratus fuit aliquanto tempore Iehu, quin occideret oẽs filios Achab postquam occidit Ioram regem Israel. *Erãt autem Achab septuaginta filij in Samaria.* In ciuitate Samariæ habebat Achab omnes filios suos: ibi. n. dederat eos nutriri: qa illa erat ciuitas melior, & fortior totius regni, eratq; metropolis, & ibi poterant manere securius, quã in alio loco terra Israel. *Scripsit ergo Iehu literas, & misit in Samariam.* Quia ibi habitabant illi, qui tenebant. *Filios Achab ad optimates ciuitatis, & ad maiores natu, & ad nutritios Achab.* Vocantur optimates potẽtiores, & nobiliores, qui erant in vrbe: maiores natu erant antiquiores ętate, & prudentia inter omnes Samaritas: & dicuntur maiores natu. i. maiores in natiuitate: quia maius tempus est à natiuitate eorum, q̃ aliorũ. Nutricij Achab erãt aliqui viri in vrbe Samariæ, qbus comendati erãt filij Achab ad nutriendũ eos. Ad istos scripsit: qa isti erant principales in vrbe, per quos negocium istud expediendũ erat.

Quomodo poterat habere Achab septuaginta filios.
Questio 11.

QVAERETVR, quõ habebat Achab lxx. filios. Aliqui dicunt, ꝙ non erant filij Achab, sed nepotes eius, & fortè aliqui pronepotes: qa Iorã filius Achab regnauerat iã 12. annis, & sic iste haberet filios, & alij filij Achab essent, qui ẽt haberent filios, & oẽs isti tam filij, q̃ nepotes, & pronepotes Achab, si aliqui erant, vocabant̃ filij Achab: sic tenet Nicola⁹. Et istud satis est verisimile: quia sępissimè aui vocãtur patres, sicut dr̃ sup. 8. ꝙ Athalia erat filia Amri patris Achab: & tñ cõstat, ꝙ illa erat filia Achab, vt ibi probatum est. Dicendum tñ magis vr̃, ꝙ oẽs isti erant filij Achab, & nullus erat filius Iorã: nã si esset aliquis de illis filijs Ioram, regnum proueniret ei, & non alicui de auũculis suis filijs Achab: & tñ dixit Iehu viris Samariæ, ꝙ eligerent vnũ de filijs Achab, ergo vr̃, ꝙ nullus erat filius Ioram. Et satis est verisimile, ꝙ haberet Achab filios lxx. nã licet ex eadẽ vxore non posset tot habere, cum illa non posset toties cõtinere, tñ poterat ex diuersis vxoribus habere mul-
F tos filios: sic. n. patet de Gedeone, qui etiam septuaginta filios habuit: vt patet Iudi. 8. & dr̃, ꝙ accepit illos de diuersis vxoribus: & tñ oẽs illi erant masculi: verisimile est ergo, ꝙ aliqñ genuisset aliquas fœminas, & sic haberet adhuc plures filios. Nec videbatur difficile habere septuaginta filios ipsi Achab, q̃ habebat multas vxores, & concubinas, præced. lib. ca. 20. cum quidã rex fuerit inter barbaros, qui habuit sexcentos filios, vt refert Franciscus Petrarcha in li. de prospera fortuna, & aduersa. Dicendum ergo, ꝙ verè erant oẽs isti septuaginta filij Achab, & oẽs erant masculi: qa inf. in litera vocantur, septuaginta viri. Credendũ est tñ, ꝙ pręter istos habuerit aliquas filias: sed non cõputauit illas hic scriptura: qa nõ pertinebat ad eas eligi aliq̃ ad regendum regnum: & tñ
G hic agit̃ de electione vnius de filijs Achab in regem. *Dicens: statim, vt acceperitis literas has.* Nondum Iehu regnabat super Samaritas: & tñ loquebatur eis imperiosè ad terrendum eos. *Qui habetis filios Domini vestri.* i. qui habetis filios Achab, dirigebatur principaliter hoc ad nutritios filiorum Achab. s. ꝙ ipsi acciperẽt vnũ de illis, & ponerent eũ in regẽ, & vocat̃ Achab Dominus Samaritarum: quia ipse fuerat rex eorũ. *Et currus, & equos, & ciuitates firmas, & arma.* i. vos habetis currus, & equos in potestate vestra, & ciuitates fortissimas, & arma multa hoc dicebat eis ad significandum, ꝙ poterant pugnare, & defendere illũ, quẽ constituerent in regem, quia ad hoc habebant ma-
H gnã opportunitatẽ. s. equos, & currus, & arma multa ad pugnandum, & ciuitates fortissimas in quibus se tuerentur. Aliqui dicunt, ꝙ Iehu dixit istud irrisoriè: q. d. non potestis defendere vos, qa non habetis equos, nec currus, nec arma Et ponebat ista per contrarium, sicut est in modo loquendi ironico, & sic tenet Nicolaus; & probat hoc: quia cum bellũ esset nunc inter Israel, & Syros in Ramoth Galaad, vt patet præcedent. c. & sup. 8. verisimile est, ꝙ oẽs equi, & currus, vel maior pars eorũ esset in Ramoth Galaad: quia ibi erat prius rex Ioram pugnando, & sic non haberent isti currus, nec equos ad se defendendum. Dicendum tamen vr̃, ꝙ hoc non dicitur ironicè, sed ſm veritatẽ, ita quòd isti haberent multos
I equos, & currus in Samaria, & etiam quòd haberẽt arma, & ciuitates munitas. Et hoc est verisimile. Qđ patet, primò, quia certum est, ꝙ isti habebant ciuitates fortissimas sub potestate sua: quia totũ regnum regebãt per istos, cum ipsi haberent oẽs filios regis in potestate sua, & tamen Iehu nondũ acceperat, nisi vnam ciuitatem de terra Israel s. Iezrahel: ideo reliquæ manerẽt in potestate istorum. Sic etiam de armis verisimile erat, ꝙ arma multa essent in Samaria, cum ibi esset metropolis regni, ideo esset ibi armamentarium Achab, & aliorum regum Israel. De equis, & curribus eodem modo est verisimile. Secundũ patet, ꝙ non loquerẽt ironicè: quia tunc diceret Samaritas abundare in eo, in quo erant ino-
K pes, & ipse abundabat, & sic aliqualiter poterat dicere de equis, & curribus: qa verisimile erat, quòd plures istorum haberet Iehu, qui totum exercitum tenebat, sicut erat in Ramoth Galaad, quàm Samaritæ: & tamen etiam dixit de ciuitatibus fortibus, sed de istis certum est, ꝙ Samaritæ plures haberent, quã Iehu, cum Iehu solum haberet Iezrahel, quam cęperat, quando occidit regem Ioram: ergo nõ loquebatur ironicè. Hoc patet, præceden ca qa postquam recessit Iehu de Ramoth Galaad, illicò venit in Iezrahel, vbi occidit Ioram, & de ipso loco scripsit epistolas ad Samaritas. Et patet hoc: qa Samaritę tulerũt capita filiorũ Achab ad Iehu ĩ Iezrahel inf. in litera; & sic nõ recesserat Iehu de Iezrahel, postq̃ occidit

Quidam barbarus habuit sexcentos filios.

cidit Ioram, nec tenebat aliam ciuitatem. Verè ergo loquebatur, & non ironicè. Tertiò patet, quia si ironicè loqueretur ad Samaritas, viderent ipsi se irrideri à Iehu, & non consiliarentur super hoc, an possent resistere ei, sed dicerent, ꝙ nullum apparatū bellicum ipsi habebant ad resistendum: dixerunt tamen inter se: ecce duo reges non potuerunt stare coram eo, & quomodo nos valebimus resistere? Ergo vr̄, ꝙ ipsi habebant aliàs dispositionē ad pugnandū: & tn̄ admirati magnitudinem constantiæ, & impetus Iehu putauerunt, se non posse resistere ei: q̄a duo reges non potuerunt stare coram eo. *Eligite meliorē.* s. eligite eū, qui magis est aptus ad regnandum. s. tā prudentia, q̄ viribus. *Et eum, qui vobis placuerit de filijs Domini vestri.* Erāt septuaginta filij Achab, & de illis poterant eligere meliorē, & qui placeret eis ad regnandum. *Et ponite eum super solium regni sui.* i. ponite eum super tronū regni, super quē sedebat pater suꝰ Achab: erat. n. sedes assignata regibus, super quam nullus sedebat, nisi rex, & sedere super illam erat insigniū regis, sicut coronatum esse. Vnde in assumptione alicuius in regem vna de ceremonijs, quæ obseruabantur, erat, ꝙ poneret̄ super sedem regni, vt declaratū est præceden. c. in quadā quæstione, in qua dicebatur de ceremonijs, quæ obseruabantur in cōstitutione alicuius in regem. *Et pugnate pro domo Domini vestri.* i. postquam posueritis aliquem de filijs Domini vestri in regem, pugnate ad defendendum eum, & totam progeniem Achab: quia ego contra totam hāc progeniem pugno.

Iehu quare scripsit Samaritis prædictas literas. Questio III.

QVAERETVR, ad quid misit istas lr̄as Iehu ad Samaritas. Respondendū, ꝙ hoc fecit ad puocandum Samaritas ad intentionem suam. Nā Iehu erat iam rex Israel, & volebat ad se trahere oēs ciuitates Israel, & occidere oēm progeniē Achab, q̄ poterat eum impedire: misitᵗ ergo epistolas in Samariam pp duo. Primò, quia ibi erat tota cognatio Achab. s. septuaginta filij eius, & amici, & familiares, & volebat illos occidere Iehu, & ad hoc voluit videre intentionem Samaritarum, an ipsi vellent spōtè se subijcere ei, vel oporteret pugnari ꝯtra illos. Secundum erat: quia Samaria erat metropolis regni Israel, & in illa erant viri, per quos regebant̄ oēs aliæ ciuitates Israel, & in quorum potestate erant, sicut supra dicitur: qui habetis currus, & equos, & ciuitates firmas. Habendo ergo ciuitatem istā, habebat Iehu oēs ciuitates Israel, & si nolent Samaritæ cōsentire, sciret Iehu quid oporteret eum agere. Debuit ergo scribere potius huic ciuitati, quàm alijs ciuitatibus Israel. Iehu autem scribendo huic ciuitati voluit incutere timorē ciuibus, vt sic subijcerentur ei, & hoc ostendit in duobus Primo in modo scribendi, scribens eis imperiosè tanquam, si iam esset Dominus illorum. s. Statim vt acceperitis literas has eligite meliorem, & eum, qui vobis placuerit de filijs Domini nostri. Secundò ostendit hoc ex eis, quæ dixit: quia non rogauit, sed incitauit eos ad bellū quasi paruipenderet eos, dicens: pugnate pro domo Domini vestri. s. pugnate contra me ad defendendū domum Dn̄i vestri, & videamus, an potestis resistere: quia ego volo pugnate contra vos. Et tunc visa constantia, & magnitudine animi eius, timuerunt Samaritæ nimis, & subiecerunt se illi, vt patet in litera. Si tamen non scripsisset Iehu isto modo prouocando eos ad bellum, nō timuissent eum. Et si nihil scripsisset eis, nesciuisset, an deberet pugnare cōtra eos, vel

A qualiter se haberet ad illos, ideo expediuit, ꝙ sic scriberet. Sciendum aūt, ꝙ in omnibus his Deus dirigebat Iehu volens, ꝙ destrueret̄ cito domus Achab per manum Iehu: quia aliàs animositas, & prudētia, & vires Iehu non suffecissent adhoc, potissimè cum tam promptè expediretur quidquid volebat Iehu.

Quare Iehu scripsit Samaritis, quòd eligerent meliorem de filijs Ioram in regem, cum regnum veniret per successionem, non autem per electiouem. Q. IIII.

QVAERETVR vlterius, qūo Iehu dixit Samaritis, ꝙ eligerent meliorem de filijs Domini sui in regem. Nam regnum nō veniebat per electio
B nem, sed per successionem, & primogenituram, vt declaratum est præceden. lib. c. 1. & si aliquando per electionem assumendus erat aliquis in regem, istud erat quia pater viuens eligebat vnū de filijs suis, quē veller, & dabat ei regnum, sicut Roboam filius Salomonis habēs multos filios elegit Abiam in regē, quanquam ille non esset primogenitus, eo ꝙ erat sapientior, & potentior cunctis, vt patet 2. Paralip. 11. subditi tamen nō poterant eligere de filijs regis, quē vellent: quia mortuo patre, iam quęsitū erat ius vni de filijs regis, & populus non poterat priuare eū iure suo. Vel poterat rex esse per electionem quando regnum nouiter incipiebat, sicut diuiso regno inter Iudæos Israelitæ elegerunt sibi Ieroboam in regem,
C præceden. lib. cap. 12. vel si aliquando deficeret tota proles regia poterat populus eligere aliquem in regem: quia in his casibus nulli pręiudicabatur, cū nulli quæsitum esset ius ad regnandum. Nunc tamen erant multi de filijs regis, ideo non habebat locum electio. Aliquis dicet, ꝙ nunc debebat esse electio, eò ꝙ nullus erat de filijs Ioram, sed solum de filijs Achab, & tamen Ioram regnauerat nunc.

Respondendum, ꝙ non stat: quia etiam si non haberet Iorā aliquos filios, successio in regno pertinebat ad propinquiores, sicut erat in successione hęreditatis, & tamen erant septuaginta filij Achab, qui erant fratres Ioram, ideo regnum pertinebat ad eos ex successione Ioram non habente filios, sicut Iorā
D successit fratri suo Ochoziæ: quia nō habebat filios, sup. 1. c. & tamē in istis filijs Achab vnus erat maior, ideo ad illum pertinebat successio. Respondendū, ꝙ si Israelitæ mortuo Ioram debuissent aliquem accipere in regem, accepissent primogenitum inter septuaginta filios Achab, & sic non habebat locū electio. Dicendum tamen, ꝙ Iehu dixit Samaritis, ꝙ eligerent meliorem de filijs Domini sui ad incutiēdū eis timorem: q. d. ꝙ licet eligerent meliorē de illis, q̄ esset magis aptus ad regnādum tam viribus, quàm consilio, quàm animositate, adhuc non possent pugnare cum eo, & ipse contemneret illos. *Timuerunt illi vehementer*, scilicet, Samaritę audientes verba Iehu, quòd loqueretur cum magna confidentia timue-
E runt. *Et dixerunt: ecce duos reges, non potuerunt stare coram eo*, idest, Ioram, & Ochozia rex Iudæ non potuerūt stare coram Iehu, resistendo ei, sed fugerunt à facie eius, & occidit vtrunque. *Et quomodo nos valebimus resistere?* quasi dicat, magis poterant illi resistere, quàm nos, & non restiterunt, quomodo ergo nos resistemus? quasi dicat, nullo modo poterimus.

Samaritę an rationabiliter tantum timuerint. Quæstio V.

QVAERETVR, qūo Samaritæ tm̄ timuerunt verba Iehu, & an fuit iste timor rōnabilis. Aliquis dicet, ꝙ Samaritæ timuerunt rōnabiliter; quia

Samaritę an rõnabiliter tñ timuerint Iehu verba.

quia duo reges.s.Israel, & Iuda erant potẽtiores eis, & illi non potuerũt resistere Iehu, ergo nec possent resistere ipsi. Dicendũ tñ, ꝙ Samaritæ non timebãt rõnabiliter, si ex hoc solo mouerẽtur: nã, ꝙ illi duo reges non potuerint stare coram Iehu, non erat mirandum: quia illi egressi sunt soli in curribus suis, & inermes, Iehu autem veniebat cũ exercitu, iõ nõ poterant illi duo reges resistere Iehu, qa non erant tũc tanq̃ reges, sed tanq̃ duo viri priuati, Samaritæ autẽ habebant nunc equos, & currus, & arma multa, & ciuitates fortissimas, sicut supra dictum est, iõ poterant melius resistere Iehu, q̃ illi duo reges. Dicendũ tñ, quòd fuit iste timor magnus incussus Samaritis à Deo: quia ipse volebat, ꝙ deleretur tota progenies Achab, & ꝙ transiret regnum ad aliam familiã, vel domum, & ad hoc incussit timorem oĩbus illis, qui poterant pugnare pro domo Achab, vt non pugnarent, & periret domus illa. Facile autẽ est Deo incutere timorem cordibus hominum: qa cor hominis est in manu Dñi, & quocunq; voluerit vertet illud. Prouer.21.& sic licet esset Iehu solus, & totũ regnũ Israel esset contra eum, faceret Deus, ꝙ oẽs Israelitę timerent eũ, & fugerent à facie ipsius, vel subijcerẽt se ei: sic.n. fuit qñ duo filij Iacob occiderunt oẽs Sichimitas, qui erant ægrotantes ꝑꝑ circuncisionem Genę 34.& oẽs ciuitates, quæ erant in circuitu motæ sunt ad destruendum domum Iacob, & Deus incussit terrorem illis, vt non auderent exire ad persequendum Iacob fugientem, & tñ Iacob paucos habebat, qui possent eos adiuuare: qa fortè nõ erant in domo sua decem viri, qui possent capere arma, oẽs tñ illę ciuitates timuerunt eum, scientes, ꝙ nõ haberet nisi paucos famulos Gene.35.& interdum Deus tm̃ timorem potest incutere, vt fugiat homo, etiam si nullus persequatur eum iuxta illud Leui. 26.s.dabo pauorem in cordibus eorum, terrebit eos sonit⁹ folij volantis, & ita fugient quasi gladium, cadẽt nullo persequente, & corruẽt singuli super fratres suos quasi bella fugientes. Ita ergo Deus incuteret hic timorẽ magnũ Samaritis, ita vt non auderent resistere Iehu, sed traderẽt se ei, & occiderẽt filios Achab ꝑꝑ eũ, & hoc fuit, qa Deus volebat, ꝙ Iehu cito exequeretur destructionem domus Achab. Considerãdum aũt, ꝙ Deus adiuuit hic Iehu ad destruendum domũ Achab, & hoc fuit dupliciter. Primo, qa adiuuit eũ ad faciendũ. Secundo ad velociter perficiendũ, de primo patet, quia Iehu, dato, ꝙ haberet exercitum coniuratum contra regẽ Iorã, nõ posset illum occidere: qa ille se præmuniret defendendo se in vrbibus fortissimis, sicut multo tempore defendit se, qñ totus exercitus Syrorũ obsedit Samariã, & erat ibi fames valida, sup.7.& haberet adiutorium à regibus propinquis, cum insurgeret contra eum seruus suus, non posset etiam Iehu cũ toto exercitu suo occidere regem Iuda, & tñ occidit tam regẽ Iuda, q̃ Israel. Etiam nõ poterat Iehu pugnare contra oẽs Samaritas ad occidẽdũ oẽs filios Achab, & tñ sine bello potuit occidere illos, & non solum eos, sed etiam oẽs frẽs Ochozię regis Iudę.s.42.inf.ĩ litera, & occidit illos, ꝙ autem fuerit à Deo, patet, quia modus occidendi fuit valde opportunus. s.quia Iehu vadẽs in Iezrahel inuenit regem Israel, & Iuda occurrentes sibi solitarios, & inermes, ita vt occidere posset eos, præcedenti c.qñ etiam iuit versus Samariam, occurrerunt sibi quadraginta duo fratres Ochoziæ regis Iuda, & potuit eos sine labore occidere inf.in litera. Etiam quando misit Samariam, vt occiderent oẽs filij Achab, illicò obeditum fuit sibi, & occisi sunt: si tamen Deus specialiter non faceret ista, non poterat esse, quin in rebus tam arduis ad complendum il-

Deus icutit timoré qbus vult faciliter.

F las non occurrerent aliquæ difficultates. Vnde ipse Iehu, qui ista faciebat, cognouit se non facere ex potestate sua, vel prudentia, sed Dei voluntate fieri, & sic dixit inf.in litera.s.videte ergo nunc, qm̃ non cecidit de sermonibus Dñi in terra, quos locutus est Dñs super domum Achab, & Dñs fecit quæ locut⁹ est in manu serui sui Eliæ: & sic non putabat hoc ꝑ se factum, sed per Dñm. Secundum fuit, quia Deus adiuuit Iehu ad faciliter, & cito complendum: nam dato, ꝙ accideret aliquando Iehu habere opportunitatem ad faciendum omnia ista, quę fecit: & tamẽ habere istam opportunitatem fortè nõ occurreret in multo tpe: & tñ nunc subito occurrit opportunitas ad omnia. Nam illicò vt Iehu vnctus est in regẽ

G in secreto, & retulit socijs suis, nondum plenè illere tulerat se vnctum in regem, quãdo totus exercitus clamauit: regnauit Iehu: & posuerũt vestimẽta sua sub pedibus eius, ꝑce.c.& in eadem die, cùm veniret in Iezrahel ad occidendum regẽ Ioram, antequam introiret in vrbem occidit ipsum, & Ochoziam regem Iudæ: vt patet ibidem. Deinde cum sequẽti die mitteret in Samariam, vt occiderentur omnes filij Achab, illicò sibi obeditum est, & occisi fuerũt oẽs, delataq; sunt capita eorum ad ipsum Iezrahel, infra in litera: & cum sequenti die post hoc iret ipse in Samariam inopinatus occurrerunt sibi fratres Ochozię regis Iudæ quadragintaduo viri, & occidit oẽs. In tanta ergo breuitate temporis ista consummata

H sunt, vt plus miremur de tẽporis breuitate, q̃ de rerum factarum magnitudine. Quod tñ negocia cito expediantur, à Dño est specialiter concessum, iuxta illud: Gene.27. voluntatis Dei fuit, vt cito mihi occurreret, quod volebam. *Miserunt ergo præpositi domus.* Hic ponitur responsio, quam Samaritæ dederũt ad literas Iehu: & ponunt̃ personæ, quæ responderũt.s. præpositus domus, & alij: vocat̃ ꝑpositus domus rector domus Achab in Samaria: quia ibi erat palatiũ regis, & erãt officiales sui, quorũ maior, qui gerebat curã totius domus, vocatur præpositus. In Hebræo dicitur. *Præpositus domus.* Litera tamen nostra posuit pluraliter: quia ponitur, responderunt: sed in hoc nihil differt. *Et præfectus ciuitatis.* Iste erat, qui regebat vr-

I bem, & habebat omnes iudices sub manu sua, sicut vocantur præfecti prouinciarum in legibus humanis. *Et maiores natu.*i.seniores vrbis isti propter prudẽtiam, & magnam auctoritatẽ conueniebant ad omnia negocia vrbis. *Et nutricij.* Isti erant, qui tenebãt filios Achab in potestate sua: nam septuaginta filij Achab erãt in Samaria, & nutriebantur apud diuersos viros vrbis. *Dicentes: serui tui sumus, quæcunq; iusseris faciemus.* Timuerunt valde Samaritæ: ideo quanquã diceret eis Iehu, ꝙ constituerent in regem vnum de filijs Domini sui, & pugnarent pro eo, non ausi sunt: sed subiecerunt se ipsi Iehu, dicentes: serui tui sum⁹, & faciemus quæcunq; iusseris, ideo non iubeas nobis pugnare contra te, tanquã hostibus, sed iube tan-

K quam seruis ea, in quibus tibi obsequi poterimus. *Nec constituemus regem.* Quãquam dixerat Iehu Samaritis, ꝙ cõstituerent in regem vnum de filijs Achab: intellexerunt Samaritæ, ꝙ hoc nolebat Iehu fieri: sed solum dicebat ad cognoscendum quid illi vellent, & an auderent resistere sibi: ideo illi dixerunt: non constituemus regem: q.d. quia scimus, ꝙ nõ placet tibi, ꝙ constituatur aliquis in regem, cum tu sis constitutus rex super Israel. *Quodcunque tibi placet fac.* idest, nos habemus filios Achab in potestate nostra, fac de illis quodcunque volueris. Rescripsit autem eis secũdo literas. Primę literę fuerunt ad cognoscẽdum intentionẽ Samaritarum, an vellẽt obedire ei, &, cognita intẽtione ipsorũ, nũc misit lr̃as de eo, qđ facere

Rñsio Samaritanorum ad Iehu.

facere debebāt. *Dicens: si mei estis, & obeditis mihi.* Respō derunt Samaritæ se facturi quod vellet Iehu: ipse tamen nesciebat, an hoc verum esset: iō scripsit sub dubitatione, dicens: si mei estis, tollite capita filiorum Domini vestri. Et per hoc sciret, an ipsi verè obediebant ei. *Tollite capita filiorum Domini vestri.* s. capita omnium septuaginta filiorum Achab, qui erant in Samaria. *Et venite ad me hac eadem hora cras in Iezrahel.* s. portate capita vobiscum in Iezrahel. Erat nunc Iehu in Iezrahel: quia ibi occiderat regem Ioram, & Ochoziam regem Iuda, & nondum acceperat aliā ciuitatem de terra Israel, expectabatq; ibi quousq; sciret quid Samaritæ deliberarent. Et dixit: hac eadē hora cras: quia Iezrahel est circa Samariā, & poterant venire de Samaria in Iezrahel sequenti die. *Porro filij regis septuaginta viri apud optimates ciuitatis nutriebantur.* i. maiores viri de ciuitate, qui vocantur optimates. i. optimi inter cęteros in potentia, & in diuitijs nutriebant septuaginta filios Achab, & isti non erant paruuli, sed omnes erant viri, vel adolescentes: quia minimus eorū debebat esse quatuordecim annorum: nā totidem transierant à morte Achab. s. quia Ochozias post mortē Achab regnauit duobus annis, præced. lib. c. vltimo. Et Ioram frater eius, qui nunc occisus est, regnauit duodecim annis supra, 3. & sic erāt quatuordecim anni à morte Achab: ideo omnes isti Achab vocantur viri: quia iā erant in ętate adulta. *Cunq; venissent litterę ad eos.* s. literæ secundæ, de quibus sup. immediatè. *Tulerunt filios regis.* s. filios Achab: nam Ochozias filius suus non habuit filios: ideo regnauit Ioram frater eius pro eo sup. 1. Ioram quoq; non legiť habuisse aliquos filios: ideo omnes isti erant filij Achab. *Et occiderunt septuaginta viros.* Omnes isti septuaginta erant masculi. De filiabus autem non fit mentio: quia illę non occisæ sunt: & vocantur omnes isti viri: quia erant in ætate adulta, vt dictū est. *Et posuerunt capita eorum in cophinis,* erant septuaginta capita, ideo posuerunt ea in multis cophinis. *Et miserunt in Iezrahel,* scilicet, miserunt ad Iehu, q adhuc manebat in Iezrahel, & dixerat, quòd sequenti die portarentur capita ad eum.

Septuaginta filij Achab iussu Iehu à Samaritis decapitati.

An Iehu peccauit iubendo istos filios Achab occidi, cum aliqui essent innocentes, & quomodo filius potest puniri pro peccato patris. Quæstio VI.

QVAERETVR, an peccauit Iehu iubendo occidi omnes istos septuaginta filios Achab. Aliquis dicet, ꝙ peccauit: quia isti innocētes erāt, vel saltem multi illorum, qui non consenserant patri suo, eo ꝙ erant paruuli, quando pater eorū mortuus est: & dato, ꝙ dicamꝰ aliquos ipsorū fuisse adultos tempore Achab, & cōsensisse delictis eius, tamē multi alij de istis septuaginta essent paruuli, & fortè aliqui eorum fuerūt posthumi: occidere ergo istos peccatum erat: quia occidebantur innocentes. Secundò patet, quia isti non debebant occidi pro peccato Achab patris sui: nam Deus vetuerat hoc Deuter. 24. s. non occidētur filij pro patribus, nec patres pro filijs. Confirmatur hoc, quia rex Amasias occidit seruos suos: quia occiderāt patrem eius: & tñ non occidere filios eorum: quia Deus dixerat: nō occidentur filij pro patribus inf. 14. Respondendū, ꝙ non peccauit Iehu occidendo istos septuaginta filios Achab: nam aliqui istorum erant adulti tēpore Achab, & consenserunt ei in peccatis, & etiam matri suæ Iezabel, & istos legitimè occideret Iehu pro peccatis suis. Alij autem erant paruuli, qui non poterant cōsensisse patri, aut matri in delictis: & de istis dicendū, ꝙ occisi sunt pro peccato patris, & matris,

A & occidendo eos, meruit Iehu. Primò patet: qa Deꝰ prædixerat per Eliam præced. lib. ca. 21. ꝙ de domo Achab occiderentur oēs mingentes ad parietē vsq; ad clausum, & nouissimum: Iehu tamen fuit executor huius, ideo non peccauit occidendo omnes tam nocentes, quàm innocentes. Secundò patet, qa præceptū expressum fuit datū ipsi Iehu de occidēdo oēs de domo Achab: ergo nō peccabat occidendo illos. Patet præced. ca. s. vnxi te in regē super Israel, percutiesq; domū Achab Domini tui, & postea sequiť: & interficiam de Achab mingentem ad parietem, & clausum, & nouissimum: ergo omnes istos poterat occidere Iehu. Tertio patet: qa q agit qđ pertinet ad officium suum non peccat: & tamen ad officium Iehu pertinebat occidere omnes de domo Achab. 2.
B Paralipo. 22. s. vnxit Deus Iehu filium Namsi, vt deleret domum Achab: ergo occidendo omnes istos non peccabat: quia quousq; illos occideret nō erat domus deleta, cum in quolibet eorum posset seruari nomen, & progenies Achab. Quarto patet, qa Iehu faciebat omnia ista zelo Dei, & non ex proprio desiderio, nec propter vltionem aliquam, aut propter desiderium regnādi, vt patet. inf. in litera: cum dixit Iehu ad Ionadad: veni mecum, & vide zelum meum pro Domino, & loquebatur ibi de desiderio occidendi omnes de domo Achab: ergo non peccabat, sed potius merebatur. Dicendum igitur, ꝙ non peccauit Iehu occidendo omnes istos, licet in se ip-
C sis essent innocentes: nā occisi sunt ex sententia Dei pro peccato patris sui Achab, & matris suæ Iezabel. Ad rationem primam in contrarium dicendum, ꝙ q̄q̄ multi istorum filiorum Achab essent innocentes quantum ad se ipsos: tamen licitè occidit illos Iehu, quia erant condemnati per diuinam sententiā, & huius erat executor Iehu. Si tamen aliqui in se verè innocentes erant, ista mors esset eis meritoria ad vitam æternam. Et si dicatur, ꝙ si essent verè innocentes iniustum erat eos occidi: dicēdum ꝙ licet essent innocentes quātum ad homines, quia nulli nocuerant, & etiam quantum ad legem à Deo positā: tamen non erant simpliciter innocentes quantum ad Deum: quia saltem pro culpa originali, quam ali
D quando contraxerāt, erant debitores mortis, & poterat Deus iustè iubere illos occidi quandocunque vellet. Item dato ꝙ nunquam contraxissent originale, sicut fuit in Christo, adhuc erant obligati ad mortem: quia descendebant ad Adam quantum ad substantiam corpulētam, & sic dicit Apostolus de Christo, ꝙ moriturus erat ex statuto generali: quēadmodum statutum est omnibus semel mori, ad Hebreos 9. & sic nullus homo apud Deum innocens est, sed omnes rei mortis: vt patet Exo. 34. s. nullusq; apud te per se innocens est. Ideo potest repetere ab homine debitum mortis quandocunque, & qualitercunque voluerit, & sic erat de istis filijs Achab. Ad secūdū dicendum, ꝙ q̄q̄ multi istorum non fuerunt oc-
E cisi pro peccatis suis, fuerunt occisi pro pctīs patris. Et cū dicitur, ꝙ erat hoc vetitū: dicendū ꝙ intelligiť in iudicio humano. s. ꝙ homines iudicando nō condēnarent filios pro patribus, vel è ꝯrio: & tñ in iudicio Dei bene occiduntť filij pro patribus. Sic patet Iosue 7. vbi Deus iussit deleri Achor, & oēs pertinētes ad eum: & tñ ipse solus peccauerat, & nullus cū eo de domo sua, sic patet Iosue 22. idē patet in pctō Saulis: nā ipse peccauit occidēdo Gabaonitas, & tñ Deus iussit ꝙ occiderenť oēs de posteritate eius pro eo, sup. 2. li. c. 21. & tñ illi, qui occisi sunt nō peccauerant, vt ibidē probatū est. Ratio autē diuersitatis est inter ista iudicia duplex: prima quòd ad hoc, quòd aliquis iustè condemnetur siue in iudicio Dei, siue

Ad primā rationē in cōtrariū.

Ad 2m Filius qn potest occidi pro peccato patris.

Duplex differẽtia inter iudicium Dei, & hoīs.

humano, oportet ꝙ ipſe nocẽs ſit: & tñ ī iudicio humano non eſt nocens, niſi qui cõtra legẽ poſitã egerit: iõ, ſi pater egit contra legẽ, & filius non: filius nõ erit nocens: iõ non poterit iuſtè occidi. In iudicio aũt Dei oẽs homines ſunt nocentes, dato, ꝙ nõ peccauerint contra legẽ, ex eo ꝙ contraxerũt culpam originalẽ, vel ſaltem quia fuerũt in Adã: nã ex hoc ſolo ad mortem obligati ſunt: iõ poterit Deus filiũ occidere pro patre: quia in iudicio ſuo non eſt innocens. Secunda differẽtia eſt: quia nullus homo reſpectu alterius, eſt ſimpliciter Dominus, ſed habet ad illum aliquod iuſtũ, ſecundum qđ ei tenetur. ſ. iuſtũ politicum quod eſt iuſtum ſimpliciter, vel iuſtũ paternum, aut iuſtũ dñatiuum: & qñ quis habuerit ſe ad alium non obſeruãdo iſta iuſta, peccat: & ob hoc non poteſt vnus homo diſponere de alio ad voluntatem ſuam. ſ. occidendo illum, vel permittendo viuere: quia nullum ius dat homini omnimodã libertatem reſpectu alterius: quia tunc nullũ eſſet iuſtũ; qa iuſtum dicit quandam obligationem, & regulã, ſecundum q̃ tenetur vnus alteri. Qñ tamen peccat pater non eſt aliquod ius. ſ. nec politicum, nec paternum, nec dominatiuum, ſecundum quod teneatur filius occidi pro patre: iõ non poteſt iudex occidere filium pro patre. Deus aũt eſt Dñs ſimpliciter cuiuſlibet hominis tã ad corpus, q̃ ad animã: iõ nullum eſt iuſtum inter Deũ, & hominẽ. ſ. quia Deus nõ tenetur homini ad aliquid. Sic dicit Ariſto. 5. Ethic. ꝙ non eſt iuſtum hominis ad poſſeſſionẽ ſuam: iõ ſiue homo poſſeſſionem ſuam deſtruat, aut pecora ſua, ſiue cuſtodiat, non facit eis iniuſtitiam. Sed homo eſt poſſeſſio Dei, ſicut vinea, & ager eſt poſſeſſio hominis: immo plus eſt homo poſſeſſio Dei, q̃ vinea, vel pecus poſſeſſio hominis: Sicut ergo non facit homo iniuriã pecori ſuo, ſi occidat illud: ita non facit Deus iniuriam homini, ſi occidat ipſum. Immo, qđ plus eſt, dato ꝙ aliquis homo nũq̃ peccaret originaliter, nec actualiter, & Deus poneret ipſum in inferno ęternaliter, nõ faceret ei iniuriam, nec poſſet cõqueri de eo iuſtè. Nam ſi detᷣ, ꝙ faceret ei iniuriã, dabitᷣ neceſſariò ꝙ Deus teneatᷣ homini bona facienti dare vitam ęternã, quod falſum eſt. Etiã dabitur, ꝙ Deus non poſſit vti homine, vt poſſeſſione ſua: ſed iſtud eſt falſum, cũ homo ſit poſſeſſio Dei: Deuter. 32. c. Nunquid ipſe eſt pater tuus, qui poſſedit te, fecit, & creauit te? Iſtam rationem inducit omnino Apoſtolus ad Ro 9. probans, ꝙ Deus non facit homini iniuriam, q̃q̃ quoſdã faciat, quos ſcit perituros ęternaliter: cũ ait: quid adhuc q̃ritᷣ? volũtati eri eius quis reſiſtit? O homo, tu quis es, qui reſpõdeas Deo? nunquid dicit figmentum ei, qui ſe finxit? quid me feciſti ſic? An non habet poteſtatẽ figulus luti ex eadẽ maſſa facere aliud quidẽ vas ī honorẽ, & aliud in contumeliam? & ſic cõcludit, ꝙ Deus facit quoſdã, quos ſcit perituros, & alios, quos diſponit ad gloriã: & ſic eadẽ habitudo eſt Dei ad hoīes, & figuli ad vaſa: & tñ figulus ſi frangat vaſa, vel ponat ea in igne, non facit eis iniuriã, ſic & Deus homini, ſiue eũ occidat, ſiue ponat ī inferno. Poteſt ergo Deus licitè occidere filios pro patribus, & e contrario, ſed homo non poteſt. Nunc vero Iehu agebat tanq̃ executor diuinæ ſententiæ: iõ licebat ei occidere filios pro patre. Ad confirmationem dicẽdum, ꝙ rex Amaſias non occidit filios interfectorum patris ſui, nec poterat occidere eos iuſtè: & tamen Iehu poterat occidere iuſtè filios Achab. Ratio differentiæ eſt: quia Amaſias iudicabat iudicio humano, cũ Deus nõ iuberet ei occidere illos interfectores, aut filios eorũ: Iehu autem executor erat diuini iudicij, ideo poterat occidere filios pro patre.

Dñiũ vniꝰ hoīs ad alterũ quale ſit.

Deus non facit alicui homini iniuriã in puniendo.

Ad confirmationẽ.

F

An Iehu peccaſſet, ſi non occidiſſet filios Achab omnes ſeptuaginta. Queſtio VII.

QVAERETVR vlterius, an Iehu peccaret, ſi non occidiſſet iſtos filios Achab. Aliquis dicet, ꝙ non: qa licet de rigore poterant occidi: tamẽ quia ipſi per ſe nihil peccauerant, miſerẽdũ erat eis. Reſpondendũ, ꝙ Iehu peccaret ſi potens occidere iſtos filios Achab, dimitteret aliquẽ illorũ quantuncunq; eſſet paruulus ex miſericordia, vel aliàs. Nam ſicut iudex peccat, ſi ex miſericordia nõ occidat malefactorem, quem lex occidi iubet: quia talis mĩa petita eſt Deut. 25. ſ. abſcindas manum eius, nec flecteris ſuper eam vlla miſericordia: ita ſi Iehu ex miſericordia vellet ꝑmittere illos viuere, quos Deus morti condẽnauerat, peccaret. Item ſi Iehu non occidiſſet omnes filios Achab, habita opportunitate ad occidendum, ageret contra præceptum Dei: quia propheta dixerat Iehu: vnxi te regem ſuper Iſrael, & ꝑcuties domum Achab, præced. cap. ſed agens cõtra præceptũ Dei peccat mortaliter: ergo peccaret Iehu. Tertio patet: quia quilibet tenetᷣ exequi officiũ ſibi iniunctum ab eo, qui iniungere potuit, & tamẽ Deus vnxerat Iehu in regẽ, vt deleret domũ Achab. 2. Paralip. 22. & non eſſet illa deleta vſquequo non occiderentur oẽs filij Achab: ergo peccaret, ſi non occideret omnes. Quartò patet, quia Iehu eſſet ingratus valde: nam ipſe non erat de genere regio, & Deꝰ exaltauit eum, vt eſſet rex ad hoc, vt deſtrueret domum Achab: ſi ergo non deleret illam, permittẽdo viuere aliquos de filijs Achab, peccaret per ingratitudinem. Quintò patet, quia Deus iuſſerat Sauli, ꝙ occideret omnes Amalecitas viros, & fęminas, & paruulos, & dixit ꝙ nõ flecteretur miſericordia, nec parceret, ſed interficeret à viro vſque ad mulierem, & paruulum, ac lactantem, ſup. 1. lib. c. 15. illud tamẽ videbatᷣ nimis crudele, quia non omnes illi peccauerant: & tamen Saul, quia nõ interfecit regem Amalec ex pietate peccauit nimis: vt patet ibidẽ. Sexto patet, quia oẽs filij Achab erant rei mortis, quantũ ad iudicium Dei: ſi ergo Achab relinqueret aliquẽ illorum, anima ſua eſſet pro anima eius, ſicut patet præced. lib. c. 20. cũ Achab tenuit in bello Benadad regem Syriæ, & noluit occidere eum, ſed dimiſit in pace: ille tamen erat dignus morte, & Deus tradiderat eum cũ exercitu ſuo in manus Achab, vt occideretur: & quia noluit, venit propheta ad eum, dicẽs: quia dimiſiſti virum dignum morte de manu tua, erit aĩa tua pro anima eius, & populus tuus pro populo eius: & ſic poſtea factum eſt: quia Achab occiſus eſt à Syris, & populus eius traditus eſt ī manu Syrorum, eod. lib. ca. vltimo. Ad rationem in contrarium dicendum, quòd non erat miſericordia hic licita: quia Deus vetuerat illã condemnans totã progeniem Achab ad mortem, & non licebat ei agerem contra diuinam ſententiam.

G

Peccat iudex ſi eſt miſericordia remiſit penã quando reclamat lex.

H

I

Iehu quare iuſſit Samaritis occidere filios Achab. Q. VIII.

K

QVAERETVR vlterius, quare iuſſit Iehu Samaritis occidere filios Achab, & tollere ſibi capita illorum. Reſpondendum, quòd fecit propter quatuor, primo quia Deus iuſſerat ipſi Iehu delere totam progeniem Achab, & non poterat delere illam, niſi occideret oẽs filios eius: iõ habebat animum occidendi ipſos, & ad hoc non differebat, ꝙ ageret per ſe ipſum pugnando illos, vel iubendo aliquibus, quòd occiderent ipſos: & quia nunc offerebatur opportunitas, ſcilicet, ꝙ Samaritæ occiderẽt ipſos, eo nihil laborante, iuſſit eis, ꝙ hoc facerent.

Secun-

Secundum erat: quia quanquā Samaritæ dixerunt, ꝙ erant serui Iehu, & facerent omnia, quæ ipse iuberet: tamen nesciebat Iehu, an verè loquerentur, vel intenderent contra eum aliquam fraudem: ad probandum ergo hoc, dixit ꝙ occiderent omnes filios Domini sui: nam si hoc facerent, cognosceret verisimile, ꝙ volebant subijci ei: quia iam non relinquebant aliquem de stirpe Achab, qui regnare posset. Quod autem diceret istud ad cognoscendum intentionem eorum, patet: quia dixit: si mei estis, & obeditis mihi, tollite capita filiorum Domini vestri, & venite ad me: vt patet in litera. Tertiū fuit: quia Iehu voluit ostendere se iustum esse, & nō agere illa, quę faciebat contra domum Achab, ex desiderio regnādi, sed ꝙ omnia fierent ex sententia Dei, & si ipse occideret oēs filios Achab, pararetur agere ex desiderio regnandi: fecit ergo ꝙ Samaritæ à nullo coacti occiderent omnes filios Achab, & sic appareret, ꝙ Deus mouerat eos ad occidendum illos, & non aliquid aliud: ita & ipse motus fuerat à Deo ad occidēdum regem Ioram. Quòd autem ad hanc intentionem faceret, patet: quia fecit poni capita omnium filiorum Achab ad portam vrbis, & dixit ad populum: iusti estis vos: si ergo coniuraui contra Dominum meum, & interfeci eum, quis percussit omnes hos? videte ergo nunc, quoniam non cecidit de sermonibus Dñi in terrā, quos locutus est super domū Achab, & Dñs fecit, qđ locutus est ī manu Eliæ. q.d. nec ego fui iniustus occidendo Ioram, nec vos occidendo istos, sed Dominus per manum vestrā, & per manum meam fecit oīa hæc, vt cōplerent verba, q̃ dixerat cōtra Achab. Quartū fuit, quia Iehu non audebat ire in Samariam ad occidendū filios Achab: quia nesciebat an Samaritæ dolosè se haberent ad eū, iō quousq; occisi sunt isti, & missa fuerunt capita eorum in Iezrahel, non recessit Iehu de Iezrahel. Et hoc facto, confidens, quòd Samaritæ non moliebantur aliquem dolum, iuit illùc, vt patet infra.

Iehu quare voluit, quòd ducerentur capita eorum in Iezrahel. *Quæstio IX.*

QVAERETVR vlterius, quare iussit Iehu, ꝙ ducerētur capita omnium filiorum Achab ad ipsum in Iezrael: nam sufficiebat ei, ꝙ occiderentur omnes, etiam si non ducerentur capita eorum in Iezrahel. Dicendum, quòd fecit primo ad probandū si vera loquebantur ei Samaritæ: nam si non ducerētur capita ipsorum ad ipsum, fingerent Samaritę se occidere illos, & occiderēt alios, & falleretur Iehu: quia postea iret securus ad eos, & ipsi poterant tunc insurgere in eum, & occidere, & constituere vnum de filijs Achab in regem. Vel dato, ꝙ occiderent aliquos de filijs Achab, saltem aliquem eorum reseruarent, qui posset esse rex, & nesciret hoc Iehu: ideo voluit adduci capita ad se, vt ipse cognosceret illa, an essent capita filiorum Achab, & sic posset ire securus in Samariam. Et hoc patet, quia dixit: tollite capita filiorum Domini vestri, & venite ad me hac eadem hora cras in Iezrahel. Volebat enim hoc facere, vt sciret immediatè cuius intentionis erant Samaritę, vt videret quid sibi expediret. Secundum fuit: quia voluit Iehu ostendere iustitiam suā ad populum, quanquam occidisset regem: & hoc intendebat facere ostendēdo capita in Iezrahel, sicut dictū est praesenti quæstione. Si autem fecisset occidi istos viros in Samaria, & non fecisset sibi afferri capita eorum, non potuisset hoc demonstrare, ideo debuit hoc facere.

A *An Samaritę peccauerint occidendo omnes filios Achab, & quō potest aliquis dici coactus per timorem ad aliquid faciendum.* *Quæstio X.*

QVAERETVR vlterius, an peccauerūt Samaritæ occidendo filios Achab. Aliquis dicet, ꝙ nō: quia Iehu non peccauit iubendo illos occidi, ergo nec ipsi peccauerunt occidēdo illos: quia idem actus erat, & non poterat esse respectu vnius culpabilis, & respectu alterius laudabilis. Itē patet, quia Iehu demonstrauit non peccauisse Samaritas dicendo, ꝙ nec ipse peccauerat occidendo Ioram Dominum suum, nec illi peccauerant occidendo filios Achab, sed Deus fecerat vtrunque, vt complerent verba sua. Item patet, quia Samaritæ fecerunt hoc mandato iudicis: nam Iehu erat iudex à Deo datus ad delendum domum Achab, & ipsi præcepto eius occiderunt filios Achab, ergo iustè egerunt.

B Respondendum, ꝙ Samaritæ peccauerunt occidendo filios Achab, quos nutriebant, quia quanquā filij Achab condemnati essent ad mortē à Deo, tñ non poterant Samaritæ eis mortem inferre licitè. Pro quo sciendū, ꝙ Iehu erat datus à Deo executor contra domum Achab ad delendum illam, & non peccabat faciendo hoc: ita ēt oēs adiutores eius in quantum fauebant ei ad exequendum sententiam à Deo datam, benè agebant: ad hoc tamen oportebat, ꝙ scirent, vel crederent Iehu datum esse à Deo in executorem contra domū Achab, & ꝙ ipsi adiuuarent eum in quantum erat talis executor. De Samaritis autem dicendum, ꝙ ipsi nesciebant Iehu esse à Deo vnctum in regem, nec etiam ipsi occiderunt filios Achab tanquam volentes adiuuare eū, vt executorem, sed solum egerūt propter timorē. Nā ipsi voluissent resistere ei, & constituere vnum de filijs Achab in regem, & tamen non ausi sunt putātes se non posse resistere: vnde dixerunt: ecce duo reges non potuerunt stare coram eo, & quomodo nos valebimus resistere? Occiderūt ergo filios Domini sui, ne ipsi morerentur: sed hoc detestabile est: quia non debet aliquis occidere alium, ne ipse occidatur. Nā dato, ꝙ ego sciā ꝙ occidar, nisi talē occidero potius debeo pati, ꝙ occidar, q̃ ꝙ illū occidā, si ipse mihi nihil nocet, & ita fuit hic. Sed obijcietur, ꝙ nō fuerūt culpabiles Samaritę: quia Deus incussit eis tantum timorem, vt nullo modo auderent resistere Iehu, vt supra declaratū est, ideo à Deo erant coacti ad agendum. Respondendum, quòd hoc non obstat: nam dato, quòd timor ille validus à Deo incussus aliqualiter minueret culpam Samaritarum, tamen nō totaliter excusabat: quia istud opus erat per se malū, ideo per nullum timorem debebāt induci ad illud. Nam non poterat peius Israelitis esse, quàm ꝙ occiderentur: & tamen potius debebant mortem tolerare, quàm propter excusationem mortis suæ occidere filios Domini sui. Sic ait Aristo. Ethic 3. Ad q̃dam autem fortassis nō est cogi, sed magis mori patientem durissima. i. quædā sunt tam mala, ad quæ per nullam coactionem homo induci debet, sed potius debet mori durissimè. Vnde irridentē aliqui, q ad agēdum aliqua mala dicunt se coactos p aliquem metum. Sic enim Euripides poeta dixit Alcmeonē filium Amphiarai coactum fuisse ad occidendum matrem suā pręcepto patris, & Aristo. irridet eum Ethi. 3. dicens. Etenim Euripidis Alcmeona irrisoria videntur cogentis matrem occidere. Sed ita erat turpe, vel quasi ęqualiter occidere filios Domini sui, sicut occidere matrem: ideo nullus timor debebat inducere ad hoc Samaritas, sed debebant constituere vnū de filijs Aohab in regē, & pugnare con-

Si ego scio, ꝙ occidar, nisi talē occidero, potiꝰ debeo pati, ꝙ occidar, q̃ illū occidere.

tra Iehu. Et si omnino putarent se insufficientes ad pugnandum, tenebãtur saltem non occidere filios Domini sui, sed pmittere, q̃ ipse Achab occideret.

Ad primū argum. Ad rationem primam in contrarium dicendum, q̃ quanquam Iehu non peccauit iubēdo occidi filios Achab, tñ peccauerunt Samaritæ occidendo illos. Et diuersitas est: qa Iehu faciebat hoc mandato Dei, & sciebat se à Deo missum ad faciendū hoc, & tñ Samaritę nesciebant Iehu missum à Deo. Et dato q̃ scirēt nō faciebant ipsi, quia Deus illud iusserat, sed vt ipsi euaderent mortem: quia si putauissent se posse resistere Iehu, dato, q̃ scirent eum missum à Deo, non curauissent, sed propter solum timorē egerūt, vt patet in litera, & timor nō excusabat eos.

Ad secūd. Ad secūdum dicendū quod Iehu voluit ostendere in verbis suis, q̃ omnia, quæ facta erant contra domū Achab, nō fuerunt facta intentione humana, sed qa Deus volebat illa facere p manus istorū: & tñ non sequitur ex hoc, quin isti peccarēt faciendo: quia ista in se mala erant: ideo non poterant excusari, nisi pcepto Dei, & Samaritę non habebant tale præceptum, iō malè agebant. Quòd autem Deus induceret eos ad talem angustiā, vt oporteret eos occidere filios Dñi sui, vel q̃ ipsi occiderent, nō excusabat eos ab occisione: sicut siquis pp peccata sua inducat ad talem necessitatē, vt oporteat ipse occidere filiū suū, & comedere, vel peribit fame, non excusat, si occiderit ipsum: qa potius deberet fame perire, q̃ filium occidere. Dicēdum ēt, q̃ excusatio, q̃ inducit Iehu infra pro Samaritis, non est sufficiens, vt inf. declarabit.

Ad tertiū. Ad tertium dicendum, q̃ illa rō non stat. Primò, quia est verum q̃ quicūq; exequit mandatū iudicis, benè agat: nā si iudex aliquid iubeat, quod sit manifestè malū, nō est ei obediendū, & quicunq; obedierit, peccat.

Qñ, q. exequitur mādatum iudicis, peccat. Ita aūt erat hic, quia occidere filios Dñi erat per se malū, cum non constaret de aliqua culpa eorū, sed potius constaret eos esse innocētes, iō q̃q̃ Iehu esset iudex, non erat ei obediendum. Secundò deficit ista ratio: quia Samaritæ non fecerunt mandato Iehu tãquã mandato iudicis, sed tanq̃ mādato hostis: qa timuerūt eū, & fecerunt qđ ipse iubebat: iō q̃q̃ aliàs esset licitū illud opus, peccabant faciendo: qa faciebant auctoritate personæ priuatæ. Peccauerunt ergo Samaritæ grauiter: & tñ per eos Deus executus est iustitiam suam, sicut per Dæmones exequit punitionem iustam contra animam damnatorum. *Venit autem nuncius, et indicauit ei, dicens: attulerūt capita filiorū regis.* Subintelligendum est, q̃ viri de Samaria venerunt in Iezrahel ferentes capita filiorum Achab, & Iezrahel tunc custodiebat: quia erat ibi Iehu, & timębat, ne irruerent super eum aliqui Israelitæ propter partes Achab. Et venit aliquis de custodibus portarum ad Iehu dicens: attulerunt capita filiorum regis i. Achab. *Qui respondit: ponite ea ad duos aceruos iuxta introitum portę vsq; mane.* Intelligitur, q̃ Samaritæ venerunt per noctē, vel ad occasum solis in Iezrahel, & non permissi sunt intrare in vrbē, sed iussit Iehu q̃ capita filiorum Achab ponerentur extra vrbem apud portam, & manerēt ibi in duobus aceruis vsq; mane. s. vt tūc veniret populus, & videret illa. *Cunq; diluxisset egressus est.* i. in aurora egressus est Iehu de vrbe ad introitū portę, vbi erāt capita filiorū Achab. *Et stans dixit ad omne populum: iusti estis.* s. stetit apud aceruos capitum, & dixit ad omnem populum circunstãtem: iusti estis. Potest intelligi dupliciter: vno modo asserendo. s. vos estis iusti, licet occideritis omnes istos, quorum hæc sunt capita: quia Deus fecit, q̃ occideritis illos: aliter potest itelligi ironicè. s. quomodo estis iusti vos? vocatis enim me iniustū: quia occidi Dominum meum Ioram: vos tamen iniustio-

F res estis: quia occidistis omnes istos. Nam ego vnicum occidi de filijs Achab, vos verò septuaginta, & omnes illi erant Domini vestri. *Si ego coniuraui contra Dominum meum, & interfeci eum.* Coniuratio ista fuit facta cū exercitu in Ramoth Galaad, quando factus est rex, præcedenti. ca. & postea Iehu occidit Ioram. Subintelligendum autē, q̃ aliqui de populo murmurabant contra Iehu: quia occiderat Ioram, & regnabat pro eo: ideo excusat se ostendēdo illos fuisse iniustiores: quia occiderant septuaginta filios Achab. *Quis percussit omnes hos?* q. d. ego non percussi, sed vos, ideo ego nō sum iniustus, vel si ego sum iniustus vos estis iniustiores me. *Videte ergo quoniā non cecidit de sermonibus Domini in terrā, quos locutus est super domū Achab.* Excusat se Iehu de homicidio.

G Hoc excusat se, Iehu, & Israelitas super occisione filiorum Achab, dicens, q̃ nec ipse peccauit occidendo Ioram regem, qui erat filius Achab: nec etiā peccauit populus occidēdo alios septuaginta filios eiꝰ: quia oīa ista facta sunt voluntate Dei, vt impleretur quod ipse dixerat contra domum Achab: & sic dr̄, q̃ non cecidit in terram aliquis de sermonibus Domini, idest, non fuit inanis aliquis eorum. Dr̄. n. cadere sermo in terrā, quando est inutilis. s. qñ aliquid promittitur, & nō fit, vel qñ aliquid prænunciatur, & non euenit: ideo qñ aliqui prophetę erant certissimi, ita q̃ non fallerent dicta sua, dicebat q̃ non cadebant verba eorū in terrā. Sic. n. patet de Samuele sup. 1. lib. c. 3. s. Creuit autem Samuel, & Dñs erat cū

H eo, & non cecidit ex oībus verbis eius in terram: & sequit: Et cognouit vniuersus Israel, q̃ Samuel fidelis propheta Dñi esset. Vocant sermones super domum Achab mala, q̃ prænunciata sunt contra progeniem eius, & familiam, præced. li. c. 21. & pced. ca. *Et Dominus fecit quod locutus est in manu serui sui Eliæ.* i. nō fecimus nos istud. s. nō occidimus nos filios Achab: sed Dominus occidit illos per manus nostras: quia voluit complere verbū suum, quod dixerat p Eliā. Istud fuit, quando Elias iuit in occursum Achab venienti ad possidendum agrum Naboth: nam tūc locutus est ei mala multa sup eum, & sup progeniem suam præced. lib. c. 21. & præced. cap. *Percussit igitur Iehu oēs, qui reliqui erāt de domo Achab ī Iezrabel.* Postq̃ occi

I si fuerunt rex Ioram, & fratres sui filij Achab, voluit Iehu occidere omnes alios, quotquot erant de domo Achab, & fortè aliqui filij eius nutriebantur in Israel præter illos septuaginta, qui occisi sunt in Samaria, & istos nunc occidit. *Et vniuersos optimates eius, & notos, & sacerdotes.* Oēs amici Achab percussi sunt ab Iehu. Optimates Achab vocantur aliqui potentes in Iezrael, qui erant valde fauorabiles Achab, & diligebat eos Achab, & ipsi solicitabãtur ad fouendum partes illius. Noti dicuntur amici, cū quibus habebat communicationem Achab. Sacerdotes vocantur prophetę Baal, & idolorum cęterorum, & quicunq; faciebāt illis sacrificia: nam de istis habebat Achab multos: nam quando conuenerunt

K prophetæ idolorum contra Eliam ad inueniēdam veram deitatem fuerunt octingenti quinquaginta prophetę idolorum, scilicet, quadringenti prophetæ lucorum, & quadringenti quinquaginta pphetę Baal præcedenti lib cap. 18. & iterum cum maneret Achab in Samaria, & peteret Iosaphat rex Iuda, qui ibi erat, responsum diuinum de bello: conuenerunt quadringenti prophetæ Baal ad respondēdum, præcedenti lib cap. vltimo, & istam multitudinem prophetarum, & sacerdotum procurauit Iezabel vxor Achab: nam ipsa fauebat eis nimis in tantum, quòd omnibus illis dabat cibos de mensa sua, præcedenti lib. capit. decimooctauo, & istos sacerdotes, & prophetas occidit nunc Iehu. *Donec non remanerent ex eo reliquię*, idest, non cessauit occidere quousque non ma-

manerent aliquæ reliquiæ de cognatione, & familia Achab: hoc intelligendum est quantum ad illos, qui erant in Iezrahel: nam in alijs ciuitatibus nondum deleuerat Iehu reliquias Achab, vt patet, inf. cum dicitur: & percussit omnes, qui reliqui fuerant de Achab in Samaria vsque ad vnum. *Et surrexit, & venit in Samariam.* Postquam executus est diuinā sententiam contra omnes pertinentes ad Achab in vrbem Samariæ: nam ibi multi erant de pertinētibus ad Achab, & fecit ibi vindictam quantum ad illos, qui pertinebāt ad cognationem, & familiā Achab, & quantum ad sacerdotes Baal, quos omnes ibi occidit, & de vtroque patet inf. in litera.

Quare Iehu poni fecit capita filiorum Achab ad portam Iezrahel. Quæstio XI.

QVAERETVR, ad quid Iehu fecit poni capita filiorum Achab ad portam Iezrahel. Dicendum, ꝙ fecit ad excusandum se de eo, quod sibi opponebatur: quia populus murmurabat contra eū, dicens, ꝙ ipse occiderat regem Ioram, & regnabat pro eo, & scandalizabantur multi de hoc dicentes, ꝙ nō poterat bonum euenire Iehu, quia occiderat dominū suum: sicut dixit Iezabel: nunquid esse pax potest Zamri, qui occidit dominum suum? precedē ti. c. voluit ergo ostendere Iehu se non peccasse, nec fecisse intentione regnandi, sed Deus incitauerit eū ad hoc faciens eum executorē cōtra domū Achab, vt implerentur verba, quæ dixerat Elias, exequendo tamen præceptum Domini non peccabat, sed potius erat laudandus: ideo non debebat populus scandalizari de ipso. Non poterat autem probare aliter Iehu, nisi per capita ista ducta ad portam Iezrahel, ex quibus apparebat, ꝙ non ipse solus occidebat stirpem Achab, sed etiam alij multi, & sic appareret, ꝙ tam eum, quàm alios mouebat Deus ad faciendum hoc, & non aliqua cupido regnandi. Secundo faciebat istud ad ostendendum innocentiam populi occidētis istos filios Achab, dicēdo ꝙ nec populus, nec ipse hoc fecerat, sed Deus ad complendū verba sua.

Iehu quare voluit se purgare de hoc facto. Quæst. XII.

QVAERETVR, vlterius ad quid Iehu volebat se ostendere iustū, vel purgare de hoc facto. Respondendum, ꝙ hoc fecit, primo propter scandalum: nam populus habebat de eo malam opinionē. scilicet, quia occiderat Ioram regem, ideo non erat habilis ad regnandum, quia qui occidit regem, etiā si sit de genere regio non debet succedere illi, etiam si aliàs cōpeteret ei successio. timebat ergo Iehu, ꝙ populus vellet insurgere contra eum, propter istud magnum facinus, ideo voluit se purgare. Sic enim fuit in Dauid: nam cum ipse esset rex Iuda, & Isboseth filius Saulis rex vndecim tribuum voluit Abner transferre totum regnum domus Saulis in Dauid: & cum iret semel ad loquēdum ei in Ebron Ioab occidit ipsum Abner, & putauit populus, ꝙ factum esset de intentione Dauid: ipse verò, vt nō grauaretur opinio sua, sequebatur plangēs feretrū Abner, & noluit comedere, & cum diceret ei populus, ꝙ comederet, iurauit dicens: hæc faciat mihi Dominus, & hæc addat, si ante occasum solis gustauero panem: & sequitur: omnisque populus audiuit, & placuerunt eis cuncta, quæ fecit rex in conspectu totius populi, & cognouit omne vulgus, & vniuersus Israel in die illa, quoniam non actum esset à rege, vt occideretur Abner. Sic etiam occidit Dauid illum, qui dixit se occidisse Saulem, vt non diceretur, ꝙ ip-

A se iusserat, occidit etiam latrones, qui occiderunt Isboseth regem Israel, & attulerunt caput ad Dauid ne diceretur, ꝙ ipse dixerat eis, ꝙ occiderent illum, de hoc. sup. 2. li. c. 1. 2. 3. & 4. sic ergo nunc fecit Iheu. Secūdum fuit, quia volebat Iehu habere populum fauentem sibi, & hoc potissimè ad exequendum ea, quæ facturus erat contra progeniem Achab: nam nondum omnia expleuerat, vt patet. inf. Si autē populus videret eum tam crudelē volendo delere nō solum filios Achab, sed etiam amicos, & omnes fauorabiles, crederet, ꝙ agebat ex iniquo desiderio, & resisteret sibi, vt ergo faueret sibi populus, & non putaret eum esse crudelem, exposuit quomodo ex parte Dei istud faciebat, & tunc populus adiuuit eū vnaB nimiter ad faciendum omnia, quæ volebat contra domum Achab, & contra adhærentes ei.

Iehu quomodo potuit se excusare ducendo capita filiorum Achab ad portam Iezrahel. Quæstio XIII.

QVAERETVR vlterius, quomodo se potuit excusare Iehu ducendo ista capita filiorum Achab ad portam Iezrahel. Respondendum, ꝙ excusatio Iehu erat solum in hoc, ꝙ ostenderet se agere mandato Dei: hoc autem non poterat agere Iehu ducendo de mandato: quia nullus vidit, quando vnctus est in regem, nec etiā audiuit quid locutus fuit C ei propheta: ideo oportebat, vt probaret aliàs; & ꝓbabat hoc per effectum, scilicet, ꝙ voluntas Dei esset destruere domum Achab, & ad hoc fecit, ꝙ Samaritę occiderent omnes filios Achab, qui erant in Samaria, & ducerent capita eorum ad portam Iezrahel: & per hoc ostendebat Iehu, ꝙ voluntas Dei erat, ꝙ perirent omnes filij Achab: nam ipse non occidit illos, sed asportata sunt sibi capita illorū de Samaria, & illi, qui occiderunt eos, non fecerunt bello coacti, nec aliqua grauitate vrgente, ideo videtur, ꝙ fecerunt, quia Deus inclinauerat eos ad faciendum istud, & sic erat de se ipso, quòd Deus inclinabat eū ad facidndum hoc, vt impleretur verbum Domini, quod dixerat per Eliam: illud enim iunctū cum D hoc faciebat probationem, & nō faceret aliàs: constabat enim, quòd Deus dixerat progeniem Achab esse delendam per Eliam, ideo necesseerat, ꝙ aliquando deleretur, sed quādo illud fieri deberet, nō constabat: nunc tamen videbatur, ꝙ inclinabantur Samaritæ ad occidendum prolem Achab, & nō habebant aliquam causam: ergo videtur, ꝙ à Deo mouebantur. Ista probatio procedebat aliqualiter in Samaritis, & non in Iehu, quia poterant dicere Israelitæ, ꝙ mouebatur Iehu ad occidendum prolem Achab desiderio regnandi: & tamen non poterat dici hoc de Samaritis, quia non erant regnaturi omnes Samaritæ: nulla ergo causa videbatur omnes moueE re, nisi voluntas Dei.

An ista probatio fuerit sufficiens, vel saltem colorata. Quæstio XIIII.

QVAERETVR vlterius, an sufficiēter per hoc probabat Iehu, vel saltem modo colorato: aliquis dicet, ꝙ non erat probatio sufficiens, nec colorata, quia Iehu dixerat Samaritis, ꝙ occiderēt filios Achab, & mitterent ei capita, & miserunt: ideo ipse Iehu videbatur hoc facere, & sic non probabat aliquid. Respondēdum, ꝙ Iehu induxit istud valde colorate, ita vt aliquid videretur probare: nā ipse ostēdit omnino, ꝙ ipse non occiderat istos filios Achab, nec etiam iusserat illos occidi. Quòd autem præsupone-

poneret istud, patet: quia dixit, iusti estis: si enim ego
coniuraui contra Dominum meum, quis percussit
omnes hos? q.d. ego non percussi: si tamen esset ma-
nifestum populo, ꝙ ipse iusserat hoc fieri, non dice-
ret ipse ista. Modus autem, per quem fecit, vt popu-
lus putaret eum non iussisse, fuit: quia ipse misit se-
cretè literas ad viros Samarię, & non intulit eis ali-
quod bellum, nec ostendit se velle inferre, ita vt po-
pulus, qui erat in Iezrahel hoc sciret, & Samaritæ se
cretè miserunt capita ad Iehu, & ipse fecit, ꝙ mane-
rent illa in porta vrbis vsque mane fingens se nesci-
re capita ducta fuisse de Samaria, & quando exiuit
ad portam in aurora cum populo videns capita, fin
xit se admirari dicens: quis occidit omnes hos? & sic
non poterat dici, ꝙ ipse gessit hoc voluntate sua, qa
ipse non intulit bellum Samaritis, vt darent ei illa
capita, nec etiam apparebat, ꝙ misisset literas eis iu-
bendo, ꝙ illa darent: iō videbatur, ꝙ illi nō moti fue
rāt ad occidēdos filios Achab ab aliquo, nisi à Deo.

Iehu quare excusauit populum Samarię. Quęst. XV.

QVAERETVR vlterius, quare excusabat hic
Iehu populum dicens, ꝙ ipsi non fecerāt istud,
sed Deus fecerat ad hoc, quòd impleretur verbum
suum, quod dixerat per Eliam. Respondendum, ꝙ
hoc fecit propter duo. Primo vt conciliaret sibi po
populum: nam putabatur, ꝙ Iehu non fecisset hoc,
sed Samaritæ spontè sua, & si increpuisset illos, non
cōsentirent ei in eo, quod ipse volebat facere. s. om-
nino delere progeniem Achab, ideo laudauit factū
illorum, vt per hoc ipsi fauerent ei ad destruendam
domum Achab, quæ residua erat. Secundum fuit, et
principale ad colorandum factum suum: nam ipse
dicebat se agere ista motum à Deo, & hoc volebat
demōstrare per simile. s. quia Samaritæ moti à Deo
occiderant filios Achab: Si autem diceret, ꝙ fecerāt
hoc propter aliquam nequitiam, daret occasionem
præsumendi similia de se, ideo debuit laudare opus
illorum, & ad hoc solum adduxit capita, vt excusa-
ret factum illorum, & sic coloraret suum.

Iehu an benè excusauerit Samaritas. Quæst. XVI.

QVAERETVR vlterius, an Iehu benè, & ve-
rè excusauit Samaritas occidētes filios Achab.
Respondendum, ꝙ aliquid verum dicebat Iehu, &
tamen non benè excusabat Samaritas: nam in quan
tum dicebat, ꝙ Deus fecerat ista, verū dicebat, quia
ipse mouit Iehu ad faciendum, iubendo ei ipse etiā,
incussit quendam timorem Samaritis, vt non aude
rent resistere Iehu, & hoc, quia volebat, ꝙ occiderē-
tur filij Achab: & tamen non propter hoc excusa-
bantur Samaritæ iudicio Dei, nec iudicio humano:
quia iste timor non erat talis, per quem deberent co
gi Samaritæ ad occidendum innocentes filios Do-
mini sui, nec Iehu etiam volebat excusare Samari-
tas per timorem, sed innuendo, ꝙ Deus inclinaue-
rat eos ad faciēdum hoc: & si dicas, ꝙ ista excusatio
erat bona, quia Iehu dabat illam, dicendum, ꝙ non
stat, quia ipse dabat illā ad colorandum factum suū,
quod aliàs non poterat benè colorari in conspectu
populi, licet secundum veritatem nō oportebat co-
lorari: quia Iehu iustè mouebatur: Nec est mirū, ꝙ
ponat excusationem minus sufficientem: sic enim
interdum quis excusat factum alterius minus suffi-
cienter ad consolationem eius, cum aliter non pos-
sit illud excusare: Sic patet de excusatione, quam de
dit Ioseph fratribus suis, quando mortuo patre, ve-
nerunt ad eum cum timore confitentes peccatum
F suum, & Ioseph dixit: nūquid Domini possumus re
sistere voluntati? Gen. vltimo, & dicebat ad innuen-
dum, ꝙ quanquam vendiderant eum, nō erant mul
tum culpabiles: quia voluntatis Dei fuit, vt vende-
retur, & tamen manifestum est, ꝙ nullo modo excu
sabantur fratres Ioseph per hoc, quod Deus dispo-
suerat, ꝙ venderetur: quia ipsi nesciebant an Deus
hoc disposuisset, & etiam non faciebant ad hanc in-
tentionem, & tamen Ioseph excusauit eos sic, licet
insufficienter, & hoc vt consolaretur ipsos. Sic pa-
tet: quia ibidem dicitur: consolatusq; est eos, & blā-
de, ac leuiter est locutus. Ita igitur nunc Iehu insuffi
cienter excusabat ad colorandum factum suum.

G *An Iehu peccauerit occidendo omnes optimates, & amicos Achab. Quæstio XVII.*

QVAERETVR vlterius, an peccauit Iehu occi-
dēdo oēs optimates, & amicos Achab, sicut dr
hic. Aliquis dicet, ꝙ peccauit: quia trāsgrediebat in
hoc præceptum Dei: nam ipse solum dixit, ꝙ dele-
rentur de Achab omnes mingentes ad parietem, &
sic intelligebatur solū de progenie sua, & tamē ami-
ci, & optimates eius non erant de progenie sua.
Respondendum, ꝙ non peccauit Iehu occidēdo
amicos Achab, & patet. Primò: quia bono zelo age
bat omnia hęc, vt patet inf. in litera, cùm dixit: vide
zelum meum pro Domino, & tamē loquebatur ibi
H de zelo occidēdi omnes, qui pertinebāt ad Achab:
ergo non peccabat. Secundò patet, quia Deus lauda
uit eum de omnibus hijs, quæ fecerat: si tamen pec-
casset, non laudasset eum, nec promisisset primum:
ideo nō peccauit. Patet hoc inf. in litera. s. dixit Do-
minus ad Iehu, quia studiosè fecisti quod rectū erat,
& placebat in oculis meis, & oīa, quæ erant in cor-
de meo fecisti contra domum Achab filij tui vsque
ad quartam generationem sedebunt super tronum
Israel: ergo non peccauit Iehu faciendo hoc. Ter-
tio patet: quia isti amici Achab, & optimates eius
verisimile est, ꝙ fauerent ei in illis, quæ facere vole-
bat, sed Achab fuit pessimus in omnibus, quæ facie
bat: ergo etiam isti amici sui: nam non essent amici,
I si non essent similes, cū amicitia requirat charitatē,
similitudinem, & cōmunicationem, vt patet 8. Ethi
corum: ergo dato ꝙ Deus non iussisset ipsi Iehu oc-
cidere istos, poterat eos occidere ex officio suo: quia
fuerant idolatræ, & iniusti. Quartò patet, quia cùm
dixit Deus ad Iehu, ꝙ percuteret totā domū Achab
intelligebatur etiā, ꝙ deberet occidere omnes ami-
cos eius: quia nomine domus intelliguntur, sic pa-
tet præceden. lib. cap. 16. cum Deus dixit, ꝙ destrue-
ret domum Baasa, & tamen non solum fuerunt de-
leti filij eius, sed etiam amici, & propinqui eius: quia
omnes istos occidit Zamri, vt patet ibidem. Ad ra-
tionem in contrarium dicendum, ꝙ Deus iussit Ie-
hu delere domum Achab, & cum dicitur, ꝙ sola p-
K genies intelligebatur nomine domus, falsum est: ga
etiam intelliguntur amici, & propinqui, vt dictum
est. Etiā dato quod non intelligerentur nomine do
mus, non peccauisset occidendo illos, quia poterat
sine præcepto Dei occidere propter peccata sua.

Iehu quomodo occiderit omnes sacerdotes Achab, cum infra dicatur, quòd occidit cultores Baal. Quæst. XVIII.

QVAERETVR vlterius, quomodo dicit hic,
ꝙ occidit Iehu omnes sacerdotes Achab: nam
infra dicitur qūo occiderit omnes cultores Baal.
Respondere potest vno modo, ꝙ istud dicitur hic
per anticipationem. s. ꝙ occisio sacerdotum nō fue
rit in

rit in Iezrahel, ſed in Samaria, quando conuocauit omnes cultores Baal, & tamen hic ponitur anticipatiuè, quia ſignificatur hic tota deſtructio domus Achab in progenie, & amicis, & quia ſacerdotes pertinebant ad amicos, & fautores ſuos, cum fauerent ei in criminibus, debuit poni de occiſione ſacerdotum. Aliter poteſt dici, ꝙ iſta occiſio ſacerdotū fuit diſtincta ab illa, quæ facta eſt in Samaria, ſcilicet, qa Achab habebat aliquos ſacerdotes, qui erant in Iezrahel, & iſtos occidit nunc Iehu: deinde quando fuit in Samaria conuocauit omnes cultores Baal in dolo, & occidit illos· hoc autem eſt verſimile, quia Iezabel habebat ſacerdotes nimis ſibi familiares, quia præcedenti. lib. cap. 18. dicitur, quòd erant quadringentiquinquaginta prophetæ Baal, & quadringenti prophetæ lucorum, & omnes iſti comedebant de menſa Iezabel; & nunc Iezabel erat in Iezrahel, quando venit illuc Iehu, ideo veriſimile eſt, ꝙ erant ibi multi de ſacerdotibus iſtis cum ea, & omnes iſtos occideret Iehu. Sed tunc obijcietur quòd non poterat poſtea fallere alios cultores Baal conuocando eos ad ſacrificium: quia cum ipſi ſcirēt occiſos alios ſacerdotes, venire nolent. Reſpondendum, quòd non obſtabat, quin venirent: quia iſtos ſacerdotes, qui erant in Iezrahel, non occidit Iehu, in qua erant ſacerdotes Baal, ſed in qua erant amici, & fautores Achab, & Iezabel, ſicut occidebantur omnes alij optimates, & amici Achab in Iezrahel: & ſic non formidarent alij cultores Baal venire ad ſacrificium, quod ſimulauit facere Iehu in ſamaria. Vterque modus teneri poteſt.

Cunque veniſſet, hic ponitur ſecundum huius. cap. ſcilicet, fratrum Ochoziæ regis Iudæ interfectio, & dicitur. *Cunque veniſſet ad cameram paſtorum in via*. Scilicet, ibat Iehu de Iezrahel in Samariam. Poſt occiſionem filiorum Achab, & in via erat camera paſtorum, ſcilicet, domus quædam, ad quam congregabantur multi paſtores, vbi tenebant quæ pertinebant ad eos, & declinabant illuc ad cibos, & ad quietem. *Inuenit fratres Ochoziæ regis Iuda*. Iam occiſus fuerat Ochozias rex Iuda à Iehu, præcedenti. cap. & tamen iſti fratres ſui neſciebant, ideo veniebant in terram Iſrael ad viſitandum filios Achab. *Dixitque ad eos, qui nam eſtis vos?* Non cognoſcebat eos Iehu, quia iſti morabantur in regno Iuda, & fortè nunquam viderat eos Iehu. *At illi reſponderunt: fratres Ochoziæ ſumus*. Non ſuſpicati ſunt ſe aliquid mali paſſuros propter confeſſionem iſtam, ſed potius putabant ſe honorandos in terra Iſrael, cum ipſi eſſent cognati regis Iſrael. *Et deſcendimus ad viſitandos filios regis, & filios reginæ*. Scilicet, deſcendimus ad videndum filios Achab, & Iezabel: nam Iezabel vocabatur adhuc regina, quia erat mater regis Ioram, & Achab licet mortuus vocabatur rex, & ipſe habebat ſeptuaginta filios in Samaria, vt patet ſupra in litera, ad quos viſitandos deſcendebant iſti fratres Ochoziæ regis Iuda. *Qui ait: comprehendite eos viuos*. Iuſſit eos comprehendi, quia volebat eos occidere. *Quos cum comprehendiſſent iugulauerunt eos in ciſterna*. Voluit Iehu occidere iſtos ſicut omnes amicos Achab, quia aliquo modo pertinebant ad domum Achab, vt infra dicetur, fuerunt iugulati in ciſterna, id eſt, in quodam puteo, vel fouea magna: nam ibi proiecta fuerunt cadauera eorum. *Iuxta cameram*. Iſta erat camera paſtorum, de qua dictum eſt. *Quadraginta, & duos viros*. Omnes iſti erant fratres, & filij, vel nepotes Ioram, quia reges tempore illo gignebant multos filios, nam accipiebant multas vxores, & concubinas. Sic enim patet de Dauid: nam poſtquam credidit ſe firmatum in regno accepit multas vxores, & concubinas ſuper eas, quas prius habebat, vt patet ſupra 2 lib. c. 5 & 2. Paralipom. 14. & genuit inde filios multos, vt patet ibidem 2. 1. Paralipom. 3. Sic etiam Achab rex Iſrael habebat ſeptuaginta filios in Samaria ſupra in litera. *Et non reliquit ex eis quenquam*. Scilicet, omnes iſtos quadraginta duos occidit, nulli enim eorum miſereri bonum putauit.

Quadragi[nta] duo fratres Ochoziæ reges Iudeæ occidū[n]tur.

Reges in... peri lege...

gnignebant multos filios.

Quomodo poterant iſti quadragintaduo, de quibus hic dicitur, eſſe fratres Ochoziæ regis Iuda, quia ille nullum habebat fratrem
Quæſt. XIX.

QVAERETVR, quomodo iſti quadragintaduo poterant eſſe fratres Ochoziȩ: nam videtur ꝙ nullum habebat fratrem: quia 2. Paralip. 21. dicitur, ꝙ omnes filij Ioram regis Iuda occiſi fuerunt ab hoſtibus Arabibus, & Philiſthinis, & relictus eſt minimus eorum, ſcilicet, Ioathas, ſiue Ochozias. Aliquis reſpondebit, ꝙ quāquam Ochozias minimus eſſet inter filios Ioram, quādo occiſi fuerunt fratres ſui, tamen poſtea Ioram genuit multos alios fratres illi Ochoziæ, & ſic Ochozias, qui erat prius minimus omnium fratrum ſuorum, eſſet maximus illorum. Sed dicendum, quòd hoc non ſtat, quia 2. Paralip. 22. dicitur, quòd mortuo Ioram viri Iuda conſtituerunt in regē Ochoziam minimum de filijs eius, quia omnes maiores occiderant Arabes: ergo videtur, quòd Ioram nō habuit aliquas filios poſtquam hoſtes occiderunt omnes filios eius: quia aliàs non diceretur, quòd conſtituerunt in regem Ochoziam minimum de filijs Ioram. Dicēdum eſt, quòd Ochozias nullum habebat fratrem maiorem, aut minorem ſe, quia aliàs non vocaretur ipſe minimus, & tamen iſti quadragintaduo non erant fratres eius, ſed filij fratrum eius: nam Ioram pater Ochoziæ habuit multos filios, & illi antequam occiderentur ab Arabibus genuerunt filios, & iſti manſuerunt nunc, erantque quadraginta duo, & vocantur fratres, id eſt, filij fratrum, & iſte modus loquendi ſæpè ſeruatur. Nam etiam 2. Paralipom. 22. apparet iſtud: nam ibi vocantur iſti fratres Ochoziæ filij, ſcilicet, cum euerteret Iehu domum Achab, inuenit principes Iuda, & filios fratrum Ochoziæ, qui miniſtrabant ei, & occidit illos.

Iſti fratres Ochoziæ quando ingreſſi ſunt terram Iſrael regnante Iehu. Quæſtio XX.

QVAERETVR vlterius, quomodo iſti fratres Ochoziȩ deſcendebant in terram Iſrael, cum Iehu regnaret, & occidiſſet regem Iſrael, & regem Iuda auunculum eorum, & omnes filios Achab. Reſpondendum, quòd omnia iſta ſubito facta ſunt, ita ꝙ prius conſummata ſunt, quàm ſciretur in regno Iuda: vnde oportet, quòd intra quatuor, vel quinque dies fierent. Nam Ochozias rex Iudȩ erat in Iezrahel cum Ioram rege Iſrael, & occiſus eſt à Iehu fugiendo, & ſerui ſui tulerunt cadauer eius in Ieruſalem, & tamen antequam ſciretur occiſum eſſe Ochoziam, inceperāt deſcendere iſti filij fratrum Ochoziæ in terram Iſrael, & deſcendebant per aliam viam, vnde non occurrerunt Ochoziȩ mortuo: nā alioquin reuerſi fuiſſent in terram ſuam. Et neſciebant occiſum eſſe Ioram regem Iſrael: quia tūc quoque timerent deſcenderen illuc. Deus autem fecit omnia iſta in breui finiri, vt non eſſet aliquod impedimentum, ſcilicet, venientibus regibus, vel populis propinquis in adiutoriū domus Achab: Deus quoque

que fecit, vt isti filij fratrum Ochoziæ descende-
rent eo tempore in terram Israel, vt caderent in
manu Iehu. Sic enim dicitur. 2. Paralipom. 22. de
Ochozia rege Iuda auunculo istorum: voluntatis
quippe fuit Dei aduersum Ochoziam, vt veniret
ad Ioram, & cum venisset, vt egrederetur cum eo
aduersus Iehu, quem Dominus vnxerat vt dele-
ret domum Achab.

Iehu an peccauerit occidendo istos fratres Ochoziæ.
Quæstio XXI.

QVAERETVR vlterius, an peccauit Iehu oc
cidendo filios fratrum Ochoziæ. Aliquis dicet,
quod peccauit, quia excessit mandatum Domini:
nam Deus solum iussit quòd deleret domū Achab:
isti tamen non erant de domo Achab, quia erant de
regno Iuda. Aliquis respondebit sicut supra diceba-
tur de amicis Achab, quòd licet non essent de co-
gnatione sua: tamen potuit eos licitè occidere A-
chab, quia peccatores erant, & non oportebat, quòd
ad hoc daretur ei mandatum Domini, quia sine mā
dato licebat ei agere. Sed dicendum, quòd hoc non
stat, quia amici, & familiares Achab erant de iurisdi
ctione Iehu, cum essent de regno Israel, ideo pote-
rat eos occidere pro peccatis suis: & tamen isti filij
fratrū Ochoziæ non erant de iurisdictione Iehu, cū
essēt de regno Iudę, & nō peccauissent in regno suo,
ideo dato ꝙ sciret eos peccatores, nō poterat eos oc
cidere, quia tunc non occideret tanquam iudex, sed
tanquam persona priuata, peccat tamē persona pri
uata occidendo quemcunque, etiam si sit reus mor
tis, nisi in quibusdam casibus specialibus, sicut se de-
fendendo, & in similibus: & tamen nullus istorum
erat nunc in Iehu, ideo peccaret occidendo istos fra
tres Ochoziæ. Dicendum, quòd non peccauit: nam
faciebat ista propter Deum ex magno zelo, vt patet
hic: ideo non poterat peccare. Patet, quia postquam
dicitur de occisione istorum, sequitur, quòd Iehu di
xit ad Ionadab filium Rechab: vide zelum meum
pro domino: ergo non pro se, sed pro Deo agebat. 2.
Patet, quia postquam omnia ista fecit Deus lauda-
uit ipsum nimis dicens: quia studiosè fecisti, quod re
ctū erat, & placebat in oculis meis omnia, quę erant
in corde meo fecisti. Si tamen peccasset occidendo
istos filios fratrum Ochoziæ, fuisset peccatum ma-
gnum in morte quadraginta duorum virorum de
semine: ideo non laudasset eum Deus, vel saltē non
laudasset eum absolutè, sed adiunxisset aliquid, per
quod Iehu in hoc appareret culpabilis, sicut dixit,
Apostolus Corinthijs, quos laudabat de multis bo-
nis operibus: & tamen repræhendebat de alijs, scili-
cet: laudo vos, sed in hoc nō laudo, infra ad Corint.
11. & tamen laudatus est Iehu absolutè: ergo nō pec
cauit in aliqua istorum. Dicendum igitur, ꝙ nō pec-
cauit Iehu, sed meruit occidendo istos fratres Ocho
ziæ: quia Deus inspirauerat ei, ꝙ occideret illos. Nā
licet non intelligerentur nomine domus Achab: ta
men Deus specialiter innuit ipsi Iehu, ꝙ occideret
illos: & hoc fortè fuit, quando vidit eos. Nam Deus
pulsauit cor eius, vt occideret ipsos. Aliquis poterat
dicere, ꝙ peccauit in hoc Iehu: quia non occidit il-
los, nisi vt regnum suum securius redderet: quia isti
erant cognati domus Achab, & timebat Iehu, ꝙ si
permitteret eos viuere, ipsi incitarent totum regnū
Iuda, & regna propinqua contra Iehu ad vltionem
auunculi sui Ochoziæ regis Iudæ, & cognatorū suo
rum filiorum Achab. Et poterant hoc facere, cum
essent de semine regio, & potissimè quia ad vnum
istorum videbatur pertinere regnum Iuda mortuo

F Ochozia, si non essent alij propinquiores. Istud satis
erat verisimile: & tamen poneretur tunc Iehu pec-
casse, quia agebat affectione propria: & tamē ipse di
xit, ꝙ agebat zelo Dei vt patet infra in litera. Etiam
Deus laudauit ipsum, & non laudasset, si peccaret in
hoc ideo dicendum, ꝙ Deus mouit ipsum: ad faciē-
dum hoc. Ad rationem in contrarium dicendum,
ꝙ non transgressus est mandatū Domini Iehu, quia
licet nomine domus Achab non intelligerētur isti
filij fratrum Ochoziæ: tamen Deus specialiter sibi
innuit, ꝙ occideret illos. Ad secundum dicendum,
ꝙ isti filij fratrum Ochoziæ erant de iurisdictione
Iehu: nam licet ordinariè nō pertinerent ad eius iu-
risdictionem, quia erant de alieno territorio, & nō
G sortiebantur forum sub ipso Iehu tanquam sub iu-
dice competenti ratione delicti, aut contractus, aut
rei, de qua ageretur, tamen Deus subiecit eos iuris-
dictioni Iehu, inquantum fecit Iehu executorem
contra eos. Sic enim patet de Moyse, qui non habe-
bat aliquam iurisdictionem ordinariam, vel delega
tam ab homine in terra Aegypti, & tamen ipse oc-
cidit Aegyptium, qui inferebat iniuriam Iudęo tan
quam iudex, vt patet Actuum. 7. scilicet: existima-
bat intelligere fratres suos, quoniam Deus per ma-
num ipsius daret salutem illis, at illi non intellexe-
runt: & sic putabat se constitutum à Deo iudicem
ad faciendum hoc, quanquam non esset iudex da-
tus ab hominibus: sic enim erat de Iehu, quem Deus
H vnxerat ad delendum istos peccatores.

Quare Deus voluit istos fratres occidi.
Quæstio XXII.

QVAERETVR vlterius, quare Deus fecit, ꝙ
occiderentur isti filij fratrum Ochoziæ. Respō-
dendum, quòd isti veniebant de domo Achab, quia
erant filij Athaliæ vxoris Ioram, scilicet, nepotes
eius, & consentiebant delictis domus Achab, & ipsi
sequebantur viam illam: ideo iustum erat, quòd pe-
rirent cum domo Achab. Patet hoc de Ochozia
auunculo eorum: nā ipse instinctu matris suæ Ath-
alię secutus est viam domus Achab: & dicitur quòd
I viri de domo Achab fuerunt consiliarij eius ad in-
teritum suum, & sequitur, quòd voluntatis Domi-
ni fuit, vt descenderet ad videndum Ioram regem
Israel, & simul cum eo occideretur à Iehu. 2. Parali-
pom. 22 sed isti filij fratrum Ochozię secuti sunt eo-
dem modo vias domus Achab, ideo verisimile est,
quòd Deus vellet, quòd occiderentur à Iehu. Quòd
autem isti sequerentur viam domus Achab, patet:
quia magna familiaritate erant coniuncti filijs A-
chab: nunc descendebant ad salutandos filios regis,
& reginæ, idest, Achab & Iezabel, vt dictum est: & si-
cut Deus inclinauit Ochoziam, vt descenderet ad
videndum Ioram regem Israel, & occideretur cum
eo, quia sequebatur viam domus Achab; ita Deus
K inclinauit istos ad descendendum ad vidēdos filios
regis Achab, vt occiderentur, sicut illi. *Cunque abisset
inde inuenit Ionadab filium Rechab in occursum suum.* Scili-
cet, postquam fecit occidi istos filios fratrum Ocho
zię apud Cameram pastorum inuenit Ionadab filiū
Rechab venientem in occursum suum. *Et benedixit
ei.* Idest, salutauit eum verbis bonis, dicens: Deus
benedicat tibi: vel bona tibi eueniant: sic dicitur, ꝙ
Iacob stans coram Pharaone benedixit illi, idest, im
precatus est ei bona, Gen. 47. *Et ait ad eum: nunquid est
cor tuum rectum, sicut cor meum cum corde tuo?* Idest, nun-
quid diligis me ex corde tuo, sicut ego diligo te? *Et
ait Ionadab, est.* Idest, dixit cor meum est rectum cum
corde tuo, sicut cor tuum cum corde meo. *Si est in-
quit*

Iehu confœderauit cum Ionadab.

quit, da manum tuã. Istud dixit Iehu, scilicet, si est, idest, si cor tuum rectum est cum corde meo, da manum tuam. Istud fiebat ad quandam confirmationem amicitiarum: quia homines solent dare sibi dextras ad confirmandas promissiones, & sic fit in omnibus fœderibus, & in iungendo matrimonium: In Hebræo dicitur. *Da manus tuas*. Litera nostra noluit ponere plurale, quia non erat verisimile quòd vtrãque manum daret, sed alteram tantum: nam in fęderibus contrahendis non datur nisi vna manus. Etiam infra in litera dicitur, secundum hebræos, & secundum nos, qui dedit ei manum suam: ideo posuit hic Hieronymus: da manum tuam: litera tamen hebraica, quia est barbara confundit numeros. *Qui dedit ei manum suam*. Scilicet, Ionadab dedit manum suam Iehu. Petiuit autem illam Iehu propter duo: primo ad contrahendum fędus: secundò ad leuandum eum in curru: nam immediatè dicitur, quòd leuauit eum in currum suum: principalè tamen fuit ad contrahendum fedus. *At ille leuauit eum ad se in curru.* Scilicet, Iehu ibat in curru sicut rex: & quia diligebat nimis Ionadab leuauit eum in curru, vt ambo irent in curru vsque in Samariam. *Dixitque ad eum: veni mecum, & vide zelum meum pro domino.* Dicebat hoc Iehu, quia ibat ad occidendum omnes sacerdotes Baal, & cultores eius in Samariam, & iste erat magnus zelus Dei etiam ad delendum domus Achab, quę residua erat, & volebat, quòd Ionadab, qui erat vir bonus videret omnia ista, quæ ipse faciebat. *Et impositum currui suo duxit in Samariam.* Scilicet, inuenit Iehu Ionadab in via Samariæ, & vnxit eum illuc in curru. *Et percussit omnes, qui reliqui fuerant de Achab in Samaria.* Scilicet, occidit omnes quotquot inuenit in Samaria pertinentes ad Achab. Istud non intelligitur de progenie: quia filij Achab septuaginta, qui in Samaria erant, iam occisi fuerant, vt patet supra, sed isti fuerunt amici, & optimates Achab, & aliqui cognati eius, qui dicuntur relicti de Achab. Sic enim fecerat in Iezrahel: nam occidit omnes optimates, & notos, & sacerdotes Achab, vt patet supra in litera. *Vsque ad vnum.* Idest, omnes occidit ita, vt nec relinqueretur vnus: In Hebræo dicitur, vsq; ad destruendum, idest, occidit omnes vsquequo essent omnino destructi: non enim vocatur destructio, nisi quando omnia perierunt, & idem est vsque ad destructionem, vel vsque ad vnum. *Iuxta verbum Domini, quod locutus est per Eliam.* Scilicet, factum est hoc sicut locutus fuerat Elias: nam dixit Elias, quòd non relinqueretur de Achab mingens ad parietem: præcedenti lib. cap. 21. & ita factum est.

Ionadab iste filius Rechab quis fuit. *Quæst. XXIII.*

QVAERETVR, quis erat iste Ionadab filius Rechab, & quare Iehu eum eleuauit in currũ suum. Respondendum, quòd iste Ionadab erat vir religiosus valde inter Israelitas, & habens magnum zelum ad Deum: nam ipse inuenit quendam modum segregationis à vita communi inter Israelitas, scilicet, quòd iussit filijs suis, quòd nunquam biberent vinum ipsi, & filij filiorum suorum vsque in æternum, & vxores suæ, & nunquam ædificarent aliquam domum ad habitandum, nec habitarent in domibus, sed in tabernaculis, siue tentorijs portatilibus, & quòd nunquam sererent sementem, nec plantarent vineam, & hoc iussit eis ad maiorem cultum Dei, vt sic Deus multiplicaret vitam eorum, & hoc prius obseruauit ipse Ionadab, & filij sui postea seruauerunt: vnde Ieremias ex mandato

Quæ erat vita Rechabitarum.

A Domini dedit eis vinum, sed bibere noluerunt, dicentes se tenere præceptum patris sui Ionadab, & Deus laudauit eos. Habitabant autem isti semper extra vrbes. Tempore tamen, quo Nabuchodonosor inuasit terram Iuda, ingressi sunt à facie eius in Ierusalem. De his omnibus Ierem. 35. Et iste Ionadab tenebat nunc vitam, quam iusserat filijs suis tenere: ideo manebat extra vrbes, & sic inuenit ipsum nunc Iehu in via cum iret in Samariam, & quia erat famosus sanctitate inter omnes Israelitas, voluit eum Iehu honorare nimis ponendo in curru suo, & fecit hoc ad ostendendum facta sua à Deo esse, quia vir sanctissimus totius Israel ibat tunc cum eo fauens, & dirigens eum in his, & sic dixit

Quare Iehu voluit eum accipere i curru suo.

B Iehu ad Ionadab vide zelum meum pro Domino.

Congregauit. Hic ponitur tertium huius partis, scilicet, sacerdotum Baal artificiosa comprehensio, & exterminatio, & dicitur. *Congregauit ergo Iehu omnem populum.* Intelligitur de populo Samariæ: quia non congregauit ad hoc totum Israel, sed solos Samaritas, in quorum vrbe erat. *Et dixit ad eos, Achab coluit Baal parum.* Istud dicebat Iehu dolosè, quia non intendebat ipse colere Baal, sed occidere cultores Baal, & quia non poterat occidere eos, nisi cognosceret, voluit cognoscere vocando illos ad faciendum sacrificium, & sic posset occidere ipsos. *Ego autem colam eum amplius.* Nimis coluerat Achab ipsum Baal, & tamen dicebat Iehu, quòd coluerat parum ad significandum, quòd ipse vellet

C eum colere nimis, Achab tamen coluerat illum nimis, quia ipse nouiter ædificauit ei templum in Samaria, & lucum præcedenti lib. cap 17. Et ante hoc nunquam habuerat templum in toto Israel. Etiam Achab multiplicauit sacerdotes eius: nam omnia alia idola terræ Israel simul habebant solum quadringentos prophetas, qui vocabantur prophetæ lucorum, & tamen solus Baal habebat quadringentos, & quinquaginta prophetas, eod. lib. ca. 18. *Nunc igitur omnes prophetas Baal, & vniuersos seruos eius, & cunctos sacerdotes illius vocate ad me.* Tria genera cultorum habebat Baal, quidam erant, qui offerebant sacrificia, & vocabantur sacerdotes. Alij erant, qui præ-

D nunciabant occulta ex parte eius, & vocantur prophetæ. Alij erant, qui solum colebant eum offerendo animalia ad hoc, quòd fierent sacrificia, & orabant ad ipsum, & flectebant genua sua coram eo, & isti vocantur serui eius. *Nullus sit, qui non veniat.* Scilicet, de istis tribus generibus cultorum Baal nullus sit, qui non veniat ad sacrificium solennitatis huius. *Sacrificium enim mihi est grande Baal.* Idest, ego volo facere sacrificium magnum Baal, ideo volo, ꝙ omnes veniant ad solennitatem istam, vt honorabilius fiat. *Quicunque defuerit, non viuet.* Idest, si quis defecerit de cultoribus Baal, occidetur: hoc dicebat Iehu, vt metu pęnę omnes venirent: nam licet aliqui vellẽt

E se occultare, non possent: quia alij cultores Baal cognoscebant eos, & proderent eos regi, & occiderentur. *Porro Iehu faciebat hoc insidiosè, vt disperderet cultores Baal* q.d licet Iehu ista diceret, non intendebat colere Baal, sed occidere cultores eius, sicut postea fecit. *Et dixit: sanctificate diem solennem Baal.* Idest, assignate vnum diem, in quo sit solemnitas magna Baal, & esset iste aliquis dies, in quo possent venire omnes serui Baal de tota terra Israel. *Vocauitque, & misit in vniuersos terminos Israel.* Scilicet, vocauit nuncios, & misit eos ad omnes terminos Israel, vt denunciarent ibi, ꝙ Iehu uolebat facere festiuitatem magnam Baal, ideo ꝙ omnes conuenirent. *Et venerunt omnes serui Baal.* Putabant enim ꝙ rex non diceret ista insidiosè, sed quòd verè vellet colere Baal, sicut coluerat Achab.

Artificiosa congregatio cultorũ Baal.

Achab. *Non fuit residuus, nec vnus quidem, qui non veniret.* Scilicet, in toto Israel, non remāsit nec vnus de cultoribus Baal, qui non veniret, sed cum magno desiderio venerunt omnes ad solennitatem magnam Baal. *Et ingressi sunt templum Baal.* Istud templum erat in Samaria, quia ibi ædificauerat illud Achab, præcedenti lib. ca. 17. fecerat etiam lucum apud ipsum, vt patet ibidem. *Et repleta est domus Baal à summo vsque ad summum.* Erant enim multi cultores Baal, qui conuenerant ad solennitatem, ideo vix capiebat eos domus magna Baal. *Dixitque his, qui erant super vestes.* Isti erant officiales Iehu, scilicet, thesaurarij eius, qui tenebant vestes: nam fecerat Iehu vestes pro istis ministris Baal, vel forte erant istæ de vestibus, quas dabat seruis suis, & tamen voluit eas nunc dare Baal cultoribus: In hebræo dicitur. *His, qui erant super vestem.* Sed modus improprius loquendi est, ideo litera nostra dixit, vestes: nam non erat vnica vestis, sed multæ cum iusserit dari vestes omnibus seruis Baal. *Proferte vestimenta omnibus seruis Baal.* Idest, date vestem pro quolibet illorum. *Et protulerunt eis vestes.* Iam enim parauerat Iehu ista, vt faciliter posset exequi, quod volebat contra cultores Baal.

Iehu an peccauerit occidendo cultores Baal. Quæstio XXIIII.

QVAERETVR, an peccauit Iehu occidendo cultores Baal. Aliquis dicent, quòd sic, quia nō acceperat hoc in mandatis à Deo, & tamen ipse erat executor eius, ideo non debebat excedere formam mandati. Respondendum, quòd non peccauit Iehu, sed valde meruit occidendo cultores Baal, quia nihil magis repugnabat Deo, quàm cultus idolorum, & inter idola nullum erat temporibus Iehu, cuius cultus magis præiudicaret cultui Dei, quàm cultus Baal, eo quòd nullum idolum erat, cuius cultus tacitum nunc increuisset sicut Baal: & hoc fuerat propter Iezabel, vt declaratum est præcedenti lib. cap. 17. & 18. ideo occidere cultores illius valde erat laudabile: nam sic Iosias laudatus est nimis, quia occidit sacerdotes excelsorum, & combusit ossa ipsorum super altaria, infra 23. competebat autem hoc Iehu ex officio, quia erat rex, & rex debebat punire delinquentes in regno suo: ideo nō oportuit, quòd haberet speciale mandatum à Deo ad occidendum cultores Baal: quia sufficiebat mandatū generale datum in lege, Deuteron. 13. & 17. de occidendo cultores idolorum. Secundo patet, quia faciebat Iehu istud ex magno zelo Dei, vt patet supra in litera, & tamen quod fit ex zelo Dei, laudabile est. Tertio patet, quia Deus laudauit nimis Iehu, quia fecerat omnia ista, & tamen non laudasset, si peccasset in hoc. Ad rationem in contrarium dicendum, quòd non excessit Iehu formam mandati: quia non requirebatur ad hoc aliquod mandatum speciale, cùm secundum legem teneretur ad hoc.

An Iehu peccauit occidendo dolosè istos cultores Baal, & mentiendo. Quæstio XXV.

QVAERETVR vlterius, an peccauit Iehu, quia dolosè occidit istos cultores Baal: aliquis dicet, quòd sic, quia ad hoc quòd bene agatur non solum requiritur, quòd quis iustum agat, sed etiam, quòd iustè illud agat, ut patet Deuter. 16. scilicet: iustè quod iustum est persequeris, & tamen occidit Iehu insidiosè cultores Baal, ut patet supra in litera, scilicet: porro Iehu faciebat hoc insidiosè, ut disperderet cultores Baal, ergo peccabat, licet bonum age-

F ret. Respondendum est, quòd non peccauit, quia siue peccaret Iehu agendo malum, siue agendo malè, peccatum esset, & Deus non laudaret factum suum, & tamen laudauit Deus: ergo non peccauit faciendo istud. Nec obstat, quòd faceret hoc Iehu insidiosè, quia iudices diligenter debent se habere cōtra malefactores, ut possint eorum peccata cognoscere, & si non se habent diligenter peccant, quia euadent crimina impunita: ita nunc, si Iehu artificiosè non inquisiuisset cultores Baal, nullus eorum veniret, quia putarent, quòd vocabat eos ad occidendum, sicut occidebat totam progeniem Achab: meruit ergo artificiosè inquirendo illos: ideo non peccabat propter istam artificiositatem. Sic etiam pa-

G tet, quia in bello iusto licitum est poni insidias, vt patet Iosue. 8. & supra 2. lib. cap. 5. ita ergo cum iustè deberent occidi cultores Baal, poterant poni insidiæ ad occidendum eos. Item patet, quia non facit alteri iniuriam, qui iure suo vtitur, & tamen iudex inquirendo malefactores prudentius, quàm potuerit non facit iniuriam alicui, cum à iure sit sibi impositum, ergo non peccat.

Ad rationem in contrarium dicendum, verum esse, quòd requiritur, quòd bonum, & bene agatur ad hoc quòd aliquis non peccet, & tamen hic faciēdo insidiosè bene agebat: quia istæ insidiæ sunt permissæ imò impositæ de iure iudicibus ad exequendum officium suum, ideo non peccabat.

H *Iehu an peccauerit mentiendo, quia dixit, quòd vellet colere Baal. Quæstio XXVI.*

QVAERETVR vlterius, an peccauit Iehu, quia mentitus est hic, dicens se velle colere Baal plus quàm coluerat Achab, & quòd sacrificium magnum facere volebat ipsi Baal, & tamen nolebat aliquid agere.

Respondendum, quòd non peccauit mortaliter Iehu in isto mendacio, sed potius Deum coluit occidendo prophetas Baal. Per istud mendacium, quā si non mentitus fuisset, & noluisset occidere prophetas Baal: fuit autem peccatum veniale, quia fuit mendacium officiosum.

I Sed aliquis dicet, quòd melius fuisset ipsi Iehu nō mentiri, & non occidere prophetas Baal, quàm mētiri, & occidere: quia cum iste actus esset peccatum veniale saltem non poterat mereri per illum.

Respondendum, quòd in peccato veniali non meretur aliquis, sed potius demeretur, & tamen hic fuerunt multi actus distincti, scilicet, velle occidere prophetas Baal propter Deum, & velle occidere eos mentiendo, & occidere eos realiter. Primus actus erat valde meritorius, quia nimis placebat Deo occisio idolatrarum: potissimè quia ex magno zelo mouebatur Iehu ad occidendum istos idolatras, sicut dixit ad Ionadab, vide zelum meum pro domino. Secundus actus erat peccatum veniale, scilicet, mendacium officiosum. Tertius actus erat valde

K meritorius, qui erat executio iustitiæ. Duo ergo actus fuerunt hic, qui per se placuerunt Deo nimis: secundus verò actus, qui est medius inter eos, aliquo modo displicuit, sed non omnino: quia non fuit mortalis, sed venialis: ideo cum essent hic tres actus distincti benè stat, quia per duos eorum meretur Iehu, & per vnum eorum demeretur venialiter: simpliciter tamen fuit mereri: quia meritum fuit maius, quàm demeritum: si tamen esset vnicus actus, in quo esset peccatū veniale, imposibile erat per illum mereri vitam æternam.

Sed adhuc obijcietur, quòd Iehu peccauerit mortali-

taliter,quia hic fuit mendacium perniciosum:Nam in damnum cultorum Baal fuit istud: nam non occidisset illos Iehu, nisi mentitus fuisset, & per istud mendacium occidit illos. Respondendum,quòd nō fuit mendacium perniciosum, quia non mentitus est Iehu in præiudicium alicuius,sed potius in fauorem Dei. Nā quòd ipse occideret cultores Baal quocunq; modo posset pertinebat ad eum de iure, quia erat iudex, & cultores Baal merebantur de iure occidi: ideo quidquid ageret Iehu ad occidendum illos,non dicebatur præiudicare eis:erat autem in fauorem Dei, quia occisis illis,magis Deus coleretur, quàm non occidendo ipsos, ideo mendacium officiosum fuit, sed istud non est peccatum mortale,& per hoc patet ad rationem in contrarium.

An fuerint occisi omnes cultores Baal, vel tantum sacerdotes. Quæstio XXVII.

QVAERETVR vlterius, an Iehu occidit omnes cultores Baal, qui erant in terra Israel, vel aliquos eorum solum, scilicet, sacerdotes. Aliquis dicet, quòd solum occisi fuerunt sacerdotes, quod patet:quia omnes,qui occisi fuerunt,erant intra tēplum Baal in Samaria: & tamen si omnes,qui in Israel colebant Baal venissent,non caperentur in vno templo,nec forte in decem: ergo solum fuerunt sacerdotes, vel principales cultores. Secundò patet, quia Iehu vocauit cultores Baal dicens, quòd volebat facere sacrificium magnum Baal:& tamen ad faciendum sacrificium non requirebantur nisi sacerdotes, ergo solum illos vocauit. Tertiò patet, quia si omnes cultores Baal venissent, oportebat, quòd in toto Israel ferè nulli manerent, qui non venirēt: quia in toto Israel non erant,nisi 7. millia virorum non colentium Baal sicut dixit Deus, quando Elias dixit: relictus sum solus, & quærunt animam meā, & Deus respondit: reliqui mihi 7. millia virorum, qui non curuauerunt genua sua coram,Baal,præcedenti. lib. cap. 19. Sed certum est, quòd totus Israel non posset capi in vno templo:quia essent plus,quā millies millia: ergo non venerunt omnes cultores Baal. Quartò patet, quia cultores Baal non solum erant viri, sed etiam fęminę: & tamen hic non fit mentio de occisione alicuius nisi virorum. Quintò patet, quia Iehu dixit, quòd darentur vestes omnibus cultoribus Baal, & tamen vestes non dabantur, nisi ad ministrādum,ergo videtur, quòd omnes isti, qui venerant, erant sacerdotes, qui deberent ministrare: cæteri verò populares,qui non ministrabant, sed adorabant Baal, non vocati sunt, nec expediebat, quia occisis omnibus sacerdotibus, & ministris Baal, cessarent populares colere Baal.

Quarta. Quinta.

In contrarium videtur, quòd omnes cultores Baal venerunt siue sacerdotes, siue non sacerdotes, ita vt nullus maneret in toto Israel, qui non veniret de eis. Primo patet,quia volebat Iehu vindicare peccatum cultus Baal, & tamen non solum peccauerant sacerdotes faciendo sacrificia,sed etiam non sacerdotes adorando: Ideo omnes vocaret ad occidendum. Secundo patet, quia dicitur hic: nunc igitur vocate ad me omnes prophetas Baal,& vniuersos seruos eius, & cunctos sacerdotes: ergo videtur, quòd non fuerint vocati soli sacerdotes, sed omne genus cultorum. Tertiò patet,quia dicitur in litera: & venerunt cuncti serui Baal,non fuit residuus,nec vnus quidem,qui non veniret: ergo non solum intelligitur de sacerdotibus,sed de omnibus. Respondendum, quòd vtraque pars potest sustentari, & est satis rationabilis.Dicendum tamen videtur potius,

A quòd omnes cultores Baal,siue sacerdotes,siue non sacerdotes occisi fuerint. Ad rationem primam in cōtrarium dicendum,quòd templum illud, in quo adorabatur Baal,erat valde magnum,& poterāt ibi capi omnes cultores Baal:nam Achab fecerat templum illud magnificum valde propter vxorem suā Iezabhel,præcedenti.lib.ca.17. & apparet hoc verisimile: nam in Israel licet ferè omnes essēt idolatrę, non tamen omnes colebant Baal, sed quidam colebāt vnum deum,& alij alium,quod patet,quia pręter prophetas Baal erant prophetæ lucorum in Israel præcedenti.lib.cap.18.& sic fortè parua pars Israelitarum coleret Baal & posset capi intra templū istud. Ad secundum dicendum, quòd vocauit Iehu ad sacrificium,& tamen non solum erant necessarij sacerdotes,sed etiam quicunque alij populares cultores Baal,quia ad solennitatem alicuius festiuitatis non solum requiritur abundantia ministrorum facientium cęremonias,sed etiam multitudo populi astantis: quia solum ministri non solemnizant festum,& tamē Iehu voluit facere solemnitatem magnam, ideo nō solum debuit vocare sacerdotes,sed etiam alios. Patet hoc,quia dixit:nunc igitur,omnes prophetas Baal,& vniuersos eius seruos, & cunctos sacerdotes ipsius vocate ad me. Ad tertium dicendum,quòd totus Israel,aut saltem medietas eius nō poterat capi in templo isto, & tamen nō oportuit, quòd veniret totus Israel, nec medietas, quia non omnes colebant Baal. Et quando dicitur, quòd solum manebant in Israel septē millia virorum, quorum non erant genua curuata coram Baal,dicendū quòd istud verum fuit tempore Achab, & Iezabel, quando erat magna persecutio cultorum Dei in Israel: quia Iezabhel occidebat omnes ꝓphetas Dei, vt colerent Baal: & tunc totus Israel ferè colebat Baal propter timorem Iezabhel,ne occiderentur in tantum,quòd credebat Elias,quòd nullus manserat de seruis Domini, nisi ipse etiam ipsum uolebat occidere Iezabel præcedenti lib.ca.19. ideo fugit Elias à facie eius, & ait ad Dominum:relictus sum solus, & quęrunt animam meam,& tunc dixit Deus: reliqui mihi.7.millia uirorum, quorum genua nō sunt curuata coram Baal: & tamē postea cessauit ista uiolentia,quæ fiebat populo,ut coleret Baal: nam tempore Ioram regis Israel filij Achab non solum non cogebatur populus ad colendum Baal, sed etiam ipse abstulit cultum Baal,ut patet sup.3.ca.tulit enim statuas Baal,quas fecerat pater eius,& sic cessauit populus à cultu Baal, & rarissimi erant iam cultores eius,ideo nunc potuit tota multitudo cultorum Baal capi intra templum istud. Ad quartum dicendum, quòd quanquam non fiat hic mentio, an aliquæ fœminæ occisæ fuerunt: tamen poterant occidi aliquæ, quia hoc non negatur. Vel potest dici, quòd solum misit Iehu ad vocandum uiros cultores Baal, & illi soli venerunt, & quanquam essent aliquæ fæminæ non venerunt, & quando dicitur, quòd omnes cultores Baal venerunt, nec remansit vnus,qui non veniret,intelligitur de viris,& illi soli occisi sunt. Ad quintum, cum dicitur, quòd datæ sunt vestes omnibus seruis Baal, & tamen illæ erant ad ministrandum, ergo omnes erant sacerdotes; dicendum, quòd vestes datæ fuerunt omnibus: tamen non erant ad ministrandum,sed propter aliā causam, sicut infra declarabitur.

Ad secundum. (B) Ad tertiū. (C) (D) Ad quartum. (E) Ad quintum.

Si autem aliquis vellet tenere, quòd non fuerunt vocati hic,nisi ministri Baal,scilicet, sacerdotes,potest respondere ad rationes in contrarium. Ad primam cùm dicitur, quòd non solum peccauerant sacerdotes ministrando,sed etiam populus colendo

Baal:

Baal: dicendum, quòd licet omnes mererentur mortem, tamen sacerdotes erant principales, & prophetæ: quia ipsi inducebant populum, & eis occisis populus non coleret vltra Baal, ideo voluit solum ipsos sacerdotes occidere Iehu:

A secundum dicendum, quòd solum fuerunt vocati sacerdotes, & prophetæ, & quãdo dicitur, quòd vocati sunt etiam omnes cultores Baal, dicendum, quòd ibi vocantur serui Baal illi, qui non erant sacerdotes, & tamen ministrabant sacerdotibus in sacrificijs, & isti aliquo modo pertinēt ad sacerdotes.

Ad tertium dicendum, quòd omnes venerunt, & non fuit residuus, nec vnus, qui non veniret, scilicet, de ministris Baal; & tamen de alijs cultoribus multi fuerunt, qui non venerunt. Dicendum tamen quòd verior est alia positio, scilicet, quòd omnes cultores tam sacerdotes, quàm non sacerdotes venerunt: quia ista magis consonat literæ, quæ dicit vocatos fuisse sacerdotes, & prophetas, & omnes seruos Baal.

Iehu quare dedit vestes omnibus seruis Baal. Quæstio X X V I I I.

QVAERETVR vlterius, quare Iehu vedit vestes omnibus seruis Baal.

Aliquis dicet, quòd omnes illi erant ministri sacrificiorum, & ministri semper induuntur vestibus sacris ad ministrandum, & non eis, quibus vtuntur aliàs. Sed dicendum, quòd hoc non stat, quia vestes dantur ministrantibus ad ministrandum: & tamen non erant omnes isti ministri Baal, vt declaratum est præcedenti. quæst. & datæ sunt omnibus eis vestes, ergo non fuerunt datæ ad ministrandum.

Aliquis dicet, quòd datæ sunt ad cognoscendum cultores Baal, quia volebat Iehu cognoscere omnes seruos Baal, vt occideret illos, & quia poterat inter eos occidere aliquem de seruis Dei, dedit omnibus vestes eiusdem figuræ, & coloris, vt cognoscerentur, & occiderentur ipsi soli. Sed videtur, quòd non stat: quia cognitio seruorum Baal non debebat fieri per vestes, sed per hoc, quòd ingrediebantur in templum Baal, scilicet, quòd omnes, qui ingrederentur in templum Baal, haberētur pro cultoribus eius. Quod patet, quia postquam ingressi fuerunt isti in templum Baal, introiuit illuc Iehu, & dixit: perquirite, & videte, ne quis forte vobiscum sit de seruis Domini, sed vt sint soli serui Baal: si tamen vestes datæ fuissent ad cognitionem, non fieret alia inquisitio, an essent aliqui serui Domini cum seruis Baal.

Item non sufficiebant vestes ad cognitionem istã: quia postquam introierunt serui Baal ad colēdum Baal, iussit Iehu militibus suis ingredi in templum ad occidendum omnes, qui intus erant: & tamen si vestes fuissent datæ ad cognitionem, potuisset quilibet exuere se veste data, & sic non cognosceretur, an esset seruus Baal: vel illi milites, qui ex impetu trucidabãt quos in templo inueniebant, non poterant conuenienter aduertere, an haberent vestes, per quas cognoscerentur esse serui Baal, vel non, ideo nō debuit dari aliquid ad cognitionem istam, nisi quòd ingredientes in templum Baal occiderentur, & hoc stabat benè: quia prius dicebatur eis, ꝙ nullus illuc intraret, nisi de seruis Baal.

Dicendum ergo, quòd vestes istæ fuerunt datę solum ad incitandum cultores Baal, vt omnes introirent. Nam cum viderent, quòd Iehu iubebat omnibus cultoribus Baal introire, & quòd nulli alij ingrederentur, poterant aliqui de illis suspicari ma-

F lum, & recusarent ingredi, vt ergo non recusarent, nec suspicarentur aliquid, iussit eis dari vestes, vt sic putarent, quòd rex ex magna deuotione, quam habebat ad Baal, fauebat cultoribus eius nimis, ita vt daret eis vestes.

Cultores Baal quomodo nunc sic congregati sunt, vt nec vnus deficeret. Quæstio X X I X.

QVAERETVR vlterius, quomodo nunc factum est, quòd omnes cultores Baal uenirent, ita ut nec unus eorum deficeret.

Respondendum, quòd hoc fuit propter multa. Primo, quia cultores Baal desiderabant nimis colere
G ipsum: ideo cum nunc daretur eis opportunitas, voluerũt colere. Fuit autem opportunitas, quia nō suspicabantur aliquod malum sibi infligendum propter istum cultum. Secundum fuit, quia multum tempus erat. ex quo Baal non fuerat cultus in terra, scilicet, 12. anni: ideo cultores eius desiderabant iam colere ipsum. Patet hoc: nam tempore Achab fuit nimis cultus Baal, & postea mortuo eo, cùm cæpit regnare Ioram filius eius interdixit cultum Baal: nam abstulit statuas eius, ut patet supra 3. regnauerat autem Ioram 12. annis eo. ca. 2. supra 8. ideo in toto illo tempore Israelitæ non coluerant Baal, & sic iam desiderabant eum colere, & præ desiderio omnes iuerunt. Tertium fuit, quia putauerunt in
H hoc se regi placituros, cum ipse significaret se desiderare colere Baal plus quàm coluerat eum Achab, & tamen Achab, & Iezabel benè faciebant cultoribus Baal: nam ipsa Iezabel dabat de mēsa sua cibos omnibus prophetis Baal, præcedenti lib. ca. 18. ideo putauerunt nunc cultores Baal, quod adhuc plus benefaceret ei Iehu, quàm benè fecerat Achab, & sic incæpit facere: quia omnibus illis dedit uestes: ut patet in litera, ideo omnes uenerunt. Quartum fuit timor mortis: quia timuerunt cultores Baal, quòd si non uenirent, occiderentur, cum dixisset rex: quicunque defuerit non uiuet: & dato, quòd aliquis uellet se occultare, non posset: quia alij cultores Baal eum proderent regi, ideo istud impulit eos nimis.
I Quintum fuit uoluntas Domini, quia uoluit, quòd occiderentur omnes isti cultores idolorum, & ad hoc posuit eis desiderium, quòd uenirent ad festum Baal, & occiderentur ibi: nam Deus inquirit occasiones contra homines, quando mali sunt ad occidendum eos: sic patet Iud. 14. de Samsone, qui petiuit uxorem de Philisthinis: quia Deus mouebat eum ad istud, ut habendo uxorem de Philisthinis haberet iurgia contra ipsos, & occideret eos, & sic compleretur uoluntas Dei in eis: ideo cum nolent parentes dare Samsoni uxorem de Philisthinis: dicit litera: parentes autem eius nesciebant, quòd res à Domino fieret, & quæreret occasiones contra Philisthijm. Sic enim Deus uolebat, quòd amor-
K rei occiderentur à Iosue: ideo indurauit cor eorum, ut non peterent ueniam ab Israelitis, & sic morerentur in manibus ipsorum, Iosue. 11. scilicet: Domini enim sententiæ fuerat, ut indurarentur corda eorum, ut pugnarent contra Israel, & caderent, & non mererentur ullam clementiam, ac perirent: sic etiam fuit hic in Ochozia rege Iuda: nam uoluntatis Domini fuit, ut descenderet ad uidendum Ioram regem Israel, & occiderentur cum eo à Iehu. 2. Paralipom. 22. ita ergo uellet Deus de istis, quòd omnes uenirent nunc ad festiuitatem istam, & occiderentur, & ad hoc stimularet corda eorum. *Ingressusque Iehu, & Ionadab filius Rechab templum Baal, ait cultoribus Baal.* Iehu, & Ionadab soli ingressi sunt, quia

A quia Ionadab erat magnæ reuerentiæ in conspectu Achab propter sanctitatem suam: nam ipsum solum posuit in curru suo secum, duxitque in Samariam, supra in litera: & sic ipse ingrediebatur nunc cum rege: solus tamen Iehu locutus est. *Perquirite, & videte, ne quis fortè vobiscum sit de seruis Domini, sed vt sint soli serui Baal.* Dixit hoc Iehu, vt nullus maneret de seruis Domini inter cultores Baal, nec occideretur cum eis: & tunc nihil suspicati sunt cultores Baal, sed putauerũt, quòd dicebatur hoc propter dignitatem suam, scilicet, quòd non erat dignum, quòd aliquis esset cum cultoribus Baal, qui non coleret ipsum. *Ingressi sunt igitur, vt facerent victimas, & holocausta.* Subintelligendum, quòd dederat eis Iehu animalia ad faciendum sacrificia: quia B ipse dixerat: sacrificium mihi grande est Baal, supra in litera. victimæ, & holocausta sunt diuersa genera sacrificiorum, quia in holocaustis totum animal cremabatur præter pellem, Leuitici primo. Victimæ autem erant sacrificia pacifica, vel pro peccato, quorum partem comedebant ipsi sacerdotes, & partem comedebant offerentes, Leuitici sexto, & septimo. Et vtrunque genus sacrificij fecerunt nũc isti cultores Baal propter honorem festiuitatis magnæ. *Iehu autem præparauerat sibi foris octoginta viros.* Isti erant viri armati ad occidendum totam illam multitudinem: nam omnes, qui erant intus erant inermes, ideo à paucis armatis occidi poterant, præ C sertim, quia non poterant fugere, clausa porta templi, & dixerat eis. *Quicunque fugerit de omnibus his, quos ego adduxero in manus vestras.* Hoc dixerat Iehu ipsis armatis antequam venirent cultores Baal: ideo dixit: quos ego adduxero in manus vestras, quasi dicat, quod nondum adduxerat, & ponendo illos intra templum Baal dicebatur tradere in manus illorum. *Anima eius erit pro anima illius.* Idest, pro quocunque fugiente, ego occidam vos: sic enim dixit Dominus ad Achab: quia dimisisti virum dignum morte, erit anima tua pro anima eius, præcedenti libro, cap. vigesimo. *Factum est autem cum completum esset holocaustum.* Non iussit Iehu occidi istos illico, vt intrauerũt in templum Baal, nec etiam iussit ex- D pectari vsquequo finirent cæremonias suas, sed fecit, quòd expectaretur vsquequo finiretur holocaustum, & tamen ipsi facturi erant holocaustum, & victimas. *Præcepit Iehu militibus, & ducibus suis: ingredimini, & percutite eos.* Tunc fuit tempus conueniens ad occidendum illos, ideo tunc iussit principibus, & militibus ingredi. Vocantur duces illi, qui erant præpositi inter omnes istos octoginta viros: & milites vocantur illi, qui subiecti erant. *Nullus euadat.* Idest, facite, quòd nullus euadat, alioquin erit anima vestra pro anima illius. *Percusseruntque eos in ore gladij.* Scilicet, occiderunt omnes, qui erant in templo.

[...]tes cultores Baal occidunt.

Iehu an peccauit ingrediendo in templum Baal. Quæstio XXX. E

QVAERETVR, an peccauit Iehu ingrediendo in templum Baal. Aliquis dicet, quod sic: quia locus ille erat execrabilis, cum pertineret ad cultum Baal: ideo peccaret introeundo illuc. Respondendum, quòd non peccauit: quia non introiuit illuc ad honorandum idolum: & tamen solum erat peccatum in honorando idolum.

Secundò patet: quia tunc diceremus, quod peccauisset introeundo ad confringendũ statuas Baal, vt patet infra, & tamen falsum est, quia potius meruit: nam Iosias rex laudatur nimis: quia confregit omnia idola, quæ erant in templis idolorum, & cremauit ossa sacerdotum super altaria, infra 23. & secundo Paralipo. 34. Item Deus iussit Israelitis, non accipere aurum, & argentum, de quo erant facta idola, sed cremare idola, & confringere, Deuteronom. septimo. Sed istud nõ poterat fieri, nisi introeundo in ipsa templa: ergo licitum erat introire. Quartò patet, quia Ionadab filius Rechab introiuit in templum cum Iehu, & tamen si peccatum esset, non introiuisset Ionadab, cùm esset vir sanctus, vt supra dictum est, ergo non peccauit. Quintò patet, quod non peccauit, sed potius meruit: quia Iehu fecit istud propter cultum Dei, scilicet, vt occiderentur conuenientius cultores Baal, & vt inter eos non occideretur aliquis de cultoribus Domini: nam intrauit ad dicendum: perquirite, & videte, ne quis sit inter vos de seruis Domini: meruit ergo in hoc. Sextò patet, quia non solum intrando in templum non peccabat, sed etiam si stetisset præsens, quando faciebant sacrificium: quia non staret ibi ex deuotione cultus Baal, sed ad confusionem ipsorum cultorum Baal, vt melius posset eos occidere. Sic enim fuit de Elia, qui erat præsens in monte Carmelo, quando prophetę Baal faciebant sacrificium, præcedenti libr. cap. 14. Et tamen manifestum est, quòd non peccauit.

Iehu an dederit animalia cultoribus Baal ad sacrificandum. Quæstio XXXI.

QVAERETVR vlterius, an Iehu dedit cultoribus Baal animalia ad faciendum sacrificium, & an peccauit dando.

Ad primum respondendum, quòd Iehu dedit animalia, quia ipse faciebat istam solẽnitatem: ideo ad ipsum pertinebat prouidere de omnibus necessarijs, quantũ ad cæremonias solennitatis Sic enim dixit ipse: sacrificium mihi grande est Baal, idest, ego volo facere magum sacrificium ad honorem Baal, ergo ipse daret animalia necessaria.

Ad secundum dicendum, quòd non peccauit dando animalia: quia non dedit illa cum desiderio colendi Baal, sed ad experiendum: qui erant cultores Baal, vt posset ipsos occidere, & destruere cultum Baal, sicut postea fecit: ideo actus erat meritorius. Patet hoc de Elia: nam ipse dedit cultoribus Baal, vt facerent sacrificium, & assignauit eis vnum bouem, & ipsi acceperunt illum per manum Eliæ: præcedenti lib. cap. decimo octauo. Et tamen Elias non peccauit faciendo illud: quia propter Deum agebat, & quanquam malum agerent serui Baal, quia tamen Iehu non dabat eis animalia ad intentionem mali, sed propter aliquem bonum finem, non peccabat.

An peccauerit Iehu stimulando cultores Baal ad sacrificandum Baal. Quæstio XXXII.

QVAERETVR vlterius, an peccauit Iehu stimulando cultores Baal ad faciendum sacrificium Baal. Aliquis dicet, quòd sic: quia sacrificare Baal erat malum, & illud non erant facturi cultores Baal nisi incitasset eos Iehu: ideo ipsi imputari debebat tantum istud malum.

Respondendum, quòd non peccauit: quia non faciebat Iehu aliquod malum, cum non esset ad finem mali, sed potius erat bonum. Sed obijcietur, quòd etiam propter istum finem bonum non liceret Iehu incitare cultores Baal ad colẽdum ipsum,

quia non sunt facienda mala, vt bona eueniant, vt patet ad Roman. tertio. Sed malum erat incitare istos cultores Baal ad colendum ipsum: ideo etiam si bonum sequeretur inde, non licebat hoc fieri. Respondendum, quòd verum est nunquam facienda esse mala, vt bona eueniant: & tamen hic Iehu non fecit malum: nam si dicatur, quòd incitauit cultores Baal ad colendum ipsum, dicendũ, quòd non incitauit ipse ad malum: quia si ipsi nullo modo culturi essent Baal, nec desiderarent eum colere, nisi incitaret eos Iehu, malum ageret Iehu incitando ipsos: nam tunc esset malignus, incitando eos ad hoc, & esset iniustus, occidendo illos pro hoc: sicut siquis iudex incitaret aliquem, vt adulteraretur, vt postea occideret eum: nam tam incitando eum ad adulterium, quàm occidendo pro hoc, peccaret: cultores tamen Baal desiderabant semper colere ipsum, etiam si non diceret eis hoc Iehu, & colebant illum in secreto in domibus suis: & sic Iehu non incitabat eos ad faciendum aliquid, quod ipsi aliàs non faciebant: sed solum permisit eos facere publicè, quod occultè faciebant: & hoc non erat addere malum ad malum ipsorum, nec incitare eos ad malum, quod ipsi non faciebant, sed permittere eis publicè agere, quòd in secreto agebant. Sic enim fecit Elias cum cultoribus Baal: nam tempore suo publicè colebatur Baal, & ipse incitauit populum, vt daretur sacerdotibus Baal vnus bos ad faciendum sacrificium, & sibi alius, præcedenti libro, capit. decimooctauo. Et sic non incitauit eos ad faciendum id, quod aliàs facturi erant, sed potius incitauit ad bonum: quia aliàs colendo Baal, nullum bonum sequebatur: nunc autem ex illo malo, quod erat colere idolum Baal, causauit bonum Elias, faciendo cognosci veram deitatem. Sic fecit Iehu: quia cultores Baal desiderabant semper colere ipsum, & in secreto colebant, & non sequebatur bonum inde: nunc autem ipse fecit, quòd ex cultu Baal, quem aliàs facturi erant serui Baal, sequeretur bonum, scilicet, occisio seruorum Baal, & destructio cultus eius. Sed adhuc dicetur, quod non licebat hoc Iehu: quia ipse non permisit, vel incitauit fieri publicè malum, quòd aliàs fiebat occultè, & tamen peccatum est, si iudex non potens corrigere mala occulta, permittat illa publicè fieri.

Dicendum, quòd si Iehu permisisset hoc ea intentione, vt serui Baal, qui aliàs non poterant compesci de malo suo, publicè colerent Baal, malum faceret, & peccaret grauissimè. Nam, quòd iudex non puniat peccata occulta, quia non potest, non est culpa sua: quòd tamen permittat illa publicè fieri, culpa sua est. Iehu tamen non fecit, vt permitteret cultoribus Baal hoc agere, sed vt per istam publicationem eos occideret: & sic fuit ista publicatio tanquam modus probandi delictum.

Sed adhuc dicetur, quòd hoc nullo modo debuit agere: quia peccatum publicum cæteris paribus peius est peccato occulto: & tamen serui Baal colebant in occulto ipsum, & pro ista vice Iehu permisit eos colere publicè: ergo permisit aliquod malum fieri, quod prius non fiebat.

Respondendum, quòd non permisit aliquid fieri, quod aliàs non fieret, & dicendum, quòd malum publicum non est grauius malo occulto, nisi inquantum est magis scandalosum, & incitatiuum non peccantium ad peccandum, & tamen hic non fuit secutum aliquod scãdalum, nec malum exem-

F plum ex isto actu publicè facto, sed potius secuta est castigatio quorundam, qui aliàs culturi essent Baal, & iam non colerent: & sic non fuit istud malum maius, quàm si occultè fieret: ergo cum Iehu permisit illud pro hac vice, non permisit aliquod maius malum fieri, quàm aliàs ipsi cultores Baal faciebant: non ergo peccauit Iehu in hoc.

Iehu an peccauerit permittendo cultoribus Baal facere holocaustum. Quæstio XXXIII.

G QVAERETVR vlterius, an peccauit Iehu, permittendo cultoribus Baal facere holocaustum.

Aliquis dicet, quòd sic: quia Iehu faciebat istam apparentiam sacrificij, vt omnes cultores Baal cognosceret, & introduceret in locum, in quo non possent euadere: & tamen antequam facerent holocaustum, habebat hoc Iehu, quia introduxerat eos in domum Baal, in qua poterant occidi: ergo non debebat permittere eis incipere holocaustum, sed antequam inciperent, debuerat illos occidere: quia alias ipse fauebat ad hoc, quòd fieret vnum sacrificium Baal, quod nullo modo erat necessarium ad aliquod bonum inde colligendum.

H Respondendum, quòd non peccauit Iehu, permittendo eis facere sacrificium: nam non permisit hoc ex intentione, ita quòd desideraret sacrificium illud compleri, sed solum fecit ex necessitate. Quod patet, quia cultores Baal duo sacrificia facere debebant, scilicet, holocaustum, & victimas, vt patet in litera: & tamen non permisit eis Iehu facere vtrunque, sed solum holocaustum: si tamen ex intentione, vel desiderio permitteret holocaustum fieri, permitteret etiam victimas: sed fuerunt aliquæ causæ, quæ induxerunt ad hoc.

Prima fuit, quia voluit Iehu securare ipsos cultores Baal, vt melius posset occidere eos, & ad hoc debuerunt permitti facere aliquas de cæremonijs suis, vt interim, quasi inopinatis ipsis, ingrederentur serui Iehu, & occiderent eos.

I Secundum fuit, quia Iehu voluit habere plenissimum testimonium contra cultores Baal ad occidendum eos. Nam poterant aliqui non esse cultores Baal, qui venirent nunc ad colendum Baal, putantes se præstare regi obsequium, & etiam aliqui desiderio vestium, quas rex dabat cultoribus Baal, aliqui vellent introire in templum Baal, qui non essent de cultoribus eius, nec vellent facere aliquas cæremonias Baal: ideo voluit Iehu uidere prius an omnes colerent Baal, & postquam vidit hoc dum fieret holocaustum, habuit plenam probationem, & tunc iussit occidi illos.

K Tertium fuit, & principalius, quia Iehu disposuerat octoginta milites in secreto ad occidẽdum seruos Baal, & illi non erant apud templum Baal, ne videnres cultores Baal, illos suspicarentur aliquid mali, & nolent introire in templum: ideo erant isti armati in aliquo loco procul occulti, & fecit vocari illos Iehu, postquam serui Baal introierant in templum: & dum illi venerunt, iam serui Baal compleuerant holocaustum, & non permissi sunt vltra procedere in cæremonijs, sed illico occisi fuerunt.

Ad rationem in contrarium dicendum, ꝙ Iehu non spontè permisit fieri holocaustum istud Baal, sed

sed ex causis supra assignatis, ideo non peccauit. *Et proiecerunt milites, & duces.* Idest, milites, & duces in istis octoginta armatis occiderunt omnes cultores Baal, & proiecerunt cadauera eorum de templo. *Et ierunt in ciuitatem templi Baal.* Potest intelligi, quòd istud templum magnum, in quo nunc cultores Baal occisi sunt, erat extra vrbem Samariæ, & intra vrbem erat aliud, & postquam occiderunt omnes cultores Baal, isti armati redierunt in ciuitatem templi Baal, idest, in Samariam, vbi erat aliud templum, & ibi fecerunt id, quod sequitur. Aliter potest dici, quòd vnicum erat templum Baal in Samaria, scilicet, quòd istud, in quo nunc occisi sunt serui Baal, erat intra Samariam: & tamen dicitur, quòd ierunt in ciuitatem templi Baal: quia isti milites, & duces proiecerunt cadauera istorum occisorum de templo extra vrbem, & postea reuersi sunt in vrbem ad templum, in quo hoc fecerant ad destruendũ illud, vt sequitur in litera: & iste est melior sensus. Potest etiam intelligi, quòd milites, & duces Iehu proijciebant de templo Baal istos idolatras viuentes, & extra vrbẽ illos occidebant, & occisis illis redierunt in templum: & idem est. *Et protulerunt statuam de phano Baal.* Idest, eduxerunt statuam Baal de templo illo ad viuificandum eam. *Et combuserunt, & comminuerunt eam.* Istud factum est extra templum, sicut Iosias rex educebat statuas de templis idolorum, & comburebat, & dispergebat in torrẽte Cedron, vel super sepulchra vulgi, infra 23. *Destruxerunt quoque ædem Baal.* Scilicet, succẽderunt, & diruerunt totam domum vsque ad solum, ita, vt non maneret memoria pristini ædificij. Et in hoc fecit Iehu contra Baal plus, quàm Ioram: quia Ioram solum abstulit statuas Baal, supra tertio. Sed non destruxit domos, in quibus colebat̃ Baal: Iehu verò destruxit domos. In Hebræo dicitur. *Protulerunt statuas de phano Baal, & combusserunt eam.* Sed iste modus loquendi est barbaricus, quia ponit singulare pro plurali, & è contrario sine vlla causa: ideo litera nostra solum posuit statuam vnam. *Et fecerunt pro ea latrinas vsque ad diem hanc.* Scilicet, fecerunt in loco, in quo erat templum Baal, latrinas, & istud fuit ad vilificandum cultum Baal, vt in loco, in quo fuerat turpitudo cultus Baal, essent nunc humana stercora: Iosephus autem vult, quòd factæ sunt latrinæ, idest, quidam cuniculi, vel aluei subterranei, per quos omnes immunditiæ vrbis purgarentur, & fluerent extra vrbem. Nomen autem, quod in Hebræo est, vtrũque significat: quia dicitur, quòd fecerunt pro ea exitus, scilicet, loco illius domus Baal, & tamen exitus possunt vocari latrinæ: quia homines exeunt ad illa loca ad purgandum aluum, vel vocãtur exitus ipsi cuniculi subterranei, quia per illos exibant omnes immunditiæ de vrbe. *Deleuit itaque Iehu Baal de Israel.* Scilicet, fecit, quòd nullo modo maneret cultus eius in Israel. Nã antè hoc licet prohibiti fuissent cultores tẽpore Ioram, tamen omnino cessauerat cultus eius: nunc verò Iehu occidendo durè cultores Baal, & destruẽdo templum eius, fecit, quòd nullus omnino maneret in Israel, qui auderet colere Baal.

Statua Baal quomodo fuit nunc educta de templo, quia iam combusta erat per Ioram.
Q. XXXIIII.

QVAERETVR, quomodo dicitur hic, quòd protulerunt statuam de phano Baal: nam iam combusserat statuas Baal rex Ioram, supra tertio cap. Respondendum, quòd licet Ioram abstulerit cultum Baal: tamen non omnino abstulit, quia manserunt templa eius: & credẽdum est, quòd cum Iezabel mater eius tunc viueret, & ipsa introduxerat cultum Baal, quòd non esset omnino sublatus tempore suo: quia propter matrem non ageret durè Ioram contra Baal, & sic possent manere aliquæ statuæ Baal in terra. Aliter potest dici, quòd Ioram abstulit omnes statuas Baal, & nõ mansit aliqua tempore suo, nec erat nunc aliqua, quando Iehu conuocauit cultores Baal: quia tamen ipse fingebat se magnum cultorem Baal, quia dixit, quòd volebat eum plus colere, quàm coluerat Achab faceret statuam Baal de nouo, & alios apparatus, qui necessarij erant nunc ad cæremonias Baal. *Veruntamen à peccatis Ieroboam filij Nabath, qui peccare fecit Israel non recessit.* Idest, quanquam destruxerit cultum Baal, nõ destruxit cultum aliorum idolorum, nec ipse cessauit colere idola: sed coluit illa sicut coluerat Ieroboam filius Nabath. Ille Ieroboam fuit primus rex post diuisionẽ regni in Israel, & ipse introduxit cultum vitulorum aureorum cogendo populum, vt coleret illos, & ipse etiam colebat illos, ita etiam Iehu coluit idola, sicut ille Ieroboam: & nominatur Ieroboam potius, quàm alius de regibus Israel, quãquam inter illos nullus fuerit, qui non coluerit idola: quia iste fecit exordium in cultu idolorum in regno Israel. Et dicitur Ieroboam filius Nabath ad differentiam alterius Ieroboam, qui postea regnauit in Israel, & fuit de filijs Iehu, scilicet, pronepos eius, & regnauit in Israel, dum regnaret Amasias in Iuda, infra 13. *Nec dereliquit vitulos aureos, qui erant in Bethel, & in Dan.* Idest, non cessauit colere vitulos aureos: isti erant duo vituli aurei, quorum vnus erat in Bethel, & alius in Dan, præceden. lib. cap. 12.

Quare Iehu voluit colere vitulos, cum ostendisset tantum zelum Dei contra cultores Baal, & quomodo homines non possunt venire ad magnum gradum bonitatis, nisi quando Deus eos monet. Quæstio XXXV.

QVAERETVR, quomodo Iehu cum habuisset tantum zelum Dei ad occidendum cultores Baal, & auferendum cultum eius, voluit colere vitulos aureos, quia colendo illos nihil proficiebat deserere cultum aliorum idolorũ, quia per cultum cuiuscunque idoli repugnatur Deo. Respondet Nicolaus, quòd hoc fecit Iehu ad conseruandum regnum: nam credidit, quòd si non esset cultus vitulorum in Israel, irent Israelitæ in Ierusalem secundum legem ad ceremonias sacrificiorum certis temporibus, & tunc conuerterentur ad regnum Iudę, & desererent ipsum: istud enim fuit motiuum Ieroboam ad faciendum vitulos aureos, præcedenti libro, cap. duodecimo. Et hoc satis est rationabile, quia Iehu acciderat regem Iuda, præcedenti cap. & etiam quadragintaduos filios fratrum suorum, supra in litera: ideo conarentur, qui manserant de semine regio in Iuda, reuocare ad se regnum Israel. Dicendum tamen, quòd Iehu non debuerat hoc timere propter tria. Primò: quia Deus certificauerat, quòd regnum Iuda, & Israel non reunirentur ad vnitatem regni, sicut prius fuerat: nam ob hoc dixit viris Iuda, quòd pugnarent contra Israel ad reintegrandam vnitatem: quia voluntate sua facta fuerat ista diuisio, præcedenti libro, cap. duodecimo, & secundo Paralipom. vndecimo. Ideo quidquid agerent viri de regno Iuda contra Iehu, credere debebat ipse, quòd nunquam posset sibi auferri regnũ ad hoc, quòd rediret ad reges Iuda. Secundò patet: quia si Iehu auferret omnem idolatriam de terra, sicut abstulerat cultũ Baal, & faceret, quòd populus iret

iret in Ierusalem ad festiuitates, secundum legē mereretur ipse super omnes reges Israel: ideo non solū nō auferretur ei regnum, quod regibus iniquis non ablatum fuerat, sed ēt dilataretur, & prosperaretur plus, quàm omnes reges Israel prosperati fuerant, cum potestas regnorum à Deo sit: Dan.4.s. Deus dominatur in regno hominum, & cuicunque voluerit, dabit illud. Tertiò patet, quia Iehu expertus fuerat, quòd Deus exaltauerat ipsum in breui cum non esset in magno statu, & fecit subijci sibi duo reges Iuda, & Israel, quos simul occidit, præcedenti cap. Et ipse cognouit hoc à Deo fieri: nam quando occisi fuerunt filij Achab per Samaritas, dixit, ꝙ ipse non fecerat illud, nec Samaritæ, sed Deus fecerat omnia, qui volebat complere verbum suum, quod dixerat per Eliam supra in litera: à fortiori ergo credere debebat, ꝙ si nūc sequeretur Deum in corde perfecto, quòd omnes homines orbis insurgentes cōtra eum non possent ei nocere, nec auferre regnum. Non ergo videtur, quòd Iehu coluerit vitulos, vt non perderet regnū, vel si propter hoc coluit, fuit valde excæcatus trepidans timore, vbi nullus erat timor. Dicēdum autem videtur, quòd Iehu coluit vitulos aureos quanquā abstulit cultum Baal: quia Deus nō eleuauit cor ei[9] efficaciter ad maiora bona. Pro quo sciendum, ꝙ Deus neminem cogit male agere, licet potius admonet oēs benè agere: & tamē non potest homo aliqđ bonum agere, aut desiderare, nisi Deus illum mouerit, iuxta illud Ioan.15. Sine me nihil potestis facere, idest, nullum opus bonum poteritis facere, nisi ego vos mouero: mouet autem Deus semper hominem pulsando semper cor eius ad bonū, iuxta illud, Apocal.3. Ecce sto ad ostium, & pulso, si quis audiet vocem meam, & aperuerit mihi ianuā, introibo ad illum: Ista tñ pulsatio Dei non est semper efficax, quia quosdam debiliter mouet: alios autem mouet fortiter, & illi incitantur in bonum: alij autem manent in iniquitatibus suis, & qui sic à Deo pulsantur, & operantur bonum, dicuntur quasi violenter tracti, iuxta illud Ioan.6. cùm dixit Christus: Nemo potest venire ad me, nisi pater, qui misit me, traxerit eū, & sequitur: omnis, qui audiuit à patre, & didicit, venit ad me, scilicet, omnis, q audit à Deo per motum factum in corde, & declarat hoc Christus, scilicet, quòd fiat per motum interiorem cordis, & non per aliquam doctrinam exteriorem subiungens: nō quia patrem vidit quisquam, nisi is, qui est à Deo, hic videt patrem, quasi dicat, quanquam illi, qui veniunt ad me, audiuerunt à patre meo, & ꝑpter hoc veniunt: tamen iste auditus non est exterior, nec est aliqua visio exterior, sed solū est motus cordis. Nunc autem dicendum de Iehu, quòd à principio antequam Deus faceret ipsum executorē contra domū Achab, ipse colebat idola, sicut cæteri Israelitæ, & non poterat moueri ad aliquod bonum sufficienter, nisi Deus eum efficaciter pulsaret. Pulsauit autem ipsum nimis ad exequendum cōtra domum Achab: ideo cum magno desiderio executus est Iehu ad destructionem domus Achab. Etiā mouit Deus Iehu efficacissimè ad destruendum cultum Baal: ideo cum magno ardore, & diligētia ipse procurauit mortem omnium seruorum Baal, sicut dixit ipse ad Ionadab: vide zelum meū pro Domino: & tamen Deus non mouit efficaciter ipsum Iehu ad relinquendum cultum vitulorum, & ad auferendū eum de terra: ideo ipse non motus est ad relinquendum illum: nam ad hoc, quòd quis relinquat mala, quæ consuetus est facere, non solum requiritur, ꝙ Deus eum pulset, sed etiā, quòd durè pulset, & quasi inuitum trahat. Sic enim dixit Christus: Nemo po-

Homo nō pōt aliqđ bonū agere, nisi moueatur à Deo.

F test ad me venire, nisi pater meus traxerit eum: trahere tamen violentiā dicit: vnde Seneca ait in quadam Epistola generosus est animus hominis, qui facilius ducitur, quàm trahatur. Si autem quæratur, quare Deus mouit efficaciter Iehu ad destruendum cultum vitulorum: non est respondendum: quia ista ex solo Dei iudicio, & libertate proueniunt: nam si quis de istis quærat facilius errabit: sicut si quis quærat, quare Deus istum trahit, & illum non. Sic enim ait Augustin. super Ioannem: Desine quærere, quare Deus istum trahit, & illum non trahit, si non vis errare. Et ex hoc insurgit, quòd homines interdum ad quasdam magnas perfectiones perueniant, & in quibusdam paruis delictis maculentur, quia ex illa

Volūtatis diuinę nō potest reddi causa.

G parte Deus eos non trahit.

Dixit autem. Hic ponitur secundum principale huius cap. scilicet, Dei data remuneratio: & primò ponitur præmium pro bonis: secundo pœna pro malis ibi. *In diebus illis*. Circa primum dicitur. *Dixit autem Dominus ad Iehu*. scilicet, loquutus est ei per prophetam. *Quia studiosè fecisti, quod rectum erat, & placebat in oculis meis*. Istud erat, quia occidit omnes de domo Achab, & abstulit cultum, & cultores Baal de terra. Ista autem erant recta, quia erant per se bona, & placebāt in oculis Dei, quia omne bonum placet Deo. Nam sicut Deus dicitur odisse omnes, qui operantur iniquitatem: Psalmus 5. scilicet: Odisti omnes, qui operantur iniquitatem, perdes omnes,
H qui loquuntur mendacium: ita dicitur diligere bonitatem: Psalmus 10. scilicet: Iustus Dominus, & iustitias dilexit æquitatem vidit vultus eius. Potissimè quia ista erāt bona magna: nam cum idolatria, & homo idolatra sint maxima mala, auferre vtrūque de terra erit maximum bonum: & nō solum Deus laudauit hic Iehu, quia bonum fecerat: sed potissimè, quia ex bona intentione, & diligenter: nam dixit: qa studiosè fecisti: ꝑcipuè enim Deus curat de modo, & intentione agendi potius, quàm de eo, quod fit, & ex hoc insurgit illud dictum commune: Deus nō est remunerator nominum, sed aduerbiorum. *Et omnia, quæ erant in corde meo, fecisti contra domum Achab*. Quasi dicat, nihil plus ego volebam fieri contra do-
I mum Achab, quàm tu fecisti: nam Iehu deleuit omnes de progenie Achab, & amicos, & notos, & optimates, & sacerdotes Achab, ita, vt non relinqueret nec vnū, vt patet supra in litera. *Filij tui vsque ad quartam generationem sedebunt super tronum Israel*. Quasi dicat, meritis tuis regnabunt filij tui, qui aliàs regnaturi non erant: & regnauerunt vsque ad quartam generationem: quia quatuor filij Iehu regnauerunt, scilicet, Ioatham, de quo infr.13. & Ioas, de quo ibidem, & Ieroboam, & Zacharias, de quo infra 14. & iste vltimus occisus fuit à Iellum filio Ioas, & regnauit ꝓ eo Sellum, defecitque ibi successio domus Iehu, infra 15. *Porrò Iehu non custodiuit, vt ambularet in lege Domini Dei Israel*. Quasi dicat, cum Deus exaltasset Iehu ad
K hoc, quòd esset rex, cùm non esset de semine regio, debuerat nimis obsequi Deo: quia non solum teneretur ei tanquam Deo, sed etiam tanquam benefactori speciali: ideo non custodiēdo legem suam fuit iniustus, & ingratus nimis: iniustus quidem, quia legem non seruauit: ingratus verò, quia pro beneficijs nihil rependit. *In toto corde suo*. Quasi dicat, aliquo modo coluit Iehu Deum inquātum occidit cultores Baal, & deleuit domum Achab: & tamen non in toto corde suo, quia etiam ipse colebat idola: dicitur autē aliquis custodire legem Dei in toto corde, qñ non solum Deū colit, non colēdo cum eo simul idola: sic patet supra 1. libr. cap.7. Cùm dixit Samuel ad Israelitas: si in toto corde vestro reuertimini ad Do-

Dominũ, auferte deos alienos de medio vestri Baalim, & Astaroth, & præparate corda vestra Domino, & seruite illi soli.

Quis fuit ista propheta, qui prænunciauit Iehu filios suos regnaturos solum vsque ad quartam generationem. Quæstio XXXVI.

QVAERETVR, quis propheta fuit iste, per quem Deus denunciauit Iehu, quòd filij sederēt vsque ad quartam generationem super tronum Israel. Ra. Sa. & Nicolaus respondent, quod iste fuit Ionas propheta, filius mulieris Sareptanæ: nam dnt, quòd ipse vnxit eum, præcedenti cap. Et nunc missus est ad denunciandum ei durationem regni sui. Sed dicendum, quòd non fuit Ionas, quia præcedēti cap. declaratum est, quòd non potuit esse Ionas ille, qui vnxit Iehu in regem: quia sequeretur, quòd quando postea predicauit Niniuitis erat plus, quàm centum annorum, quod non est verisimile: & rationes, quæ ibi positæ sunt, militant contra hoc: quia paucum tempus fuit inter vnctionem Iehu in regē, & denunciationem durationis regni. Dicendum, quod fuit aliquis alius propheta, qa multi filij prophetarum erant sub Helisæo, quorum quilibet poterat ire ad nunciandum hoc ipsi Iehu ex mandato Elisæi, sicut iuit ille adolescens, de quo præced. cap. ad vngendum Iehu de mandato Elisæi.

Quo tempore nunciata est ista prophetia Iehu. Quæstio XXXVII.

QVAERETVR vlteriùs, quo tempore dicta fuerũt Iehu verba ista per prophetam. Aliquis dicet, quòd fuerunt dicta immediatè postquam deleuit domum Achab, & cultores Baal: & ratio potest esse duplex. Prima ex ordine literæ: nam illico, vt dictum est de occisione sacerdotũ Baal, & destructione domus Achab, ponuntur ista verba Domini. Secunda est, quia rationabile erat, quòd præmium promitteretur ipsi Iehu immediatè post meritum: sed meritum suum fuit delendo domum Achab, & cultores Baal, ideo immediatè fuerunt ei dicta ista verba. Dicendum tamen, quòd fuerunt dicta ista verba aliquanto tempore post, scilicet, postquam Iehu declinauerat ad idolatriam: quia licet ista verba significarent aliquod præmium Iehu, tamen etiam significabant pœnam. Nam præmium erat ei, ꝙ daretur regnum: & tamen, quòd non duraret nisi vsq; ad quartam generationem pœna erat. Nam, quòd aliquis, qui non est rex, efficiatur rex, est priuilegiũ, vel beneficium ei collatum: & tamen postquam fuerit rex, quòd filij sui teneant solium regni in æternũ, nisi propter iniquitates priuari regno mereātur, de iure est: ideo, quòd restringatur alicui terminus, quo filij sui habituri sunt regnũ, & non vltra, pęna quædam est: quia priuatur iure suo, sed pœna nunquam datur à Deo, nisi post peccatum, ideo videtur, quòd iam peccauerat Iehu colendo idola, & propter hoc Deus breuiabat terminos regni sui. Et sic quando dixit ei: quia studiosè fecisti, quod rectum erat &c. est sensus, quòd Deus diceret: tu merebaris priuari regno, & filij tui: quia tamen studiosè fecisti cōtra cultores Baal, & contra domum Achab id, quod præceperam, extēdetur regnum tuum vsque ad quartam generationem, & nō procedet vltra. Si autem nondum peccasset Iehu, non prænunciasset ei Deus, ꝙ filij sui regnaturi essent vsque ad quartam generationem, sed prænunciaret, quòd regnaturi erant in æternum, vel nihil prænunciaret: & tamen prænunciauit, quòd vsque ad quartam generationem

A solum regnarent: ergo videtur, quòd iam peccauerat Iehu. Secundò patet, quia non potest euitari, quin ista coarctatio temporis regnandi fuerit pœna: nam si antequam regnaret Iehu Deus diceret ei, quòd volebat dare sibi regnum vsque ad quartam generationem, non erat pœna ista limitatio: quia ante hoc Iehu non habebat aliquod ius regnādi: ideo quantuncunque modicum tempus daretur ei ad regnandum, fiebat ei gratia: nunc tamen cum ista verba dicta sunt, regnabat Iehu, & ex hoc, quòd semel cœperat regnare, competebat ei ius regnandi pro se, & pro tota successione sua. Quòd ergo limitaretur ei ad regnandum tempus vsque ad quartam generationem, pœna erat: quia auferebatur ei pars iuris sui, ergo pro peccato introductum

B fuit hoc. Tertiò patet ex simili: nam Deus dedit regnum Sauli, & postea cum peccauit, dictum est ei: stultè egisti, nec custodisti mandata Domini Dei tui, quòd si non egisses, iam nunc præparasset Dominus regnum tuum super Israel in sempiternum, sed nequaquam vltra consurget, supra primo libr. cap. 13. & sic regnum non fuerat promissum Sauli ad aliquod tempus, nec in sempiternum, sed simpliciter factus est rex, & dictum est ei, quod si non peccasset, quòd regnum suum mansisset in æternum: & quia peccauit, non extenderetur regnum suum: ita ergo debuit esse de Iehu, quòd si non peccasset, regnum suum, & filiorum suorum extenderetur in æternũ:

C quia tamen peccauit non extensum est: vel cum restrictũ fuerit, & istud sit pœna, oportet dicere, quòd peccauerit: & sic dicendum est necessariò, quòd ista verba fuerint dicta Iehu in pœnam, postquam peccauit: quia aliàs regnum suum duraturum erat in æternum super Israel. Motiua autem, quę inducebantur in contrarium modicum concludunt. Primum enim falsum est: quia non dicitur de regno vsque ad quartam generationem immediatè postquā posita est destructio domus Achab, & cultus Baal, sed interponitur, quòd Iehu non recessit à peccatis Ieroboam: ideo arguendo ex ordine literæ potius debet dici, quòd Iehu prius peccauit in idolatria, quàm diceretur ei hoc. Secundum motiuum non

D tenet: quia si hic prænunciaretur solum bonum Iehu, rationabile esset, quod ista prænunciatio esset immediatè post bona opera sua: & tamen potius denũciatur hic aliquid pœnale, scilicet, restrictio regni Iehu vsque ad quartam generationē solum: ideo non debuit dici immediatè post bona, quæ fecit Iehu, sed postquam peccauisset, & mereretur puniri.

Ad rationes primę opi.

Ad secundam.

Quid fieret, si Deus prænunciasset, quòd regnum Iehu duraturum erat in æternum, an potuisset mutari nunc propter peccata. Quæstio XXXVIII.

QVAERETVR vlterius, quid fieret, si Deus denunciasset Iehu, quòd regnum suum duraturum erat semper, quomodo posset stare verbũ Do-

E mini in veritate: nam videretur, quòd oportebat dari inconueniens, scilicet, quòd Deus mutaret verbũ suum, vel teneret verbum, quòd nũquam mutaret regnum filiorum Iehu, quanquā peccarent, & vtrũque est inconueniens. Aliquis respondebit, dicens, quòd non est casus admittendus: quia est impossibilis: nam si Iehu, & filij sui peccaturi erant, non maneret regnum in æternum in eis: Deus tñ præcognouerat an peccaturi essent, ideo non denunciaret, quòd mansurum erat regnum Iehu in æternum, & si denunciaret regnum mansurum esse in æternum, sic futurum esset, quòd non peccaret Iehu, nec filij sui. Sed dicendum, quòd iste casus est possibilis, scilicet,

quòd Deus denunciasset regnum Iehu mansurum in æternum, & tamen postea peccaret Iehu, & non maneret regnum, nisi vsque ad quartam generationem: nam Deus prænũciat aliqua secundum firmã diffinitionem suam, & illa non possunt aliter euenire: alia verò prænunciat secũdum dispositionem, & exigentiam meritorum eorum, pro quibus, vel contra quos fit prænũciatio, & ista prænunciatio potest mutari, sic patet Iere. 18. cum dicitur: Repẽtè loquar dè regno, & gente, vt ędificem, & plantem illud; si fecerit malum in oculis meis, vt non audiat vocem meam: pœnitentiam agam super bono, quod locutus sum, vt facerem ei. Et repentè loquar aduersus gẽtem, & regnum, vt destruam, & disperdam illud: si pœnitentiam egerit gens illa à malo suo, agam & ego pœnitentiam super malo, quod cogitaui, vt facerem ei. Poterat ergo denunciari Iehu quando bonus erat, quòd filij sui regnarent in æternum, & postea cum malus esset denunciaretur ei, quòd filij sui regnarent solum vsque ad quartam generationem: & non erat hoc inconueniens, nec mutatio verbi Dei, quia primum dictum fuerat secundum dispositionem temporalem Iehu, & quia illa mutata est, fuit etiã mutata prophetia. Sic enim fuit de domo Heli: nam Deus promiserat Heli summo sacerdoti, quòd ipse, & filij eius ministrarent in summo sacerdotio in æternum, & postea quia peccauit Heli non castigando filios suos, Deus denunciauit ei contrarium, vt patet supra 1. libr. cap. 2. s. loquens locutus sum, vt domus tua, & domus patris tui ministret in conspectu meo in sempiternum: nunc autem dicit Dominus: absit hoc à me, sed quicunq; glorificauerit me, glorificabo eũ, & qui contemnunt me, erunt ignobiles, & sequitur ibi quomodo sacerdotium auferendum erat de domo Heli. Sic etiam Deus prædixit Ezechię: morieris, & non viues: & tamen quia ipse plorauit, Deus dixit ei illico per Isaiã, audiui orationem tuam, & vidi lachrymam tuam, & ecce sanaui te, vt patet inf. 20. & Isa. 38. sic etiam Ionas prędicauit Niniuitis adhuc quadraginta dies, & Niniue subuertetur, Ionæ 3. & tamẽ Deus illico reuocauit, vt patet ibidem. Sic etiam Deus prænunciauit erucam, bruchum, locustam, & rubiginem contra duas tribus, Ioelis primo, & postea pœnitentibus eis abstulit, Ioelis secundo.

Deus p̃nũciat aliqua dupliciter, aliq̃n diffinitiuè, aliq̃n secũdũ exigetiam meritorũ, idest, secũdũ præsentẽ iustitiã, vel secundum æternam Dei p̃scientiã.

Regnum Iehu an finitum sit in quarta generatione propter peccata sua, vel suorum filiorum. Q. XXXIX.

QVAERETVR vlterius, cum regnum Iehu finitum fuerit in quarta generatione, an fuit hoc propter peccata sua, vel filiorum suorum. Aliquis dicet, quòd fuit propter peccata filiorum suorum, quia ipsi mali fuerunt: nam respiciendo singulatim de quolibet filiorum suorũ apparet, quòd ipse coluerit idola, & fuerit malus, vt patet infr. 13. & 14. & 15. Ideo etiam si non esset peccatum patris, merebantur illi priuari regno. Secundò patet, quia si isti non peccassent, sed coluissent Deum firmiter in toto corde suo nunquam ablatum fuisset eis regnum: quia tunc punirentur sine culpa, quod Deus facere non consueuit: ergo oportet, quòd ipsi peccarẽt ad hoc, quòd priuarentur regno, & sic iam nõ propter peccatum patris, sed propter peccata sua priuabantur. In contrarium videtur, quòd fuerunt priuati regno propter peccatũ Iehu: quia dicitur hic, quòd filij Iehu solum regnarẽt vsque ad quartam generationem, & istud dabatur in pœnam: filij tamẽ, & nepotes Iehu nondum peccauerant, vt priuarẽtur regno, quia nondum acceperãt illud; ergo fuit ista pu-

Secundo.

In contrariũ primo.

F nitio propter peccatum Iehu. Secundò patet, quia infra 15. quando ponit hic occisio vltimi regnantis de stirpe Iehu, & translatio regni ad aliam familiam dicitur: ipse est sermo Domini, quem locutus est ad Iehu, dicens: Filij tui vsque ad quartam generationẽ sedebunt super tronum Israel. Respondendum, ꝙ regnum solum durauit in stirpe Iehu, vsque ad quartam generationem, tã propter peccata Iehu, quàm proprer peccata filiorum suorum: vnde si peccasset Iehu, & non filij sui, vel peccassent filij Iehu, & non ipse Iehu, non ablatum fuisset regnum de domo Iehu, ideo vtrorunque peccatum requirebatur. De filijs Iehu patet, quòd peccatũ requireretur ad hoc, quòd priuarentur regno: quia aliàs aliquis colens

G Deum, & bonus vir priuaretur regno solum propter peccata prædecessorum suorũ, & istud falsum est: quia potius fit è cõtrario, scilicet, quanquam aliquis sit filius viri pessimi, si ipse bonus est, non solum non punitur, sed ẽt filij sui propter eum non puniuntur. Sic patet de Iosia, cuius tempore euentura erat captiuitas Babylonica: & tamen quia ipse doluit nimis, & fecit, quod bonum erat coram Domino, regnauit ipse in pace, & etiam aliqui de filijs eius, infra 22. & 23. Quòd autem requireretur peccatum Iehu, patet: nam dato, quòd filij Iehu mali essent, si Iehu continuasset colere Dominum cum tanto feruore, sicut cęperat nunquam ablatum fuisset regnum de posteritate sua. Sic patet de Dauid, qui omnibus die-

H bus suis coluit Dominum, & Deus promisit ei, quòd filij sui regnarent in æternnm, & etiam si peccarẽt, quòd non auferret ab eis regnum, sed puniret eos aliter, supra 2. lib. cap. 7. Sic etiam factum est: nã propter peccata Salomonis regnum transferendũ erat de stirpe Dauid in aliam stirpem: & tamen dicitur, quòd Deus voluit dare successorem Salomoni, vt daret lucernam Dauid, præcedenti libro, cap. 11. Idẽ fuit, mortuo Roboam, & Abia: nam auferendũ erat regnum de stirpe ista, nisi propter Dauid, eod. libro, cap. 15. Simile fuit mortuo Iosaphat: quia filio suo Ioram auferẽdum erat regnum propter scelera, sed propter Dauid non est ablatum, supra 8. & 2. Paralipom. 21. Dicendum tamen, quòd licet ista duo pec-

I cata fuerint necessaria ad hoc, quòd priuaretur posteritas Iehu regno: tamen peccatum Iehu fuit principale, qđ patet: quia si ipse non peccasset nunquam ablatum fuisset regnum filijs suis, etiam si ipsi peccarent. Secundò patet: quia si pp peccata filiorum Iehu regnum principaliter erat auferẽdum, ablatum fuisset viuente illo, qui plus peccasset, & tamen quartus filiorum Iehu, scilicet, Azarias nõ peccauit plus omnibus prædecessoribus suis, sed ambulauit in eisdem peccatis, in quibus ambulauerant prædecessores sui, vt patet infra 15. Ergo non erat auferendum potius regnum ab illo, q̃ ab alijs, sed primo filio Iehu ablatum fuisset: quia ipse satis peccauit, & tamẽ fuit dilatata pœna vsque ad tempus illud, quo regnauit

K quartus successor Iehu, sicut dixerat Deus, ꝙ vsq; ad quartam generationem sederent filij sui super tronum Israel, ideo pp peccatum Iehu venit. Ad primã rationem in contrarium dicẽdum, ꝙ verum est omnes filios Iehu malos fuisse, & quęlibet eorum meruisse priuationem regni: & tñ nũquam priuati fuissent, si non peccasset Iehu, q̃q̃ mali essent, sicut posteri Dauid non fuerunt priuati regno, quanq̃ quilibet eorum mereretur priuationem. Ad secundum dicendum, quòd si filij Iehu omnes fuissent valde boni, non priuati fuissent regno, etiam si pater eorum peccasset: quia vt dictum est, peccatum vtrorunque requirebatur: & tamẽ principalius fuit ad hoc peccatum Iehu, q̃ filiorum suorum, vt declaratum est.

Ad primã rationẽ contrariã.

Ad secundam.

Filijs

Filijs Iehu quare concessum est, quòd sederent tanto tempore, & non maiori, nec minori.

Quæstio XL.

QVAERETVR vlterius, quare datum est ipsi Iehu, quòd filij sui sederent super tronū Israel, & non pauciori tempore, nec maiori. Respōdet Ra. Sa. ꝙ sicut fuerunt quatuor reges de domo Achab, scilicet, Amri, Achab, Ochozias, & Ioram: ita futuri erant quatuor reges de domo Iehu, scilicet, Ioathas, Ioas, & Ieroboam, & Zacharias. Sed dicēdum, quòd non stat. Primò, quia non est verum, ꝙ fuerunt quatuor reges de domo Achab: nam Amri non fuit de domo Achab, cum fuerit pater Achab, sed potius Achab fuit de domo Amri: cum filij dicātur esse de domo, & familia patrum. Secundò non stat, quia dato, quòd esset Amri de domo Achab, non est similitudo: quia in tota progenie illa fuerunt solum quatuor reges, & tamen in progenie Iehu cum ipso Iehu fuerunt quinque reges, scilicet, quatuor filij sui, & ipse. Tertiò non stat: quia nō est aliqua ratio inducens hoc: nam dato, quòd in progenie Achab essent quatuor reges, non sequebatur, quòd in progenie Iehu totidem futuri essent: quia vna progenies non depēdet ex alia, nec merita vnius ex meritis alterius. Quartò non stat: quia ista comparatio est irrationabilis: nam Achab nō fecit aliquod bonum, propter quod maneret regnum in domo sua, saltem vsq; ad duas generationes, sed post peccauit nimis super oēs reges, qui fuerant ante eum: præcedenti libr. c. 16. & 21. ideo prænūciata est destructio domus eius, ita, vt nihil oīno maneret de posteritate sua, nec de amicis, & notis eius: præcedenti lib. cap. 21. & præc. cap. & supra in litera: Iehu tamen fecit aliquid valde bonum, quòd à Deo nimis laudatū est, & propter illud debebat dari regnum posteritati eius per aliquot generationes. Etiam non fuit similitudo: nā tota progenies Achab deleta est, & tamen non fuit deleta progenies Iehu, sed solum occisus fuit quartus successor suus, & mansit progenies sua sine regno, infr. 15. Nam ibi non dicitur de aliqua destructione domus Iehu: ideo ista positio nō stat. Aliquis dicet aliter, s. ꝙ vsq; ad quartam generationem solum datū est Iehu, quòd regnarent filij eius: quia istud datum fuit ei in pœnam, vt declaratum fuit supra, cum aliàs regnum suum duraturum esset in æternum: pœnæ tamē pro peccatis patrum non extendunt̄ nisi vsque ad quartam generationem ad plus, vt patet Exod. 34. & Nume. 14. s. qui reddis peccata patrum in filios usque in tertiam, & quartam generationem: ergo nō potuit plus puniri Iehu, quàm vsque ad quartā generationem. Dicendum, quòd hoc non stat: quia quāquam fuerit introductum in pœnam Iehu, ꝙ regnum suū non esset æternum, & tamē quòd duraret vsque ad quartam generationem non erat pœnale. Pro quo sciendum, quod durare regnum Iehu vsque ad quartam generationem potest dupliciter intelligi, s. ꝙ duraret vsque ad quartam generationem non negando vlteriorem durationem, vel quòd duraret vsque ad quartam generationem: i. quòd non duraret plus quàm vsque ad quartam generationem: accipiendo primo modo, non est pœnale: accipiendo secundo modo est pœna, ideo nullo modo applicatur ista responsio: quia in pœnis filiorum pro patribus quòd extēdantur vltra quartam generationem grauatorium est, & tamen quòd peccāte Iehu extenderetur regnum suum vsque ad decimam generationem potius erat fauorabile, quàm quòd extēderetur solum vsque ad quartam: ideo non fuit propter hanc cau-

A sam. Sed dicendum, quòd Deus voluit, quòd extenderetur vsque ad quartam generationem: quia licet peccatum Iehu mereretur, quòd nunquam haberet regnum: tamen bona opera sua, quæ fecerat anteq̃ peccaret, merebantur, quòd extenderetur regnum suum vsque ad quartam generationem: & quia nō fuerunt maioris meriti, non fuit regnum suum plus dilatatum. *Non enim recessit à peccatis Ieroboam, qui peccare fecerat Israel.* Peccatum Ieroboam fuit fabricare vitulos, & colere illos, & cogere populum ad colendum, præcedenti libro, cap. 12. & 13. sic etiam Iehu coluit semper vitulos illos. *In diebus illis.* Hic ponitur secundum huius partis, scilicet, retributio pro peccatis: nam Deus afflixit ipsum Iehu, & Israelitas, B quia colebant idola, & dicitur. *In diebus illis.* Scilicet, viuente Iehu, & colente vitulos. *Cœpit Dominus tædere super Israel.* scilicet, peccata Israelitarum erant iam tam grauia, quòd Deus non poterat tolerare illa, & fuit istud tędium super totum populum, quia totus populus cum rege suo declinauerat ad idola. *Percussitq; eos Azael in vniuersis finibus Israel.* Azael erat rex Syriæ, qui vnctus fuit in regem Syrię, regnante Ioram filio Achab in Israel, sup. 8. & ipse habuit bellum cū Ioram in Ramoth Galaad, & vulneratus fuit ibi Ioram, eod. cap. *A Iordane contra orientalem plagam.* Dixerat supra, quòd percusserat Azael omnes terminos Israel, & quia non fuerunt omnes, ponit̄ hic, qui fuerunt, scilicet à Iordane contra orientalem plagam C terræ Israel. Ex hoc patet, quòd solum percussa fuit nūc terra duarum tribuum, & dimidiæ, scilicet, Ruben, & Gad, & dimidiæ tribus Manasse, quę fuit terra duorum regum Amorrhæorum, Sehon, & Og: Deuteronom. 2. & 3. Nam terra nouem tribuum, & dimidiæ habet Iordanem pro termino oriētali, Nume. 34. Duę autem tribus, & dimidia habent terram suam ad orientalem partem Iordanis, Nume. 32. & Iosue primo: vnde duæ tribus, & dimidia dixerunt ad nouem, & dimidiā, ꝙ Iordanis erat terminus inter terram eorum: Iosue 22. Et nunc Azael solum percussit terram illā: quia ipsa erat propinquior Syriæ, quàm aliæ partes terræ Israel, cùm Syria sit partim orientalis, & partim septentrionalis ad terram D Israel. *Omnem terram Galaad.* Est terra Galaad ad orientalem partem Iordanis, & est valde pascualis: ideo duæ tribus, & dimidia, quæ habebant substantiam suam in pecoribus, petiuerunt terram illam à Moyse, Num. 32. & nominatur ista terra Galaad: quia adiacet monti Galaad. Est autem mons Galaad ad oriētē Iordanis, & vocatus est Galaad à Iacob, idest, aceruus testimonij: qa ibi ipse, & socer suus Laban inierunt fœdus, & posuerunt cumulum magnum lapidum in testem, Gen. 31. *Et Gad, & Ruben, & Manasse.* Terra Galaad nō distingstitur à terra Ruben, & Manasse, & Gad: quia medietas terrę Galaad data est tribui Ruben, & Gad, & alia medietas data est dimidię tribu Manasse: Deuteronom. 3. Ideo oportet, quòd E ponatur hic, &, pro, idest, expositiuè, & non copulatiuè, sicut multoties ponitur. Aliter potest dici, & melius, quòd quanquam terra Galaad non distinguatur à terra Ruben, Gad, & Manasse, quia tota est intra terminos istarum tribuum, & cum istæ duæ tribus, & dimidia habeant maiorem terram, quàm sit terra Galaad, cum Galaad sit quædam pars regionis illius: ideo ponuntur hic terra Manasse, & Ruben, & Gad pro alijs partibus terræ istarum duarum tribuum, & dimidiæ, quæ sunt præter Galaad. *Ab Aroer, quæ est super torrentem Arnon.* Aroer est quędam ciuitas in terra duarum tribuum, & dimidiæ, & est in sorte Ruben, vt patet Iosue decimotertio. Et ista est vltima versus oriētem in tota terra Israel.

Terra Galaad an sit distincta à terra Rubem.

Aroer ciuitas quædā.

Ideo semper ista ponitur pro termino orientali terræ illius, vt patet Nume. 21. & Deuteronom. 2. & 3. & Iosue 13. & sup. 2. libro, cap. vltimo. Arnon est nomen cuiusdam scopuli diuidētis terram Moab à terra duarum tribuum, & dimidiæ, siue à terra Amorrhæorum Num. 21. s. siquidem Arnon terminus est Moab diuidens Moabitas, & Amorrhæos, & ibi dicitur: castrametati sunt cōtra Arnon, quæ est in deserto, & prominet in finibus Amorrhæi: prominere nō pertinet nisi ad scopulos. Alio modo Arnon accipitur pro quodam fluuio diuidente terram Moab à terra, & fluit ille riuulus ad latus terræ Moab, & finitur in lacum Asphaltidem, idest, in mare mortuū, vbi fuerunt quondam quatuor ciuitates Sodomorum, vt ait Iosephus 4. Antiquitatum, & hoc etiam innuitur Nu. 21. cùm dicitur: sicut fecit in mari rubro, sic faciet in torrentibus Arnon, scopuli torrentium inclinati sunt, vt requiescerent in Arnon. & ita accipitur hic: quia dicitur: super torrentē Arnō: est enim ista ciuitas Aroer iuxta fluuium Arnon in valle: sic enim patet supr. 2. lib. cap. vlt. s. venerunt in Aroer ad dextram vrbis, quæ est in valle Gad. *Et Galaad, & Basan.* Idest ab Aroer vsque Gaalad, & Basan percussit Azael rex Syriæ, & ponitur Aroer pro termino orientali, & Galaad, & Baasam pro termino orientali: & oportet, quòd assumantur isti duo termini inclusiuè, scilicet, Galaad, & Basan: nam ambę fuerunt percussę, quod patet, quia tota terra à Iordane contra orientalē plagam fuit percussa per Azaelem, vt patet in litera, & tamen terra Basaam, & Galaad est ad Orientalem partem Iordanis, cum sit in terra duarum tribuum, & dimidia, Deuteronom. 3. & illa tota est ad orientalem partem Iordanis, Nume. 32. & Iosue 1. Sciendum autem, quòd terra Basaam erat quędam specialis in terra duarum tribuū, & dimidiæ, quæ habebat ciuitates sexaginta, Deuteronom. 3. & Iosue 13. & ista terra data fuit in sortem dimidiæ tribui Manasse, & cum ea accepit medietatem terræ Galaad, & alias vrbes, vt patet eisdem capitulis.

Deum tædere super Israel an sit possibile. Quæst. XLI.

QVAERETVR, quomodo dicitur hic, quòd cœpit Dominus tædere super Israel: nam videtur, quòd nullo modo possit stare, quia aut accipietur propriè tædere, aut largè: si enim propriè, nō potest Deus habere tædium, quia non est passio ista potens cadere in Deo, cùm sit passio animalis: si largè prout est odisse malum, non solum Deus habebat tædium super Israelitas ex nunc, sed etiam à principio, quando fecerunt vitulos aureos, & continuauerunt in cultu eorum. Respondendum, quòd cœpit Deus habere tædium super Israel non propriè, sed largè, & tamen habere tædium largè, non est odisse solum id, quod malum est, sed cum quis odit malum importabiliter iam non potens sustinere. Sic enim Deus à principio Israelitas colentes idola exosos habebat, & tamen peccata eorum adhuc portabilia erant, & Deus expectabat illos ad pœnitētiam, nunc verò peccata eorum peruenerant ad tantam magnitudinem, quòd Deus non poterat sustinere, quin puniret eos, & non acceptabat opera eorū aliquo modo: sic enim fuit quando Deus voluit ducere Israelitas in Babylonem: nam tunc omnia opera eorum erant ei molesta, & non poterat ea tolerare, vt patet Isa. primo, scilicet: Kalendas vestras, & solēnitates vestras odiuit anima mea facta sūt mihi molesta, laboraui sustinens. Sic etiam dixit Malachias Israelitis: laborare fecistis Deum in sermonibus ve-

F stris: Malach. 2. Ita nunc erat de Israelitis, quia à prin
cipio peccatorum suorum erant Deo odibiles, & ta
men non omnino proiecerat eos, ideo non diceba-
tur tædere eum super illos: nunc autem, quia efficie-
bantur importabiles, dicitur, quòd cœpit Dominus
tædere super Israel. *Reliqua autem verborum Iehu, et vni-
uersa, quę fecit.* s. multa alia fecit Iehu, quæ nō scripta
sunt hic, & habētur in alio libro. *Et fortitudo eius.* Fuit
Iehu vir pugnator: nam erat audax nimis, & tamen
quia offendit Deum in vitulis aureis, induxit super
eum Azaelem regem Syriæ, & vastauit terram eius,
nec potuit sibi resistere. *Nonne hæc scripta sunt in libro
verborum dierum regum Israel?* s. omnia ista, quæ fecit sin
gulatim, scripta sunt ibi: Iste liber non habetur in Sa
G cra Scriptura, sed quis fuerit, declaratum est præce-
denti lib. cap. 14. *Et dormiuit Iehu cum patribus suis.* Idest, Iehu moritur.
mortuus est, sicut omnes patres sui. *Sepelieruntque eū
in Samaria.* Ista erat ciuitas metropolitana terræ Is-
rael, ideo sepeliebantur ibi omnes reges, vt declara-
tum est præceden. lib. cap. 16. Sic enim sepeliebantur
prius in Thersa, qa ibi fuit metropolis regni imme-
diatè post diuisionem regni, & ibi regnauit Ieroboā
primus rex, & ibi sepultus est, præceden. lib. cap. 14.
Et postea omnes reges Israel sepulti fuerūt ibi, quo-
usque Samaria ædificata est ab Amri patre Achab,
eod. lib. cap. 16. Et ex eo tempore Amri fecit Sama-
riā esse metropolem regni, & sepeliebantur ibi oēs
reges. *Et regnauit Ioachaz filius eius pro eo.* Iste fuit pri-
H mus de quatuor successoribus, quos Deus promise-
rat Iehu dicēs: filij tui vsque ad quartam generatio-
nē sedebunt super tronum Israel, & vltimus, in quo
regnum cessauit, fuit Zacharias, supra 15. *Dies autem,
quibus regnauit Iehu super Israel, viginti, & octo anni sunt in Sa-
maria.* Dicitur regnasse in Samaria, quia licet regna-
ret super totum Israel, tamē attribuitur regnum se-
di regni, & quia Samaria erat sedes regni dicebatur
regnare ibi Iehu: sic fuit de omnibus regibus Israel,
quia omnes dicebanī regnare in Samaria, & omnes
reges Iuda dicebantur regnare in Ierusalem: quia
vtrobique erat metropolis, vt patet ex processu pre-
cedentis libri, & istius.

I CAPITVLVM XI.

ATHALIA verò mater Ochoziæ, videns mortuum filium suum, surrexit, & interfecit omne semen regium. Tollēs autem Iosaba filia regis Ioram, soror Ochoziæ Ioas filium, &c.

Descripto in precedētibus regno legitimè habito in sexu virili, hic agitur de regno vsurpato in sexu muliebri, scilicet de regno Athaliæ, quæ, occisis posteris suis, regnauit, & diuidit in quatuor. Primò ponitur prædicta regni vsurpatio. Secundò legitimi regis constitutio, ibi. *Anno autem septimo.* Tertiò impijssimę Athalię occisio ibi. *Audiuit autem Athalia.* Quartò regis assumpti fœderatio ibi pepigit igitur Ioiada.
K

An ordo continuus sit. Quæstio Prima.

QVAERETVR circa primum an ea, quæ habentur, hic habeant ordinem cōtinuatum ad precedentia, & an fuerint immediatè facta, vel interiecto aliquanto tpe. Ad primū dicēdum, q hic est ordo cōtinuus: nam supra habitum est de occisione Ocho-

Ochozię regis Iudę, quem occidit Iehu supra 9. hic autem agitur de eius successore: nam Athalia successit Ochoziæ in regno, quia ipsa erat mater Ochoziæ regis, & vt cognouit illum occisum esse, occidit ipsa omne semen regium, vt ipsa regnare posset, & de eius regno agitur hic: ideo necesse est fuisse istud post illa. Ad secundum dicendū, ꝙ aut ista, quę habentur hic, comparantur ad ea, quæ habētur supra 9. aut ad ea, quæ habentur præcedēti c. Si primo, modo, dicendū, ꝙ ista fuerunt facta immediatè post illa, quia supra 9. dicitur de occisione regis Ochozię, & tamen mox, vt Athalia cognouit mortuum esse Ochoziam, occidit oē semē regiū, & incępit ipsa regnare, vt colligitur hic, & 2. Paralip. 21. & sic fuerūt ista immediatè post illa. Si autem comparentur ad ea, quæ habentur præcedenti cap. dicendum, ꝙ ista non fuerunt facta immediatè post illa, sed fuerunt simul cum illis: nam Athalia occidit semen regium mox, vt cognouit mortuū eē Ochoziā, & tamē ista, quæ habentur præcedenti cap. durauerunt aliquan to tempore in fieri post mortem Ochoziæ, de qua hr̄ supra 9. ideo necesse est, ꝙ ista, & ea, quæ habētur præcedenti c. fuerint simul facta: quia tamen erant historiæ diuersæ. s. vna pertinens ad regnum Iuda, & alia pertinens ad regnum Israel, & illa, quæ pertinebat ad regnū Israel, fuit prius incepta, posita fuit illa præcedenti ca. & ista de occisione seminis regij per Athaliam posita fuit hic. *Athalia verò mater Ochoziæ.* Ista erat vxor regis Ioram, & fuit filia Achab regis Israel, supra 8. capit. & mortuo Ochozia, mansit ipsa in regno: erat autem ipsa mater Ochoziæ, siue Ahaziæ, qđ idem est, quia Ochozias habuit tria nomina, s. Ochozias, Ioathas, & Ahazias, vt declaratū est supra 9. *Videns mortuum filium suum.* s. vidit Ochoziam mortuum fuisse à Iehu rege Israel supra 9. & 2. Paralipo. 22. *Surrexit, & interfecit omne semen regium,* idest, interfecit omnes, qui erant de stirpe regia, & poterant regnare.

Qui erant isti de semine regio, quos occidit Athalia, & an essent filij sui, vel nepotes. *Quæst. II.*

QVAERETVR, qđ semen regium occidit Athalia. Aliquis dicet, ꝙ occidit filios, & nepotes suos, quia Ochozias erat ante hoc rex Iuda, & ipse erat filius Athaliæ, ideo semē regium pertinebat ad fratres, & ad filios eius. Sed aliquis dicet, ꝙ non, quia non erat vllo modo eredēdum, ꝙ Athalia occideret filios suos, vel nepotes. Respondendum, ꝙ Athalia non occidit nunc aliquē filium suū, qđ patet: quia Athalia fuit vxor regis Ioram, & eo mortuo non accepit alium virum, quia aliàs non mansisset ipsa regina Iudę, & tamē moriente Ioram minimus filiorum suorum erat Ochozias, qui cōstitutus est in regem 2. Paralip. 22. ergo post Ochoziam non habuit Athalia aliquem filiū, & si aliquem haberet fornicariè, & occultè, ille non esset de eis, de quibus dicitur hic, quia hic occisi fuerunt, qui erant de semine regio. Nō habebat etiam Athalia aliquē filium maiorem Ochozia, quia 2. Paralipo. 21. & 22. dicitur, ꝙ latrones Arabum occiderāt filios Ioram maiores Ochoziæ, ideo Ochozias minimus omniū in regem constitutus est: nō ergo poterat hr̄e Athalia tunc aliquem filium, qui esset de semine regio, & sic nullum filium suum occidit hic. Dicendum autem, ꝙ occidit nepotes suos filios Ochoziæ: nam Ochozias rex Iudæ filius Athaliæ habebat multos filios, quorū quilibet poterat regnare, & omnes illos occidit Athalia. Quod patet, quia dicitur hic, ꝙ interfecit omne semen regium, Ochozias autē ha-

A bebat filios, vt colligitur hic. & 2. Paralipo. 22. ergo nepotes suos occidit Athalia. Secundò patet, quia Iosaba abscondit Ioas filium Ochoziæ, si tn̄ Athalia non occideret nepotes suos filios Ochoziæ, nō abscondisset Iosaba ipsum Ioas, ergo occidebat nepotes. Tertiò patet, quia 2. Paralip. 22. dicit, ꝙ Athalia non potuit occidere Ioas, quia abscondit eū Iosaba: ergo videtur, ꝙ si non abscondisset eum Iosaba, occidisset ipsum Athalia. Quartò patet, quia dicitur hic, ꝙ Iosaba furata est Ioas filium Ochoziæ de medio filiorū regis, qui interficiebātur: sed Ochozias erat rex ante hoc, ergo omnes filij eius interficiebantur, & iste paruulus absconditus est. Quintò patet, quia Athalia occidebat semen regium, vt ip-
B sa regnaret: & tamen si occideret semen regium, & non nepotes suos, nihil faciebat, quia nepotes sui, cū essent de semine regio, poterant regnare: ideo etiā si omnes alij occisi fuissent, maneret regnum in nepotibus Athalię, & sic nō proficeret ei occidere semē regium. Sextò patet, quia potius ipsa debuerat occidere nepotes suos, quàm alios de semine regio: quia aliqui erant de stirpe Ioram regis Iudæ, qui fuit maritus Athaliæ, & ad illos non pertinebat regnum directè, quia Ochozias filius Ioram regnauerat: ideo regnum pertinebat iam ad filios suos, & non ad fratres suos: filij tamen Ochozię erant nepotes Athaliæ. Ideo dicendum, ꝙ Athalia occidit oēs nepotes suos filios Ochozię, & ēt istum paruum Ioas occi-
C disset, nisi absconditus fuisset per Iosabam, & putauit Athalia nullum superfuisse de filijs Ochoziæ: ideo ipsa secura regnabat, & postea admirata est, qn̄ paruulus in templo constitutus fuit in regem, & dixit: coniuratio, coniuratio, infra in litera. Dicendū ēt, ꝙ Athalia occidit alios de semine regio p̄ter nepopotes suos, & isti erāt nepotes Ioram mariti sui, quos susceperat ex alijs vxorib⁹: nā Iorā habuit multas vxores, & suscepit ex eis multos filios: oēs autē occiderunt latrones Arabum, præter Ochoziā minimū filiorum, & iste erat ex vxore sua Athalia, & iste regnauit. Alij tamen filij Ioram, qui occisi fuerunt ab Arabibus, & Philisthinis, reliquerunt filios: vt patet 2. Paralip. 22. nam dicitur, ꝙ regi Ochozię
D ministrabant filij fratrum suorum. Et de istis occidit Iehu rex Israel, & quadraginta duos viros, q descendebant ad videndum filios regis Achab, præcedenti c. & manserunt de eis aliqui, & omnes illos occidit Athalia. Nā principaliter occidit nepotes suos filios Ochoziæ, qa ad illos directè veniebat regnū, quia tamen si istos solum occidisset, manebāt alij de nepotibus Ioram, ad quos regnum deuoluebat. Voluit etiam occidere illos, vt nullus esset de stirpe regum Iuda, ad quem posset regnum peruenire.

Athalia quomodo potuit occidere omnes de semine regio *Quæstio III.*

E QVAERITVR vlterius, quomodo Athalia potuit occidere oēs de semine regio, & quare illos occidit. Ad Primum dicendū, ꝙ Athalia fuit impijssima, & dum sciret mortem filij sui Ochozię deducto cadauere in Ierusalem, dum deberet vacare funeri Ochoziæ, imaginata est malum de occisione seminis regij: & tunc cum populus esset vacans funeri regio, & non attenderet ad aliud, ipsa habuit opportunitatem ad occidendum semē regium, qa nullus tunc resisteret, nec aduerteret, cum oēs tunc funeri intenderent. Fuit etiam alia opportunitas, quia Athalia cum esset mater Ochoziæ manebat in domo regia, vbi erant omnes filij regis, & alij cognati eorum filij regis Iorā, & sic poterat ipsa, nullo aduerten-

aduertente occidere omnes. Fuit tertia opportunitas, quia cũ esset Athalia mater Ochozię nullus de populo potuit suspicari, ꝙ ipsa tantam crudelitatẽ aggrederetur.s.occidẽdo nepotes suos: ideo non curauit populus ponere diligentiam super filios regis illico, vt mortuus est Ochozias, sed prius voluerũt celebrare funera, deinde electionem, & interim ipsa Athalia occidit omnes, qui poterant constitui, vel eligi in regem.

Athalia quare occidit omnes de semine regio. Q. IIII.

QVAERETVR vlterius, ad quid Athalia occidit omnes de semine regio. Dicendum, ꝙ ipsa fecit hoc, vt regnaret: nam si nunc sumeretur in regem aliquis de nepotibus suis, desineret ipsa esse regina: & tamen ipsa desiderabat nimis principatum: ideo voluit occidere omnes, vt ipsa regnaret: & sic factum est: nam occisis omnibus de semine regio ipsa regnauit per sex annos quousque Ioas constitutus est in regem, ipsa nesciente, & tunc ipsa occisa est à populo, infra in litera. Sed tunc dicetur, quomodo putabat Athalia, quòd ipsa poterat regnare, quanquam occideret omne semen regium? Dicendum, ꝙ si viuerent aliqui de semine regio Athalia putabat se nõ posse regnare, quia populus vellet instituere in regem illum, ad quem de iure regnum pertinebat, & nolet sustinere imperium mulieris: cum autem nullus esset de semine regio, cum populus non haberet quem institueret, poterat ipsa manere tanquam regina. Sed adhuc dicendum ꝙ in hoc fuit nimis audax, & temeraria: qa credere dicebat, ꝙ populus nolet eam tenere in Domi nam propter multa. Primo, quia erat fœmina, & dedecus populi erat, ꝙ sola fœmina esset princeps. Secundò, quia ipsa erat de semine Achab, & viri iuda habebant exosum totum semen Achab, quia ꝑ progeniem illam multa mala eis euenerant. s. quia domus Achab fuit, quæ erudiuit reges Iuda ad malum, & ob hoc passi sunt viri Iuda multa mala propter peccata regum suorum, sicut fuit tempore Ioram, qui pessimus fuit propter cõmunicationẽ cũ progenie Achab, & ob hoc Deus immisit hostes in terram Iuda, & vastauerunt magnam partem eius, & abstulerunt thesauros domus Domini, & domus regis: vt patet 2. Paralip. 21. Tertiò erat exosa ipsa Athalia viris Iuda, quia occiderat omnes de semine regio: ideo licet aliàs posset competere ei ius regnandi, non permitterent viri Iuda. Quartò, quia viri Iuda insurgerent in eam, tanquam in non habentem adiutorem: nam ipsa non erat de progenie regum Iuda, sed regum Israel. s. filia Achab, & omnes de progenie sua occisi fuerant iam per Iehu, ut patet præcedenti cap. ideo non habebat aliquẽ adiutorem. Incitata tamen fuit ad faciendum hoc ex nimio desiderio regnandi, & habuit ad hoc duo, q̃ ipsam aliqualiter adiuuabant. Primum fuit, quia populus non habebat, quem posset constituere in regem: si enim habuisset aliquem, pugnaret pro illo, & occideret Athaliam: nõ habens tamen aliquem, cessaret, & dominaretur ipsa Athalia. Secundũ fuit, quia tota potestas domus regię manebat nunc penes Athaliam: ipsa.n. gubernabat palatium regis, dum filius suus Ochozias iuisset ad videndum Iorã regẽ Israel, quia erant omnes filij Ochoziæ paruuli, & tunc eam exercitus esset in manu eius, & faueret ei, quia fortè ipsa promittebat magna, & dabat, populus non potuit resistere ei: & sic mansit regnans in terra annis sex quousquę Ioiada pontifex vnxit in regem Ioas filium Ochoziæ.

Athalia nimis audax, & temeraria fuit.

F *Quomodo potuit esse tanta crudelitas Athaliæ, quòd occideret nepotes suos, vt ipsa regnaret, & de ferocissimis desiderijs fœminarum. Quæst. V.*

QVAERETVR vlterius, quomodo potuit esse tanta crudelitas Athaliæ, vt occideret nepotes suos, cum nihil nocuissent ei. Respondendum, ꝙ quanquam haberet ad eos magnum nexum dilectionis propter cõsanguinitatem: tamẽ maior fuit regnandi cupiditas, ideo mouit eam, vt occideret illos. Habent enim hoc proprium fœminæ, ꝙ quęcunque desideria passionalia fortiora sint in eis, quã in viris. Hoc autem contingit propter minorem resistentiam ex defectu iudicij: nam est in eis phantasia debiliter fixa, cùm vix habeant opinionem vniuersalem, & quasi non sint propriè incontinentes, sicut nec bestiæ: vt declarat Aristoteles. 7. Ethicorũ, & sic facilius, & durius inclinantur ad quodcunque malum, quàm viri. Patet enim de desiderio passionali irę: nam tantum calorem iracundiæ concepit Medea contra Iasonem virum suum, vt coram eo occideret filios suos, & Iasonis, vt sic contristaret Iasonem, quem aliter offendere non poterat: vt patet in tragędia septima Senecę, cuius titulus est: Medea. Patet etiam de desiderio libidinis: nam Medea tantum dilexit Iasonem virum alienigenam, ꝙ omnes thesauros patris sui ei prodidit, & fratrẽ suum paruulum occidit, & in frusta comminuẽs mẽbra eius sparsit per agros, ut pater suus Oethes colligẽdo illa moraretur, & nõ posset consequi eã fugientem cũ Iasone: vt ait Ouidius in libro Heroidum, in Epistola Medeę ad Iasonẽ, & idem in septimo Metamorphoseos. De desiderio etiam regnandi patet: nam Semiramis vxor Nini regis Babylonis tanto desiderio regnãdi rapta est, vt mortuo Nino, ne regno trãseunte ad filium suum Ninum, ipsa maneret sine regno; induxit filium, vt eam in vxorem acciperet, qđ & ille paruulus suasu matris fecit, sed cum diu maneret cum ipsa in actu matrimoniali tantũ facinus perhorrescens, ad quod ipsa illum induxerat, ipsam occidit: illa tamen non erubuit filium in maritum petere, & accipere, vt regina maneret. Addidit etiã aliam turpitudinem, vt suam coloraret inhonestatem lege statuens, ꝙ cuilibet fœminæ liceret filiũ suum in maritum accipere. Sic ait Paulus Orosius primo lib. de Ormesta mundi. Sic igit̃ Athalia nũc tanto desiderio regnandi succensa est, vt non erubesceret, nec horresceret nepotes suos occidere: maiusque fuit regnandi desiderium, quàm viscera pietatis, licet esset magna sanguinis propinquitas. *Tollens autem Josaba filia regis Ioram.* Ista Iosaba vocat̃ alio nomine Iosabeth 2. Paralip. 22. Ista erat filia regis Ioram, & erat vxor Ioiadæ summi Sacerdotis: nã summi Sacerdotes erãt viri potentissimi in populo post regem, & erant magnæ dignitatis: ideo accipiebant filias regum in vxores, sic patet. 2. Paralipo. 22. erat autem ista soror Ochoziæ regis Iuda, qui nunc occisus fuerat: ideo erat in palatio regis, & nunc quãdo occidebantur mandato Athaliæ filij regis ipsa condoluit Ioas paruulo filio Ochoziæ. *Ioas filium Ochoziæ.* Non accepit alium de filijs Ochoziæ, quia non occurrit sibi accipere alium: omnes enim liberasset, si potuisset, cum essent filij fratris sui. *Furata est eũ de medio filiorum regis, qui interficiebãtur.* s. de medio filiorum Ochoziæ, qui ante hoc fuerat rex, & multos alios habebat filios, & tamen alij occidebantur, & iste nondum erat occisus: quia cùm esset paruulus lactẽs, nõ respiciebatur ad ipsum, sicut ad alios maiores: non enim erat vnius anni, quando occidebantur alij fratres sui, & ipse liberatus est: nam ipse cępit regnare

G H I K

Mulieres maximè mouẽtur à passionibus, & efficiuntur incontinentes, vt bestiæ.

De Medea Fœmina crudeles.

De Semirami.

Fœminę cupidę regnandi.

regnare anno suo septimo.s.nondum completo. 2. Paralipo.24.& tamen Athalia regnauit annis sex su per terram,& totidē fuit Ioas absconditus in tēplo: vt patet infra in litera, & sic non habebat annū plenum qñ absconditus est, vel saltē nō habebat plusq̃ vnum annum, ideo nutrix eius abscondita fuit cū eo in templo: quia adhuc indigebat nutrice,cū adhuc esset lactens: in Hebræo dicitur: *De medio filio ũ regis interfectorum.* Sed dicuntur interfecti.i.qui interficiebantur: nam nondum interfecti erant omnes, quia tunc non potuisset rapi Ioas. *Et nutricem eius.*i. nutricē Ioas: quia erat Ioas paruulus, & indigebat adhuc nutrice,sicut supradictum est. *De triclinio.* Triclinium dicit esse domus,in qua sunt tres ordines lectorum,vel mensarum: sic enim accipitur supra 1. lib.cap.9.cum dicitur,ꝙ Samuel introduxit Saulem in triclinio,& dedit ei locum in capite illorum, qui fuerāt inuitati,& sic dicitur hic in Hebręo, in came ra lectorum:triclinium autem specialiter significat tres ordines acubitus,siue super mensas, siue sup lectos,& 2.Paralipo.22.ponitur sicut in Hebręo,scilicet,in cubiculo lectulorum. Litera significat hic,ꝙ fuerit Ioas assumptus de triclinio, ita ꝙ triclinium esset in domo regis: debet tamen accipi, ꝙ tricliniū esset in templo,& debet refferri ad verbum,abscondit,scilicet,ꝙ abscondit eum in triclinio, & non ad verbum,accepit.Sic patet.2. Paralipo.22 cū dicitur: abscondit que eum in cubiculo lectulorum. Hic tamē deberet esse,In,& ponitur,De:quia fortè fuit error librariorum. *Et abscondit eū à facie Athaliæ.* Si enim Athalia sciuisset, ꝙ ille supererat,persecuta fuisset eum,vsquequo occideret: & tamen ignorauit, putans,ꝙ nullus superesset de progenie regali. *Eratque cum eo in domo Domini clam sex annis.* s. nutrix Ioas mansit sex annis cum ipso Ioas in templo abscōdita nutriendo eum semper secretè. *Porro Athalia regnauit super terram.* s.regnauit istis sex annis,quibus fuit abscōditus Ioas: nam in septimo anno ipse vnctus est in regem, & illa occisa est, vt patet in litera.

Ioas filius Ioram,& me dio fratrū interfecto ab ea abscō ditur.

An Iosaba benè fecerit abscondendo Ioam,& an peccaret non faciendo. Quæst. VI.

QVAERETVR, an Iosaba, quæ abscondit Ioas filium regis benè fecerit. Respondendū, ꝙ illa benè fecit propter multa. Primo,quia Ioas erat puer paruulus innocens,& iniustè volebat eum occidere Athalia cum cęteris. Secundo,quia faciebat misericordiam magnā Iosaba in stirpe Dauid: nam si nunc occisus fuisset iste Ioas, non manebat aliquis de stirpe regia,qui posset regnare, & sic cessaret regnum in stirpe Dauid: Deus tamen promiserat regnum in sempiternū in stirpe Dauid, ideo ista liberando Ioas adiuuabat diuinam dispositionem, vt compleretur. Tertio,quia iste paruulus erat filius fratris Iosabę.s.Ochoziæ: ideo saltem propter magnam sanguinis propinquitatem tenebatur ei. Dicendum etiam,ꝙ non solum benè egit, sed etiā malè egisset,si non liberasset eum: quia quilibet tenet liberare à morte innocentem in quantum potest: & si liberare potest,& non liberat homicida est, & si fingit, ꝙ non potest,si tamen potest,semper peccat, sic patet Prouer.24.s.erue eos,qui ducuntur ad mortem,& qui trahuntur ad interitum liberare, ne cesses, si dixeris,vires non suppetunt, qui inspector est cordis, ipse intelligit,& seruatorem animæ tuæ,nihil fallit, reddetq; homini iuxta opera sua. Ideo cū pro occisione alicuius excommunicantur occisores etiam excommunicantur illi, qui potuerunt liberare à morte eum,qui occisus est,& non liberaue-

A runt: sic fuit in occisione sancti Thomę Cantuariēsis: vt patet extra de homicidio.c.sicut dignum. Secundò peccaret Iosaba contra legem consanguinitatis,quia ille paruulus erat filius fratris eius: & tenebatur sibi spetialiter propter cōsanguinitatem succurrere. Tertiò peccaret contra totum regnum, qa cum posset regem legitimum excusare à morte nō excusabat,sed videbatur fauere Athaliæ ad hoc, ꝙ vsurparet regnum. Dicēdum etiam, ꝙ Iosaba obligauit sibi totum regnum Iuda,& stirpem Dauid ad magnum honorem sibi impendendum: nam ipsa liberauit regem à morte alioquin occisus fuisset cum cęteris filijs Ochoziæ,& non mãsisset aliquis de stirpe regia,ideo credendum est, ꝙ omnes de progenie
B Dauid, & viri de regno Iuda nimis honorauerint postea Iosabam, vel impenderint ei aliquod spetiale beneficium. Sic enim fuit de Ioiada summo Sacerdote viro eius,qui vnxit Ioas in regem:ideo ipse sepultus est in sepulchris regum Iuda,quia restituerat regnum regibus Iuda.2. Paralipo.24.

Qui p̃t liberare innocentē à morte, & non liberat,peccat mortaliter & excommunicat.

Deus quare permisit istos occidi. Quæst. VII.

QVAERETVR vlterius,quare Deus permittebat,ꝙ omnes isti de semine regio occiderentur. Respondendum,ꝙ fuit permissio iustissima:nā reges Iuda fuerant deprauati nimis sequendo viam Domus Achab: ideo merebātur exterminari, sicut
C domus Achab. Ioram.n filius Iosaphat secutus est viam domus Achab, cū haberet vxorē filiā Achab, supra 8.& 2.Paralipo. 21.ideo Deus misit multa mala in eum,quia mortuus est languore turpissimo: & non solum ipse,sed ēt eo viuente omnes filij sui occisi fuerunt à latronibus Arabum,& Philisthinorū, qui inuaserunt terram Iuda. 2. Paralipo.21.ita ergo Ochozias filius Iorā secutus est viā domus Achab: ideo Deus voluit disperdere eum, & ob hoc incitauit ipsum,vt descenderet ad videndum Ioram regē Israel,& occideretur ibi cum eo à Iehu 2 Paralipo. 22.sicut ergo propter peccata Ioram omnes filij sui occisi fuerant,ita etiam ꝓpter peccata Ochozię fecit,vt occiderentur omnes filij sui,& non solū occi
D si sunt nunc filij Ochoziæ, sed ēt filij fratrum eius,q̃ manserant, cum tota domus Ioram deleta fuerit. 2.Paralip.22.& ratio est,quia patres istorum declinauerant ad viam domus Achab,& etiam ipsi:nā quadraginta duo viri de filijs fratrum Ochoziæ occisi fuerunt à Iehu,cum irent in Samariam ad videndū filios Achab: vt patet præcedenti cap.& 2. Paralip. 22.ita ergo & alij,qui manserūt ex eadem causa occisi sunt. Sciendum etiam, ꝙ ista permissio ex parte Dei fuit valde iusta: quia non solum perierunt omnes de stirpe Ioram,& Ochoziæ,quia secuti fuerant isti domum Achab,sed etiam perierūt per manum domus Achab. Nam Athalia, quæ occidit omnes istos erat filia Achab,supra 8.& 2.Paralipo.21.& 22.
E & iste est modus, quo Deus punit damnatos in inferno.s.quia Dæmones, qui suaserunt eis peccare, sint eorum tortores,iuxta illud: vt eosdem habeant in pœnam tortores, quos habuerunt in culpa incētores,& tūc plenissimè euenit id, qđ dicitur Sap. 11. Per quæ quis peccat per hæc torquetur.

Deus quare liberauit Ioas inter fratres eius. Q. VIII.

QVAERETVR vlterius, quare Deus fecit,ꝙ liberaretur iste paruulus inter filios Ochozię. Respondendum est, ꝙ peccatum Ochoziæ merebatur,ꝙ iste cum cęteris filijs eius occideretur,& tamen Deus noluit occidere ipsum propter Dauid: nam

nam Deus promiſerat ei, ꝙ daret ſibi ſedentem ſuper tronum ſuum in ęternum, ſi tamen iſte occiſus fuiſſet, non manſiſſet aliquis de progenie Dauid, q regnaret: ideo voluit Deus iſtum à morte eripere: ſic enim fecit, quando mortuus eſt Ioſaphat: nam filius Ioram non merebatur habere regnum Iuda, & Deus incępit diſperdere eum, ſed noluit omnino diſperdere, vt daret lucernam Dauid ſupra 8. c. hoc autem fuit, quia Deus fecit, ꝙ occiderentur omnes filij Ioram per latrones Arabum, & fecit minimum eorum Ochoziam liberari, & ſic manebat lucerna Dauid. 2. Paralipo. 21.

Ioas in qua parte domus Domini abſconditus fuit ſex annis. Quæſt. IX.

QVAERETVR vlterius, quomodo fuit Ioas abſconditus in domo Domini ſex annis. ſ. in qua parte domus Domini fuit. Reſpondent quidã Hebręi, de quibus eſt Ra. Sa. ꝙ fuit abſconditus intra Sancta ſanctorum, & pp hoc dicit, ꝙ poſtea permiſit ſe adorari: nam non poterat ibi aliquis manere, qui moreretur, & quia ipſe manſit ibi ſex annis, & non læſus eſt, reputauit ſe Deum, & dignum adoratione, & ſic permiſit ſe adorari: vt patet 2. Paralip. 24. ſ. poſtquam autẽ obijt Ioiada ingreſſi ſunt principes Iuda, & adorauerunt regem: & iſtam dicit eſſe cauſam perditionis ſuæ. Sed iſta poſitio eſt falſa. Primo, quia dicit, ꝙ fuit Ioas abſconditus in Sancta ſanctorum: litera tamen dicit, ꝙ abſconditus fuit in camera, vel cubiculo lectulorum. 2. Paralip. 22. & ſic habetur in Hebræo: & tamẽ intra Sancta ſanctorum non erant aliqui lectuli: quia ſolũ erat ibi Arca fœderis, & duo cherubim, de oliuis operiẽtes Arcam: vt colligitur præcedenti lib. c. 6. & 8. & 2. Paralip. c. 4. & 6. ergo non fuit intra Sancta ſanctorũ. Secundo patet hoc, quia Ioas non fuit abſconditus in templo, niſi vt maneret ibi ſecretus, & ſecurus, & tamen multæ aliæ partes erant in templo præter ſancta ſanctorum, in quibus poterat abſconditè, & ſecurè manere Ioas: ideo non eſt credendum, ꝙ ſummus Sacerdos vellet ponere eum in Sancta ſanctorum, ad quem locum nulli hominum licebat intrare, niſi ſummo Sacerdoti ſemel in anno: Tertiò patet, quia ſi Ioas abſconderetur intra Sancta ſanctorum non poterat eſſe conuenienter abſconditus: q̃a locus Sancti ſanctorũ patebat omnibus: quia erat à fronte portæ templi: vt patet præcedenti lib. cap. 6. & 2. Paralipo. ca. 4 ideo non poterat præuideri abſconditè nutrici Ioas, & ipſi Ioas, ſi manerent in Sãcta ſanctorum: quia aliquando appareret, quomodo ſummus Sacerdos intrabat illùc ad prouidendũ eis: multa autem alia latibula erant in templo, ſicut declaratum eſt præcedenti lib. c. 6. in quibus magis abſconditus poterat eſſe Ioas, quàm in Sancta ſanctorum. Quartò patet corollarium ſuum eſſe falſum. ſ. ꝙ Ioas crederet ſe Deũ, & permitteret ſe coli, quia fuerat illęſus in Sãcta ſanctorum per ſex annos: nam iſtud erat ridiculum opinari: quia Ioas ſciebat ſe hominem, & genitum ex homine: ideo non poterat credere ſe eſſe Deum, licet per ſuperbiã poſſet ſe vocare Deum, ſicut multi hominum ſe Deos vocauerunt. Sic enim fuit de Nabuchodonoſor, q noluit in tota terra coli alium Deum, niſi ſe ipſum: vt patet Iud. 1. Quintò patet, quia ſi ꝑpter hoc Ioas diceret ſe Deum, eodem modo nutrix ſua poſſet ſe Deam appellare: quia etiam ipſa manſit ibi ſex annis, & tamen nõ propter hoc vocauit ſe Deã. Sextò patet, quia Ioas non permiſit ſe adorari: nam cum dicitur 2. Paralipo. 24. ꝙ ingreſſi principes Iuda ado-

F rauerunt regem, non accipitur ibi pro adoratione latriæ, quæ debetur Deo, ſed ꝑ adoratione, quæ hominibus impẽditur, & ſic dicitur, ꝙ vnus homo adorat alium, quando ſe humiliat coram eo, & iſte modus loquendi frequentatus eſt in veteri teſtamẽto. Sed dicendum eſt, ꝙ fuit Ioas in templo Domini: non quidem intra Sancta ſanctorum, ſicut voluit Ra. Sa. nec etiam in prima parte miniſtrantiũ, quæ vocabatur Sancta, in qua erat altare thymiamatũ, & alia vaſa, quia ibi non poterat latere: ſed fuit in aliqua de domibus abſconditus templi: nam ſuper templum. ſ. ſuper primam cameram erant duę alię cameræ extentæ, ſecundum totam longitudinem templi, vt declaratum eſt præcedenti lib. c. 6. & ibi
G ponebantur theſauri Sãctuarij, & nullus accedebat ad cameras illas: ideo ibi poterat ſecurius manere, magis abſconditus, cum illę eſſent in parte ſuperiori templi, & ibi non ſolum populares non viderent filium regis, ſed etiã nec ipſi Sacerdotes, & Leuitæ, niſi quibus ꝑmitteret Ioiada Sacerdos magnus.

Ioas an licitè potuerit teneri à Ioiada in templo, cum eſſet Laicus. Quæſt. X.

QVAERETVR vlterius, quomodo licuit Ioiadæ ponere in templo paruulũ Ioas, & nutricem ſuam, quia non licebat ibi manere Laicis: potiſſime quia non ſolum manebant ibi Ioas, & nu-
H trix ſua aliquanto tempore, ſed manebãt ibi nocte, & die dormiendo, & ſumendo cibum. Reſpondendum, ꝙ iſtud non erat ſimpliciter licitum, & tamen fuit nunc licitum propter neceſſitatem, quia Ioas erat in periculo mortis, niſi abſconderetur in templo: Laicos autem manere ibi nocte, & die non erat per ſe malum, ſed ſolum ex prohibitione Dei, & q̃a præcepta non obligant in neceſſitate, potuit licitè manere Ioas in templo cum nutrice ſua. Sic. n. fuit de Dauid, qui quãdo eſuriuit, petiuit panes ab Achimelec, & dedit ei panes propoſitionis, de quibus nõ licebat alicui comedere, niſi Sacerdotibus, & tñ propter neceſſitatem fuit licitum ei comedere, vt patet ſupra 1. lib. cap. 21. & Chriſtus approbauit iſtud fa-
I ctum, quia erat ex neceſſitate: Matth. 12. & Luc. 6. ita ergo de Ioias, & adhuc maior neceſſitas erat hic: nam Ioas, ſi non abſconderetur in templo, moreretur: & tamen Dauid, etiam ſi non accepiſſet panes propoſitionis, non moreretur, quia poterat comedere de herbis agrorum: non ergo fuit illicitum manere Ioas in templo.

Anno autem. Hic ponitur ſecundum huius c. ſ. legitimi regis conſtitutio: & dicitur: *Anno autem ſeptimo.* Scilicet, anno ſeptimo regni Athaliæ: nam iſte annus, qui nunc incipiebat erat ſeptimus, quo regnare cœperat Athalia. Vel dicitur, anno 7. ſcilicet, abſcõſionis Ioas: nam iam per ſex annos abſconditus mãſerat in templo, & iſte erat iam annus ſeptimus. *Mi-*
K *ſit Ioiada, & aſſumens Centuriones, & milites introduxit ad ſe in templum Domini.* Iſte Ioiada erat ſummus Sacerdos, qui tenebat Ioas abſconditum in tẽplo, quia vxor ſua Ioſaba acceperat Ioas de medio filiorum regis, qui occidebantur: & iſte vocauit nunc Cẽturiones & milites in templo, vt cum eis conſilium iniret de modo faciendi regem, & vocauit eos ad templum Domini, quia ibi erat rex. *Pepigitque cum eis fœdus.* Scilicet, fecit fœdus de conſtituẽdo Ioas filium regis in regem. *Et adiurans eos in templo Domini.* Adiuratio iſta fuit, vt firmiter tenerent partem Ioas, & non adhererent Athaliæ contra Ioas. *Oſtendit eis filium regis:* antequam facerent cum eo fœdus, noluit eis oſtendere filium regis propter periculum, ſcilicet, ne ipſi occide-

occiderent illum, vel ne nunciarent Athaliæ, & ipsa persequeretur eum ad mortem.

Ioiada quare non ostendit filium regis ante annum septimum. *Quæst. XI.*

QVAERETVR, quare Ioiada non ostendit filium regis ad hoc, ꝙ institueretur in regē ante annum septimū. Respondendum, ꝙ hoc fuit. Primo propter ętatem pueri, quia erat valdę paruus, nec habebat vllum actum rationis: nunc autem in anno septimo incipiebat habere aliquem actū, ideo conuenientior erat ad hoc, ꝙ institueretur in regē, quàm prius. Secunda causa, & pręcipua fuit, quia in sex annis præteritis Ioiada nō habuit aliquā opportunitatem ad constituēdum istum paruulum in regem, nunc verò cępit habere opportunitatem, & hoc fuit, quia præcedenti tempore fortè populus assentiebat Athaliæ: quia ipsa existens noua Domina nolebat opprimere ipsos, vt assentirent ei: nunc aūt quia erat confirmatum regnum suum incępit opprimere viros Iuda, & tunc habuerunt eam exosā, & per hoc habebat maiorem opportunitatem Ioiada ad prouocādū populum, vt faueret parti suæ, quàm prius habuerat. Itē erat maior oportunitas, quia toto tempore præcedenti Ioiada disposuerat paulatim, vt haberet fauores militiæ, & populi, nūc autem in anno septimo, iam habebat fauorem omnium, ideo tūc potuit hoc agere: & propter hoc cōuocauit nunc Centuriones, & milites ad iniendum cum eis fœdus, & non prius: istud patet 2. Paralipo. 23. s. anno autem septimo cōfortatus Ioiada assumpsit Cēturiones, idest, in illo anno iam erat magnæ fortitudinis per fauores, quos habebat, & propter hoc aggressus est negocium.

Cum quibus Centurionibus Ioiada iniuit fędus. *Quæstio XII.*

QVAERETVR vlterius, qui Centuriones erāt isti, & milites, cum quibus Ioiada iniuit fędus, & quomodo fœdus initum est. Respondendū ad primum, ꝙ isti fuerunt quinque Centuriones, de quibus 2. Paralip. 23. s. Azarias filius Ioram, & Ismahel filius Ioanan, & Azarias filius Obed, & Maasias filius Adaię, & Elisaphat filius Zechri. De istis Centurionibus est dubium, cuius tribus essent Centuriones, & debet responderi, ꝙ quælibet tribus habebat Centuriones, & tribunos, & sic in tribu Leui erant Cēturiones, & de istis accepit Ioiada quinque, & cū eis iniuit consilium. Patet hoc, quia omnes isti fuerunt nunc ad vnctionem regis: primò vocati erant Leuitæ: nam isti Centuriones iuerunt ad vocandū omnes Leuitas per totam terram Iuda 2. Paralipo. 23. & illi, qui custodiebant templum, quando erāt in vnctione regis erant Leuitæ, quia dixit Ioiada, ꝙ illi, qui recedebant de Sabbatho, & qui veniebant in Sabbatho custodirent portas, ne aliquis introiret: & tamen euntes de Sabbatho, & venientes ad Sabbathum Leuitæ erant. Ioiada autem locutus fuit potius istis, quàm alijs, quia erant de stirpe sua, & cō fidebat eis magis. Ad secundum dicendum, quòd Ioiada prius suasit Centurionibus, & militibus nolle manere sub imperio Athaliæ: tum quia fœmina erat: tum quia non erat de stirpe Dauid, immo nec de tribu Iuda, sed de progenie regum Israel, & post hoc fecit cum eis fœdus, ꝙ non reuelarent id, quod eis diceret, & iurauerunt: deinde dixit eis, ꝙ remanserat vnus de filijs Ochozię, quem poterant instituere in regem, & pepigit cum eis fœdus, ꝙ constituerent illum in regem, & tunc ostendit eis Ioas filium

A Ochoziæ regis, in templo absconditum cum nutrice sua, & tunc Ioiada iniuit consilium cum Centurionibus, & militibus qualiter deberet vngi Ioas in regem, vt colligitur partim hic in litera, & magis. 2. Paralipo. 23. *Et præcepit illis dicens: iste est sermo, quem facere debetis.* Istud fuit postquam iniuit consiliū Ioiada cum Centurionibus, & iam vocatus erat populus Iuda post consilium istud, & determinationem à Cēturionibus, vt venirent ad certum diem ad cōstituendum regē, & venerunt, vt patet 2. Parali. 23. *Tertia pars vestrum introeat Sabbatho, & obseruet excubitū domus regis.* Hoc dicit Ioiada ad Leuitas: quia illi sūt, qui ingrediebantur Sabbatho. Pro quo sciendum, ꝙ ante tempora Dauid Leuitæ, & Sacerdotes non Ordinatio ministrorum tēpli.
B erant ordinati in modo ministrandi: Dauid tamen non ordinauit modum ministrationis in Sacerdotibus. & Leuitis, sicut ordinauit dispositionem templi Domini, & diuisit totam multitudinem Sacerdotum in viginti quatuor sortes. 1. Paralipo. 24. Leuitas quoque tam cantores, quam ianitores, q̄ omnes alij diuisi sunt in viginti quatuor sortes. eo. lib. c. 25. erat autem modus ministrandi in istis, ꝙ ꝑ singulas Hebdomadas ministrarent. s. vna sors Sacerdotum cum alia sorte Leuitarum ministraret vna Hebdomada à Sabbatho, in Sabbathum, & alia sors alia Hebdomada, & sic vsquequo finirentur viginti quatuor sortes in sex mēsibus, & tunc redibat prima sors ad ministrandum. De istis ergo dicebantur
C quidam ingredi Sabbatho. s. sors Sacerdotalis, & leuitica, quę veniebant ad ministrādum in principio hebdomadæ, & alij dicebantur egredi Sabbatho, s. illi, qui iam seruierant vna hebdomada, & finiebāt in die Sabbathi omnes isti ex mandato Ioiadæ manserunt nunc in templo, & fuerunt diuisi in tres partes ad custodiendum tres portas templi, vt patet in litera: & prima pars dicebatur custodire excubitū domus regis, idest, obseruabat ad portam quādam, quę erat versus domū regis. Erat enim domus regis apud templum, & in illa manebat nunc Athalia regina, & timuit Ioiada, ꝙ cū vngeretur in templo Ioas audiretur vox plangentium, & venirent aliqui de domo regis ad impediēdū vnctionem Ioas, ideo
D firmiter illa porta debuit custodiri. *Tertia autem pars sit ad portam Seir.* Ista erat alia porta templi, & istam iussit obseruari Ioiada, & vocatur porta Seir nomine proprio: in Hebræo tamen dicitur, porta cur, & multum differunt, cur, & Seir: quia tamē lingua Latina non habet literas, quæ possint exprimere sonū illum, posuit Seir, pro cur, & sic fit sępe in translatione nostra. Sic enim sunt multa alia, quæ exprimuntur literis Latinis, & nō possunt exprimi literis Hebraicis propter diuersam sonoritatē literarum diuersarum idiomatum. *Et tertia pars ad portam, quæ est post habitaculum scutariorum.* Habitaculum scutariorū erat quædam domus magna, quæ erat circa atrium templi, & circa domum regis: in hac autem habita-
E bant serui regis, qui vocantur scutarij erāt. n. isti trecenti viri, qui præcedebant regem ferentes scuta. Nam Salomon fecerat scuta trecenta de auro purissimo præcedenti lib. c. 10. & quandocunque rex exibat de domo sua pręcedebant eum isti viri ferentes scuta aurea coram ipso, deinde tempore Roboam, quia rex Aegypti abstulit ista scuta, facta sunt alia scuta ęnea loco aureorum, & quandocunque exibat Roboam de domo præcedebant eum scutarij ferentes ista scuta, sicut quando habebat aurea præcedenti lib. c. 14. & istum morē seruauerunt alij reges Iuda post ipsum. s. ꝙ portarentur corā eis ista scuta, & ideo scutarij ferentes ea habitabant in quadam domo apud regem, & erat illa domus apud tēplum,

plum, & vocabatur habitaculũ ſcutariorũ ad portam, quæ erat apud habitaculum eorum, poſiti fuerunt cuſtodes, ne ſcutarij Athaliæ ingrederentur in templum: in Hebræo dicitur: tertia pars ad portam poſt curſores.i.ad portam quæ eſt poſt domũ curſorum. Vocauit autẽ Hieronymus ſcutarios iſtos curſores: quia præcedebant regem currendo corã eo, & eadem dictio ponitur hic in Hebręo, & præcedẽti lib.c.14.vbi litera noſtra ponit ſcutarios: & cuſtodietis excubitum domus Meſſa.i.omnes cuſtodietis excubitũ.i.vigilias, vel introitum domus Meſſa: eſt enim nomen ſpetiale cuiuſdam domus. In Hebręo ponitur hic, Meſſa, & tamen non eſt vt nomen ꝓprium, ſed, vt commune, & dicitur Meſſa.i. firmiter.ſ.ꝙ firmiter cuſtodirent domum.ſ.templum: & ſic videtur accipere litera noſtra 2.Paralip.23.dicẽs: & tertia ad portam, quæ appellatur fundamenti, & tamen eadem dictio ponitur ibi in Hebræo, & hic. *Duæ verò partes ex vobis egredientes Sabbatho cuſtodiãt excubias domus Domini circa regem*. Sciendum, ꝙ illi ſacerdotes, & leuitæ, qui venerant nouiter ad ſeruiendũ per hebdomadam futuram diuiſi sũt in tres partes, & iſti obſeruabant tres portas, quæ iam nominatæ ſunt. Alij autem ſacerdotes, & leuitę, qui ſeruierant per hebdomadam pręcedentem, diuiſi ſunt in duas partes, & in circuitu regis ambulabãt: nam eductus fuit Ioas de loco, in quo latebat cum nutrice ſua ad templum, & poſitus eſt in throno, vt vngeretur ibi in regem, & in circuitu eius ſacerdotes iſti, & leuitæ ambulabant, ne quis auderet accedere ad regem. *Et vallabitis eum habentes arma*.ſ.habebitis arma in manibus veſtris, & vallabitis eum, ne quis poſſit ad eum accedere, vt noceat. *Si quis autem ingreſſus fuerit ſeptum templi interficiatur*. Rex enim vngendus erat in templo, & non erat ꝑmittendus aliquis introire, ne intrarent aliqui de parte Athaliæ, qui occiderent regem cum vngebatur: ideo dixit, ꝙ occideretur ſi qs introiret. *Eritiſque cum rege introeunte, & egrediente*, idest, quando rex introierit, & exierit ambulando ꝑ templum, & diſcurrendo de domo in domum per templum, eritis cum eo: in Hebræo dicitur: viuificabitis regem in introitu ſuo, & exitu ſuo, & idem eſt: quia viuificare eſt defendere vitam eius, & hoc facere debebant iſti ſacerdotes cuſtodientes regem: quia faciebant, ne quis accederet ad eum.

Ioiada an iuſtè imponeret, quòd quicunq; ingrederetur ſeptum templi, occideretur. *Queſt. XIII.*

QVAERETVR, an Ioiada poterat iuſtè imponere iſtam pœnam. Aliquis dicet, ꝙ nõ: qa ipſe erat ſummus ſacerdos, & non licebat ſacerdotibus talia agere, cùm non debeant ſacerdotes ſententiam ſanguinis dictare, aut proferre. Dicẽdum, quòd ſi malè ageret Ioiada ponendo iſtam pœnã, iſtud eſſet, quia pęna eſſet in ſe iniuſta, vel quia non haberet iuriſdictionem Ioiada ad imponendum talem pœnam. De primo dicendum, ꝙ Ioiada iuſtè ponebat pęnam, quia ex iuſta cauſa. ſ. propter periculũ, quia vngebatur rex in templo, & ſi liceret alicui intrare, poſſent intrare multi de parte Athaliæ, & occidere regem. Etiam iuſtè puniretur quicunque vellet intrare, quia poſtquã eſſet prohibitio facta, & ponerentur cuſtodes ad portas templi, ſi quis contẽderet intrare, eſſet manifeſtè ſedicioſus, & merebatur occidi. Non erat etiam iniuſta iſta pœna ex defectu iuriſdictionis Ioiadæ, quia ipſe erat Pontifex habens imperium in templo, ideo poterat ꝓhibère quoſcunque vellet ab introitu templi, cũ ſubeſſet cauſa rationabilis. Etiam non obſtat, ꝙ ipſe eſ-

F ſet ſacerdos, quia homicidium facit nunc irregularitatem in nouo teſtamento, & tamen non faciebat in veteri: ideo licet aliquis ſacerdos eſſet homicida, ex iuſta, vel iniuſta cauſa non priuabatur adminiſtratione ſacerdotij, ſed ſi eſſet homicida iniuſtus occidebatur ſicut laici: licebat autem ſacerdotibus facere bella, & occidere iuſtè quoſcũque. Sic.n.patet de Phinees, qui erat filius sũmi ſacerdotis, & interfecit Zambri coeuntẽ cum Madianitide: & tamen nõ fuit priuatus ſacerdotio, ſed potius propter hoc ꝓmiſit ei Deus ſummum ſacerdotium in ęternum. Num.25. etiam Machabęi erant ſummi ſacerdotes, & tamen ipſi pugnabant, & occidebant plurimos de hoſtibus, vt patet ex primo libro Machabęorum
G per totum: potuit ergo Ioiada imponere pęnã mortis, ſi quis intraret in templum, nec incurrebat aliquam irregularitatẽ. *Et fecerunt Centuriones eius omnia, quæ præceperat eis Ioiada ſacerdos*. Iſti Centuriones erãt principes omnium ſacerdotum, & leuitarum ſub ipſo Ioiada: ideo ipſi diſpoſuerunt ſacerdotes, & leuitas per portas, ſicut dixerat Ioiada, & alios poſuerunt, vt eſſent in circuitu regis. *Et aſſumentes ſinguli viros ſuos, qui ingrediebantur ad Sabbathum cum his, qui egrediebantur ex Sabbatho*. ſ. ſinguli Centurionum aſſumpſerunt viros, qui ſub ſe erant. ſ. quoſdam egredientes de Sabbatho, & alios ingredientes ad Sabbathum. Nam illæ duæ ſortes, ſcilicet, leuitica, & ſacerdotalis, quæ erant in miniſtratione præcedentis hebdo-
H madæ, & nunc egrediebantur de Sabbatho, habebãt ſuper ſe Centuriones, & aliæ duæ ſortes, quę veniebant ad Sabbathum habebant etiam Centuriones, qui præerant eis. *Venerunt ad Ioiadam ſacerdotem*. Scilicet, venerunt ad petendũ arma pro defenſione portarum. Et vocatur Ioiada ſacerdos, ideſt, ſummus ſacerdos per excellẽtiam. Nam ipſe erat Pontifex, vt patet 2.Paralipo.23. *Qui dedit eis haſtas, & arma regis Dauid, quæ erant in domo Domini*. Dauid quãdo diſpoſuit fabricationem tẽpli iuſſit arma eſſe in templo, quia templum erat domus fortiſſima ad modũ caſtri, vt declaratum eſt præcedenti lib. ca.6. & erãt ibi theſauri multi vaſorum ſacrorum, & aliarum diuitiarum: ideo erant neceſſaria arma ad defenſionem
I templi, & illa manſerunt ibi ſemper, & erant tempore Ioiadæ ſub miniſtratione eius, cum ipſe eſſet ſummus ſacerdos, & illa dedit nunc ſacerdotibus, & leuitis ad cuſtodiam templi: In Hebræo dicitur: *Dedit eis haſtas, & ſcuta*. Sed nomen, quod ponitur in Hebræo pro ſcuto, poteſt æquiuocari ad multa: vnde aliquando Hieronymus accepit illud nomen ꝓ alijs rebus. *Et ſteterunt ſinguli habentes arma in manu ſua à parte templi dextra*.i.omnes iſti ſacerdotes, & leuitę habentes arma ſteterunt in templo ad cuſtodiam regis. *A parte templi dextra vſque ad partem ſiniſtram altaris, & ędis circum regem*. ſ. extendebantur à parte dextra vſque ad partem ſiniſtram templi. Pro quo ſciẽdum, ꝙ non fuit rex nunc vnctus intra templũ, ac-
K cipiendo templũ propriè pro illa parte, in qua erat Sancta ſanctorum, & prima pars, in qua erat altare thymiamatis, & candelabra, & alia vaſa miniſtrationis, ſed erat in alia parte extra templum, quæ vocatur atrium templi, & iſtud atrium diuidebatur in quatuor atria ſ.atrium ſacerdotum, atrium virorũ laicorum, atrium mulierum, & atrium immundorum, vt declaratum eſt præcedenti lib.c.6. Et erant iſta atria habentia muros fortes in circuitu, vt non poſſet aliquis introire illùc, & tunc rex eductus fuit de quodam loco, in quo erat abſconditus, vt vngeretur in ipſo atrio, & fuit vnctus in atrio ſacerdotũ: & ſic dicitur, ꝙ erat exercitus in circuitu regis à parte dextra templi vſque ad ſiniſtram, & accipitur ꝓpriè

Ioas ĩ qua parte templi fuerit vnctus in regem.

priè templum pro domo interiori, in quam non introiuit rex, & pars dextra eius vocatur latus Meridianũ, & pars ſiniſtra latus Aquilonare, & ibi erat altare. ſ. altare holocauſtorũ: nã iſtud altare erat ĩ atrio ſacerdotum, qđ erat apud portam templi, & extendebatur ſecundum latitudinẽ templi, vocatur autẽ hic ędes ipſa domus interior, quę eſt propriè tẽplũ. totum hoc apparet ex figura templi cum atrijs ſuis. Et erat iſta vnctio regis ab Oriẽtali parte tẽpli apud portam. In Hebręo dicitur: *Et fecerunt ſtare curſores*. Vbi nos dicimus, & ſteterunt ſinguli habẽtes arma: quia in Hebręo vocantur curſores homines armati, & pedites, & propter hoc ſcutarij, de quibus ſupra dictũ eſt vocabantur curſores in Hebræo. *Produxitq; filium regis*. ſ. Ioiada ſummus ſacerdos eduxit ipſum Ioas filium regis Ochoziæ de loco, in quo erat abſconditus ad hoc, ꝙ nunc toto populo aſtante vngeretur in regem. *Poſuitque ſuper eum diadema, & teſtimonium*. ſ. poſuit in capite eius coronam regis: quia forte in templo ſeruabatur corona, quæ imponebatur regibus, quando vngebantur. Vocatur autem teſtimonium ipſa lex Moyſi, quæ dicitur teſtimonium, quia Deus teſtificabatur in ea bona pro obſeruatoribus, & mala pro violatoribus, ſicut patet Deut. 28. & Leui. 26. Vel dicitur teſtimonium ipſa lex in quãtum in ea continebantur aliqua, quæ atteſtabantur diuinas operationes, ſicut erant hiſtoriæ de creatione ſeculi, & alia de beneficijs, quæ Deus contulerat Iſraelitis, & iſta lex ponebatur in manu regis quandocũque vngebatur, & erat iſta vna de cęremonijs coronationis regis: vnde 2. Paralip. 23. dicitur: dederuntque in manu eius tenendam legem, & intelligitur hoc ſolũ de libro Deuteronomij: quia alij quatuor libri Moyſi non ponebantur in manu regum, vt infra declarabitur. *Feceruntq; eum regem*. ſ. per iſtas cęremonias fecerũt eum regem, quia nihil aliud requirebatur, niſi quòd vngeretur, & poneretur ſuper thronũ regni, & poneretur diadema in capite eius, & lex daretur ei in manibus. Iſtę erant cęremoniæ eſſentiales, & fuerunt obſeruatę in Ioas, vt patet in litera, & magis. 2. Paralipo. 23 aliæ duæ erant minus principales. ſ. ꝙ populus applauderet regi, dicens: viuat rex, & faceret alias ſolennitates. Secunda erat, ꝙ rex faceret legem conuenientiæ, vel pacti inter ſe, & populum, & iſtę duæ fuerunt etiam obſeruatę in Ioas, vt patet in litera. *Et vnxerunt*. ſ. vnxerunt eũ oleo ſacro, quo reges vngebantur, ſicut fuit vnctus Salomon ſumpto cornu olei de templo, præcedenti lib. c. 1. & dicitur hic, ꝙ vnxerunt eum, & non exprimitur quis vnxerit, & tñ 2. Paralipo. 23. dr̃, quòd Ioiada Pontifex, & filij ſui vnxerunt regem: nã officium vngendi ad eos pertinebat, quia erant ſacerdotes. *Et plaudentes manu dixerunt: viuat rex*. i. poſtquam vnxerunt eum plauſerunt manibus percutiẽdo eas adinuicem in ſignum lętitię pro coronatione noui regis: nam plauſus manuum lętitiam ſignat: Pſal. 26. ſ. omnes gentes plaudite manibus, iubilate Deo in voce exultationis. Dixerunt autem: viuat rex, qa per hoc profitebantur eum regem ſuum, & imprecabantur ei bona: ſic patet 2. Paralip. 23. ſcilicet, imprecatique ſunt, atque dixerunt: viuat rex.

An Ioiada benè fecerit vngendo Ioas in regem. Q. XIIII.

QVAERETVR, an Ioiada ſacerdos benè egerit inſtituendo Ioas in regem. Reſpondẽdũ, ꝙ benè egit, quia regnum Iuda de iure debebatur ipſi Ioas, quia erat filius regis, & non manſerat alius, cui competeret: ideo adiuuando eum ad conſecutionem iuris ſui benè agebat. Secundo patet, quia Ioia-

A da faciebat hoc principaliter pp cultum Dei: nam tempore Athalię totus populus declinauerat ad colendum Baal propter Athaliã, quæ regnabat, & inducebat populum ad colendum Baal ſecundũ conſuetudinem domus Achab. Ioiada verò non poterat auertere ipſam Athaliã à cultu illoꝝ: qa in eo ſuerat inſtructa ipſa, & tota domus patris ſui Achab. Si aũt regnaret Ioas, poterat populus, & ipſe rex trahi ad cultum Dei. De populo patet, quia poſtquam Ioiada flecteret regem ad colendum Dominum, ipſe cogeret populum ad cultum eius. De rege autem patet, ꝙ poterat inducere eum ad cultum Dei propter duo. Primò, quia paruulus erat. ſ. nondum ſeptem annorũ, vt patet inf. in litera, & ſic nõdũ aſſue- Ioas faciliter trahi poterat ad cultũ Dei.
B tus fuerat ad cultum Dei, vel ad cultum Baal, & poterat aſſuefieri ad quencunque eorum faciliter, immo iſta eſt doctrina optima. ſ. ꝙ pueri à parua ætate erudiantur ad rectè triſtari, & rectè lętari, vt ait Ariſto. 2. Ethicorum. Secundũ erat, quia Ioas fiebat rex per manum Ioiadæ: ideo ſequeretur conſiliũ eius in oĩbus, & ſic factũ eſt: quia illico, vt regnauit Ioas populus conuerſus fuit ad Dñm, & deſtruxerunt tẽplum Baal, quod erat in Ieruſalem, & occiderunt ſacerdotes eius, ſequẽti c. Etiam Ioas coluit dñm omnibus diebus, quibus vixit Ioiada, vt patet ibidẽ. Faciebat aũt Ioiada ad hunc finem, vt regnante Ioas, coleretũ Deus, cuius cultus neglectus erat tp̃e Athaliæ, ideo bonũ faciebat. Tertiò patet, quia Ioiada in
C hoc contulit magnũ beneficiũ toti domui Dauid: quia ſi ipſe non conſtituiſſet Ioas in regem, non mãſiſſet aliquis rex de ſtirpe Dauid: bene facere aũt eſt opus liberalitatis: ideo rectè egit Ioiada inſtituendo Ioas in regem. Et ob hoc oẽs de ſtirpe Dauid nimis gratulati ſunt, quia ſepelierunt Ioiadã in ſepulchris regũ Iuda, & in hoc fecerunt eũ equalẽ regibus. ſ. qa ipſe reſtituerat regnũ domui Dauid. 2. Paralipo. 24.

An teneretur Ioiada conſtituere Ioas in regem. Quæſtio XV.

QVAERETVR vlterius, an tenebatur Ioiada conſtituere Ioas in regem. Reſpondendum, ꝙ
D verba iſtius quæſtionis poſſunt dupliciter intelligi, vno modo, ꝙ teneretur Ioiada inſtituere Ioas in regem. i. ꝙ non liceret ei inſtituere alium, quã Ioas, ſi vellet aliquem inſtituere: & tamen, ꝙ non obligaretur inſtituere ipſum Ioas. Alio modo, ꝙ obligaretur determinatè inſtituere Ioas in regem. Si primo modo intelligatur, dicendum, ꝙ obligabatur eum inſtituere Ioiada: quia non licebat ei inſtituere aliũ: nam nullus erat de ſtirpe regia tam immediatus, ſicut Ioas: quia ipſe erat filius Ochoziæ regis præcedentis: ideo ſi Ioiada inſtitueret in regem alium, q̃ Ioas, auferret manifeſtè ius regni ipſi Ioas, & iſtud erat graue peccatum. Si autem intelligatur ſecundo modo, dicendum quòd non obligabatur abſolu-
E tè Ioiada inſtituere Ioas in regem, ſed obligabatur quantum ad hoc, ꝙ non videretur dare fauorẽ rei malæ: nam non caret ſcrupulo ſocietatis occultæ, qui manifeſtato facinore deſinit obuiare: extra de homicidio. cap. ſicut dignum: quandocunque ergo aliquis videt peccatum publicum fieri, tenetur in quantum poteſt, euitare illud, ne fiat: & tamen nũc erat peccatum manifeſtum, ꝙ Athalia vſurparet ſibi regnum, viuente Ioas, ad quem legitimè pertinebat: ideo quantum poterat tenebatur agere Ioiada, ne Ioas priuaretur iure regni p Athaliam, ſed iſtud non erat, niſi quòd cõſtitueret eum in regem, ſi poſſet, ideo tenebatur conſtituere eum, cũ poſſet. Secundo patet hoc, quia ex officio ſuo aliquo modo

tenebatur ad constituendum eum in regē, quia post regem non erat aliquis maior in populo, quā summus sacerdos, & tamen nullus erat rex, ideo pertinebat ad Ioiadam tāquam ad summum sacerdotē prouidere in grauaminibus, quæ fiebant in populo, & istud erat maximū grauamē, ꝙ rex priuaretur iure suo, ideo debebat in hoc prouidere Ioiada in quātum poterat vngendo illum in regem, ad quem de iure pertinebat regnum. Tertiò patet, quia homo tenetur exequi voluntatem Dei cognitam in quantum non præiudicat charitati, vel alicui præcepto Dei, & tn̄ Deus dixerat, ꝙ de semine Dauid essent reges in ęternū, & non repugnabat charitati, vel præcepto Dei vngere semp reges de illa tribu: ergo Ioiada tenebatur in quantū poterat ad exequendum istam volūtatem Dei. s. ꝙ vngeret Ioas in regem, & istud est, in quo se fundauit Ioiada, quando vnxit Ioas in regem, dicens ad populum: ecce filius regis regnabit sicut locutus est Dominus super filios Dauid. 2. Paralipo. 23. q. d. quia Deus iussit, ꝙ filij Dauid regnarent semper, ideo nos debuimus vngere istū in regem, qui erat de stirpe Dauid.

Quare liber legis ponebatur in manu regis, quando vngebatur, seu coronabatur. *Quæst. XVI.*

QVAERETVR vlterius, ad quid ponebatur liber legis in manu regis. Respondendum, ꝙ hoc fiebat ex mandato Dei, qui iusserat in coronatione regum poni librum legis in manu eorū: Deu. 17. s. cum sederit rex in solio regni sui describet sibi Deut. legis huius accipiens exēplar à sacerdotibus leuitici generis. Ratio autē, quare Deus iusserat hoc, erat, quia cum aliquis assumeretur in regē propter magnitudinem potentię Deum contēneret, & subditos opprimeret. De Deo patet, quia multi reges non solum Deum contempserunt, sed etiam se ipsos Deos vocari fecerunt, sicut patet de Nabuchodonosor, qui iussit Holoferni principi militiæ suæ, ꝙ omnes Deos terrarū destrueret, vt ipse solus ab omnibus Deus vocaret, vt patet Iud. 2. De oppressione subditorum non oportet poni exempla: qa vulgatissima sunt, cùm ferè omnis principatus monarchicus redactus sit in tyrannicum. Ista duo volebat Deus auferre regibus Iudæorum: ideo primo iussit, ne Israelitæ possent constituere aliquem in regem, qui non esset de stirpe Israelitarum: quia ille conuerteret Israelitas ad cultum Deorum gētiliū: Deut. 17. s. non poteris alterius gentis hominem regem facere, qui non sit frater tuus. Quod autē Deus nolet, ꝙ reges Iudæorum opprimerent subditos, patet, quia iussit, ꝙ nō haberent multitudinē equorum, & curruum, aut diuitiarum magnarum, ne sic opprimerent subditos, Deut. 17. s. cum fuerit rex cōstitutus nō multiplicabit sibi equos, nec reducet populum in Aegyptum equitatum numero subleuatus; nec habebit argenti, & auri immensa pondera: ista autem nō poterant reges obseruare, nisi frequēter aliquis exhortaretur eos super hoc: ideo iussit Deus, ꝙ haberent librum legis semper apud se, & legerēt in eo omni tempore: quia in libro legis cōtinentur admonitiones contra hoc: ideo postquam Deus posuit, quid reges deberent obseruare, subiunxit: postquam sederit rex in solio regni sui describet sibi Deuteronomium legis huius accipiens exēplar à sacerdotibus Leuiticæ tribus, & habebit secum, legetque illud omnibus diebus vitæ suæ, vt discat timere Deum suum, nec eleuetur cor eius super fratres suos. Et sic quilibet rex Israel tenebatur facere transcribi librum legis, vt haberet in domo sua, &

Principatus monarchicus ferè oīs redactus est in tyrānicū.

F legeret in eo omnibus diebus, & qa leuitæ debebāt dare sibi illum librum, obseruabant istam ceremoniam, ꝙ tunc, quando coronaretur poneretur liber legis in manu sua, cū dicatur: postq̄ sederit in solio regni sui describet sibi Deuteronomium legis.

Quis esset iste liber legis. *Quæst. XVII.*

QVAERETVR vlterius, qs liber legis erat iste, qui ponebatur in manibus regis. Respondendum, ꝙ nō ponebatur in manibus eius totus canon librorum veteris testamenti, sicut si in manu alicuius poneretur liber Bibliæ. Nam tunc oporteret poni libros prophetarum, & omnes libros historicos,
G sed falsum est: quia à principio quando reges coronabantur non erāt isti libri conscripti, sed soli libri Moysi. Secundo patet, qa dr̄, ꝙ liber legis ponēdus erat in manu regis, & tn̄ nō vocatur liber legis, nisi ipsi quinque libri Moysi: quia alij non cōtinent p̄cepta, sed alios modos scripturæ. Vnde hos quinque libros Hebræi thora. i. legem vocant, ut ait Hieronymus in prologo Galeato. Dicendum etiam, ꝙ non ponebantur omnes quinque libri legis Moysi in manu regis, sed solus liber Deuteronomij: quia Deut. 17. dicitur: postquam sederit rex in solio regni sui describet sibi Deuteronomium legis huius, ergo hunc solum librum scribere debebat: & iste per se vocatur lex: quia vna lex fuit, quæ data est in mon-
H te Sinai, & ista scripta est in Exodo leuiter, & libro numerorum. Alia aūt fuit per Moysen recapitulata, & addita, & ista fuit data in campestribus Moab apud Iordanem. De distinctione istarū patet Deut. 28. s. Hæc sunt verba fœderis, ꝙ præcepit Dn̄s Moysi, vt feriret cū filijs Israel in terra Moab pręter illud fœdus, quod cum eis pepigit in Oreb, & fuit maior ratio de libro Deut. quā de omnibus alijs. Nam liber Gen. non est propriè legalis, quia ibi non continetur lex, sed historia: liber autem Exodi partim historiam, & partim legem cōtinet: sed maxima pars eius historia est. s. de exitu Israel de Aegypto, & de fabricatione tabernaculi. Solum autem continetur lex à capit. 20. vsque ad vigesimum quartum: li-
I ber autem Leuitici totus est legalis, & tamen non continetur ibi ferè, nisi lex pertinens ad sacerdotes: ideo non oportebat hunc tradi regi: liber autē Numerorum pro maiori parte historiam continet: rara enim præcepta sunt: liber autem Deuteronomij totus est legalis, & continetur ibi lex, quæ pertinet ad totum populum non concernendo specialiter statum sacerdotum, vel Leuitarum: ideo hunc librū debuit rex habere, vt in eo sciret qualiter se deberet habere ad proximos, & qualiter ad Deum: & ob hoc iste liber spetialis fuit inter Hebræos ī quatuor plus, quàm alij libri Moysi. Primò, quia istum solū iussit Deus poni in latere arcæ fęderis, Deut. 31. scilicet, postquam scripsit Moyses verba legis huius in
K volumine præcepit leuitis, qui portabant arcam, dicens: tollite librum istum, & ponite eum in latere arcæ fœderis. Secundum est, quia quando conueniebant omnes Israelitæ in locum Sanctuarij anno septimo remissionis non iubebatur alius liber legi, nisi iste coram toto populo, Deut. 31. s. post septem annos remissionis cōuenientibus cunctis filijs Israel in loco, quem elegerit Deus tuus, leges verba legis huius coram toto Israel, audientibus viris, & mulieribus, & paruulis. Tertium est, quia iubebat Deus, vt istum librum transcriberent reges, & tenerent apud se, & de nullo alio iubebat propter causas dictas, vt patet Deuter. 17. Quartum est, quia quando lex confirmata est de nouo introeuntibus Israelitis

litis in terram Chanaan, iussit Deus totum Deuteronomium scribi super lapides calce compactos, & leuigatos in monte Ebal Deuteronomij 27. scilicet. Quando transieris Iordanem, erigite lapides in mōte Ebal, & postea sequitur: & scribes super lapides omnia verba legis huius planè, & lucidè. Et postea sic factum est, vt patet Iosue. 8. scilicet. Et scripsit super lapides Deuteronomium legis Moysi, quod ille digesserat coram filijs Israel.

Liber legis quare fuit positus in manu Ioas, cum enim esset paruulus, non intelligebat ad quid poneretur.

Quæstio X V I I I.

QVAERETVR vlterius ad quid fuit nunc positus liber legis super manum Ioas regis, quia cum ipse esset paruulus septem annorum, non posset intelligere ad quid illud fieret.

Respondendum, ꝙ illud seruatum est in ceremonia, quia in omnibus regibus, qui licitè vngebantur, obseruabatur hoc, ꝙ poneretur liber legis in manu eorum: ideo vt nō videretur aliquid omissum in ceremonijs vnctionis Ioas, obseruata fuit ista ceremonia licet in se nihil proficeret. Secundum fuit: quia ad leuitas pertinebat offerre regi Deuteronomium legis ad hoc, ꝙ transcriberet illud Deu. 17. ideo voluerunt facere quod pertinebat ad officium eorū, dato ꝙ rex non posset immediatè illud transcribere, significantes per hoc se esse promptos ad dandū Deuteronomium regi, vt transcriberet illud, quandocunq; vellet. Tertium fuit, quia in ista vnctione regis, licet ipse nō esset capax effectus ceremoniarū istarum, tamen erat aliquis loco eius, qui posset percipere effectū istarū ceremoniarū, & obligare regē ad illa, in quibus requirebatur aliqua obligatio. Sic enim patet in baptismo: nā ibi petitur à baptizato quid velit, & patrini respondēt, ꝙ vult fidem: & ipsi obligant eū respondendo pro ipso, quia gerunt personam eius in hoc. Sic enim fiebat hic, quia Ioiada pontifex, qui produxerat nūc regem, vt vngeretur, gerebat personam illius, & ipse videbatur suscipere librū legis loco illius, & obligaret se ad obseruationem loco Ioas. & patet hoc, quòd ipse faciebat reliqua, quæ rex facere debebat: nam reges in coronatione sua faciebant pactum cum populo, quod vocabatur lex regni, sicut fuit in coronatione Saulis, quia pepigit fœdus cum populo, & Samuel legit verba illius fœderis coram populo: vt patet supra 1. lib. cap. 10. scilicet. Locutus est autem Samuel ad populum legem regni, & scripsit in libro, & reposuit coram Domino. Nunc autem Ioiada loco regis pepigit fœdus inter eum, & populum; & inter eum, & Deum; vt patet infra in litera. & 2. Paralip. 23.

Audiuit autem. Hic ponitur tertium huius cap. scilicet, impijssimæ Athaliæ occisio, & dicitur. *Audiuit autem Athalia vocem currentis populi.* Athalia morabatur in palatio regio: erat autem palatium regis apud atrium templi, sicut declaratum est supra precedent lib. cap. 7. ꝙ domus Salomonis, & domus filię Pharaonis vxoris suæ erant iuxta atrium templi. Ideo dicitur supra in litera, quòd tertia pars custodientium templum erat ad excubias domus regis, idest, ad portam, quæ exibat ad domum regis: ideo Athalia existēs in palatio audiuit voces eorum, qui erant in templo vngendo Ioas in regem, & cucurrit illuc: & non audiuit solum vocem currentis populi: quia propter strepitum currentium non moueretur, sed audiuit voces dicentium: viuat rex. Sic patet 2. Paralipo. 23. scilicet, quòd cùm audisset Athalia vocem currentium, atque laudantium regem.

A *Et ingressa ad turbas in templum Domini.* Silicet, turbata fuit, quia audiuit dici: viuat rex, & introiuit in templum, vt videret quid esset. Et vocatur hic templū largè ipsum atrium virorum, quod erat ante atriū sacerdotum. Nam ibi nunc erat populus in coronatione regis, vt supra declaratum est. *Vidit regem stantem super tribunal.* Erat enim Ioas super cathedram magnam, quæ debebatur regibus, & erat ista in introitu atrij sacerdotum, vt colligitur. 2. Paralipom. 23. scilicet, cunque vidisset regem stantem super gradum in introitu. *Iuxta morem.* Idest, secundum consuetudinem regum: nam consuetudo erat, ꝙ reges, qui vngerentur, sederēt in quodam throno in templo apud atrium sacerdotum. In Hebræo dicitur.

B *Iuxta iudicium.* Et idem est, quia iudicium est lex, vel statutum: & sic erat statutum, ꝙ reges vngendi sederent ibi. *Et cantores, & turbas propè eum.* Scilicet, apud regem erant multi cantantes in canticis lætitiæ, & dicentes: Viuat rex. Et etiam erant ibi turbæ leuitarum, & reliqui populi in circuitu regis sui. In Hebræo dicitur. *Et principes, & buccinæ.* Primum nomen conuenit principibus magis, quàm turbis, vel cantoribus: & istum sensum secutus est idem Hieronymus. 2. Paralipo. 23. quia vbi dicitur hic: Et cantores, & turbas: dicitur ibi principes & turbas. Aequiuocatio tamen nominis facit diuersitatem. Nomen autem buccinarum satis conuenit cantoribus: quia in buccinis canitur. *Omnemq; populum terræ lætantem, &*

C *canentem tubis.* Omnes enim, qui aderant gaudebant nimis, quia exuerant ignominiā, scilicet, quia prius vna femina erat suprema domina eorum, nunc autem habebant principatum virilem. Secundò, quia domina præcedens oppresserat eos nimis: nunc autem habebant regem, qui sequeretur voluntatē eorum: nam componerent cum eo leges, quas vellent. Tertiò, quia Athalia vsurpauerat regnum, cum nō esset de progenie regum Iuda, sed de stirpe Achab de regibus Israel: supra. 8. nunc autem accipiebant regem, qui erat dominus naturalis eorum per lineā rectam de stirpe Dauid. Et dicitur, quòd canebant tubis, scilicet, in signum lætitiæ. Erat etiam ibi totus populus, quia de omnibus partibus regni Iuda mul-

Omnis populus lætatus est in vnctione Ioas.

D ti conuenerant ad vngendum regem, quia Ioiada pontifex miserat eos secretè vocari per centuriones. 2. Paralipo. 23. *Et scidit vestimenta sua.* Fecit hoc Athalia præ dolore: nam cùm esset iam rex vnctus priuaretur ipsa principatus, & occideretur. *Clamauitque: coniuratio, coniuratio.* Idest, facta est coniuratio cōtra me. Nomen positum hic in Hebræo potest significare coniurationem, vel artem, aut fraudem, vel insidias, ideo Hieronymus, 2. Paralipo. 23. vbi ponitur eadem dictio in Hebræo dixit. Insidiæ, insidiæ.

Athalia quomodo potuit ingredi templum.

Quæstio X I X.

E QVAERETVR, quomodo potuit Athalia introire in templum, cùm dixisset Ioiada: si quis ingressus fuerit septum templi, interficiatur.

Respondendum, quòd Athalia introiuit in templum: quod patet: quia Ioiada iussit eam educi de tēplo, & occidi, & hoc fuit, quia illi, qui custodiebant introitum exhibuerunt ei istum honorem, ꝙ permitterent eam introire: tamen nullum permiserūt intrare cum illa. & quāquam dedisset generale mādatū Ioiada de occidēdo quencunq; intrantē: quia tamen Athalia erat persona illustrissima, s. regina, noluerunt eam occidere, sed expectauerūt speciale mandatum super hoc, & ipse iussit eā occidi: & tunc occiderunt illam. *Præcepit autem Ioiada centurionibus, qui*

erant super exercitum. Isti erant illi quinque centuriones, cum quibus iniit Ioiada consilium, & fuerunt ministri eius in omnibus his 2. Paralipo. 23. *Et ait eis: educite eam extra consepta templi*. Vocantur consepta templi muri atriorum, quia atria circundabāt templum in gyro, & habebant muros altissimos ad centum cubitos, sicut vult Iosephus, & colligitur. 2. Paralipo. 3. & ista atria habebant portas fortissimas, de quibus declaratum est præcedenti libro cap. 6. & extra omnia ista atria eiecta est Athalia: muri verò atriorum vocabantur septa, quia sepiebant, idest circundabant atria. *Et quicunque eam secutus fuerit, feriatur gladio*. Idest, quicunque voluerit ire post eam in fauorem eius occidatur. *Dixerat enim sacerdos non occidatur in templo Domini*. Idest, Ioiada sacerdos mandauit, ne occideretur in templo, & propter hoc iussit, vt educeretur de templo, vt occideretur foris. *Imposueruntque ei manus*. Scilicet, nolebat exire Athalia de templo clamans: Coniuratio, coniuratio. Et imposuerūt cēturiones manus super ceruices eius, & compulerunt eam exire: sic dicitur. 2. Paralipo. 23. & imposuerunt ceruicibus eius manus. *Et impegerunt eam per viam introitus equorum iuxta palatium*. Idest, impositis manibus super ceruices eius, coegerunt eam exire: & illud erat, quòd impingerent eā. Et dicitur: per viam introitus equorum, vt vult Nicolaus, quòd esset quædam porta, vsque ad quam accedebant viri nobiles equitando veniendo ad templum, & ibi descendentes de equis introibant pedi- tando. Sed dicendum, quòd ista porta equorum nō erat in atrijs templi, sed erat quædam porta palatij regis, & erat præcipua, per quam introibant equi. hoc patet. 2. Paralip. 23. quia cùm dicitur hic: & impegerunt eam per viam introitus equorum, dicitur ibi: cumque intrasset portam equorum domus regis interfecerunt eam ibi. Hoc etiam colligitur hic, quia dicitur: per viam introitus equorum iuxta palatium, scilicet, iuxta palatium regis. *Et interfecta est ibi*: Scilicet, in palatio regis interfecta est, postquam intrauit portam equorum domus regis. 2. Paral. 23.

Athalia occiditur.

An Ioiada licitè iussit Athaliam occidi.

Quæstio X X.

QVAERETVR, an Ioiada licitè potuit iubere, vt occideretur Athalia.

Respondendum, quòd licitum erat sibi: nam causa, pro qua iubebat, erat iusta, scilicet, quia Athalia volebat occidere regem, cum ipsa vsurpasset regnū: & rea mortis erat ex multis alijs causis: nam ipsa occiderat omnes filios regis supra in litera, & erat turbatrix populi, & violatrix cultus diuini, cum ipsa introduxisset cultum Baal in Ierusalem, & fecisset ibi templum, & haberet sacerdotes. Quodcunque ergo istorum sufficiebat ad hoc, quòd ipsa iustè occideretur. Etiam licebat ei ex parte potestatis: quia ipse erat nunc princeps in populo tanquam summus sacerdos: & summus sacerdos erat semper iudex maximus in Israel, à cuius sententia non licebat alicui appellare sub pęna mortis, vel contemnere quōcunque mandatum eius: Deut. 17. Licebat etiam sibi in quantum nunc gerebat vices regis: nam ipse pepigit fœdus in loco regis cum toto populo, & cū Deo, infra in litera, & in omnibus gerebat vicem illius; quia ipse hucusque tenuerat illum absconditū, & nunc vngebat eum in regem: licebat tamen regi iubere occidi Athaliam, quæ vsurpauerat regnū. Ideo etiam liceret Ioiadæ, qui gerebat vices eius in omnibus. Etiam non erat illicitum Ioiadæ iubere illam occidi, quia etiam liceret ei occidere il-

Sūmus sacerdos erat supremus iudex,

F lam per se: nam in veteri testamento non causabatur irregularitas in sacerdotibus propter homicidium, sicut causatur in nouo testamento, vt supra declaratum est in quadam quæstione.

à quo non licebat appellare.

An peccauit Ioiada faciendo educi Athaliam de templo, & an in veteri testamento templum gauderet immunitate aliqua, prout iuristę putant, sicut nunc ecclesiæ.

Quæstio X X I.

QVAERETVR vlterius, quare iussit Ioiada, vt eijceretur de templo Athalia, & quòd non interficeretur in templo.

Aliquis dicet, ꝙ hoc erat propter sanctitatem tēpli: non enim debebat pollui sanguine humano.

G Sed obijcietur, ꝙ licebat ibi occidi: quia Ioab pcepto Salomonis intra tēplū occisus est, pcedēti. li. c. 2.

Respondendū, ꝙ iussit Ioiada nō occidi Athaliā intra templum propter quinque. Primo, quia Deus iusserat ꝙ etiā si aliquis esset reus mortis nō occideretur in tēplo, sed educeretur. Exo. 21. s. si quis per industriā occideret proximum suū, ab altari meo euelles eū, vt moriat: ergo nō licebat eū occidi intus, sed euelli, & extra occidi. Secundò, quia etiā si Deus nō iussisset, rō hoc dictabat, quia sanctuariū erat res sanctissima, & mundissima: ideo nō debebat pollui sanguine humano occidendo ibi aliquē. Tertiò, quia illi, qui tangebant mortuos, vel ossa mortuorum aut

H aliquid pertinēs ad mortuos erāt immūdi, ita vt nō liceret eis introire in sanctuariū Nu. 19. à fortiori ergo occidere aliquē in sanctuario erat maior immūdicia. Quartò, quia occidere aliquē in templo pertinebat ad dedecus templi: nā propter hoc Ioiada, & totus populus occiderunt Mathan sacerdotē Baal intra templum Baal corā altari, quia volebant reddere templū vituperabile, infra in litera & 2. Parali. 23. non debebat ergo templū Domini contēni occidendo ibi aliquē. Quintò, quia ad dignitatē alicuius domus pertinet, ꝙ gaudeat immunitate, & ob hoc ecclesię nostrę gaudēt immunitate: & etiā alquę domus nobiliū gaudent immunitate: debuit ergo templū esse immune, et quāquā Athalia nō mereret gaudere immunitate templi, tamē templū non debuit

I contēni propter ipsam, effundēdo ibi sanguinē eius.

Ad rationem in contrarium dicet aliquis, ꝙ occisus fuit Ioab in templo iussu Salomonis, quia illud non erat tēplū Salomonis, sed quoddā tentoriū, qđ fecerat Dauid in domo sua, vt declaratū est pcedēti li. c. 2. Sed dicēdū, ꝙ hoc non stat: quia illud tētoriū nō erat minoris sanctitatis, q̄ tēplū Salomonis, nec debebat minori mūdicia pollere, aut minori immunitate gaudere, quia domus nō gaudebat priuilegio propter se ipsam, sed pter vasa sacra, quæ ibi erāt: nulla aūt erant vasa magis sacra, quā arca federis, & altare, & ista duo erant in illo tentorio, qđ fecerat Dauid: de arca patet sup 2. li. c. 6. de altari patet præ-

K cedenti li. c. 2. nā Ioab cornu altaris tenebat, quādo occisus est, vt patet ibidem: ideo non debebat maiori immunitate gaudere tēplum Salomonis, in quo nunc erat Athalia, quā tentorium illud, in quo tūc erat Ioab: immo potius videtur, ꝙ debuisset maiori immunitate gaudere, & maiori puritate pollere tentorium illud, in quo erat Ioab: quia ibi erat arca, & altare apud ipsum, cū ipse teneret cornu altaris: et tamen nunc Athalia nō erat in templo, sed solum in atrio, in quo totus populus erat, & illa pars non erat tantæ sanctitatis, sicut domus interior, ad quā soli sacerdotes introibant ad ministrandum.

Dicendum ergo, quòd Salomon iussit occidi Ioab in templo non quidem, quòd licitum esset eum ibi

ibi occidi, sed quia nolebat exire. Nam Salomon iussit Ioab, quòd exiret de tabernaculo, vt occidere tur extra: ipse aũt noluit, ideo iussit, ꝙ occideret ibi, præcedenti lib. c. 2. ita fuisset de Athalia: nam si non potuisset educi de templo, ibi occidi poterat licitè.

Ioiada an peccauit iubendo Athaliam educi de templo, vt occideretur. Quæstio XXII.

QVAERETVR vlterius, an peccauit Ioiada iubendo occidi Athaliam, & extrahendo eam de templo ad occidendum.

Aliquis dicet, ꝙ peccauit: quia templum gaudebat immunitate: ideo licet Athalia peccatrix esset, nõ debebat extrahi de tẽplo ad hoc, ꝙ occideretur.

Respondendũ, ꝙ non peccauit iubẽdo eã educi. Primo, quia in veteri testamento tẽplũ non propriè gaudebat immunitate aliqua, sed pp reuerẽtiã eius aliqñ timentes confugiebãt ad illud credentes ꝙ ibi non noceret eis. Sic enim fecit Adonias: nã quando timuit Salomonẽ, fugit, & tenuit cornu altaris præcedenti lib. c. 1. sic etiã Ioab timens Salomonẽ fugit in tabernaculum, & tenuit cornu altaris, eo. lib. c. 2. & tamen de rigore iuris non gaudebat templũ immunitate, & quando iudices vellent poterant educere quoscunque reos de templo.

Sed obijcietur, quia Exo. 21. dicitur: si quis per insidias occiderit proximũ suum, ab altari meo euelles eum; ergo à contrario sensu, si non per insidias debebat gaudere immunitate templi, & altaris.

Dicendũ ꝙ quãquam istũ sensum sequanẽ iuristę, tñ non est verus, sed debet intelligi, ꝙ si quis per insidias occiderit proximũ suũ, nullus locus immunitatis ei esset, nec ẽt aliqua reuerẽtia obseruãda erat alicui loco, sed ẽt ab altari, qđ erat locus maximę venerationis, auellendus erat quicunq; per insidias occideret alterũ: & tñ non innuit, ꝙ si nõ per insidias occideret, ꝙ gauderet immunitate altaris. & patet ꝙ nulla immunitate gauderet sanctuariũ: quia aut qs occidebat alterũ per insidias, vel per industriã, aut aliàs. si primo mõ, non gaudebat immunitate tẽpli, vel altaris, vt dicit litera. Si secũdo modo, gaudebat aliqua immunitate: sed nõ ipsius altaris, vel tẽpli: qđ patet Exod. 21. vbi ponit ista distinctio: & dr̃ de occidẽte p insidias, vel per industriã: & sequit: Qui aũt nõ est insidiatus, sed Deus illũ tradidit in manus eius, cõstituã ibi locũ, quò fugere debeat: & tñ loca refugij erãt sex ciuitates solũ assignatę in terra Israel, vel vt alij volũt nouẽ, de quibus dr̃: Nu. 35. & Deu. 4. & Iosue. 20. ergo non erat in tẽplo aliquis locus immunitatis, cũ non esset templũ aliquod de locis cõstitutis ad fugiendũ: & sic tenendum est. Et tamen, quia nos frequenter dicimus ꝙ tẽplum gaudebat aliqua immunitate, & ẽt alij hoc dicũt, intelligendũ est de immunitate, nõ put est aliquod priuilegiũ loci ad hoc, ꝙ non trahantur inde confugientes illuc, sed prout est quædã reuerentia, quæ attribuitur loco ab oĩbus pp sanctitatem eius. Si quis aũt aliter velit intelligere immunitatem sanctuarij, errat. Et ideo quando aliquis erat reus mortis, & cũ fugeret ad tẽplum, iudices poterant eum inde licitè trahere. Et sic Athalia cum esset rea mortis, licitè poterat deduci inde.

Secundò patet, quia dato, ꝙ templum gauderet immunitate aliqua, tamen solum esset hoc, cum quis nõ occidisset alium per insidias, vel per industriam, Exod. 21. & tamen Athalia occiderat multos per insidias, & industriam, quia subito, & industriosè occidit omnes de semine regio. sup. in litera. 2. Paralipo. 22. idẽ non debet gaudere immunitate. Tertiò patet, quia priuilegium immunitatis est, quòd confugientes ad talia loca non possint inde educi: & tamen Athalia non confugerat in templum, vt ibi liberaretur, sed potius ibat illuc, vt offenderet populũ, qui erat in coronatione regis: ideo non debebat gaudere immunitate. Quartò patet, quia si Athalia immunitate loci frueret, poterat sequi inde destructio loci, & occisio regis, & omniũ, qui conuenerãt ad coronationẽ eius, quia ipsa cõcitasset omnes fautores suos si permissa fuisset aliquãto tẽpore superuiuere: ideo etiã si aliàs deberet gaudere immunitate loci, nõ erat permittẽdũ nunc ꝙ gauderet. Nã cũ ipsa esset infesta cultui Dei, & nũc videret, ꝙ in tẽplo Dñi facta fuerat contra ipsam ista cõiuratio, nõ est dubiũ, quin cõata fuisset destruere tẽplũ si super uiueret. Ad rationẽ in cõtrariũ satis patet ex dictis.

Athalia quare nunc iuit in templum. Quæst. XXIII.

QVAERETVR vlterius, quare Athalia nunc iuit in templum.

Respondendũ, ꝙ duæ causæ fuerũt, vna ex parte eius, & alia ex parte Dei: ex parte eius fuit causa, qa ipsa regnabat nũc & regnauerat iam per sex annos, vt patet supra in litera 2. Paralipo. 22. audiuit autẽ nunc vocẽ cantantium in templo, & dicentium: Viuat rex: ideo turbata iuit illuc credens fortè, ꝙ pręsentia sua destrueret malum inchoatũ, & fieret deterius, si differret ire, ideo voluit illico ire. Secunda causa fuit ex parte Dei: nã Deus voluit, ꝙ occideretur Athalia, & ꝙ liberaret Ioas, & viri Iuda à periculo: & istud non potuisset fieri nisi Athalia introisset in templũ: nã si Athalia cognouisset vnctũ fuisse Ioas in regem, & non introiret in templum, disposuisset oẽs fautores suos contra Ioas, & adiutores eius, & esset bellũ magnũ: quia Athalia habebat multos fautores, cum vsque nunc mansisset populus sub potestate eius, & rex Ioas fortè non posset resistere, & recederent multi de parte eius timẽtes potentiã Athaliæ, ideo Deus inclinauit Athaliam, vt vellet ire in templum & occideretur ibi sine aliquo adiutore: nam nullus introiuit cum ea in templum, & ad pręceptum Ioiadæ faciliter occisa est: tunc verò non erat periculum, quia omnes fautores eius videntes eam occisam, & Ioas vnctum in regem, subijcerent se regi sine aliqua difficultate. Sic enim Deus volẽs occidere Ochoziam regem Iuda inclinauit ipsum, vt descenderet ad visitandum Ioram regem Israel, & occideretur cũ eo ibi à Iehu, vt patet 2. Parali. 22.

Ioiada an iustè potuit præcipere, quòd occiderentur omnes sequentes Athaliam. Quæstio XXIIII.

QVAERETVR vlterius, an Ioiada iustè potuit mandare, ꝙ quicunque sequeretur Athaliam eundo cum ea extra templum occideretur.

Respondendum ꝙ sic, quia habebat causam istã Ioiada ad iubendum hoc: nã Athalia erat nunc regina Israel, & aduersabatur ipsi Ioas vncto in regẽ ad occidendũ eum, & si habuisset fautores occidisset illũ: illi tamẽ, qui sequerẽtur eam, essent fautores eius ad faciendã seditionẽ in populo, ideo iustè mandari poterat hoc. Etiam ipse, qui sequeretur Athaliam iustè poterat occidi, quia sequendo illam efficiebatur hostis publicus cum illa esset aduersatrix regis, quem vnxerat sibi totus Iuda: ideo tanquam hostis publicus occidendus erat.

Item si quis transfugerit ad hostes iustissimè occiditur, & tamẽ Athalia erat hostis totius populi, qui constituerat sibi regem, ideo qui sequeretur eam occidendus erat tanquam transfugiens ad hostes.

Item licuit Ioiadæ hoc iubere, quia ipse erat nūc princeps populi in quātum erat summus sacerdos, & iudex maximus, & pertinebat ad eum tollere omnem seditionem: ideo poterat imponere pœnam quancunque, per quam posset prohiberi seditio.

Item licebat ei hoc tanquam gerenti vices regis, quia ipse in omnibus supplebat nunc locum regis: ideo sicut regi licebat istam pœnam imponere, ita etiam licebat Ioiadæ. Etiam non repugnabat ei talem pœnam imponere, quia sacerdos erat: nam sacerdotes poterant imponere pœnam sanguinis, & exequi illam, vt supra declaratum est, cum homicidium non esset ibi irregularitas.

Pepigit. Hic ponitur quartū huius capituli.s.regis assumpti fęderatio: & dicitur. *Pepigit igitur Ioiada fędus inter Dominum, & inter regem.* s. pepigit fędus de colendo Dominum: & istud erat ante omnia alia fædera, quia principium viarum hominis debet esse timor Dñi, & inter populum.s. istud fędus fuit simul inter Deū ex vna parte, & regē, & populū ex alia: qa tā rex, quā populus promiserunt seruare legē Dñi. *Vt esset populus Domini.* i. pactū fuit, ꝙ populus esset populus Dñi, s. tenens legem illius, & obseruans cultū eius. *Et inter regem, & populum.* Postquā rex, & populus inierunt fædus cum Domino, inierunt etiam fędus inter se de modo se habendi. *Ingressusque est omnis populus terrę templum Baal.* Fecerat enim nunc populus fędus cū Domino de obseruando legem eius, & quia nihil magis erat contra legē, quàm cultus idolatrię, & permissio eius: erat tamē in Ierusalem templum Baal, quod factum fuerat tempore Ioram regis suasu Athaliæ: ideo totus populus, qui nunc conuenerat ad coronationē regis suasione Ioiadæ iuit ad tēplum illud, vt destrueret ipsum. *Et destruxerunt aras eius.* Idest, destruxerunt altaria: nam aræ, & altaria idem sunt. Erant enim multa altaria in templo Baal, & omnia demolita sunt. *Et imagines contriuerunt valide.* Istę erant statuæ Baal, & aliorum idolorum, quę erant in templo & omnia hæc confracta sunt, quia sic lex iubebat Deut. 7. *Mathan quoque sacerdotem Baal occiderunt coram altari.* Non est intelligendum, quòd vnicus esset sacerdos Baal. Nam cum in terra Israel Iezabel haberet quadringentos, & quinquaginta prophetas ad cultū Baal præter sacerdotes, & alios ministros præcedenti lib.cap.18. non est verisimile, quòd Athalia regina Iuda haberet vnicum sacerdotem Baal. Sed fortè iste Mathan, de quo hic dicitur: erat summus sacerdos inter sacerdotes Baal, & de eo fit mentio principaliter: alij tamen occisi fuerūt cum ipso. Aliter potest dici, quòd iste Mathan erat custos domus Baal, & inuentus est in templo, atque occisus est: reliqui verò sacerdotes Baal viso, quòd destrueretur templum Baal, fugerunt de vrbe, & sic solus Mathan occisus est. Et fuit occisus coram altari ad maius dedecus idolatriæ, vel vt puniretur in eo, in quo deliquerat: peccauerat enim offerendo sacrificia in altari, ideo in altari occidi debuit: sic enim Deus prænunciauit contra idolatras, ꝙ ossa sacerdotum, & prophetarum idolatrarum cremarentur super altare idolorum, quod erat in Bethel: præcedenti lib.cap.13. & postea hoc factum est per Iosiam regem, qui sacerdotes mortuos extumulabat, & ossa eorum super altare cremabat. inf. 23.

Quomodo rex, et populus potuerunt nunc facere fędus cum Domino, et quæ erant cæremonię huius fęderis. Q. XXV.

QVAERETVR, quomodo rex, & populus potuerunt nūc inire fędus cum Domino, & quid erat istud fędus, quod iniebant.

F Respondendū, ꝙ fędus dr̄ esse quędā compositio inter aliquos facta de agēdo aliquid, vel nō agendo, q̄ cęremonijs magnis interpositis, confirmat. Et sic q̄ñcunq; hoīes antiquitus inter se aliquid cōponebāt, firmabant illud fędere, vt maneret ratū: & quicunq; contra ageret, incurrebat in magnas pęnas, q̄ ponebant̄ in fędere. Nunc aūt dicendū, ꝙ rex, & populus fecerunt fędus cū Dño: quia promiserūt ei tenere ipsum firmiter in Dñm, & obseruare legē eius, vt patet in litera. s. pepigit fędus inter Dñm, & inter regem, & populum, vt esset populus Domini: sed non erat populus nisi per specialem cultum eius, ideo promittebant, quòd eum solum colerent. *Fedus q̄d*

Sed obijcietur, ꝙ hic non esset fędus: quia fędus

G est compositio partiū, & tamen hic non fuerūt partes, quia ex parte Dei non fuit fędus, cum ipse nihil duceret, nec obligaret se ad aliquid, sed soli Israelitæ obligabant se ad colendum Deum: ideo magis vocabitur ista obligatio, quàm fœdus.

Respondendū, ꝙ hic fuit fędus, & potest dici dupliciter: vno modo, ꝙ Deus promisit hic aliquid: nā licet Dñs non loqueretur, tñ loqueretur loco eius Ioiada sacerdos. Sic enim Moyses fecit fędus inter Deū, & populum Exo. 19. nā ex parte Dei promittebat Israelitis, ꝙ haberet illos Deus in specialē populū ad benefaciendum eis plus, quā alijs gentilibus, & Israelitę promiserunt tunc se facturos omnia, quæ Deus iuberet. Ita Ioiada faceret hic, qa promitteret

H populo, ꝙ Deus benefaceret ei sicut ipse promisit Leu. 26. & Deu. 28. vbi ponunt̄ omnia bona, q̄ Deus promittit obseruatoribus legis, & mala, q̄ cōminat̄ se facturum transgressoribus: & quilibet poterat ꝓmittere illa ex parte Dei: quia certū est, ꝙ talia euenirēt obseruatoribus legis, cum Deus illa promisisset: sic videtur fecisse hic Ioiada, quia dicitur ꝙ ipse pepigit fędus inter Deum, & populū, & sic ipse fuit medius inter vtrūq;: & tamen non esset medius nisi aliquid ex parte Dei promitteret populo, & aliquid promitteret Deo ex parte populi: ideo Deus hic ꝓmisit aliquid, & sic fuit fædus propriè dictū. Secūdò potest dici, ꝙ hic fuit ꝓmissio solū ex parte populi: & tñ vocat̄ fędus, & cū obijcitur, ꝙ erat obligatio,

I & nō fædus: dicendū ꝙ fędus vocatur propter cęremonias, quæ obseruantur: ideo siue ab vna, siue ab vtraq; parte cōtrahatur, dum tñ obseruent̄ cęremoniæ vocabit̄ fædus: sic enim patet, qa aliquādo sunt fædera ex vtraq; parte, & aliquādo ex vna tantū: ꝙ ex vtraq; parte sit, patet Exod. 19. vbi fuit fędus inter Deū, & populum, & vterq; promittebat aliquid, vt dictū est, ꝙ aūt ex vna parte tantū sit, patet Gen. 15. vbi Deus dr̄ fecisse fædus in die illa cū Abrahā, & tñ ibi Abraham nihil promisit, sed solū Deus promisit Abrahę, & semini eius dare terrā Chanaā. Sic ergo aliquando erit fędus, in quo homo ꝓmittat aliquid Deo, & Deꝰ nihil ꝓmittat hoī, & sic poterit esse hic.

K *Propter quid populus nunc iniuit fędus. Quęst. XXVI.*

QVAERETVR vlterius, ad quid faciebat populus nunc fędus cum Domino de seruādo legē eius, qa in fędere cōtrahit̄ aliqua obligatio, & tñ populus obligatus erat iā ad tenēdū cultū Dei, dato ꝙ nō se obligaret. Respōdēdū, ꝙ quāquā populus obligatus esset: poterat tñ magis obligari, & ideo nō erat incōueniēs fędus fieri: fiebat aūt ꝓpter quinq;. Primò propter recentē memoriam: nam obligatio ad obseruandam legem in toto Israel erat causata ab antiquo quando populus se obligauit in monte Sinai: non tamen mouent tantum mentem nostrā ea, quæ vetera sunt, sicut ea, quæ noua: ideo vtile erat *Fedus fiebat ppter quinq;*

erat fœdus de nouo fieri. Secundo, quia Israelitæ magis timebant agere contra id, quod erat confirmatum fędere, quàm contra solam legem: quia in positione fęderis imponebantur multæ pœnæ non obseruanti: vt ergo magis timerent Israelitę bonū erat fędus facere. Tertium erat, quia obligatio ad ser uādam legem in Israelitis insurgebat ex natiuitate, quia ex eo ꝙ aliquis nascebat̄ de parētibus hebræis obligatus erat ad tenendum legem. obligatio autē fœderis causabatur ex actu nostro. Homines autem magis reputant obligationem eam, quam ipsi super se sponte causant, quàm illam, in qua nascuntur: ideo magis obseruabāt legem propter fędus, quod ipsi iniebant, quàm quia lex erat à Deo data. Quartum erat, quia Deus ad maius peccatum reputabat violationē fęderis, quā legis. vnde licet ad idē obligati essent ex lege, & ex fędere & preuaricarent̄, Deus non increpabat eos tanquā transgressores legis, sed fęderis: sic patet Iere 34. cum Israelitæ fecerunt fędus, ꝙ quilibet dimitteret seruum suum, & ancillā completo anno septimo remissionis, & ad hoc erāt obligati ex lege Exod 21. & Deu. 15. & postea præuaricati sunt: Deus tamen comminatus pęnam non dixit, ꝙ egerant contra legem, sed quòd omnes, qui transierant inter diuisiones vituli, & non seruarerāt fędus, traderentur hostibus, vt patet ibidem. Quintum erat propter timorem, quem habebant specialiter Israelitæ ad fœdus, cū esset aliquid positum in religionē, & per frequentationem eius magis timebant. Sic enim est sæpè in iuribus humanis: quia cū aliqui debent iurare, compelluntur interdū iurare sæpe, licet posset vnū iuramentum extendi ad multas causas, & equaliter obligaret, sicut si sæpe iurare tur: quia tamen magis timetur cum nouiter iuratur, iura introduxerunt sæpe cōpelli homines ad iurandum. Ob hoc autem inter Israelitas multum frequentabatur fędus inter se, & Deum, vt sæpe se obligarent, & licet obligati essent per legem fędera faciebāt. Sic patet Iosue vltimo: vbi totus populus vouit se obseruaturum legem Dei: & tamen iam obligati erant. Sic etiam Ierem. 34. vouerunt dimittere seruos septimo anno, & iam obligati erant, & sic multoties fiebat.

Quomodo potuit fieri fędus inter Deum, & regem, cum esset rex paruulus. *Quæstio XXVII.*

QVAERETVR vlterius, quomodo potuit nunc fieri fędus inter Deum, & regem: quia rex erat paruulus septem annorum non intelligens, an se obligaret, vel quid esset illud, ad quod se obligabat: ideo non posset esse fędus.

Respondendum, ꝙ fędus istud fiebat de re necessaria s. de obseruatione legis, quia nihil aliud ꝑmittebat hic populus: & tamē rex, & quilibet de Israelitis obligatus erat ad obseruandū legem, etiā si non fieret fędus, ideo poterat quilibet loco regis fœdus inire, & obligare eū: quia non præiudicabat ei, cum non obligaret eum ad aliud, nisi ad id. ad quod aliàs de iure obligatus erat. Sic enim fit in baptismo, qa patrini obligant paruulum ad tenendum fidē, & ob seruandum omnes cęremonias noui testamenti: qa ipsi obligati sunt ad hoc de iure, etiam si patrini nō obligent eos. Et sic Ioiada obligauit hic regem, faciendo pro illo fędus. Aliter potest dici, quòd dato, quòd non esset istud aliquid necessarium, dum tamen esset aliquod bonum, poterat Ioiada facere fędus loco regis, & obligare eum: quia erat in potestate ipsius, cum ipse vngeret eum, & liberasset à morte toto tempore præcedenti.

Quæ ceremoniæ obseruatæ fuerunt in fœdere isto. *Quæstio XXVIII.*

A QVAERETVR vlterius, quæ cæremoniæ obseruate fuerunt nunc in isto fędere inito inter Deum, & populum.

Respondendum, ꝙ cęremoniæ fœderis inter homines erant, quòd diuideretur aliquod animal in duas partes, & facientes fœdus transirent inter illas partes, innuentes quòd qui violaret fœdus sic diuideretur, sicut illud animal: sic ait Paulus Orosius quinto de Ormesta Mundi.

Aliquando autem occidebatur animal, & fundebatur sanguis eius super facientes fędus, innuēdo ꝙ

B qui violaret fędus effunderetur sanguis eius, sicut illius animalis. Istæ cęremoniæ seruabantur etiā in fęderibus, quæ fiebant inter Deū & populū. Sic patet Gen. 15. quando Deus iussit Abrahe diuidere vaccā in duas partes, & capram, & arietē, & ponere partes altrinsecus. Et hoc erat ad faciendum fędus, & quia tūc solus Deus promittebat Abrahæ terrā Chanaā, & Abraham nihil promittebat Deo, transiuit Deus inter diuisiones cadauerū: nam ignis transiuit inter diuisiones illas in modum clibani fumigātis, & iste ignis transibat loco Dei, quia Deus nō poterat transire, cū esset incorporeus, Abrahā autem non transiuit, sed solū erat apud cadauera acceptās obligationē, quā Deus inducebat super se faciendo illud fœdus, sicut in oībus donationibus, & stipulationibus

Quæ erāt cæremoniæ fęderis de qua vide etiam tituliuiū primo ab vrbe cōdita.

C requiritur, quòd acceptet ille, cui fit stipulatio, vel donatio, aliàs non acquiritur ius, nec causatur obligatio. Aliquando autē seruabatur cęremonia de effundendo sanguinē. Sic enim fuit in confirmatione legis: nā lecta fuit lex coram toto populo: & cū populus diceret se velle obligari ad tenendū legē, occidit Moyses animalia, & fudit sanguinem in crateras, & inde aspersit super totum populum, & super librum legis, & super altare Exod. 24. & ad Hebræ. 9. Et quia ibi Deus promittebat aliquid populo, scilicet accipere eum in populum peculiarem, & populus promittebat aliquid Deo, scilicet, obseruare legē eius, debuit sanguis fundi super vtrunq;, & asper-

D sus est super populū, & quia nō poterat aspergi super Deū, cum esset incorporeus, loco eius aspersus est sanguis super altare, & super librū legis, quia ista duo repręsentabant Deū. Ita nūc dicendū est, ꝙ fuerin obseruatę cęremonię istę s. ꝙ populus occideret aliqua animalia, & omnes de populo trāsirent inter diuisiones cadauerū tam viri, quàm fęminę: & per hoc omnes significabāt se obseruaturos legem, alioquin ꝙ diuiderentur, sicut illa animalia diuisa erāt. Sic enim fuit tempore Sedechiæ: nam totus populus fecit fędus cum Domino, ꝙ singuli dimitterent seruos suos anno septimo remissionis, & ad hoc occiderunt vitulum, & omnes de populo tam laici, quàm sacerdotes tam principes, quàm subiecti transierunt per medias diuisiones: Ierem. 34.

E Sciendū tamen, ꝙ si in isto fędere Israelitæ se obligabant Deo, solum ipsi transirent inter medias diuisiones, sicut ipsi soli transierunt: Ierem. 34. & sicut Deus solus transiuit quando ipse se obligauit Abrahæ, & non Abraham ei. Gen. 15. si autem ex parte Dei aliquid promissum est, ipse Ioiada, qui hoc promittebat, transiret loco Dei inter illas diuisiones, sicut Exo. 24. altare aspersum est sanguine, & liber legis. ad Hebræ. 9. loco Dei. *Et posuit sacerdos custodias in domo Domini.* Aliqui intelligunt hoc de aliquibus viris, quos posuit Ioiada ad custodiendum templum, dum ipse cum reliquis de populo descenderet in palatium regis, deducendo regem illuc,

Et hoc apparet, quia mox dicitur de regis ductione in domum suam. Sed dicendũ, ꝙ hoc intelligitur de ordinatione quadam ministrorum, quam fecit Ioiada in templo: nam ante hoc regnante Athalia cum ipsa esset idolatra, non permittebat cultũ Dei ꝑfectè expleri, cũ ipsa potius faceret coli Baal, ideo credendũ, ꝙ aliquos ministros subtrahebat; vel redditus cõferebat, ꝙ sic non erat copia ministrorum; vel saltem non omnia rite fiebant: ideo exclusa nũc Athalia de seculo, & deleto cultu Baal, ipse Ioiada restaurauit cultum Dei ordinãdo ministros: & hoc patet 2. Paralipo. 23. quia vbi dicitur hic: & posuit sacerdos custodias in domo Domini: dicitur ibi: cõstituit Ioiada præpositos in domo Domini, vt sub manu sacerdotum, ac leuitarũ; quos distribuit Dauid in domo Domini offerrent holocausta Dño, cõstituit quoq; ianitores in portis domus Dñi, vt non ingrederetur eam immundus in omni re. *Tulitq; centuriones, & Celethi, & Phelethi legiones, & omnem populum terræ.* Istos accepit Ioiada ad hoc, quòd descenderent cum rege de templo in domum suam, vt nemo de fautoribus Athaliæ posset ei nocere. Vocantur hic Centuriones illi quinque, de quibus 2. Paralipo. 23. legiones Celethi, & Phelethi vocantur legiones militum quorundam electorũ, de quibus sępe fit mentio sup. 2. lib. c. 8. & 15. & 20. & præcedenti lib. c. 1. & 1. Parali. 18. reliquus populus terrę dicitur, tota multitudo, quæ cõuenerat de oĩbus vrbibus Iuda secretè ad vngendũ regẽ. In hebręo nõ ponit Celethi, & Phelethi, sicut ponit litera nostra: sed Cari Vfleti, & ista significãt armigeros, & cursores: quia Cari dicũtur armigeri, & Vfleti cursores. Sed isti cursores vocãt secundũ Hebręos pedites armati: & quia isti secundũ rẽ erant idẽ cum legionibus Celethi, & Phelethi, accepit Hieronymus Celethi, & Phelethi. *Deduxeruntq; regẽ de domo Domini.* Prius custodiebat rex in templo propter timorẽ Athalię: nũc verò occisa ipsa, & excluso timore deductus est de templo in domum suã. *Et venerunt per viã portæ scutariorũ.* Porta scutariorum erat quædã porta tẽpli, apud quã erat domus scutariorum regis, vt supra declaratum est. *Et sedit super thronum regum.* In templo sederat super thronum regum ad hoc ꝙ vngeretur: nunc verò in palatio suo sedit super thronum regum: quia competebat etiã ex dignitate. *Lętatusque est omnis populus terræ.* Scilicet, quia pacificè regẽ suum videbant sedere in throno in domo sua. *Et ciuitas conquieuit.* s. quia prius viuẽte Athalia, erat turbatio magna in populo: nunc verò illa occisa, omnes quieuerunt. Vel dicitur, ꝙ ciuitas conquieuit, quia Athalia habebat multos fautores in vrbe, & creditum est, ꝙ fieret aliqua dissensio, vel seditio in populo propter illã: & tamẽ mox vt occisa est Athalia, cessauit omnis tumultus: quia oẽs, qui prius fouebant partes eius, sponte se submiserũt regi. *Athalia autem occisa est gladio in domo regis.* Repetitur hic, qđ supra dicebatur: & dicit, ꝙ occisa est in domo regis: quia educta fuit de templo: & quia porta domus regis erat apud portam tẽpli, introducta fuit in domum regis, & ibi occisa est. *Septenque annorum erat Joas cum regnare cæpisset.* Inceperat enim septimum annum, & ideo vocatur septem annorũ, quia annus inceptus pro cõpleto cõputat.

CAPITVLVM. XII.

2. Paralip. 24.

ANNO septimo Iehu regnauit Ioas. Quadraginta annis regnauit in Ierusalem.

F Descripto superius regno Iuda sub regibus Athaliã præcedentibus, hic ponit continuatio eius sub regibus eã sequentibus; & diuidit in duo: quia primo ponit quid factũ est sub rege Ioas: secundò quid sub Amasia successore eiꝰ. inf. 14. Prima diuidit in duas, quia primò ponit regni Ioas explicatio: secundò regũ Israel contẽporaneorũ enarratio, sequẽti. c. Prima diuidit in duas: qa primò ponit de regno Ioas ꝓ eo tẽpore, quo se habuit insolẽter, ibi. *Tunc ascendit.* Id autẽ, in quo principaliter apparuit bonitas Ioas, fuit, quia desiderauit domũ Dei restaurare, & ad hoc diligẽter se habuit: circa qđ ponunt tria: primò domus Dñi reparari ꝑcipit: secũdò mandatũ reparationis negligit ibi. *Igitur vsque ad vicesimum.* Tertiò reparatio
G diligenter perficitur ibi: cunque viderentur.

An ordo continuus sit & immediatus ad præcedentia. Quæstio I.

QVAERETVR circa primum, an ea, quæ habentur hic, habeant ordinẽ continuatũ ad præcedentia, & an fuerint facta immediatè post illa, vel interposito aliquanto tempore. Ad primum dicendum, ꝙ hic est ordo continuus: quia præcedenti. cap. habitum est de constitutione Ioas in regem, hic autem agitur de operibus eius postquã rex factus est: ideo necessariò sunt ista post illa. Ad secundum dicẽdum, ꝙ ista fuerunt immediatè post præcedentia,
H quia hic cõtinetur tota vita Ioas regis à pueritia sua postquã factus est rex: ideo de omnibus illis, quæ fuerunt postquã cõstitutus est rex, agitur hic. Et dicitur. *Anno septimo Jehu regnauit Joas.* Iehu erat rex Israel, & erat iã annus septimus regni eius, non quidem completus, sed inchoatus, qđ patet: quia prima die, qua regnauit Iehu occidit Ioram regem Israel, & Ochoziam regem Iudæ, vt colligitur supra 9. & tamen immediatè post mortẽ Ochozię cæpit regnum Athaliæ, & ipsa regnauit annis sex. 2. Paralipo. 22. & finito regno Athaliæ cępit regnare Ioas: ergo sex annis completis regnauerat Iehu super Israel, & incipiebat nunc annus septimus eius: sed cõputat annus inceptus pro cõpleto. *Quadraginta annis regnauit in Ierusalem.* Et sic solum vixit quadraginta septem annis, cũ
I esset septem annorum, quando cępit regnare, pręcedenti c. & 2. Paralipo. 24. vixit autem modico tẽpore, quia occisus est à seruis suis. eo c. *Nomen matris eius Sebia de Bersabee.* Ista Sebia erat vxor Ochozię, & erat filia alicuius principis de Bersabee. Est enim Bersabee quædam ciuitas in sorte Iudæ ad partem meridianam terræ illius, & ponitur tanquam terminus in latere meridiano: vnde quando ponitur vtrũq; latus terræ Israel. s. aquilonare, & meridianũ, ponunt ista duo loca s. Dan, & Bersabee ad significandũ istas duas extremitates: vt patet sup. j. li. c. 3. & sup. 2. li. 17. & 24. *Fecitque Joas rectum cunctis diebus, quibus docuit eum Ioiada sacerdos.* Fuit enim Ioas rex sub manu Ioiadæ
K omnibus diebus, quibus vixit Ioiada: quia ipse constituerat ipsum in regem, & liberauerat eum à morte: præcedenti. cap. & quia Ioiada erat cultor Dei magnus, fecit, vt rex toto tempore suo coleret Deũ. Et vocatur Ioiada sacerdos, idest, summus sacerdos per excellentiam. Et quia dicitur omnibus diebus, quibus docuit eũ Ioiada: innuitur, ꝙ mortuo Ioiada malus fuerit, & verum est: quia declinauit ad idola in tantum, vt iusserit occidi Zachariam filiũ Ioiadæ, quia increpabat eum super hoc. 2. Paralipo. 24. *Veruntamen excelsa non abstulit.* Idest, quanquam fuerit bonus, non abstulit excelsa, idest, altaria, quæ erant in montibus, & extra vrbes in varijs locis. *Adhuc populus immolabat, & adolebat incensum in excelsis.* Idest,

Idest, adhuc tempore illo populus immolabat, idest, offerebat sacrificia, quia immolare est iugulare animalia, & adolebat incensum, idest, cremabat thymiama super illa altaria: nam cum manerent illa altaria, populus frequentabat ea.

An Ioas peccauerit non delendo altaria, quę erant in regno suo extra templum Dei. Quæstio II.

QVAERETVR, an peccauit Ioas non delendo altaria, quæ erant in regno suo.

Aliquis dicet, ꝙ non: quia si fuisset peccatum nõ auferre illa altaria, Ioiada, qui regebat regem Ioas, fecisset ꝙ illa altaria tollerentur, cum rex obediret ei in omnibus, & tamen non fecit, ꝙ tollerentur, ergo videtur, quòd non peccabat.

Respondendum, ꝙ ista altaria erant duplicia, quædam erant facta à populo pro cultu Dei: nam cũ videretur omnibus difficilè cõuenire in tẽplum ad faciendũ sacrificia, faciebant altaria per diuersa loca, in quibus offerebant sacrificia. Alia erant altaria facta à populo ad colendũ idola: nam præcedenti li. c. 14. dicitur, ꝙ Iudas fecit malũ coram Dño: ædificauerũt enim sibi aras, & statuas, & lucos super omnẽ collẽ excelsum, & subter omnẽ arborẽ frondosam. Patet ẽt ista dist. inf. 23. c. vbi dicit̃, ꝙ Iosias destruxit excelsa, & occidit sacerdotes excelsorum, qui erant ibi super altaria, & dicitur de alijs sacerdotibus excelsorum ibidẽ, ꝙ Iosias fecit, vt non ascenderent sacerdotes excelsorũ ad altare Domini in Ierusalẽ: sed solũ comedebant azyma in medio fratrũ suorũ: ergo oportet, ꝙ primi istorũ essent sacerdotes idolorũ, & alij nõ essent sacerdotes idolorũ, sed Dei, quãquã offerrent sacrificia in montibus: quia alioquin nõ permisisset eos viuere, & dabat eis portionẽ de sanctificatis cũ cęteris fratribus suis. Si autẽ accipiatur de excelsis, in quibus colebantur idola, manifestum est, ꝙ peccabat Ioas non destruendo illa, quia obligabãtur Israelitæ extirpare idolatriam de terra, vt patet Deuter. 13. & 17. Si autem accipiatur pro excelsis, in quibus colebatur Deus, dicendũ, ꝙ adhuc peccatũ erat non destruere illa: quia Deus iusserat, ꝙ sub pęna mortis nullus immolaret extra sanctuarium, Leui. 17. & Deute. 12. & ad hoc tenebantur illi, qui erãt executores legis, sicut erat rex, & summus sacerdos. Secundo patet, quia præcedẽti li. c. 3. dicitur, ꝙ Salomõ obseruabat præceptũ Dauid patris sui, excepto ꝙ in excelsis immolabat, & accẽdebat thymiama, et ponitur ibi illud pro reprehẽsione. q. d. ꝙ illud erat, in quo deuiabat Salomon à via Dauid patris sui.

[illegible] refellitur. Dicit autem Nicolaus, ꝙ permittebantur ista altaria excelsorum aliquãdo propter scandalũ. s. quia si ista non permitterẽtur, populus declinaret ad idolatriã, quia id, qđ ibi offerebat Deo, offerret dęmonibus. Sed dicendũ, ꝙ hoc non stat, quia ꝑꝑ scandalũ nõ est relinquẽda veritas: nã licet interdũ veritas doctrinę, & disciplinę differẽda sit ad tẽpus, ꝑpter scandalũ: & tamen veritas vitę nunquã relinquẽda est: sic aũt erat hic: qa ꝙ offerrẽt aliqui ĩ altaribus extra tẽplũ, erat cõtra legẽ Dei, in qua cõsistit veritas vitę. — Confuta.

Auctoris determinatio. Dicendũ ergo, ꝙ nullo modo potest excusari Ioas rex, & Ioiada summus sacerdos à peccato: quia permittebant altaria ad offerendũ extra tẽplum, nisi dicatur, ꝙ nullo modo poterãt auferre ea, quia totus populus repugnabat: & tũc nõ erat permittere, sed nõ posset tollere: magis tamẽ vr̃, ꝙ aliquale peccatũ fuerit dimittendo ista altaria: nã ideo ponit̃ hic, vt significet quædam reprehensio. s. ꝙ licet benè vixerit Ioas: tñ non omnino, quia nõ abstulit excelsa, *Dixitq; Ioas ad sacerdotes.* Hic ponitur pręceptũ Ioas de restau

A rando domũ Domini. *Omnem pecuniam sanctorum, quę illata fuerit in templum Domini à prætereuntibus.* Iussit Ioas restaurari tẽplum, & ad hoc assignauit expensas, de quibus fierent. s. de pecunia, quę offerebat à trãseuntibus. Pro quo considerandũ, ꝙ Deus instituerat omnes Israelitas, qñ transirẽt ad numerũ, dare pro se dimidium siclum: transibat autẽ aliquis ad numerum quandocunq; cõputabatur tanquã vnus in populo, & hoc erat postquã esset viginti annorũ, & tunc tenebatur dare dimidiũ siclum pro se ipso: & iste dimidius siclus erat ad necessitates sanctuarij: & de ista pecunia reparatũ est nunc tẽplum. Et dicitur omnẽ pecuniã sanctorũ. i. q̃ pertinet ad sanctuariũ: nã de his, quæ offerebãtur, quędã pertinebant ad sacerdotes,

B & alia ad sanctuariũ, de quibus declaratũ est latè Nume. 5. vbi habetur, qui erant redditus sacerdotũ, & qui sanctuarij in veteri testamento. De pecunia aũt, quæ pertinebat ad sanctuariũ fiebat hoc, & dicitur: quæ illata fuerit à prætereuntibus. i. ab illis, qui excedũt annũ vigesimũ: nã quilibet illorũ dabat mediũ siclũ pro. *Pretio animæ.* i. ista pecunia offerebat̃ pro pretio animæ. i. pro precio cuiuslibet hominis. Vocat̃ enim aĩa vnus homo, sicut dr̃: septuaginta aĩæ egressæ sunt de femore Iacob, Gen. 46. & Exod. 1. idest septuaginta homines: nam aĩa non deriuatur in semine paterno, sed à Deo datur, & Leui. 2. anima si obtulerit sacrificiũ, & vocat̃ pretiũ hominis: quia Deus obligauerat quẽlibet virũ ad soluendũ istud pretiũ,

C alioquin morereẽt: Exo. 30. *Et quam spontè, et arbitrio cordis sui inferunt in templum Domini.* Ista erat alia pecunia, quam quilibet offerebat spontè: nam Israelitæ euntes in templum offerebant aliquid pro expẽsis templi, & illud mittebãt in Gazophylatium, iuxta illud Luc. 21. & Mar. 13. cum dicitur: respiciens Iesus vidit eos, qui mittebãt munera sua in Gazophylatiũ, & laudauit viduam pauperculam, ꝙ plus omnibus obtulisset. *Accipiant illam sacerdotes iuxta ordinem suum.* Scilicet, accipiant illã. i. sint dispensatores eius: non tamen accipiant pro se, quia non cõpetebat eis aliquid de hoc. Et dicitur: iuxta ordinẽ suum, i. secũdũ ꝙ cõpetit eis ex ordine, vel ex officio: nã sacerdotibus potius cõpetebat dispensare pecuniã, quę erat

D in sanctuario ad vsus eius, quã laicis. *Et instaurent sartatecta domus, si quid necessarium viderint restauratione.* Instaurare est ad instar prioris aliquid facere, & istud est reficere. s. quando res, quæ perierat, reducitur in statum priorem. Vocantur autẽ sartatecta omnia, quæ reparanda sunt, & dicitur à sarcio sarcis, i. reparo, vel reficio, & cõponitur cũ tectum, & dr̃: sartatectum. i. reparatio domus, quia tecta domus vocant̃. — Sartatecta quid.

Quæ erat ista pecunia, quæ offerebatur à transeuntibus, & qui erant isti, qui transibant ad numerum, & quid soluebant. Quæstio III.

QVAERETVR, quæ erat ista pecunia, quæ offerebatur à transeuntibus.

E Aliqui dicunt, ꝙ offerebatur à transeuntibus, idest, à prætereuntibus per sanctuarium. Sed dicendũ, ꝙ non stat: quia dicitur hic, ꝙ ista pecunia offerebatur pro pretio aĩæ: pretium aũt dicit æquiualentiã, & consistit in re taxata: ideo oportet ꝙ ista nõ esset pecunia, quæ offerebatur à trãseuntibus per tẽplũ, quia illa nõ erat taxata, nec sub obligationẽ, sed offerebat, q volebat, & quantũ volebat. Secũdo patet, qa hic fit differẽtia inter pecuniã, q̃ offerebat̃ à ꝑtereuntibus, & pecuniã, quã qsq; arbitrio cordis, sui offerebat, & tñ illa, q̃ offerebat̃ arbitrio cordis erat, q̃ offerebat̃ à venientibus in tẽplũ, & transeũtibus ꝑ illud: ergo pecunia, q̃ offerebat̃ à prętereuntibus, erat alia.

Tertio patet, quia 2. Paralipo. 28. dicitur, quòd prædicatum est in Iuda, & Ierusalem, ꝙ deferẽt singuli pretiũ Domino, quod constituit Moyses super omnem Israel, & illud est, quod dicitur hic à prętereuntibus, ergo non erat pecunia, quam offerrebant trãseuntes per templum. Sed dicendum, ꝙ vocantur prætereuntes .i. excedentes annum vigesimũ, & proprius diceretur ab excedentibus, quàm à prętereuntibus: quia præterire significat locum: excedere autem significat ætatem, vel saltem conuenit magis ætati, quàm præterire.

Quomodo accipiebatur pecunia ab eis pro pretio animæ. Quæstio IIII.

QVAERETVR vlterius, qui erant isti, qui trãsibãt ad numerum, vel quomodo accipiebatur pecunia ab eis pro pretio animæ.

Respondendum, ꝙ Deus iusserat, ꝙ Israelitę nunquam numerarentur, nisi quilibet de numeratis solueret dimidium siclum: numerabantur autem Israelitæ dupliciter: vno modo quando ad aliquam congregationem, vt ad bellum, vel aliàs congregabantur multi, & numerabantur. Alio modo quando aliquis naturaliter transibat ad numerum. i. ad ætatẽ, in qua deberet numerari, & istud erat, quando aliquis accedebat ad annum vigesimum: quia tunc incipiebat computari tanquam vnus de populo, & vtroque modo solui debebat dimidius siclus. Primi tamen vocabantur computati: secundi verò transeuntes ad numerum de vtroque Exod. 30. f. quando tuleris summam filiorum Israel iuxta numerũ dabunt singuli pretium pro animabus suis. De secũdo dicitur: hoc autẽ dabit omnes, qui transit ad nomen dimidium sicli, qui habetur in numero à viginti annis, & supra dabit pretium istud iubebat Deus dari, ne sequeretur plaga in populo: quia si aliquando numerarentur, & non soluerent pretium, Deus percuteret eos plaga dura, ideo dicebantur dare in pretiũ pro animabus suis, quia istud erat quasi precium redemptionis cum aliàs occidendi essent, qui numerabantur. Sic patet Exod. 30. f. quando tuleris summam filiorum Israel, dabunt singuli preciũ pro animabus suis Domino, & non erit plaga in eis cũ recensiti fuerint. Quasi dicat, si numerarentur, & nõ soluerent istud precium, plaga esset in eis. Vocatur etiam istud pretium: quia precium dicit aliquam taxationem, & ita erat hic taxatum, ꝙ quilibet solueret dimidium siclũ, siue pauper, siue diues: vt patet Exod. 30. f. qui habetur in numero à viginti annis, & supra dabit pretium, diues non addet ad medium sicli, & pauper non minuet: ista autem pecunia pertinebat propriè ad sanctuarium, quia nõ debebat expendi in alios vsus, vt patet ibidem. f. susceptãque pecuniam, quæ collata est à filijs Israel, trades in vsu tabernaculi testimonij, vt sit monimentum .i. memoria eorũ coram Dño, & propicietur animabus eorũ.

Sacerdotes quomodo debebant suscipere istam pecuniam. Quæstio V.

QVAERETVR vlterius, quomodo debebant sacerdotes suscipere istam pecuniam, quæ dabatur à transeuntibus ad numerum. Aliquis dicet, ꝙ ista pecunia ducebatur in sanctuarium ab ipsis transeuntibus ad numerum, & ponebatur in gazophylatio, & inde sacerdotes debebant accipere eam ad vsus sanctuarij. Sed dicendum, ꝙ non stat: quia leuitę debebant ire ad colligendum istam pecuniam. 2. Paralip. 24. Dicendum ergo, ꝙ istud præceptum de

F soluendo pecuniam eorum, qui transibant ad numerum, à multis annis impeditum fuerat tradi executioni: quia Athalia destruebat cultum Dei, & impediebat legem seruari: ideo nunc occisa illa, rex Ioas, & Ioiada summus sacerdos iusserunt prædicari, vel edici per totam terram Iuda, ꝙ omnes, qui transierant annum vigesimum, & nondũ soluerant precium pro animabus suis, soluerent nunc 2. Paralip. 24. f. & prædicatum est in Iuda, & Ierusalem, vt deferrent singuli precium Domino, quod constituit Moyses seruus Domini super omnẽ Israel in deserto. A principio autem quando voluit rex Ioas facere istud, congregauit sacerdotes, & leuitas, & iussit eis, ꝙ ipsi discurrerẽt quolibet anno per terram Iu-
G da, & perquirerẽt in singulis locis, qui erant, qui trãsierant ad numerum, & nondum soluerant, & reciperent ab eis precium. Et quia quolibet anno transibant aliqui ad numerum, in quolibet loco debebãt transire leuitæ quolibet anno per totam terram Iuda ad inquirendum in singulis locis, qui erant, qui illo anno ad numerum transibant: De hoc. 2. Paralip. 24. f. congregauit Ioas sacerdotes, & leuitas, & dixit eis: egredimini ad ciuitates Iuda, & colligite de vniuerso Israel pecuniam ad sartatecta templi Dei nostri per singulos annos, festinatoque hoc facite. Et tamen sacerdotes, & leuitę non fecerunt hoc, vt inf. dicitur. *Igitur vsque ad vigesimum tertium annum regis Ioas.* Iste erat annus vigesimus tertius non ætatis suæ, sed
H regni sui: nam tunc erat trigesimus ætatis eius, cum ipse vixisset septem annis antequã regnaret: & hic incipit secundum huius, scilicet, in quo præceptum reparationis negligitur. *Non instaurauerunt sacerdotes sartatecta templi.* Potest intelligi dupliciter: vno modo, ꝙ non instaurauerunt .i. non petiuerunt pecuniã ab Israelitis ad instaurandum: quia noluerũt discurrere per regnum Iuda ad petendum illam, sicut rex dixerat. Alio modo ꝙ sacerdotes collegerunt pecuniam accipiendo eam à viris Iuda, & tamen non expenderunt eam in aliqua reparatione, sed retinebãt penes se. Aliquis dicet, ꝙ secũdus sensus istorum verus est: quia infra dixit rex: nolite ergo amplius accipere pecuniam iuxta ordinẽ vestrum, sed ad instaurationem templi reddite eam, prohibitique sunt sa- Reparatio tẽpli quomodo neglecta fuit
I cerdotes vltra accipere pecuniam à Domino. In cõtrarium videtur, quia 2. Paralip 24 dicitur: Vocauit rex Ioiadam, & dixit ei: quare non fuit tibi curę, vt cogeres Leuitas inferre de Iuda, & Ierusalem pecuniam, quæ constituta est à Moyse, vt inferret eã omnis multitudo Israel in tabernaculũ, & sic videtur, ꝙ non susceperunt sacerdotes, & leuitæ pecuniam à transeuntibus ad numerum, sed remissè egerunt non exeuntes per loca Iuda ad colligendũ pecuniã.

Respondendum, ꝙ istę literę videntur contrarię, & ad concordandum eas debemus dicere, ꝙ sacerdotes vtrunque egerunt. f. fuerunt negligentes, & pecuniam receperunt: nam rex iusserat eis, ꝙ irent per omnia loca terræ Iuda, & acciperent pecuniã à transeuntibus ad numerum: ipsi verò non fecerunt hoc,
K sed manserunt in Ierusalem, & si aliqui veniebãt ad soluendum pecuniam illam, recipiebant ab eis: & tamen nihil restaurabant de illa, sed retinebant penes se: & nunc stat vtraque litera: nam 2. Paralip. 24. dicitur, ꝙ rex redarguit Ioiadam dicens, quare non fuit tibi curæ, vt cogeres leuitas inferre de Iuda, & de Ierusalem pecuniam, & ob hoc sequitur, ꝙ prædicatũ est in Iuda, & Ierusalem, vt deferrent singuli preciũ Domino: & tamen si sacerdotes, & Leuitæ executi fuissent istud, non prædicaretur post. Sic etiam stat litera ista. f. ꝙ rex dixit: nolite ergo amplius accipere pecuniam iuxta ordinem vestrum. i. non accipiatis pecu-

pecuniam à venientibus, & dantibus præcium pro animabus suis: q. d. ꝙ nunc accipiebāt. Etiam dicit: prohibitiq; sunt sacerdotes vltra accipere pecuniā à populo. s. ꝙ populus veniebat ad offerendum pecuniam illam in templo pro animabus suis, & sacerdotes illam accipiebant. Postea autem non fuit obseruatus aliquis istorum modorum: quia sacerdotes non acceperunt pecuniā, sicut prius accipiebant à venientibus: nec etiam iuerunt ad colligendum illā per totam Iuda, per singulos annos, sicut dixerat rex, sed factum est quoddam Gazophylaciū, & positum est apud portam templi, & prædicatum est per totam terram Iuda, ꝙ omnes, qui transibant ad numerum, venirent ad soluēdum precium pro animabus suis. Hoc patet 2. Paralipom. 24. quia postquam rex reperit sacerdotes, & leuitas negligentes. Dicit: Præcepit ergo rex, & fecerunt arcam, posueruntq; eam iuxta portam Domini, & prædicatum est in Iuda, & Ierusalem, vt deferrent singuli precium Domino, quod constituit Moyses seruus Domini super omnem Israel in deserto.

Templum quomodo indigebat reparatione. Quæst. VI.

QVAERETVR, ad quid iussit rex fieri ista sartatecta, vel quomodo templum indigebat reparatione. Respondendum, quod sartatecta erant necessaria in tēplo pp duo: primò propter antiquitatē operis: quia transierant multi anni, quibus fuerat tēplum ædificatum à Salomone, & postea nō legitur reparatum fuisse: nam à principio regni Salomonis vsque ad annum vigesimum tertiū regni Ioas, quando sartatecta incępta sunt fuerunt anni centum sexaginta quatuor. s. quadraginta anni regni Salomonis, præced. lib. ca. 11. & decem, & septem anni regni Roboam eod lib. cap. 14. & tres anni Abiæ. eod. lib. cap. 15. & quadraginta vnus annus Asa eod. capit. & 25. Iosaphat eod. lib. cap. vlti. & octo anni Iorā sup. 8. & vnus annus Ochoziæ eodem capit. & sex anni Athalię præced. cap. & 2. Paralipo. 21. & viginti tres anni regni Ioas, quando ceperūt fieri sartatecta hic in litera: à quibus subtrahantur tres anni, & parum plus de regno Salomonis, qui fluxerant, quando cępit ædificare templum, præcedenti lib. ca. 6. & septē anni, quibus cōpleuit totū populum, eod. c. manebant centum quinquaginta quatuor anni, q̄bus tēplū cōsummatū fuerat, & non legit̄ fuisse reparatū, ideo iam indigeret aliqua reparatione. Secūda causa fuit, & præcipua: quia Athalia, quæ ante hoc regnauerat, erat īpijssima, & idolatra, & abstulerat ornamenta domus Domini ad ornandum templum Baal: ideo erat nunc necessaria pecunia ad restaurādum ea, quæ deficiebāt in templo Domini propter rapinam Athaliæ. Et istā causam expressit Ioas, quādo iussit sacerdotibus, ꝙ inferrent pecuniam de tota terra Iuda, dicens: Athalia enim impiissima, & filij eius destruxerunt domum Domini, & vniuersis, quæ sanctificata fuerunt templo Domini ornauerunt phanū Baalim. *Vocauitq; rex Ioas Ioiadā pontificē, et sacerdotes.* Vocauit eos ad increpandum: quia iusserat eis, ꝙ inferrent pecuniam de tota terra Iuda ad sartatecta templi: & non curauerunt inquirere illam. *Dicens eis: quare sartatecta templi non instauratis?* Nō dixit, quare non recepimus pecuniam ad sartatecta: quia licet non iuissent per terram Iuda ad colligendum pecuniam, tamen recipiebant eam à venientibus: & tamen non expenderant aliquid in vsus sanctuarij, ideo redarguit eos, quòd sartatecta non instaurabant. *Nolite ergo amplius accipere pecuniam iuxta ordinē vestrum.* i. iubeo vobis, ꝙ amplius non accipiatis pecuniam à populo, quę debetur pro restauratione, sicut consueuistis accipere. *Sed ad instaurationem templi reddite eam.* i. ipsam, quam accepistis, & nō expēdistis, reddite. i. deponite in aliquo loco, vnde sumatur ad restaurationem, & vos non teneatis eam amplius, quia in vobis inutilis est, *prohibitique sunt saccerdotes vltra accipere pecuniam à populo, & instaurare sartatecta domus.* Ista duo erant connexa. s. accipere pecuniam pro restauratione, & restaurare sartatecta: & quia sacerdotibus propter malam admirationem interdicta est potestas suscipiendi pecuniam à populo, etiam interdictum est sartatecta instaurare.

Vnde conueniebat Leuitis, quòd acciperent pecuniam à transeuntibus. Quæst. VII.

QVAERETVR, quomodo dicebat Ioas, ꝙ leuitæ accipiebant pecuniam istam iuxta ordinem suum: vnde enim cōpetebat eis hoc, ꝙ ipsi pecuniam illam reciperent, & administrarent. Respōdēdum, ꝙ competebat eis multiplici capite. Primò ex iuris institutione: nam Deus instituerat in deserto, ꝙ Moyses acciperet à filijs Israel pecuniam illā, quæ dāda erat à transeuntibus ad numerū: sed Moyses erat Leuita 2. Paralip. 23. ideo ipso non accipiente pertinebat ad alios Leuitas, vel sacerdotes, cū illa acceptio non esset personalis, vel temporalis, sed ꝑpetua: ideo oportebat, ꝙ ad alios Leuitas post Moysem pertineret hoc. Secundo competebat ex ratione iuris: nam ista pecunia ꝑtinebat ad vsus sanctuarij solius, Exo. 30 ergo debebat dispensari per illos, ad quos aliàs pertinebat dispositio rerum sanctuarij: sed ad laicos nihil ꝑtinebat disponere in sanctuario: immo non debebant accedere ad sanctuarium, & si intromitterēt se de aliquo negocio sanctuarij, moriebantur: quia Deus occidebat illos, Num. 1. & 3. & 18. ideo oportet, ꝙ ista pecunia, quæ pertinebat ad sanctuarium, ministraretur per sacerdotes. Tertiò competebat ex antiqua consuetudine: nam sacerdotes, & leuitæ ab antiquo ministrabant istā pecuniā, nec erat memoria in contrarium. s. ꝙ aliquando laici ministrarent istam pecuniam: ideo saltem ex ista longa consuetudine prescripserāt sibi ius ad ministrandum semper: ideo rex dixit, ꝙ recipiebāt pecuniam iuxta ordinem suum, idest, sicut competebat eis ex ordine, vel officio, aut iure.

An liceret regi priuare sacerdotes administratione pecunię, & an habebat rex in veteri testamento plenam potestatem super sacerdotes tam in ciuilibus, quàm in criminalibus sic, vt posset eos priuare, & occidere. Quæst. VIII.

QVAERETVR vlterius, an licebat regi priuare sacerdotes administratione pecunię istius, cum prohibuerit eis accipece illam. Aliquis dicet ꝙ non licebat ei. Primò, quia istud pertinebat ad sacerdotalem ministrationē, & si rex priuaret eos hac administratione, auferret eis ius suum, qđ iniustum erat. Secūdò patet, quia faciendo hoc rex intromittebat se de iurisdictione super sacerdotes priuando eos officijs suis: regibus tamen non licet aliquid agere contra ecclesiasticos viros: ideo quanquam aliàs esset bonum: quia tamen vsurpabat iurisdictionem alienā, peccabat. Tertiò patet, quia si rex auferret administrationem istā sacerdotibus, & leuitis, oportebat, ꝙ daret eam alicui Laico cum administratio necessariò deberet residere penes aliquem: & tamē laicus non poterat istam administrationem habere, quia occideretur à Domino: quia intromittebat se de pertinentibus ad sacerdotes, vel leuitas: ergo peccabat

cabat auferendo illam sacerdotibus, & leuitis. Respondendũ est, ꝙ non peccauit Ioas faciendo istud: quia scriptura non vituperat eum hic de hoc, sed potius laudat tanquam habentem magnum desideriũ ad res diuinas. Secundo patet, quia dicitur supra, ꝙ Ioas fecit rectum coram Domino omnibus dieb⁹, quibus docuit eum Ioiada, sed nũc docebat eũ Ioiada, ergo in isto non peccauit. Tertio patet: quia si peccasset Ioas in hoc, non fuisset istud approbatum semp, & tractũ in consuetudinẽ: & tñ istud approbatũ est, & consuetum fuit postea inter Iudęos oĩbus diebus, quibus durauit status iudaicus: nam tempore Christi hoc obseruabatur. s. quia non recipiebãt sacerdotes, & leuitæ pecuniam templi, sed mittebatur in Gazophylatium, sicut nunc, sic patet Mar. 12. & Luc. 21. cum dicitur, ꝙ Christus vidit mittentes munera in Gazophylacium, & laudauit pauperculam mittentem minuta duo: ergo non fuit malum hoc, sed valdè laudabile. Pro quo sciendum, ꝙ Ioiada non priuauit sacerdotes aliquo iure suo, quod ptineret ad vtilitatem eorum, vel ad dignitatem: & modus fuit, quia ante hoc leuitæ, & sacerdotes recipiebant omnem pecuniam, quæ inferebatur in sanctuarium, siue illa daretur pro pretio animæ, scilicet à transeuntibus ad numerum, siue daretur spontè, vel ex alia causa, & ipsi ministrabant istam pecuniam ad necessitates templi, & confidebatur eis: poterant tamen multa sic perdi partim propter infidelitatem aliquorum ministrantium, & partim propter obliuionem, & negligentiam: & sic erat tempore Ioas regis. Nam sacerdotes recipiebant omnem istam pecuniam: ideo iussit, ꝙ sacerdotes, & leuitæ discurrerent per omnia loca Iuda, & reciperent pecuniam ab illis, qui transibant ad numerum 2. Paralipom. 24. & ꝙ illam ministrarent ad sartatecta templi. Nunc verò leuitæ fuerũt negligẽtes in duobus. Primo, quia non discurrerunt per loca Iuda ad colligendum istam pecuniam, quam rex iubebat 2. Paralipom. 24. Secundò, quia receperunt aliquam pecuniam ab eis, qui illam obtulerunt: & tamen de illa nihil reparauerunt in templo: ideo rex voluit dare alium modum, per quem ista pecunia melius, & diligentius dispensaretur, & fecit arcam siue Gazophylatium quod posuit ad portam templi, & fecit prædicari per totum regnum Iuda, ꝙ omnes q̃ transibant ad numerum, venirent ad mittendum dimidium siclum in arcam 2. Paralipo. 24. tunc omnes veniebant. Et non solum fecit rex, vt poneretur ibi pretium, quod debebatur ab his, qui transibãt ad numerum, sed etiã quod spontè offerebatur: ita vt nullam pecuniam reciperent Leuitæ: & tamen nõ dedit rex istam ministrationem aliquibus laicis. s. ꝙ ipsi reciperent pecuniam, sicut recipere consueti erãt Leuitæ: quia tunc præiudicaret Leuitis, & etiã peccaret: quia ministerium sanctuarij dabat Laicis. Etiã non præiudicabat Leuitis: quia nõ auferebat eis aliquod ius: quia ipsi non consequebantur aliquã vtilitatem recipiendo pecuniam illam, cum tota deberet expendi in vsus sanctuarij. Etiam ministratio, q̃ prius habebant Leuitæ circa istam pecuniam, non omnino auferebatur eis: quia ipsi sacerdotes pręsentes erant apud Gazophylatium, quando mittebantur in illud pecuniæ: immo ipsi mittebant illas: quia recipiebant de manu offerentium: & custodiebant ipsi in Gazophylatium: sic patet inf. in litera. s. mittebantq; in eo sacerdotes, qui custodiebant ostia, omnem pecuniam, quæ deferebatur ad templum Domini. Item ministrabant sacerdotes istam pecuniã: quia ipsi educebant eam de Gazophylatio, & numerabant, præsente scriba regis, & dabant illam artifi-

F cibus lignorum, & lapidum, inf. in litera. & 20. Paralipom. 24. & sic parum auferebatur eis de administratione istius pecunię. s. solum ꝙ non tenerẽt eam penes se. Ad primam rationem in contrarium dicendum, ꝙ non peccabat rex: quia nõ auferebat ius suũ sacerdotibus: & dato, ꝙ in aliquo auferret non peccabat, quia propter culpam priuabãtur iure suo, cũ ipsi fuissent negligentes in duobus, vt supra declaratum est: & propter negligẽtiam priuatur aliquis iure suo, cùm negligentia sit culpa. Ad secundum dicendnm, ꝙ rex itromittebat se de iurisdictione sup sacerdotes, nec propter hoc se intromittebat de iurisdictione aliena: quia non erant distinctæ in veteri testamento iurisdictio ecclesiastica, & secularis, sed

G erat vnica iurisdictio, & rex p̄erat huic iurisdictioni: ideo ipse habebat potestatem super sacerdotes, & poterat eos occidere pro crimine sicut quoscũq; laicos, & à fortiori priuare eos officijs suis, & dignitatibus quantuncunq; ille essent spirituales, & De⁹ subiecerat sacerdotes popularibus: patet Nume. 27. vbi cõstitutus est Iosue in principem secularẽ, quia nõ erat de stirpe sacerdotali, nec leuitica, cum esset de tribu Ephraim: Nume. 13 & tamen Deus dixit, ꝙ Eleazarus summus sacerdos faceret omnia, quæ iuberet Iosue. A fortiori ergo reges haberent potestatem ad intromittendum se super sacerdotes, cùm maior fuerit potestas regum, quàm Iosue, vt declaratum est in prologo primo super primum librum

H huius. Item patet hoc: quia Salomon erat rex, & eo tempore, quo fuit bonus, priuauit Abiathar summum sacerdotem dignitate sacerdotali deputando eum, vel tradendo in exilium in Anathot, præced. lib. c. 2 à fortiori ergo poterat disponere rex de alijs ministrationibus sacerdotalibus, quando de maxima earum poterat disponere, priuando aliquem. Item, nõ solum potuit Salomon priuare Abiathar summum sacerdotem dignitate sacerdotali, sed ẽt poterat eum occidere pro crimine: nam præced. li. c. 2. dixit ei: Vade in Anathot ad agrum tuũ, & quidem vir mortis es, sed hodie nõ interficiam te: quia portasti arcam coram Dauid patre meo. Et sic si nõ fuisset illa causa, occidisset eum: ergo habebat iuri-

I sdictionem ad occidẽdum sacerdotes: quia aliàs causa potissima, propter quam dimitteret, esset defect⁹ iurisdictionis. Item patet, quia relegare est pęna criminalis: Salomon tamẽ relegauit ipsum Abiathar, vt esset in Anathot, & non exiret inde, & in omnibus his rectè agebat quia sicut dicitur post hoc pręcedenti lib. cap. 3. Salomon diligebat Dominum, & nõ deuiauerat à vijs Dauid patris sui, excepto, ꝙ immolabat in excelsis: & tamen tunc occiderat iam Ioab, & relegauerat Abiathar, ergo nõ peccauit: & sic habebat sibi Salomon iurisdictionẽ in ciuilibus, & criminalibus super sacerdotes. Ita ergo haberet Ioas, & tamen ista erat parua ministratio: ideo à for-

K tiori haberet iurisdictionem ad priuandum sacerdotes illa propter culpam. Ad tertium dicendum, ꝙ quanquam Ioas priuauit Leuitas ministratione ista, tamen non tradidit eam alicui laico, sed fecit Gazophylatium, in quo poneretur pecunia, & reliquã administrationem ipsis sacerdotibus reliquit: vt declaratum fuit sup. in litera. *Et tulit Ioiada pontifex Gazophylacium vnum.* Quanquam Ioiada esset summus sacerdos, & erudiret ipsum regem Ioas, vt patet supra in litera, tamen nunc Ioas increpuit Ioiadã doctorem suum, & quia vidit Ioiada se rationabiliter redargui, consensit, ꝙ sacerdotes non haberent iã administrationem pecuniæ, sicut prius: & ideo conuẽtum est, ꝙ fieret vna arca siue Gazophylaciũ, & ponerentur ibi pecunię, & non acciperent illas sacerdotes,

Ad primã rationem.

Ad secundam.

Rex habebat plenã iurisdictionẽ super sacerdotes.

Ad tertiũ.

dotes,& tunc rex iussit fieri arcam,& quanquam dicatur hic,ꝙ Ioiada tulit Gazophylatium vnũ: non est intelligendũ,ꝙ ipse illud fieri iusserit,sed rex iussit:nam ipse prohibuit sacerdotes accipere pecuniã, & præcepit,ꝙ fieret arca:& tunc Ioiada põtifex duxit arcam ad hoc,ꝙ poneretur in loco, in quo reciperentur pecuniæ, aperuitq; foramen desuper.s.foramen paruum,per quod posset capi pecunia,& nõ oporteret aperire arcam quandocunque mittendũ esset aliquid in ea. *Et posuit illud iuxta altare ad dexteram ingredientium domum Domini*.i.positum fuit istud Gazophylatium fixum in terra à parte dextra altaris holocaustorum ad partem, per quam ingrediebantur laici in templum, & erat istud altare holocaustorũ. *Mittebantque in eo sacerdotes,qui custodiebant ostia omnem pecuniam*. Erant deputati sacerdotes ad custodiẽdum ostia templi, & illi recipiebant pecuniam de manu offerentiũ, & mittebãt eã in Gazophylatium. *Quæ deferebatur ad templum Domini*.s.omnem pecuniã,quæ deferebatur ad templum,accipiebant ipsi,& sic non solum accipiebant pecuniam, quæ dabatur à transeuntibus ad numerum,quę ex necessitate dabatur, sed etiam oportet aliam pecuniam, quæ sponte offerebatur,ita vt laici nunquam accederent ad Gazophylatiũ,vt ponerent in eo pecuniã,sed illã Leuitæ ponebant.s.sacerdotes,qui etiam Leuitę vocantur.

Gazophylacium an esset,iuxta altare,vel portam Domini. Quęstio IX.

QVAERETVR, quomodo dicitur hic,quod Gazophylacium erat iuxta altare,cum dicatᷣ 2.Paralip.24. ꝙ posuerunt istam arcam iuxta portã Domini forinsecus,ergo erat arca extra templum, & tamen altare erat intra templum in atrio sacerdotum,vt declaratum est præcedenti lib.cap.7.ergo non erat arca apud altare. Respondendum,ꝙ ista arca erat iuxta altare,& non accipitur hic pro altari thymiamatis:quia illud erat intra templũ ꝓpriè dictum:& illùc non solum non intrabant laici, sed ẽt nec sacerdotes introibãt, nisi ille solus,quĩ ministraturus erat cremando thymiama, & incendendo lucernas,& hoc solum illo tẽpore, quo ista officia fiebant,& tamen apud Gazophylatium erãt sacerdotes,quocunque tempore vellent offerre populares: ideo non erat Gazophylatium apud altare thymiamatum, erat autem apud altare holocaustorũ.s.intra atrium sacerdotum; & dicebatur esse iuxta portam Domini forinsecus, sicut dicitur Paralipom. 24.quia non accipitur ibi porta pro portis exterioribus atriorum, sed pro porta templi propriè dicti: nam templum propriè sumptum,quod habebat parietes,& tectum,habebat in circuitu suo muros altissimos,intra quos, & ipsum erat magna capacitas loci, & intra illos muros, & templum erãt quatuor atria.s.sacerdotum,& laicorum,& fœminarum, & immundorum. Habebat autem templum portam vnicam.s.ad partem orientis,de qua præced.lib.c.6. atria verò habebant portas multas in circuitu,& sic prius introibatur per atria,quã accederetur ad portam templi, & inter omnia ista atria ĩterius eorum erat atrium sacerdotum,quod magis appropinquabat templo,& erat iuxta portam templi.Intra atriũ sacerdotum positum fuit Gazophylatium, & in eo dem atrio erat altare holocaustorum, & dicebatur esse istud Gazophylatium forinsecus ad portã Domini, accipiendo pro porta templi: nam atrium sacerdotum erat extra templum propriè dictũ,ideo Gazophylatium,& altare holocaustorum,quæ erãt in atrio sacerdotum,erant extra portam templi,& ob hoc dicebatur forinsecus, non tamen erat forinsecus,idest omnino extra templum, scilicet, extra atria:& dicitur: ad portã Domini, idest,ad portam templi:quia erat porta templi ad latus orientale,& atrium sacerdotum erat coniunctum portę templi ex parte oriẽtis:ideo Gazophylatium,quod erat intra atrium sacerdotum, dicebatur esse ad portam tẽpli: & dicitur hic, quòd erat ad dextram ingredientium domum Domini: quia erat aliqualiter versus septentrionem, & introeuntes ibant directi à porta atrij versus portam templi,& manebat Gazophylatium ad partem dextram eorum.

An sacerdotes mitterent pecuniam in arca, cum dicatur, quòd erant priuati administratione eius. Quęst. X.

QVAERETVR vlterius,quomodo dicitᷣ hic, quòd sacerdotes mittebãt hic pecuniam in arcam:quia supra dictum est, ꝙ ipsi fuerũt priuati administratione huius pecunęi,dicente rege:nolite ergo amplius accipere pecuniam iuxta ordinem vestrum. Respondendum, ꝙ sacerdotes recipiebant pecuniam, & mittebant eam in Gazophylatium, & tamen semper stabat mandatum regis, ꝙ ipsi nõ acciperent pecuniam: quia ante hoc sacerdotes cõsueuerant recipere omnem pecuniam, & tenere in potestate sua,nec erat aliquod Gazophylatium, in quo poneretur,& quia ipsi fuerũt negligẽtes in colligendo pecuniam à populo, & in faciendo sartatecta,rex fecit, vt ipsi non acciperent pecuniam.s.ponendo eam penes se,sicut prius,sed quod fieret Gazophylatium,in quo poneretur,& tamẽ Gazophylatium illud mittebatur per manus sacerdotũ. Ratio huius erat:qùia Gazophylatium erat intra atriũ sacerdotum, cum dicatur esse iuxta altare, vt patet in litera.& tamen in atrium sacerdotum non ingrediebantur nisi sacerdotes,ideo oportebat,ꝙ ipsi acciperent pecuniam de manu laicorum, & ponerẽt eam in Gazophylatio, cùm non liceret laicis accedere vsq; ad Gazophylatium.

An sacerdotes essent custodes ostiorum,vel Leuitæ. Quæstio XI.

QVAERETVR vlterius, quomodo dicitur hic,quòd mittebant pecuniam in Gazophylacium illi sacerdotes,qui erant custodes ostiorum, nam nõ erant sacerdotes custodes ostiorum, sed leuitæ:quod patet, quia primo Paralipo. 26. ponũtur omnes diuisiones ianitorum, & quot erant ianitores in qualibet porta,& tamen omnes illi erant leuitæ;vt patet ibidem. Aliquis respondebit, quod sacerdotes non erant custodes ostiorum,sed soli leuitæ:& vbi dicitur hic:custodes ostiorum, deberet dici,custodes argẽti,vel vasorum:nam in Hebræo ponitur hic nomen æquiuocum ad portam, & ad vasa,& Hebræi exponunt de vasis.s.ꝙ custodes vasorũ suscipiebant istam pecuniam,& tunc non est instantia de ostijs:quia nulla ostia custodiebãt sacerdotes.

Sed dicendum,secundũ literam nostram, & proprietatem nominis hebræi, quòd sacerdotes vocantur hic custodes ostiorum potius, quàm vasorum: nam sacerdotes non erãt custodes vasorum aureorum, & argenteorum templi Domini, sed leuitæ erant custodes omnium thesaurorum, vt patet. 1. Paralipom.6.& 26.dicendum tamen,quòd sacerdotes erant custodes portarũ non quidem ipsius atrij per circuitum, sed solum atrij sacerdotum. Pro quo sciendum, quòd murus exterior templi claudens intra se omnia atria, habebat portas ad quatuor

tuor vẽtos,& intra ista atria prope portam templi erat atrium sacerdotum,quod erat minus alijs habens ostia,per quæ ingrediebãt sacerdotes, & erat ostium istius atrij à parte oriẽtali eius:leuitæ autem erant ianitores portarum muri exterioris claudentis in se omnia atria, & ideo cum istud haberet portas ex omni parte, leuitæ custodiebãt ianuas ad omnes ventos:& ponuntur quatuor portę.s. oriẽtalis, occidentalis,meridiana,aquilonaris, vt patet 1.Paralipom.26.Ostium autem,quod erat in atrio sacerdotum,per quod introibant ipsi sacerdotes, nõ custodiebatur à leuitis,sed à sacerdotibus:quia ipsis leuitis non licebat intrare intra atrium sacerdotum: & tamen si ipsi custodirẽt ostium atrij sacerdotum, & deberẽt ponere pecuniam oblatam in Gazophylacio,oportebat,vt introirent in atrium sacerdotũ, quod erat contra officium suum. Ideo dicendum, ꝙ isti custodes ostiorum erant aliqui sacerdotes,qui ponebantur à cęteris, vt essent apud portam atrij, vt veniẽtibus laicis vsq; ad ostium atrij sacerdotum ad offerendum, ipsi acciperent pecuniam de manu eorum,& ponerent in Gazophylatio, & quia semper ista erant ad ostium expectando eos, qui veniebant ad offerendum,vocabãtur custodes ostiorum. *Cunq; viderent.* Hic ponitur tertium huius partis, in quo opus neglectum diligenter perficitur: nã postquam rex increpuit negligentiam leuitarum,& positum fuit gazophylatium, congregata fuit subito multa pecunia, de qua facta est reparatio templi: & dicitur.*Cunq; viderent nimiam pecuniam esse in Gazophylatio.* Istud videbant illi sacerdotes,qui ponebant eam. *Ascendebat scriba regis,& Pontifex,& effundebat, & numerabant pecuniam.* Istud fiebat ad tollendam omnẽ suspicionem: non enim aperiebatur Gazophylatium nisi præsente scriba regis,& effundebatur, atque numerabatur pecunia ista:fiebat autem sic,quòd quando Gazophylacium haberet pecuniam multã, ascẽdebat scriba regis,& Ioiada Pontifex ad locum Gazophylacij, & portabatur inde per manus leuitarũ ad domum regis,& coram rege effundebatur pecunia,& dabatur facientibus opus templi 2. Parali. 24. s.cunque tempus esset,vt deferrẽt arcam coram rege,ingrediebatur scriba regis,& quem primus sacerdos constituerat,effundebantq; pecuniam,quę erat in arca. Porro arcam portabant in locum suum. Sic fiebat per singulos dies. *Quæ inueniebatur in domo Domini.* idest.quæ inueniebatur in arca: quia non poterãt effundere de arca,nisi pecuniam,quæ in ea erat.Sed dicitur,quòd effundebant,& numerabant pecuniã, quę inueniebatur in domo Domini:quia nulla alia pecunia erat in domo Domini, nisi illa, quæ ponebatur in gazophylacio, licet essent multa vasa aurea,& argẽtea in thesauris domus Domini, quæ seruabantur per leuitas 1.Paralipom.6.& 26. *Et dabant eam iuxta numerum,atque mensuram in manu eorum, qui prę-erant cęmentarijs domus Domini.* Quando effundebatur pecunia,dabatur præpositis operum templi, vt ipsi ex illa pecunia facerent sartatecta restaurari. Et isti præpositi,siue essent leuitæ,siue laici non referebat: quia præesse operibus non erat ministratio aliqua sacra,nec iurisdictio, sed solum erat quidam labor, vel opus. Ideo sicut non oportebat, quòd illi, qui restaurabant sartatecta,essent leuitę,vel sacerdotes, ita & ipsi, qui præerant operantibus, non oportebat,vt essent sacerdotes,vel leuitæ. Patet hoc:quia illi, qui fecerunt omnia vasa sanctuarij à principio, laici erãt.s.Beseleel de tribu Iuda,& Ooliab de tribu Dan Exod.31.& 35.Etiam ille,qui fuit potior ædificator in tẽplo Salomonis, laicus erat: immo, quod plus est,non erat de stirpe Israelitarum,sed de

F stirpe Israelitarum,sed de stirpe Tyriorum,quãquam mater sua esset de stirpe Israel, & vocabat Hyram, vt patet præcedenti lib.cap.7.& 2.Paralipom. 2.ita ergo nunc esset de ipsis præpositis operum,& isti dicebantur præesse cementarijs. Vocantur enim propriè cementarij illi, qui domorum fundamenta ponunt,quæ nos cementa appellamus, & tamen largè vocantur cementarij omnes domificatores, vel reparatores domorum. *Qui impendebant eam in fabris lignorum,& in cementarijs his,qui operabantur in domo Domini,* scilicet, præpositi operum dabant pecuniam fabris lignorum, idest, carpentarijs, & cementarijs.i. domificatoribus,& hoc tam pro labore suo, quàm ad pretium materiarum emẽdarum, scilicet, ligno

G rum,& lapidum & aliarum rerum.*Et sartatecta faciebant,* idest,isti cementarij, & fabri lignorum faciebãt sartatecta,idest,reparationes domus. *Et his,qui cædebant saxa.* Erant necessaria saxa: quia magnam partẽ atriorum, & templi Domini destruxerat Athalia, & filij eius, & pro illa rursus lapides poliebantur,& ponebantur in loco priori: sic patet 2. Paralipom. vigesimoquarto,scilicet, Athalia enim impijssima, & filij eius destruxerant domum Domini. *Et vt emerent ligna, & lapides,qui excidebantur,* idest, de ista pecunia emebantur ligna, & lapides: quia ista in magna quantitate necessaria erant, cum Athalia, & filij sui dedissent magnas ruinas templo,& atrijs. *Ita vt impleretur instauratio domus Domini,* scilicet, expendendo

H per istum modum pecuniam in artifices, & emẽdas materias complebatur instauratio domus Domini. *In vniuersis, quæ indigebant expensa ad muniendum domum,* Idest,non solum expendebatur pecunia in his, sed etiam in omnibus alijs,quæ indigebant expensis:nã emebatur ferrum,&ęs,& conducebantur fabriferrarij,& ęrarij ad faciendum opera in ferro, & ære. Sic patet 2. Paralipom 23. scilicet. Et illi conducebant ex ea cęsores lapidum,fabros quoque ferri,& ęris,vt quod cadere cęperant fulcirent,& suscitauerunt domum Domini in statum pristinum, & eam firmiter stare fecerunt. *Veruntamen non fiebant ex eadem pecunia hydrię templi Domini.* Ponitur hic quædam limitatio sumptuum, scilicet, quid fieret ex ista pe-

I cunia:& dicitur, quòd quanquam ista esset pecunia templi:tamen non fiebant ex ea omnia vasa, & operatempli,sed solum fiebat reparatio eorũ, quæ corruerant, & non emebantur aliqua vasa pro domo Domini ex his. Vocantur autem hydriæ quædam vasa templi,in quibus seruabatur oleum,vt arderet semper coram Domino,etiam vt fierẽt ex illo quotidie libamenta pro sacrificijs quotidianis, scilicet matutino, & vespertino: nam in omnibus sacrificijs,nisi essent pro peccato, ponebantur libamenta: Numeri 15.& 28.& 29.Erant autem libamẽta oleũ, vinum,simila,sal,& thus,vt patet Leui.2. & Nume. 15.alij volunt,ꝙ hydriæ sint quidam magni cantharí rotundi facti de ære locati super bases,& vocãtur

Hydriæ erant quædam vasa templi.

K luteres, de quorum fabricatione patet præcedenti lib.cap.septimo.Et istis conuenit vocari hydrias: quia erant magni & pleni aqua ad abluẽdum, ibi carnes sacrificiorum. Sed dicendum,quòd hydriæ non accipiuntur hic pro luteribus,sed pro vasis olei.Quod patet,quia præcedenti lib.capit.septimo distinguntur luteres,& hydriæ,& hic vocantur hydriæ, ergo non erant luteres. Secundò patet,quia luteres erãt vasa ænea,siue de auricalco: hydriæ autem erant vasa aurea.De luteribus patet præcedenti lib. capit.7. de hydrijs etiam patet ibi, quia dicitur, quòd fecit hydrias,& fuscinulas,& fialas,& mortariola,& thuribula ex auro. Hic etiam dicitur,ꝙ non fiebant ex eadem pecunia hydriæ templi Domini, & omne vas aureum,

aureum, & argenteum: ergo hydriæ aureæ, vel argẽteæ erant, sed luteres erant Aenei, ergo hydriæ non sunt luteres. Tertio patet, quia hydriȩ accipiuntur hic pro eodem, & præcedenti libro capit. septimo, quod patet: quia hic ponuntur simul hydriæ, & fuscinulæ, & thuribula, & etiam ponuntur simul ibi, & tamen ibi distingunt hydriæ à luteribus, ergo nõ sunt hic hydriæ luteres. *Et fuscinulæ.* Vocantur fuscinulæ quædam instrumenta ferrea ad extrahendum carnes de olla, & aliquando vocantur tridentes; quia tres dentes habent, vel vnci: quia sunt curuæ fuscinulæ in extremo ad rapiendum, & tenendum carnes. Vocantur autem fuscinulæ, quia sunt fuscæ, idest, nigrȩ propter fumum, & inquinamenta coquinæ: & ista etiam erant in templo Domini: quia coquebantur ibi carnes sacrificiorum pacificorum, & dabantur omnia vasa necessaria ad istum vsum, scilicet, ollæ, & cacabi, & omnia similia. *Et thuribula.* Ista erant quædam vasa ænea, & vt quidam volunt desuper habentia laminam auri, & ponebãtur in eis primitiæ, quæ accipiebantur de altari holocaustorum, & introducebantur à sacedotibus in templum ad altare thymiamatum, & ponebãt thymiama super prunas in altari in illis thuribulis, & ardebat ibi bis in die ĩ aurora, & in vespere, vt patet: Exod. trigesimo. *Et tubæ.* Istȩ erant tubæ argenteæ, quas Deus iusserat Moysi in deserto facere, & ipse iussit tunc fieri duas, postea tamẽ multæ factæ sunt, & istæ erant ad multos vsus, scilicet, ad congregandum principes ad consilium, vel ad conuocandum populum, & ad mouendum castra, & ad clangendũ in bello, & ad iubilãdum in diebus solemnibus tempore sacrificiorum, vt patet Numeri decimo, & istȩ tubæ erãt sacræ, nec licebat cuiquam clangere in illis, nisi sacerdotibus, vt patet eodem cap. *Omne vas aureum, & argenteum de pecunia, quæ inferebatur in templum Domini,* idest, omnia vasa aurea, & argentea, vel quęcunque alia in templo non emebantur ex eadẽ pecunia, sed solum fiebat reparatio ruinarũ. *Iis enim, qui faciebant opus dabatur,* scilicet, non emebantur aliqua vasa de ista pecunia: quia tota dabatur facientibus opus restaurationis. *Vt instauraretur templum Domini,* scilicet istud erat valde necessarium, ideo non expendebatur pecunia in alios vsus, sed solum in restauratione domus.

Fuscinulæ quid.

Thuribula quid.

Tubæ ad quid erant.

An ex ista pecunia fieret solum restauratio templi. Quæstio XII.

QVAERETVR, quomodo dicitur hic, quòd ex ista pecunia non fiebant hydriæ, nec alia vasa, sed solum reparatio domus: quia 2. Paralipom. vigesimoquarto, dicitur: detulerunt coram rege, & Ioiada reliquam partem pecuniæ, de qua facta sunt vasa templi in ministerium, & ad holocausta, phialæ quoque, & cȩtera vasa argentea, & aurea.

Respondendum est, quòd eo tempore, quo fiebat ista reparatio, non emebantur ex ista pecunia vasa aliqua pro templo, sed solum expendebatur in vsus reparationis: quia reparatio erat magis necessaria, quàm emptio vasorum, postquam tamen tota repa ratio expleta est pecunia residua data fuit ad emendum vasa. Sic patet 2. Paralipom. vigesimoquarto scilicet: cunq; complessent omnia opera detulerũt coram rege, & ioiada reliquam partem pecuniæ, de qua facta sunt vasa. Cum autem dicitur hic, quòd non emebantur ex eadem pecunia, dicẽdum, quòd verum est pro eo tempore, quo fiebat reperatio, & tamen cessante reparatione ista pecunia versa est in vtilitatem, quancunque templi, scilicet, in emendo

A vasa, & quoscunque ornatus templi: & ratio huius est: quia ista pecunia erat templi, ideo expendi debebat in necessitates quascunque templi, & cum emere vasa esset opus templi, sicut reficere, quæ corruerant, vel ruitura erant, emerentur vasa de illa, sed in hoc fuit sola discretio administrantis: quia opus patris familias prudentis est, cum nõ potest simul omnibus defectibus domus suæ occurrere, quòd occurrat illis, quorum necessitas maior est, & sic erat nũc, quia maior erat necessitas reficiẽdi, quæ corruerãt, quàm emendi vasa de nouo.

De qua pecunia empta fuerunt vasa. Quæst. XIII.

B QVAERETVR vlterius, cum nunc non emerentur vasa de eadem pecunia, de qua emebãtur necessaria ad restaurationẽ, de qua pecunia emerentur vasa. Aliquis dicet, ꝙ nunc nulla vasa empta sunt: quia nulla erant necessaria. Sed istud non stat: quia si non essent aliqua vasa necessaria, non emissent illa rex & Pontifex: & tamen illicò, vt completa est restauratio, empta sunt vasa 2. Paralipom. 24.

Aliquis dicet, quòd vasa erant necessaria, & emebantur tunc: tamen istud erat de alia pecunia: quia habebat templum aliam pecuniam. Sed tunc dicetur, quòd pecunia erat ista. Et respondebitur, quòd erat pecunia, quę colligebatur de populo conueniẽte ad locum sanctuarij in festo tabernaculorum in

C die octauo, qui vocabatur cętus, & collectæ. Leuit. 23. & Deuter. 16. dicebatur enim dies cętus: quia totus populus congregabatur in vnum, vt peteretur ab eis pecunia, & vocabatur dies collectæ: quia colligebatur pecunia de singulis. Sed dicendum, quòd nulla istarum positionum stat, de prima patet: quia non est verisimile, quòd non essent necessaria vasa aurea, & argentea in templo: quia Athalia impijssima, & filij sui fecerant duo mala in templo, scilicet, diruerant quasdam partes eius, & abstulerant magnam partem diuitiarum & vasorum eius ad ornãdum templum Baal, & etiam pro se ipsis cũ essent idolatræ: vtrunque patet 2. Paralipom. 24. scilicet. Athalia enim impijssima, & filij eius destruxerant

D domum Domini, scilicet, faciendo ruinas in eo, & hoc de primo, & de vniuersis, quæ sanctificata fuerunt templo Domini ornauerant templum Baal, & hoc de secundo. Sicut ergo necessaria erat reparatio propter ruinas, quas fecerat Athalia, ita necessaria erat emptio vasorum, quia Athalia abstulerat vasa templi Domini ad ornatum templum Baal.

Secundò patet, quia mox, vt completa est restauratio fecit rex, quòd de pecunia illa emerentur vasa ad ministrandum: ergo tantum, vel proximè erãt vasa necessaria, & restauratio ruinarũ. Secunda positio non stat, quia dicunt isti, quòd pecunia, quæ colligebatur in die cętus, & collectȩ, erat pro vasis emẽdis, & tamen hoc falsum est: quia potius asseritur ab

E omnibus, quòd erat ad necessitates sacrificiorum, scilicet, vt inde emerentur animalia, & libamenta pro quotidianis sacrificijs, quæ erant de necessitate, & fiebant de expensis templi. Secundò patet: quia si illa pecunia collectarum separata esset ad emendum vasa pro sanctuario, nunquam emerentur vasa nisi de eadem pecunia, & tamen completa restauratione, de eadem pecunia empta sunt vasa aurea, & argentea 2. Paralipom. vigesimoquarto: ergo nõ erat aliqua pecunia specialiter separata ad emendũ vasa. Tertiò patet, quia si pecunia cętus, & collectȩ esset specialiter separata ad emendum vasa, ita pecunia, quæ haberetur à transeuntibus ad numerum, & ab offerentibus spõte esset deputata pro alio vsu,

&

& nunquam daretur nisi in illo, & tamen falsum
est: quia ex ista pecuuia, quæ dabatur pro pretio ani-
mæ, fiebat nunc reparatio: & postea empta sunt va-
sa: ergo nulla pecunia erat specialiter separata pro
vno vsu, vel pro alio. Quartò patet, quia tempore,
quo fiebat ista restauratio, non erat aliqua alia pecu
nia in domo Domini, de qua emerentur vasa, ergo
tunc nulla emebantur vasa de ista pecunia, vel de
alia. Patet hoc, quia dicitur supra, quòd Pontifex,
& scriba regis effundebant, & numerabant pecu-
niam, quæ inueniebatur in domo Domini, & sic vi-
detur, quòd nulla alia erat in toto templo nisi illa.
quæ erat in arca, de qua fiebat restauratio: quia aliàs
effundendo illam, non dicerentur effundere omnẽ
pecuniam, quæ erat in domo Domini. Quinto pa-
tet, quia ista distinctio est valde irrationabilis: nam
siue pecunia cętus, & collectæ siue illa, quæ dabatur
à transeuntibus ad numerum, siue illa, quæ sponte
offerebatur ipsius sanctuarij erat, & ad nullum aliũ
pertinebat: ideo expenderetur in quibuscunque ne
cessitatibus templi, nisi fortè detur, quòd esset ali-
qua distinctio facta in vsibus, quibus applicari debe-
rent istæ pecuniæ: sed istud est falsum: quia Exodi.
trigesimo, vbi dicitur de datione pecuniæ à transeũ
tibus ad numerum, solum dicitur, quòd pecunia ista
traderetur ad vsus tabernaculi testimonij, vt esset
monimentum, idest, memoria filiorum Israel co-
ram Domino, & propiciaretur peccatis eorum.

Dicendum ergo, quòd vndecunque veniret pe-
cunia, dum tamen pertineret ad ius templi, expende
batur in quibuscunque necessitatibus templi: hic ta
men prius expensa fuit ista pecunia in restaurando
in templum, quàm in emendo vasa: quia licet vtrũ-
que esset necessarium, cùm Athalia spoliasset tem-
plum maior erat necessitas reperationis: ideo post-
quam fuit templum restauratum, illicò vasa capta
sunt de eadem pecunia. *Et non fiebat ratio his omnibus,
qui accipiebant pecuniam, vt destribuerent eam artificibus*,
idest, non accipiebatur computus ab illis, qui expen
debant istam pecuniam in artificibus, & materijs
emendis: nam licet daretur ista pecunia ad nume-
rum, & mensuram ipsis præpositis operum, vt pa-
tet supra in litera, tamen non accipiebant postea
rationem, idest, computum ab ipsis præpositis ope-
rum de modo, quo expenderant pecuniam. *Sed in fi-
de tractabant eam*, scilicet, isti præpositi tractabant fide-
liter pecuniam, quæ eis dabatur, ideo nõ oportebat,
quòd peteretur ab eis ratio sumptuum sed comitte
bantur sumptus fidei eorum.

*An rectè faciebat Ioiada, & rex non accipiendo rationem ex-
pensarum ab illis, quibus dabant pecunias, & an possit ali-
quis confidere alicui bona aliena, qui confidit sua, et an tenea-
tur diligentius agere in re aliena, quàm in sua.* Q. XIIII.

QVAERETVR circa hoc, quod dicitur, ꝙ
non accipiebatur ab eis ratio sumptuum: qua-
re dicitur hic, & an benè fieret.

Aliquis dicet malam administrationem esse re-
gis, & Ioiade Pontificis, qui dabãt istam pecuniam,
quòd non peterent rationem de illa.

Item si ista pecunia esset ipsorum, viderentur insi
pientes tradendo eam, vt expenderetur, & non pe-
tendo rationem expensarum: quia Aristotiles quar
to Ethicorum, scilicet, de magnificentia, non im-
probat petitionem rationis expensarum, sed impro
bat diligentiam nimiam imponendo rationem, di-
cens: diligentia ratiocinij paruifica, idest, magna dili
gentia in ponendo rationem cum dispensatoribus
vsque ad minima, vel quadrantem non pertinet ad

F magnificum, sed ad paruificum. Isti tamen nullam
omnino rationem ponebant, ideo, volebãt esse plus
quàm magnifici, sed extremum magnificentiæ est
vituperabile, scilicet, banausia, vel apeirokalia, vt
patet quarto Ethicorum, ergo peccabant non po-
nendo rationem.

Tertio patet, quia dato, quòd aliquis daret res suas
dispẽsatori, & non poneret rationem aliquam cum
eo, licet fortè esset quædam insipientia, tamen non
videbatur peccatum: quia sicut poterat ei illas do-
nate, ita dando ei, vt ministraret, & non petendo ra
tionem videbatur ei donare quidquid ipse vellet oc
cultare, vel malè administrare: & tamen in re aliena
non licet alicui hoc: quia tenetur nihil illius perde-
G re aut malè administrare, & tamen, quòd aliquis ad-
minister rem alienam dando eam dispensatoribus,
non petita ratione expensarum est mala adminstra
tio: quia sic poterit magna pars rei subtrahi. Et da-
to, quòd nihil subtraheretur, tamen non erat cer-
tus ipse, qui daret pecuniam expendendam, an om-
nino bene expenderetur, & non faceret diligentiã,
quam posset, & deberet ad sciendum hoc, scilicet,
ponendo rationem, ideo peccaret sic administrãdo.

Quartò patet, quia videbatur tunc fieri aliquid
inaniter, scilicet: quia pecunia dabatur ad numerũ
ipsis præpositis operum, supra in litera, & non pete-
batur ab eis ratio expensarum, ideo nihil proderat,
quòd daretur pecunia ad numerum, cum omnia
H committerentur fidæi præpositorum.

Dicendum, quòd non peccauerunt rex, & Ioia-
da Pontifex non petendo rationem expensarum,
quæ fiebant. Et apparet hoc: quia propheta scripsit
istud hic non sine mysterio, & non increpat illud,
sed dat causam, quare fieret: ideo videtur, quòd ma
lum non erat. Motiuum autem fuit Ioiadæ, & re-
gis: quia isti præpositi, quibus commissa est pecunia,
erant valde religiosi, contra quos nulla posset habe
ri suspicio, quin fideliter tractarẽt pecuniam pro re-
stauratione, & propheta prohibet hic testimonium,
quòd in fide tractabantur, idest fideliter.

Dicendum tamen, quòd istud speciale fuit, tamẽ
non videtur securum, quòd si aliquis habeat mini-
I strare rem alienam possit eam tradere dispensatori-
bus, cum quibus nullam rationem ponat, quantun
cunque sint illi dispensatores bonæ famę, & de qui-
bus nõ habeatur suspicio: quia tenetur quilibet ad-
ministrare rem alienam fideliter: & tamen non fide
liter administrat, qui tradit rem expendendam, non
petita ratione expẽsarum, cum possit fieri fraus, im-
mo datur occasio ad faciẽdum fraudem ei, qui aliàs
facturus non esset fraudem. Sed fortè aliquis dicet,
quòd non tenetur quis administrare fidelius rẽ alie-
nam, quàm suam, cum quilibet teneatur se potius
diligere, quàm alios, si igitur aliquis confideret rem
suam alicui, de quo non est præsumptio, quòd ma-
le administrabit, ita poterit committere ei rem alię
nam, cuius administrator est, vt illam dispenset, nõ
petita ratione.

K Dicendum, quòd falsum est: quia fidelius tenetur
quis, & diligentius rem alterius administrare, quàm
suam: immo in administratione rei suę fidelitas nul
la est, cum fidelitas sit respectu alterius. Etiam non
tenetur aliquis rem suam diligenter administrare:
quia potest illam perdere, vel donare, & tamen rem
alienam non potest aliquis donare, vel perdere sine
peccato. Ideo verum est, quòd magis inclinatur ho
mo naturaliter ad adhibendum diligentiam in re-
bus suis, quàm in rebus alienis, & tamen non obli-
gatur adhibere diligentiam aliquam in rebus suis,
cum non sit aliquod iustum hominis ad rem suã. 5.
Ethi-

Fidelius, & diligentius tenetur administrare rem alienam, quàm suam.

Ethicorum, & obligantur adhibere diligentiam in rebus alienis sibi commissis: quia respectu alterius tenetur secundum iustum politicum, vt patet ibidem, ideo peccabit male administrando res alienas, & non peccabit qualitercunque administret res proprias, & sic licet aliquis committeret res suas alicui non petendo ab eo rationem, tamen in rebus alienis obligatur petere.

Sed obijcietur: quia Christus dixit: si in alieno fideles non fuistis, quod vestrum est, quis dabit vobis? Luc 15. In quo innuit, quòd fidelior debet esse quis in re sua, quàm in re aliena.

Dicendum, quòd ibi Christus loquitur in Metaphora, secundum, quod ibi declarabitur: & sic semper manet, quòd homo in rebus teneatur rationem petere si ministrationem, quæ ad eum pertinet, alteri committat.

Ad rationem primam in contrarium dicendum, quòd verum est administrationem istam de lege cōmuni esse malam: quia tamen inuenti sunt præpositi valde religiosi, de quibus non dubitabatur, commissum est fidei eorum, & tamen hoc fuit speciale, quia nobis non esset securum licet inueniremus dispensatores, quos valde fideles reputaremus.

Ad secundam rationem dicendum, quòd pertinet ad magnificum non petere diligentem rationē de expensis, & tamen potest petere aliquam: quòd autem aliquis nullam petat, est extremum quod verum est si faciat hoc ex negligentia rerum, & tamē si hoc agit: quia confidit alteri, sicut sibi ipsi non est vltra magnificentiam nullam petere rationem, & ita fuit hic: quia isti præpositi erant valde religiosi, de quibus nullo modo dubitabatur, quin fideliter se haberent in expendendo.

Ad tertium dicendum verum esse, quòd in rebus suis potest quis adhibere quancunque diligentiam voluerit, & in rebus alienis tenetur firmam diligentiam adhibere accipiendo rationem eorum, quæ expenduntur, si per alium expendantur: hic autem fuit speciale: quia tam religiosi fuerūt illi viri, quòd nequaquam curauerunt rex, & Ioiada Pontifex petere ab illis rationem: hoc tamen nòn est trahēdum ad consequentiam: quia ea, quæ specialiter facta sunt pro necessitate temporis, vel personarum non sunt trahenda ab alijs ad consequentiam: extra de elect. cap. cum in cunctis.

Ad quartum dicendum, quòd non fuit superfluum dare pecunias in numero, & mensura præpositis operum, quanquam non peteretur ab eis ratio expensarum: quia per hoc, quòd dabatur eis pecunia in certo numero minus poterant fallere, quā aliàs, etiam si non acciperetur aliqua ratio expensarum, & istud bonum erat in conspectu hominum, vt ipsi saltem putarēt, quòd iste pecuniæ benè expēdebantur: nam non solùm debet aliquis se reddere irreprehensibilem in conscientia sua, sed etiam debet facere quantum potest, vt nō habeant homines malam opinionem de eo potissimè in dispensatione rerum alienarum. Sic enim Apostolus cùm deberet mittere pecuniam, quæ collata erat à Corinthijs in Ierusalem, adhibuit magnam diligentiam, vt mitteret tales, de quorum fide nullo modo dubitaretur, vt nullus de eo suspicari posset malum, vt patet 2 ad Corinthios 8. scilicet: prouidemus bona non solum coram Deo, sed etiam coram hominibus, idest, prouidemus, vt opera nostra appareant bona non solum coram Deo, sed etiam coram hominibus, & quia securius apparebat, quòd daretur pecunia in numero istis præpositis operum, quàm quòd traderetur sine numero data est numerata. Dicen-

A dum tamen, quòd ista non erat sufficiens diligentia, nisi fuisset iste specialis casus. *Pecuniam verò pro delicto, & pecuniam pro peccatis non inferebant in templum Domini*, idest, non ponebant sacerdotes in gazophylatio, quod erat ad expensas templi Domini: & tamē benè introducebatur in templum Domini: quia populares offerebant istam pecuniam pro peccato, vel pro delicto sacerdotibus intra templum. Nam ea, quæ ad sacerdotes pertinebant, in templo offerebātur: sic patet Nume. quinto, cap. & quidquid in sanctuarium offertur à singulis, & traditur in manibus sacerdotis ipsius erit, sed dicitur, quòd non inferebant eam in templum, idest, in thesaurum templi. Sic patet supra in litera, cùm dicitur, quòd numerā-

B do pecuniam, quæ erat in gazophilatio numerabatur pecunia, quæ inueniebatur in templo: quasi dicat, quòd omnes aliæ pecuniæ oblatæ in templo ad alios pertinebant, & non ad templum. *Quia sacerdotum erat.* Ista erat causa, quare non ponebatur in gazophylatio templi, scilicet, quia pertinebat ad ius sacerdotum, vt ipsi de illa sustentarentur: & tamen in gazophylatio solum ponebatur pecunia, quæ pertinebat ad ius solius templi.

Peccatum, & delictum quomodo differunt, & quomodo pro his fiebant variæ cęremoniæ.

Quęstio XV.

C QVAERETVR circa hoc, quæ erat pecunia ista, quæ offerebatur pro peccato, & pro delicto, & pertinebat ad ius sacerdotum.

Respondendum est, quòd peccatum, & delictum differunt in hoc: quia peccatum est in commissione, delictum verò est in ommissione, de quo magis declaratum est Leui. quarto, & pro his fiebant in veteri testamento variæ cęremonie: nam alia sacrificia offerebantur pro delicto, & alia pro peccato, vt patet Leu. sexto sic autem dicendum est, quòd quęrendo pro pecunia, quę offertur pro peccato, & delicto: autem quæritur de sacrificijs, quæ dabantur sacerdotibus, & poterant ęstimari in pecunia: aut quę-

D ritur de eo, quod dabatur in pecunia. Si primo modo, dicēdum, quòd hic nō est aliquod dubium: quia ista dabantur in sacrificijs, & non poterant dari in pecunijs, in gazophylatio tamen non poterat poni aliquid, nisi pecunia. De hoc patet Leu. quinto, vbi iubetur de illis, qui intulerunt aliquod damnum proximo, quòd soluant damnum, & insuper quintam partem sicut est in illis, qui negauerunt depositum, & insuper iurauerunt, vel qui calumniam fecerunt, aut aliquid violenter extorserunt, aut rem perditam inuenerunt, & negauerūt, & in omnibus alijs, in quibus homo potest damnum proximo inferre, quia tunc vltra damnum datum, & quintam partem, quæ danť proximo, etiam datur vnus aries

E in sacrificium & ille pertinet ad sacerdotes, de quo Leu. quinto. Si autem consideretur de pecunia, quę offerebatur in sanctuario poterat hic esse dubium: quia aliquis crederet, quòd tota illa pertinebat ad ius sacerdotum, vel tota ad ius templi: ideo dicitur, quòd omnis pecunia, quæ veniebat in templum, mittebatur in gazophylatium pro reparationibus templi præter pecuniam, quæ offerebatur pro peccato, & pro delicto: quia iste duæ pertinebant ad ius sacerdotum.

Sed nunc manet dubium, quæ dicatur esse pecunia pro delicto, & quæ pecunia pro peccato. Dicēdum, quòd aliquando dabatur sacerdotibus pecunia pro delicto, & aliquando pro peccato, quanquā ista Quę dicatur pecunia pro delicto, & quę pro peccato.

ista dn̄o aliquo modo possent redire in idem. Pro
peccato erat, vt si aliquis de laicis comedisset de
rebus sanctificatis, quæ pertinebant ad solos sacer-
dotes: nam in hoc offendebat sacerdotes, & tunc de
bebat dare totum damnum, quod intulisset, & insu
per quintam partē, & hoc in pecunia, & dabat istud
sacerdoti, & præter hoc ibat vnum arietem ad offe-
rendum pro peccato. De hoc Leui. quinto, dicitur:
Anima si præuaricans per errorem in his, quæ Do-
mino sunt sanctificata, peccauerit, offeret arietem
pro delicto suo, ipsumque, quod intulit damni, resti
tuet, & quintam partem ponet supra tradens sacer-
doti. Aliquando autem dabatur pecunia pro deli-
cto, vt si quis nocuisset proximo suo, & non aduer-
teret ad hoc, & postea recordaretur, quòd nocuerat:
si non superesset ille, cui nocuerat, nec aliquis de hę
redibus eius debebat dare sacerdoti totum damnū,
& insuper quintam partem pro peccato, & postea
arietem pro delicto. De hoc Num. quinto, scilicet:
vir, siue mulier, cum fecerit ex omnibus peccatis,
quæ solent hominibus accidere, & per negligētiam
transgressi fuerint mandatum Domini, peccatū suū
confitebuntur, & reddent ipsum caput, quintamq;
partem insuper ei, in quem peccauerint: si autem
non fuerint, qui recipiant, dabunt Domino, & erit
sacerdotis. Intelligendum est etiam, quòd alia, quę
non erant pro peccato, nec pro delicto, pertinebāt
ad sacerdotes sicut omnia, quæ dabantur ex voto:
quia ista non erant pro delicto, nec pro peccato, sed
gratis, & tamen pertinebant ad sacerdotes: Numeri
18. scilicet: omnę, qđ ex voto reddiderint filij Israel,
tuum erit. Simile patet Leuit. 28. Ista autem omnia
inferebantur in templum: quia dabantur manibus
sacerdotum, & tamen non pertinebant ad expensas
sanctuarij, nec fiebat de illis aliqua restauratio, quan
tuncunque esset necessaria, cum Deus assignasset
ista pro iuribus sacerdotum & ipsi non haberēt vn-
de viuere nisi de his, & sic nullo modo erant eis of-
ferenda: quia aliàs cum ipsi essent pauperes non ha-
bentes vnde viuerent, desinerent ministrare sanctua
rio, vt aliunde victum quærerent: Deus tamen vo-
luit, quòd ille, qui seruiebat altari, viueret de altari.
Prima ad Corinthios nono.

Tunc ascendit. Hic ponitur secundum principale
huius capituli, scilicet, in quo Ioas vixit insolenter,
& ideo mala ei data sunt, & diuidit in duo: qa primo
ponitur qualiter viuens afflictus est: secūdo qualiter
ignominiosè occisus est, ibi. *Surrexerunt autem.* Cir-
ca primum dicitur. *Tunc ascendit Hazael rex Syrię.* Erat
enim Hazael rex in Syria eo tēpore, quo regnabat
Ioas in Iuda, & ipse cōtra Ierusalem, vt infra patet.
Et dicitur: Tunc, idest quando ista fiebant: & tamen
non debet intelligi strictè, scilicet, quòd tunc quan-
do ista fiebant ascenderet Hazael contra Ierusalem:
quia Hazael missus est contra Ierusalem in pęnam
peccatorum Ioas vt patet, secundo Paralipom. 24.
& tamen quando ista fiebant nondum peccauerat
Ioas grauiter, ita vt mereretur iram Dei, quia dici-
tur supra in litera, quòd egit rectum coram Domi-
no cunctis diebus, quibus docuit eum Ioiada, & ta-
men Ioiada docebat eum, quando ista faciebat, vt
colligitur hic, & secundo Paralipom. vigesimoquar
to: ergo non venit quandō ista fiebant, sed aliquan-
to tempore post. Et patet hoc, quia secundo Para-
lipom. vigesimoquarto, dicitur, quòd post mortem
Ioiadæ sacerdotis ascendit contra Ierusalem Ha-
zael rex Syriæ: quia tamen inter precedentia, & ista
non acciderunt aliqua relatu digna, dicitur, qđ tunc
ascendit Hazael rex Syriæ, quasi nullum esset me-
dium temporis. *Et pugnabat contra Geth.* Est Geth quę-

F dam ciuitas in terra Philisthinorū, quæ est de quin-
que metropolibus terræ Philisthinorum, de quibus
Iosue tertiodecimo, & supra 1. libro cap. sexto: de
ista ciuitate fuit Goliath Philisthæus, contra quem
pugnauit Dauid, vt patet supra primo libro cap. 17.
Rex autem Syriæ iuit ad pugnandum contra istam
ciuitatem: quia quanquam esset de sorte Iudę, vt pa
tet Iosue decimoquinto, tamen regnum Iuda, &
Israel tunc affligebatur nimis à rege Syriæ propter
peccata ipsorum, & poterat ille facere quidquid vel
let in istis duobus regnis. *Cępitque eam.* Erat enim ma-
gnæ potestatis, & non potuerunt ei resistere Phili-
sthini. *Et direxit aciem suam, vt ascenderet in Ierusalem,*
scilicet, postquam cępit vrbem Geth, direxit aciem
G bellatorum suorum, vt ascenderet contra Ierusa-
lem ad capiendum eam: erat autem ibi metropolis
regni, & tunc manebat ibi rex Ioas. *Quamobrem tu-*
lit Ioas rex Iuda omnia sanctificata, scilicet, tulit de tem-
plo Domini omnia, quę sanctificata erant, idest, pro
missa, vel dedicata ab ipso, & à patribus suis. Dici-
tur enim aliquis sanctificare aliquid in quantum
promittit illud Domino: quia per promissionē tran
sit in ius Dei, & sic poterat esse, quòd isti reges Iuda
sanctificassent aliquid, idest, vouissent, & tamen nō
dum redditum esset Domino, sed esset separatum
in thesauris regum ad reddendum Domino: magis
tamen credendum est, quòd ista sanctificata data es-
sent iam Deo, & posita in sanctuario: quia aliàs cum
H post Iosaphat, & Ioram fuerit Athalia impijssima,
& filij sui, qui spoliauerunt templum, & destruxe-
runt, vt patet secundo Paralipom. vigesimoquar-
to, non mansissent illa sanctificata segregata in the-
sauris regum, sed potius iam consumpta fuissent,
vel translata ad templum Baal: quia Athalia tran-
stulit multa donaria, quæ inuenit in templo Domi
ni ad ornandum templum Baal, secundo Paralipo.
vigesimoquarto. *Quæ consecrauerant Iosaphat, & Ioram*
& Ochozias patres eius reges Iuda. Isti tres reges erant
patres Ioas: Nam Ochozias erat pater eius, & Iorā
erat auus, & Iosaphat erat proauus: omnes isti dedi-
cauerant, siue vouerant aliqua pro templo Domi-
ni, & erant posita in certo loco in templo in the-
I sauris leuitarum, & inde abstulit illa Ioas ad dādum
regi Syriæ. *Et ipse obtulerat,* idest, etiam ipse obtulerat
aliqua Deo, & posuerat in thesauris templi, & illa
inde abstulit. *Et vniuersum argentum, quod inueniri potuit*
in thesauris templi Domini, & in palatio regis. Accipitur
argentum generaliter pro omni metallo, siue auro,
siue argento: nam in thesauris templi nō solum ha-
bebatur argentum, sed etiam aurum, & multa alia
pretiosa: & dedit Ioas regi Syriæ omne aurum, &
argentum, quòd inuenit in thesauris Domini præ-
ter argentum, & aurum, quod obtulerāt patres sui:
nam ibi multum erat, quod obtulerant singuli de
Israel: & etiam tradidit omne aurum, & argentum,
quod potuit inueniri in palatio domus regis: quia
K ibi thesaurus erat conseruatus ab antiquis regibus.
Misitque Hazael regi Syrię. Omnia ista misit Ioas, qui
vidit se impotentem ad resistendum regi Syriæ, &
misit munera, vt non deleret ipsum. *Et recessit à Ieru-*
salem. s. obsidebat Hazael Ierusalem, & datis ei mune
ribus, soluit obsidionem. *Reliqua autem sermonum Ioas,*
& vniuersa, quæ fecit. Multa alia fecit, & dixit Ioas,
quæ non scripta sunt in hoc libro: ideo remittitur
ad alium librum. *Nonne hæc scripta sunt in libro verbo-*
rum dierum regum Iuda? quasi dicat: in libro illo scri-
pta sunt omnia, quæ particulariter fecit Ioas: quia
ibi omnia gesta, & dicta regum Iuda specialiter exa-
rata sunt.

Quare

Quare occisa Athalia non abstulerunt vasa templi de templo Baal, & an idolis consecrata possint redire ad cultum Dei. Quæstio XVI.

QVAERETVR, quia supradictum est de em-
ptione vasorũ pro ministerio tẽpli, quia Atha
lia abstulerat ornamenta templi, & dedit illa ad or-
nandũ templum Baal, ad quid empta sunt vasa: nã
antequam Athalia regnaret, habebat templum va-
sa sufficientia ad ministrationẽ in eo, & tulit Atha-
lia de illis ad ornandum templum Baal. 2. Paralip.
24. & tñ postea occisa Athalia, iuit totus populus cũ
Ioiada ad templum Baal, & occiderunt sacerdotes,
& destruxerunt aras, contriueruntq; imagines prę-
cedenti c. ideo poterant tunc accipere oĩa, quæ ab-
stulerat Athalia de templo Dñi, & non esset opus,
ꝙ emerentur vasa de nouo. Respondendum, ꝙ si-
cut supra dictum fuit, nõ solũ fuit necessaria restau-
ratio ruinarum templi, sed etiam emptio vasorum,
quia Athalia abstulerat vasa multa, & argentum, &
aurum ad ornandum templum Baal.

Ad rationẽ in cõtrarium dicendum vno modo,
ꝙ dato, ꝙ acciperent Ioiada, & populus omnia, quę
inuenirent in templo Baal, quæ ablata fuissent de tẽ
plo Dñi, adhuc non poterant reficere priorẽ nume-
rum diuitiarũ templi: quia aliqua de illis, quæ abstu
lisset Athalia, transmutata fuissent in aliam speciẽ,
ita vt iam non proficerent, nec possent assumi pro
templo Dei, vt pote si de vasis auri, & argenti fecis-
set Athalia laminas aureas, & argenteas, vel folia au
ri, & argenti ad decorandum templum Baal: nam
iam illa perdita erant, vel fortè illa donaria, quæ ac-
ceperat Athalia de templo Domini, conuersa fue-
rant in expensas templi Baal, vt pote si emebantur
animalia ad sacrificium, vel ad sumptus sacerdotũ
ex illo auro, & argento: quia iam ista expensa essent,
& non possent recuperari per Ioiadam, & per popu
lares, & sic oportebat de nouo fieri vasa, q̃ deficie-
bant propter violentiam Athaliæ. Secundò põt di-
ci, ꝙ quanquam Athalia accipiebat de templo Dñi
donaria sub colore ornandi templum Baal, tamen
multa illorum conuertebat in vsus suos, & illa iam
non poterant reduci ad sanctuarium, ideo oporte-
bat emi noua. Tertio potest dici, & efficacius, quòd
dato, ꝙ oĩa, quæ abstulerat Athalia ad ornandũ tem
plum Baal essent in templo Baal, non poterant illa
reducere Ioiada, & populus ad cultũ Dei: quia ista
applicata fuerant cultui Dæmonũ, & per hoc erãt
immunda ad cultum Dei: nam de auro, & argento,
ex quo facta fuerant idola, vel quod erat in templis
idolorum non fiebat aliquid pro cultu Dei, sed iube
bat Deus illa cremari, Deuterono. 7. vnde nec erant
iam licita ad vsum hominum, sed omnia debebant
abhominari tanquam sordes, vt patet ibidem. Sed
obijcietur, ꝙ ista potuissent reduci ad cultum Dei,
quia vasa, quæ erant in tẽplo Salomonis ducta sunt
in Babilonem, infra 24. & tamẽ postea reducta sunt
de Babilone in templum Domini, quia rex Cyrus
illa dedit, & Esdras illa tulit, vt patet 1. Esdre. c. 1. &
tamen ista vasa applicata fuerant ad vsus propha-
nos: nam Balthasar fecit conuiuium, & fecit illa ꝑ-
ferri, & bibit in eis ipse, & vxores suæ, & concubi-
næ suæ, & principes sui, & optimates eius, & lauda-
bant Deos suos argenteos, & aureos: Dan. 5. & tamẽ
ista vasa postea applicata sunt ad cultum Dei.

Respondendum, quòd non fuit illicitum reduci
illa vasa ad ministerium Dei, quia illa nunquam fue
runt applicita cultui idolorum, & tamen ista, quæ
essent in templo Baal iam applicata erant idolis. Il-
lud patet, quia quando Balthasar fecit illa vasa edu-
A ci solum ad bibendum in eis, apparuerunt tres digi-
ti in pariete scribentes sententiam mortis contra
eum, Dan. 5. & tamen ibi non dicitur, ꝙ iste appli-
cuerit illa ad cultum idolorum, sed solum, ꝙ bibit
in eis ipse, & alij: si ergo ꝓpter hoc, ꝙ bibit, talis sen-
tentia contra eum lata est, à fortiori lata fuisset con
tra eum, vel contra quencunque alium, si illa appli-
cuisset aliquando idolis, & sic dicendum, ꝙ illa con
seruata erant in thesauris regum Babilonis, nec ali-
quis audebat illa tangere propter timorẽ Dei Israel,
cuius erant: nec etiam Balthasar iussisset illa afferri,
nisi quia erat iam extra mentem, s. ebrius. Sic patet,
quia dicitur ibidem: præcepit iam temulentus, vt
aferrentur vasa aurea, & argentea, quæ asportaue-
B rat pater eius Nabuchodonosor. Item patet quòd
nullus alius saltem bibisset in vasis illis, vel applicuis
set illa alicui vsui, quia dixit ibidem Daniel: Tu quo
que Balthasar non humiliasti cor tuum, sed aduer-
sus dominatorem cęli eleuatus es, & vasa domus
eius allata sunt coram te, & tu, & optimates tui bi-
bistis in eis: idcirco ab eo missus est articulus manus,
& scripsit hæc: ergo videtur, ꝙ nullus alius tale fece
rat in vasis illis, sed minus erat bibere in eis, quã ap-
plicare illa cultui idolorũ: ergo si aliquis applicuis-
set illa cultui idolorum, à fortiori data fuisset sentẽ
tia mortis contra eum. Dicendum tamen, ꝙ ꝑ hoc
quòd aliqui biberant in vasis illis non erant conta-
minata, licet essent neglecta, ideo licebat reduci in
C cultum Dei. Si tamẽ applicata fuissent cultui idolo
rum omnino fuissent immunda, & abhominabilia,
ergo non liceret ea reduci, & sic esset de vasis, quæ
tulisset Athalia de templo Domini in templum ido
lorum, & sic oportebat fieri de nouo.

Quo tempore Hazael ascendit contra Ierusalem. Quæstio XVII.

QVAERETVR vlterius, quo tempore factũ
est hoc, quod hic dicitur, scilicet, ꝙ Hazael
rex Syriæ ascenderit cõtra Ierusalem. Dicen-
dum, ꝙ non potest apparere, & tamen satis videtur
dicendum, ꝙ fuerit circa finem regni eius: nã prius
D fuit facta restauratio templi, quàm veniret Hazael
contra Ierusalem, vt colligitur hic, & magis 2. Para
lip. 24. & post hoc durauit aliquanto tempore Ioia-
da sacerdos, qui erudiebat regem Ioas, & tunc bo-
nus erat Ioas supra in litera. s. ꝙ fecit rectum corã
Domino omnibus diebus, quibus docuit eũ Ioiada:
mortuo autem Ioiada, Ioas effectus est idolatra, &
mittebat Deus prophetas multos ad eũ, vt cõuerte-
retur, & nolebat: quadam verò die cum Zacharias
filius Ioiadę increparet eum, iussit illum rex lapida
ri, & occisus est, & deinde post annum venit Hazael
contra Ierusalem 2. Paralipo. 24. & tamen Ioas ha-
bebat annum vigesimum tertium in regno, quãdo
incępit colligi pecunia, & inchoata sunt sartatecta,
E vt patet supra in litera, & ab illo tempore necesse
est transiuisse magnũ spacium, dum omnia ista fie-
rent, quæ hic nominata sunt, ideo iam esset circa
finem regni eius, quando ista facta sunt. Item hoc
verisimile est, quòd fuerit modico tempore ante fi-
nem regni: quia istud accidit postquam ipse occi-
dit Zachariam, & tamen in vltionẽ Zachariæ Deus
suscitauit seruos suos, vt occiderent eum 1. Parali.
24. Ideo satis verisimile est, quòd modico tempore
post occisionem Zachariæ istud acciderit, & tamẽ
occisio Zachariæ fuit vno anno antequam ascen-
deret Hazael in Ierusalem eo. cap. ergo circa finem
regni Ioas accidit hoc: regnauit autem Ioas annis
quadraginta, vt patet præcedenti cap.

Propter quod peccatum Ioas ascendit Hazael contra Ierusalem, & an Ioas permisit se adorari, vt Deus. Q. XVIII.

QVAERETVR vlterius, propter q̄d peccatum accidit istud, vt Hazael ascenderet contra Ierusalem, & conaretur delere eam, & Ioas cogeretur ei dare omnes thesauros templi Domini, & domus regis. Respondet Ra.Salomon, quòd hoc fuit propter idolatriam magnam.s.quia fecit se adorari in Deum, & consensit. Nam mortuo Ioiada, dr̄, ꝙ principes Iuda ingressi sunt, & adorauerunt regē, vt patet 2.Paralipo.24. & hoc fuit, quia Ioas fuerat absconditus in domo Dn̄i sex annis, & tamen nullus de laicis poterat ibi manere aliquanto tp̄e, quin moreretur: ideo cum ipse tam diu ibi manens non lęsus fuerit, vr̄ ꝙ aliquid deitatis habebat, & pp̄ hoc adorauerunt eum: & istud erat grauissimum peccatū, ꝙ quis faceret se Deū: ideo venerunt ei oīa mala. Sed dicendū, ꝙ hoc non stat: quia falsum est, vt declaratū est præcedenti. c. & patet ad hoc alia rō, quia certū est, ꝙ principes Iuda, qui venerunt ad eū non venerunt causa adorandi ipsum, dicēdo ipsum Deum, vt patet 2 Paralip.24. Nicolaus, qui vr̄ tenere eandem positionem, non innuit, ꝙ principes Iuda dixerint eum esse Deum, quia mansit illęsus in templo Dn̄i, sed ꝙ permisit se adorari in Deum: nā principes voluerunt ei nimis placere, & ad hoc exhibuerūt ei maiorē reuerentiam, q̄ homini: ipse verò p̄misit illam sibi exhiberi, q̄a gaudebat de tanto honore. Sic.n. Herodes p̄misit, ꝙ populus laudaret eū, & loqueretur ei sicut Deo Act.12. & hoc vr̄ colligi. 2.Paralip.24.cū dr̄: ingressi principes Iuda adorauerunt regem, qui delinitus obsequijs eorum acquieuit eis, & sic acquieuit honori diuino, quem impendebant ei. Sed dicendum, ꝙ hoc non stat, q̄a principes non ibant ad honorandum eū, vt Deū, sed volebant obtinere ab eo, ꝙ colerent Baal: nam viuente Ioiada rex colebat Dn̄m, & non permittebat Ioiada, ꝙ coleretur Baal: multi autem de principibus desiderabant cultum Baal: quia assueti fuerant ad ipsum multo tempore, & quia multæ turpitudines delectabiles fiebant in cultu idolorū, sicut in cultu Priapi, de quibus dictū est Exod.2. in fine, & præcedenti lib.c.14. quarum nulla fiebat in cultu Dei: nūc autem mortuo Ioiada putauerunt principes, ꝙ faciliter suaderent regi, vt p̄mitteret cultum Baal: ideo mortuo Ioiada, ingressi sunt ad regem supplicaturi pro hoc, & quia non poterant aliter regem inducere, nisi supplicādo humiliauerunt se coram eo exhibendo maiorem reuerentiam, q̄ aliàs exhibere consueuerant, & impenderunt ei multa alia obsequia, in quibus delectaretur, & tunc petiuerunt, ꝙ rediret cultus Baal, & tunc rex inclinatus precibus, & blandicijs eorum, consensit, ꝙ coleretur Baal, & ipse coluit eum: Hoc patet 2.Paralip.24. cum dicitur: ingressi sunt principes Iuda, & adorauerunt regem qui delinitus obsequijs eorū acquieuit eis, aquiescere tamen est cōsentire petitioni, ergo vr̄, ꝙ aliquid petebant principes Iuda propter quod adorabant regem, & istud fuit ꝙ colerent Baal: si aūt ipsi vellent adorare regem, vt Deum, non oportebat, ꝙ ipse deliniretur obsequijs eorum ad acquiescendum eis, quia antequam impenderent ei aliqua obsequia adorabant ipsum, & tamen qui delinitus consentit prius recipit obsequia, quàm fiat id, in quo consentire debet. Secundo patet, quia 2.Paralipo.24. dicitur, quòd rex delinitus obsequijs eorum acquieuit eis, & dereliquerunt templum Dei patrum suorū, seruieruntque sculptilibus, & sic postquā delinitus est rex obsequijs principum, factum fuit hoc, ergo

F videtur, ꝙ ad impetrandum istud deliniebant eum, & non ad hoc, ꝙ permitteret se adorari: quia tunc non diceretur, ꝙ postquam delinitus est, dereliquerunt Dominum, & seruierunt sculptilibus, sed diceretur, ꝙ coluerunt regem, & reliquerunt templum Domini, & sic non veniebat pęna regi Ioas tanquā permisisset se adorari, sed quia coluit idola. Tertio patet, quia dicitur ibidem: dereliquerunt templum Domini, & seruierunt sculptilibus, & facta est ira contra Iudam, & Ierusalem propter hoc peccatū: ergo istud peccatum recedendi à Domino, & colendi idola, fuit propter quod venerunt nunc mala. Quartò patet, quia ibi dicitur, ꝙ rex Ioas fecit lapidari Zachariam filium Ioiadæ, quia increpabat eū

G pro desertatione cultus Dei, & cum occideretur, dixit: Videat Dominus, & requirat: & tunc sequitur, ꝙ euoluto anno ascendit rex Syriæ contra Ierusalem: ergo propter mortē Zachariæ ascendit Hazael contra Ierusalem. Dicendum, ꝙ duo fuerūt peccata, pp̄ quæ ascendit Hazael. Primum, quia rex, & populus dereliquerant cultū Dei, & q̄q̄ Deus mitteret prophetas non assenserunt eis, & Deus nimis iratus est. Secundum fuit occisio Zachariæ, & ista fuit causa immediata, quæ efficacius mouit, & pp̄ hoc dr̄, ꝙ cum ipse dixisset moriens: videat Dn̄s, & requirat post annum ascendit rex Syriæ contra Iudam.

Ioas quomodo dicitur, quòd dederit thesaurum regi Syriæ, cum
H *dicatur, quod pugnauerit contra eum.* Quæst. XIX.

QVAERETVR vlterius, quomodo dr̄ hic, ꝙ Ioas dedit regi Syriæ thesaurum, vt recederet à Ierusalem, in quo apparebat, ꝙ ipse obsidebat eā, & vt solueret obsidionē dedit ei pecuniam, & tn̄ 2. Paralip.24. dicitur, ꝙ pugnauit Ioas contra regem Syriæ, & victus est, & exercuerūt Syri in eū ignominiosa. Respondendum, ꝙ Hazael ascendit contra Ierusalem, & parauit se Ioas ad pugnandum contra eū, & exiuit cum valde maiori numero, quā esset exercitus Syrorum: Deus tamen voluit tradere eum, & exercitum suum in manus Syrorū: nā dr̄ ibi, & certè cū permodicus venissent numerus Syrorum tra-

I didit Dominus in manibus eorū infinitam multitudinem, eo ꝙ dereliquissent Deum patrū suorum, & tunc Syri cęperunt regem Ioas, & percusserunt eū, & illuserunt ei nimis exercentes ignominias magnas super eum, volebantque eū ferre captiuum in Syriam, & destruere terram suam: ipse autem redemit se dando omnem pecuniam, & thesauros, qui inueniri potuerūt in domo Dn̄i, & in palatio regis: de hoc dr̄ 2.Paralipo.24. In Ioas quoq; ignominiosa exercuere iudicia, & abeuntes dimiserunt eū in languoribus magnis.s.in plagis magnis, quas intulerāt. Et sic exprimitur hic de pecunia, quā dedit Ioas, & non de malis, q̄ passus est à Syris. & 2.Paralip.24. Ex-

K primuntur mala, quæ passus, & subticet pecunia data. & hoc rectè factū est, q̄a ille liber est suppletiuus omissorū in hoc libro: ideo vt cōiter, q̄ habent hic, non curat repetere, & q̄ nō habētur, exprimit, & sic & ex illo, & ex isto conficitur perfecta sententia.

Ioas an peccauerit dando thesauros templi regi Syriæ.
Quæstio XX.

QVAERETVR vlterius, an peccauit Ioas dando thesauros templi regi Syriæ. Aliquis dicet, ꝙ aut dabat de vasis consecratis Domino, in quibus ministrabatur, aut de argento, & auro, in quo nō ministrabatur, sed erat in thesauris Dn̄i, si primo modo, ꝙ esset peccatū: si aūt secundo modo, non. Dicen-

Dicendum tñ, ꝙ Ioas erat hic in extrema necessitate: nam erat in manibus Syrorum, & volebant eũ ducere captiuum in Syriam, & periret regnum Iuda: ideo quodcunque posset erat sibi licitũ facere, vt liberaretur: & licet pp peccata sua ipse venisset in talem necessitatem, & ob hoc minus excusatur: tamẽ necessitas erat extrema, & sic licebat ei dare thesauros dom⁹ Dñi, & thesauros regis. Secũdò patet hoc efficacius: quia si non dedisset nunc Ioas thesauros illos Hazaeli duxisset Hazael eum vinctũ in Syriã, & exercuisset in eũ mala, & ẽt prædaretur templũ Dñi, & succenderet illud, si vellet, cum nullus esset, qui resisteret ei, ideo melius fuit, ꝙ darentur ei omnia, quæ vellet, ita tñ ꝙ ipse non prædaretur vrbem, sed recederet: debebat tñ Ioas dare ista cum intentione soluendi templo Dñi, quidquid inde auferebat, quia pp se auferebat, vt liberaret se de manu Syrorum, alioquin peccaret. *Surrexerũt autem.* Hic ponitur secundũ huius partis. s. qualiter Ioas ignominiosè occisus est, & dicitur: *Surrexerunt autem serui eius, & coniurauerunt.* Inter se isti fuerunt duo serui eius, qui nominantur hic: isti. n. coniurauerunt inter se de occidẽdo regem. *Percusseruntque Ioas in domo Melo.* Est. n. melo quædam platea, quam ędificauit Salomon in monte Sion, vbi prius erat vorago quædam, siue vallis, atq; cocquauit eam reliquæ terræ, & ędificauit ibi palatia. De hoc præcedenti lib. c. 9. & 11. in palatio illo manebat Ioas, qñ occisus est à seruis suis. *Nãque filius Semath, & Iozabad filius Somer serui eius percusserunt eum.* Isti duo. s. Zabad, & Iozabad fecerunt cõiurationem, & occiderunt regem, & vnus eorũ erat de genere Ammonitarum, & alius de genere Moabitarum 2. Paralip. 24. *Et mortuus est, & sepelierunt eum cum patribus suis in ciuitate David.* Ciuitas Dauid erat castrum montis Sion, vbi erat templum Dñi, & palatia regis, & sepulchra regũ, & sepultus est Ioas in mõte Sion, & tñ non in sepulchris aliorũ regum. Hoc autem fecit populus ad ignominiã, quia fuerat rex malus, eo ꝙ occidit Zachariam filium Ioiadæ prophetã Dñi indignè, cũ increparet eum pro peccatis, & fuit in hoc valde ingratus, cum Ioiada pater Zachariæ liberasset ipsum Ioas à morte, & instituisset eum in regem, vt præcedenti cap. de hoc 2. Paralip. 24. Sic. n. faciebat populus, quando aliqui reges erãt valde mali, vel ignominiosi. Sic. n. fuit de Ioram, q fuit valde malus, & nõ fuit sepultus in sepulchris regum, quia occidit fratres suos 2. Paralipo. 21. sic ẽt fuit de rege Ozia qui percussus est lepra à Dño Ideo non fuit sepultus in sepulchris regũ 2. Paralipo. 26. *Regnauitque Amasias filius eius pro eo.* Iste Amasias erat iam vir, qñ mortuus est pater suus, & ipse occidit interfectores patris sui, infra 14.

Ioas à duobus seruis suis occiditur.

Quare Deus fecit, quòd occideretur rex Ioas à seruis suis. *Quæst. XXI.*

QVAERETVR quare Deus fecit, ꝙ occideretur Ioas à seruis suis. Respondendum, ꝙ hoc datũ est ei in pœnam pro duobus. Primo: quia reliquerat Dominum, & licet Deus mitteret ad eũ ꝓphetas, nõ exaudiebat eos: nam pp hoc cęperat De⁹ tradere eũ in mortẽ, qñ venit Hazael rex Syrię cõtra Ierusalem: nam tunc traditus est Ioas in manu Syrorũ, & exercuerunt in eo ignominiosa iudicia, reliqueruntq; ipsum in magnis lãguoribus, vt patet 2. Paralip. 24. s. Cum permodicus venisset numerus Syrorum tradidit Dominus eorum infinitam multitudinem, eo ꝙ dereliquisset Deum patrum suorũ. Secunda causa fuit, & magis immediata occisio Zachariæ prophetę: nam Ioas iussit illum occidi, & cũ occideretur, ait: Videat Dñs, & requirat. Et postea dr̃, ꝙ surrexerunt contra Ioas serui sui in vltionem sanguinis filiorũ Ioiadæ sacerdotes, & occiderunt eum in lectulo suo: Deus. n. noluit sanguinẽ Zachariæ manere inultũ, cum ipse periuisset, ꝙ Deus videret, & requireret, & vltio fuit, ꝙ paruo tp̃e post occideretur à seruis suis. Dicit etiã Ra. Sa. ꝙ vnus istorum seruorum erat Moabita, & alius Ammonita. 2. Paralip. 24. & hoc fuit, vt cõuenienter puniretur Ioas: nam Ioas fuit valde ingratus Ioiadæ, qui liberauerat eũ à morte, & fecerat eum regem, cũ occiderit filios illius: sic etiam Moabitæ, & Ammonitę fuerunt valde ingrati beneficijs Abrahę: nam Abrahã liberauit Loth patrem Ammonitarum, & Moabitarum de captiuitate hostili: nam quatuor reges ducebant eum captiuum, & omnes res suas cum regibus Sodomorum, & Abraham liberauit eũ pugnãs contra quatuor reges Gen. 14. Fuerunt autem Moabitæ, & Ammonitę filij Loth, Gen. 19. & tñ fuerunt valde ingrati beneficijs Abrahę, quia non voluerũt occurrere cum pane, & aqua Israelitis in itinere, sed conduxerunt contra eos Balaam ariolum, vt malediceret eis: Deut. 23.

Opin. Ra. Salomonis.

Isti serui, an peccauerunt occidendo Ioas. *Q. XXII.*

QVAERETVR vlterius, an isti serui Ioas peccauerunt occidẽdo Ioas. Aliquis dicet, ꝙ nõ: nã iustum erat Ioas occidi, quia grauissimè peccauerat: ideo isti occidẽdo eũ, non peccabant. Secũdo patet, qa isti occiderunt Ioas pro causa, pro qua Deus volebat: nam Deus volebat occidere Ioas pro morte filiorũ Ioiadæ, cum Zacharias, qñ occidebatur, dixisset: videat Dñs, & requirat: & tamen isti occiderunt: Ioas pro eadem causa: quia 2. Paralipo. 24. dicitur: surrexerunt contra Ioas serui sui in vltionem sanguinis filiorum Ioiadæ sacerdotis, & sic non mouebantur ex aliquo desiderio suo, sed vt executores diuinæ iustitiæ ad finem, ad quem Deus volebat: ergo non peccauerunt. Rñdendum, ꝙ isti duo serui peccauerunt valde occidendo Dñm suum: nam nõ solum est peccatum, sed etiam facinus horrendum, velut si quis occidat patrem, aut matrẽ: & non fecerũt isti ex aliqua causa iusta, sed ꝑ coniurationẽ moti sunt contra eum Itẽ quia Amasias filius Ioas volens vlcisci mortem patris, occidit istos, qui occiderant eum: & tamen dicitur, ꝙ noluit occidere filios eorum, quia lex dicit: non occidentur patres pro filijs, nec filij pro patribus, infra 24. Et sic apparet, ꝙ Amasias secutus est legem in punitione illa, cũ noluerit occidere filios istorum, quia lex vetabat: ita ergo non occidisset Istos, si lex vetaret eos occidi: & tamen si iustè occidissent regẽ Ioas, lex vetaret eos occidi, ideo non occideret eos Amasias: & tñ occidit eos, & non putauit se facere contra legem: ergo peccauerant illi occidendo Ioas. Ad primam rõnẽ in contrarium dicendum. ꝙ quanquam mortẽ mereretur Ioas, peccabant isti occidendo eum, quia ad hoc ꝙ quis occidat alium, iustè non solũ requiritur iusta causa, sed ẽt iustus aĩus, & ptãs occidendi: quia aliàs quilibet posset esse iudex in causa sua occidendo eum, qui sibi nocuerat, & hoc est absurdũ, sic patet Gen. 4. nam Cain erat reus mortis, qui occiderat fratrem suum Abel iniustè, & tamen quicunque occideret Cain peccabat, cum dixit Cain ad Dñm: oĩs, qui inuenerit me, occidet me: Dixitque ei Dñs: nequaquam ita fiet, sed oĩs, qui occiderit Cain septuplum punietur. Item patet Deut. 16 s. Iuste, quod iustum est, ꝓsequeris. i. ad hoc, ꝙ benè agas non solum debes agere, quod iustum est, sed etiam debes agere

Prima ratio.

Secunda ratio.

Ad primã in contrarium.

Quid requiritur ad hoc ꝙ aliquis alium iuste occidat.

iustè.i.ex iusta intentione, & ex potestate legitima: & tñ non habebāt isti serui Ioas causam legitimam ad occidēdum eum, nec habebant iurisdictionem, ideo peccabant. Ad secundā rationem dicendum, ꝙ isti non occiderũt regem ea intētione, qua Deus volebat illum occidi: nam Deus volebat, ꝙ occideretur in vltionē sanguinis filiorum Ioiadę: isti autē occiderunt eum fortè pp aliquam causam priuatā, vt quia habebant eũ exosum, vel qa timebant illũ: & qñ dr̃ Paralip. 24. ꝙ surrexerunt contra eũ serui sui in vltionem sanguinis filiorum Ioiadę, non est intelligēdũ, ꝙ ipsi ad hunc finem facerent, Deus tamen ordinauit istā occisionē ad istum finē, & pmisit regē occidi pp hoc, quē fortè aliàs non permisisset occidi: & sic Deus fecit, ꝙ occideretur in vltionem sanguinis filiorũ Ioiadæ, & tñ illi nō occiderũt eum pp hoc: & sic ex mala intentione, & operatione istorum Deus elicuit aliquod bonum s. iustā pœnam Ioas, quia ista est conditio Dei, vt ex malis nostris bona elicere sciat, vt ait Boetius de consolatione lib. 4. prosa sexta, sic. n. fuit qñ fratres Ioseph vendiderunt eum, vt nũquam appareret in terra, & nō complerentur somnia eius: Deus tñ non permisit eum vendi, nisi vt duceretur in Aegyptum, vt exaltaretur ibi, & postea aleret patrē suum, & Dñm eius in tpe famis, vt patet: Genesi vltimo. cum ipse dixit fratribus suis: nolite timere: num Dei possumus resistere voluntati? vos cogitastis de me malũ, & Deus vertit illud in bonum, vt exaltaret me, sicut in præsentiarũ cernitis, & saluos faceret multos populos. Sic etiam fuit de Salomone, qui volebat occidere Abiathar summum sacerdotem, & relegauit eum, quia fouebat partem Adoniæ aduersarij sui, & tñ Deus non permisit illud fieri, nisi vt impleretur, qđ ipse prædixerat contra domum Heli, supra 1. lib. ca. 2. & sic dr̃ præceden. lib. c. 2. ꝙ Salomon eiecit Abiathar, vt non esset sacerdos Dñi, vt impleretur sermo Dñi, quem locutus est super domum Heli in silo, & tamen constat, ꝙ Salomon non faciebat ad illum finem, sed solum, quia Abiathar erat aduersarius eius. Aliter potest dici, ꝙ dato, ꝙ isti serui Ioas mouerentur ad occidendũ eum in vltionē sanguinis filiorum Ioiadę, adhuc peccabant, quia non habebant iustam causam cum potestate: nā nemo eos Iudices cōstituerat ad hoc, nec Deus eis iusserat hoc facere, ideo peccabant: Immo dato, ꝙ ipsi scirent, ꝙ Deus volebat occidi Ioas in vltionē sanguinis filiorum Ioiadæ, & prænunciatum esset per prophetas qđ Ioas occidēdus esset à seruis suis, pp hoc non licebat eis occidere Ioas, cum Deus eis non mandaret: sic. n. fuit de sacerdotibus, quos occidit Saul, sup. 1. lib. c. 22. nam prænunciatum erat eo. lib. c. 2. ꝙ isti occidendi essent, qñ dictum est ad Heli: pars magna domus tuæ morietur cum ad virilem ętatem venerit: & tñ peccauit Saul occidendo istos sacerdotes, vt declaratum est eo. lib. c. 22. quia ad hoc non habebat mandatum Dei, sed propria intentione egit.

Ad secundam.

CAPITVLVM XIII.

ANNO vigesimo tertio Ioas filij Ochoziæ regis Iudæ, regnauit Ioachaz filius Iehu, super Israel in Samaria decem, & septem annis.

Descripta est in præcedentibus regum Iuda tempore Ioas enarratio, hic ponitur historię regũ Israel prosecutio. Nam ista duo regna currebant simul, & reges contēporanei describuntur simul: ideo postꝗ

F dictum est de regno Ioas regis Iudæ, dicitur de regibus Israel contemporaneis suis, & diuiditur in duo, quia primò historia regum Israel ponitur, secundò scriptura ad reges Iuda successores Ioas reuertitur sequenti. c. Prima in duas: quia primo ponitur regũ Israel continuatio: Secundò Elisæi prophetæ mors, & tumulatio, ibi: *Elisęus autem*. Prima in duas, quia primò ponitur historia Ioachaz regis Israel enarratio: secũdò filij Ioas substō ibi: *Anno trigesimo septimo*.

An ordo sit sequentium ad prædicta continuus, & immediatus. Quæst. I.

G QVAERETVR circa primum, an ea, quæ habentur hic, sint continuata ad præcedentia, & an fuerunt facta immediatè post illa, vel interiecto aliquanto tempore. Ad primum dicendum, ꝙ cōtinuatio istorum ad præcedentia potest dupliciter intelligi: vno modo, ꝙ prius finita fuerint omnia, quæ habentur pcedenti cap. & tunc ista incęperint: alio modo, ꝙ illa inchoata fuerint ante ista, dato, ꝙ non fuerint prius finita, quàm ista inchoata. De primo modo dicendum, ꝙ non stat: quia prius cęperũt fieri ista, ꝗ finirentur ea, quę habentur præcedenti c. vt patet: quia ibi dictum est de morte Ioas, hic autē dr̃ de principio regni Ioachaz regis Israel, & tamen prius cępit regnare iste Ioachaz, quàm occideretur Ioas rex Iudæ. Quod patet, quia anno 23. eius cępit H regnare Ioachaz in Israel, & tamē Ioas regnauit annis quadraginta, vt patet supra 11. Item patet, quia totum tempus regni Ioachaz fuit viuente Ioas rege Iudæ, quia Ioas rex Israel filius Ioachaz cępit regnare anno 37. regni Ioas regis Iudæ, vt patet inf. in litera: non ergo fuerunt finita ea, quæ habentur præcedenti capitulo prius, quàm ista inchoarentur: sed tenendus est secũdus modus s. ꝙ ista fuerũt post illa, quia aliquanto tempore illa cęperunt ante ista, & tamen aliquo tempore simul cucurrerunt: nam viginti tribus annis inchoata sunt ea, quæ habētur præcedenti capitulo ante illa, quæ habentur hic: qa præcedenti capitulo ponitur principium regni Ioachaz regis Israel, & tamē cępit Ioachaz regnare an-I no 23. postquam regnare cępit Ioas rex Iudæ, vt patet hic. *Anno vigesimo tertio Ioas filii Ochoziæ regis Iudæ regnauit Ioachaz*. Iste erat rex Israel: & computantur tempora regum Israel per tempora regum Iudæ, vt patet hic, & aliquando computātur tempora regũ Iudæ per tempora regum Israel, vt patet præcedenti capitulo, qa dicitur: ꝙ anno 7. Iehu regnauit Ioas, sic ēt sequenti. c. & infra 15. & ferè in omnibus: ista est. n. regula generalis, ꝙ tempora regum Iudæ computentur per tempora regum Israel, & tempora regum Israel per tempora regum Iudæ, vt colligitur in toto isto libro, & pręcedenti. Et ratio huius est, quia regnum Iuda, & Israel simul currebant, & vo-K lebat Deus, quòd notificaretur vnũ per aliud: ideo cum propheta vtrunque regnum hic describat ponit annotationes annorum reciprocè in vtroque regno. *Filius Iehu*. Iste fuit primus successor Iehu, de quatuor, quos ei Deus promiserat supra 10. scilicet: filij tui vsque ad quartam generationem sedebunt super thronum Israel. *Super Israel in Samaria*. Dicitur regnasse in Samaria, qa erat metropolis regni, & regnando super Israel regnauit in Samaria. *Decē, & septem annis*. Isti anni fuerunt imperfecti quasi decem, & sex anni, vt infra probabitur. *Et fecit malum coram Domino*. Scilicet, fuit idolatra: Istud enim erat malum, quod faciebant reges Israel: nam alia mala in comparatione huius non vocantur mala, & faciliter illa Deus remittebat regibus, si

non

non colerent idola. Sic patet de Dauid, qui iniquè occidit Vriam, Hethęum, & fornicatus est cũ vxore eius Bersabee, & tamen Deus ista remisit supra 2. li.11.& 12.& dixit, ꝙ Dauid placuerat ei, & erat vir iuxta cor suum supra 1.lib.c.13.& hoc fuit: qa nunquã Dauid coluit idola. Erat aũt gñale inter oẽs reges Israel, ꝙ colerent idola: nõ.n.legitur de aliquo ipsorũ, ꝙ non coluerit, sed potius legitur de quolibet, quòd coluerit illa: in regibus autem Iuda multi colebant idola, licet non erat generale, ꝙ illa colerent, sicut fuit de Asa, præcedenti lib. c. 15.& 2.Paralip.14.vsque ad decimum septimum, & de Iosaphat eo.lib.c.19.& 20.& 21. & de Ezechia, & Iosia, & Ozia, qui non coluerunt idola, vt patet infra 15. & 18.& 22.& 23.reliqui autem ferè omnes idola coluerunt. *Secutusque est peccata Ieroboam filij Nabath*, scilicet, coluit idola, sicut Ieroboam. iste Ioathas secutus est viam Iehu patris sui, qui idola coluit, supra 10.& omnium regum Israel, qui idola coluerũt, & tamen non dicitur: ꝙ secutus est peccata alicuius illorum, nisi Ieroboam: quia iste per excellentiã fuit idolatra, eo ꝙ ipse introduxit cultum idolorum in Israel, faciendo vitulos aureos: præcedenti lib. cap. 12.Et ob hoc peccauit plus, quã omnes homines, vt declaratum est præcedenti lib.c. 14. *Qui peccare fecit Israel*. In hoc fuit peccatum suum maximum s.cogẽdo Israelitas ad idolatriam: nam si ipse solus peccasset colendo idola, non multum scriptura curasset: ipse tamen coegit totum populum ad colendũ idola: quia volebat populus ire ad templum Domini ad ceremonias legis, sicut assuetus erat: & ipse fecit vitulos aureos iubens, ꝙ nullus iret in Ierusalem ad tẽplum, sed omnes venirent ad colendum illos vitulos, qa illi erant Dij, qui eduxerãt Israelitas de Aegypto, vt patet præcedenti lib.cap.12.& quia lex ab eo introducta de colendo illos vitulos obseruata fuit semper ab Israelitis, dicebat̃ ipse semp̃ facere Israelitas peccare, quanquam iam mortuus esset. *Non declinauit ab eis*.s.non declinauit à peccatis eius, sed ipse vitulos coluit, & populũ sibi subiectum in cultu illo tenuit. In Hebræo dicitur: *Non declinauit ab ea*. Et tamen iste est modus loquendi barbaricus, quia dicitur ibi: secutus est peccata Ieroboam, & sequitur: nõ declinauit ab ea, in fœminino genere, cum deberet dicere, ab eis: & tñ non seruãtur numeri, nec ꝑsonę, nec aliæ conueniẽtiæ partiũ pp barbariẽ idiomatis. Vel põt dici: non declinauit ab ea.i.à via Ieroboam.

Quare rex Ioachaz fuit idolatra. *Quæst. II.*

Lyranus [illegible]icitur.

QVAERETVR, quare Ioachaz declinauit ab idolis Ieroboam. Respondet Nicolaus, ꝙ hoc fuit, qa timebat Ioachaz, ꝙ si recederet à cultu idolorum, populus ascenderet in templum Domini in Ierusalem, & ibi reconciliaretur regibus Iuda, & perderet ipse regnum. Sic enim motus est Ieroboã ad faciendum vitulos præcedenti lib.cap.22. Sed dicendum, ꝙ non fuit ista causa, sed fuit duplex: Prima fuit mala assuetudo, quia sicut habentes virtutem inclinantur naturaliter ad operandum virtuose, ita habentes habitum vitiosum inclinantur naturaliter ad malè operandum: & hoc fit per consuetudinem, quæ est tanquã altera natura, vt patet 7.Ethico. ideo cum aliqui sunt assueti ad malum, non possunt illud relinquere, velut si esset illud aliquid naturale sibi, vt patet Iere.13.s. si potest Aethiops mutare pellem suam, aut pardus varietates suas, & vos poteritis benefacere, cum didiceritis malũ: sed iste Ioachaz antequam regnaret, assuetus erat ad colendũ idola viuente patre suo Iehu, & etiam ab omnibus

A prædecessoribus suis istum ritum acceperat, cum oẽs reges Israel coluissent idola: ideo quasi naturaliter inclinabatur ad colendum illa, dato ꝙ non esset alia causa impellens eũ. Secunda causa erat propter delectationem: nam in cultu idolorũ erat quędam delectatio, quæ non erat in cultu Dei: nam faciebant multas turpitudines idolatrę, sicut apparet in cultu Priapi, & illę erant delectabiles, de quibus declaratum est præcedenti libro c. 14. ideo inclinabantur valde ad colendum idola. Patet hoc: nam Achab, & domus sua coluerunt idola plus, quàm coluerant omnes reges prædecessores eius, vt patet præcedenti libro cap.17.& 21. & tamen hoc non faciebat, vt viri de regno suo non conuerterentur ad B reges Iuda eundo in Ierusalem, quia magna cõcordia erat tunc inter reges Iuda, & Israel: quia tunc erat rex in Iuda Iosaphat, qui affinis erat Achab: nã Ioram filius suus accepit vxorem Athaliam filiam Achab, & ipse Iosaphat amicus erat nimis Achab, & ibat in regnum suum, & cum eo ibat ad bellum contra Syros præcedenti libro cap.vltimo & 2.Paralip.18.non ergo timeret tunc Achab, ꝙ Iosaphat rex Iudæ subtraheret sibi subditos, & tamen ipse colebat idola, & cogebat omnes de regno suo colere Baal occidens non colentes: vt patet præcedenti libro capit.18.& 19.& sic non colebat idola quasi timeret, ꝙ aliàs perderet subditos, sed ꝓpter delectationem, quæ erat in cultu illo, & propter assuetudinem, vt supra declaratum est. C Sic etiam fuit tẽpore Ioram filij Achab, qui fuit contemporaneus Ioram filio Iosaphat regi Iudæ, & Ochoziæ filio eius, & erat inter istos partim affinitas, & partim sanguinitas, & erat magna amicitia, ita vt Ochozias rex Iudæ iret ad pugnadum cum Ioram rege Israel cõtra Syros, & postea descẽderet ad visitandum eũ in terra Israel: supra 8.& tamen tunc colebantur idola in terra Israel, sicut temporibus antiquis: ergo non fiebat propter timorem perditionis regni. sic etiam patet: quia principes Iuda non timebant perdere aliquid, si non colerent idola, & tamen ipsi petiuerũt à rege Ioas, ꝙ permitteret redire cultum idolorũ, qui fuerat tempore Athaliæ, vt declaratum est præ D cedenti cap.& sic motus fuit nunc Ioachaz, & omnes prædecessores sui, atque successores in regibus Israel ad colendũ idola. *Iratusque est furor Domini contra Israel*.s.propter idolatriam: nam iam cęperat tędere Dominum super Israel, & fiebãt ei peccata eorum importabilia, vt patet supra 10. *Et tradidit eos in manu Hazael regis Syriæ, & in manu Benadad filij Hazael cunctis diebus*. Erat Hazael rex Syriæ tẽpore, quo Ioachaz filius Iehu regnabat in Israel: nam cęperat Hazael regnare dum adhuc Ioram filius Achab regnaret in Israel: nam Ioram pugnauit contra Hazaelẽ in Ramoth Galaad, vt patet supra 8. regnauerat ẽt tempore Iehu regis Israel patris Iochaz, & affligerat valde Israelitas tempore illo, vt patet supra 10. E nunc ẽt tempore Ioachaz regis Israel regnabat Hazael in Syria, & mortuus est, viuente isto Ioachaz: nã Benadad filius Hazaelis cępit regnare in Syria viuente Ioachaz, vt patet hic: cũ dicatur, ꝙ oĩbus diebus Hazaelis, & Benadad afflicti sunt Israelitę. Considerandũ aũt, ꝙ iste Benadad non est ille, de quo dictum est supra 8. Quia ille fuit rex potens, cõtra quẽ pugnauit Achab, & mortuus est, successitq; ei Hazael, vt patet ibidẽ: sed iste Benadad, de quo hic dr̃, fuit post Hazaelem: nam fuit filius eius, vt patet inf. in litera.s.mortuus est autem Hazael rex Syrię, & regnauit Benadad filius eius: isti duo Benadad in litera nostra non habent differentiam, quia scribuntur cũ eisdẽ literis, & tamen in hebræo differũt in vna litera.

litera. Nam primus eorum vocatur Benadad: ſecũdus vocatur Benadad, ſed iſta differentia rarò ſeruatur. Sciendum etiam ꝙ inter reges Syrorum nulli magis venerantur à Syris, quàm Benadad primus, & Hazael, qui ſucceſſit ei, de quibus Ioſeph. 9. Antiquitatum ait: erat.n. Hazael vir efficax, & multa Syrorum, & populi Damaſcenorũ deuotione florebat, ita vt hactenus ipſe Benadad, & Hazael, q̃ poſt eũ regnauit, quaſi Dij colant̃ ꝑꝑ beneficia, & templorũ ędificia, quibus Damaſcenorũ exornauere ciuitatem: iſti namq; quotidiè ſoli in pompa, quaſi ꝓ honore regio defferentur, & Syri de eorũ antiquitatę gloriantur ignorantes, ꝙ ſint nouelli, & nõ habent iſti reges vltra mille, & centũ annos. *Deprecatus eſt autem Ioachaz faciem Domini.* ſ. affligebat eũ nimis rex Syriæ, & redigebat in tantam paupertatem, & calamitatem, in quanta nullus regum Iſrael fuit: ideo afflictione, & vexatione dante ſibi intellectũ receſſit ab idolis, & orauit Dominum, vt liberaret eum de manu Syrorum, & ipſe liberauit eum, & dicitur, ꝙ deprecatus eſt faciem Dñi. i. orauit coram Deo: quia omnis, qui ad Deum conuertitur illum ſibi præſentem habet, cum Deus vbique ſit, & magis adhuc in conſpectu bonorum, quàm malorũ. *Et audiuit eũ Dominus.* Condeſcendendo precibus eius, & liberando de manu Syrorum. *Vidit.n. anguſtiam Iſrael, qua attriuerat eos rex Syriæ.* q. d. nõ exaudiuit Deus principaliter preces Ioachaz ꝑꝑ merita, vel deuotionem eius, ſed potius propter afflictionem Iſrael: quia afflictus fuerat tam grauiter, vt nullus regum tã miſerabilis effectus fuerit. ſ. ꝙ ſolũ haberet quinquaginta equites, & decem currus, & decem millia peditum, vt patet infra in litera. *Et dedit Dominus Iſraeli ſaluatorem.* ſ. dedit aliquem, qui liberaret eos de manu Syrorum. Et dicit̃ hic, ꝙ rex Syriæ attriuerat eos. i. duo reges præcedentes. ſ. Hazael, & Benadad filius eius: nam ambo fuerunt tempore Ioachaz regis Iſrael, ſed dicitur rex: quia omnes reges eiuſdem regni cenſentur vnus rex in quantum nũquam ſunt duo ſimul, ſed vnus ſuccedit alteri, & videtur gerere vices eius. *Et liberatus eſt de manu regis Syriæ.* ſ. ſaluator iſte datus à Deo liberauit Iſrael de manu Syrorum, quia prius non ſe poterant defendere. *Habitaueruntque filij Iſrael in tabernaculis ſuis, ſicut heri, & nudius tertius.* i. habitauerũt in ciuitatibus, & locis ſuis ſecurè non formidantes Syros, ſicut heri, & nudius tertius. i. ſicut ſolebat eſſe à temporibus antiquis, quando Syri non inuadebant regnum Iſrael, quia tunc Iſraelitæ erãt ſecuri.

Quis fuit ille ſaluator, quem Dominus dedit Iſraeli. Quæſtio III.

QVAERETVR, quis fuit iſte ſaluator, quẽ Dominus dedit Iſraeli, qui liberauit eos de manu Syrorum. Reſpõdet Ra. Sa. & Hebræi, ꝙ iſte fuit Ioas rex Iſrael filius Ioachaz: nam iſte ꝑcuſſit ter Syriam, & omnes ciuitates Iſrael, quæ tenebãtur à Syris, reſtituit in poteſtatem Iſrael, vt patet infra in litera. Nicolaus dicit, ꝙ non potuit ille eſſe ſaluator, quia Ioas non regnauit, nec fecit ſalutem in Iſrael viuente Ioachaz, & tamẽ ſaluatio iſta facta eſt tempore Ioachaz: quia dicitur hic, ꝙ Dominus exaudiuit preces Ioachaz, & dedit ſaluatorẽ, ergo non fuit ille Ioas, ſed aliquis alius tempore Ioachaz. Dicit ergo idem Nicolaus, quòd iſte ſaluator fuit angelus datus Iſraeli in cuſtodiam, quia iſte fecit, quòd Syri non venirent in terram Iſrael, nec vaſtarent eam. Dantur enim angeli in cuſtodiam ciuitatum, & regnorum, & pugnant pro ſalute, & honore illorum etiam contra alios angelos bo-
F nos, ſicut Gabriel, qui erat princeps Hebræorũ pugnauit viginti vno diebus contra angelum, qui erat princeps Perſarũ: quia vnus volebat, ꝙ Hebręi exirent de captiuitate Babilonis, alius autem nolebat: & ad vltimum præualuit angelus princeps Hebręorum: Daniel. 10. Dicendum, quòd hic eſt dubium, quia videtur poſſe dici, ꝙ iſte ſaluator fuerit tempore Ioas, quia dicitur hic, quòd Ioachaz orauit Dominum, & exaudiuit eum, & tamen certum eſt, ꝙ Ioacaz peteret liberationem pro tempore ſuo, ergo tunc fuit liberator. Secundò patet: quia dicitur immediatè: & dedit Dominus ſaluatorem, & liberatus eſt de manu Syriæ: ergo ipſemet Ioachaz liberatus eſt, & ſic fuit ſaluator tempore ſuo. Tertiò pa-
G tet, quia dicitur hic: liberatus eſt de manu regis Syriæ, & vocatur rex Syriæ Hazael, per excellentiam: quia ipſe magis attriuit Iſraelitas, quàm Benadad, q̃ fuit poſt eum, & tamen conſtat, ꝙ Benadad filius Hazael cępit regnare tempore Ioachaz, vt colligit̃ inf. & ſupra in litera: ergo tempore ſuo fuit ſaluator liberans eum de manu Benadad. Quartò patet: quia dicitur infra, ꝙ quanquam Deus dedit liberatorem Iſrael, non receſſerunt à peccatis Ieroboam, & poſtea ſequitur de paupertate regis Ioachaz, ad quam deduxerant eum Syri, ergo fuit liberatio facta tempore Ioachaz. Hoc autem præſuppoſito, dici poſſet ſecundum Nicolaum, ꝙ liberator fuit angelus Domini datus in cuſtodiam Iſraelitarũ: nam ipſe
H perterruit Syros, vt iam nõ pugnarent cõtra Iſrael, & ſic non auſi ſunt poſtea affligere Iſraelitas. Vel p̃t dici, ꝙ Deus dedit ipsũ Ioachaz in liberatorẽ Iſrael, vt pote, ſi Deus confortauit eũ contra hoſtes Syriæ, vt pugnaret contra illos. Sic.n. in libro iudicũ vocãtur ſaluatores illi iudices, quos Deus ſuſcitabat ad liberãdũ Iſraelitas de manu hoſtium, vt patet Iud. 3. & 4. Dicendum tñ vr̃, ꝙ iſte ſaluator non fuerit Ioachaz, nec angelus, aut aliquis homo tp̃e eius, ſed potuit dici ſaluator Ioas fili⁹ Ioachaz, cui dixit Eliſęus ꝙ percuteret Syriam ter, & ſic fuit reſtituitq; Iſraelitis oẽs ciuitates, quas abſtulerãt eis Syri, infra in litera. Vel p̃t dici, ꝙ ſaluator fuit Ieroboã filius Ioas, & nepos Ioachaz rex Iſrael, cui Deus reuelauit per
I ſeruum ſuum Ionam, ꝙ liberaret Iſrael de manu Syrorum: nã dr̃ de eo ſequen. c. ipſe reſtituit terminos Iſrael ab introitu Emath, vſque ad mare ſolitudinis iuxta ſermonem Domini per ſeruum ſuũ Ionam. Et non poteſt dici, ꝙ fuerit ſaluator tempore Ioachaz: nam de eo non poteſt dici, quòd fuit ſaluator: quia ipſe non pugnauit contra Syriam, ita vt aliquando præualeret, ſed ſolum dicitur de temporibus ſuis, ꝙ nõ ſunt derelicti Ioachaz, niſi quinquaginta equites, & decem currus, & decem millia peditum: interfecerat.n. eos rex Syriæ, & redegerat quaſi puluerem in tritura areæ. Non poteſt ẽt dici de angelo principe Iſraelitarum, ꝙ ille fuerit ſaluator tempore Ioachaz: quia ſaluator nunquã
K dicitur, niſi ille, qui liberat aliquem de poteſtate alterius, & tñ angelus non liberauit ipſum Ioachaz, nec populum Iſrael de poteſtate Syrorum tempore Ioachaz: quia tunc manebant ciuitates Iſrael ſubiectę Syris, & mãſerunt vſque ad tẽpus regis Ioas, vt patet infra in litera, ſcilicet: porro Ioas filius Ioachaz tulit vrbes de manu Benadad filij Hazael, quas tulerat de manu Ioachaz patris ſui iure prælij. Quòd autem ſaluator non vocetur, niſi ille, qui liberabat de ſubiectione, patet ex modo accipiendi ſcripturæ: quia Iudicũ tertio dicitur: ſuſcitauit eis Dominus ſaluatorem nomine Othoniel, & ſequitur ibi quomodo pugnauit contra Chuſan regem Syrię, & liberauit Iſraelitas de manu eius. Etiam dicitur

A citur ibi, ꝙ Deus dedit saluatorem nomine Aiod, Israelitis, & ille liberauit eos de manu Moabitarũ: sic etiam omnes alij iudices vocabantur saluatores, quia liberabant populum de manu hostium: & tamen angelus non liberauit hic Israelem: ideo dicẽdum est, ꝙ saluator nõ fuit datus tempore Ioachaz sed postea. Ad rationem primam in contrariũ dicendum, ꝙ Deus exaudiuit preces Ioacaz, & etiam ipse petebat liberationem pro tempore suo: tamen non datus est saluator tempore suo, quia fortè Ioachaz oraret sic: Domine libera populum tuum de manu Syrorum: & Deus liberauit illum, sicut ille petiuit: ille autem non petiuit dari Saluatorẽ tẽpore suo, licet peteret liberationẽ Israel: ideo cum datus sit post eum exaudita est oratio sua, vel potest B dici, ꝙ Ioachaz petiuit liberationem pro tempore suo, & Deus illam dedit: tamen non dedit Saluatorẽ tempore suo, quia saluatio poterat dari dupliciter: vno modo faciendo, ꝙ Syri non grauarẽt Israelitas vltra id, in quo grauauerant, & tamen non tollerentur grauamina præcedentia. Alio modo, ꝙ Syri iam non grauarent Israelitas, & etiam ꝙ damna inflicta resarcirent. Primus modus liberationis fuit tempore Ioachaz, & ad istũ non requirebatur aliquis Saluator, nec datus ẽst, sed solũ, ꝙ Deus poneret in mẽte Syris, vt non pugnarent contra Israel, vel incuteret eis timorem, sicut aliàs fecerat, vt patet Gen. 35. Secundus modus liberationis fuit post mortẽ Ioachaz, & ad istum requirebatur saluator, qui non so- C lum faceret, quòd Syri non grauarent Israelitas, sed etiam grauamina auferret.

Ad secũdum dicendũ, ꝙ cum dicitur: & dedit Dominus saluatorem, & liberatus est, non intelligitur de ipso Ioachaz: quia nec ei datus est saluator, nec ipse liberatus est, sed intelligitur de Israel, cui datus est saluator post mortem Ioachaz, & patet in litera: quia dicitur: Vidit. n. angustiam Israel, qua atriuerat eos rex Syriæ, & dedit Dominus Israeli saluatorẽ, & liberatus est de manu regis Syriæ, & sic poterat Israel hr̃e saluatorẽ, & liberari post mortẽ Ioachaz.

Ad tertium dicendum, ꝙ non accipitur hic rex Syriæ determinatè pro aliquo rege Syriæ, sed ꝓ omnibus regibus Syriæ, qui sibi succedebant, & sic quã- D documque liberarentur Israelitæ de manu Syrorũ dicebantur saluari de manu regis Syriæ. Patet hoc: quia viuente Ioachaz dicit hic, ꝙ atriuerat rex Syriæ Israelitas: & tamen manifestum est, ꝙ non accipitur pro vnico rege, sed pro duobus. s. pro Hazaele, & Benadad: quia supra in litera dicitur: & tradidit eos in manu Hazael regis Syriæ, & in manu Benadad cunctis diebus, & tamen isti duo reges fuerũt tempore Ioachaz: ergo ambo afflixerunt Israelitas tempore Ioachaz: ponitur ergo rex Syrię pro quocunque rege Syriæ tunc regnante.

Ad quartum dicendum, ꝙ postquam Deus dedit saluatorem Israelitis, & liberati sunt de manu Syrorum, cõuersi fuerunt ad idola, & tamen illud inrel- E ligitur de tempore, quod fuit post mortẽ Ioachaz, dum viueret Ioas filius Ioachaz, vel Ieroboam nepos eius, qui poterãt dici saluatores: quia etiam tũc populus coluit idola, cũ nòn cessauerit ab idolatria, vsquequo translatus est in terram Assyriorũ, vt patet infra 17. Et cum dicitur hic, ꝙ prius dicitur de reuersione Israelitarum ad idolatriam post liberationem, quã de morte Ioachaz, dicendum, ꝙ non refert, quia est ordo mutatus: nam propheta Ieremias scripsit omnia hæc multo tempore post quam facta sunt: ideo potuit mutare ordinem eorum naturalem, vt sequeretur ordinẽ artificialẽ, sicut sæpe fit in sacra scriptura, & in quibuscunq; historijs gẽtiũ.

Quis fuerit saluator Ioas, vel Ieroboam.
Quęstio IIII.

QVAERETVR vlterius, cũ non potuerit dici, quòd saluator datus fuerit tẽpore Ioachaz sed tempore Ioas filij eius, vel Ieroboam nepotis eius, quis istorum duorum fuit saluator. Respondendum, ꝙ de vtroque eorum dici potest, ꝙ fuerit saluator: quia Deus dixit hic, quòd daret saluatorẽ, & videntur duæ condictiones requisitæ ad hoc, ꝙ esset saluator. Prima, quòd Deus illum daret. Secunda, quòd ipse liberaret Israel de manu Syrorũ. Istę colliguntur supra in litera, cum dicitur: & dedit Dominus Israeli saluatorem, & ecce primum, & liberatus est de manu regis Syrię, & ecce secundũ. Vtrunque istorum conuenit tam Ioas, quàm Ieroboam. De Ioas patet, quia ipse datus est à Deo in saluatorem: nam cum ipse clamaret ad Elisæum, dixit ei Elisæus, quòd iaceret sagittam, & ait Elisæus: sagitta salutis Domini, & sagitta salutis contra Syriam, & ibi denunciauit ei, ꝙ ter percuteret Syriam. Secundum patet, quia Ioas pugnauit cõtra regem Syriæ, & tulit ciuitates de manu eius, quas tenebant Syri occupatas de terra Israel, & reddidit Israelitis infra in litera. De Ieroboam patet quantum ad primum, quia Deus prænunciauit ei per Ionam prophetam, quòd restitueret terminos Israel ab introitu Emath vsque ad mare solitudinis, sequenti. cap. Secundum patet, quia iste Ieroboam pugnans contra reges Syrorum restituit omnes terminos terræ Israel ipsis Israelitis, vt patet ibidem.

Duæ cõditiones requisitæ, vt quis dicat saluator.

Dicendum tamen videtur, quòd licet quantum ad ista sint ęquales: tñ potius debet dici ipse Ieroboã saluator à Deo promissus, quàm Ioas. Primò, quia licet vterque diceretur saluator, quia saluauit Israel de manu Syrorum, tamen ille debet potius dici saluator, qui maiorem salutem fecit, & tamen Ieroboam fecit maiorem salutem in Israel: quia Ioas solum liberauit vrbes de manu Syrorum, quas tulerat Hazael de terra Israel, infra in litera. Ieroboam autem restituit omnes terras Israelitarum, quæ tenebantur à Syris, & à quibuscunque alijs gentibus, q̃d patet sequenti cap. dicitur: ipse restituit terminos Israel ab introitu Emath vsque ad mare solitudinis, & tamen isti sunt termini extremi in tota terra Israel: nam Emath est terminus ex parte Aquilonari: mare autem solitudinis, idest, maré Sodomorum est terminus ex parte Meridiei, & Orientis: quia est in angulo, in quo coniunguntur latus Orientale, & Meridianum terræ illius, de quibus Nume. trigesimoquarto. Secundò patet, quia verba, quæ dicuntur de Ieroboam, conueniunt magis verbis, quæ dicuntur hic de saluatore, quàm verba, quæ dicuntur de Ieroboã. Quòd patet: q̃a hic dicitur. Vidit enim angustiã Israel, qua attriuerat eos rex Syriæ, & dedit Dominus Israeli saluatorem. Et sequenti cap. dicitur de Ieroboam, quòd restituit terminos Israel iuxta sermonem Dñi per Ionam prophetã, & sequitur. Vidit enim Dominus afflictionem Israel amaram nimis, & ꝙ cõsumpti essent vsq; ad clausos carcere, & extremos. & nõ esset qui auxiliaretur Israel: si tamen aliquis velit dicere, ꝙ iste saluator fuerit Ioas filius Ioachaz, satis sibi consentio. Quia hoc videtur dicere litera sequenti cap. vt quibusdam placet: firmior tamen est positio, ꝙ fuerit iste saluator Ieroboam filius Ioas, vt patet ex rationibus assignatis. Est etiam ad hoc alia ratio efficacior, quia sequẽti. c. dicitur: nec locutus est Dominus, vt deleret nomen Israel de sub cęlo, sed saluauit eos in manu Ie-

roboam filij Ioas, iste ergo fuit Saluator, quē Deus promisit. *Veruntamen non recesserunt à peccatis domus Ieroboam.* Istud intelligitur postquam saluatus est Israel per manum Ieroboam de potestate Syrorū: nam tunc debuisset Israel Deo magnas gratias agere, & manere semper in cultu eius ꝓ beneficio suscepto, & tamen redierunt ad idolatriam sicut prius. *Qui peccare fecit Israel*, s. faciendo vitulos aureos, & cogendo, ne irent ad templum Domini in Ierusalem. *In ipsis ambulauerunt.* s. secuti sunt vias eius colendo Idola, sicut ille coluit. In Hebręo dicitur: *In ipsa ambulauerunt.* Et deberet dici: In ipsis, cum referatur ad peccata, & tamen est barbaries idiomatis non seruantis numeros, nec personas. *Siquidem, & lucus permansit in Samaria.* Lucus est congregatio arborum condensarum, ita vt sit inter eas vmbrosus locus, & obscurus: vnde dicitur lucus quasi luce carens. Fiebant autē multi luci ab idolatris apud templa, & altaria idolorum ad hoc, ꝙ in eis exercerent turpitudinem suā; sicut erat in cultu Priapi, cuius cultores, finito sacrificio, libidini vacabant: vt declaratum est Exod. 20. in fine, & magis ꝑcedenti lib. c. 14. Iste lucus, de quo hic dicitur, fuit plantatus in Samaria ab Achab in honorem Baal: vt patet præcedenti lib. c. 17. s. & posuit Aram Baal in templo Baal, quod ędificauerat in Samaria, & plantauit lucum. Iehu autem destruxit totum cultum Baal: & tamen istum lucum non succiderat: nā supra 10. dicitur, ꝙ occidit Iehu cultores Baal, & destruxit ædem faciendo latrinas ibi: & tamen non dicitur de luco: ideo dicitur hic, ꝙ lucus manserat in Samaria. Et fortè Iehu non curauit destruere illum, quia lucus magis pertinebat ad cultum Priapi, quàm Baal: ipse verò habebat specialem zelum contra Baal, & cultores suos, vt patet supra 10. & dicitur de isto luco, quia in eo fiebant turpitudines pertinentes ad cultum Dęmonum. *Et non sunt derelicti Ioachaz de populo nisi quinquaginta equites, & decem currus, & decem millia peditum.* Istud ponitur hic ad significandum spetialiter magnam afflictionem, quam Dominus miserat super Israelitas, quia tantum diminuti fuerant à regibus Syriæ, ita ꝙ in populo non manerēt, nisi quinquaginta equites, & decem currus: erant. n. solum quinquaginta equites, quia omnes alios occiderant Syri, & potissimè quia non manserunt, nisi quinquaginta equi: nam si plures māsissent, dato ꝙ occisi fuissent equites, alij equites subrogarentur, & tñ nō manebant nisi quinquaginta equi, quia oēs alij capti fuerant à Syris. Est. n. currus coniūctio quatuor equorum ad plaustrū, & est artificium pugnandi vsitatum apud antiquos. Et de istis erat nimis diminutus Israel nunc, cū solum mansissent decē currus, & tamē tempore aliorum regum erant valde multi: nam Salomon habebat duodecim millia equestriū, & quadraginta millia equorum currulium præcedenti lib. cap. 4. erant etiam solum decem millia peditum in Israel, cum aliàs non esset numerus in peditibus: sed erant multi sicut arena maris: vnde quando fecit Dauid computari omnes Israelitas, qui poterāt accipre gladiū in regno suo, inuenta sunt mille millia, & centum millia peditum 1. Paralip. 21. nūc autem in tantum erant diminuti Israelitæ, ꝙ in toto regno non poterant inueniri vltra decem millia peditum. *Interfecerat enim eos rex Syriæ.* q. d. ideo erant tam pauci, quia rex Syriæ interfecerat reliquos. Nam Hazael tempore Iehu pugnauit contra Israel, & destruxit totā terram, quæ erat ad Orientalem partem Iordanis, vt patet supra 10. deinde tēpore Ioachaz regis Israel filij Iehu Hazael, & successor eius Benadad pugnauerunt contra reliquas partes Israel, & vastauerunt

Lucus q. d.

Magna afflictio populi Israel ꝑꝑ idolatriam.

Currus artificiū pugnandi.

F eas, ideo non reliquerunt, nisi decem millia peditū in toto Israel, & vocantur pedites, qui sunt dispositi ad capiendum arma: nam multi alij erant in Israel, & tamen erant antiqui, vel debiles, aut adolescentuli. *Et redegerat quasi puluerem in tritura areæ.* i. tm̄ comminuerat Israelitas, ꝙ fecerat eos, quasi puluerem in area, quia puluis areæ, in qua trituratur, nimis teritur. De hoc dicitur Amos primo: super tribus sceleribus Damasci, & super quatuor non conuertā eū, eo ꝙ triturauerunt in plaustris ferreis Galaad: idest triturauerunt terram Galaad, comminuendo eam, sicut comminuitur terra, super quam mouentur plaustra ferrea.

G *Quomodo fuit facta tanta destructio in terra Israel, quòd non manerent in ea, nisi decem millia peditum. Quæst. V.*

QVAERETVR, quomodo potuit tanta destructio esse in terra Israel, ꝙ non manerent in ea nisi decem millia peditum, cum tempore Dauid quando fecit computari educentes gladium, inuenta sunt mille millia, & centum millia 1. Paralip. 21. Et an peccauerunt Syri faciendo tātam destructionem in Irael. Ad primum dicendum, ꝙ nunc fuit facta tanta destructio in Israel, quanta nunquā fuit sub tempore alicuius regis, nec fuit aliqua saltē dimidia, vel tertia pars eius, & hoc fuit, quia Israelitæ declinauerant iam ad idola nimis, & Deus incipiebat tędere super eos, vt patet supra 10. s. efficiebantur ei iam importabiles, & ob hoc voluit percutere eos durè: ante hoc. n. licet Israelitæ peccarent, tamē adhuc peccata eorū erant portabilia: quia poterat haberi aliqua spes de emēdatione illorū: ideo Deus leuiter puniebat eos: iam verò erat plaga ipsorum desperata, & volebat Deus delere ipsos de superficie terræ occidendo oēs, vel tradendo in manus hostium ad hoc, ꝙ essent in perpetua seruitute, sed ꝑꝑ pactum, qđ fecit cum Abraham noluit oīno delere eos, sed dedit eis Saluatorem, sequenti c. prius tñ fecit, ꝙ pœna eorū esset proxima totali perditioni, & istud fuit faciendo occidi oēs de populo præter decem millia peditum: ideo inflicta ista plaga nō superat alia maior, nisi vt oīno delerentur Israelitæ, & sic factum est, quia post hoc non fuit eis pœna, nisi ꝙ ducti sunt in terrā Assyriorum in perpetuā seruitutem irreuocabiliter, & hic fuit finis malorū suorū, infra 17. & quia non debebat Deus transire à minima pęna in maximā siue medijs anteq̄ inferret illam pęnam vltimatę destructionis, intullit aliā, quę fuit quasi ęqualis huic. s. ꝙ Israelitę percuterētur à Syris tam grauiter, vt pauci de eis manerent in populo. Magnitudo autem huius percussionis multipliciter designata est. Primò, quia ante hoc nō dicitur, ꝙ Deus tædere cęperat super Israel: & tamē qñ cępit inferre plagam istam per Syros tpe Iehu, dicitur, ꝙ cęperat tędere super Israel supra 10. Secundo apparet, quia de nulla plaga dr̄ ꝙ Israelitæ in ea comminuti fuerint sicut puluis in area trituræ, & tamē hic dr̄, ꝙ redegerat rex Syriæ Israelitas quasi puluerem in tritura areæ, & Amos. 1. dr̄ super tribus sceleribus Damasci, & super quatuor non conuertā eū: quia triturauerunt in plaustris ferreis Galaad: tritura tamen significat magnam destructionem, & talem intulit nunc rex Syriæ Israelitis. Tertiò patet, quia q̄q̄ aliàs prænunciarentur mala Israelitis, nunquam legitur prophetas plorasse, nisi nunc: nā Eliseus quando prænunciauit Hazaeli, ꝙ facturus esset ista mala Israelitis, fleuit nimis, vt patet sup. 8. & hoc ꝑtinet ad magnam destructionem. Sic. n. Christus, qñ pręnunciauit desolationē Ierusalē, fleuit super

H

I

K

per illam, dices: Quoniam non relinquetur in te lapis ſuper lapidem, Luc.19. Iſta autem erat maxima pœna, ſcilicet, ꝙ nec gens, nec locus maneret: proxima autem fuit iſta, ſ quòd totus populus deſtrueret, ita, vt non manerent de vniuerſo Iſrael, niſi decē millia peditum, & ſic non fuit aliquando maior deſtructio inter Iſraelitas, quā iſta, & ob hoc ſcriptura poſuit hic numerum eorum, qui reſidui fuerant de plaga: aliàs autem non ſolet ponere numerum euadentium, ſed numerum pereuntium, eo ꝙ plures ſolēt eſſe euadentes, quàm pereuntes. Nūc autem plures fuerunt valde, qui perierūt, quàm qui permanſerūt. Ad ſecundum dicendum, quòd aliqui volunt non peccaſſe reges Syriæ, inferendo iſtam plagam Iſraelitis, quia erant hoſtes eorum, & poterāt exercere in eis quæcunque mala. Sed dicendum, quòd peccauerunt: quia Amos, cap.1. dicitur: Propter tria ſcelera Damaſci, & ſuper quatuor non conuertam eum: qa triturauerunt in plauſtris ferreis Galaad: & ſic videtur, quòd fuerit peccatum in illa afflictione tam dura. De hoc tamen magis declaratum eſt ſupra octauo. *Reliqua autem ſermonum Ioachaz, & vniuerſa, quæ fecit.* Scilicet, non habentur omnia in hoc libro, Ideo remittit ad aliud, in quo ſunt. *Sed, & fortitudo eius.* Fuit enim Ioachaz vir fortis: & tamen Deus non auxiliatus eſt ei propter peccata ſua, & Iſraelitarū, ſed omni tempore oppreſſus fuit à Syris. *Nōne hæc ſcripta ſunt in libro ſermonum dierum regum Iſrael?* Ibi enim ſcripta erant omnia geſta regū Iſrael in particulari, & erant ibi geſta Ioachaz de ſingulis bellis, quæ habuit contra Syros, & quæ mala in eis paſſus eſt, & ſi aliqd boni aliquando ipſe egit. De iſto libro quid ſit, declaratum eſt præcedenti libro, cap.14. *Dormiuitque Ioachaz cum patribus ſuis.* Ideſt, mortuus eſt, ſicut omnes patres ſui. *Sepelieruntque eum in Samaria.* Ibi erat locus ſepulchrorum regum Iſrael cum Samaria eſſet ciuitas metropolis, & ex eo tempore, quo eam Amri pater Achab condidit, cœperunt ibi eſſe ſepulchra regum, cùm prius eſſent in Therſa, vt in præcedenti libro cap.16. *Regnauitque Ioas filius pro eo.* Iſte Ioas fuit ſecundus de quatuor ſucceſſoribus promiſſis Iehu, cum dictum eſt: filij tui vſque ad quartā generationem ſedebunt ſuper thronum Iſrael, ſupr.10. & iſte Ioas confortatus fuit contra regem Syrię, & accepit de manu eius ciuitates multas, quæ fuerant regni Iſrael, vt patet infra in litera. *Anno trigeſimoſeptimo.* Hic ponitur ſecundum huius cap. ſcilicet, ſucceſſio, vel ſubſtitutio regis Ioas, ſcilicet, quia ipſe cœpit regnare pro patre ſuo Ioachaz. Sciēdum autem, quòd geſta Ioas non ponuntur hic completè, licet tangit aliquid de eis, & de geſtis filij ſui Hieroboam, ſed dicit de iſtis ſequenti cap. & dicitur. *Anno trigeſimoſeptimo Ioas regis Iuda regnauit Ioas.* Computatur tempus regū Iſrael per tempora regum Iuda, & è cōtrario, vt declaratum eſt ſupra in litera, & regnabat adhuc Ioas filius Ochoziæ rex Iſrael, qui poſtea occiſus eſt à ſeruis ſuis, præcedenti cap. Nā iſte regnauit annis quadraginta, vt patet ibidem. *Filius Ioachaz.* Iſte Ioachaz afflictus fuerat à Syris, ſupra in litera. *Super Iſrael in Samaria.* Dicitur regnaſſe ſuper Iſrael, qa erat rex totius Iſrael: dicitur regnaſſe in Samaria, quia illa erat ciuitas metropolis, & ſedes regni: præcedenti libro, ca.16. *Decem, & ſex annis.* Modico tempore regnauit: quia abbreuiabat Dominus regnum iſtorum regū propter peccata. *Et fecit, quod malum eſt in conſpectu Domini.* Scilicet, coluit idola: nam iſtud erat malum, qđ faciebant omnes reges Iſrael, cum de alijs malis nō fiat mentio, tanquam ſi non eſſent mala, quia iſtud maximum eſt. *Non declinauit ab omnibus peccatis Hieroboam.* Iſte fuit primus rex Iſrael, quem omnes imitabantur in peccando. *Qui peccare fecit Iſrael.* Scilicet, faciendo vitulos aureos, quos populus coluit. *In ipſis ambulauit.* Scilicet, in vijs Ieroboā: quia etiam coluit idola, ſicut ille, & tenuit populum in eodem cultu, ſicut ille: in Hebræo dicitur. *Ambulauit in ea.* Et deberet dici: ambulauit in eis, & tamen eſt modus loquēdi barbaricus, vt ſępè dictum eſt. Reliqua autem ſermonum Ioas, & vniuerſa, quæ fecit, ſcilicet, non habentur particulariter in hoc libro, ideo remittitur ad alios. *Sed, & fortitudo eius.* Fuit Ioas vir fortis, & pugnauit durè contra Syros, obtinuitque de manibus eorum ciuitates multas, infra in litera. *Quomodo pugnauit contra Amaſiam regem Iuda.* De hoc bello habetur ſequenti cap. *Nonne hæc ſcripta ſunt in libro ſermonum dierum regum Iſrael?* Scilicet, ibi ſcripta ſunt omnia particulariter, quanquam aliqua eorum habeantur, 2. Paralipom. 25. cap. *Et dormiuit cum patribus ſuis.* Scilicet, mortuus eſt, ſicut illi. *Ieroboam autem ſedit ſuper ſolium eius.* Iſte Ieroboam fuit tertius ſucceſſor Iehu, quatuor ei promiſſis, & iſte fuit excellentior cæteris: nam ipſe fuit ſaluator Iſrael, & reſtituit omnes terminos terræ Iſrael, vt patet ſequēti cap. *Porro Ioas ſepultus eſt in Samaria cum regibus Iſrael.* Fuit ibi ſepultus Ioas, quia ibi ſepeliebantur omnes reges prædeceſſores ſui, cùm eſſet metropolis regni.

Margin notes: Syriã peccauerit faciendo tã tam deſtructionem i Iſrael. — Ioachaz mors. — Ioas, & filij eius ſucceſſio.

Ioas rex Iſrael quo anno Ioas regis Iudæ regnare cępit. Quęſtio VI.

QVAERETVR, quomodo dicitur hic, ꝙ regnauit Ioas rex Iſrael anno trigeſimoſeptimo Ioas regis Iudę: nam potius videtur, ꝙ debuiſſet regnare anno quadrageſimo eius finito, qđ patet: qa cępit Ioachaz filius Iehu regnare anno vigeſimotertio regni Ioas, & regnauit annis decemſeptem, vt patet ſupra in litera, qui ſimul efficiuntur quadraginta: & ſic deberet finiri ſimul regnum Ioas regis Iuda, & regnū Ioachaz regis Iſrael, & debebat incipere regnū Ioas regis Iſrael primo anno Amaſiæ regis Iuda. Reſpondet ad hoc hiſtoria ſcholaſtica de tribus annis, in quibus eſt difficultas, quòd Ioas rex Iſrael cœpit regnare viuēte patre ſuo Ioachaz, & regnauit tribus annis viuente eo: & ſic regnauerūt ambo ſimul vſque ad annū quadrageſimum regni Ioas regis Iuda, & tunc mortuus eſt Ioachaz, & cœpit regnare ꝑ ſe Ioas in Iſrael. Vel aliter dicit, quòd potuit hoc fieri imperitia ſcriptorum, qui ad numeros parū attendunt, & cum deberent ponere annos plures, poſuerunt pauciores. Sed dicendum, quòd nō ſtat primus modus: quia dicitur hic, quòd dormiuit Ioachaz cū patribus ſuis, & regnauit ꝑ eo Ioas filius eius anno trigeſimoſeptimo Ioas regis Iuda: ergo mortuꝰ erat Ioachaz, cum regnaret pro eo filius eius Ioas: & tamen dicitur, quòd cœpit regnare anno trigeſimoſeptimo, ergo in illo anno iam mortuus erat Ioachaz: & ſic oportet, quòd non ponantur tres anni, quibus regnauit Ioachaz ſimul, & filius ſuus Ioas. Secundo non ſtat, quia ſequenti cap. dicitur, quòd anno Ioas filij Ioachaz regis Iudę regnauit Amaſias, & tamē ſi Ioas filius Ioachaz incępiſſet regnare viuente patre ſuo tribus annis, & illi non computarētur de regno ſuo, ſed de regno patris ſui, oporteret, quòd ſimul finirentur regnum Ioas regis Iuda, & Ioachaz regis Iſrael: & ſic Amaſias rex Iuda, & Ioas rex Iſrael inciperent regnare ſimul: & tamē cœpit Amaſias regnare, cū iam regnauiſſet duobus annis Ioas: ideo oportet, vt non computentur hic tres anni, quibus regnauit ſimul cum patre ſuo Ioachaz. Aliquis autem vellet iſtam literam corrigere per annos completos, & incompletos, vtpote, quòd dicamus Ioachaz regē

Israel cœpisse regnare anno vigesimotertio regis Ioas, scilicet, inchoante illo, & sic manebant decem, & octo anni vsque ad finem regni Ioas: quia quadraginta annis regnauit: præcedenti cap. Et cum dicit, quòd Ioachaz regnauit annis decem & septem, subintelligendum, quòd isti essent incompleti, & sic essent parum plus, quàm decem, & sex. Sed adhuc dicendum, quòd tunc non stat: quia sic perueniret regnum Ioachaz ad annum trigesimumoctauum finitum regis Ioas, & ad aliquantam partem anni trigesiminoni: & tamen dicitur, quòd regnauit anno trigesimoseptimo, ideo non potest sic saluari. Secūdo patet, quia si per annos cōpletos, & inchoatos vellemus facere, ꝙ iste annus fuerit trigesimusseptimus Ioas regis Iudę, in quo cępit regnare Ioas rex Israel, oporteret, quòd Amasias filius Ioas regis Iudæ inciperet regnare anno quarto Ioas regis Iudæ, quod patet: quia regnauit Ioas rex Iuda quadraginta annis, & Ioas rex Israel cępit regnare anno trigesimoseptimo eius, & si erat iste annus iā finitus inciperet Amasias regnare in principio anni quadragesimiprimi regni Ioas: qa manebant adhuc tres anni integri, quib. Ioas rex Iudæ, & Ioas rex Israel simul regnauerunt: si autem iste trigesimusseptimus annus erat incipiēs quādo cœpit regnare Ioas rex Israel, manerēt quasi quatuor anni integri, quibus regnaret Ioas antequā regnaret Amasias. Nunquam ergo potest stare, quòd anno trigesimoseptimo regis Ioas cœpit regnare alius rex Ioas in Israel.

Dicendum ergo, ꝙ ista litera est corrupta errore librariorum, qui ad numeros non attendunt: nā deberet hic dici anno trigesimonono, & dicitur anno trigesimoseptimo, & deficiunt duo anni, & hoc stat valde conuenienter.

Primò patet, quia per annos cōpletos, & inchoatos redditur iste numerus præcisus, scilicet, ꝙ Ioachaz rex Israel cœperit regnare anno vigesimotertio, & sic manebant decem, & octo anni vsque ad finem regni eius. De Ioachaz autem dicitur, quod regnauit annis decem & septem: & quia isti fuerūt incompleti, accipiantur solum sexdecim anni, & parua pars anni decimiseptimi, & sic regnum Ioas regis Iuda duraret vltra regnum Ioachaz anno, & dimidio, vel quasi duobus annis: & tamen regnauit Ioas annis quadraginta in Iuda: ideo oportet, quòd Ioachaz regnaret vsque ad annum trigesimumnonum inchoatū, & in illo inciperet regnare Ioas filius eius.

Secundò patet: quia sequenti cap. dicitur, ꝙ Amasias rex iuda cœpit regnare anno secūdo regni Ioas regis Israel: ergo necesse est, quòd Ioas regnauerit in Israel duobus annis ferè ante mortem Ioas regis Iudæ, cum cœperit Amasias regnare post patrem suū Ioas, & tamen Ioas regnauit annis quadraginta: ergo erat annus trigesimusnonus, incipiens quando regnauit Ioas in Israel, & sic litera est corrupta per defectum duorum annorum, & etiā istę corruptiones interdum eueniunt in Hebræo, licet rarissimè: quia libri eorum diligentius, quā nostri scripti sunt. *Elisæus.* Hic ponitur secundum principale huius cap. scilicet, Elisæi mors, & tumulatio, & diuidit in duo: quia primo ponitur vnum miraculum eius mortē suam præcedens, & aliud mortem suam subsequēs ibi. *Mortuus est.* Circa primum dicitur. *Elisæus autem ægrotabat.* Scilicet, tempore Ioas regis Israel: nam tūc venit ad eum Ioas existentem in ægritudine, vt patet in litera. *Infirmitate, qua mortuus est.* Erat enim antiquus satis, & ideo præ senectute, & laboribus moreretur: nam ipse cum esset vir propheta erat religiosus nimis habēs vitam austeram, & laboriosam: ideo nō poterat diu viuere, sicut alij homines: potissimè,

Elisæus quot annis vixit.

F quia ætas sua erat iam grandis: nam quando accepit eum Elias in ministrum, erat vir, & postea multis annis vixit: nam tempore Achab incępit ministrare Eliæ, præcedenti cap. 19. Et tamen à principio regni Achab vsque nunc erant quasi nonaginta anni, qđ patet: quia Achab regnauit annis vigintiduobꝰ præcedenti libro, cap. 16. Ochozias verò filius eius annis duobus, eod. libro, cap. vltimo. Ioram autem successor Ochoziæ annis duodecim, supr. 3. Mortuo verò Ioram, regnauit Iehu vigintiocto annis, supr. 10. Et postea Ioachaz decem, & septem annis, vt patet hic: deinde Ioas annis sexdecim, vt patet hic, & tempore isti Ioas mortuus est Elisæus. Si autem cōiunguntur isti anni, erunt nonaginta octo: & quia mortuus est Elisæus ante finē regni Ioas, & vocatus est ab Elia postquam cęperat regnum Achab, debent subtrahi aliqui anni de regno Achab, & aliqui de regno Ioas, &

G sic detur, quòd maneant saltem octoginta anni subtrahendo decem, & octo: quando tamē vocatus est Elisæus ab Elia, oportet, quòd esset annorum plusq̃ vigintiquinque: quia dicit, quòd inuenit Elias duodecim iuga bouum arātia, & vnus de arantibus erat Elisæus, & ipse occidit par bouum, in quo arabat, & fecit conuiuium amicis suis: nō tamen fecisset hoc, nisi esset vir aliquantæ ætatis non existens sub dispositione aliena, & sic esset fortè triginta annorum, & sic Elisæus haberet nunc annos centum, & decē, vel quasi, quando moreretur. *Descenditque ad eum Ioas rex*

H *Israel.* Scilicet, descendit ad videndum eū: erat enim vir famosus, & honorandus à toto populo. *Et flebat coram eo.* Videbat enim Elisęum morti propinquū, & flebat pro eius obitu: quia recedebat ab Israel cōsolator, dicebatque: pater mi, pater mi. Modus lugēdi erat, per quem signabat affectionem, quam gerebat erga eum, & etiam reputationem, in qua Elisæus tenebatur ab Israelitis: quia ab omnibus habebatur tanquam pater, & custos Israel. *Currus Israel, & auriga eius.* Scilicet, tu es currus Israel, & auriga, idest, equitator, quasi dicat: tantum confidimus in orationib. tuis, sicut in curribus, & in equis, vel sicut gentes habent fiduciam belli in curribus, & equis: ita nos habemus in te, & tu es nobis tanquam currus, & milites: &

I sic dicitur Psalmo decimonono, Hi in curribus, & hi in equis, nos autem in nomine Domini Dei nostri inuocabimus.

Quare rex Israel flebat in præsentia Elisæi. Quæstio VII.

QVAERETVR nunc, quare nunc flebat rex Israel in præsentia Elisæi. Respondendum, quòd primo fuit propter dilectionē, quia Ioas erat vir bonus, & diligebat Elisæum, qui erat vir ab omnibus diligendus, cùm esset sanctus propheta: de morte ergo eius, quem diligebat, necesse erat dolere. Secūdò fuit hoc, & prin-

K cipalius propter fiduciam, quàm habebant Israelitæ in Elisæo: nam ipse sæpè liberauerat Israel, sicut fuit quando dedit aquas exercitui perituro, sup. 3. cap. Et quando excæcauit Syros, ducendo illos in Samariā, sup. 6. & quando prænunciauit futuram vbertatem positis Israelitis in extrema fame in obsidione Samariæ, sup. 6. & 7. Ita nunc Israelitæ licet præmerentur multis angustijs à Syris: tamen confidebant se liberandos orationibus Elisæi: ideo eo viuente nō putabant esse extremum malum: & tamen si moreretur, credebāt se destitutos consolatore illico à Syris delendos. Plorabat ergo rex putans mortem Elisæi suā esse calamitatem: & hoc patet ex verbis suis: quia dixit: pater mi, pater mi, idest, tu nobis pater eras prouidendo

uidendo in omnibus, & consulendo, sicut pater curam habet filiorum. Etiam dixit: currus Israel, & auriga eius, id est, tu eras nobis tota spes belli, sicut si haberemus currus, & equitantes, & non habebamus aliud solamen, nisi te. Sic etiam dixit Elisæus, quãdo rapiebat Elias de hoc mundo: pater mi currus Israel & auriga eius, supra cap. 2. Ibi tamẽ aliter accipitur currus, & auriga, scilicet, quia Elisęus vidit Eliam rapi super currũ igneum, & equos igneos, & ibat Elias tanquam auriga currus: ideo dixit: pater mi currus Israel, & auriga eius: potest etiam accipi sicut hic, scilicet, quòd Elias esset præsidium Israelitarum, sicut currus, & equites.

Elisæus quare non orauit pro Israelitis in maxima eorum afflictione. *Quæstio VIII.*

QVAERETVR vlterius, cum Elisæus viueret quãdo ista maxima calamitas inflicta est Israelitis, scilicet, quòd solum manerent decem millia peditum in Israel, quomodo non orabat Dominum, vt ista tollerentur, vel quomodo non compatiebatur tantis malis Israelitarum. Respondendum, quòd Elisęus dolebat nimis de aduersitate Israelitarum: tamen non orabat pro illis, quia sciebat, ꝙ oratio sua non proficeret. Nã Deus reuelauerat ei omnia ista mala ventura super Israelitas, cum ipse prædixisset eã Hazaeli regi Syriæ, supra 8. & sciebat ista necessariò complenda, quia Israelitę non auerteban tur à malitia sua. Dolebat autem nimis, videns omnia hæc fieri: potissimè cum ipse præuidisset ea: & tamen non habebat quid ageret, quia non erat in potestate sua ista tollere quousque compleretur diuina sententia. Sic patet supra 8. Quia quando Elisæus ꝑdixit Hazaeli mala, quæ ipse facturus erat Israelitis, non potuit lachrymas continere, & fleuit nimis. Si igitur flebat, antequam ista fierent, cùm præsciret illa, à fortiori fleret, quando illa videret in executione: quia magis mouet res visa, quàm audita, vel intellecta: & tamen credendum, quòd hoc tempore, quo Israelitæ ista mala patiebantur, Elisęus consolaretur eos prænũcians aliquando bona futura: & sic scientes, quòd ipse non mentiebatur, consolabant̃: & nunc quia moriebatur, dolebant tanquam destituti omnino consolatore, & adiutore. *Et ait illi Elisæus: affer arcum, & sagittas.* Condoluit Elisæus regi plorantī: quia plorabat pr̨e angustia, & denũciauit ei bonum futurum. Ad hoc autem iussit, quòd duceret sagittas, & arcum: quia volebat in illis prophetare. *Cunque attulisset ad eum arcum, & sagittas.* Nesciebat rex Ioas ad quid peteret Elisæus arcum, & sagittas: & tamen vt obediret ei attulit illico. *Dixit ad regem Israel: pone manum tuam super arcum.* Subintelligẽdum, quòd arcus erat extentus, & sagitta posita, & ponebat rex manum super arcum ad iaciendum. *Et cum posuisset ille manum, suam superposuit Elisæus manus suas manibus regis.* Erat Elisæus languens, & tamen posuit manus suas super manus regis in arcu ad significandum se loqui prophetice, & quòd sagitta illa proficeret ad Syrorum occisionem, & hoc; vt crederet sic rex. *Et ait: aperi fenestram orientalem:* Ista erat fenestra contra orientem in domo Elisæi, & illam iussit aperiri, vt per illam iaceretur sagitta. *Cunque aperuisset, dicit Elisæus: iace sagittam.* Quia ista sagitta erat contra Syriam: & tamen Syria erat ad partem orientis respectu terræ Israel. Pro quo sciendum, quòd terra Syrię erat valde longa plus, quàm regnum Israel, vnde extendebatur per latus aquilonare terræ Israel versus orientem, & maior pars terræ Syriæ erat ad oriẽtem, & terræ Israel, quàm ad aquilonẽ: quod patet,

Prophetia Elisæi ante eius mortem.

A quia quando Iacob venit ad Mesopotaniam Syriæ: dicitur: profectusque Iacob venit in terram orientalem, Gen. 19. Patet etiam, quia ad eundum de terra Israel in Syriam erat transitus super Iordanem, vt patet de Syris quãdo reliquerunt castra, & fugerũt: nam transierunt Iordanem, & vsque illuc erat tota via plena vestib⁹, & vasis, sup. 7. *Et iecit.* Obediuit rex mandatis Elisęi, quanquam adhuc nesciret propter quid hoc iubebat: nam postea declarauit Elisęus qd intenderet, dicens, sagitta salutis contra Syriam. *Et ait Elisęus: sagitta salutis Domini.* Idest, ista sagitta est data à Domino ad saluandum Israel de manibus Syrorum. *Et sagitta salutis contra Syriam.* Repetitio eiusdem sententiæ est, scilicet, quòd ista sagitta erat ad B saluandum Israelitas contra Syriam, occidendo Syros, & liberando Israelitas de potestate eorum: & hoc factum est per istum regem Ioas: quia ipse tulit de manu Benadad regis Syriæ omnes ciuitates, quas ipse, & Hazael pater eius acceperãt de terra Israel, vt patet infra in litera. Aliquis dicet propter hoc, quòd fuerit iste Ioas saluator promissus à Deo, de quo supra in litera dicitur: & dedit Dominus Israeli saluatorem, & liberatus est de manu regis Syriæ: quia hic dicitur: sagitta salutis contra Syriam, scilicet, per q̃ saluabitur Israel de manu Syrorum. Sed dicendum, quòd non fuit Ioas saluator promissus à Domino, sed Ieroboam filius eius, sequenti cap. scilicet: saluabit eos in manu Ieroboam filij Ioas, & sic supra de C claratum est. Potuit tamẽ vocari Ioas inchoator salutis, quia ipse cępit liberare Israel: & tamen integram salutem contulit Ieroboam filius eius, ideo ille verè vocatur saluator. *Percutiesque Syriam in Aphec.* Est Aphec quædam ciuitas terræ Israel cõiuncta Syriæ in latere aquilonari, & in ista ciuitate captus est Benadad rex Syriæ, qui fuit ante Hazaelem, quando apud illã pugnauit cum Achab rege Israel, & latuit Benadad intra vrbem, & murus cecidit super viros suos, occiditque viginti septem millia hominum, & captus est Benadad: præcedenti libro, cap. 20. Postea apud istam vrbem pugnauit Ioas contra regem Syriæ, & sępe vicit eum ibi. Sciẽdum autem, ꝙ Aphec est duplex ciuitas: nã quædam est in sorte Iudæ: alia D verò in sorte Aser. De prima, Iosue 15. De secũda, Iosue 19. hic autem intelligitur de illa, quę est in tribu Aser: quia apud istam erat regnum Syriæ, cum alia esset in tribu Iuda ad partem meridianã totius terræ Israel. *Donec consummas eam.* Scilicet, percuties Syriam sępe, ita, vt deleas illam totaliter auferendo potestatem eius. *Et ait: tolle sagittas.* Supra posuerat vnum signum de hoc, quod erat iacere sagittas contra Syriam per fenestram orientalem, & hic ponitur aliud de percutiendo terrã, & ambo pertinebant ad idem. Et iussit tollere sagittas: quia percussurus erat terram sagittis illis. *Qui cum tulisset rursum dixit: epercute iaculo terram.* Intelligendum est, quòd nunc iussit Elisæus regi Ioas percutere terram iaculo, idest, sa E gitta: & tamen non dixit ei, quoties percuteret, sed innuit, quòd deberet sæpe percutere: ipse verò rex non percussit, nisi ter. *Et cùm percussisset tribus vicibus, & stetisset, iratus est contra eum vir Dei.* Iussit ei Elisæus, ꝙ percuteret terram, & innuit, quòd sępe percuteret: ipse autem percussit ter tantum, & stetit, idest, cessauit percutere: & videns hoc Elisæus, iratus est contra ipsum: ratio autem iracundiæ suæ fuit: quia sciebat Elisæus, quòd quoties percuteret Ioas terram, toties percuteret Syriam, & innuerat sibi, quòd sæpe percuteret: ipse verò solum ter percussit, ex quo sequebatur, quòd solum ter percuteret Syriã. Elisæus autem desiderabat, quòd sæpe percuteretur Syria; ideo iratus est, quia cõtra voluntatem eius factũ est.

Aphec vrbs vbi.

Aphec duplex ciuitas.

Et

Et ait: si percussisses quinquies, aut sexies, siue septies, percussisses Syriam vsque ad consummationem. Ista dixit indignans, scilicet, debuisset sæpe percutere terram: quia si quinquies, aut sexies percussisses terram, percussisses Syriam vsque ad consumationem, idest, nihil dimisisses de potestate Syrorum, sed omnia destruxisses. *Nunc autem tribus vicibus percuties eam.* Scilicet, solum percuties eam nunc ter: quia ter percussisti terram, & hoc non sufficiet ad delendum omnino potestatem Syriæ. Et ista fuit causa, quare iste non potuit esse saluator promissus à Deo: quia non totiens percussit, vt sufficeret ad deletionem Syriæ.

Quare Elisæus voluit prænunciare regi in morte, quòd præualiturus esset contra Syriam, & de prænunciatione eius.
Quæstio I X.

QVAERETVR, quare Elisęus nunc in morte voluit prænũciare, quomodo rex Israel præualiturus esset contra Syriam. Dicendum, quòd hoc fortè fecit ex compassione: nam vidit Elisæus lugẽtem coram se regem, & dicẽtem: pater mi, pater mi, & putabat, quòd per mortem Elisæi manebat desolatus, ideo compatiens ei Elisæus denunciauit sibi quomodo per manum eius Israel saluandus erat aliqualiter, & Syria opprimenda. Secundò potest dici, quòd Elisæus nunc dixit hoc: quia ante istud non acceperat reuelationem de destructione Syrię, & de liberatione Israel: & quia nunc præsente rege Deus sibi reuelauit hoc, illico ĩdicauit illud regi, & si prius indicasset Deus istud Elisæo prius prænunciasset, & istud videtur verius: quia non est verisimile, ꝙ postq̃ Deus reuelaret aliquid Elisæo ad indicandum alijs, quod ipse subticeret illud aliquanto tempore. Causa autẽ, quare Deus nunc reuelauit istud per Elisæũ, videtur esse duplex. Prima, quia Deus compassus est super afflictione Israel, sicut dicit̃ supra: vidit enim angustiam, qua attriuerat eos rex Syriæ, & sequenti cap. dicitur: vidit Dominus afflictionẽ Israel amaram nimis: & quia nunc non solum populus pręangustia anxius erat, sed etiam rex flebat, quod pertinebat ad maximam calamitatem voluit Deus prænũciare salutẽ futuram in Israel, & prænunciauit nũc per Elisæum. Secundum fuit, quia Elisæus ex hac ægritudine moriturus erat, vt dicitur in litera: Deus tamen volebat per Elisæum denunciare bona futura, ideo nunc debuit denunciare priusquam moreretur, & fuit hoc propter duo. Primo, quia Deus volebat denũciare bona Israelitis, quę collaturus erat, ideo oportebat, quòd per Elisæum, vel per aliũ prophetam denunciaret, & tamen nullus erat hoc tempore tantæ auctoritatis in cõspectu populi, sicut Elisæus: ideo vt populus magis certificaretur, & consequenter magis consolaretur tanquam certam fiduciam habens, debuit prenunciari per Elisęum, & nõ per alium. Secundum fuit, quia Israelitæ habebant totam fiduciã suam in orationib. Elisæi, & vocabãt eum patrem populi. Vnde rex dicit: Pater mi currus Israel, & auriga eius, idest, tu es in Israel, sicut currus, & auriga: quia in te habetur tota fiducia belli, sicut in curribus, & equitibus haberi deberet. Si igitur moreret̃ nunc Elisæus, & nihil diceret Israelitis de bono eis futuro, manerent oĩno desolati tanq̃ destituti ꝑsidio, & ꝯsolatore: ideo, vt nõ affligerent̃ nimis, voluit Deus, ꝙ Elisæus in morte sua consolaret̃ eos, ꝑnuncians victoriam, q̃ habituri essent contra Syriã.

Quare Deus nũc reuelauit istud per Elisæum.

Quare iussit afferri sagittas, & arcum. Quæst. X.

QVAERETVR vlterius, cum Elisæus vellet hic prænunciare Israelitis salutem eis futuram

F à Domino, quare iussit afferi sagittas, & arcum. Respõdendum, quòd inter prophetas erat duplex modus prophetandi: quidam erat in verbis, alius autem in verbis, & in rebus. Modus primus erat magis vsitatus: & tamen secũdus sæpe fiebat. Sic patet de Isaia, qui ambulauit tribus dieb. discalciatus, & nudus ad significãdum captiuitatem trium annorum, Isa. 20. Sic etiã Ieremias posuit catenas ligneas in collo suo, & ambulauit per Ierusalem, & misit illas ad multos reges ad significandum captiuitatem inducendam per Nabuchodonosor in multis regibus, Ierem. 27. Sic etiam Ezechiel sæpe prophetauit in signis, sicut quando rasit omnes capillos corporis sui, & diuisit illos in tres partes, Ezech. 5. Et quando posuit sarta-

Duplex modus ꝓphetandi.

G ginem ferream cõtra Ierusalem, & quando fecit panem in stercore bouis, & dormiuit super duo latera temporibus diuersis, Ezech. 3. & 4. Sic etiam factum est: nam Agabus, qui erat propheta post Christi mortem inter Christianos venit ad beatum Paulum, & tollẽs zonam eius alligauit pedes, & manus eius, dicens: Hoc dicit Spiritus sanctus: virum cuius est zona hęc, sic alligabunt Iudęi in Ierusalem, & tradent in manus gentium, Act. 21. Sic ergo Deus voluit nũc, quòd Elisæus vteretur prophetia, quæ erat in rebus exterioribus, & ad hoc fecit afferri sagittas & arcum. Secundum fuit, quia licet essent duo modi prophetiæ: tamen illa, quę erat in rebus exterioribus, magis certificabat, vel saltẽ magis exprimebat,

H quàm illa, quę erat in solis verbis: non enim est sensus, ꝙ vna prophetia sit certior, aut verior illa: quia omnis prophetia à Deo est, iuxta illud, 2. Petri 2. Scilicet: non enim voluntate humana allata est aliquãdo prophetia, sed spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines, sed Deus omni tempore idem est: quia apud ipsum nõ est permutatio: Malachię 3. & Iacobi 1. & omni tempore æqualiter verax est: qa semper fidelis permanet, & se ipsum negare non potest: secunda ad Timo. 2. Ideo omni tempore ꝓphetiæ suæ equaliter certę, & verę erunt. Est tamen distinctio ista prophetiæ, quantum ad certificationem nostram, quia vulgares homines, & grossi immutantur magis, quanto id, per quod immutantur, sensibi-

I lius est: & quia est res sensibilior verbo, magis attendebant vulgares ad prophetiam, quando fiebat in signis exterioribus, quàm cum fieret solo verbo. Et quia nunc volebat Deus certificare Israelitas nimis, quia erãt in magna angustia, & quia moriebatur Elisæus, qui non posset eis dare quotidie testimonium de eo, quod eis euenturum erat, voluit, quòd ipsi acciperent prophetiam in rebus, scilicet, iaciẽdo sagittam. Et considerandum, quòd quandocunque Deus volebat aliquam rem magnam prenunciare, ad quã deberent attendere Israelitæ, faciebat illam prenunciare in signis, vt sic magis aduerterent: vnde si quis consideret, reperiet, quòd non fuit aliquando ꝓphetia facta in signis exterioribus, quæ nõ esset circa ali-

K quid magnum, vt patet de nuditate triduana Isaię, quæ significauit captiuitatem trium annorũ super Aegyptum, & Aethiopiam, Isa. 20. Et portatio catenarum in collo Ieremię significauit captiuationem multorũ regum, scilicet, regis Edom, & regis Moabitarum, & regis Ammonitarum, & regis Tyri, & Sydonis: Iere. 27. Sic etiam de portentis, quæ faciebat Ezechiel: nam illa significabant perditionem totius populi Iuda, Ezec. 5. Sic etiam de zona, qua alligauit Agabus Paulum: quia significauit traditionem principis Ecclesiæ in manus gentium, Act. 21. Prophetiæ verò, quæ erant in solis verbis, aliquando erant pro magnis rebus, & aliquando pro paruis: ideo, qa nunc erat res magna indicãda, scilicet, liberatio totius

tius Israel, voluit Deus, quòd prænunciaretur in signis exterioribus, scilicet, per sagittas, & arcum, & per fenestram, quæ aperiebatur contra Syriam.

Elisęus quare posuit manus suas super arcum, & manus regis. Quæstio XI.

QVAERETVR vlterius, quare Elisæus posuit manus suas super arcum, & super manus regis ad significandum liberationem Israel, & iaciendum sagittam contra Syriam. Respondendum, ꝙ hoc factum est. Primò, quia Elisęus prophetabat hic in rebus exterioribus, scilicet, in arcu, & sagittis: ideo ad hoc, quòd esset prophetia omnino in rebus, debuit ipse ponere manum super arcũ. Sic enim quan- B do Elisæus voluit sanare aquas fontis Ierichontini ipse misit sal in aquam, quanquam per aliud fieri potuisset, sup. 2. cap. Secundum fuit: quia Elisæus volebat omnino certificare Israelitas, quòd Deus liberaret eos de manu Syrorum, & ad hoc prophetauit in rebus, cum aliàs sufficeret prophetare solis verbis: ita ergo, quia Israelitæ credebant Elisæum esse virũ sanctum, & si ipse poneret manum super arma eorum benediceret illa, & faceret habere magnam virtutem contra Syros, decuit, vt manum poneret super arcum, & manus regis. Tertiũ fuit, quia Elisęus voluit certificare Israelitas de liberatione, quam habituri erant de manu Syrorum: & quia quanto plures cæremonias ageret ad confirmandum dictum C suum, tanto firmius ei crederetur, non solum prænunciauit, sed etiam exemplariter ostẽdit faciendo iaci sagittam contra Syriam, & insuper posuit manus super arcum, vt sic omnino ostenderet se hoc intelligere, & hoc verum esse: sic enim inter nos est: quia quãdo aliquis fecerit plures cæremonias ad cõfirmãdum aliquid credetur ei amplius, quàm si paucas faceret: qa creditur plus facere ex animo. Quartum fuit: quia Elisæus ex parte Dei loquebatur ista, prænuncians victoriam: ita ex parte Dei voluit ostẽdere, quòd Deus adiuturus erat Israelitas contra Syros: & istud bellum non esset Israelitarum, sed Dei, sicut dictum est ad Iosue, scribe in libro in monimẽtum: delebo enim memoriam Amalech sub cœlo, D & iterum, manus solius Domini, & bellum Dei erit contra Amalech à generatione in generationem, Exod. 17. Et hoc patet hic: quia Elisæus dixit, quãdo rex iaciebat sagittam: sagitta salutis Domini, & sagitta salutis cõtra Syriam, idest, Deus saluabit Israel de manu Syriæ, & non erit ista salus ab aliquo alio: Deus enim daturus erat vires Israelitis, & animum ad pugnandum cõtra Syros, qui multo plures erãt, & potentiores, iuxta illud Deuteronom. 8. scilicet, Ne diceres in corde tuo: fortitudo mea, & robur manus meæ hęc mihi omnia pręstiterunt, sed recorderis Domini Dei tui, quòd ipse tibi vires præbuerit, vt impleret pactum suum: hoc autẽ non potuit conuenientius significari, quàm vt Elisæus, qui ex parte E Dei ista loquebaṫ, poneret manũ super arcũ ex parte Dei significans à Deo adiutorium venturum.

Quid significauit Elisæus dicendo: sagitta Domini contra Syriam. Quæstio XII.

QVAERETVR vlterius, quid significauit Elisæus, dicens: sagitta Domini contra Syriam, & an illa sagitta, quam rex nunc iecit, aliquid effecerit. Respondendum, quòd Elisæus significabat per hoc liberationem Israelitarum de manu Syriæ, & vastationem Syrorum, & sicut Elisæus ponebat nunc manum super arcum, significabat, quòd Deus directu-

A rus erat sagittas Israelitarum cõtra Syros, ita, vt nulla inanis, & ipse confortaturus esset arcus Israelitarum, vt non frangerentur in bello, & daturus esset eis vires, vt non lassarentur tẽdendo arcum, & iaciẽdo contra Syros. De fortitudine, quam daret eis, vt nõ lassarentur, patet Psalm. 17. scilicet: Dedisti, vt arcum æreum brachia mea. Et iterũ: Deus præcinxit me virtute, & posuit pedes meos tãquam ceruorũ, Idem sup. 2. libr. cap. 23. De eruditione ad bellum, & sagittarum directione contra Syros, patet Psal. 17. & sup. 2. lib. cap. 23. scilicet: Qui docet manus meas ad prælium, & posuisti, vt arcum æreũ brachia mea: & Psalm. 143. f. Benedictus Dominus Deus meus, q docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad B bellum; De directione autem sagittarũ patet Abachuc 3. scilicet, Sol, & Lũna steterunt in habitaculo suo in luce sagittarum tuarum, ibunt in splendore fulgurantis hastæ tuæ. Hęc autem Israelitis prouentura erant, quia sperarẽt in Domino, iuxta illud Isaię 40 Qui sperant in Domino, mutabunt fortitudinem, assument pennas, vt aquilæ current, & non laborabunt: ambulabunt, & non deficient. Istud autẽ Deus facere solet: quia quandocunque vult contra aliquam gentem exercere iustitiam suã, incitat multos, vt persequantur gentem illam, iuxta illud Sapien. 5. scilicet: & accipiet armaturam zelus illius, & creaturam armabit ad vltionem inimicorum & pugnabit cum illo orbis terrarum contra insensatos. C Et sicut Deus incitat aliquos ad persequendum eos, quos ipse vult punire, ita facit illos fortes ita, vt nullus possit eis resistere. Sic fuit de Nabuchodonosor, quem Deus incitauit ad persequendũ Iudæos, & dedit ei fortitudinem ad hoc: vt patet Abachuc 1. scilicet: Domine in iudicium posuisti eum, & fortem, vt corriperes, fundasti eum. De incitatione autem alicuius gentis contra aliam, quam Deus facit, & de paratione illius ad bellum, patet in Nabuchodonosor, quem Deus vocauit contra Iudęos, & fortem fecit, vt non possent ei resistere, Isa. 5. scilicet: Et eleuabit signum in nationibus procul, & sibilabit ad eum de finibus terræ: & intelligitur de vocatione Nabuchodonosor, & sequitur: ecce festinus veniet veloci D ter non est deficiens, neque laborans, in eo non dormitabit, nec dormiet, nec soluetur cingulum renũ eius, nec rumpetur corrigia calciamenti eius acutè, & arcus eius extenti vngulę equorum eius, vt silex, & rotę eius quasi impetus tempestatis. Hęc autẽ omnia faciebat Deus in Nabuchodonosor, vt præualeret contra Iudæos, & contra quascunque gẽtes, contra quas faciebat eum esse executorem, vt patet Iere. 27. scilicet: ego feci terram, & hominem, & iumenta, & dedi eam ei, qui placuit in oculis meis, & nunc ego dedi terras istas in manu Nabuchodonosor regis Babylonis serui mei insuper, & bestias agri dedi illi, vt seruiant ei, & seruiant ei gẽtes multæ, & reges magni: gens autem, & regnum, quod non E seruierit Nabuchodonosor regi Babylonis in gladio, & fame, & peste, visitabo super gentẽ illam, donec consumam eam in manu eius. Et sic Deus faciebat omnia ista per Nabuchodonosor. Ita ergo faciebat omnia hęc nunc per Israelitas contra Syros, & dicebatur dirigere arcus eorum. Cum autem quęritur, an sagitta illa, quam nunc rex misit, aliquid fecerit. Dicẽdum, quòd non: quia illa non peruenit in Syriam ad occidendum aliquos, sed solum fuit iacta ad significationem eius, quod futurum erat. Si autem quęratur, quare potius datum est istud signum in sagitta, & arcu, quàm in alio genere armorum. Dicendum, quòd non differebat plus fieri in vno genere armorum, quã in alio: quia per quodcunque genus armorum

Deus incitat aliquã- do vnã gẽtẽ contra aliam.

rum

rum significabatͅ victoria, quæ habenda erat in omni genere armorum. Vel fortè hoc fuit, quia Israelitæ vtebantur magis arte sagittaria, quàm alio genere pugnæ, & prouētura erat salus eius potius per sagittas, quā per aliquid aliud: ideo debuit dari repræsentatio in sagittis. Si autem quęratur, quare potius iussum est hoc regi, quàm alicui alteri. Dicendum, ꝙ causa fuit, quia nunc Elisæus volebat significare victoriam, quā totus Israel habitaturus erat de Syris, tamen nō erat aliqua persona, ad quam tantum cōpeteret cura belli, sicut ad regem, nec erat aliquis, in quo esset status totius populi, nisi rex, & victoria populi erat victoria regis, & non erat hoc verum de aliquo alio: ideo ad regem potius hoc pertinebat, quā ad alios, quanquam simul essent multi sagittarij.

Elisæus quomodo dixit verum, dicendo, quòd Ioas percuteret Syriam quousque consumeretur, cum tamen non consumpserit. Quæstio XIII.

QVAERETVR vlterius, quomodo dixit hic Elisæus, quod Ioas percuteret Syriam quousque consumeret eam, & tamen non consumpsit ipse eam, sed filius suus Ieroboam, qui nimis oppressit Syros capiens omnes terminos Israel de manu eorum, & restituens Damascum, & Emath terrę Iudę, sequenti cap. Aliquis dicet, quòd iste Ioas consumpsit, siue destruxit Syriam vsque ad consumptionē: quia ipse accepit ciuitates Israel, quas tenebant Syri, & cœperant eas tempore Benadad, & Hazael. Et dato, quòd non omnino deleti fuerint Syri tempore Ioas: scriptura dicit eos deletos fuisse: qa accipit largè terminos interdum scriptura, sicut accipitur oīs pro multis, sic etiam consumptio accipietur pro aliquali vastatione: & tamen Ioas aliqualiter vastauit Syriam, quia ter præualuit contra Syros: ideo diceͭ percussisse eam vsque ad consumptionem. Sed dicēdum, quòd nō stat: non enim percussit Ioas Syriam vsque ad consumptionem, quod patet: primo, quia Elisæus iussit regi, quòd percuteret terram iaculo: & quia stetit postquā ter percussit, iratus est Elisęus, vt patet in litera. Si tamen percussurus esset iste Syriam ad consumptionem, nō iratus fuisset Elisæus, quia nihil peribat de eo, quod ipse volebat, aut prænunciabat: ergo videtur, quòd nō percussit Syriam vsque ad vastationem. Secundò patet, quia Elisæus dixit regi: si percussisses quinquies, aut sexies, percusses Syriam vsque ad consumationem: nunc autem tribus vicibus percuties eam: ergo videtur, quòd nō fecit iste percussionem vsque ad consumptionem. Dicendum, quòd Ioas non percussit Syriam vsq; ad consumptionem: & tamen dixerat ei Elisęus, quòd percuteret eam vsque ad consumptionem: quia potuisset eam percutere, nisi ipse impediuisset illud. Fuit autem impedimentum, quia Ioas debuerat ꝑcutere sæpè terram, & hoc innuebat ei Elisæus: voluit autem solum ter percutere, ideo ipse se priuauit potestate ista. Et sic Elisæus quando dixit ista, putauit, quòd Ioas percuteret terram sæpe, & tunc sequeretur, quòd posset destruere terram Syriæ: & quando postea vidit, quòd solum ter percusserat, quia videbatur frustatus desiderio suo, locutus est indignans contra Ioas.

Elisæus an rationabiliter fuerit iratus contra Ioas. Quæstio XIIII.

QVAERETVR vlterius, an rationabiliter iratus fuit Elisæus contra Ioas: nam hic dicitur, ꝙ iratus est, quia cessauit percutere. Respondendum,

F quòd Elisęum iratum fuisse potest dupliciter intelligi: vno modo, quòd irasceretur, idest, doleret, quia res euenerat contra intētionem suam. Alio modo, quòd irasceretur, idest, moueretur quadam ira contra ipsum Ioas. Primo modo est sensus, ꝙ Elisæus sciebat, quòd si percuteret Ioas sępe terram, destrueret Syriam penitus, & desiderabat hoc Elisæus, quia Syri contriuerant terram Israel comminuentes illam, sicut puluerem in tritura areæ, supra in litera: nunc autem Ioas solum ter percussit terram, ex quo sequebatur, quòd nō deleret Syriam, sed solum ter eā percuteret: videns ergo hoc, quia erat contra desiderium suum, doluit, & iste dolor, vel tristitia vocatur ira: & sic intelligendo, non est dubium aliquod:

G quia nō iratus est Elisæus contra Ioas: ideo nō oportet distinguere, an rationabiliter, vel irrationabiliter iratus fuerit. Si autem accipiatur secundò modo, dicendum, quòd Elisæus iratus est rationabiliter: quia ipse dixit regi Ioas: percute iaculo terram, & innuit ei, quòd percuteret sæpe. Quòd patet, quòd non limitauit ei numerum percussionum: & tamen rex ꝑcussit ter: sed si non innuisset Elisæus ei, quòd sæpe percuteret, solum percuteret semel: quia putaret ꝑ hoc se satisfacere præcepta: & tamen percussit ter: ideo innuerat ei, quòd sæpe percuteret: nunc verò cum cessauit percutere, postquam ter tātum percussit iratus est Elisæus, quia non percusserat sæpius, ita, vt sufficeret ad delendum Syriam. Sciendum tamē,

H quod non peccauit Ioas percutiendo solum ter: quia Elisæus non iussit ei determinatè quoties percuteret, nec etiam ipse sciebat, quòd percutiendo sæpe terram sequebatur, quòd posset sæpe percutere, vel destruere Syriam. Sciendum etiam, ꝙ Deus impediuit istum Ioas percutere sæpe, quia ipse disposuerat, quòd si sæpe percuteret terram, deleret Syriam: ipse tamen non designauit, quòd Ioas deleret Syriam, vel omnino saluaret Israel: ideo mouit cor eius ad solum percutiendum ter, vt sic solum percuteret Syriam ter, & hoc facilè erat: quia cor hominis est in manu Dei, & quocunque voluerit, vertet illud, Prouerbiorum vigesimoprimo.

qa Ioas non tñ pecc... uit percu... do terr... solum ter

I *Quomodo dixit Elisæus, quòd si Ioas percussisset quinquies terram, quòd deleuisset Syriam. Quæstio XV.*

QVAERETVR vlterius, quomodo dixit Elisæus, quod quia percusserat Ioas terram ter, ꝙ ter percuteret Syriā, & si percussisset quinquies terram, ꝙ deleuisset Syriam, quia sicut se habet ter percutere terram ad ter percutere Syriam, ita se habet quinquies percutere terram ad quinquies percutere Syriam. Dici potest vno modo, quòd istud solū pēdebat ex volūtate Dei, scilicet, quòd Deus definiret, ꝙ ter percutiendo terram, ter percuteret Syriam: & tamen percutiendo quinquies terram deleret Syriā. Et tunc licet in numero taliter se habeat ter percu-

K tere ad ter percutere, sicut quinquies ad quinquies: tamen non est istud ex ordine voluntatis: quia Deus volebat, quod percutiendo terram ter solum percuteretur ter Syria: percutiendo autem terram quinquies deleretur Syria. Aliter potest dici, & melius, ꝙ Deus disposuerat, quòd quoties percuteret terram toties percuteret Syriam: & quia solum ter percussit terrā solum ter percussit Syriam: si aūt percussisset quinquies terrā, percussisset toties Syriam, & sic de septies, & decies, & quocunque numero. Dixit tamen Elisæus, quòd si percussisset terram quinquies, vel septies deleuisset Syriam: quia percussisset eam quinquies, vel septies, & in tot percussionibus deleret eam. Nunc autem quia solum ter pręualiturus erat

erat contra Syriam, non poterat eam omnino delere, & istud intendit litera.

Elisæus quare non dixit Ioas, quòd sæpè percuteret.
Quæstio X V I.

QVAERETVR vlterius, quomodo Elisæus sciens, quòd Ioas deleret terram Syriæ si multoties percuteret terram, quare nō dixit ei, quòd sæpè percuteret. Respondendum secundum quosdā, quòd Elisęus sciebat istud, & tamen non habebat à Deo licētiam dicendi illud Ioas: ideo solum dixit ei: Percute iaculo terram, & sic relinquebat eum arbitrio suo, vt percuteret, quoties vellet: ille autem motus fuit à Domino solum ad percutiendum ter. Aliter potest dici, quòd Elisæus nesciebat quoties percutiendo Syriam deleret Syriam, sed solum reuelaret ei Deus, quòd si percuteret multoties, percuteret Syriam multoties: & tamen ipse nesciebat, quoties Ioas percussurus esset: quia Deus mouet prophetas diuersimodè: aliquando enim reuelat eis aliqua misteria perfectè: aliquando autem imperfectè. Sic patet de Elia, à quo petiuit Elisæus, vt spiritus eius fieret duplex in se: & ille ait: rem difficilem postulasti, attamen erit tibi, si videris me, quando tollar à te, si autem non videris, nō erit, sup. 2. Et sic sciebat istud Elias, & tamen nesciebat an Elisæus videret eum, quando tolleretur, & consequēter nesciebat an Elisęus consequeretur spiritum duplicem, quem petebat: sic autem fuit hic. Dicēdum ergo, quòd Elisæus sciebat plenè, quòd si percuteret Ioas terram sæpe, quòd deleret Syriam, scilicet: quoties terram percuteret toties percuteret Syriam, & sic sciebat à principio, quòd si percussisset quinquies terram, quòd deleuisset Syriam: nō tamen sciebat quoties Ioas percussurus erat: ideo putauit, quòd sępè percuteret, ita vt posset delere Syriam, & cum postea solū ter percusserit terrā, miratus est Elisæus, & indignatus fuit. Sed tunc dicetur: quare non dixit Elisæus regi Ioas, quòd percuteret quinquies, vel septies terram, ita, vt posset delere Syriam. Dicēdum, quòd non ausus est Elisæus, quia hoc Deus sibi non concesserat: sed solum volebat, quòd relinqueretur Ioas arbitrio suo: nam alioquin idem erat, ac si diceretur ipsi Ioas, quòd certissimè deleturus erat Syriam, & tamen non dignabatur Deus, quòd per manum eius deleretur Syria.

Ad quid Deus reuelauerat Elisæo, quòd si Ioas percussisset quinquies, vel sexies deleuisset Syriam.
Quæstio X V I I.

QVAERETVR vlterius, quare Elisæus dixit regi Ioas, quòd si percussisset quinquies, vel sexies deleuisset Syriam, & ad quid Deus reuelauerat hoc Elisæo, cùm non profuturum esset: nam solum ter inclinaturus erat Deus ipsum Ioas ad percutiendum. Respondendum, quòd Elisæus dixit hoc præ indignatione: nam iratus est contra Ioas, vt patet in litera: ideo ad ostendendum ei, quòd errasset in percutiendo sæpius, vt ei faceret indignationem, & dolorem, dixit, quòd si percussisset quinquies deleuisset Syriam. De Deo autem dicendum, quòd ipse reuelauit hoc Elisæo ad significandum, quòd defectus liberationis non proueniebat à parte sua, sed à parte peccatorum Ioas, & Israel: nam ipse disposuerat quòd quoties percuteret terram, toties percuteret Syriam, & tamen peccata Ioas demeruerunt, vt ipse non inclinaretur à Domino ad percutiendum sępè, & propter hoc non delebat Syriam. Hoc autem

A volebat Deus significare Israelitis, vt cognoscerent se perfectè non liberari propter peccata sua, & sic dolerent. *Mortuus est.* Hic ponitur secundum huius partis, scilicet, miraculum suam mortem subsequens, & fuit istud de suscitatione mortui, & dicitur. *Mortuus est ergo Elisæus.* scilicet, plenus dierum, quia plus erat, quàm centum annorū, quando mortuus est, vt sup. declaratum est, & fuit mortuus pauco tempore, postquam prænunciauerat regi de destructione Syrię: nā ex hac ægritudine mortuus est, vt patet supra in litera. *Et sepelierunt eum.* scilicet, honorabiliter, quia erat propheta excellentior in tota terra Israel, ita, vt vocaretur pater Israel: ideo verisimile erat, quòd totus Israel funeri eius magnum ho-
B norem impenderet. Sic enim fuit de Samuele propheta, ad cuius funera totus Israel congregatus est, supra primo libro, cap. 25. Non tamen erat minoris auctoritatis Elisęus nunc quàm fuerat tempore suo Samuel. Et non dicitur locus, in quo sepultus est, qa credēdum est, quòd sepeliretur in loco, de quo erat oriundus: quia sic erat consuetudo omnium Israelitarum, quòd sepelirentur in sepulchris patrū suorum, vt patet supra 2. lib. cap. 17. & 19. Et ibi declaratum est, & etiam prophetæ habebant istam consuetudinem: Patet enim de Samuele: quia supra primo libro, cap. 25 dicitur, quòd sepultus est in domo sua in Ramatha: ibi autem erat locus originis suæ, & patris sui, & matris, supra primo libro, cap. primo, & se-
C cundo. Ibi etiam erat locus habitationis Samuelis, eodem libro, cap. 7. Patet etiam hoc de propheta illo, quem Deus misit ad prophetandum contra Ieroboam in Bethel, pręcepitque ei, ne comederet ibi: & quia trāsgressus est præceptum Domini reuelatum est alteri prophetæ, scilicet: quia inobediēs fuisti ori Domini non inferetur cadauer tuum in sepulchrū patrum tuorum, præcedenti libro, cap. 13. Et sic datum fuit ei in pœnam, quòd nō sepeliretur cum patribus suis: si tamen non esset consuetudo, ꝙ sepeliretur quilibet in sepulcrho patrum suorum non daretur alicui in pœnam, quòd non sepeliretur ibi: fit autem mentio hic, quòd Elisæus sepultus fuerit: qa infra dicēdum erat, quomodo quidā mortuus pro-
D iectus est in sepulchrum eius, & surrexit tangendo ossa Elisæi. *Latrunculi quoque de Moab venerunt in terram.* Est terra Moab confinis terræ Israel, & erant bella inter terras istas, & latrunculi aliqui egrediebātur de terra Moab ad pugnandum contra terram Israel, & prædandum, & vocantur latrunculi, quandocunque veniunt aliquę personę priuatę nomine suo potius ad prædandum, quàm ad bellandum. Cū verò veniunt aliqui ex decreto regni, & nomine totius gentis ad pugnandum contra hostes, non vocantur latrūculi, sed pugnatores, vel exercitus, vt declaratum est supra 6. In Hebræo vocantur turbæ isti latrunculi, & idem est: quia erant quædam turbæ hostiles ordinatæ ad prædandum: Litera autem nostra
E voluit magis exprimere conditionem istorum, vocans eos latrunculos: & ponitur de istis latrunculis, quia ipsi prębuerunt occasionem miraculo, scilicet, quia propter timorem illorum proiectum est cadauer in sepulchrum Elisæi, & suscitatus est homo, tāgens ossa Elisęi: & si latrunculi non venissent, non sepultum fuisset cadauer illud in sepulchro Elisæi. Et consequenter non fuisset suscitatus homo. *In ipso anno.* scilicet, anno, quo mortuus est Elisæus: In Hebræo dicitur. *In reditu anni.* Et idem est, scilicet, redeunte anno post mortem Elisæi factum est hoc, & sic fuit in fine ipsius anni, in quo mortuus est Elisæus. Hebręi autem intelligunt reditum anni principium veris, scilicet, in Martio: quia tūc incipit an-

Consuetudo antiquorum, ꝙ sepeliebantur in sepulchro patrū suorum.

nus secundum Hebræos, & tunc iam sunt messes in terra illa pro iumentis, & est tempus conueniẽs ad bellum, simile patet supra 2. libro, cap. 11. scilicet, factum est vertente anno eo tempore, quo solent reges ad bella procedere. *Quidam autem sepelientes hominem.* Idest, volentes sepelire: nam nondũ sepelierant, nec fecerant ei sepulchrum: quia alioquin non proiecissent cadauer eius in sepulchrum Elisæi, sed erãt tunc in agro habentes cadauer, & quia non erat factum sepulchrum, posuerunt cadauer præ timore in alio sepulchro. *Viderunt latrunculos.* scilicet, viderũt Moabitas illos venientes contra se. *Et proiecerunt cadauer in sepulchro Elisæi.* Intelligendum est, quòd hoc fuit in vrbe Abelmeula, quia de illa erat Elisæus, vt patet præcedenti libro, cap. 19. Et tamen in vrbe sua sepultus est, vt supra declaratum est. *Quod vt tetigit ossa Elisæi reuixit homo.* Ad primum tactum reuixit, & sic mortuus mortuũ suscitauit, in quo apparet magnitudo meriti Elisæi. *Et stetit super pedes suos.* scilicet, surrexit illico in sepulchro: quia non solum suscitatus est, sed etiam perfectè sanitati redditus est, & potuit stare super pedes suos, & ambulare.

Resuscitatio mortui, quia tetigit ossa Elisæi.

Quare proiecerunt cadauer in sepulchrum Elisęi, & suscitatus est homo tangendo ossa. Quæstio XVIII.

QVAERETVR, quare isti sepelientes hominem proiecerunt cadauer eius in sepulchrum Elisæi. Aliquis dicet, quòd hoc fecerunt, vt suscitaretur mortuus: sciebant enim Elisæum virum fuisse magnæ virtutis, & crediderunt, quòd si tangeret iste mortuus ossa Elisęi suscitaretur: hoc autem erat eis verisimile: quia Elisæus suscitauerat iam vnum mortuum, scilicet, filium sunamitis, supra 4 & 8. Sic ergo poterat nunc suscitare mortuum istum. Sed dicendum, quòd non stat: Primò, quia litera ponit, ꝙ non fecerint ad istam intentionem dicens, quòd venerunt latrunculi de terra Moab in Israel, & sepeliẽtes hominem, videntes eos proiecerunt cadauer in sepulchrum Elisęi: & sic videtur, quòd solum fecerint propter latrunculos, scilicet, propter timorem ipsorum. Secundò patet hoc: quia Israelitæ nõ crederent, quòd Elisæus, postquam esset mortuus suscitaret hominem: quia videbant, quòd prophetę orationibus suis impetrabant suscitationem mortuorum, vt patet de Elia, qui ter orauit pro filio Sareptanæ, & ter incubuit super ipsum ad suscitandum eum: præcedenti libro, cap. 17. Sic etiam ipse Elisæus, quando suscitauit filium sunamitis, incubuit super ipsum bis, & orauit bis ad suscitandum eum, supra 4. Nunc autem mortuus non oraret, vel saltẽ ipsi nesciebant, an oraret: ideo non ponerent cadauer in sepulchro eius ad suscitandum. Tertiò patet, quia si credidissent Israelitæ, quòd Elisæus mortuus posset aliquem suscitare, iam tentauissent alios mortuos ponere in sepulchro eius, vt suscitarentur: nunquam tamen hoc tentauerant: ideo nec etiam nunc ad istum finem fecerunt. Quartò patet: quia timerent isti Israelitæ ponere cadauer aliquod in sepulchro Elisæi: nam putarent se per hoc peccare, cum in sepulchro viri sanctissimi ponerent ossa alicuius alterius. Ideo videtur, quòd fecerint propter necessitatem: & sic dicendum est, quòd propter timorem latrunculorum superuenientium isti sepelientes hominem proiecerunt illum in sepulchrum Elisęi. Sed tunc potest dici dupliciter: vno modo, quòd non potuerunt isti sepeliẽtes hominem explere officium funeris prius, quàm venirent latrunculi, ideo oportebat, quòd dimitterent cadauer insepultum, & tunc timebant, quòd latrunculi exercerent in eo

F aliqua ignominiosa: ideo, vt defenderetur ab his, posuerunt illud in sepulchro Elisæi credentes qđ propter virtutem Elisæi nõ possent hostes nocere illi cadaueri, quod fieret, si poneretur in aliquo alio sepulchro. Alio modo potest dici, quòd isti sepeliẽtes hominem non habuerunt tempus explendi funera, & vt non maneret cadauer inhumatum posuerunt illud in sepulchro Elisæi, quod propinquum erat. Primum non est verisimile: quia in quocunque sepulchro poneretur cadauer illud, non erat verisimile, quòd latrunculi vellẽt exercere aliquid mali in eo: quia tunc eodem modo facerent in omnibus sepulchris euertendo illa, & effodiendo. Etiam non est verisimile: quia nullam vtilitatem consecuturi erant

G hostes faciendo ista contra mortuos, ideo non facerent. Sed dicendum, quòd fecerunt secundo modo, & hoc fuit propter duo. Primum, quia sepelientes hominem viderunt latrũculos de propinquo, & nolentes relinquere cadauer insepultum, voluerunt sepelire illud in sepulchro propinquiori, quod inuenirent magis dispositum ad proijciendum intus, & quia sic fuit sepulchrum Elisęi proiecerunt cadauer in illud. Secundum fuit voluntas Dei inclinans istos ad sic faciendum, quia volebat Deus, quòd suscitaretur iste mortuus ad commendationem potẽtiæ suæ, & ostensionem sanctitatis Elisæi: ideo inclinauit istos sepelientes, vt potius cadauer ponerẽt in sepulchro Elisæi, quàm in aliquo alio, & sic suscitaretur. Sciẽ-

H dum tamen, quòd postea, quanquam ponerẽtur aliqui mortui in sepulchro Elisæi, nullus eorum suscitatus est: quia aliàs omnes mortui Israel ponerentur in sepulchro Elisæi: etiam si aliquis alius postea suscitatus fuisset scriptura quoque expressisset de illo, sicut de isto expressit, & tamẽ de nullo alio dixit. Sciendum autem, quòd Iosephus 9. Antiquitatum dicit, quòd iste, qui sepultus est in sepulchro Elisæi, fuit occisus latronibus, & ipsi sepelierunt eum in sepulchro Elisæi: litera tñ non consonat: quia vult, ꝙ videntes latrunculos illi, qui sepeliebant mortuum, proiecerunt eum in sepulchrum Elisæi.

Quare iste suscitatus est tangendo ossa Elisæi. Quęstio XIX.

I QVAERETVR vlterius, quare iste nunc suscitatus est tangendo ossa Elisæi. Dicẽdum, ꝙ causa pręcipua, propter quam Deus fecit, fortè non est nobis cognita, & tñ videntur esse duæ causæ. Prima ad ostendendũ sanctitatem Elisæi: nam nullus alius tetigit vnquam ossa Elisæi post mortẽ, nisi cadauer istud: ideo in eo ostensa est virtus Dei, vt suscitaretur, & in nullo alio poterat ostendi: quia nullus præter hunc tetigit ossa Elisęi: Secũdum fuit ꝑꝑ ipsos Israelitas ad certificandum eos de prophetia Elisæi, quia prædixerat Elisęus, ꝙ rex Ioas ter pugnaret cõtra Syriam, & præualeret, & illico mortuus est: putarent

K Israelitæ, ꝙ fortè hoc euenturũ non erat: quia nondum viderant illud euenire, nec videbantur ipsi dispositi ad hoc, vt possent præualere contra Syriam, & sic diffiderent de verbis Elisæi, & anxiarentur. Voluit ergo Deus ostẽdere sanctitatem Elisęi post mortem ad hoc, quòd prophetiæ suę firmæ manerent: ideo dedit ei istam famam, ꝙ ad tactum ossium suorum suscitaretur mortuus, & tunc Israelitæ confortati certissimè sperarent euenturum, quod prædixerat Elisęus, & hoc patet: qa dicitur, ꝙ in ipso anno, in quo mortuus est Elisęus, accidit hoc, & tũc nondum Ioas rex Israel pręualuerat contra Syriam, & sic confirmaretur prophetia Elisæi, vt crederetur certissimè euenturum, quod prædixerat.

Quomodo

Quomodo tam cito proiecerunt cadauer illud in sepulchrum Elisæi, & qualia erant sepulchra apud hebræos antiquitus. *Quæst. XIX.*

QVAERETVR vlterius, quo sepelientes hominem proiecerunt cadauer eius in sepulchrū Elisæi, vt cito facerent, & fugerent à facie latrunculorum: nam tantum morarentur effodiendo sepulchrum Elisæi ad sepeliendum ibi mortuum, sicut faciendo sepulchrum de nouo pro ipso cadauere.

Dicendum est, quòd ad sepeliendū cadauer istud in sepulchro Elisæi nihil morari debuerunt, ideo posuerunt ibi: erat enim fortassis sepulchrum apertum, vel poterat facillimè aperiri, nec oportebat aliquam terram effodi ad sepeliendum ibi cadauer nouum: nam non dicitur, quòd sepulchrum effoderunt, vel in illo cadauer sepelierunt, sed, quòd proiecerunt illud intus. Ex quo innuitur, quòd sepulchrum istud erat vacuum: non enim habebat terram interius, quam oporteret effodi, sicut sepulchra vulgi, sed erat aliquid magnū, & vacuū, cuius introitu aperto poterat intus quidquam proici. Hoc autem apparet ex modis sepulchrorum terræ Chanaan: nam ibi effodiūtur sepulchra magna, quæ sunt ad modum domorum subterranearum, ita vt possint homines intrare illùc, & capiantur ibi multi, & intra illas ponuntur cadauera, & habet tale sepulchrum ostium quod lapidibus clauditur, & ablatis lapidibus denuo alia cadauera intus mittuntur: Sic patet de sepulchro Domini nostri: nam illud fuit ad modum domus magnę cum dicatur, ꝙ Petrus, & Ioannes introierunt in monumentum, & etiam duo angeli erant ibi, & Maria Magdalenæ introiuit illùc, vt patet Ioann. 20. Quòd autem ista monumēta haberēt ostia, quæ clauderentur lapidibus, patet: qa ad ostium monumenti Christi positus fuit lapis magnus: vnde mulieres euntes ad vngēdū eū dixerūt. Quis reuoluit nobis lapidē ab ostio monumenti? erat quippe magnus valde: Mar. vlt. Et tñ licet illę tres mulieres non possent reuoluere, possent quatuor, vel quinq; viri reuoluere. Et sic esset in sepulchro Elisæi: quia cum multi irent ad sepeliēdū cadauer illud, poterāt cito tollere lapidē de ostio monumenti, & proicere cadauer intus, & deinde reducere lapidem ad ostiū, & ad hoc nō requirebatur aliqualis mora. Qđ aūt sepulchrū Elisæi esset sic factū, patet: qa sepulchrum Christi fuit factum sic, vt dictum est: qa erat sepulchrū viri magni. s. cuiusdā Principis Iudæorū: nā Ioseph de Arimatia ciuitate, qui erat nobilis Decurio, dedit sepulchrū suū nouū, vt sepeliretꝰ in eo Christus. Mar. 15. & Luc. 23. & sic esset sepulchrū istud excellens, cū esset vnius principis Iudæorū. Elisæus aūt habuit sepulchrum preciosum, vt ait Iosephus 9. Antiquitatum. s. Miracula nanq;, & inopinabilia opera per suas ꝓphetias ostēdit, & apud hebræos memoriam clarā, & magnificā sepulturā habere ꝓmeruit, & qualē viro ita religioso decebat impēdi. Causa aūt quare inter Hebræos fiebant talia sepulchra, erat: quia sepeliebantur hebræi ĩ sepulchris maiorū suorū. s. oēs de eadē cognatione sepeliebanꝫ in eodē sepulchro, vt declaratum est sup. lib. c. 17. & vt caperentur multa ossa in eodē sepulchro fiebant sepulchra magna, & sic erant pauca sepulchra: & tamen vt communiter erāt magna.

Christi sepulchrum illud fuit ad modum domus magnæ.

Iste suscitatus quomodo postea se habuit, & quanto tempore vixit. *Quęstio XX.*

QVAERETVR vlterius de isto, qui suscitatus est qualiter postea se habuerit.

A Dicunt hebrei quidam, quòd illico mortuus est. s. ꝙ cum proiectus est in sepulchrum Elisæi, & tetigit ossa eius, surrexit, & stetit super pedes suos: & tamen illicò cecidit mortuus, vt prius. Sed dicēdum, quòd hoc non est verisimile: quia Deus faciebat illud ad ostensionem potentiæ suæ, & ad gloriam Elisæi: & tamen si illico surgens corrueret mortuus, non esset aliqua ostensio potestatis Dei, nec gloria Elisæi: quia istud erat opus imperfectum, & non reputaretur miraculum. Secundò patet: quia Deus nunquā facit aliquid frustra, potissimè quando operatur supernaturaliter: nam operatio naturæ nō est frustra, vt patet primo cęli: Deus, & natura nihil faciūt frustra: operatio tamen supernaturalis ꝑfectior est operatione naturali, ideo debet esse magis regulata, sed B contra agens rationis est agere non intento aliquo fine, sic tamen erat si suscitaretur iste homo quasi ꝑ instans, & illico corrueret mortuus: quia istud ad nihil proficiebat, ideo nullo modo est credendum, ꝙ sic fuerat. Sed ꝙ iste homo surrexit, & plene sanatus est, & vixit postea aliquanto tempore. Tertiò patet, quia darentur hic duo miracula superuacua. Primū erat, ꝙ suscitareꝫ iste homo, secundum, ꝙ occidereꝫ supernaturaliter. Patet, ꝙ vtrunq; sit necessariū: qa postquam iste homo suscitaretur poterat naturaliter viuere. & ad hoc, ꝙ continuaretur vita sua non erat necessarium aliquod miraculum, sicut cum anima infunditur corpori organizato supernaturaliter infunditur: & tamen dat vitam naturaliter, & C continuat eā: ita ergo nunc reunita anima corpori virili à fortiori posset viuere, quàm cum nouiter infundiꝫ fętui formato, hoc tamen est omnino irrationabile, ꝙ Deus faceret subito duo miracula, & vnum esset ad destruēdū aliud, & ambo essent inutilia omnino, ideo oportet, ꝙ postea vixerit. Quartò patet: quia Deus nunquam occidit aliquē, supernaturaliter infligendo mortē, nisi propter aliqua grauia peccata, cū extrema pęna à Deo data sit mors: & tamen iste non peccauit, ita vt mereretur mortem, vel aliq̃ pęnā: quia si anteq̃ moreretꝰ prima vice peccauerat, iam cessabat punitio, quæ debebat ei dari in vita pręsenti pro peccatis, cū iam cessauisset viuere: D ideo si postq̃ suscitatus est, Deus debebat ei inferre mortem supernaturaliter, oportebat, ꝙ peccauisset postq̃ suscitaretur, ita vt mereretꝰ mortem, & tñ isti volunt, ꝙ illico, vt reuixit, corruit mortuus: ideo nō poterat tunc peccare ad hoc, quòd illicò occideretur: immo vt probatum est præced. lib. ca. 17. & sup. 4. omnes, qui suscitati sunt postea sanctissimè vixerunt, & adepti sunt maiorem beatitudinem, quàm aliàs assecuturi erant: nō ergo peccaret iste tam grauiter cōtra Deum, vt deberet occidi maximè, quòd immediate peccaret, vt suscitaretur.

Opin. hebræorum.

Dicendum igitur, ꝙ iste homo suscitatus postea magno tempore vixerit, & fuit sanior, & perfectior in operationibus naturalibus, quàm fuisset anteq̃ E moraretur. Patet hoc, quia omnia, quæ supernaturaliter fiūt ꝑfectiora sunt eis quæ naturaliter causanꝫ, sicut patet de illo vino, quod Christus fecit de aqua, quia nunquam tale vinum visum est, vnde miratus est architiclinus vnde tale vinum haberi potuisset: Ioann. 2. De hoc declaratum est supra 2. Motiuum autem Iudæorum est: qa dicitur hic, ꝙ reuixit homo, & stetit sup pedes suos q d. ꝙ nihil aliud fecit, nisi, quòd stetit super pedes suos, & sic illicò mortuus est. Secūdum est: quia de isto homine nihil vltra legiꝫ, ideo credunt, ꝙ illicò mortuus fuerit. Sed ista motiua sunt irrationabilia. De primo patet, qa scriptura est artificiosè tradita, cū sit scripta ꝑ viros prudentissimos inspiratos à Deo, ideo solū exprimit ea,

quæ sunt necessaria: nunc autem ad istud miraculū solum requirebatur, quòd homo mortuus reuiuisceret: quia istud erat purè supernaturale, quòd autem postea aliquanto tēpore viueret, naturale erat, scriptura ergo solum voluit exprimere id, qđ erat supernaturale, ideo ait, quòd reuixit homo, & stetit super pedes suos reliqua autem subintelliguntur. Secundum motiuum non stat: quia dato, quòd scriptura nōn enarret, non sequitur, nec est aliqua similitudo, quòd non fuerit, cum scriptura non omnia narret, quæ gesta sunt: potissimè quia vita istius hominis postquam suscitatus est, erat aliquid, quod nō pertinebat ad intentionem scripturæ.

Item dato hoc, sequeretur absurdum, scilicet, ꝙ quando aliquis suscitatus est, de cuius suscitatione dicitur in scriptura, si non fiat mentio de vita eius postea, quòd intelligatur esse mortuus: quia tunc ferè de omnibus, de quibus in scriptura dicitur, quòd suscitati sunt, deberemus dicere, quòd statim mortui sunt. Item hoc est contra positionem ipsorum hebræorum: quia ipsi dicunt, quòd filius mulieris Sareptanæ suscitatus ab Elia fuit Ionas propheta, & dicunt, quòd ipse fuit, qui vnxit Iehu in regem, sup. 9. & prædixit ei de regno suo vsque ad quartam generationem sup. 10. & tamen de illo puero nihil legitur, nisi quòd suscitatus fuerit.

Quis modus suscitandi fuit perfectior, an in testamento nouo, vel veteri. Et de differentia miraculorum factorum à viris vtriusque testamenti. Quæstio XXI.

QVAERETVR vlterius de ista suscitatione mortui, an fuerit perfectior modus suscitandi iste, quàm ille, quem habuerunt apostoli, vel alij sancti in nouo testamento.

Aliquis dicet, quòd fuerit perfectior: quia Eliseus suscitauit nunc hominem, cùm esset mortuus; & tamen apostoli, & alij viri sancti suscitabant homines, cum ipsi viuerent. Respondendum hic esse presupponendum vnam suscitationem mortui nō esse miraculosiorem alia: quia vnum miraculum non potest esse maius alio, vt probatum est sup. 4. potest tamen modus faciendi miraculū esse excellentior, I vt pote quando fit miraculum cum paucioribus cęremonijs erit modus perfectior faciendi: vt pote de suscitatione mortui: nam antiqui prophetę. s. Elias, & Elisæus ad hoc, quòd aliquem suscitarēt præmittebant multas cęremonias: nam orabant pro ipso suscitando, & incumbebant super eū ad calefaciendum carnem eius. Patet de Elia præced. lib. capit. 17. & de Elisæo sup. 4. Et non solum orabant pro hoc, sed etiam sæpè incumbebant: nam Elisæus bis orauit sup. 4. & bis incubuit sup puerum: Elias verò ter orauit, & ter incubuit ad calefaciendum carnē pueri: præcedenti lib. cap. 17. Apostoli autem ad suscitādum mortuos, vel faciendum alia miracula non in- K cumbebant super mortuos, vt patet de beato Petro, qui suscitauit mulierē quandam nomine Dorcas: & tamen nihil tale fecit circa eam, sed solū orauit, & suscitauit eam: Act. 9. sic etiam quando sanauit hominem claudum à natiuitate solum dixit ei: in nomine Iehu Nazareni surge, & ambula: Act. 3. Christus autem habebat modum excellentiorē ad hoc: quia ad suscitandum mortuos non orabat, sed solum iubebat, quòd surgerent: vt patet de adolescēte, quem suscitauit in vrbe Naim: nam dixit ei solū: Adolescens tibi dico, surge. Lucę. 7. sic etiam fuit de filia archisinagogi, quàm suscitauit, & dixit ei: Puella tibi dico, surge. Lucę. 8. Vnde mirabantur Iudæi, quòd Christus sic sanaret ęgrotos, & mortuos: quia

F non faciebant sic prophetæ sui, sed ipse erat docens quasi potestatem habens: sic patet Lucę. 4. scilicet: & stupebant in doctrina eius: quia in potestate erat sermo ipsius: & quātum ad hoc erant tres gradus ī perfectione miraculi: imperfectissimus erat in sanctis patribus veteris testamenti, qui per multas cęremonias hoc faciebant: perfectior autem erat in apostolis, & viris noui testamenti, qui paucas cęremonias obseruabant: perfectissimus autem erat in Christo, qui nullas obseruabat, sed solum iubebat.

Nunc autem hoc præsupposito aliquis dicet, ꝙ ista suscitatio facta per Elisæū fuit perfectior alijs, quas faciebant Apostoli, & viri noui testamenti: nā illi saltem præmittebant aliquam orationem: & tamen Elisæus nullam hic præmisit, cum iam mor- G tuus esset. Dicendum, quòd perfectior modus suscitandi erat in apostolis, & viris euangelicis, quā in prophetis antiquis, nec est admirandum de hoc, ꝙ Elisæus mortuus suscitauerit mortuum: quia aut considerantur miracula, quæ faciebant patres noui, & veteris testamenti, dum erant viuentes, aut postquam erant mortui: si primo modo: maiores erant in operatione miraculorum patres noui testamenti, quàm patres veteris testamenti: quia patres veteris testamenti nunquam suscitauerūt aliquem mortuum, nisi sępe orando super ipsum, & calefaciendo carnem eius: & tamen in nouo testamento nihil tale fuit: patet hoc de Elia, & Elisæo, qui suscitaue- H runt mortuos præcedenti lib. cap. 17. & sup. 4. & faciebant ista, & sic excedebant patres noui testamenti illos in duobus. Primò, quia nunquam calefaciebant carnem mortui incubando super eum, sicut faciebant illi, sed solum orabant, vt patet de beato Petro Actuum. 9. qui suscitauit Dorcadem.

Pres noui testamēti maiores erāt ī operatione miraculorū, q̃ veteris testamenti.

Secundum erat, quia patres veteris testamenti semel orando non exaudiebantur ad suscitandū mortuum, sed oportebat eos pluries orare: sic patet de Elia, qui ter orauit præcedenti li. c. 17. sic ēt patet de Elisæo, qui orauit bis sup. 4. & tū apostoli semel orādo audiebātur, sicut patet in suscitatione Dorcadis p beatū Petrū Act. 9. Nā dicitur, ꝙ orauit, & dixit: Tabitha tibi dico; surge: & illico surrexit, immo interdū non orabāt, sed solum expresso nomine Dñi sanabāt infirmos, vt patet de sanatione claudi à natiuitate per beatū Petrū: nā solū dixit ei: In noīe Iesu Nazareni surge, & ambula: Act. 3. Si aūt considerent miracula, quę fecerunt sancti patres noui, & veteris testamenti post mortē, maiora fuerunt miracula, quæ fecerunt patres noui testamenti: nam hic iste mortuus suscitatus est, cum tetigisset ossa Elisæi, vt patet hic: & tū in nouo testamento multoties aliqui mortui ponebantur super sepulchra sanctorū, & nō tangendo ossa ipsorū suscitabantur: sępe etiā aliqui mortui non ducti ad sepulchra sanctorū, sed præcibus fusis ad eos per aliquos viros amicos suscitati sunt. De his multa exēpla patent in legēdis san- K ctorum. Itē patet, ꝙ alia maiora miracula fecerit beatus Petrus, q̃ nūc fecit Elisæus: qa licet mortuus esset Elisæus, tū poterat orare pro suscitatione istius mortui: qa non est dubiū viros sanctos orare in alio sęculo pro nobis: & tū beatus Petrus viuens, & non orans, nec tangēs, nec intēdens sanare sanabat ęgrotos, cū solū vmbra eius tangeret illos, vt patet Act. 5. Nam ponebantur ęgroti in grabatis per vicos, & plateas, vt transeūte beato Petro, vmbra eius obumbraret eos, & sanarentur. Non poterat autem esse maius miraculum: quia ibi manifestum est, quòd beatus Petrus non orabat pro eis, nec intēdebat eos sanare: quia multi ponebantur, quos ipse non videbat, vel ad quos non aspiciebat, & sanabantur. Dicen-

Mira[illegible] petri [illegible] runt ma[illegible] ma [illegible] miracu[illegible] aliorum

Dicēdum ergo generaliter, quòd perfectior modus ſuſcitandi mortuos, & faciendi omnia alia miracula fuit in viris noui teſtamenti, quàm in prophetis veteris teſtamenti. Ad rationem in contrarium dicendum, quòd falſum pręſupponit: quia etiam in nouo teſtamento ſuſcitati ſunt multi ſine oratione, ſed ſolum ab ipſis mortuis, vt ſupra dictum eſt.

Igitur Hazael rex Syriæ afflixit Iſrael cunctis diebus Ioachaz. Finitis miraculis Eliſæi redit ſcriptura ad continuationem hiſtoriæ regum Iſrael, & poſita fuit ſupra prophetia Eliſęi. Hic autem ponitur completio eius: nam dicebatur in ea, quòd Ioas ter percuteret Syriam: ideo ponitur hic de illa percuſſione facta p̄ Ioas, & ad hoc præponitur, quomodo viuente patre eius Ioachaz fuerit valde afflictus Iſrael, vt poſtea ſequatur, quomodo facta eſt liberatio per filiū eius Ioas. Et dicitur, ꝙ omnibus diebus Ioachaz afflixit rex Syriæ terram Iſrael. Ex quo patet, ꝙ non fuit ipſe Ioachaz ſaluator, quem Deus dedit Iſraeli. Etiam patet, quòd non fuit angelus ſaluator Iſrael tempore Ioachaz: nam tunc non fuiſſet afflictus Iſrael omnibus diebus Ioachaz per regem Syriæ. *Et miſertus eſt Dominus eorum*, ſcilicet, tantum fuerant Iſraelitæ afflicti, quòd miſeria eorum erat digna miſericordia, & Deus miſertus eſt. *Et reuerſus eſt ad eos*, ſcilicet, ad liberandum illos: Deus enim non poteſt ab aliquo recedere, nec ad ipſum venire, cum vbiq; ſit: dicitur tamen ab aliquo recedere, quādo incipit eū habere exoſum, & non benefacit ei, ſicut homo nō libenter aſpicit inimicum ſuum; dicitur autem reuerti ad aliquem, quando poſt iram incipit eum habere ſibi gratum, & benefacere ei, & ita fuit nunc. In hebræo dicitur. *Et propitiatus eſt eis.* Sed idem eſt, quia reuerti nihil eſt niſi redire in gratia, & iſtud eſt propitiari. *Propter pactum ſuum, quod habebat cum Abraham, Iſaac, & Iacob.* i. non miſertus fuit eis propter merita ſua, ſed propter pactum, quod habebat cum Abraham, Iſaac, & Iacob: quia cum iſtis fecerat pactum de benedicendo ſemini eorum. Gene. 12. 22. & in multis locis. Ideo quando antiqui ſancti orabant, vt Deus propitiaretur peccatis Iſraelitarum, exprimebant pactum, quod Deus fecerat cum Abraham, Iſaac, & Iacob: ſic patet Exo. 32. cum oraret Moyſes ne De⁹ deleret Iſraelitas pro peccato vituli, ait: placabilis eſto ſuper nequitia populi tui, recordare Abraham, & Iſaac, & Iſrael ſeruorum tuorum, quibus iuraſti per temetipſum, dicens: multiplicabo ſemen veſtrum ſicut ſtellas cęli. Et ēt Deus quando dicebat ſe miſerturum Iſraelitis poſt peccata, dicebat, quòd hoc faceret propter pactum, quod habebat cum iſtis: vt patet Leuit. vlti. ſ. & tunc orabunt pro impietatibus ſuis, & recordabor fœderis mei, quod pepigi cum Iſaac, & Iacob, & Abraham: ſic autem dicitur hic, & ſequenti cap. & non ſolum hoc, ſed etiam Deus omnia bona, quæ faciebat Iſraelitis, faciebat propter Abraham, Iſaac, & Iacob: Deuter. 8. ſ. Ne diceres in corde tuo: fortitudo mea, & robur manus meæ hæc omnia mihi præſtiterūt, ſed recorderis Domini Dei tui, ꝙ ipſe tibi vires prębuerit, vt impleret pactum ſuum, ſuper quo iurauit patribus tuis. *Et noluit diſperdere eos, nec proijcere penitus.* Diſperdere eſt omnino deſtruere; proijcere eſt nullam curam habere, & hoc non faciebat Deus Iſraelitis: quia licet peccarent, & affligeret eos grauiter, tamen non deſtruebat eos omnino: etiam non deſerebat eos à cura ſua, ſed adhuc curam agebat illorū, mittens ad eos prophetas, vt conuerterentur, & cōtinuauit hoc vſque ad diem, quo captiui ducti ſunt in terram Aſſyriorum, inf. 17. Etiam dabat eis liberatores à periculis ſicut nūc datus eſt Ioas, qui partim

A liberaret Iſrael de manu Syriæ, & poſtea datus eſt Ieroboam filius eius, qui totaliter liberauit Iſrael: ſequenti cap. *Vſque in præſens tempus*, ideſt, vſque ad tempus, quo ſcriptus fuit liber iſte per Ieremiam.

An tempore Ieremiæ Deus proiecerat penitus Iſrael. Queſtio XXII.

QVAERETVR, quō eſt verum, ꝙ Deus non proiecerit penitus Iſrael vſq; ad tempus, quo ſcriptus fuit iſte liber: quia fuit ſcriptus per Ieremiā, qui fuit tp̄e captiuitatis Babylonicę: vt patet Iere. 1. & tamen iam ducti fuerant Iſraelitæ in terram Syriæ per multa tempora: nam viuente Ezechia rege B Iudæ in principio regni eius. ſ. in ſexto anno, tranſlati ſunt Iſraelitæ in Syriam, infra. 18. & ſic iam Deus proiecerat eos omnino, & tradiderat in perpetuam captiuitatem. Reſpōderi poteſt dupliciter: vno modo, ꝙ hic dicit, ꝙ Deus noluit diſperdere Iſrael vſq; ad tempus Ieremiæ, nec etiā poſtea diſperdidit: nā quanquam ducti fuerint in captiuitatem, tamen nō diſperditi ſunt: quia tunc deleuiſſet Deus omnes illos nullum relinquens, ſicut deleuit quinque vrbes Sodomorum, non relinquens de eis ſuperſtitem. Gene. 19. & tamen in captiuitate, in qua multiplicati ſunt ſicut alię gētes. Etiam non proiecit eos Deus, quia habet curam illorum faciēs oriri ſolem ſuum ſuper illos, & pluens ſuper eos: quia Deus cum miC ſericors ſit facit ſolem ſuum oriri ſup bonos, & malos, & pluit ſuper iuſtos, & iniuſtos. Matth. 5. & iſtam curam generalem habet nūc Deus de eis: quia ſunt filij Abrahæ, alioquin ſecundum magnitudinē peccatorum ſuorum omnino deleuiſſet illos. Aliter poteſt reſponderi, ꝙ Deus non proiecit Iſraelitas vſq; ad tēpus, quo ſcriptus fuit iſte liber accipiendo Iſraelitas pro oībus filijs Iacob, & tūc verū eſt: quia ſaltem quantum ad duas tribus. ſ. Iuda, & Beniamin nondum Deus abſtulerat miſericordiam ſuam ab eis: quia adhuc manebant in terra, quāquam decem tribus ductæ fuiſſent in Aſſyrios. Sed obijcietur: q̄a Deus tranſtulerat Iudā, & Beniamin in Babylonē, quando iſte liber ſcriptus eſt: quia in eo fit mētio de D tranſmigratione Babylonis, inf. 24. & 25. Dicendū, ꝙ benè poteſt eſſe, ꝙ iſta pars libri ſcripta eſſet antequam transferrentur duæ tribus in Babylonem, cū infr. de hoc ſcribatur, & ſic eſſet verum, quòd vſque ad præſens tempus, ideſt, vſque ad diem, quo ſcripſit iſtud Ieremias Deus miſerebatur Iſraelitis, ſed poſtea ſecuta eſt captiuitas Babylonis.

Dicendum tamen veriſimilius eſſe, quòd fuerit iſtud ſcriptum poſt captiuitatem Babylonis, ſcilicet, quòd Ieremias illud ſcripſerit, quando erat in Aegypto cum alijs Iudæis, qui illùc iuerant: & tamē tunc dicetur, quòd Deus nondum proiecerat Iſraelitas, quanquam ducti eſſent in Babylonem: quia nō fuit inflicta iſta captiuitas eis, ita vt ibi manerēt ſemE per, ſed ſolum fuerūt taxati ſeptuaginta anni: nam Ieremias prædixit Iuda, & Beniamin, quòd ſeptuaginta annis captiuarentur in Babylone: Ierem. vigeſimoquinto: ideo cum eſſet pęna temporalis, non dicebantur proiecti à Dn̄o, nec diſperditi. *Mortuus eſt aūt Hazael rex Syriæ.* Iſte Hazael fuit, qui nimis afflixit Iſraelitas tempore Iehu, & Ioachaz filij eius, vt patet ſup. decimo, & ſupra in litera. *Et regnauit Benadad filius eius pro eo.* Iſte eſt alius Benadad illo, de quo dicitur ſupra octauo. Non eſt autem intelligēdum, quòd cœperit regnare Benadad in Syria, regnante Ioas in Iſrael, ſecundum quòd videtur colligi ex litera iſta: quia Benadad, & Hazael fuerūt in Syria, dū regnaret Ioachaz in Iſrael, vt colligit̄ ſup in litera ſ.

Et tradidit eos in manu Hazael regis Syriæ, & ĩ manu Benadad filij eius cunctis diebus, & tamen tempore Ioas non erant Israelitæ sub potestate Syrorum: quia ipse liberauit eos, sed solum oppressi sunt tempore Ioachaz: ergo regnauerat aliquanto tempore Benadad tempore Ioachaz, ita vt posset ipse premere Israelitas. Item patet, quia dicitur, quòd tradidit eos in manu Azael regis Syriæ, & in manu Benadad filij eius cunctis diebus, & tunc aut referrẽtur illi dies ad Benadad, & Hazael, aut ad Ioachaz. Primo modo non stat: quia tunc oĩbus diebus Benadad Israelitæ fuissent sub manibus Syrorum, & tamen falsum est: quia Ioas pugnauit cõtra Benadad, & abstulit de manu eius ciuitates, quas acceperat ipse, & pater eius de terra Israel: ergo oportet, ꝙ referat ad Ioachaz. s. ꝙ omnibus diebus eius traditi fuerint Israelitę in manu Hazael, & Benadad filij sui: ergo aliquo tempore Ioachaz regnauit Benadad: litera tamen mutat ordinem: quia prius dixit de regno Ioas, quàm de morte Hazaelis. Et tamen non est argumentum conueniens ex ordine literæ: quia supra dicitur de regno Ieroboam, qui fuit nepos Ioachaz & nunc dicitur aliquid de regno Ioachaz: istud autẽ procedit ex repetitione eiusdem rei: quia supra dixerat de regno, & morte Ioachaz: nunc autem dicitur iterum de regno Ioachaz. *Porro Ioas filius Ioachaz tulit vrbes de manu Benadad filij Hazael.* Iste Ioas pugnauit contra Syriam regnãte Benadad filio Hazael in Syria, & ter prævaluit contra ipsum, accepitq; de manu eius multas vrbes, quas tulerat de manu Ioachaz patris sui iure prælij. i. abstulit Ioas in vrbes, quas tenebat Syria de terra Israel, quas acceperat Hazael de manu Ioachaz, & potest referri ad vtrunque. s. ad Hazael, vel Benadad: quia vterque eorum regnauit tempore Ioachaz, & accepit de manu eius vrbes. Vel potest intelligi de vtroq; simul, & dr̃: iure prælij. s. qa præliandò captæ sunt oẽs istæ vrbes de terra Israel, cùm non posset Ioachaz resistere regibus Syriæ. *Tribus vicibus percussit eum Ioas*, scilicet, ter pugnauit Ioas contra Benadad, & ter vicit eũ, sicut Elisęus prædixerat. *Et reddidit ciuitates Israeli*, idest, restituit in possessionem Israelitarum.

F Benadad, de quo supra 8. & tempore patris sui, præcedenti lib. ca. 20. vnde dixit ille Benadad ad Achab regẽ Israel: ciuitates, quas tulit pater meus à patre tuo, reddam, & etiam ante tẽpora ipsorum, ex quo cęperant pugnare reges Syrię contra Israel acceptę fuerant aliquæ ciuitates, & illas non restituit Ioas Israeli: Ieroboam autem restituit quidquid ablatum fuerat de terra Israel per quoscunque: nam dicitur sequenti c. ipse restituit terminos Israel ab introitu Hemath vsque ad mare solitudinis. Secunda differentia est: quia Ioas solũ restituit Israeli de vrbibus, quas acceperant Syri, & tamen Ieroboam filius eius restituit alias terras, quę non fuerant occupatæ à Syris, sed ab alijs gentibus. s. à parte meridiana terræ Israel apud mare solitudinis, siue mare mortuum: nã dicitur: restituit terminos Israel ab ĩtroitu Hemath vsque ad mare solitudinis, & tamẽ mare solitudinis est ad partem meridianã terræ Israel, & Iuda apud deserta Arabiæ: vt patet Nume. 34. Ideo Syri non haberẽt ibi ciuitates occupatas de terra Israel: quia ipsi habitabant à parte aquilonari, & orientali Israelitarum, vt supra declaratum est, & sic tam Ioas, quã Ieroboam liberauerunt vrbes de manu Syrię: & tamen Ieroboam liberauit completè, Ioas verò solum incępit liberare.

G

Ioas an restituerit in potestatem Israel ciuitates eis ablatas. Quæstio XXIII.

QVAERETVR, quomodo potest stare, ꝙ Ioas restituerit in potestatẽ Israel ciuitates eis ablatas: quia tunc Ieroboam filius eius nõ posset aliquid restituere Israel, & tñ sequenti capit. dicitur, ꝙ ipse restituit terminos Israel. Itẽ patet: quia expressè nominantur ibi aliqua, quę restituit. s. restituit Damascum, & Emath Iudæ in Israel. Aliquis dicet, ꝙ Ioas restituit Israeli oẽs vrbes ablatas à regibus Syriæ; & tamen postea perdidit eas, & tunc filius suus Ieroboam restituit eas. Sed dicendum, quòd nõ stat, quia regnum Ioas fuit in prosperitate: solum enim pater suus Ioachaz oppressus fuit à regibus Syriæ: tempore autem Ioas cępit liberatio, & postea nunquam redactus est Israel in seruitutem Syrorum, sicut prius: ideo ciuitates, quæ nunc redditæ sunt Israelitis, non redierunt postea in potestatem Syrorũ. Sed dicendum, quòd Ioas liberauit de manu Syrorum vrbes, quas tulerant de terra Israel, & tñ pręter eum fuit Ieroboam saluator, q restituit omnes terminos Israel, & est differentia inter istos: quia Ioas solum abstulit de manu Syrorũ vrbes, quas tulerat Benadad, vel Hazael pater eius de terra Israel, vt patet in litera, & tñ pręter illas vrbes fuerant multæ aliæ acceptæ de terra Israel à Syris. s. tempore illius

CAPITVLVM XIIII.

H

IN anno secundo Ioas filij Ioachaz regis Israel regnauit Amasias filius Ioas regis Iuda.

Descripto in præcedentibus regno sub regibus Israel: hic redit scriptura ad narrandum historiam regum Iudæ, de quibus est principalis intentio, & diuiditur in duo: quia primò agitur de regno Amasiæ: secundò de regno filij eius Azariæ sequẽti c. Prima in duas: quia primò ponitur historia Amasiæ. Secundò reditur ad narrandum historiam regũ Israel ibi: anno 15. Prima in duas: qa primo agitur de tẽpore, quo Amasias prosperè se habuit, secundò de tempore, quo in aduersitate fuit, ibi. *Tunc misit.*

I

An sit ordo continnus, & immediatè sequens. Quæstio I.

QVAERETVR circa primum, an ea, quæ habentur hic, sint continuata ad præcedentia, & fuerint facta immediatè, vel interiecto aliquanto tempore. Dicendum ad primum, quòd ordo continuus est, non quidem continuus tanquam omnia, quæ habentur hic, fuerint post præcedentia: quia istud quod dicitur hic de regno Amasiæ, fuit ante aliqua de præcedentibus: sed quia ea, quæ habentur præcedenti cap. cęperunt prius fieri, quàm ea, quæ habentur hic. Vtrunque patet: primum enim apparet: quia præcedenti cap. dicitur de gestis regis Ioas, quomodo pugnauit contra Syriam, & restituit ciuitates Israeli: & tamen illud non potuit fieri antequam inciperet regnare Amasias, de quo hic. quod patet: quia anno secundo Ioas cępit regnare Amasias, vt patet hic, & tamen nondum potuerat omnia illa complesse Ioas: nam illa facta sunt aliquanto tempore post mortem Elisei, cũ ipse prænunciauerit illa: & tamẽ Ioas cęperat regnare ante mortẽ Elisæi, cum Elisæus vocauerit eum regem præce. c. Secundum patet, quia præcedenti cap. habetur narratio de historia Ioachaz: & tamẽ Ioachaz mortuus est

K

est antequam inciperet regnare Amasiaz, de cuius regno incipit hic. Ad secundum solutio patet ex primo.s.quòd non solum fuerunt immediata ista, & illa, immo aliquanto tempore conciderunt,& dicitur. *Anno secundo Ioas filius Ioachaz regis Israel.* Fiunt annotationes temporum regum Iuda per annos regum Israel,& è cōtrario: quia fuerunt simul, vt declaratum est præcedenti cap. *Regnauit Amasias filius Ioas regis Iuda.* Iste erat præcipuus inter filios Ioas, & ipsū accepit populus in regē occiso patre suo. *Viginti quinque annorum erat cum regnare cępisset.* Ex hoc patet, quòd pater suus erat annorum viginti duorū quando natus est Amasias: nam regnauit Ioas annis quadragint, a supra 12. oportet ergo, quòd anno quinto decimo regni sui nasceretur Amasias:& tamen tūc erat Ioas annorum viginti duorum: quia septē annorum erat, quando regnare cępit, sup. 12. *Viginti autem,& nouem annis regnauit in Ierusalem.* Et sic erat anno rum quinquaginta,& quatuor, quādo mortuus est: nam serui sui occiderunt eum, infra in litera. *Nomen matris eius, Ioiadam de Ierusalem.* Ponuntur nomina matrum regum Iuda: quia nomina patrum iam cognita sunt ex ipsa successione: in regibus autē Israel solum ponuntur nomina patrum: quia scriptura non describit cum tanta diligentia historiam regum Israel, sicut historiam regum Iuda: ideo omnium regum Iuda ponuntur nomina matrum,& nullius regis Israel, ponitur nomen matris: nam ꝓphetæ scribentes istos libros maiorem mentionem fecerunt semper de regno Iuda, quàm de regno Israel, cuius causa infra ponetur. Et dicitur hic, quòd Ioiada mater Amasiæ erat de Ierusalem, & non erat de valde magno genere, ideo Iosephus 9. Antiqui. dicit Amasias, cuius mater nomine Ioiadas genere vero ciuis, & iustitiæ professione mirabilis.

Quare in scriptura ponuntur semper nomina matrum regum Iuda, & nunquam ponuntur nomina matrum aliorum regum Israel. *Quæst. II.*

QVAERETVR, cum dictum sit, quòd maior mentio fit in scriptura de regno Iuda, quàm Israel, ita vt describantur nomina matrum regum Iuda,& nunquàm ponātur nomina matrum regū Israel, quare hoc fit. Nam aliquis dicet, quòd potius deberet fieri è contrario: quia regnum Israel maius erat, quàm regnum Iudæ, cum ibi essent decem tribus,& in regno Iuda solum duæ. Dicendum, quòd propter multa hoc factum est. Primò, quia in populo Iuda erat dignitas regni: in regno autem Israel solum fuit quædam vsurpatio: nam regnum promissum erat Dauid,& filijs eius super Israel, supra 2. lib. cap. 7. Ieroboam autem insurrexit contra Salomonem, & scidit regnum de manu filij eius Roboam, præcedenti lib. cap. 12. Secundum fuit: quia in tribubus Iuda licet essent aliqui idolatrę, tamen erant ibi multi cultores Dei, vnde de regibus Israel nullus vnquam fuit, qui non coleret idola,& tamen de regibus Iuda multi fuerant, qui non coluerunt illa, vt declaratum est præcedenti cap. Tertiò, quia in regno Iuda erat templum Dei in Ierusalem, & erant ibi sacereotes,& leuitæ,& prophetę: nā qn̄ diuisum fuit regnum Iuda,& Israel,& cęperunt Israelitæ colere vitulos, recesserunt leuitæ,& sacerdotes de omnibus vrbibus Israel,& venerunt in terram Iudæ, vt patet 2. Paralip. 11. ideo propter istum cultum Dei, & personas notabiles, quæ erant in terra illa, famosius fuit istud regnum, q̄ regnum Israel. Istas tres rationes allegauit rex Abia contra Israelitas, qui erant subiecti regi Ieroboam probans regnū suū melius, & iustius esse regno Ieroboam: ideo quòd deberent Israelitæ redire ad vnitatem regni domus Dauid, sicut prius,& patent istæ tres rationes 2. Paralipo. 13. Quartò, quia quādo scriptus fuit liber iste regnum Israel desierat esse regnum: quia trāslatę fuerant decem tribus in terram Syrorum, & hoc fuit tempore Ezechiæ.s. anno sexto suo, inf. 18.& Ieremias scripsit librum istum multo tp̄e post.s. post transmigrationem Babylonis:& tamē regnū Iuda adhuc erat: quia licet ducti essent Iudæi in Babylonem, redituri erant post septuaginta annos, & habituri reges, & principes: ideo debuit fieri maior mentio de regno Iudæ tanquam de manente, quàm de regno Israel non existente. Quintò, quia Messias futurus erat de tribu Iuda,& progenie Dauid, sicut prophetę prædixerāt: ideo Ieremias, qui propheta erat, potius curauit de regibus Iudę, quàm Israel. Sextò, q̄a Ieremias, qui scribebat hęc, erat de regno Iudę,& ibi nutritus fuit semper: nam erat de vrbe Anathoth, vt patet Ierem. 1.& distat à Ierusalem tribus milliarijs, vt patet in quodam prologo Ieronymi super Ieremiam: voluit ergo potius commendare reges terræ suæ, quā regni Israel: afficiebatur enim plus eis; & in tantum scriptura facit maiorem mentionem de regno Iuda, q̄ de regno Israel, ꝙ in libris Paralipo. vbi est suppletio eorum, quæ omissa sunt in istis libris regum, fit suppletio eorum, quæ pertinent ad regnū Iuda, & nihil omnino dicitur, quod pertineat ad reges Israel, nisi illud simul pertineat ad reges Iuda, sicut 2. Paralipo. 13. dicitur de bello, quod habuit Abia rex Iudæ cū Ieroboam rege Israel, & eod. lib. c. 18. dr̄ de bello Achab regis Israel cōtra Syros,& hoc; quia in bello illo iuit cū eo Iosaphat rex Iuda, & sic describuntur illa in quantum pertinent ad reges Iuda, & non in quantum pertinent ad reges Israel.

Amasias filius Ioas regis Iudę quo anno Ioas filij Ioachaz regis Israel regnare cępit. *Quæstio III.*

QVAERETER vlterius, quō dicitur hic, ꝙ anno secundo Ioas filij Ioachaz regis Israel cępit regnare Amasias filius Ioas regis Iudæ: nam præce. ca. dr̄, ꝙ Ioas rex Israel cępit regnare anno 37. regis Ioas regis Iudæ, & tamen Ioas iste regnauit annis quadraginta: ideo deficiebant adhuc quatuor anni ad complendum regnum, quando cœpit regnare Ioas filius Ioachaz in Israel: ergo quatuor annis regnauerat qn̄ mortuus est Ioas rex Iudæ: & tn̄ Amasias cępit regnare immediatè post mortem Ioas patris sui: ideo regnaret in fine anni quarti, vel in principio anni quinti Ioas. Dicendū, ꝙ hoc prouenit ex diuersitate computationis annorum: nā sicut declaratū est præced. c. oportet dicere, ꝙ regnauerit Ioas rex Israel anno vigesimonono Ioas regis Iudæ,& ꝙ ponant̄ ibi viginti septē anni ꝓuenit ex corruptione literę tā secundū nos, q̄ secū dū hebręos: necessitas aūt corruptionis declarata est præced. ca. nec est mirandū euenisse corruptionē in numero: q̄a facilè est numeros corrumpi ex inaduertentia librariorū, & licet nos non debeamus aliquando confiteri corruptos esse numeros in oībus libris sacrę scripturæ: tn̄ qn̄ necessitas nos cogit ex ipsa sacra scriptura nō est inconueniens hoc cōfiteri: q̄a corruptio numeri non est principalis corruptio sentētię. Sciēdū tn̄ ꝙ Iosephus in 9. Antiquit. ita scribit, sicut nos habemus,& sicut nūc habent Hebræi: iō non putet aliqs corruptionē istam fuisse in libris Hebraicis à pauco tp̄e, q̄a ex tp̄e Christi est; nā pauco tp̄e post Ioseph⁹ scripsit

scripsit libros antiquitatum:& tamen tempore suo sic erat,idest,quòd anno 37.regni Ioas regis Iudæ cępit regnare Ioas rex Israel:ideo si aliquis voluerit dicere nullo modo erratum esse illum numerum,poterit dicere,quòd quando cępit regnare Ioachaz in Israel erat annus vigesimus secundus Ioas regis Iudæ finitus,& incipiebat vigesimus tertius,& manebant decem,& octo anni de regno Ioas:& cum dicatur,quòd Ioachaz regnauerit annis decem,& septem,oportebat,quòd regnaret vsque ad annum vigesimum nonum completum regis Ioas:& tamen non fuerunt decem,& septem anni,sed decē,& sex regni Ioachaz,quia annus inchoatus computatur aliquando pro finito,& sic erunt anni Ioachaz durantes vsque ad vigesimum octauum annum Ioas regis Iudæ.Et quando dicitur sup.præced.cap. ꝙ anno 37.regni Ioas regnare cępit Ioas filius Ioachaz, Dicendum,quòd accipitur ibi trigesimus septimus pro trigesimo octauo:quia erat trigesimus octauus annus inchoatus,& quasi finitus,& nō computauit eum scriptura:quia aliquando computat solum finitos,& aliquando inceptos annos,& poterit sic aliqualiter reparari illa discordantia. Sed tunc manet aliud dubium:quia dicitur hic,quòd cępit regnare Amasias anno secundo regis Ioachaz:quia oportebat,quòd regnaret anno tertio:nam cępit regnare Ioas rex Israel secundum istum modum anno trigesimooctauo,non finito Ioas regis Iuda,& sic manebant duo anni,& plus,& sic esset iam annus terti⁹ Ioas regis Israel,quando moreretur Ioas rex Iudæ,& inciperet regnare Amasias filius eius.Respondendum ad hoc,quòd esset inchoat⁹ annus tertius Ioas regis Israel,& tamen non esset finitus:ideo scriptura dixit,anno secundo:isto modo potest concordari,licet cum difficultate,litera ista præcedenti:& licet videatur clarius id,quod dictum est præced.ca.s. ꝙ sit hic aliqua corruptio literæ:quia tamen difficile est dicere omnes libros,qui nūc sunt tam latinos,quàm Hebræos corruptos esse,poterit dici per istū modum,& istud est rationabilius. *Et fecit rectum corā Domino.* s.non coluit Idola:nam hic solum vocatur malū colere Idola,& non colere ea rectum est,ideo etiam si aliquis rex faceret aliqua mala dum tamen non coleret Idola,dicebatur facere rectum coram Domino,& sic fuit de isto Amasia:quia ipse fecit aliqua mala,s.pugnando stultè cōtra regem Israel,& dando occasionem,vt periret oculus suus,& tamen quia non colebat Idola dicebatur facere rectum coram Domino.s.omnibus diebus,quibus prudenter se habuit non pugnando contra regem Israel. *Verum tamen non vt Dauid pater eius.* i.quanquam bonus esset,non fuit tam bonus sicut Dauid:quia non solū colebat Dominum,sed etiam ex magno zelo procurabat omnia,quæ pertinebant ad cultum Dei,& non permittebat aliquid in terra sua colere Idola,& tñ Amasias non egit ex tanto feruore,& ēt non excludebat de terra sua oēs colētes Idola. Et vocatur Dauid pater eius:quia erat Amasias de progenie eius,& oēs præcedentes in linea solent vocari patres. *Iuxta oīa,quę fecit Ioas pater suus fecit.* i.secutus est regulam patris sui Ioas. Intelligendū est tempore illo,quo Ioas erudiebatur per Ioiadam sacerdotē:nam tunc bonus fuit,vt patet sup.12.& tamen postea declinauit ad Idola,& secut⁹ fuit illa ex magno desiderio 2.Paral.24.hic tamen laudatur Amasias,ꝙ rectum fecerit,& comparatur patri suo Ioas:ideo solum debet comparari quātū ad tempus illud,in quo benè egit Ioas. *Nisi hoc tantum,quòd excelsa non abstulit.* i.in omnibus bene egit,nisi ꝙ non abstulit excelsa.s.altaria,q̄ erant per diuersa loca extra templū Domini,& ma

Excelsa appellant̄ q̄ erāt in mōtibus,& collibus.

F ximè erant in montibus,& in collibus. *Adhuc.n.populus immolabat,& adolebat incensum in excelsis.* s.tempore Amasiæ adhuc continuabatur apud populares cultus in altaribus extra templum,& ibi immolabant,idest,faciebant sacrificia,& adolebant incensum.i.cremabant incensum super illa:quia ista duo erant opera religionis,quæ pertinebant ad cultum Dei,& ab omnibus gentibus ista duo impēdebantur Deo,siue Deo vero,siue Idolis.

Amasias quomodo dicitur fecisse rectum coram Domino,sicut Ioas pater eius,nisi quòd excelsa non abstulit.
Quæstio IIII.

G QVAERETVR,qūo dicitur hic,quòd Amasias fecit rectum coram Domino,sicut Ioas pater eius,nisi quòd excelsa non abstulit,& tamen etiā pater eius nō abstulit excelsa,vt sup.12. Respondēdū,ꝙ hoc non debet referri ad literam immediatam.s. ꝙ fecit sicut Ioas pater suus,sed ad suprapositam.s. ꝙ fecit rectum coram Domino,& tunc sequatur:nisi hoc tantum,ꝙ excelsa nō abstulit.i.in omnibus rectè egit,nisi,ꝙ nō abstulit excelsa.i.altaria,& tūc verum est:quia non est aliquid,in quo legatur reprehensibilis Amasias nisi in hoc. Sed obijcietur,quòd alia mala fecit præter istud:nam ipse pugnauit stultè contra regem Israel prouocando illum contra se sine causa,& hortante rege Israel,ne hoc fieret,&
H percussus est. Etiam Amasias coluit idola,quæ duxit de terra Idumæorum,vt patet 2.Paralipom.25.& etiam prophetam exhortantem se increpuit nimis,dicens:Num consiliarius regis es?quiesce ne fortè interficiam te. Dicendum,quòd Amasias in multis declinauit à cultu Domini,& tamen illud,quod dicit̄ hic intelligitur de principio regni sui.s. ꝙ tunc coluit eum non errans à mandatis eius,nisi in hoc,quòd excelsa non abstulit. Postquam verò declinauit à mandatis Domini,istud fuit minimum peccatorum suorum,cum iam ipse coleret idola. Si autem quæratur;an peccauit Amasias in principio regni sui,non auferendo excelsa de terra,dicēdum,ꝙ sic:ga propter hoc ponitur hic vt exceptio.s. ꝙ excelsa non abstulit. Ad hoc autem rationes positæ
I sunt supra.12. *Cumque obtinuisset regnum,* idest,quando confortatus est in regno omnibus sibi obedientibus,& subiectis,ita vt ipse posset exercere iurisdictionē suam. *Percussit seruos suos,qui interfecerant regem patrem suum.* Isti erant,qui insurrexerant cōtra Ioas,scilicet,Zabaoth,& Iozabath,qui occiderūt Ioas regem in lectulo suo 2.Paralip.24.& supra 12.istos autem occidit Amasias,tāquam Iudex,& iuste,licet sibi esset inflicta offensa:nam nō egit ex solo desiderio:quia non occidisset patres,& filios,& tamen nō occidit,vt legi obtemperaret. *Filios autem eorum,qui occiderant,non occidit.* Potuit occidere eos rex,sed noluit,vt legi obediret. Et ponitur istud hic ad magnam laudem
K Amasiæ:quia cum posset occidere filios occidentium patrem suum ad completam vltionem,& moueretur ad hoc naturali desiderio ꝑꝑ iniuriā inflictā patri,& sibi non extendit potestatem suam,vt obediret legi. *Iuxta id,quod scriptum est in libro legis Moysi,sicut pręcepit Dominus dicens.* Istud habetur Deuter.24.& vocatur lex Moysi,quæ continetur in omnibus quinque libris Penthateuchi,& tamen specialiter vocat̄ lex Moysi illa,quæ continetur in Deuteronomio:quia illam recitauit Moyses coram toto populo,cùm esset morti propinquus,& ista lex dicitur esse data præter legem,quæ data est in Oreb,vt patet Deut.28.& etiam iste liber est specialis in multis inter quinque libros legis,vt declaratum est sup.11.

Non

Non morietur patres pro filijs nec filij morietur pro patribus. s. q̃q̃ peccet pater non est filius occidendus, & quanquam filius peccet, pater non debet occidi: magis.n. irrationabile esset patrem occidi pro peccato filij, quàm è contrario. *Sed vnusquisque in peccato suo morietur*, idest, quilibet eorum morietur pro peccato suo si peccauerit, & tamen vnus non morietur pro alio.

Pater an possit occidi pro filio, & è contra in iudicio humano, & quare aliquando filij occiduntur pro patribus in iudicio diuino, & quarę paruuli, & non adulti. Q. V.

QVAERETVR, quomodo dicitur hic, quòd non occidantur patres pro filijs, nec è contrario, & quare hoc. Aliquis dicet, quòd licitum est occidi filios pro patribus: nam Deus dicit se punitorē peccatorum filiorum in patres vsque in tertiam, & quartam generationem. Exod. 34. & Nume. 14. aliquando ergo occidentur filij pro patribus. Aliquis dicet, ꝙ illud intelligit̄ magis de alijs pęnis, quàm de morte. Sed hoc non stat: quia si licitum est eum, qui nullo modo peccauit, puniri pro peccato alterius licebit interdum occidi: quod patet: quia puniri solum, & occidi differunt secundum magnitudinem peccatorum, cum pro quibusdam infligatur pœna minor morte, & pro alijs mors: sed contingit, quòd vnus peccet ita, vt mereatur puniri, & non occidi, & tunc si alius potest pro eo licitè puniri si contingerit istum delinquere, ita vt mereatur mortem, poterit alius non peccans occidi pro illo: nam eadem omnino ratio est. Item patet: quia fundamētū istud est falsum, ꝙ Deus non occidat filios pro patribus: nam interdum iubet occidi illos: sic patet sup. lib. 1. cap. 15. vbi Deus iussit Sauli pugnare contra Amalec, dicens: non parcas ei, sed interfice à viro vsq; ad mulierem, & paruulum, ac lactantem: sic etiam patet de occisione Chananæorū: nam Deus iubebat, ꝙ omnes occiderentur, & non manerent masculi, nec fęminę, magni, nec paruuli, Deute. vigesimo.

Dicendum ergo, ꝙ interdum Deus iubet occidi filios pro peccatis patrum: quia aliàs manifestū est, ꝙ paruuli lactantes non possunt peccare: & tamen tunc dicendum, ꝙ ista lex intelligitur in iudicio humano. s. ꝙ non occiderentur à iudicibus patres pro filijs, nec filij pro patribus, & tamen à Deo benè fit interdum: nam Deus non imposuit legem sibi ipsi, sed nobis: ideo nos cum iudicauerimus tenebimur ad illam, & tamen Deus non. Et sic iussit ibi óccidi filios pro patribus. Nunc autem Amasias iudicio humano occidebat istos occisores patris sui, ideo non poterat occidere filios eorum.

Sed obijcietur, ꝙ etiam homines iudices interdū occiderunt filios pro patribus, & licitè. Sic patet de Moyse, qui iussit occidi paruulos Madianitarum, & iratus est contra bellatores, quia non occiderant illos, Nume. 31. Iosue quoque fecit occidi Achor cū filijs, & filiabus suis pro peccato, quod ipse sol⁹ egit Iosue 7. & Dauid occidit filios Saulis pro peccato ei⁹ sup. 2. lib. cap. 21. Dicendum, quòd quanquam isti fuerunt occisi ab hominibus, tamen fuerunt occisi iudicio Dei: nam ipse iussit de filijs Saulis, quòd occiderentur pro peccato eius, & ꝙ aliàs non cessaret fames, & ipsis occisis, distillauit pluuia supra 2. li. c. 21. Etiam iussit occidi Deus Achor cum omnibus, quę pertinebant ad eum: nam dixit, quòd non cessaret ira sua quousque deleretur ille, qui peccauerat: & tamen deleri aliquem est occidi ipsum, & totam progeniem suam, ita vt non maneat nomen, nec successio sua: ideo occiderūt eum cum filijs, & filiabus,

A & pecoribus suis Iosue 7. De occisione autem paruulorum Madianitarum dicendum, quòd Deus iussit illam fieri per Moysen, & quia bellatores nō executi fuerunt illam, iratus fuit nimis Moyses contra illos, & iussit paruulos occidi: Numeri. 31. ratio autem, quare in iudicio Dei liceat occidi filios pro patribus, & nō in iudicio humano, est multiplex, & declarata est supra decimo.

Sciendum tamen, quòd quanquam in iudicio diuino occidantur interdum filij pro patribus, tamen hoc nunquam est nisi in filijs paruulis: nam magni, qui per se operantur, nec egent cura patris, non occiduntur pro peccatis patrum: sed pro peccatis suis solum: & de his intelligitur Ezechi. 18. vbi de iudi- *Qui filij occidātur ꝓ patrib⁹, & quādo.*

B cio Dei agitur, & ipse dicit, quòd omnes animę Dei sunt tam anima patris, quàm filij, & ꝙ si pater genuerit filium bonum, quanquam pater sit malus, non occidetur ipse pro peccato patris. Ratio diuersitatis est: quia filij paruuli non sunt tanquam per se entia, sed tanquam partes patrum iuxta illud Ethicorum quinto, scilicet: filius est pars patris quousque sit pellicon, idest, magnus: & tamen cum pars non sit aliquid extra totum, pęna, vel bonum patris non est ipsiusmet, sed totius: ideo pro toto punitᷓ, & gaudet: filius autem magnus non est pars patris, sed iam per se agēs: ideo per se competet ei pęna, & gaudiū, & non punietur pro peccato patris.

Sed obijcietur, quòd etiam filij magni occidun-

C tur pro peccato patrum: quia filij Saulis septem viri occisi fuerunt pro peccato eius, & tamen illi erāt magni: nam vocantur viri, vt patet supra secundo libro capitu. vigesimoprimo.

Dicendum, quòd ibi fuit speciale: ratio tamen diuersitatis ibi declarata est. Causa autem quare non debeāt occidi patres pro filijs, nec filij pro patribus, est: quia pœna debetur propter peccatū, si ergo personæ peccantes sunt diuersæ, pœnæ debent esse diuersæ: sed peccatū patris, & filij non est idem, & peccante vno, non peccat alius: ideo peccante vno non debet alius occidi: istud autem verum est de magnis, qui sunt distincti à patribus: secus autem de paruulis, qui sunt partes patrum: ideo peccantibus illis, vi- *De hac re vide Iosue ca. 6. q. 30. & cap. 7. quæst. 73.*

D dentur peccare, & pro eis puniri possunt.

Patres an aliquando occidantur pro filijs sicut è contra. Quæstio VI.

QVAERETVR vlterius, cum aliquando in iudicio Dei occidantur filij pro patribus, an aliquando occidantur patres pro filijs.

Respondendum, quòd non: nam quantuncunq; peccent filij nunquam punientur patres, & patet: quia Deus dixit, quòd puniebat peccata patrum in filios vsque in tertiam, & quartam generationem Exodi trigesimoquarto, & loquebatur ibi de iudicio suo, & tamen non dixit, quòd punirentur ali-

E quādo peccata filiorum in patres: etiam Ezechielis decimooctauo Deus excusabat se de eo, quod sibi imponebant Israelitæ, scilicet, quòd filij occiderentur pro peccatis patrum: ipse autem ponit ibi multa exempla, in quibus se excusat, quòd non occidat filios pro patribus, & tamen non se excusat de hoc, quòd occidat patres pro filijs, ergo videtur, quòd nunquam occidit patres pro filijs.

Dicendum, quòd quando Deus strictius agit, occidit filios pro peccato patrum: & tamen nunquam patres pro peccatis filiorum, nec etiam punit illos. Ratio diuersitatis est: quia pœna datur pro peccato, ideo tunc punitur aliquis quando est peccās, vel q̄n aliquo modo est in peccante. Et sic cum filij dican-

tur esse in patribus ex eo, quòd sunt partes patrum, peccantibus patribus, dicent peccasse filij, & puniuntur: quia sunt aliquid ipsorum peccãtium: sic enim tollitur omnis pecunia quando iniustum agit, & punitur homo in pecunia: quia pecunia est aliquid ipsius peccantis. Et ista est ratio diuersitatis, quare filij paruuli puniuntur pro peccatis patrum, & non magni: quia magni non sunt aliquid patrum: paruuli autem sunt partes eorum: patres tamen nunquam sunt tanquam partes filiorum, vel aliquid ipsorum, siue sint magni, siue parui: ideo pater nunquam punietur pro peccatis filiorum magnorum, vel paruorum. Confirmatur autem istud: quia non solum filij sunt aliquid patrum, sed etiam peccantibus eis, dicũtur peccare in quãtum in illis sunt. Sic patet ad Ro. 5. scilicet, omnes in Adam peccauerunt: quia omnes erant in lumbis Adæ: quia in eo fuit aliquando tota species humana in virtute, & ratione seminali: ita ergo cum filij iam nati sunt, licet nõ sint in parentibus, sicut antequam nascerentur, nec dicuntur ita propriè peccare eis peccantibus sicut quãdo nõdum nati sunt, & tamen aliquo modo dicũtur peccare, vel saltem quia sunt aliquid ipsorum parentũ, puniuntur pro peccatis ipsorum. Sed obijcietur, ꝙ interdum occidãtur patres pro filijs: quia Heli summus sacerdos punitus est à Deo: quia primo increpitus est durè, & prænunciatum est sacerdotium auferendum esse de domo sua, supra 1. lib. c. 2. & post occisus fuit: nam Deus fecit, quòd caderet de sede, in qua erat, & fractis ceruicibus expiraret, eo. li. c. 4. Et hoc non fuit nisi propter peccata filiorum: quia ipse vir bonus erat, vt colligitur ibi, & patet: extra de accusationibus cap. licet Heli.

Dicendum, ꝙ Heli non occisus fuit pro peccato filiorum suorum, sed pro peccato suo: quia tenebatur corrigere illos, & cum sciret iniquitates eorum, non correxit, & sic peccauit in officio suo, sicut si iudex nolet occidere malefactores: nam peccaret: qa ipse videbatur eis fauere. Vnde conquestus est Deus de ipso Heli, dicens: Honorasti filios tuos plus quàm me, sup. 1. lib. cap. 2. Si tamen Heli fecisset quantum poterat increpando, & puniendo filios suos, licet illi grauius peccassent, quàm peccauerunt, nõ fuisset ei inflictum aliquod malum. Et sic dicẽdum de omnibus patribus, quòd naturaliter incumbit eis cura filiorum, & potestas, vt non solum eos alant, sed ẽt erudiant: & tenetur quandocunq; illi peccauerint iubendo, corripiẽdo, vel exhortando agere, vt emẽdentur, & si non faciunt, peccatum ipsorum est, & tunc si puniuntur, non puniuntur pro peccato filiorum, sed pro suo. Filij autem propriè puniuntur pro peccato patrum: quia interdum nihil peccauerunt, & puniũtur, sicut est in paruulis, vt dictum est. *Ipse percussit Edom in valle Salinarum decem millia*. i. pugnauit contra Idumęos in valle Salinarum, idest, vbi fit sal: nam in Hebræo dicitur: in valle salsuginosa, & in ista eadem valle Dauid pugnauit cõtra Idumęos, & occidit decem, & octo millia, & fecit sibi nomẽ ibi: supra 2. lib cap. 8. & 1. Paralipom. 18. *Et apprehendit petram in prælio*. Idest apprehendit quandam ciuitatem famosam Idumææ, quæ vsque hodie vocatur petra in regione illa, & est circa mare rubrum: dicit tamen Iosephus 9. Antiquitatum, quòd erat ista petra quædam magna petra in terra Arabiæ: & fortè dicitur cępisse petram illam: quia multi de hostibus confugerant ad illam, & ibi defendebant se: Amasias verò bello congressus apprehendit petram illã, & occidit hostes, qui ibi erant. *Vocauitque nomen eius Iectheel vsque in præsentem diem*, scilicet, quia fecerat bellum magnum capiendo petram illam posuit ei no-
F men nouum ad gloriam suam, vt maneret gloria victoriæ illius ex nomine petræ mutato. Dicit Ra. Sa. quòd Iectheel interpretatur retunsio dentium, scilicet: quia ibi hostes, qui occidebantur retusi sunt dentibus, vel interpretatur stridor dẽtium: quia stridebant dentibus illi, qui occidebantur.

Quomodo fuit factum bellum contra Idumæos. Quæstio VII.

QVAERETVR de modo, quo fuit factum istud bellum contra Idumæos.

Respondendum, quòd elegit Amasias de tota ter-
G ra Iuda viros pugnatores à viginti annis, & supra triginta millia virorum 2. Paralipom. 25. Iosephus tamen 9. Antiqui. dicit, quòd congregauit quasi trecenta millia. De hoc tamen quid verum sit, ibidem declarabitur, & præter hos conduxit de terra Israel centum millia virorum robustorum, vt irent cum eo ad pugnandum contra Idumęos, deditque eis cẽtum talenta argenti, & cum iam congregatus esset exercitus venit propheta quidam ad regem, dicens: ò rex, ne egrediatur tecũ exercitus Israel: non enim est Dominus cum Israel, & cunctis filijs Ephraim, quòd si putas in robore exercitus bella consistere superari te faciet Deus ab hostib⁹: Dei quippe est adiuuare, & in fugam vertere: & dixit tunc Amasias ad
H prophetam: quid ergo fiet de centum talentis, quæ dedi militibus Israel? & propheta ait: habet Dominus vnde tibi dare possit multo his plura. Et tunc separauit Amasias ab exercitu suo Israelitas, & cum solis viris suis iuit in terram Edom, & pugnauit, occiditque decem millia de viuentibus, & duxerunt illos ad quandam petram excelsam, deiecerunt eos inde in præceps, & omnes crepuerunt: vt patet 2. Paralip. 25. ille autem exercitus Israelitarum, quem noluit Amasias secum ferre credens sibi iniuriam factam, diffusus est per terram Iuda à Samaria vsq; ad Bethoron, & occidit tria millia virorum, & cępit prædam magnam, vt patet ibidem.

I *Amasia an iustè pugnauerit contra Idumæos. Quæstio VIII.*

QVAERETVR vlterius, an habuit Amasias iustam causam pugnandi contra Idumęos, & quare pugnauit. Dicendum, quòd habuit bellum iustum: quia propheta significauit hoc, cum locutus est ad Amasiam, dicens: Nõ egrediatur tecum exercitus Israel: non enim est Dominus cum Israel à cũctis filijs Ephraim: quòd si putas in robore exercitus bella consistere, superari te faciet Deus ab hostibus, Dei quippe est adiuuare, & in fugam vertere, & sic videtur, quòd Deus traditurus erat hostes in manus Amasiæ, & ob hoc iubebat, quòd non iret cum eo exercitus Israel, & tamen Deus non vellet eum specialiter adiuuare, nisi bellum iustum foueret. Item
K patet: quia dixit Amasias ad prophetam: quid fiet de centum talentis, quæ dedi militibus Israel, & propheta ait: habet Dominus vnde tibi dare possit multo his plura: eodem capit. & sic apparet, quòd Deus specialem curam tunc habebat de Amasia: ideo fouebat iustum bellum. Cum autem quæritur, propter quid pugnabat contra Idumeos.

Aliquis dicet, quòd hoc faciebat, vt reduceret illos ad potestatem suam, & ad tributa pristina: nam Idumæi erant tributarij regum Iudæ ante hoc, & ipsi ponebant reges in Edom, & tollebant illos, vt declaratum fuit, supra tertio, & octauo: recesserunt autem

autem Idumæi tempore Ioram pro aui Amasiæ, ne essent sub Israel supra 8. & sic nunc Amasias pugnaret contra illos, vt reduceret ipsos ad tributa. Aliter potest dici, & melius, quia Idumæi erant propinqui terræ Iudæ, & aliquando faciebant insultus in eam latrocinando, & occidendo: nunc verò Amasias pugnauit contra eos ad repetitionem damnorum datorum, & vltionem iniuriarum, quas intulerāt. Sic enim Ammonite, Moabitæ, & Idumæi coniurauerunt iterum, & venerunt contra regnum Iuda viuente Iosaphat, & miraculosè ipsi se occiderunt secundo Paralipom. 20.

Tunc misit. Hic ponitur secundum huius partis, scilicet, quando Amasias in aduersitate fuit, & diuiditur in duo, quia prima aduersitas fuit quando à rege Israel victus & captus est, secunda, quando à subditis suis hostiliter occisus est, ibi. *Factaque est*. Circa primum dicitur. *Tunc misit nuncios Amasias ad Ioas filium Ioachaz filij Iehu regis Israel*. Isti nuncij erant ad inducendum bellum, & missi fuerunt ad Ioas filium Ioachaz: quia ipse, & Amasias fuerunt contemporanei, cum Amasias regnauerit anno vigesimo Ioas, vt patet supra in litera. *Dicens: veni, & videamus nos*. Scilicet, videamus nos in prælio, vt experiar vires tuas. *Remisitque Ioas rex Israel ad Amasiam regem Iuda*. Contempsit Ioas ipsum Amasiam, quia minor erat viribus, quàm rex Israel, vt patet ex exemplo, quod cōtra eum induxit de cardo libani, & de cedro. Etiam rex Israel habuit se moderate in hoc, qa licet Amasias stultè peteret pugnare cum eo non indignatus fuit, ita vt moueret ei bellum, sed remisit nuncios, dicēs: contētus esto gloria tua, & sede in domo tua. Quare prouocas malum, vt cadas tu, & Iudas tecū? infra in litera. *Cardus Libani misit ad cedrum, quæ est in Libano dicens: da filiam tuam filio meo in vxorem*. Metaphora est: cardus enim, & cedrus non sunt æquales, & cum cardus peteret à cedro, vt daret filiam suam in vxorem pro filio eius, petebat æqualitatem, & non euenit ei prosperum: quia conculcatus fuit à bestijs, ita nunc rex Iuda, & Israel non erant æquales: ideo ꝙ peteret rex Iuda æqualitatem volendo pugnare cū rege Israel non haberet prosperum euentum. *Transieruntque bestiæ saltus, quæ sunt in Libano, & conculcauerunt cardum*. Libanus est quidam mons magnus in terra Israel ad latus aquilonare eius apud Siriam, & etiā pertingit Phænicem prouinciam, in qua sunt Tyrus, & Sydon vrbes famosæ. Vnde Tyrij, & Sidonij serui regis Hiram cædebant ligna in Libano, & deponebant ea ad mare, & componentes in ratibus ferebant illa in Iopen, quę est circa Ierusalem, & Iudę via terrestri ferebantur in Ierusalem pro ædificatione templi Salomonis præcedenti lib cap. 5. & 2. Paralip. 2. ibi autem sunt cedri excelsæ, & alia ligna speciosa plusquam in alijs montibus, & ibi sunt multæ bestiæ propter nemorositatem loci: Ideo positum fuit exemplum in cardo Libani, & cedro Libani. Et dicitur, ꝙ bestię Libani, conculcauerunt cardū, scilicet, ipse petebat æqualitatē cedri, & pro nihilo habitus est: nam bestiæ conculcauerunt illum, & redegerunt in nihilum, & venit ei hoc, quia volebat æquari cedro. *Percutiens inualuisti super Eodem, & subleuauit te cor tuum*. Fuit enim bellum, quod habuit Amasias cum Idumæis principium bellorum suorum, & quia in illo prosperè se habuit, putauit se prosperandum semper, & contempsit regem Israel eleuando cor suum ad maiora quàm ipse sufficeret. *Contentus esto gloria tua*. q. d. nunc gloriosus es, & magnam famam acquisiuisti, quia percussisti Edom sis contentus ista gloria, & non cures procurare maiorem volendo pugnare contra me: *Et sede in domo tua*. Idest, nō

Parabola cardui et cedri de filia ad filium.

A cures venire ad regnum meum ad cōcitandum bellum: *Quare prouocas malum?* q. d. nullus nunc incitat bellum contra te, & tu illud incitas, & tamen malū erit tibi, quia peribis. *Vt cadas tu, & Iuda tecum*. Idest, tu cadas gladio & etiam Iudas, idest, regnum Iuda, qđ nullam culpam habet, peribit tecum in manibus seruorum meorum.

An Amasias peccauerit concitando bellum contra regem Israel. Quæstio IX.

QVAERETVR, an amasias peccauit concitādo bellum contra regem Israel.

Respondendum, ꝙ peccauit: nam fecit propter
B causam iniquam, scilicet, ex superbia. Nam cor suū eleuauerat eum, quia præualuerat contra Edom sicut dixit ei rex Israel, & tamē agere ex superbia peccatum est. Secundò patet, quia Amasias noluit consentire sano consilio: nam rex Israel dixit ei: contentus esto gloria tua, sede in domo tua, quare prouocas malum contra te, vt cadas tu, & Iuda tecum? Et tenebatur acquiescere consilio eius, & tamen mansit in stultitia sua, & magis per hoc prouocatus est ad bellum. Ideo grauiter peccauit, quia magis peccat ille, qui audito consilio nō obedit, & malè agit, quàm ille qui non audit consilium aliquod, & malè egit. Tertiò patet, quia scriptura ponit ea, quæ fuerunt laudabilia in Amasia, & ea, quæ vituperabilia,
C & vsque ad locum istum posuit ea, quæ laudabilia erant: nūc autem ponit illa, de quibus vituperatur, vt colligitur hic in litera, & clarius 2. Paralip. 25. ergo peccauit in hoc, quia aliàs scriptura non vituperaret eum. Quartò patet, & efficacius: quia 2. Paralipo. 25. Dicitur, ꝙ Amasias inito pessimo cōsilio misit ad Ioas filium Ioachaz dicens: veni, vt videamus nos, sed ea, quæ fiunt pessimo consilio sunt pessima, ergo peccauit faciendo.

Amasias vnde motus est ad pugnandum contra regem Israel. Quæstio X.

QVAERETVR vlterius, quare motus est Amasias ad pugnandum contra regem Israel. Dicen
D dum, ꝙ multiplex causa esse potest. Prima, quia superbiuit Amasias postquam occidit Idumæos, & credidit se posse superare quoscunq; reges, ideo voluit congredi cum rege Israel: & hoc innuit rex Israel dicens ad Amasiam: percutiens inualuisti super Edom, & subleuauit te cor tuum, cōtentus esto gloria tua. Secunda causa secundū quosdam est, quia voluit Amasias repetere iniurias, & damna data per Israelitas in regno suo: nam quando cōduxit Amasias centum millia virorum de Israel ad pugnandū contra Edom, & datis centum talentis argenti noluit, ꝙ irent cum eo: illi irati nimis diffusi sunt per vrbes Iuda, & occiderunt tria millia, & tulerunt prę
E dam magnam de terra. 2. Paralipo. 25. nunc autem vellet Amasias pugnare contra regem Israel ad restitutionem istorum damnorum. Sed dicendum, ꝙ istud non stat. Primo, quia si propter hoc egisset, habuisset iustam causam pugnandi contra Israel, quia Israelitæ intulerant ei damna iniustè, & tamen peccauit pugnando, vt supra declaratum est: ergo non fecit propter hoc. Secundò patet ex verbis regis Israel ad Amasiam. Nā si propter hoc pugnaret Amasias, non diceret rex Israel: Subleuauit te cor tuum, cōtentus esto gloria tua: quia in hoc significabat, ꝙ agebat propter solam elationem: si tamē ageret ad repetendum damna data, non conuenirent ista verba. Tertiò patet ex verbis Amasiæ, quia ipse misit

ad

ad regem Israel, dicens: veni, & videamus nos. Hoc autem magis significat, vel experiri vires suas ex cõparatione bellica, quàm repetere damna: quia istud est videre se, idest, videre quantum quilibet potest. Quartò patet, dato ꝙ intulissent damna, & iniurias viri Israel Amasiæ, & terræ suæ, non peccauerat in hoc rex Israel, quia ipse non iussit, nec sciuit hoc. Quod patet, quia centum millia virorum de terra Israel iuerunt ad terram Iuda, vt irent cum Amasia in bellum contra Edom, & noluit Amasias, ꝙ irent cum eo: ipsi verò irati diffusi sunt per terrã Iuda, & cędes, & prædas exercuerunt, & sic antequam redirent ad terram Israel fecerunt hoc, vnde nõ poterat hoc iubere eis rex Israel, nec scire antequam facerent, & sic non debebat indici ei bellum. Quintò patet, quia dato, ꝙ rex Israel ratum habuisset, ita ꝙ vellet defendere istos, qui dederant dãna in terra Iuda adhuc non debebat Amasias petere prius bellum, quàm peteret satisfieri de damno, & de iniuria, quia alioquin foueret iniustum bellum: non ergo motus fuit ad pugnandum propter hoc.

Sed fortè dicetur, ꝙ Amasias petiuerat iam satisfieri de damnis, & noluit hoc facere rex Israel, ideo indixit ei bellum Amasias dicens: videamus nos.

Dicendum, ꝙ non stat: quia tunc rex Israel nõ responderet sibi dicens: subleuauit te cor tuum, contẽtus esto gloria tua, quia in hoc significabat, ꝙ ille solum faciebat hoc ad quandam gloriam acquirendã ex victoria, quam putabat se habiturum de rege Israel. Tertia causa secundum quosdam est, ꝙ fecerit hoc Amasias ad restituendum regnum Israel in potestatem suam. Nam pertinebat regnum duodecim tribuum ad domum Dauid, & diuisum fuit regnũ tempore Roboam per Hieroboam, qui primus regnauit in Israel, & nunc Amasias putauit se præualiturum cõtra Israel, sicut pręualuerat contra Edom: ideo indixit bellum regi Israel, nisi ei subijceretur. Hoc tenet Iosephus 9. Antiqui. dicens: Amasias scripsit ad regem Israelitarum Ioas, vt obediret ei ipse, & populus vniuersus, sicut prius obediebant parentibus eius Dauid, & Salomoni, qui si parere nolent, scirent quia bello terminum causa perciperet. Hoc sequitur historia scholastica, & ista videtur vera causa. consonat etiam literæ, quia dixit rex Israel: subleuauit te cor tuum, contentus esto gloria tua. quasi dicat: tu habes gloriam magnam, quia es rex, & vis maiorem gloriam, scilicet, subijciendo tibi regnum meum: debes tamen contentus esse gloria tua, quia melius est, ꝙ maneas in statu tuo, quàm ꝙ omnino pereas, & hoc etiam satis consonat literæ. 2. Paralip. 25. scilicet: Amasias inito pessimo consilio misit ad Ioas regem Israel dicens: veni, & videamus nos, & sic videtur, quòd fuit consilium illud de pugnando cõtra regem Israel, vt subijceret eum suæ potestati.

Amasias quare tentauit reducere regnum Israel cum terra sua, cum debuisset credere hoc esse impossibile. Quæstio XI.

QVAERETVR vlterius, quomodo potuit Amasias velle pugnare contra regem Israel, vt reduceret illum in seruitutem suam cum terra eius, quia debebat credere hoc esse impossibile propter duo: primò, quia Deus dixerat viris de tribu Iuda, & Beniamin, ꝙ non pugnarent contra fratres suos ad reintegrandum vnitatem regni: quia voluntate Dei facta fuerat illa diuisio, & ꝙ sic volebat manere, vnde cessauerũt tũc à bello ex hac causa, vt patet præcedenti lib. c. 11. & 2. Paralipo. 11. Secundò, quia Deus prædixerat Iehu: filij tui vsque ad quartam ge-

F nerationem sedebunt super thronum Israel; supra. 10. & sic necesse erat compleri, & tamẽ iste Ioas erat secundus successor Iehu, ideo oportebat ipsum regnare, & alios duos de semine eius post eum. & sic saltem dum isti regnarent nõ poterat subijci regnũ Israel iudæ ad hoc quòd rediret vnitas prior.

Dicendum, ꝙ Amasias non curauit de prophetijs istis, sed eis non obstantibus, putauit se posse subijcere sibi regnum Israel. Et hoc primò, quia fortè non credebat dictis prophetarum: nam inter Israelitas multi erant, qui non credebant eis, sicut dixit Isaias: Domine quis credidit auditui nostro? Isa. 52. & ad Ro. 9. & ob hoc rex Iosaphat admonebat subiectos suos, vt crederent prophetis dicens: credite Domi-

G no Deo vestro, & securi eritis: credite prophetis ei⁹, & cuncta euenient prospera 2. Paralipo. 20. Secundum erat, quia fortè Amasias erat affectus ad pugnandum contra regem Israel: ideo nõ aduerteret ad istas prophetias, immo nec vellet audire eas, & si audire non crederet, quia affectio impedit iudiciũ. sic enim fuit in isto Amasia: nam ipse cæpit colere Deos idumæorum, & propheta veniens ad eum increpuit ipsum, & ipse ait: num consiliarius regis es? quiesce, ne fortè interficiam te: Et sic non consensit prophetę propter desiderium colendi idola, quo tenebatur. 2. Paralipo. 25. Tertium fuit, quia cor suum decepit eum, nec putauit ita posse præualere contra Israel, sicut præualuerat contra Edom, & sic dixit

H ei rex Israel: inualuisti super Edom, & subleuauit te cor tuum. Quartum fuit magna cupido regnandi: nam desiderabat nimis Amasias regnare super Iudã, & Israel, cum olim aliqui reges tenuissent totũ istum principatum, scilicet, Saul, & Dauid, & Salomon, & credidit se habere vires ad hoc, sicut præualuerat contra Edom: ideo ardenter motus est ad pugnandum. Quintum & potissimum fuit, quia Deus excæcauit eum, cùm ipse mereretur hoc colendo Deos idumæorum, & fecit insurgere cordi eius desiderium de regnando super Iudam, & Israel, vt sic esset occasio ad hoc, vt puniretur, vt patet. 2. Paralip. 25. scilicet: noluit audire Amasias, eo ꝙ Domini esset voluntas, vt traderetur in manibus hostium pro-

I pter Deos Edom, & etiam propheta dixit ei: scio, ꝙ cogitauit Dominus occidere te, quia fecisti hoc malum, & insuper non acquieuisti consilio meo: Non ergo aduertit Amasias ad prophetias excęcatus omnibus his. *Ascenditque Ioas rex Israel.* Non consensit Aamasias cessare à bello, sed misit secundos nũcios ad regem Israel prouocando eùm, ut ascenderet ad bellum, & ille concitatus uerbis eius, ut puniret stultitiam suam ascendit in pugnam. *Vt viderunt se.* Scilicet, posuerunt acies ex opposito, & pugnauerunt, & sic uiderũt per experientiam quantum poterant. *In Bethsames oppido Iudæ.* Est Bethsames quædam ciuitas in sorte Iudę. Iosue. 15. Et est in confinibus regni Iudæ, & Israel, ideo ad locum illum conuenerunt,

K ut pugnarent, & interpretatur Bethsames domus solis. Est autem duplex Bethsames: una est in terra Iuda, de qua hic dicitur: alia autem est in sorte Issachar, Iosue. 19. & in ista urbe posita fuerunt cadauera Saulis, & filiorum eius suspensa de muro, ut aliqui uolunt: & tamen falsum est: quia non uocatur locus ille Bethsames, sed Bethsam, ut patet sup. 1. li. c. ultimo, & pertinebat ille locus ad terram Philistinorum. *Percussusque est Iuda coram Israel.* Scilicet, non potuit regnum Iuda stare contra uiros regni Israel, sed percussi sunt ab eis. *Et fugerunt vnusquisque in tabernacula sua.* Scilicet, cum non possent resistere fugerũt derelicto rege in bello, & iuit quilibet in domũ suã curans quomodo euaderet. *Amasiã verò regem Iudæ filium*

Bethsames ciuitas.

filium Ioas filij Ochoziæ cæpit Ioas rex Israel in Bethsames. Fugiente exercitu Iuda potuit rex Israel capere Amasiam,& cæpit eum viuum in Bethsames: apud ipsum enim locum pugna commissa fuerat, & nō potuit Amasias longè effugere, quin caperetur manibus hostium. *Et adduxit eum in Ierusalem.* Scilicet, rex Israel ascendit in Ierusalem, quæ erat metropolis regni Iudæ, & duxit illùc regem vinctum, vt mandato ipsius aperiretur porta Ierusalē regi Israel,& acciperet thesauros templi Domini, qui magni erant, et thesauros domus regis, ferretq; illos in terram suā: De hoc ait Iosephus 9. antiqu. scilicet: mortē interminat⁹ est Ioas Amasiæ, nisi Ierosolimitis suaderet, vt aperientes portas eum cum exercitu in ciuitate susciperent, & Amasias quidem mortis terrore cōpulsus suscipi fecit hostem. *Et interrupit murum Ierusalē à porta Seraim vsque ad portam anguli quadringentis cubitis.* Cum introiuit Ioas in Ierusalem fecit dirui quandam partem muri magnam quadringentorum cubitorum, quæ extendebatur ab illa porta, quæ dicebatur, porta Ephraym vsq; ad portam anguli. Erat enim ista porta in aliquo angulo murorum locata, & ideo sic vocabatur. *Tulitque omne aurum, et argentum, & vniuersa vasa, quæ inuenta sunt in domo Domini, & in thesauris regis.* In tēplo Domini erat magnus thesaurus auri,& argenti tam in vasis ministrationis sacræ, quā in massa auri, & argenti ad faciendum inde vasa, & necessaria tēplo. In palatio quoq; regis magni erant thesauri omnium regum antiquorum, & illos etiā accepit Ioas rex Israel,& dicitur: aurum,& argentū ipsum, quod erat in massa, vel in numismate: vasa autem dicuntur aurum, & argentum conflatum in vasa ad ministerium templi Domini, & ad ministerium regis. *Et obsides.* Dicuntur obsides aliqui filij nobilium, quos accepit rex Israel de Ierusalem,& tulit in terram suam, & subintelligendum est, ꝙ quando introiuit rex Israel in Ierusalem fecit pactum cum Amasia, vt obediret ei, tanquā Domino,& solueret tributa: quia aliàs nolebat eum dimittere viuentē, & ad hoc accepit filios nobilium vrbis in obsides, vt non frangeretur ei fides data, & tulit illos secum in terram suam. *Et reuersus est in Samariam.* Illa erat metropolis regni Israel: ideo expletis omnibus istis redijt illùc. *Reliqua autem verborum Ioas, quæ fecit.* Scilicet, non sunt omnia in libro isto, sed in alijs. *Et fortitudo eius, qua pugnauit contra Amasiam regem Iuda.* Fuit vir bellicosus Ioas,& non solum fuit fortis pugnando contra Amasiam, sed etiam pugnando cōtra Benadad regem Syriæ, & contra quoscunque pugnauit. *Nonne hæc scripta sunt in libro sermonum dierum regum Israel?* q. d. ibi sunt omnia: quia ibi sunt particulariter gesta omnium regum Israel. *Dormiuitque Ioas cum patribus suis.* Idest, mortuus est, sicut omnes patres sui. *Et sepultus est in Samaria cum regibus Israel.* Erat enim Samaria metropolis regni Israel, & sepeliebantur ibi omnes reges: prius tamen sepeliebantur in Thersa: nam ibi fuit metropolis à tempore, quo cæpit diuisio regni Israel sub Ieroboam vsque ad regem Amri patrem Achab, qui condidit Samariam, & ex eo tempore cæpit Samaria esse metropolis,& ibi sepeliebantur reges. *Et regnauit Ieroboam filius eius pro eo.* Iste fuit tertius de successoribus Iehu, de quib⁹ quatuor regnaturi erant in Israel. supra 10. Fuit autē vir fortis, & saluauit Deus per manum eius terram Israel de manu Syrorum, infra in litera. *Vixit autem Amasias filius Ioas rex Iuda postquam mortuus est Ioas filius Ioachaz rex Israel vigintiquinque annis.* Ioas regnauit modico tempore, & fuerunt 16. anni, vt patet præcedenti capitulo; Amasias autem vixit magno tempore: ideo quāquam fuerint reges contemporanei, regnauit Amasias vigintiquinq; annis post mortem Ioas regis Israel, vt dicit litera ista:& tamen non fuerunt nisi quindecim anni, sicut infra declarabitur. *Reliqua autem sermonum Amasiæ.* Scilicet, omnia alia gesta ei⁹. Vocatur enim sermo ipsa res, quæ fit iuxta illud supra 1. li. c. 3. s. Faciā verbum, qđ qui audierit, tinniant ambę aures eius. i. faciam rem mirabilem. *Nonne hæc scripta sunt in libro sermonum dierum regum Iuda?* Erat vnus liber, in quo scripta erant omnia gesta regum Iuda, sicut erat alius, in quo scripta erant gesta regum Israel,& hic erant omnia opera Amasiæ.

Amasias capitur in bello à Ioa rege Israel.

Ioas mors

A B C D E

Parabola de cedro, & cardo vnde sumpta fuerit, & quid significet. Quæstio XII.

QVAERETVR, cū supra posuerit rex Israel parabolam de cedro, & cardo Libani, vnde assumpserit istam, vel quid intendebat per eam.

Respondet Ra. Sa. ꝙ ista parabola cępit à tēpore, quo redijt Iacob de Mesopotania in terrā Chanaā: nam Emor rex Sichem petiuit Dinam filiam Iacob in vxorem pro filio suo Sichem, & non dedit eā Iacob, & dicit ꝙ cardus Libani erat Emor rex Sichē, cedrus autem erat Iacob, qui erat dignior ipso rege Emor: bestię Libani vocātur Leui,& Simeon filij Iacob,& alij fratres eorū: nā isti transiuerunt per vrbē Sichem,& occiderūt ipsum Emor,& filium eius, & omnes sichimitas: Gen. 34. & dicit, ꝙ ex illo tēpore exortū habuit ista parabola. s. ꝙ quādo qs aggrederetur aliquid, qđ erat super dignitatē,& potestatem suā diceretur de eo, ꝙ cardus Libani petebat filiā cedri in vxorē pro filio suo q. d. ꝙ ei malū euenturum esset, quia aggrediebatur aliquid super vires suas.

Sed vr̄, ꝙ ista sit quædā fictio Ra. Sa. volentis extollere Iacob patrē suū, quasi excellētior esset, quā Emor rex Sichem. Et si sanctitas attēdatur satis notū est, & tamē in potestate nullo modo erat ęqualis Iacob ipsi emor, qa vix habebat Iacob in domo sua quindecim viros,& tn̄ Emor erat rex. Itē non conueniebat ista parabola in facto illo, quia solū habet locū, qn̄ aliquis vult inchoare id, qđ est super potestatē suā,& antequā inchoet, dicetur ei istud: & tn̄ Emor rex Sichem petēdo filiā Iacob in vxorē non petebat aliquid supra dignitatē suam, sicut si cardus peteret filiā cedri in vxorē pro filio suo, sed poti⁹ petebat aliquid infra dignitatē suam, quia ipse erat rex terræ illius, & Iacob erat quidam aduena non multum diues, nec potens, nec etiam petiuisset istud, nisi vt satisfaceret desiderio filij sui, cuius anima conglutinata fuerat animæ Dinæ, & moriturus videbatur, nisi eam acciperet: Gen. 34. Non ergo conueniebat ista parabola regi Emor. Dicendum ergo, ꝙ non fuit ista parabola facta ex tempore illo, sed magis videtur, ꝙ rex Israel eam nunc nouiter commentauerit conuenientem negocio, de quo agebatur, & ob hoc introducta est in scriptura, Sic etiam Ioathā minimus filiorum Gedeonis, quādo occisi sunt omnes fratres sui ab Abimelech, quem unxerunt in regem Sichimitæ, proposuit eis metaphorā de lignis ungentibus super se regem ad concludendū, ꝙ rex electus destrueret subditos: quia iniquè elegerāt eū, & illa parabola ab eo nouiter ficta est, ut satis apparet ex uerbis eius: ita nunc rex Israel finxit istā parabolam ad propositum suum. Iosephus autem 9. Antiquitatum non ponit cardum, sed puluerem,& nō ponit cedrum, sed cupressum, qđ potest euenire ex ęquiuocatione, uel magis quia Iosephus nō curauit sequi, nisi sententiā in generali, ꝙ autē ponatur cedrus, uel cupressus, cardus, uel puluis eadē sententia est. Quid autē intēderit rex Israel ex ista parabola, satis

Respōsio auctoris.

tis apparet. s. ostendit inequalitatẽ Amasiæ ad eũ, & ꝙ aggrediebatͬ res vltra vires suas, & ꝙ periret ꝑ stultitiam suam, sicut cardus conculcatus est à bestijs cum petiuisset filiam cedri in vxorem filio suo.

Deus quare fecit Amasiam perire pugnando cum rege Israel. Quæstio XIII.

QVAERETVR vlterius, quare Deus fecit ꝙ Amasias periret congrediẽdo cum rege Israel: nam 2. Paralip. 25. dicitur: noluit audire Amasias, eo ꝙ Domini esset voluntas, vt traderetur manibus hostium. Dicendum, ꝙ hoc fuit propter multa. Primo quia peccauerat nimis colendo Deos Idumęorum, & merebatur mortem grauissimam. De hoc eo. c. dicitur, eo ꝙ voluntas Domini esset, vt traderetur in manibus hostium propter Deos Edom. Secundo, quia fuit valde ingratus Amasias: nã antequam iret in bellum contra Idumæos colebat Deum, deinde adiuuit eum Deus specialiter in bello, & post bellũ coluit idola: & sic fuit ingratitudo in tribus. Primò, quia antequam suscepisset à Deo istud speciale beneficium, erat bonus, cum autem suscepit illud debebat esse melior, & tamen factus est malus. Secundò, quia coluit idola gentis illius, quã bello vicerat, & ex hoc apparebat, ꝙ dij illi erãt miserabiles, quia nõ potuerunt liberare cultores suos de manu Amasiæ: vnde si adorasset Deos alterius gentis, non fuisset tam culpabilis, & irrationabilis. Hoc patet. 2. Parali. 25. nam increpuit propheta nimis ipsum Amasiam ex ista parte, cùm dicitur: iratus Dominus contra Amasiam, misit ad illum prophetã, qui diceret: cur adorasti Deos, qui nõ liberauerunt populũ suũ de manu tua? Tertiò fuit ingratus, & irrationabilis: quia ipse captiuauerat istos Deos in bello, & sic non solũ non potuerunt liberare cultores suos, sed etiã nec se ipsos liberauerunt: erat autẽ omnino irrationabile, ꝙ aliquis adoret in Deũ eũ, qui minor est se. Tertio, & principaliter peccauit, quia increpuit prophetã exhortantem se ad bonũ, & comminatus est ei mortẽ 2. Parali. 25. cùm dixit Amasias ad prophetam: num cõsiliarius regis es? quiesce, ne forte interficiã te. Et postea propheta dixit: Scio, ꝙ cogitauerit Dñs occidere te, quia fecisti malũ hoc, & insuper nõ acquieuisti cõsilio meo. Quartò, ꝗa peccauit Amasias volendo pugnare contra regem Israel, ad reducendũ vnitatem regni, & tamẽ Deus vetuerat istud bellum præcedenti li. c. 12. & 2. Paral. 11. & Ideo dicitur eo. li. c. 25. ꝙ Amasias inito consilio pessimo misit ad Ioas regem Israel, dicens: veni, & videamus nos: cõsilium autem malũ nunquã est, nisi de re mala, in qua est peccatũ: ideo peccauit volẽdo ire cõtra regem Israel, & sic Deus tradidit eũ in manus hostis sui, sed pręcipue causę fuerunt duę istarũ. s. quia coluit idola, & ꝗa prophetæ cõminatus est mortẽ. Vnde 2. Paral. 25. dicitur: discedens propheta ait: scio, ꝙ cogitauit Dominus occidere te, quia fecisti malum hoc. i. coluisti idola, & insuper non acquieuisti consilio meo, & ob hoc Deus turbauit mentem eius, vt vellet ire ad pugnandum contra Ioas, vt caderet in manus eius, vt patet ibidem, scilicet: noluit audire Amasias, eo ꝙ Domini esset voluntas, vt traderetur in manibus hostium propter Deos Edom.

Quarta ratio.

Amasias quomodo potuit capi viuens in bello. Q. XIIII.

QVAERETVR vlterius, quomodo potuit capi in bello viuens Amasias.

Dicendũ, ꝙ hoc fuit, quia totus exercitus suus fugit, & ipse mansit solus, & nõ potuit euadere manus

F regis Israel. Dicit autẽ Iosephus 9. antiqui. ꝙ fuit factũ istud miraculosè, quia Deus incussit timorẽ viris Iuda, & non potuerũt stare corã Israel, & quasi sine bello fugerũt cũ ait: cunq; produxisset exercitũ contra Ioas, & esset iã prẽliũ cõmissurus milites Amasiæ repentinus terror inuasit, qualẽ nõ propitius Deus immittit, & antequã venirent ad manus in fugam animi pauore cõuersi sunt: illis ergo terrore dispersis contigit, vt Amasias desolatus ab hostibus caperetͬ. Istud aũt satis est verisimile, quia similia solet Deus interdũ agere. s. sine armis solo terrore hostes fugare, sicut fuit de castris Syrię. sup. 7. & de Philisthinis, qui circundederant Israelitas inermes, & facto fragore de cęlo super eos, fugati sunt. sup. j. li. c. 7. Sic

G etiam Deus immisit terrorem super Chananæos, vt fugarẽtur à facie Israelitarũ: Exod. 23. s. terrorẽ meũ mittam in præcursum tuum, & occidam omnẽ populũ, ad quem ingredieris, & nõ solũ faciebat Deus istud in gentilibus fauore Israelitarũ, sed etiam in ipsismet Israelitis, quando mali erant: nã exterrebat eos, vt non possent stare coram hostibus: Leuiti. 26. s. Qui de uobis remanserint, dabo pauorem in cordibus eorum in regionibus hostium terrebit eos sonitus folij uolantis, & ita fugient quasi gladium, cadent nullo persequente, & corruẽt singuli super fratres suos, quasi bella fugientes: nemo vestrum audebit inimicis resistere. Et non solum erat hoc respectu Iudæorum ad hostes suos, sed etiam ipsismet Iu-

Deus solet hostes sine armis fugare.

H dæis inuicem hoc accidebat: quia quãdo pugnauit Abia rex Iuda contra Ieroboam regem Israel Deus exterruit Ieroboam, & uiros suos, ut patet. 2. Paralipo. 13. s. omnesque uiri Iuda uociferati sunt, & ecce illis uociferantibus perterruit Deus Ieroboam, & omnem Israel, fugeruntque filij Israel Iudam, & tradidit eos Deus in manu eorum: ita ergo nũc fieret ẽ conuerso, quia tunc fouebat causam iustã Abia cõtra Ieroboã, & Deus perterruit Ieroboã: nunc igitͬ quia fouebat Ioas causam iustã cõtra Amasiã terreret Dñs Amasiã à facie Ioas, & uerteret in fugã, & satis rõnabile est: quia 2. Parali. 25. dr̃, ꝙ Deus tradidit eum in manus hostiũ suorum, & istud esset uertendo eum in fugam, & incutiendo pauorem uiris suis.

I

Amasias an vixerit annis 25. post mortem Ioas regis. Quæstio XV.

QVAERETVR vlterius, quomodo dicitͬ hic, ꝙ vixit Amasias annis 25. postquã mortuus est Ioas rex Israel. Nã non potest hoc stare, quia 2. Paral. 25. dr̃, ꝙ uixit quindecim annis post mortẽ Amasiæ. Secũdò patet, ex litera hebraica, quæ ponit hic quindecim annos. Tertiò patet, & efficacius, ꝗa impossibile erat istud: nã cępit regnare Amasias anno 2. Ioas, vt patet supra in litera. Regnauit aũt Ioas annis decẽ, & sex: & sic trãsierunt quatuordecim an

K ni regni simul Ioas, & Amasię, & tñ Amasias regnauit annis uigintinouẽ, ut patet supra in litera: ideo manebãt quindecim, subtractis quindecim de viginti nouẽ, remanẽt 14. & sic non potuit Amasias uiuere nisi quindecim annis post mortẽ Ioas regis Israel. Nicolaus autẽ, & quidã alij excusant istã literam, dicẽtes, ꝙ regnauit Amasias annis trigintanouẽ: & tñ solũ ponuntur uigintinouẽ hic in litera: quia decẽ annis istorũ fuit profugus Amasias in Lachis: nã fugit de Ierusalẽ, cũ serui sui insidiarentur ei, & postea adduxerunt eũ de Lachis, & occiderũt, ut patet. inf. in litera, & dicũt, ꝙ illi decẽ anni, ꝗbus mansit in Lachis fugiens non computantur de regno suo, & tũc subtrahendo quatuordecim annos, ꝗbus simul uixerunt Amasias, & Ioas, manẽt de regno Amasię anni uigin-

vigintiquinq;.& ſic dicunt, ꝙ computantur hic om
nes anni, quibus vixit Amaſias poſt mortem Ioas. &
tñ 2. Paral. 25. ponuntur ſolum quindecim anni, qa
illis ſolum propriè regnauit: alijs autem decem, li-
cet vixit, nõ regnauit, quia erat profugus in Lachis.
Sed dicendum, ꝙ iſta poſitio nullo modo ſtat. Pri
mò, quia iſta diſtinctio haberet locum, ſi fortè in He
bręo vnde ſumpta eſt litera noſtra, ponerent aliquã
do vigintiquinq; anni, & aliquãdo quindecim de re
gno Amaſiæ poſt mortẽ Ioas, & tñ ibi nõ eſt aliqua
differentia, quia hic ponunt in Hebræo quindecim
anni, & ẽt 2. Parali. 25. ponunt in Hebręo qndecim,
quomodo ergo poterat ponere Hieronymus vigin
tiquinque, cũ à nullo loco in litera hebraica hoc ha-
beret? ideo ridiculũ eſt. Secũdò patet, quia nõ poteſt
dici, ꝙ maneret Amaſias profugus decẽ annis in La
chis, & ꝙ ibi decẽ anni ſubtraherent de regno ſuo,
quia hic dicit, ꝙ ſentiẽs Amaſias contra ſe factã con
iurationẽ in Ieruſalem, fugit inde in Lachis, & dr̃, ꝙ
ſerui eius miſerũt poſt eũ, quia iſtud ſignificat, ꝙ im-
mediatè miſerunt, vt ipſe receſſit. Etiã non eſt veriſi-
mile, ꝙ poſtquã cępit eſſe cõiuratio manifeſta cõtra
regem, & ipſe fugit à facie cõiuratorũ, ꝙ decẽ annis
ſuperuiueret, quia tunc oportebat, ꝙ in iſtis decẽ an
nis eſſet bellũ contra regẽ poſtquã iam cæperat ipſe
manifeſtè fugere à facie eorũ, & tamẽ nõ eſt hoc ve-
riſimile, quia litera nõ ſignat aliquod bellũ: nã hic, &
2. Paral. 25. ſolũ dr̃, ꝙ miſerunt poſt regẽ, & occide-
runt eũ in Lachis. Tertiò patet, quia ſcriptura non
tenet iſtũ modũ, ſcilicet, ꝙ annos alicuius regis ſub-
ticeret propter malã habitudinem in regno, vel ꝓ-
pter aliã cauſam: quia anni regũ exprimũtur ad ſciẽ
dũ durationẽ populi, q̃ cõputatur per annos regis,
& ſic dẽt certificatio rerũ, q̃ fuit quantũ ad tp̃s: ſi tñ
ſubticerent aliquãdo anni alicuius regis, vel pars eo
rũ, iã eſſet ratũ in omnibus deſcriptionibus tẽpora-
libus, & nõ eſſet aliqua certitudo de reb⁹ geſtis, quo
anno factæ fuiſſent: ideo dicendũ ꝙ nũquã ſubticẽ-
tur anni alicui⁹ regis ex aliqua cã. Quartò patet hoc
ex poſitione Ioſephi. 9. antiqui. nã dicit, ꝙ Amaſias
vixit ſolũ quinquagintaquatuor annos, & regnauit
vigintinouẽ: & ſic nõ põt dici, ꝙ ſubticeant decẽ an
ni de regno eius: nã tunc oportebat, ꝙ vixiſſet ſexa-
ginta quatuor annis, quia ipſe erat vigintiquinq; an
norũ quãdo cępit regnare, & additis trigintanouẽ,
quibus dicunt eũ regnaſſe, erunt ſexagintaquatuor.
Non ergo ſubticentur aliqui anni de regno ſuo.
Dicendum igitur, ꝙ iſta litera eſt corrupta, quia
cum deberent poni quindecim anni, poſiti fuerunt
vigintiquinque, & facilè eſt hoc fieri inter Latinos,
maximè quando numeri ſcribũtur per literas æqui
ualentes numeris. Et iſtam poſitionem tenet hiſto-
ria ſcholaſtica, & vera eſt.
Sed obijciet, quia ſequenti. c. dr̃, ꝙ anno 27. Iero-
boã regis Iſrael cæpit regnare Azarias in Iuda, & tñ
Ieroboã regnauit poſt patrẽ ſuũ Ioas: ergo oportet,
ꝙ manerẽt vigintiſex anni ad min⁹ de regno Ama-
ſię qñ cæpit regnare Ieroboã, quia inter Amaſiã, &
filiũ eius Azariã, vel Oziã nullus fuit rex medius: ſi
autem ſolũ vixiſſet Amaſias quindecim annis poſt
mortem Ioas, oporteret, ꝙ moreretur anno quinto
decimo, vel ſextodecimo regis Ieroboam, & in illo
anno inciperet regnare Azarias filius eius.
Dicendum, ꝙ ad hoc ſequenti. c. reſpõdebitur in
principio. Dicit autem Ioſephus 6. antiqui. ꝙ iſtud
bellũ, quod fuit inter Amaſiam regem Iuda, & Ioas
regẽ Iſrael, fuit anno 14. Amaſiæ regis, & ſic patet, ꝙ
fuit in vltimo anno regni Ioas regis Iſrael: quod pa-
tet: quia Ioas regnauit annis decem, & ſex præcedẽ-
ti. ca. cæpit autem regnare duobus annis ante Ama-

A ſiã, quia ſupra in litera dicitur, ꝙ anno ſecundo Ioas
regis Iſrael regnauit Amaſias in Ieruſalẽ: ideo opor
tet, ꝙ quando eſſet annus quartus decimus Amaſię,
eſſet annus decimus ſextus Ioas, & tñ Ioas ſolum re
gnauit decem, & ſex annis, ergo mortuus eſt anno
quarto decimo Amaſiæ: illo tñ anno dicit fuiſſe bel
lũ inter Amaſiam, & Ioas, ideo mortuus eſt Ioas an-
no, quo fecit iſtud bellũ. *Factaque eſt.* Hic ponitur ſe-
cundũ huius partis. ſ. aduerſitas Amaſiæ, quando à
ſubditis ſuis hoſtiliter occiſus eſt, & dicitur. *Facta eſt
contra eum coniuratio in Ieruſalem.* Scilicet, aliqui de ſer-
uis eius coniurauerunt inter ſe, vt occiderẽt ipſum:
ſic enim coniurauerunt contra patrem ſuum Ioas
ſupra 12. *At ille fugit in Lachis.* Sciuit enim Amaſias, ꝙ
B tractabatur contra eum coniuratio, & non poterat
euadere illã, ideo fugit de Ieruſalem in vrbẽ Lachis.
vt ibi euaderet. Eſt autẽ Lachis ciuitas in regno Iu-
dæ, vt patet Ioſue 15. Et contra iſtã ciuitatẽ erat bel
lum, quando Senacherib volebat pugnare cõtra Ie-
ruſalem, ut patet inf. 19. & de hoc dicitur, Micheæ.
Ideo deſcendit malũ à Dño in portã Ieruſalẽ tumul
tus quadrigæ ſtuporis habitantibus Lachis: putauit
tñ Amaſias ibi ſecurius manere, quia fortè in urbe
illa habebat fideliores famulos, quàm in Ieruſalem,
ideo fugit illuc. *Miſeruntque poſt eum in Lachis, & inter-
fecerunt eum ibi.* Iſti, qui coniurauerant contra Ama- Amaſie occiſio.
ſiam, erant potentes, ideo fugiente eo in Lachis, miſ
ſus eſt illuc exercitus ab iſtis coniuratoribus, & occi
C ſus eſt ibi Amaſias. *Et aſportauerunt in equis.* Ideſt, in cur
ru equorum. Hoc fuit ad hoc, ꝙ ſepeliretur in Ieru-
ſalem, quia non erat in Lachis aliquid ſepulchrorũ
regalium. *Sepultuſque eſt in Ieruſalem cum patribus ſuis in
ciuitate David.* Iſte ſepultus eſt in ſepulchris regum,
quãquam occiſus eſt à ſeruis ſuis. Pater autem eius
non ſepultus eſt in ſepulchris regum. 2. Paralipo. 24.
filius quoque eius Ozias non fuit ſepultus cum regi
bus: eo. li. ca. 26. *Tulit autem vniuerſus populus inde Aza-
riam annos natum decem, & ſex.* Iſte Azarias vocatur
alio nomine Ozias. 2. Paralipo. 26. & Matth. 1. ideo
erat autem filius Amaſiæ, & cum eſſet annorum 16.
factus eſt rex de conſenſu totius populi. *Et conſtitue-
runt eum regem pro patre eius Amaſia.* Quia ad ipſum pro
D ueniebat regnum iure hæreditario, quia fortè nul-
lus alius erat filius Amaſiæ. *Ipſe ædificauit Ilam, & reſti-
tuit eam Iudæ.* Iſta eſt quędam ciuitas in terra Idumęo
rum, & eſt apud mare rubrum, & vocatur alio mo-
do Elath, vt patet Deu. 2. cùm dicitur, ꝙ uenerunt
per viam campeſtrem de Elath, & de Aſiongaber
per terram montis Seir. Iſtud patet magis præcedẽ-
ti. lib. ca. 9. cùm dicitur, ꝙ Salomon claſſem fecit in
Aſiongaber, quæ eſt iuxta Ailam in littore maris ru
bri in terra Idumeæ, & vocatur in Hebræo hic iſta
ciuitas Elath, ſicut Deu. 2. intelligendum autem, ꝙ
pugnauit Ozias contra Idumæos, & accepit ciuita-
tẽ iſtam de terra eorũ, & ædificauit eã. i. reſtaurauit,
quia fortè bello deleta fuerat: tenuerant autem Iſ-
E raelitæ quondã iſtam ciuitatẽ, qñ terra Edom erat
ſubiecta regibus Iudæ, ſcilicet, tempore Ioſaphat, &
aliorum regum præcedentium, ut colligitur præce-
denti. li. c. ultimo, & ſup. 3. & tempore Ioram filij Io
ſaphat receſſit Edom, ne eſſet ſub Iuda, ſup. 8. & tũc
iſta ciuitas deſijt eſſe ſub regno Iuda. Ozias tamẽ ha
buit crebras uictorias, & pugnabat contra gentes in
circuitu, ut patet 2. Paralip. 26. ideo pugnans contra
Edom accepit ciuitatem hãc de manu eorũ, & hoc
patet, quia dicitur: Et reſtituit eã Iudæ. ſ. quondam
fuerat Iudæ, & tamen iã perdita erat. *Poſtquam dormi-
uit rex cũ patribus ſuis.* Ideſt, poſtquã mortuus eſt Ama-
ſias pater eius: nã uiuente eo nulla bella fecit Ozias,
quia non regnabat, etiam quia tunc paruulus erat.

Quare

Quare coniuratio contra Amasiam facta fuerit à seruis suis. Quæstio XVI.

QVAERETVR quomodo, vel ꝑpter quid facta est cõiuratio ista cõtra Amasiã à seruis suis. Respondet Nicolaus, ꝙ populus habuit regẽ exosum, quia propter stultitiam suã induxerat multa mala regno. Noluit enim cessare à bello cõtra Ioas regẽ Israel, & ob hoc multi de viris Iuda occisi sunt, & alij fugati sunt, & murus Ierusalẽ diruptus est per quadringentos cubitos, thesauri domus Domini, & domus regis ablati sunt, & obsides ducti sunt de Ierusalẽ filij nobiliũ in Samariam. Et ob hoc populus indignatus in vindictã istorũ malorũ regẽ occidit. Circa hoc sunt duo dubia: primũ est de istis insidijs, quomodo fuerunt positæ, quia non videtur nũc facta cõiuratio eo modo, quo aliàs fiebat, sed solũ modo belli: Secundum est, quare fuerint positę insidiæ.

Ad primum dicendũ, ꝙ non fuerunt insidiæ contra Amasiã eo modo, quo fuerunt contra patrem suũ Ioas: nã illę fuerunt occultæ, cũ rex occisus fuerit in lectulo suo 2. Paralip. 24. & tamen hic fuerũt apertæ, quia rex cognouit cõiurationẽ, & fugit præ timore in Lachis. Secundò patet, quia insidię, quæ aliàs fiebant, erant ab hominibus impotentibus, qui non poterant aliàs occidere, nisi occultè agerent: sic duo serui Ioas, scilicet, Iosachar, & Iozabad coniurauerunt contra eum, & ipsi occiderunt eum. sup. 12. & 2. Paralip. 24. hic autem fuerunt insidiæ potentum ad modum belli: nam postquam cognouit rex illas non potuit se defendere, & fugit in Lachis. Tertiò patet, qa adhuc postquã fugit nõ potuit se ibi defendere, sed occisus est: nã illi, qui coniurauerant cõtra eũ, miserunt illuc exercitũ, qui occideret Amasiam, & sic non erant istę insidię, sed vis publica.

Cõiuratio contra Amasiã fuit totius populi. Dicendum ergo videtur, ꝙ hic non coniurauerũt specialiter contra regem aliqui serui eius, sed totus populus coniurauit, vel maior pars, & decreuit eũ occidere. Nam si aliqui de seruis suis specialiter posuissent insidias contra eum, cognitis illis non fugeret Amasias, sed faceret illos comprehendi, & occidi. Item dato, ꝙ fugeret non possent illi mittere cõtra eum tantum exercitum, qui occidere posset regẽ: quia tunc maiores potestatis essent cõiuratores, quã rex, cũ rex sciens insidias eorum, nõ posset se defendere publicè. Itẽ non potest dici, ꝙ esset aliquis vir potens, qui insurgeret contra Amasiã ad vsurpãdum regnum: quia si iste publicè insurgeret, poterat Amasias se defendere de eo, nisi maior pars regni faueret illi. Sed adhuc non stat, quia si maior pars, vel quasi totũ regnũ faueret ei, & posset occidere Amasiam, postquam occisus esset, regnaret iste, qui insurgebat, & tamen regnauit Ozias filius Amasiæ, & de consensu cõmuni populi assumptus est in regem, vt patet in litera: ergo non fuit aliquis, qui insurgeret specialiter contra Amasiã, vt patet ex dictis. Itẽ patet, quia si sic fuisset, nominarent illi, qui insurgebãt, siue essent insidiæ manifestæ, siue occultæ. De occultis patet, quia duo serui Ioas patris Amasiæ occiderunt ipsum, sup. 12. & 2. Paral. 24. de manifestis apparet, sicut cum Iehu insurrexit contra Ioram regem Israel supra 9. & multi alij in Israel occidebant reges, & regnabant pro eis, vt patet sequ. c. & prçcedẽti li. c. 15. & 16. & omnium ponũtur nomina: hic tñ nõ ponitur nomen alicuius insidiatoris, & sic videtur, ꝙ totus populus hoc fecit. Item patet, ꝙ si aliqui de populo specialiter tetendissent istas insidias Amasiæ filius eius Oziam postquam regnaret, occideret, illos sicut dicitur sup. in litera, ꝙ Amasias occidit seruos suos, qui occiderant patrem suum, &

F noluit occidere filios eorum, & tamen de Ozia non dicitur, ꝙ aliquem occiderit de occisoribus patris sui, nec quęsiuerit ad occidendum eos, ideo videtur ꝙ populus egerit, & toti populo ignoscendũ erat.

Totus populus quare voluit occidere Amasiam. Quæstio XVII.

QVAERETVR circa secundũ, propter quid totus populus voluit occidere Amasiã. Nicolaus respondet, vt dictũ est, ꝙ fuit propter stultitias, quas fecerat, & damna magna, quæ intulerat populo, & istud aliqualiter est verisimile: & tamẽ obstat, quia videtur, ꝙ immediatè post bellũ, quod habuit
G Amasias cũ Ioas, populus vellet occidere Amasiã, quia tunc esset stimulatus recenti dolore, & tñ non fuit ista occisio vsq; ad quindecim annos post, & secundũ quosdam vsq; ad viginti quinq;: non ergo videtur, ꝙ tanto tempore differret populus vindicare iniuriam suam, quia nunquã aliquis differt vindictã nisi propter impotentiã: nam aliàs vindicta dulcissima est, quando ira est feruens ad primũ impetum: quando autẽ efferbuerit, iã non est dulcis, cùm, deficiente ira, non sit appetitus vindictę, & tamen populus totus poterat occidere Amasiam mox post bellum, quod habuit cũ Ioas: ergo si propter istud ageret, videtur ꝙ illico occidisset eum: nam nullo tempore poterat Amasias resistere toti populo.
H Secunda positio est, ꝙ populus fecit hoc, vt liberaretur à seruitute: nam quando Ioas rex Israel fecit bellum contra Amasiam, & captum duxit eum in Ierusalẽ, videtur, ꝙ exegerit ab eo iuramentũ, ꝙ solueret sibi quolibet anno tributũ, & tunc dimisit eũ. qđ patet: quia Ioas tulit obsides de Ierusalem, vt patet sup. in litera, & tamen obsides nunquã dantur nisi pro fidelitate seruãda, vel pro aliquo debito soluendo. Iudæi autem horrescerent ꝙ manerẽt subiecti regibus Israel soluendo eis tributa: Ideo occiderent Amasiam non quidem propter mala, quæ fecerat, sed quia viuente eo manebat regnum Israel obligatũ ad tributa. Si autem moreretur ille, surgeret rex nouus, qui non iurasset regi Israel de præstandis tributis, & sic manerent viri Iuda liberi, & istud videtur satis rationabile motiuum.
I Sed obijcietur, quia non fuit occisus Amasias viuente illo rege, cui iuramentũ prçstitũ erat: nã quindecim annis post mortẽ Ioas occisus fuit Amasias, 2. Paral. 25. Dici potest, ꝙ quãquã iuramentũ præstitũ fuit Ioas tamen prçstitum fuit ei pro se, & successoribus suis, & sic regnante nunc Ieroboã in Israel tenebantur ei ad tributa viri de tribu Iuda: sic enim consueuerunt præstari iuramenta de fidelitate seruanda summo Pontifici, & regibus. s. ꝙ seruetur fidelitas eis, & successoribus suis canonicè intrãtibus, extra de iure iur. cap. ego enim. Voluerunt ergo saltem nunc esse liberi viri Iuda, et occiderunt regem
K suum. Sed dicetur tunc, ꝙ viri Iuda potuissent hoc facere prius, & essent liberi citius à tributis.

Dicendũ, ꝙ fortè nõ habuerũt opportunitatẽ ad hoc, ꝙ possent resistere regi Israel, nisi tũc. Et si dicatur quid de obsidibus, qui manebant penes regẽ Israel, quia ꝑꝑ eos populus seruare vellet iuramentũ regis? Dicendum, ꝙ fortè populus non multum curauit de obsidibus: quia potius elegit illos perdere, quam manere in continua seruitute regum Israel.

Tertia positio est, ꝙ nõ fuerit aliquid horum, sed ꝙ Deus prouocauit odium uirorum Iuda cõtra regem suum, ut ex hoc sequeretur occisio eius, quam Deus uolebat inducere ad executionẽ iustitiæ cõtra Amasiam: & tunc suborta quantuncunque parua occa-

occasione, magnum inde odium nasceretur. Et hoc est verisimile: quia 2. Paralipo. 25. dixit propheta ad Amasiam: Scio, quòd cogitauerit Dominus occidere te: ipse ergo faceret, quod nunc occideretur.

Quare fecit Deus, quòd Amasias occideretur. Quæstio XVIII.

QVAERETVR vlterius, quare Deus fecit, ꝙ occideretur Amasias à seruis suis.

Aliquis dicet, quòd hoc factum est propter Deos Edom, quos eduxit de bello, & coluit. Sed dicetur ꝙ hoc non stat: quia iam propter hoc data fuerat ei pęna, scilicet, ꝙ vinceretur à Ioas rege Israel, & ignominiosè captus duceretur in Ierusalem, vt patet 2. Parali. 25. scilicet: noluit audire Amasias, eo ꝙ esset voluntas Domini, vt traderetur in manibus hostiū propter Deos Edom: ideo nō occideretur pro hoc.

Dicendū, ꝙ ista ratio non cogit propter duo: primo, quia dato ꝙ victus fuisset à Ioas propter Deos Edom, tamen adhuc poterat iterum puniri pro illo peccato: nec est inconueniēs pro eodem peccato sæpius puniri, quando vna pęna non est sufficiēs: si autem prima pœna fuerit sufficiens, nunquam sequūtur aliæ. Et sic intelligitur illud Naum primo. s. Nō iudicabit dominus bis in idipsum. i. non puniet bis sufficienter pro eodem peccato, sed puniet pluries si non sufficienter. Secundò, quia dato ꝙ prius sufficienter punitus esset, tamen reiteraret peccatum colendo Deos Edō: ideo debebat ei noua pęna. s. mors.

Dicendum ergo videtur, ꝙ Deus fecerit eū occidi propter duo. s. quia coluit Deos Edom, & quia ꝓphetā exhortantē se ad bonū increpuit; sic patet 2. Paral. 25. cùm dixit propheta ad Amasiā: Scio, ꝙ cogitauerit Dn̄s occidere te, quia fecisti hoc malū. s. voluisti Deos Edom, & insuper non acquieuisti consilio meo. Intelligendū tamen, ꝙ non immediatè vt coluit Amasias Deos Edom, fuit reus mortis: nam si solum coluisset eos ante bellum, qđ habuit cum Ioas, illud bellum esset sibi in pęnam: & tamen postea coluit manens semper in crimine suo: ideo postquā multis annis expectatus est, & non fuit auersus à malo, Deus fecit ꝙ occideretur à seruis suis. qđ patet, quia tunc quando occisus est manebat in idolatria, vt patet, 2. Paral. 25. s. Qui postquā recessit à Domino, tetenderunt ei insidias in Ierusalē: cunque fugisset Lachis interfecerunt eum ibi: & sic continuabat tunc cultum idolorum. Quod autem nō fuisset occisus, si postquā victus est à Ioas nō redijsset ad cultū idolorum, patet ex verbis ꝓphetę, qui dixit: scio ꝙ cogitauerit Dn̄s occidere te, & non dixit: scio, ꝙ disposuit Deus te occidere, vel ꝙ te occisurus est: nā cogitatio rem imperfectam significat & sic significabatur Deus esse ad modum hominis consiliantis, an aliquid agat; non tamen plenè deliberati, & sic non fuit deliberatio mortis contra Amasiā propter peccata, quæ fecerat, quando locutus est ei propheta, sed propter peccata, quæ postea egit.

Anno quinto decimo. Hic ponitur secundum principale huius. c. in quo reditur ad narrandū historiā regū Israel contēporaneorū regibus Iudæ, & dictum fuerat supra de regno Amasię regis Iudę, cui fuerūt contēporanei duo reges in Israel. s. Ioas, & filius eius Ierobam: Dixit autem supra de regno Ioas: ideo expleto regno Amasiæ, narrat̄ hic de regno Ieroboā, & dicitur: *Anno decimoquinto Amasię filij Ioas regis Iuda regnauit Ieroboam filius Joas regis Israel.* Fuit enim contemporaneus Ieroboā Amasiæ: nā in medio tēporis regni ei⁹ cępit regnare Ieroboā, quia Amasias regnauit annis viginti nouem, sup. in litera, & anno

A quintodecimo regni eius cæpit regnare Ieroboam rex Israel. *In Samariam quadraginta, & vno anno.* Erat Samaria metropolis regni, ideo ibi regnare dicebant̄ omnes reges Israel. Regnauit autē Ieroboā plus quā cęteri. s. quadraginta, & vno anno: nullus tamē in regibus Israel fuit, qui excederet viginti octo annos in regno: nā Iehu viginti octo annis regnauit in Israel. sup. 10. alij verò pauciori tēpore, vt colligit̄ ex processu libri pręcedentis, & istius: & sic potuit Ieroboā facere magnifica gesta, quia magno tēpore regnauit. *Et fecit quod malum est corā Domino.* i. coluit idola: istud enim erat malū cōmune omnibus regibus Israel, qa nullus eorū fuit, qui nō coleret idola: iste tn̄ vehementer coluit illa, vt ait Iosephus. 9. Antiqu.

B s. hic aūt rex circa Deū quidē iniuriosus, & iniquus extitit vehementer idola colendo, & multa incongrua, & extranea opera faciēdo. *Non recessit ab omnibus peccatis Ieroboam filij Nabath.* s. coluit vitulos aureos sicut ille, & sic imitatus est eum in nomine, & in crimine, & ad differentiam istius Ieroboā vocatur semper ille primus Ieroboā filius Nabath. *Qui peccare fecit Israel.* Scilicet, constituendo vitulos aureos, & faciendo ꝙ totus populus coleret illos. *Ipse restituit terminos Israel.* i. quāquā esset malus iste Ieroboam contra Dominum, tamen multa bona populo cōtulit: nam totam terram, quæ occupata tenebatur de regno Israel à siris, & alijs gentibus restituit terræ Israel. Et propriè dicitur, quòd restituit terminos Is-

C rael, ꝙ de nullo alio rege dicitur: nam restituere terminos est facere, ꝙ termini Israel essent vbi fuerāt à principio, & hoc fecit iste: istud autem non poterat esse nisi omnia loca, quæ pertinuerant olim ad terram Israel, reducerentur ad possessionem Israel: alij autem reges restituebant aliquas ciuitates solū, sicut fecit Ioas pater istius: ideo propriè nullus restituit terminos nisi iste, & ob hoc dictus est iste saluator, vt patet inf. in litera, & præcedenti. c. dicitur: dedit Dominus Saluatorem Israel. *Ab introitu Emath vsque ad mare solitudinis.* Emath est ciuitas, quæ aliquādo vocatur Emath, & aliquando vocatur Reblata, vt quidam volunt: & tamen falsum est: quia Reblata distinguitur ab Emath Numeri. 34. & est Reblata Emath, & Reblata an esset ea dē ciuitas.

D orientalior, quā Emath ī ipso latere aquilonari terrę Chanaan. eo. c. Et est Emath metropolis regni: Reblata verò est in regno Emath, ideo dicit̄: Reblata esse in terra Emath. inf. 23. & Iere. 39. & vocat̄ nunc ciuitas Anthiochia ab Antiocho rege Syrię, & ī ista ciuitate beatus Petrus tenuit sedē annis septē, antequā esset sedes apostolica Romę. Ponit̄ autē ista ciuitas in terminis terræ Israel, & Syriæ ex parte aquilonari: Num. 34. & sic non cōstat, an sit ciuitas Emath in terra Israel, vel si in terra Syriæ: Hieronymus aūt vult, ꝙ sit in terra Syriæ, vt patet in quodā prologo suo super Actus apostolorum, vbi dr̄: Luchas Antiochensis natione Syrus. Idē patet in alio prologo eius dē super Luchā; & sic vult, ꝙ esset ciuitas ista Syriæ: Antiochia quōdā vocabatur Reblata, & vbi.

E mare solitudinis est mare Sodomorū. s. vbi fuerunt quōdā ciuitates quatuor Sodomorū ī valle, & submersę sunt, qn̄ Deus percussit illas. Gen. 19 factum est ibi mare, siue Lachus magnus occupans totā planiciē vallis, & vocat̄ illud mare solitudinis, vel mare mortuū, & mare Sodomorū, & Lachus diaboli, & lachus Asphaltidis. Dr̄ mare solitudinis quia est apud solitudines arabicas, & sic nominatur sæpe, vt patet: Num. 34. & Deut. 3. & Iosue 12. vocatur etiam mare mortuum, quia in eo non sunt pisces, nec aliquid viuēs gignitur, & viuentia, quæ ibi natant, submergi non possunt. Vocatur mare salsissimū, quia nullū mare est magis salsum, quā istud: & hoc quia est sulphureū cum factum fuerit, quādo Deus misit Mare mortuū diuersimodè nominat̄.

sulphur

sulphur de cęlo super ciuitates illas. Et ista nomina sunt vulgata in scriptura: quia mare solitudinis vocatur hic, & Iosue 12. & mare mortuum vocatur Iosue 3. & mare salsissimũ vocatur Nu. 34. & Deu. 3. & Iosue 12. & significatur, ꝙ ista sint idem: nã Iosue 3. vocatur mare solitudinis, & dicitur, ꝙ nũc vocatur mare mortuum, & Deu. 3. & Iosue 12. vocatur mare solitudinis, & dicitur, ꝙ illud est salsissimũ. Mare aũt diaboli, vel lacus non vocatur in scriptura, sed ab incolis terræ illius, qa ille quatuor ciuitates, vbi factũ est illud mare instigante diabolo peccauerunt, & perierũt. Vocatur aũt lacus asphaltidis à scriptoribus in historijs. Sic enim vocatur à Iosepho 9. Antiqui. & in multis locis. Sic etiã vocatur ab Isidoro in libr. Ethymo. & à Solino in Polistor. c. de Iudea, & à multis alijs auctoribus. De isto mari magis declaratum est Iosue 12. Et ponunt ista duo loca termini Israel: nam Nume. 34. ponitur Emath terminus ex parte aquilonari, & mare solitudinis siue salsissimum ponitur in latere aquilonari ex parte orientis: & quia restituit iste Ieroboam Israeli omnia loca, quæ erant intra istos terminos, dicit restituisse terminos Israel, sic ait Ioseph. 9. Antiq. s. Prophetauit Ionas, ꝙ oporteret Ieroboam regnũ propriũ dilatare in partibus quidem aquilonis vsque ad Emath ciuitatem, à meridie verò vsque ad asphaltidem paludẽ: antiquitus enim termini Chananęi isti fuerunt, sicut princeps Iesus ea loca determinauit. *Iuxta sermonem Domini Dei Israel, quem locutus est per seruum suum Ionam.* Scilicet, Deus prænunciauerat per Ionam prophetam regi Ieroboã, ꝙ ipse restitueret omnes terminos Israel. Iste Ionas fuit ille, qui prophetauit contra Niniuẽ, quod patet: quia hic vocatur filius Amathi. *Filium Amathi prophetam.* Amathi erat pater istius, & creditur fuisse propheta, vt inf. dicetur. *Qui erat de Geth.* Geth quædam ciuitas est in terra Israel. *Quæ est in Opher.* i. ciuitas Geth est in terra Opher. Aliqui dicũt Ophel, sed errant: dicit enim Historia scholastica, ꝙ Ophel est nomen cuiusdã turris nebulosæ, quæ non longè erat à templo: Opher autem erat nomen prouinciæ, in qua erat Geth, & dicitur, ꝙ ista Geth erat in Opher ad significandum, ꝙ non est ista Geth terræ Philisthinorum: nam Geth est vna de quinq; metropolibus terræ Philisthinorum Iosue 13. & supra 1. lib. cap. 6. & de ista vrbe fuit Goliath, quem occidit Dauid, vt patet eod. lib. cap. 16.

Cap. 11.

Opher an debeat vocari Ophir.

Sciendum, ꝙ Opher deberet vocari Ophir, sicut regio illa Indię, ad quam mittebat Salomon pro auro, vt patet præcedenti li. c. 9. & c. vltimo: nam in hebræo non est aliqua differentia, nisi ꝙ prima litera vnius est Aleph, & prima alterius est Ayn, sed ista differentia non potest seruari in Latino: voluerunt tamen scriptores Latini facere aliquam differẽtiam, & vocauerunt Ophir illã, quæ est in India, & Opher illam, quæ est in Iudea.

K *Ieroboam quo anno Amasiæ regnare cæpit. Quæst. XIX.*

QVAERETVR, quomodo dicit hic, ꝙ anno quintodecimo Amasiæ cæpit regnare in Israel Ieroboam. Nã videtur, ꝙ cępit regnare anno quartodecimo: nã Amasias cępit regnare anno secundo Ioas regis Israel. sup. in litera, & regnauit Ioas decẽ, & sex annis præcedẽti c. ergo erat annus quartus decimus Amasiæ, quando cæpit regnare Ieroboam.

Dicendũ, ꝙ in hoc non est aliqua difficultas: nam aliquando accipiuntur anni completi, & aliquando inchoati, & sic fuit hic: nam annus quintusdecimus regni Amasiæ non erat finitus quando cæpit regnare Ieroboam, & tamen erat inchoatus.

F Sed obijcietur fortius, ꝙ cępit regnare ante annũ quintumdecimum, immo ante annum tertium regni Amasiæ: nam Amasias vixit solum quindecim annis post mortẽ Ioas regis Israel, & mortuo Amasia regnauit filius suus Ozias: & tamen Ozias cępit regnare anno 27. regis Ieroboam, vt patet sequen. c. ergo transierãt simul viginti septem anni de regno Amasiæ, & de regno Ieroboam, & tamen Amasias regnauit annis uigintinouẽ sup. in litera, ergo secundo anno regni sui cępit regnare Ieroboam in Israel.

Respondet Nicolaus, data positione, quã supra recitauimus. s. ꝙ vixerit Amasias uigintiquinque annis post mortẽ Ioas, ut dicit hic litera, & tũnc debebat Ozias regnare anno 25. regni Ieroboam: quia uigintiquinq; annis regnarẽt simul Amasias in Iuda, G & Ieroboam in Israel: & tamen dicitur, ꝙ regnauit anno 27. Ieroboam: ideo dicit, ꝙ incępit Ierobã regnare uiuente patre suo Ioas, & regnauit cũ eo duobus, uel tribus annis: & sic computando à principio regni eius fuit uigesimus septimus annus eius quando cæpit regnare Ozias in Iuda: sed ista positio iam improbata fuit supra: & tamen de ea adhuc dicetur sequen. c. Tenendo tamẽ, ꝙ non uixerit Amasias nisi quindecim annis post mortem Ioas, sicut dicitur hic in hebræo. & 2. Paral. 25. & etiam vult illud Iosephus, non possumus sic respondere; quia tunc oportebit, ꝙ regnauerit Ieroboã rex Israel secũdo anno Amasię, sed quomodo hoc stet declarabitur sequ. c.

H *Deus quare contulit tot victorias Ieroboam tam pessimo. Quæstio XX.*

QVAERETVR vlterius, cùm iste Ieroboã esset tam malus in colendo idola, quare Deus cõtulit ei tot uictorias: nã nullus fuit in regibus Israel, qui tam magnifica ageret: ipse enim restituit terminos Israel, qđ de nullo alio dicitur. Etiã ipse fuit saluator Israel, ut patet in litera. Potest responderi, ꝙ Ieroboam isto tempore, quo istas uictorias habebat non erat idolatra, sed habitis illis cõuersus est ad idola. Sic enim fuit de Amasia: nam ipse fuit bonus antequã pugnaret contra Edom, deditq; ei Deus ma- I gnificã uictoriam, & accipiẽs in bello Deos Idumęorũ, coluit eos postea, nec uoluit desistere ab isto cultu, quãquam per prophetam increpitus fuerit 2. Paralipo. 25. Vel potest dici, ꝙ fuit malus Ieroboam à principio regni sui, & tamen postea cõuersus est ad Dominum tempore, quo debuit ei dare istas uictorias, sic fuit de Ioachaz auo suo, nam ille coluit idola, & cum affligeretur nimis conuersus est ad Dominum, & orauit, atque exauditus est, deditq; liberatorem Israel præcedenti ca. Tertio dici potest, & melius, ꝙ Ieroboam semper fuit idolatra, & magn⁹ quidem, vt ait Iosephus: & tamen Deus dedit ei uictorias magnas non propter se, sed propter Israel: quia erat afflictus nimis, ut patet in litera, s. uidit Dominus afflictionem Israel amaram nimis, & quòd consumpti essent usq; ad clausos carcere, & extremos, & non esset, qui auxiliaretur. Et etiam fecit hoc propter pactum, quod habuerat cum Abraham Isaac, & Iacob, ut patet infra in litera: historia tamẽ scholastica uult, ꝙ Ieroboam fuit bonus antequam haberet uictorias, sed postea ista felicitate elatus fecit malum coram Domino, & missus contra eũ Amos propheta techuites, prędixit ei mala, de qbus Amos 7. Et de hoc infra declarabitur: rationabilius tamen uidetur, quòd semper fuerit malus iste Ieroboam, & quòd Deus dederit ei uictorias propter pactum, quod habebat cum Abrahã: hoc enim magis significat litera.

Ionas

Ionas vbi prophetauit, quòd Ieroboam restitueret terminos Israel. Quæstio XXI.

QVAERETVR vlterius, qñ Ionas, vel vbi prophetauit, quòd Ieroboam restitueret terminos Israel: nam hoc non legitur in libro suo, qui hr̃ inter libros duodecim prophetarum: nam ibi solum agitur de prophetia contra Niniuē, quæ erat caput Assyriorum. Respondet Nicolaus, ꝙ quanquam nō legatur in libro suo, tamē ipse prędixit istud: quia multa alia ipse prædixit, quę non scripta sunt ibi, sicut ipse prænunciauit de regno Iehu, & vnxit eum, & de destructione domus Achab, & ꝙ filij Iehu regnarēt vsque ad quartam generationem, & tamen ista non sunt scripta in libro suo. Sic.n. Christus multa fecit, & dixit: quæ non scripta sunt. Sic patet Io. vlt. s. Sunt autem & alia multa, quę fecit Iesus. & Io. 20. dr̃: Multa quidem, & alia signa fecit Iesus in conspectu discipulorum suorū, quæ non scripta sunt in libro hoc. Sed dicendū, ꝙ illud, quod præsupponit Nic. falsum est, s. ꝙ Ionas prænūciauerit Iehu, ꝙ filij sui regnaturi essent vsque ad quartam generationem, & prænūciauerit destructionem domus Achab: nam probatum est contrarium sup. 9. & 10. Sed dicendum, ꝙ q̃q̃ non scriptum sit in libro illo Ionæ, in quo solū agitur de prædicatione in Niniue: tamē constat, ꝙ hoc dixit, cum hic dicatur, ꝙ dixerit. Dicit autem Ra. Sa. ꝙ scriptum est istud in libro Ionæ per quandā similitudinem: nam ibi prænunciatum est ꝯ Niniuem, ꝙ subuerteret vsque quadraginta dies, & postea cōuersis ipsis ad Dñm non subuersa est, vt patet Ionę 3. Ita & nunc Deus prænunciauerat mala Israelitis: vidēs tñ eorum angustiam magnam, sicut viderat angustiam Niniuitarum dedit eis Ieroboā in liberatorē. Sed istud nihil est: quia ista allegoria est remotissima: Sacra autem scriptura non probat, nec arguit ꝑ allegorias, sed in sensu literali. Etiā quia hoc modo non magis diceretur de Iona, ꝙ hoc prędixisset, quàm de Ioele: immo melius diceretᷓ, ꝙ hoc prędixit, qa Ioel prænūciauit bruchum, & locustam, & eruginem vēturam; & postea quia doluerunt Hebræi, & cōuersi sunt ad Dñm, ablatum est malum, vt patet Ioelis 2. de quolibet ēt propheta poterat dici, ꝙ ipse hoc prænunciasset, quia rari prophetæ sunt, qui nō prædixerint aliquid futurū, quod non legatᷓ postea mutatū fuisse, vel ipsi non dicant illud potuisse mutari: & tñ dr̃ hic specialiter de Iona, ꝙ Deus predixerat istud ꝑ seruum suū Ionam: ergo oportet, ꝙ ipse hoc verè ꝑ̄dicauerit, & sic tenet Iosephus: Historia aūt scholastica vult alio modo introducere verba ista, dicēs, secundum Iosephum, ꝙ prædicauit Ionas in Niniue, ꝙ post modicum tēpus Asię perderent principatū; & dicit, ꝙ istud inchoatū est per Ieroboā, sed postea cōsummatum est, qñ monarchia Assyriorum trāslata est ad Medos. Sed istud non stat: Primò, quia Iosephus nō dicit totum hoc, sed solū ait: Et stans Ionas in medio ꝑ̄dicauit, quia post modicum tempus Asię ꝑderent principatum: hæc ergo eis indicās est reuersus, & non tangit, ꝙ fuerit inchoata ista destructio ꝑ Ieroboā. Secundò non stat: quia dato, ꝙ Syri spoliarent principatu suo ꝑ Ieroboam, quantum ad aliqd non minuebatᷓ potestas Assyriorū: quia Syri, & Assyrij non sunt eadem gens: Assyrij tñ sunt illi, in quorū terra metropolis est Niniue: ideo dato, ꝙ minueretᷓ principatus Syrorum, non minuebatur principatus Assyriorum, quia non sunt eadem gens. Etiam, quia ipsi Israelitę, qui minuerant principatum Syrorum erant sub potestate Assyriorum: nam soluebant eis tributū, & oēs de regno Israel translati sunt in terrā Assyriorum, inf. 17. Non ergo fuit principatus Assy-
A riorum aliquo modo diminutus per Ieroboam regem Israel. Dicendum ergo sicut supra diximus.

Ionas cùm dicatur filius Amathi quis fuit iste Amathi. Quæstio XXII.

QVAERETVR vlterius, qūo vocatur hic Ionas filius Amathi, & quis erat iste Amathi. Hebræi volūt, ꝙ Ionas fuerit filius mulieris Sareptanæ. s. ille, quem suscitauit Elias, præced. lib. c. 17. & dñt, ꝙ est filius Amathi: quia Amathi in Hebræo interpretatur veritas, & dr̃ esse filius veritatis, quia mulier Sareptana dixit ad Eliam, qñ suscitauit puerum: verbū Dei in ore tuo verū est: istam sententiā recitat Hie-
B ronymus in prologo super Ionam, dicens: Ionā sanctum Hebræi affirmant filiū fuisse mulieris viduę Sareptanæ, quę Elias propheta mortuū suscitauit, matre postea dicēte ad eū: Nunc cognoui, quia vir Dei es tu, & verbum Dei in ore tuo est veritas, & ob hāc causam ipsum puerū sic vocatum Amathi. Amathi enim in lingua nostra veritatē sonat, & ex eo, ꝙ verum Elias locutus est, ille, qui suscitatus est, filius esse dicitur veritatis. Sed ista positio an à Hieronymo teneatur, non apparet, cùm solum illam recitet ab Hebræis dictā, & tñ dato, ꝙ teneret eam Hieronymus, nō stat. Primò, quia sequeretᷓ, ꝙ Ionas qñ iret ad prophetandum in Niniuē esset plus, q̃ centum annorū, vt declaratum est sup. 9. & præce. lib. c. 17. sed hoc est
C inconueniēns. Secundò non stat: quia iste Ionas dicitur esse de vrbe Geth, quæ est in Opher, & tñ si esset filius mulieris Sareptanę, esset de Sarepta terræ Sidoniorum. Tertiò: quia iste Ionas dr̃ esse filius Amathi hic, & ēt Ionę 1. s. Factum est verbum Dñi ad Ionam filium Amathi, & tñ, ꝙ vocetᷓ Amathi eo modo, quo interpretantᷓ Hebræi, est valde allegoricum: scriptura aūt non cōsueuit talibus allegorijs vti, sed loquitᷓ in sensu literali: nam isto modo oīa corrumperentᷓ, quæ sunt in scriptura quantū ad noīa propria virorum: quia non diceremus aliquē esse filium illius, cuius nominatᷓ, sed daremus interpretationē illius, vt potè, si dicatᷓ, ꝙ Isac fuit filius Abrahā, diceretᷓ ꝙ nō fuit filius Abrahā i. alicuius viri sic vocati, sed dictus
D est sic: quia nati sunt multi populi de illo: nā Abrahā interpretatur pater multorum populorū, & diceremus, ꝙ Isaac nō habuit patrem nomine Abraham, sed fortè vocabatᷓ Aaron, vel Thare, & tñ vocatᷓ filius Abraham ex causa dicta, sicut aliqui vocantᷓ filij irę, vel filij misericordiæ, quia super eos est ira Dei, vel misericordia: Ad Ro. 9. Quartò patet: quia si esset Ionas filius mulieris Sareptanæ, esset de genere Sidoniorum, & nō de genere Israelitarum, quia Tyrij, & Sidonij sunt Chananæi, vt patet Matt. 15. & Mar. 7. cap. & tñ cū Ionas quęreretur, de quo populo esset: ait Hebræus, Ego sum: Ionæ 1. Quintò patet ex regula, quam tradunt Hebræi, ꝙ qñ alicuius prophetę pater, vel auus nominatᷓ, ēt ille fuit propheta; & recitat
E positionem istam Hieronymus in ꝓlogo sup Sophoniā, dicens: Tradūt Hebræi quotiescunq; ꝓphetę pater, aut auus ponatᷓ in titulo, ipsos quoq; prophetas fuisse. Dicendum ergo, ꝙ nō vocatᷓ Ionas filius Amathi, vt exponūt Hebræi, sed fuit Amathi aliquis vir. Rño Doc.
Et etiam videtur, quòd fuerit propheta, vt patet in proxima ratione, & non fuit filius mulieris Sareptanæ, sed postea multo tempore natus est.

Ionas quomodo dicatur esse de Geth, cum fuerit de Sarepta. Quæstio XXIII.

QVAERIT Nicolaus, qūo vocatur Ionas de Geth, quia ipse fuit de Sarepta, cum fuerit filius mu-

mulieris Sareptanæ. Respondet ad hoc, ꝙ nõ fuit Ionas de vrbe Geth, sed natus est in vrbe Sarepta: voca tur tñ de vrbe Geth, q̃a ibi sepultus est: & fortè hoc accepit Nicolaus à Hieronymo, qui asserit Ionã sepultum fuisse in vrbe Geth, vt patet in lib. de Illustribus viris, & Isidorus in libro de ortu, & obitu patrũ. Sed istud non stat: quia iste modus loquendi est contra omnem vsum tam Sacræ Scripturæ, quàm vulgarem: quia nunq̃ aliquis vocat̃ de loco, in quo moritur, sed de loco, in quo nascitur, vel in quo morat̃, sed nominatur hic de vrbe Geth, ergo de illa oriundus erat. Poterat aũt aliter tenere positionem istam Nicolaus, si diceret, ꝙ Geth, & Sarepta sunt idem locus: quia multa loca in scriptura habent plura nomina, sicut Ierusalem, quę vocatur Iebus, & Ierusalē, sup. 2. libr. cap. 5. & 1. Paralip. 11. & idem locus vocat̃ Luza, & Bethel: Gen. 28. & Iosue 18. Sic etiã Hebron, & Cariatharbe, & Mambre: Genes. 23. & Iosue 14.

Rñsio auctoris. Dicendum tamen, ꝙ præsuppositum quæstionis est falsum, s. ꝙ Ionas fuerit de Sarepta Sydoniorũ: ideo non oportet respondere ad quæstionem, sed dicendũ, ꝙ verè fuerit Ionas de terra Israel de vrbe Geth, & fuit natione Hebræus, nec fuit filius mulieris Sareptanæ. *Vidit enim Dominus afflictionem Israel amarã nimis*. Ponitur causa quare Deus dederit saluatorem Israel, & dependet ex præcedentibus, s. ꝙ Ieroboam coluit idola, vt patet supr. & ex hoc non merebat̃, ꝙ Deus daret ei victoriã ꝯ Syros: quia tñ Israelitæ erãt nimis afflicti, nisi Deus daret ei liberatorem de manu Syrorum vidẽs afflictionem eorum amaram nimis, misertus est ipsorum. *Et quòd consumpti essent vsque ad clausos carcere*. s. Israelitę erant nimis consumpti, q̃a nõ solum illi, qui erant viri fortes, & ibant ad bellũ, erãt occisi, sed ẽt illi, qui erant in carcere, s. quia viri vastauerant terram Israel, & cœperant ciuitates, & occidebant omnes, quos inueniebant in vrbe, & etiã illos qui erant in carcere. Et patet hoc: quia alias maiores crudelitates faciebant: nam paruulos allidebãt parietibus, & disrumpebant mulieres prægnantes, sicut dixerat Eliseus supra 8. s. scio, quòd facturus sis mala filijs Israel, ciuitates eorum munitas igne succẽdes, & iuuenes eorum interficies gladio, & paruulos eorum elides, & prægnantes diuides. A fortiori ergo occiderent viros existentes in carcere, quia illi defendere poterant terram, si soluerentur de vinculis. Simile etiã faciebant Ammonitæ in terra Israel, vt patet Amos 4. s. Super tribus sceleribus filiorum Ammon, & super quatuor non conuertam eum, eo ꝙ dissecuerint prægnantes Galaad ad dilatandũ terminum suum. *Et extremos*. Vocantur extremi homines minimæ reputationis in populo, qui ad nihil vtiles sunt, & isti vocantur nouissimi, vt patet pręcedẽ. lib. cap. 21. s. interficiam de Achab mingẽtem ad parietem, & clausum, & vltimum. Idem eod. libr. c. 14. dicitur de Ieroboam, idem etiam eod. lib. c. 15. & 16. & sup. 9. & per hoc significatur maxima destructio: talis autem fuerat in Israel: nam tempore Ioachaz non relicti fuerant de toto populo, nisi decem millia peditum, cum prius essent in Israel plusquã mille millia virorum paratorum ad pugnam, sicut fuit tẽpore Dauid, 1. Paralip. 21. de hoc præcedenti cap. dr̃: Non sunt derelicti Ioachaz de populo, nisi quinquaginta equites, & decem currus, & decem millia peditum: interfecerat enim eos rex Syrię. *Et non esset, qui auxiliaretur Israel*. Idest, angustia Israelitarũ erat amara nimis: quia cùm essent in maxima afflictione, non habebant aliquem auxiliatorem: ideo misertus est Deus, & ipse auxiliatus est eis. *Nec locutus est Dominus, vt deleret nomen Israel de sub cęlo*. Reddit causam præcedentis dicti, scilicet, quanquam Deus pęnas magnas

F inflixit Israelitis, tamen non locutus est, idest, nõ disposuit delere eos omnino de sub cœlo, & tamen si ipse non misertus fuisset eorum, & dedisset auxiliatorem, oportebat, ꝙ delerentur omnino. Vidit angustiam eorum, & auxiliatus est. Dicitur autem deleri nomen alicuius de sub cœlo, quando ipse non manet super terram, nec aliquis loco eius, s. quia nõ habet successorem in progenie. Si autem Israelitæ deberent deleri de sub cœlo, oporteret, ꝙ omnes occiderentur, & nulla progenies ipsorũ maneret. Deus autem noluit eis tantum malum inferre, ideo vidit angustiam eorum. *Sed saluauit eos in manu Ieroboam filij Ioas*. Ista salus fuit: quia liberati fuerunt Israelitæ de manu Syrorum, & restituti sunt eis omnes termini

G terrę suæ, sicut dicitur supra de Ieroboam: ipse restituit terminos Israel ab Emath vsque ad mare solitudinis, iste fuit saluator, quẽ Deus daturus erat Israelitis pro tunc: nam præced. cap. dicitur: vidit angustiã Israel, & dedit Dominus Israeli saluatorem.

Tempore Ieroboam an posset esse magna angustia, cum in tempore Ioas esset magna populi multitudo.
Quæstio XXIIII.

QVAERETVR, quomodo poterat esse tanta angustia in Israel, ꝙ non manerent nisi decem millia peditum: vt præcedẽ. cap. nam illud erat tempore Ioachaz: & tamen tempore Ioas filij sui di

H citur, ꝙ erat magna multitudo: nam Amasias rex Iuda, qui erat cõtemporaneus Ioas regi Israel, vt patet sup. in litera, conduxit de terra Israel centum millia virorum robustorum cẽtum talentis argenti, vt irẽt cum eo ad pugnandum contra Edom, 2. Paral. 25. & præter illos manebant multi alij in Israel: ergo non pòterat tanta diminutio esse. Aliquis dicet, ꝙ tẽpore Ioachaz facta fuit magna diminutio ĩ viris Israel, & tamen manserunt plus quàm ducenta millia peditum, & quando dr̃, ꝙ solum manserunt decẽ millia peditum, dicet aliquis, ꝙ istud intelligitur de illis pedítibus, quibus rex dabat stipẽdium, & seruiebãt ei ad opera belli ex officio: quia omnes alij occisi fuerant in bellis, & tamẽ de illis, qui non recipiebãt

I à rege stipendium, manebant plurimi, s. plus quã ducenta millia peditum. Sed dicendum, quòd non stat: primò, quia præcedenti cap. dicitur: & non sunt derelicti Ioachaz de populo, nisi quinquaginta equites, & decem millia peditum: & sic nõ stat ista distinctio: q̃a de popularibus, siue de toto populo erat verum, quòd non relicti fuissent nisi decem millia peditum: quia aliàs non diceretur, & nõ derelicti sunt Ioachaz, nisi decem millia peditum, & non diceret, non derelicti sunt de populo. Secũdò patet: quia ista tribulatio fuerat maxima, cũ dicatur ibidem: interfecerat eos rex Syriæ, & redegerat quasi puluerem in tritura areæ: & hic dr̃, ꝙ vidit Deus afflictionẽ Israel amaram nimis, ꝙ cõsumpti essent vsque ad clausos carcere, & extremos: si tñ manerent in Israel plusquàm ducenta millia peditum pugnatorum, nõ di-

K ceretur Israel tam diminutus. Dicendũ ergo, ꝙ tempore Ioachaz in toto populo Israel, computando p omnes vrbes non manebant, nisi decem millia peditum præter paruulos, & inueteratos, qui non poterãnt procedere ad bellum, & non vocabant̃ pedites: & tamẽ tempore Ioas filij eius fuerunt in Israel plus quàm ducẽta millia peditum: modus autem ad hoc erat: quia inter Hebræos vocabãtur pedites oẽs, qui poterant ad bellum procedere, & isti computabant in certa ętate. Pro quo sciendum, ꝙ Deus iusserat, ꝙ inter Israelitas homo cum compleret annum vigesimum, acciperet nomẽ in populo, i. vocaret̃ vnus de populo,

populo, & ante hoc nõ computabat̃ tanq̃ vnus, nec fiebat aliqua mentio de eo, ac si natus non fuisset, & ideo tunc dicebat̃ transire ad nomẽ, & ad numerũ, & dabat dimidium siclum pro se, Exod. 30 & sic qñ computabantur oẽs viri, qui erant in populo, vt sciret summa ipsorum, cõputabant̃ omnes, qui erant à viginti annis, & supra, vt patet Numeri 1. & 2. & 26. Sic etiam quando reges colligebant exercitum numerabant oẽs, qui erant à viginti annis, & sup. vt patet de Amasia rege Iuda qñ congregauit exercitum contra Edom, 2. Paralip 25. Poterant ergo esse in toto Israel trecenta millia adolescentum, qui essent in anno decimonono, & ꝙ solum essent decem millia vltra annum vigesimum, dicerentur solum esse decẽ millia: & tñ sequẽti anno omnes isti compleuissent annum vigesimum, dicerẽtur esse in ipso anno plusquam trecenta millia peditum: ideo facilè erat, ꝙ tẽpore Ioachaz nõ relicti fuissent in Israel, nisi decem millia peditum: & tñ tempore filij sui Ioas essent nõ solum centum millia, sed etiam plusquam quingenta millia, & hoc propter duo. Primò: quia illi, qui diminuti fuerant erant viri bellatores, sicut dr̃, præcedenti cap. non derelicti sunt nisi decem millia peditum: interfecerat enim eos rex Syriæ: & tamen de illis, qui erant infra vigesimum annum non ibant ali qui ad bellum: ideo non occidebant̃, & sic erãt multi de eis: deinde verò cum Ioachaz orasset Dominũ pro Israel exauditus est, & in fine dierum suorũ cessa uerunt bella: præced. cap. Secundò: quia fuit aliquan tum tempus regni Ioas vsquequo dedit centũ millia peditum regi Iuda, & in isto tẽpore, quia Syri nõ vastabant terram Israel, nec occidebantur aliq peruenerunt ad vigesimum annum plurimi de illis, qui erant adolescentes tempore Ioachaz, & potuerunt esse in Israel tunc plusquam ducenta millia peditũ. *Reliqua autem sermonum Ieroboam, & vniuersa, quæ fecit.* Scilicet, nõ hñr hic omnia, quæ fecit Ieroboam, sed solum quædam, & reliqua habent̃ in alijs libris. *Et fortitudo eius, qua præliatus est.* Fuit. n. vir fortis, & bellicosus nimis: nam ipse pugnauit sæpe ꝯ Syros, & præualuit, & fecit plusq̃ fecerant oẽs alij reges Israel. *Et quo restituit Damascum, & Emath Iudę in Israel.* Emath ciuitas est, quæ ponit̃ in terminis filiorũ Israel, & Assyriorum, Numeri 34. Damascus est ciuitas maxima, q̃ est in terra Syrię, vnde ibi est metropolis Syriæ, & caput illius: sic dicit̃ Isa. 7. f. & caput Syriæ Damascus. *Nonne hæc scripta sunt in libro sermonum dierum regũ Israel?* q. d. ibi scripta sunt omnia, quæ iste fecit, & oẽs alij reges Israel. *Dormiuitque Ieroboam cum patribus suis regibus Israel.* Id est, mortuus est, sicut oẽs patres sui, q fuerant reges Israel. *Et regnauit Zacharias filius eius pro eo.* Iste fuit quartus successor, & vltimus Iehu: quia solum dictum fuerat, ꝙ filij sui sederent super thronũ Israel vsque ad quartam generationem, supr. 10. vnde iste occisus fuit postea in principio regni sui à Sellum filio Iabes, & suscepit ipse regnum seq. cap.

Quomodo Ieroboam restituit Damascum, & Emath regno Iudæ, cum esset rex Israel. Quæstio X X V.

QVAERETVR, quõ dr̃ hic, ꝙ restituit Ieroboã terræ Iudę in Israel Damascum, & Emath, & sunt duo dubia. Primum est, quõ restituit Iudæ, quia Ieroboam erat rex Israel, & non Iudæ, & quidqd accipiebat de terra Syriæ restituebat regno suo, & non regno Iudæ. Ad istud dicẽdum, ꝙ oĩa loca, q̃ restituit Ieroboã, restituit regno Israel, & tñ dr̃ restituisse regno Iudæ, quia ꝑ accidẽs pertinebant ad integritatem regni Iudæ. Pro quo sciendũ, ꝙ regnum Iuda, & Israel erat in terra Chanaã, & Deus limitauerat terminos terræ istius, Numeri 34. Et quia tota progenies Hebræorum cõprehẽdebatur in Iuda, & Israel quicquid auferebatur de terminis istis, diceba tur auferri de terra Iudæ, & Israel, & qñ postea restituebant̃, dicebant̃ restitui Iudæ, vel Soli Israel, cũ ad totam cõitatem Hebræorũ pertineret tota ista terra, quę clausa erat his terminis. Secundò põt dici, ꝙ q̃q̃ Ieroboam restitueret terrã istam, tñ aliqua pars eius restituebatur regno Iudę: & hoc, quia fortè viri Iuda ibant simul cũ Ieroboam rege Israel ad pugnã dum contra Syriã. Sic. n. Iosaphat rex Iudę iuit cum Achab rege Israel ad pugnãdum ꝯ Benadad regem Syriæ, præceden. lib. cap. vlt. & 2. Paralipo. 18. Sic etiã Ochozias rex Iudę iuit cum Iorã rege Israel ad pugnandum ꝯ Hazaelem regem Syrię, sup. 9. Reges autẽ Syrię accipiebãt aliquã terrã de regno Iuda, sicut de regno Israel: nam interdum ibant ad pugnandũ ꝯ Iudam, vt patet de Hazaele, qui cępit vrbẽ Geth, sup. 12. & tñ illa est in sorte Iudæ, Iosue 15. etiã Hazael rex Syriæ venit ad pugnandum contra Ierusalem regnãte Ioas, & pugnauit cum eo, exercuitque in ipso ignominiosa: Ioas verò dedit ei omne aurũ, & argentum templi Domini, & domus suæ, & sic recessit de Hierusalem, sup. 12. & 2 Paralip. 24.

Damascum, & Emath an pertinerent ad terram Israel. Quæstio X X V I.

QVAERETVR secundo, quõ dr̃, ꝙ Ieroboam restituit Emath, & Damascum: nã hoc ꝓsupponit, ꝙ ista loca aliqñ pertinuerunt ad terram Israel, & Syri acceperunt ea de terra Israel, & tunc viuẽte Ieroboã, redierũt in potestatẽ Israelitarum: sed hoc vr̃ esse falsum: nã Emath non est in terra Israel, sed in terminis eius, vt colligit̃, Num. 24. Damascus aũt est in terra Syriæ, & est caput eius. Respondendũ, ꝙ non est idem dicendo de Emath, & de Damasco: nã Emath est Antiochia vt dicit historia scholastica, & ẽt est approbatum apud scriptores cõiter, & de ea ex Sacra Scriptura nõ clarè apparet, an sit in terra Israel, vel in terra Syrię: constat autem, ꝙ est in terminis terrę Chanaã: nam dicit̃ Num. 34. ꝙ termini ad Septẽtrionalem partem à mari magno incipient peruenientes vsque ad montem altissimum, à quo venient in Emath: & tamen an Emath cadat exclusiuè in terminis, vel inclusiuè, non apparet: Hieronymus tñ vult, ꝙ sit in terra Syriæ, quia in prologo sup Lucham, & in alio prologo super Actus Apostolorum dicit, quòd Luchas erat Antiochẽsis natione Syrus, ideo Antiochia in Syria erat: & hoc fortè poterat colligi, Numeri 13. vbi ponitur, ꝙ exploratores mĩssi à Moyse explorauerũt totam terram Chanaan, & ponuntur termini, à quibus explorauerunt, & dicit̃: Cunque ascẽdissent, explorauerunt terrã à deserto Sin vsque Roob intrantib. Emath, & tñ desertũ Sin est extremitas meridiana terrę illius, Num. 34. Oportet ergo, ꝙ Roob sit in extremitate aquilonari, & tamen est citra Emath: quia non accesserunt exploratores illuc, cum dicat̃, ꝙ venerunt vsq; Roob intrantib. Emath. i. per quã intratur ad terrã Emath, & sic vr̃, ꝙ nõ esset Emath intra terminos Israel, sed in Syria, quia aliàs accessissent ad eam exploratores. Et tamen dicendum, ꝙ ista argumenta, licet sint verisimilia, non necessariò probãt: quia auctoritas Hieronymi non conuincit, sicut auctoritas Sacræ Scripturę: ideo posset dici, quòd Emath fuisset quondã de terra Israel, & accepta fuisset à Syris, & nunc restituta fuerit eis per Ieroboam. De Damasco tñ non potest dici, ꝙ fuerit aliquãdo de terra Israel: quia est in medio terrę Syriæ, & ibi est metropolis, & sedes regum Syrię. Et patet hoc, quia Isaias fuit modico tempore Damascus nunq̃ fuit de terra Israel.

post hoc, immò quasi contemporaneus isti Ieroboã:
quia Ieroboam regnauit tẽpore Oziæ regis Israel, vt
patet seq. c. & tñ Isaias prophetauit tẽpore Oziæ, vt
patet Isa. 1. & ipse dixit Isa. 7. Nõ erit istud, sed caput
Syrię Damascus, & caput Damasci Rasin, ergo vr̃, ꝙ
tempore, quo Ieroboã restituit terras istas Israeli ad-
huc erat Damascus caput Syriæ: non tñ fuisset caput
Syriæ si fuisset restituta terræ Israel, vel si pertinuis-
set aliqñ ad illam, ideo vr̃, ꝙ Damascus nunq̃ fuit de
terra Israel. Secundo patet, quia rex Benadad qñ ca-
ptus est ab Achab rege Israel promittebat ei reddere
oẽs vrbes, quas acceperant progenitores sui de ter-
ra Israel: & tñ, non dabat ei Damascũ, sed innuebat
non fuisse de terra Israel, præced. lib. cap. 20. s. ciuita-
tes, quas tulit pater meus à patre tuo, reddam, & pla
teas fac tibi in Damasco, sicut fecit pater meus in Sa
maria: si tñ fuisset Damascus capta olim à Syris de
terra Israel non dixisset: & plateas fac tibi in Dama-
sco, sed intelligeretur Damascus noĩe ciuitatum ca-
ptarum de terra Israel: dabat autem Benadad hoc in
super, s. ꝙ haberet Achab tributa in Damasco, faciẽ
do ibi plateas. Tertiò patet, quia sup. 2. lib. c. 8. dr̃: ve-
nit quoque Syria Damasci, vt pręsidium ferret Ada
rezer regi Soba. Etiam aliqñ Syri Damasceni, vt pa-
tet 1. Paralip. 18. s. superuenit Syrus Damascenus, &
iterum posuit Dauid milites in Damasco, vt Syria
quoq; seruiret sibi, & offerret munera: ad Israelitas
tñ non pertinebat nisi terra Chananæorũ: ergo Da-
mascus, quæ erat de terra Syriæ, nũquam fuit de ter
ra Israel: satis autem apparet de Damasco, sed etiam
de Emath vr̃ dicendum, ꝙ esset de terra Syriæ: quod
patet, qa sup. 2. libr. c. 8. dr̃: audiuit Thou rex Emath,
ꝙ percussisset Dauid robur Adarezer, & misit ei mu
nera, & sic factus est ipse Dauid amicus regis Thou
regis Emath, & tñ non fecisset hoc Dauid si Thou es
set Chananeus: ideo Emath nõ est de terra Chanaã,
sed est in terminis eius. Idem patet 1. Paralipom. 18.

Rñsio auctoris.

Dicendum ergo, ꝙ tã Emath, q̃ Damascus fuerunt
semper de terra Syrię, & nunc non restituit illa Iero
boam terræ Israel, sed dr̃ restituisse largè: nam nun-
quam fuerũt ante, nec post in potestate Israelitarũ:
põt tñ intelligi dupliciter: vno modo, ꝙ nõ venerint
ista loca in potestate Israelitarum, sed ꝙ inceperunt
Israelitæ habere aliqua iura, vel tributa in illis, scili-
cet, ꝙ rex Syriæ videns se opprimi à Ieroboam con
stitueret ei aliqua tributa in locis illis, vt cessaret ab
inquietatione eius: sic enim cum Benadad rex Syrię
captus fuisset ab Achab, fecit cũ eo fœdus, ꝙ Achab
faceret sibi plateas in Damasco. i. perciperet quædã
iura platearum, quæ proueniebant de rebus venali-
bus. Sic etiam cum pater Benadad rex Syriæ oppri-
meret Amri regem Israel coegit eum, vt cõcederet
sibi plateas facere in Samaria: De hoc præced. libro,
cap. 21. dr̃, ꝙ dixit Benadad ad Achab: ciuitates, quas
tulit pater meus à patre tuo, reddã, & plateas fac ti-
bi in Damasco, sicut fecit pater meus in Samaria. Se
cundus modus est, ꝙ Damascus, & Emath, quæ erãt
duę metropoles haberẽt aliquas vrbes de terra Isra-
el, & Iudæ, & omnes illæ redierint in potestatem Is-
rael, & Iudæ, & ista est veritas. Pro quo sciendum, ꝙ
Syria est magna regio, vel natio, in qua sũt multa re-
gna: nam est ibi regnum Soba, & regnum Damasci,
& regnũ Emath præter alia, de quibus scriptura nõ
facit mentionem. Patet de illis: nam sup. 2. lib. cap 8.
& 1. Paralip. c. 18. dr̃, ꝙ Dauid pugnauit contra Ada-
dazer regem Syriæ, & dr̃, ꝙ ille erat rex Soba, & po-
stea dr̃, ꝙ Syria Damasci venit, vt præsidium ferret
Syriæ Soba, & sic erant ista duo regna: deinde dr̃, ꝙ
Thou rex Emath misit munera ad Dauid: quia con-
triuerat robur Adarazer regis Soba, & sic erant tres

Syria quot regna habet.

F reges in Syria: duo autem istorũ, s. rex Emath, & rex
Damasci erant propinqui terræ Israel: nam Emath
est apud ipsos terminos terræ Israel, Nu. 34. Ideo isti
duo oppresserant Israelitas, & acceperant vrbes de
terra eorum. Nũc verò Ieroboam abstulit de manu
eorum omnia loca, quæ fuerant terræ Israel: & sic
dicitur, quòd restituit Iudæ, & Israeli Emath, & Da-
mascum, idest, omnia loca, quæ tenebat regnum Da
masci, & regnum Emath de terra Israel.

Ieroboam an mortuus fuerit morte naturali, vel violenta.
Quæstio XXVII.

QVAERETVR vlterius, quõ dr̃ hic, ꝙ Iero-
boã dormiuit cũ patrib. suis, in quo significat,
G ꝙ mortuus est morte naturali: & tñ vr̃, ꝙ ipse occi-
sus sit gladio: quia Amos 7. dr̃: hęc. n. dicit Amos in
gladio morietr̃ Ieroboã, & Israel captiuus migrabit
de terra sua. Aliquis dicet, ꝙ Deus prænunciauerat
istud contra Ieroboã, & tñ postea mutata est senten-
tia: quia Ieroboam cõuersus est ad Dñm, sicut factũ
est de Niniuitis, Ionæ 3. de Ezechia infr. 20. & Isa. 28.
Sed dicendum, ꝙ hoc nõ stat: quia Ieroboam malus
fuit semper, & non est cõuersus ad Dñm, sed potius
prophetam Amos de terra sua semimortuum expu
lit, vt inf. dicet̃. Dicẽdũ ergo, ꝙ Ieroboã mortuus est
morte naturali, nec tñ ꝑꝑ hoc mutata est sententia
Dei ꝯ ipsum, nec ẽt dixit Amos, ꝙ moreret̃ Ieroboã
gladio, sed solũ dixit, ꝙ domus Ieroboã periret gla-
H dio: nã ait: hæc dicit Dñs: consurgam sup domũ Ie-
roboã in gladio, & iterũ finis venit super populum
meũ Israel. Sacerdos tñ Bethel noĩe Amasias falsè di
xit verba illa. Pro quo sciẽdum, ꝙ Amos propheta,
qui erat de pastoralibus Thecuæ missus est à Dño ad
terram Israel ad prophetandũ ꝯ Ieroboã, & increpa
bat oẽs idolatras, & potissimè sacerdotes, qui erãt in
Bethel, & in Dã, vt patet Amos 4. & 5. Et ob hoc sub-
trahebant̃ multi à cultu idolorũ, & sic sacerdotes lę
debant̃ in duobus. Primò: qa increpabat eos nimis,
& dehonorabat Amos. Secundò: quia cõferebat eis
partem reddituũ, subtrahẽdo cultores idolorum, &
ob hoc Amasias, qui erat princeps sacerdotũ in Be-
thel cogitauit, quõ excluderet Amos de terra, & ad
I hoc mentitus est corã rege de illo, dicens: ꝙ ipse dice
bat regẽ gladio occidẽdum, vt patet Amos 7. & mi-
sit Amasias sacerdos Bethel ad Ieroboã regẽ Israel,
dicens: rebellauit ꝯ te Amos, non poterit terra susti-
nere vniuersos sermones eius, in gladio morietr̃ Iero
boã, & Israel captiuus migrabit de terra sua. Menda
cium tñ Amasiæ patet: quia ibidẽ ponuntur verba
Amos dicentis: & consurgã super domum Ieroboã
in gladio. Itẽ patet: quia dixit Amasias: rebellauit ꝯ
te Amos in medio domus Israel: & tñ falsum erat:
quia nõ rebellabat regi, nec subtrahebat aliquos ab
obediẽtia eius. Postea aũt Ieroboã rege Israel nõ cu
rãte de verbis Amasiæ ꝯuertit se Amasias ad Amos,
vt suaderet ei recedere de terra, ne ꝓpheraret, vt pa-
tet Amos 7. s. dixit Amasias ad Amos, q vides grade-
re fuge in terrã Iuda, comede ibi panẽ, & ibi ꝓpheta-
K bis, & in Bethel nõ addicies vltra, vt ꝓpheres: qa sã
ctificatio regis est, & domus regni: noluit tñ cessare
Amos à ꝓphetia, nec fugit in terrã Iudæ, & tũc dr̃, q
Ieroboã sępe afflixit eũ plagis, tãdẽ filius suus freque
ter eum increpans vecte per tempora trãsfixit, & sic
semimortuus ductus est in terram suam, vt vult Hie
ronymus, & historia scholastica, & sic non propheta
uit ipse, quòd moriturus erat Ieroboam, sed comple
ta fuit prophetia sua, s. quia venit gladius super do-
mum Ieroboã, & occisus fuit filius eius Zacharias,
qui regnare cœperat, & cessauit regnũ de domo Ie-
hu, & Ieroboam transiens ad Selum: seq. cap.

C A-

CAPITVLVM XV.

ANNO vigesimoseptimo Ieroboã regis Israel regnauit Azarias filius Amasiæ regis Iuda.

Descripto in præcedẽtibus quid actum est sub regno Amasiæ regis Iudæ, hic describitur quid factũ sit sub regno filij eius Oziæ, & diuiditur in duo: quia primò ponitur regni Iudæ in Ozia, & Ioathan successio: secundò ponitur regni Ioathan continuatio ibi. *Anno secundo.* Prima in duas: quia primò ponitur prædicta regni Iudę successio. Secũdò ponitur regni Israel frequens mutatio ibi. *Anno trigesimooctauo.*

An sit ordo continuus, & immediatus ad præcedentia. Quæstio Prima.

QVAERETVR circa primum, an ea, quæ habentur hic, sint continuata ad præcedentia, & an fuerint immediatè facta, vel interiecto aliquãto tempore. Ad primum dicendum, ꝙ hic est ordo cõtinuus: nõ quidem, ꝙ ista fuerint incępta postquam completa sunt præcedentia, sed ꝙ illa fuerint priusquàm ista inchoata. Primũ patet, quia pręcedẽ. cap. agit de regno Ieroboã regis Israel, qui regnauit quadraginta vno annis, vt patet ibidem, & tamen non fuit finitum regnum illius anteq̃ inciperent ea, quæ habentur hic: nam agitur hic de regno Oziæ, & ipse cœpit regnare viuente Ieroboam. s. anno vigesimoseptimo eius, vt patet hic in litera: & sic ea, quæ hñr hic, & præced. cap. fuerunt contemporanea, saltem per quatuordecim annos. Secundum patet: quia p̃cedenti cap. actum est de regno Amasię, & hic incipit de regno Oziæ, qui successit ipsi Amasiæ: ideo oportet, ꝙ illa præcesserint ad ista, saltem per tãtum tempus, quanto regnauit Amasias: ille aũt regnauit annis vigintinouem, vt patet præcedẽ. cap. Ideo per tantum tempus præcesserũt ea, quæ habent̃ præced. cap. & ea, quæ habent̃ hic. Ad secundum, cum dr̃, an fuerint facta ista immediatè post illa, dicendum, ꝙ non solum non fuerunt immediatè post illa, sed ẽt fuerunt simul cum illis aliquanto tempore: nam saltem quatuordecim annis durauerũt simul ista, quæ habentur hic cũ eis, quę habent̃ præced. ca. vt declaratum est. Et dicit. *Anno vigesimoseptimo regis Israel Ieroboam regnauit Azarias filius Amasię regis Iudæ.* Nõ fuit aliquis rex medius inter Amasiam, & Oziam: ideo successit ei, & incœpit regnare anno vigesimoseptimo Ieroboam regis Israel. Nam computant̃ tempora regum Iudę per tempora regum Israel, & è conuerso: & dr̃ iste Azarias filius Amasiæ, qui alio nomine vocatur Ozias, vt patet 2. Paralipo. 26. & Matth. 1. & illud nomen magis frequentatum est in scriptura, q̃ nomen Ozię: nam nunq̃ vocatur Azarias nisi hic: & tñ vocat̃ Ozias in locis allegatis, & ẽt Isa. 6. & in alijs locis scripturæ. Sic enim quidam alij reges habent multa noĩa, sicut patet de Ochozia filio Iorã, qui vocat̃ Ochozias, sup. 8. & 11. & 2. Paralipo. 21. & vocat̃ Ahazias, sup. 9. & vocat̃ Ioachaz. 2. Paralip. 21. *Sexdecim annorum erat cũ regnare cępisset.* Moriẽte Amasia patre eiꝰ, q̃ à seruis suis occisus est, mãsit Azarias paruulus: iõ sexdecim annorũ erat solũ qñ cępit regnare. *Et 52. annis regnauit in Ierusalem.* Nullus fuit in regib. Iudæ, nec Israel, q tanto tempore regnaret, vel cui tot anni regni apponant̃, & hoc in regibus præcedentibus: nam post eum maiori tpe regnauit Manasses, s. annis quinquagintaquinq;, ĩ. 21. & 2. Paralipo. 33. & tñ an oĩbus istis annis regnauerit, declarabit ĩ. in lr̃a, qñ aget de Ioathã filio eius. Et dr̃, ꝙ regnauit in Ierusalem: quia metropolis regni Iuda erat in Ierusalẽ, sicut metropolis regni Israel erat Samaria. *Nomẽ matris eius Iecelia de Ierusalem.* Ponũtur nomina matrum omnium regum Iuda, & nunquam alicuius de regibus Israel, cuius ratio posita est præcedenti cap.

A

Azarias quo anno Ieroboam regis Israel regnare cęperit. Quæstio II.

QVAERETVR, qũo dr̃ hic, ꝙ regnauerit Azarias anno vigesimoseptimo Ieroboã regis Israel: nã vr̃, ꝙ non possit stare, quia Ieroboã cępit regnare in Israel, mortuo patre suo: Ioas aũt mortuus est viuẽte Amasia rege Iudæ, & vixit Amasias annis 15. post mortẽ Ioas, vt patet hic in Hebræo, & 2. Paral.
B 25. Ergo non regnauit Ieroboã viuente Amasia, nisi quatuordecim annis, vel ad plus quindecim, & tamẽ Azarias filius Amasiæ successit ei in regno: ideo non poterat incipere regnare Azarias, nisi anno 14. vel 15. regis Ieroboã, & tñ hic dicit anno vigesimoseptimo. Nic respondet ad hoc, dicens: ꝙ Amasias regnauit annis vigintiquinque mortuo Ioas, sicut dr̃ præc. cap. & tñ decem illorum subticent̃, 2. Paral. 25. quia illis decẽ profugus latuit in Lachis, & sic Azarias inciperet regnare anno vigesimoquinto Ieroboã regis Israel, quia illis vigintiquinque annis, qb. vixit Amasias post mortẽ Ioas regnauit Ieroboã in Israel: sed adhuc manent duo anni ad complẽdum vigesimumseptimũ annum Ieroboã, & de istis dicit
C Nicolaus, ꝙ regnauit Ieroboã duobus, vel tribus annis, viuẽte patre suo Ioas, & ab illo tpe incipiunt isti vigintiseptem anni, & sic complebant̃ vigintiseptẽ anni regni Ieroboã in morte Amasiæ, & incępit immediatè regnare Azarias in Israel. Sed ista positio nõ stat: qa supra improbata est, cũ sit ꝯ literam, & ẽt hẽt multas suppletiones: & tñ semper fugienda est positio, q̃ multis indiget supplemẽtis: illa verò, quæ paucioribus supplemẽtis cõsistere põt rationabilior est, & eligibilior. Hieron. aũt super Osee non sequit̃ istã literam, sed dicit regnũ Oziæ cępisse anno quartodecimo Ieroboã regis Israel. Iosephus quoq; 9. Antiq. idem dicit: historia aũt scholastica ponit in hoc difficultatem, & vult dicere, ꝙ manserit regnũ Iuda sine
D rege aliquanto tpe, qa erat tunc Azarias paruulus. Dicendũ aũt secundum veritatem, ꝙ Amasias solũ vixit quindecim annis post mortẽ Ioas regis Israel, vt dicit litera Hebraica p̃ce. & litera nr̃a, 2. Paral. 25. Cępit aũt regnare Ieroboam in Israel anno illo, quo mortuus est Ioas pr̃ suus, & sic regnauit 15. annis viuente Amasia, & tñ isti 15. non fuerunt cõpleti: ideo dicebatur annus quartusdecimus regni Ieroboã, qñ mortuus est Amasias, & tunc cępit regnare Azarias in Iuda, & istud cõsonat valde lr̃æ, & tenet illud Iosephus, & Hieronymus: & tñ tũc manet difficultas, qa à 15. anno vsq; ad 27. regni Ieroboã nõ dr̃ hic regnasse Ozias, sed cæpisse anno 27. eius. Dicẽdũ in hoc, ꝙ Ozias non cępit regnare. i. amministrare regnũ vsq;
E ad annum 27. Ieroboam regis Israel, quia qñ mortuus est pater suus Amasias mansit ipse paruulus, s. duorũ annorum, & principes Iuda, licet tũc eum tenuerint ꝓ rege, tñ nihil ꝑtinebat ad eũ de administratione regni, sed ista collata fuit sibi ann. 16. ętatis suę, & tũc erat annus 27. regni Ieroboã regis Israel, & tñ totũ tẽpus intermediũ computat̃ sub regno suo in quinquaginta duobus annis, quibus regnasse dicit̃. *Fecitque quod erat placitum coram Domino,* i. coluit eũ: nã iste nõ declinauit ad idola, & dato ꝙ alia peccata faceret, nõ cõputabant̃ ista tanq̃ peccata in regib. Iuda, & Israel, nisi idola colerent. *Iuxta oĩa, quę fecit Amasias pater eius.* Fuit. n. bonus Amasias in cultu Dei, vt patet præcedẽ. cap. *Veruntamen excelsa non est demolitus.*

idest, quanquam bonus esset, nõ abstulit altaria, quæ erãt in montibus, & in aliis locis extra templum, & tamen debebat illa demoliri ad perfectam legis custodiam. *Adhuc populus sacrificabat, & adolebat incensum in excelsis.* s. tempore Azariæ populus faciebat sacrificia in altaribus illis, quæ erant extra templum per diuersa loca, & etiam adolebant, idest, cremabant incẽsum: quia ista duo ab omnibus gentibus Deo tunc offerebantur, & de istis offerentibus quidam offerebant Deo vero, & alij dæmonibus: & durabat adhuc iste modus offerendi: quia nullus regum præcedẽtiũ abstulerat excelsa, sed Iosias illa abstulit, inf. 22. & 23.

Azarias quomodo dicitur, quòd fecit, quod placitum erat coram Domino sicut Amasias. Quæstio III.

QVAERETVR, quomodo dr̃ hic, ꝙ fecit Azarias, quod placitum erat coram Dño, sicut Amasias pater eius: nam Amasias non fecit, quod placitũ erat coram Dño, sed ipse coluit Deos Idumęorum, quos acceperat in bello, 2. Paralip. 25. Dicendũ vno modo, ꝙ Azarias fecit rectum corã Dño, sicut Amasias pater eius, s. referẽdo ad tempus illud, quo Amasias bonus fuit: nã mansit Amasias in cultu Dei, quousque iuit ad pugnandum contra Idumæos, & accepit idola eorũ, atque coluit, & pro illo tempore priori Ozias fuit similis Amasiæ faciens rectum coram Domino, sicut ille. Aliter potest dici, ꝙ Azarias fecit rectum coram Dño, sicut pater suus Amasias, scilicet, ꝙ omnino ei assimilatus est: nam sicut Amasias aliquo tempore coluit Dñm, & postea conuersus est ad idola, & sic fecit malum coram Dño, ita Azarias prius Deum coluit, & in fine regni recessit à cultu eius: & istę similitudines ponũtur sæpè in scriptura. Sic patet pręced. cap. Cum dicit̃, ꝙ Amasias fecit rectum coram Dño, sicut fecit Ioas pater suus: & tamẽ Ioas à principio coluit Deũ, & postea conuersus est ad idola, 2. Paralip. 24. Sed dicendum, ꝙ primus sensus est melior. Et patet hoc: quia non est omnimoda comparatio: nam Amasias fuit à principio bonus, & postea declinauit ad idola: præcedent. cap. & magis, 2. Paralip. 25. & tamen Ozias nunquã coluit idola, sed solum peccauit contra cœremonias legis volens offerre incensum cum non esset sacerdos. Etiã Amasias postꝙ̃ cœpit peccare, mansit semper in peccato suo: & tamen Azarias nunꝙ̃ legit̃ peccasse, nisi semel, quãdo voluit offerre incẽsum, & postea semper fuit leprosus, nec ausus est aliquid agere ꝯ Dominum saltem timore pœnæ maioris. Item intelligendo sic, fieret comparatio quasi omnino ęquiuoca: nã aliqñ qui non peccauerunt, comparantur eis, q̃ peccauerunt, vt patet de Ioathan filio Oziæ: nã ĩ. in litera dr̃, ꝙ Ioathã fecit placitum corã Dño iuxta oĩa, q̃ fecerat Ozias pater suus: & tñ de Ozia legit̃, ꝙ aliqñ peccauerit, vt qñ voluit offerre incensum, & tamen de Ioathan non legitur, ꝙ ipse coluerit idola, nec fecerit cõtra cęremonias legis, sicut pater suus: ideo oportet, quòd comparetur ad patrem suum Oziam solum pro tempore illo, quo non recessit à Deo: & sic primus sensus est melior.

Azarias an peccauerit non auferendo excelsa. Quæst. IIII.

QVAERETVR vlterius, an peccauit Azarias non auferendo excelsa. Respondent quidam, ꝙ non peccauit, quia pp scandalum ista dimittebant, ne populus declinaret ad peiora. Dicẽdum tñ est, ꝙ peccauit, & patet: quia ponit̃ istud hic ad significãdũ aliquẽ defectum in bonitate Oziæ: nã cum dictum esset, ꝙ fecit placitũ coram Dño subiungit̃, veruntñ excelsa non abstulit: si tñ non peccauisset aliquo mo-

F do, nõ auferendo excelsa, nõ poneret̃ istud tanꝙ̃ exceptio eius, quod est fecisse placitũ coram Dño, sed diceret̃ absolutè, ꝙ fecit placitũ coram Dño. Aliqs tñ dicet, ꝙ istud non ponit̃ tanquã exceptio à bono: ideo q̃q̃ non abstulerit excelsa, non sequit̃, ꝙ fuerit malus. Sed nõ stat, quia præced. libr. cap. 3. dicitur de Salomone, ꝙ erat bonus, & ꝙ ambulauit in oĩb. p̃ceptis Dauid patris sui, & sequit̃ excepto, ꝙ in excelsis immolabat, & accẽdebat thymiama: ergo exceptio est de bonitate in excelsis immolare, vel alijs immolare permittere. Secundò patet: quia aut ista excelsa erant ad colẽdum ibi dæmones, aut ad sacrificandũ Deo. Si primo modo, valde peccabat Ozias permittens, ꝙ essent idolatræ in terra, cum lex iuberet dili-
G genter occidi omnes idolatras, Deut. 13. & 17. Si aũt erant illa altaria ad sacrificãdum Deo, ẽt peccatum erat: quia Deus iussit, ꝙ nemo immolaret extra sanctuarium, Leuit. 17. & Deut. 12. in tm̃, ꝙ si aliqui vellent extra templum cõstituere altare ad immolãdũ poterat iustè pugnari contra illos, immo tenebat̃ populus facere bellũ contra eos. Sic patet Iosue 22. Cũ duæ tribus, & dimidia fecerãt altare magnum apud Iordanem: aliæ nouem tribus, & dimidia parauerũt se ad bellum contra illas quousque se purgauerunt de apparenti crimine ostendentes, ꝙ non cõstruxissent altare ad faciendum ibi sacrificia. Sic aũt nunc: cũ Ozias, quia rex erat, esset executor legis Dei ꝯ delinquentes, pertinebat ad eum ex officio suo destrue-
H re oĩa altaria, q̃ erant extra templum Domini, & intercidere talem cultum sub pęna mortis. Dicẽdum igit̃, ꝙ Ozias aliquo modo peccauit in hoc: alleuiat̃ tñ peccatum suum, quia ista excelsa erãt ad colendũ Deum, & licet in aliquib. colerent̃ idola hoc nõ apparebat. Etiã alleuiat̃ culpa: quia cõsuetudo ista fuerat ab antiquo, ꝙ populus ibi sacrificia faceret: ideo talẽ culpã Deus modicum imputabat regibus, dum tamẽ ipsi nõ colerent idola, nec p̃mitterent alijs colere. Ad rationem in contrariũ dicendum, ꝙ nõ est sufficiens excusatio pp scandalum: quia vtilius scandalũ nasci permittit̃, q̃ veritas relinquat̃, vt est regula iuris. Et hoc, quia hic relinqueret̃ veritas vitę, s. rectitudo legis pp scandalum: & tñ hoc non est permittẽ-
I dũ: quia licet veritas doctrinæ, & veritas disciplinæ aliqñ relinqui possit pp scandalum, nunꝙ̃ tñ veritas vitæ. Ideo Iosias, qui non aduertit ad scãdalum, nec ad aliquid, sed abstulit oĩa excelsa tã illa, in quib. sacrificabat̃ Deo, q̃ in quib. sacrificabat̃ dæmonibus laudat̃ nimis super oẽs reges, inf. 22. & 23. & 2. Paralip. 34. & 35. *Percussit autem Dominus regẽ.* s. plaga lepræ, vt patet in litera. *Et fuit leprosus vsque in diem mortis suæ.* Data fuit sibi ista plaga in pœnã pro peccato, vt inf. declarabit̃, & mansit vsque ad mortem suam, vt esset exemplũ aliorũ, ne auderent vsurpare, quę non erãt officij sui. *Et habitauit in domo libera seorsum.* Scilicet, nõ habitauit in palatio regis: q̃a cum esset leprosus non debebant cõfluere ad eum negocia, nec ipse disponebat de regno, sed Ioathã filius eius, vt patet in lr̃a: & vocat̃ domus libera, i. semota ab oĩ occupatione, &
K frequentatione populariũ: nam nõ confluebant ad eum aliqui, nisi illi, qui seruiebant ei: reliqua autem, quæ pertinebãt ad opera regalia faciebat Ioathan: & fortè vocatur domus libera: quia erat extra vrbem: nam Deus iusserat, ꝙ leprosi habitarent extra vrbes, & essent distincti à cęteris in habitu, vt cognoscerentur, s. habebant vestimenta dissuta, & capita nuda, & ora vestibus cõtecta, vt patet Leu. 13. & sic alij hoĩes cognoscentes illos à longe non accedebant ad eos, ne per collocutionem, & iuxta positionem inficerẽtur plaga lepræ, cum lepra sit morbus contagiosus. *Ioathan verò filius regis gubernabat palatium.* Ozias non ma-

Azarias laudatur pra pæ[...] titur.

manebat in palatio, sed in domo libera seorsū, ideo, vt non cessaret status regalis, & apparatus, & pompa, Ioathā filius Oziȩ gubernabat palatium regis, scilicet, morabatur in domo regis, & confluebant ad eū omnes nobiles, & potentes terræ, sicut confluere solebant ad Oziam, & ipse tenebat omnes famulos, quos tenebat pater suus, & reliquum apparatum, ne videretur diminutus status regius: & tamen non vocabatur rex, nec sedebat in solio regis, sed Ozias vocabatur rex toto tempore, quo vixit, & sub eo computatur tempus regni, & ab eo pēdebat potestas eorum, quæ fiebant in regno, licet per Ioathan filium suum administrarentur. *Et iudicabat populum terræ.* scilicet, omnia Iudicia regni, quȩ olim diffiniebant ante tribunal regis, diffiniebantur nunc ante tribunal Ioathan, licet ipse, viuente patre suo, non sederit in solio regni. *Reliqua autem sermonum Azariæ, & vniuersa, quȩ fecit.* scilicet, non habentur omnia hic, sed in alijs libris scripta sunt. Et remittit propheta ad illos libros, vt ibi videantur: etiam dicit hoc, ne putetur, ꝙ nō fecerit plura alia Ozias, & sic de quolibet alio rege dicitur tam de regibus Iudæ, quàm Israel. *Nonne hæc scripta sunt in libro verborum dierum regum Iuda?* Quasi dicat, ibi scripta sunt omnia, cum cuiuslibet regis Iudæ gesta in illo libro diligenter expressa sint. *Et dormiuit Azarias cum patribus suis.* Idest, mortuus est, sicut omnes patres sui reges Iuda. *Sepelieruntque eum cū maioribus suis in ciuitate Dauid.* s. sepultus est intra montem Syon, vbi erant sepulchra regalia, & tamen non sepultus est in sepulchris regalibus, quia leprosus erat. *Et regnauit Ioathan filius eius pro eo.* Iste erat vnicus filius eius, vel saltē erat primogenitus, ideo patri morieti successit in regno: nam viuēte patre, ipse palatiū gubernabat, & sustinebat totū pondus regalis laboris.

Azarias quo tempore regni fuerit percussus lepra. Qō V.

QVAERETVR, quo tempore regni Oziæ inflicta fuit ei ista plaga. Dicendum, ꝙ modico tēpore ante finē regni sui: nam modico tēpore regnauit post hoc. Quod patet, quia ex eo tēpore, quo fuit leprosus, cȩpit Ioathā filius eius regere palatium regale, & iudicare totum populum terræ, vt patet hic, & 2. Paralipo. 26. Oportebat ergo, vt esset Ioathā aliquantȩ ætatis, quando pater percussus est lepra, scilicet, plusq̃ viginti annorum: nam aliàs non esset ipse sufficiens ad regendum, & iudicandum totum populū terræ: & quando mortuus est Ozias, & accepit regnum filius eius Ioathan, erat Ioathā 25. annorum, vt patet inf. in litera, & 2. Paralip. 27. Ergo non durauit ad plus Ozias, postq̃ percussus est lepra, nisi annis quatuor, vel quinque. Secundo patet hoc ex intentione Iosephi 9. Antiquit. dicentis: Ozias miserabilem hanc, & vilē pertulit passionem, & tempus quidem aliquod extra ciuitatem cōmoratus in vita priuata degēs, deinde mȩstitia gestorum faciēte defunctus est. Tertiò patet: quia Ozias cȩpit regnare in ȩtate paruula, s. anno secundo vitæ suæ, & cœpit administrare regnum anno. 16. & in temporibus istis propter paruitatem ætatis non poterat facere aliqua gesta magnifica, & tamen egit plurima bella, & habuit victorias, & magnificatus est ī multis alijs, ita, vt nullus regum Iuda excelluerit eū vel æquatus fuerit ei nisi Dauid, vt colligit, 2. Paral. 26. ideo oportebat, vt magno tempore regnaret ad faciendum hæc, & tñ oīa ista fecit anteq̃ incurreret in leprā: quia postquā incurrit in illam, nihil magnificum egit, immo nec administrabat regnum, sed filius eius Ioathan faciebat omnia hæc, vt patet supr. in litera, ergo modico tempore ante mortem suam percussus est lepra.

A *Quare Ozias percussus est lepra, & de conditione peccati sui.* Quæstio VI.

QVAERETVR vlterius, quare percussus est lepra Ozias. Respondendū, ꝙ hoc fuit: quia voluit vsurpare officium alienū: nam ipse non erat sacerdos, & voluit offerre incēsum, sicut sacerdos. Pro quo sciendū, ꝙ Deus elegerat tribū Leui ad hoc, ꝙ ministraret ei, & reliquas tribus priuauerat iure ministrandi interdicens eis, ne aliqua illarum auderet accedere ad ministrandum Domino: istam autē tribum Leui diuisit in duas partes: quia quibusdam dedit ministrationē principalem, qui vocati sunt sacerdotes, & isti erant solum de genere Aaron. Reliquā B autem partem accepit ad ministerium minoris gradus, & oēs de ista parte vocauit Leuitas, & dati sunt isti leuitæ Aaron, & alijs sacerdotibus filijs eius tanq̃ ministri, & obediētes pr̨ceptis eorum, sic patet Nume. 3. s. locutus est Dn̄s ad Moysen, applica tribū Leui, & fac stare in conspectu Aaron sacerdotis, vt ministrent ei, & postea sequitur: Dabisq; dono Leuitas Aarō, & filijs eius, quib. traditi sunt à filijs Israel, idē patet Nume. 18. s. fratres tuos de tribu Leui sumes tecum, præstoq; sint, vt ministrent tibi: tu autem, & filij tui ministrabitis in tabernaculo testimonij: facta autē ista distributione iussum est, ne quis de alijs tribubus accederet ad ministrandum in aliquo officio, siue leuitico, siue sacerdotali, & si misceretur aliqs, C peccabat, & veniebat ira Dei super populum, Nu. 1. s. Quisquis externorū accesserit occidetur, & postea sequitur, ꝙ oēs Leuitæ excubarent in circuitu sanctuarij, ne accederet aliquis, qui nō esset de stirpe eorum ad illud, & si aliqs accederet, oriret̄ indignatio super totum Israel. Idem patet Num. 18. Cùm Deus dixit Aaron, ꝙ ipse, & leuitȩ fratres sui excubarent in oīb. operibus tabernaculi, & sequit̄: alienigena nō miscebitur vobis, ne oriat̄ indignatio super filios Israel, & sicut se habebant oēs de tribu Leui respectu aliarū tribuū, ꝙ de alijs tribubus, nemo poterat ministrare, in quib. isti ministrabant, ita se habebant Leuitæ ad sacerdotes, qui erant maioris gradus, ꝗa nō poterant Leuitæ accedere ad ministerium sacerdo- D tale, & si accederent, moriebantur, vt patet Num. 3. Cum dixit Deus ad Moysen, & Aaron, & filios eius, constitues super cultum sacerdotij, externus, qui ad ministrandum accesserit, moriet̄. Leuitæ tñ erāt extranei respectu Aaron, & filiorum suorū: ideo si aliquis de illis accederet ad ministeria sacerdotalia, occidebat̄, sic patet Num. 18. Cum dixit Deus ad Aarō: tu, & filij tui custodite sacerdotium vestrum, & oīa, quȩ ad altaris cultum pertinēt, & intra velū sunt, ꝑ sacerdotes administrabunt̄, si qs externus accesserit, occidet̄, ideo Leuitæ ēt occiderentur, si accederent ad ministerium sacerdotale. Vnde non solū Leuitæ occiderentur, si vellent ministrare, sicut sacerdotes sed etiam si vellent videre vasa sacra, vt patet Nume- E meri 4. Ideo prius, quàm acciperent illa ad portandum in via, iuxta officium suum debebant ea sacerdotes operire vestibus, ne Leuitȩ videntes ea nuda morerentur, vt patet ibidem. Istȩ autem penȩ veniebant contra illos, qui aggrediebant̄ aliquid sup. officium suum. De Leuitis vsurpantib. ministrationem sacerdotalem, patet Nu. 16. vbi dr̄ de Core, & ducentis quinquaginta proceribus, qui acceperunt thuribula, & voluerūt ministrare in officio sacerdotali, & tñ ipsi erāt Leuitæ, vt patet ibidem: nā dixit eis Moyses: multū erigimini filij Leui, oēs isti cōbusti sūt egrediente igne à Dn̄o de Altare, vt patet ibidē. De laicis aūt, q erāt de alijs tribub⁹, & volebant vsurpare officiū sacerdotale, vel Leuiticū, ēt patet ibidē: nā Datā,

& Abiron erant de tribu Ruben, & voluerunt sibi vsurpare ius sacerdotij, & ministrationis leuiticæ, vt colligitur ibi, & declaratum est; & Deus fecit, quòd absorberētur à terra ipsi, & filij eorum, & vxores, & pecora, & domus eorum, & descenderent viuētes in infernum, vt patet eod. cap. Sic autem fuit nunc de Ozia: nam ipse erat laicus de tribu Iuda, & ad istam tribū nihil pertinebat de sacerdotio, vt patet ad Hebræ. 7. Voluit ipse vsurpare sacerdotale officiū, offerēdo thymiama: ideo ipse etiam percussus est à Dño lepra in fronte, vt patet hic, & magis 2. Paralip. 26.

Ozias quare non fuit occisus, quia voluit vsurpare officium sacerdotale, quia sic iubebat lex. Quæstio VII.

QVAERETVR vlterius, qūo Ozias percussus est lepra, quia voluit vsurpare officium sacerdotale: nam nō debebat percuti lepra, sed occidi, sic patet Num. 3. & 18. s. Quisquis externus accesserit occidetur. Secūdò patet, quia illi, qui voluerūt vsurpare officium Aarō in deserto, combusti sunt, & alij absorpti sunt à terra, Num. 16. Dicendum vno modo, ꝙ fuit sententia legis obseruata in Ozia: nam per hoc, ꝙ percussus est lepra, mortuus est: quia lex iudicat idem esse mori, & lepra percuti. Vnde ipsemet Ozias mortuus dicebatur, postq̄ percussus est lepra, sic patet Isa. 6. Cum dicit: in anno, quo mortuus est rex Ozias, vidi Dñm sedētē. Et dr̄: in anno, quo mortuus est Ozias, i. in quo pcussus est lepra, vt exponūt oēs doctores tam Latini, quàm Hebræi, & etiā colligitur ibi aliqualiter ex litera: quia Isaias redarguit se, dicens: Vę mihi, quia tacui, & istud fuit: quia ipse non reprehendit Oziam super hoc, ne illud faceret. Aliter potest dici, quòd quanquam non fuerit inflicta mors Oziæ, tamen fuit ei maior pœna inflicta, q̄ mors, quia prælegisset Ozias mori, quàm lepra percuti, & manere ignominiosus, & priuatus administratione regni, cum prius esset in tanta celsitudine glorię: nam nomē suum dilatatum erat per omnes terras propter crebras victorias, & res magnificè gestas, 2. Paralipo. 26. Et non solum hoc, sed etiam priuatus est consortio hominum: quia erat in domo libera seorsum, vt patet in litera, & ista domus erat extra vrbem, vt ait Iosephus 9. Antiquit. tanta ergo calamitate pressus Ozias p̄ tristitia sortis suæ post paucum tempus obijt, vt ait Iosephus ibidem. Aliter potest dici, quòd dato, quòd percuti lepra esset minor pœna, quàm mors, tamen Deus poterat infligere eam temperādo rigorem legis: quia ipse condidit illā, ideo poterat dispensare in ea, vel abrogare ipsam

Quare Ozias voluit offerre thymiama, sicut sacerdos, & an volebat simul esse rex, & summus sacerdos propter redditus, & honorem. Quæstio VIII.

QVAERETVR vlterius, quid mouit Oziam ad volendum offerre thymiama, sicut sacerdos. Aliquis dicet, ꝙ fecit hoc Ozias ad augmentandum redditus suos præ auaritia: nā summus sacerdos habebat magnos redditus, quia habebat centesimā partem fructuum cuiuslibet anni totius Israel, quod patet: quia Leuitę percipiebant omnes decimas, tā pecorum, quàm terræ nascentium in toto Israel, & de istis decimis debebant dare decimam ipsi summo sacerdoti, Num. 18. & extra de decimis, cap. 1. Et sic ꝓueniebat summo sacerdoti decima decimæ, q̄ erat centesima pars fructuum: & hāc partem redditūum volebat rex adiungere redditibus suis, ita, vt vellet simul se facere regem, & sacerdotē magnum: & sic faceret, ꝙ deinceps non esset aliquis summus sacerdos, sed idem esset rex, & summus sacerdos. Vel pōt

F dici, ꝙ faciebat rex hoc pp honorem, quia summū sacerdotium erat quidam honor magnus: nam pręter regē, non erat aliquis vir tam excellēs, sicut summus sacerdos in toto populo: vnde ipsi summi sacerdotes accipiebant in vxores filias regum, vt patet de Ioiada summo sacerdote, qui accepit in vxorem Iosabam filiam regis Ioram, supra 11. & 2. Paralip. 22. & voluit Ozias accumulare istum honorem honori regali, vt sic esset magis honoratus. Aliter pōt dici, ꝙ hoc fecit propter desiderium apparentiæ sanctitatis: nam sacerdotes, qui ministrabant Deo, erāt specialiter ei adhærentes: sic patet Nume. 16. Nā vocantur ibi sancti, cùm dixit Moyses ad Chore, & socios suos, qui volebāt vsurpare sacerdotium mane:
G notum faciet Dominus, qui ad se pertineant, & sanctos applicabit sibi, & quos elegerit appropinquabunt ei. Et sic illi, qui acciperentur in sacerdotes, dicebantur esse sancti, vel electi. Ozias autem cùm esset laicus, non habebat istam dignitatem sanctitatis, cùm non ministraret Deo: ideo voluit ministrare, vt acciperet sibi opinionem sanctitatis. Et dicendū, ꝙ potius fecit hoc ex desiderio honoris, q̄ pecuniarum, vt patet 2. Paralipo. 26. scilicet: Cum roboratus esset, eleuatum est cor eius in introitum ipsius: eleuatio tamen cordis ad superbiā pertinet, & non ad desiderium pecuniarum: sic enim ait Iosephus 9. Antiquit. scilicet: Dum hæc ita constituisset mentis elatione corruptus, & substantia mortali ditatus cōtra
H immortalem omni tempore agere nitebatur: est autem immortalis substantia pietas circa Deum, & custodia mandatorum: lapsus est itaq; fœlicitatis euētu, & ad paterna peccata descendit.

Ordo in peccato Oziæ, & in punitione eius. Quæst. IX.

QVAERETVR vlterius, quis fuit ordo in peccato Ozię, & in punitione eius. Dicēdum, ꝙ ordo fuit iste: nam in solennitate generali propitiationis indutus est rex stola sacerdotali, & intrauit in tēplum volēs offerre thymiama super altare aureum, quod erat in prima parte templi. Ingressus est autem post eum Azarias sacerdos magnus cum octoginta
I sacerdotibus viris fortibus ad prohibendum ei, & dixit: non est tui officij Ozia, vt adoleas incensum Domino, sed sacerdotum filiorum Aaron: egredere de sanctuario, ne contempseris: quia non reputabitur tibi in gloriam à Domino Deo. Tunc iratus Ozias comminabatur sacerdotibus mortem, si eum prohiberent, accessitque ad altare thymiamatis, & cū esset super illud, percussus est à Deo lepra in frōte, q̄d sacerdotes videntes festinauerunt expellere de templo, & ipse perterritus accelerauit egredi de templo timens maiora mala sibi ventura, si in pertinacia sua persisteret. De hoc secundo Paralipo. 26. Addit autem Iosephus 9. Antiquit. quòd sol effulsit nimis, & percussit faciem regis, & sic fecit eū leprosum. Etiā factus est tunc terręmotus magnus, & apud Ierusalem quidam collis disruptus est, & saxa grandia ad
K diuersas partes corruerunt. Vnde ait: Inter hæc autem terręmotus factus est magnus, & stupescente populo, claritas Solis nimis effulsit, & incidit in faciem regis, & illi quidem lepra continuo prouenit: ante ciuitatem verò in loco, qui dicitur: Eroge, scisa est media pars montis ad occidētem, & sua volubilitate per quatuor spacia procedens ad orientalem restitit montem, ita, vt ei vias clauderet, & regios hortos opprimeret. Cunque sacerdotes regis faciem apprehendisse lepram conspicerent, pandebant ei calamitatem suam hortantes, vt tanq̄ pollutus exiret à ciuitate; ille verò confusione huius euen-

euentus dum illi iam esset nulla fiducia, qđ iubebat, impleuit: De terręmotu isto quãquam non exprimatur hic, nec in Paralip. tamen dicẽdum est, quòd fuerit: quia sacra scriptura hoc exprimit, sic patet Amos primo: nã Amos prophetauit diebus Oziæ, & dr: verba Amos, quæ vidit super Israel in diebus Oziæ regis Iuda ante duos annos terręmotus, & iste terręmotus fuit, qui factus est, quãdo ipse Ozias voluit Domino offerre thymiama: sic ẽt patet p Hieronymũ in quodam prologo super Amos, qui incipit: Ozias rex: hoc autem patet clarius Zacha. vltimo, cum dicitur: & scindetur mons oliuarũ ex media parte sui ad Orientem, & Occidentẽ prærupto grandi valde: & fugietis ad vallem montium eorũ, quoniam coniungetur vallis montium vsq; ad pxi mum, & fugietis sicut fugistis à facie terręmotus in diebus Oziæ regis Iuda. De sole autem, ꝙ nimis effulserit, & percusserit faciem regis, non apparet ex sacra scriptura: satis tamen est verisimile: quia fuit percussus rex in fronte lepra. Et videtur, ꝙ modus percutiendi esset, ꝙ Deus faceret refulgere solem in vultu eius, & per hoc appareret, ꝙ lepra, quæ in vultu erat, à Deo inflicta fuisset in pęnam, & sic credẽdum est, ꝙ fuit in historijs Hebręorum. nam nullius regũ istorum historia completè describitur, sed remittitur ad librum regum Iuda, & Israel, vt patet in singulis capitulis, & illę historię seruabantur apud Hebręos: Iosephus autẽ fuit maximus historiographus Hebręorum, & fuit tempore illo, quo adhuc pleuerabat status hebraicus. s. viuente populo Hebræorũ in terra sua antequam destrueretur Ierusalem per Romanos, ideo potuit scire: & verisimile est, ꝙ sciuerit omnia gesta particularia illorum regum.

Quare nullus prophetarum, qui erant tempore Oziæ orauerũt pro liberatione Oziæ à lepra. Quæst. X.

QVAERETVR vlterius, cum tẽporibus Ozię essent tot prophetę sancti. s. Isaias, & Osee, & Amos, & Ioel, & Abdias, & Ionas quomodo nõ orauerunt isti prophetæ ad Dominum, vt auferret lepram regi Oziæ, cũ esset in tanta calamitate, & doleret. Quòd aũt fuerint oẽs isti tẽpore Oziæ: patet, de Isaia. Isa. 1. & de Amos patet Amos 1. de Osee ẽt patet Osee primo, de Ioele autẽ, & Iona, & Abdia patet ex regula, quam tradunt Hebræi. s. ꝙ ille propheta, in cuius titulo non ponitur tẽpus prophetiæ, ꝓphetauit eisdem temporibus, quibus propheta, qui ponitur ante eum, & approbat istam regulam Hieronymus in quodam prologo super Ioelem, qui incipit: S. Ioel, & in alio prologo, qui incipit in hoc ꝓpheta, sed Ioel ponitur post Osee sine temporũ annotatione, ergo prophetauit in eisdem temporibus, quibus Osee. s. sub Ozia: in titulo quoque Abdiæ, & Ionæ tempora non annotantur: ideo prophetauerunt temporibus Oziæ, quibus prophetauit Amos, qui præponitur eis. De Iona etiam patet præcedenti cap. quia ipse fuit tẽpore Ieroboam regis Israel, qui fuit contemporaneus Ozię: ergo esset tempore Oziæ, & sic omnes isti erant tẽpore Oziæ, & multi alij viri sancti. Aliquis dicet, ꝙ rex non sanabatur à lepra, quia perseuerabat in malitia sua. Sed hoc non stat, quia rex iste cessauit ab omni honore suo, & fuit in domo libera seorsum extra ciuitatem: non ergo committeret iam aliqua similia, sed potius deplangebat miserabilem vitam suã cupiens potius mori, quàm infęlici affici vita, vt ait Iosephus 9. Antiqui. Aliquis autem dicet aliter. s. ꝙ nõ liberatus fuit à lepra iste rex: quia nullus orabat pro eo. Sed dicendum, ꝙ hoc non est verisimile: qa

A cum iste rex ante hoc semper fuisset cultor Dei, & in omnibus laudabilis, & nunc per vnicam culpam grauiter punitus fuisset, omnes compaterentur ei, & orarẽt pro ipso, potissimè, quia ipse fuerat in magna fęlicitate. s. rex Iudæ, & famosus per omnes terras, & nunc deciderat in extremam calamitatem: nemo ergo esset, qui non compateretur ei, & oraret pro ipso. Dicendum tamẽ est, ꝙ non fuit liberatus a lepra, quia licet isti prophetæ, & viri sancti orarẽt pro eo, Deus non exaudiebat illos, vel fortè ꝓhibuerat eis orare super hoc. Cum. n. Deus diffinit aliqd agere, quanquam oretur ab oĩbus sanctis in contrarium, non exaudientur: sic. n. patet Ezech. 14. Cum dicitur: Si gladium induxero super terram, & dixero: transi per terram, si fuerint tres viri isti in medio

B eius, Noë, Dan, & Iob, viuo ego dicit Dominus, qa nec filios, nec filias liberabunt, sed ipsi soli liberãtur, terra autem desolabitur. sic. n. cum ororet Moyses sępe, vt permitteretur intrare in terram Chanaan Deus non exaudiuit eum: Deut. 3. vel poterat esse, ꝙ Deus prohiberet istis orare ꝓ sanitate Oziæ: nam sic Deus interdum prohibet viris sanctis orare pro aliquo, quando vult punire eum, vt patet Hieremię 14. s. noli orare pro populo isto in bonum, cum ieiunauerint, non exaudiam eos. Sic etiam prohibitus est Samuel orare pro Saulé, quia Deus abiecerat eum, ne esset rex: supra 1. lib. cap. 16. Moyses quoq; prohibitus est orare pro transitu Iordanis à Deo dicente: sufficit tibi, nequaquam loquaris vltra ad me

C de hac re: Deut. 3. Causa autem quare Deus nolet exaudire orationem istorum prophetarum ꝓ Ozia, vel prohiberetur eis orare, esset quia Deus volebat facere hoc ad terrorem aliorũ, vt videntes omnes de populo, ꝙ tam grauiter rex puniebatur, timerẽt similia facere: nam pœnę graues, quæ inferebãtur in lege, potius erant propter timorem aliorum, q̃ propter pœnam eorum, qui puniebantur, vt patet Deuter. 21. s. lapidibus obruet eum populus ciuitatis, & morietur, vt auferatis malum de medio vestri, & vniuersus Israel audiens pertimescat, & maximè fuit hoc: quia Ozias erat rex, vt videret totus populus, ꝙ si in rege peccante Deus exercebat tam durã

Deus quare noluit exaudire orationes prophetarũ ꝓ Ozia

D pœnam, irremissibiliter crederent, ꝙ à fortiori sup eos fieret, si ipsi similiter peccarẽt iuxta verbũ Christi Luc. 23. scilicet: si in ligno viridi hoc fit, in arido quid fiet? quasi dicat, à fortiori cremabitur. Et hoc Deus obseruabat valde: nam puniebat magis eos, q appropinquabãt sibi, & quos ipse magis elegerat in familiares, vt patet Leui. 10. nam cũ duo filij Aaron cremati sunt à Deo, quia errauerunt in igne: dixit Moyses ad Aaron: hoc est, quod locutus est Dominus: sanctificabor in his, qui appropinquant mihi, & in cõspectu omnis populi glorificabor. Et hoc erat: quia cum totus populus videret, ꝙ Deus puniebat familiares suos propter transgressionem legis, crederent, ꝙ fortius puniret eos, & cauerent.

E

Oziæ actus, & operationes. Quæst. XI.

QVAERETVR vlterius de actibus Oziæ regis: nam ipse fuit famosus valde. Dicendum, ꝙ Ozias fuit cultor Dei: nam nunquam declinauit ad idola licet peccauerit transgrediendo cęremonias volendo offerre thymiama. Fuit autem cultor Dei, quia erudiuit eum Zacharias propheta, qui fuit in diebus eius, & dum ille vixit, nunquam errauit Ozias, vt patet 2. Paralipo 26. Fuit etiam vir bellicosus valde: nam pugnauit sępe contra Philisthinos, & accepit magnam partem terræ eorũ: nam ipse destruxit murum vrbis Geth, & murum Azothi, &

murum

murum Iamię,& ędificauit oppida noua in terra illa: pugnauit etiã contra Arabes,qui sunt vicini terræ Chanaan ex parte Meridiana, & præualuit contra eos in multis bellis. Pugnauit etiam contra Ammonitas,& redegit eos in tributarios: nam ipsi offerebãt sibi munera, quolibet anno, subiecitque ꝑ circuitum omnes gentes vsque ad terminos Aegypti, vulgatunque est nomen eius per omnes terras propter crebras victorias. Post hæc autem in bellis gloriosus existens conuertit se ad agendum curam rei publicę in Ierusalem: nam quicunque muri fuerãt longo tẽpore, aut regum desidia destructi ab eo reparati sunt, & potissimè illi, quos destruxerat Ioas rex Israel, qñ intrauit in Ierusalem captiuum ducẽs Amasiam patrem suũ: nam à porta Ephraim vsque ad portam anguli ꝑ quadringẽtos cubitus murum interruperat, ędificauit etiam turres multas per diuersa loca murorum,& potissimè ad portam anguli,& portam vallis in eodem muri latere, quibuslibet centum quinquaginta cubitos altitudinis habẽtibus. Fuit præterea vir agriculturæ deditus:nam vineas habuit, & vinitores in montibus, & in carmelo, curanque habebat circa plantationes, & semina fructuum diuersorum: fodit etiã cisternas multas in solitudine,& aquęductus instituit,& turres,atq; caulas instituit, quia pecora multa habebat tam in cãpestribus,quã in Eremi vastitate. Habuit etiam exercitum copiosum,scilicet, trecẽta, & septem millia, & quingenta virorum, qui omni genere armorum muniti erant: in ciuitatibus quoque diuersa genera machinarum, & munitionum constituit ad defendendas,& expugnandas vrbes. In hac autem gloria magno tempore permãsit vsquequo eleuatum est cor eius contra Dominum, & vsurpauit officiũ sacerdotis,& tunc miserabiliter vitam finiuit.

Ozias quomodo sepultus esse dicitur cum patribus suis cum tamen fuerit sepultus in agro. *Quæst. XII.*

QVAERETVR vlterius, quomodo dicit̃ hic, ꝙ sepultus fuit Ozias cum patribus suis in ciuitate Dauid: nam ibi erant sepulchra regum, & tamen ipse non fuit sepultus in sepulchris regum, sed in agro, vt patet 2. Paralip. 26. Respondendum, ꝙ in castro montis Sion, quod vocatur ciuitas Dauid erat quidam locus separatus ad sepulchra regum,& erant ibi fabricata sepulchra pro omnibus regibus de stirpe Dauid, quando autem aliquis erat rex malus, quem populus nolebat honorare, sicut regem, non sepeliebant eum in sepulchris illis, quæ iam ab antiquo facta erant pro regibus, sed sepeliebatur in monte Sion in aliqua parte illius agri, in quo erant sepulchra regalia, & fiebat ibi sepulchrum nouum pro illo tanquam non esset de regibus,& etiam alię solennitates, quæ solebant fieri in funere regali nõ fiebant ibi plenè: sic.n. patet de rege Ioram, qui fuit pessimus,& cã multorũ malorũ in Israel, occiditq; omnes fratres suos: nam populus noluit ei impendere honorabile funus 2. Paralipo. 21. ſ. Et non fecit ei populus secundum morem combustionis exequias, sicut fecerat maioribus eius, & sepelierũt eũ in ciuitate Dauid, sed non in sepulchro regum. Sic etiam Ioas fuit rex malus, quia occidit filios Ioiadę sacerdotis, qui fecerat eum regẽ, & populus noluit eum sepelire in sepulchris regum, quanquam sepelierit in ciuitate Dauid: ita fuit nunc de Ozia, quia ipse non fuit sepultus in sepulchris regum: hoc autem non quidem quia fecerat malum, sed quia erat abhominabilis propter leprã, & erat dedecus, ꝙ inter reges sepeliretur aliquis homo leprosus: ideo se-

F pultus fuit in ciuitate Dauid in agro quodã, in quo erant sepulchra regalia, in aliquo sepulchro, quod factum est ei nouiter distans à sepulchris regalibus tanquam homini paruę dignitatis. Et sic stat ista litera cum illa, quę habetur. 2. Paralip. 26 quia hic dicitur: ꝙ sepultus est in ciuitate Dauid, & hoc verum est, quia intra montem Sion erat ager iste, in quo sepultus fuit Ozias. Et cum dicitur, ꝙ sepultus est cũ maioribus suis: non est intelligendum, quòd in eodẽ sepulchro cũ eis sepultus fuerit, sed sepultus est ꝑpe illos in eodem agro, in quo erant sepulchra regum: & hoc dicitur. 2. Paralip. 26. ſ. dormiuit Ozias cũ patribus suis, & sepelierunt eum in agro regalium sepulchrorum, eo ꝙ esset leprosus: Iosephus autem 9. G Antiq. dicit, quòd iste solus de regibus sepultus est in hortis. Hoc autem dicit, quia præter istũ alij reges fuerunt, qui non sepulti sunt in sepulchris regum, sicut fuit de Ioram 2. Paralip. 21. Sic etiam de Ioas eo. lib. c. 24. sic etiam Achaz sepultus est extra sepulchra regum, eo. lib. c. 28. & Manasses sepultus est extra sepulchra regum in domo sua: eo. lib. c. 33. & tamen de nullo istorum dicitur, quòd sepultus est in agro, nisi de Ozia: ideo dixit Iosephus, ꝙ iste solus de regibus sepultus est in hortis: non tamen est intelligendum, quòd sepeliretur extra vrbem in aliquib' hortis propter hoc, quòd erat leprosus, sicut viuens manserat extra vrbem in domo libera seorsum: nã intra vrbem sepultus est, cum dicatur, quòd sepul- H tus est in ciuitate Dauid. Etiam non est intelligendum, quòd sepultus fuerit intra montẽ Sion in aliquo horto solus, & segregatus ab alijs regibus: quia in agro illo, in quo erant sepulchra regalia, sepultus est, cum dicatur 2. Paralip. 26. quòd sepelierũt eũ in agro regalium sepulchrorum.

Gesta Oziæ an sint scripta per Isaiam *Quæst. XIII.*

QVAERETVR vlterius, quomodo dicitur hic, quòd reliqua gestorum Ozię scripta sunt in libro verborum regum Iuda: quia 2. Paralip. 26. dicitur, quòd reliqua sermonum Oziæ priorum & nouissimorum scripta sunt per Isaiam prophetã I filium Amos. Aliquis dicet, quòd idem est liber sermonum dierum regum Iuda, & liber Isaiæ: quia Isaias scripsit illum. Sed non stat, quia si intelligatur de libro illo, qui habetur apud nos falsum est: quia non habetur ibi aliquid de Ozia. Si autem intelligatur de aliquo alio libro, quem scripserit, etiam nõ stat: quia iste liber continet gesta omnium regum Iuda vsque ad captiuitatem Babilonicam, & tamen nõ vixit Isaias vsque ad tempus illud. Patet hoc, quia 2. Paralip. 35. dicitur: reliqua sermonum Iosiæ scripta sunt in libro regum Iuda, & tamen tempore mortis Iosiæ non viuebat Isaias, quia solum vixit vsque ad tempus Ezechię, cum dicatur prophetasse solũ in diebus Oziæ Ioathan, & Achaz, & Ezechiã Isa. 1. K & tamen toto tempore, quo aliquis viuebat, dicebatur prophetare postquam inceperat semel ꝓphetare, quia prophetia erat aliquid non cessans, iuxta illud Num. 11. de duobus viris, qui prophetauerunt in castris. ſ. prophetauerunt, & nunquam vltra cessauerunt. Dicendum ergo, quòd non fuit scriptus liber regum Iuda ab Isaia: dicitur tamen, quòd scripta sunt in libro eius gesta Ozię: quod potest dupliciter intelligi: vno modo, quòd scripta sint gesta illa in libro regum Iuda, & tamẽ præter illa gesta scripsit etiã Isaias alium librum, in quo scripsit specialiter gesta Oziæ, & quia erant copiosius scripta ista gesta in libro Isaiæ, quàm in libro regum Iuda, allegauit scriptor libri Paralipo. pro gestis ipsius Oziæ librum

brum Isaiæ, & non librum regum Iuda. Secūdò potest dici, φ iste liber regū m Iuda fuit aliquid compilatū à multis libris prophetarū, quia prophetæ scribebant diligenter in aliquibus libris gesta illorū regum, qui erant contemporanei sibi, & postea per cōpilatorem colligebantur omnia, quæ erant in libris illis, & redigebantur in vnum volumen, quod vocatur liber regū Iuda. Hoc patet, qa de gestis Dauid dr: gesta Dauid regis scripta sunt in lib. Samuelis vidētis, & in libro Nathan ꝓphetæ, & in libro Gad vidētis. 1. Paralipo. vlti. Gesta autem Salomonis scripta sunt in libris Nathan prophetę, & in libris Ahię Silonitis, & in visione Addo videntis 2. Paralip. 9. gesta Roboan scripta sunt in libro Addo videntis, & Semeiæ prophetæ eo. lib. c. 12. gesta autē Abiæ scripta sunt in libro Addo prophetæ eo. lib. ca. 13. gesta Iosaphat scripta sunt in libro Iehu filij Anani, eod. lib. capitu. 20. aliqui autem istorum prophetarum scribebant particulares libros de aliquibus regibus. Alij verò scribebant de omnibus, & sic fuit de Iehu, qui scripsit librum de omnibus regibus Israel, vt patet 2. Paralipo. 2. s. reliqua gestorum Iosaphat scripta sunt in verbis Iehu filij Anani, quæ digessit in libro regum Israel. Dicendum ergo, φ siue liber regum Iuda, & Israel sit cōpilatus de libris illorū prophetarum, siue non, aliquando erat digesta diligentius historia alicuius regis in libro regum Iuda, vel Israel: & aliquando diligentius in aliquo libro alicuius prophetę: ideo in libro Paralipo. quando supplentur istę historię pro vltimata cōpletione earū remittitur aliquando ad verba dierum regū Israel, & Iuda, & aliqn̄ remittit̄ ad aliquos libros speciales ꝓphetarū, vt patet discurrenti per totū s̄m Paralip.

Anno trigesimo octauo. Hic ponitur secundum s. regum Israel frequens mutatio: in breui. n. tempore multi reges Israel regnauerunt: nam vnus occidebat alium, & alius alium habentes diuersos fauores, & sic succedebant sibi, & diuiditur in partes sex, secundum sex reges sibi sucedentes. Primò agitur de regno Zachariæ. Secundò de regno solum ibi. *Coniurauit autem*. Tertiò de regno Manaen ibi: *Et ascendit Manaen*. Quartò de regno Phaceia ibi: *Anno quinquagesimo*. Quintò de regno Phacee ibi: *Anno quinquagesimo secundo*. Sextò de regno Osee ibi: *Coniurauit autem*. Circa primum dicitur: *Anno trigesimo octauo Azariæ regis Iudæ regnauit Zacharias filius Ieroboam*. Computantur tempora regum Israel per tempora regum Iuda, & è contrario, sicut dictum est: iste Azarias est, q vocatur Ozias, & in tempore suo regnauerunt omnes isti reges Israel, quia ipse longo tempore regnauit. Erat autem annus suus trigesimusoctauus, quādo cępit regnare Zacharias filius Ieroboam: nam Ieroboam fuerat coętaneus regi Oziæ pro illis trigintaocto annis, vt patet supra: *Super Israel in Samaria*. Dicitur regnasse super Israel, quia fuit rex Israel, & dicitur regnasse in Samaria, quia ibi erat metropolis regni, & sedes regum. *Sex mensibus*. Non regnauit maiori tēpore, quia occisus à Selum filio Iabes, vt patet infra. *Et fecit, quod malum est coram Domino*. s. coluit idola, quia istud erat malū regū Israel, & vocatur malum per excellentiam, quia non vocabantur mala in comparatione huius alia quęcunque fierent. *Sicut fecerunt patres eius*. s. omnes prædecessores sui reges Israel coluerunt idola: non enim fuit aliquis, de quo non dicatur spetialiter, φ coluit idola, vt patet percurrendo totam successionem eorū, incipiendo à primo rege post diuisionem regni. s. à Ieroboam præcedenti lib. cap. 12. vsque infra 17. ca. quia inter ista habetur tota successio regum Israel. *Non recessit à peccatis Ieroboam filij Nabath*. s. coluit vitulos aureos sicut ille. *Qui peccare fecit Israel*. i. iste Ieroboam primus rex Israel fecit peccare Israel introducendo vitulos aureos, & cogendo, φ totus populus coleret illos, & nullus iret in Ierusalem ad templū, præcedenti lib. cap. 12.

Zacharias filius Ieroboam quo anno cœperit regnare Azariæ regis. Quæst. XIIII.

QVAERETVR, quomodo potest stare, quòd Zacharias filius Ieroboā regnauerit anno trigesimooctauo Azariæ regis Israel: nam videtur, φ non inceperit tunc regnare. Quod patet, quia Ieroboam pater Zachariæ regnauit annis quadraginta vno, pręcedenti cap. Azarias autem rex Iuda cœpit regnare anno vigesimoseptimo Ieroboam: ideo manebant de regno Ieroboam solū quatuordecim anni, & istis regnarent simul Azarias in Iuda, & Ieroboam in Israel: ideo anno quintodecimo in principio, vel in fine quartidecimi regni Azarię inciperet regnare in Israel Zacharias filius Ieroboam. Nicolaus respondet, quòd istud regnum non fuit continuum: nam cępit regnare Zacharias filius Ieroboā multo tempore postquam mortuus est pater suus, & toto illo tempore medio gubernauerunt regnū aliqui principes, & postea quando cępit regnare Zacharias occidit illum quidam de istis principibus nomine Selum, patet infra: modus autē est, quia dicit, φ Azarias filius Amasię viuente patre suo regnauit decem annis, quibus latuit profugus Amasias in Lachis: & quando dicitur in principio capituli, φ cępit regnare anno vigesimoseptimo Ieroboam: dicit, φ intelligitur de tempore illo, quo solus regnauit post mortem patris sui, & tamē accipiendo principiū regni sui non fuit anno vigesimoseptimo Ieroboam, sed anno 17. & ab ipso tempore vsq; ad annū quadragesimum primum, manent vigintiquatuor anni, quibus regnauit simul Azarias cum Ieroboam, & sic anno vigesimoquarto, vel quinto Azariæ moreretur Ieroboam rex Israel, & manerent anni tredecim, vel quatuordecim vsque ad annum trigesimumoctauum Azariæ, & in isto tempore dicit regnasse Zachariæ principes, qui gubernabant regnū, & postea in trigesimooctauo anno ipse regnauit. Sed dicendū, φ hoc non stat, quia præsupponit, φ Amasias vigintiquinque annis vixerit post mortē Ioas regis Israel, & φ decem annis illorum non regnauerit, sed fuerit profugus in Lachis, & regnauerit illis decem annis filius suus Azarias, sed omnia ista improbata sunt præcedenti cap. Dicendum ergo, φ cępit regnare Zacharias anno trigesimooctauo regis Azariæ: modus tamen fuit, φ Azarias cępit regnare anno quartodecimo, vel in quintodecimo regis Ieroboam, quia tunc mortuus est pater suus Amasias, & quia ipse erat tūc paruulus. s. duorum annorum, vel trium non data est ei administratio regni, vsquequo haberet annos decem, & sex, & tunc erat annus vigesimusseptimus Ieroboam regis Israel, & tūc dicit ipse regnasse, vt patet in principio literę: anni tamen regni sui computātur à morte patris sui: ideo regnauit simul Azarias cum Ieroboam rege Israel annis vigintisex. s. ab anno quintodecimo suo vsque ad quadragesimum primum annum regni Ieroboam, & tunc mortuus est Ieroboā, & si Zacharias successisset ei immediatè regnauisset anno vigesimoseptimo Azariæ, & tamen quia paruulus relictus est non commissa fuit sibi ministratio regni quasi per duodecim annos, sicut factum est de Azaria rege Iuda, qui quatuordecim annis regnauit sine administratione, & illis annis non dicitur

regnasse,

regnasse, sed tunc quando cępit administrationē, vt supra declaratum est: ita fuit de Zacharia, quia licet isti duodecim anni, quibus principes gubernauerunt regnum pertineant ad regnum suum, tamen non dicitur ipse regnasse in illis, & quia postquā suscepit ministrationem regni solum vixit mensibus sex, dicitur regnasse sex mensibus. *Coniurauit.* Hic ponitur secundum huius partis. s. de regno Selum, & dicitur: *Coniurauit autem contra eum Selum filius Iabes.* s. fecit coniurationem cum aliquibus ad hoc, ꝙ fauerēt ei ad occidendum regē, & quòd ipse regnaret loco illius. *Percussitque eum palam, & interfecit.* s. percussit eū vidente populo: non.n.timuit, quia fortè habebat multos de factione sua, qui ei fauebant, & non timeret fautores regis. Et sic dicitur in Hebręo corā populo, vbi nos dicimus palam. *Regnauitque pro eo.* s. fuit successor eius, quia nullus fuit, qui posset prohibere eum regnare, cū haberet multos fautores in populo. *Reliqua autem verborum Zachariæ.* q.d. non sunt hic omnia: quāquā.n. pauca facere potuisset in sex mensibus, quibus administrauit, tamen ipsa pauca nō habentur hic. *Nonne hæc scripta sunt in libro sermonum dierum regum Israel?* q d. ibi scripta sunt omnia, quia ibi scribebātur particulariter gesta omniū regū Israel. *Ipse est sermo Domini, quem locutus est ad Iehu.* i. istud, quod factum est, fuit, quod Deus olim locutus fuerat ad Iehu per prophetam supra 10. dicens, ꝙ filij eius sederent super thronum Israel vsque ad quartam generationem, & nunc erat generatio quarta in Zacharia: ideo in eo cessare debebat regnum, & sic occisus est, vt cessaret. *Filij tui vsque ad quartam generationem sedebunt de te, super thronum Israel.* Nō computatur hic ipse Iehu, sed solū filij sui, & illi fuerūt quatuor, qui regnauerunt post eum. s. Ioachaz, & Ioas, & Ieroboam, & Zacharias. *Factumque est ita.* s. sic fuit sicut Deus dixerat, ꝙ regnarent vsque ad quartam generationem, & tunc cessaret regnum. *Selum filius Iabes regnauit trigesimonono anno Azariæ regis Iudæ.* Iste occidit Zachariam, & regnauit post eum, cū esset annus trigesimusnonus Azeriæ regis Iudæ. *Regnauit autem mēse vno.* Non regnauit plus, quia coniurauit contra eū Manaen, & occidit ipsum, vt patet in litera. *In Samaria.* Quia ibi erat sedes regni.

Zacharias à Selū occiditur.

Selum, qui occidit Zachariam, quis fuit, & quare eum occidit. Quæst. XV.

QVAERETVR quis erat iste Selū, qui occidit Zachariam, & quare coniurauit nunc cōtra eum, & non prius, cum potuisset coniurare toto illo tempore, quo Zacharias non administrabat, quod fuit tempus duodecim annorū, vt supra declaratum est. Ad primum dicendum, quòd iste Selum fuit vnus de principibus gubernantibus regnum tempore, quo Zacharias non administrabat, scilicet, in duodecim annis, ideo habuit magnā potestatem tempore illo, cum esset gubernator regni; & cum omnibus, qui tunc fauebant ei coniurauit nunc, & sic potuit faciliter occidere regem: vnde palam occidit eum, quia nullum timebat: Iosephus tamen nono Antiq. dicit, ꝙ Zacharias dum regnasset sex mēsibus dolum passus occisus est à quodam amico suo nomine Selum. Ad secundum dicendū, quòd solum poterat coniurare contra Zachariam ante hoc, & tamen nō coniurauit, & fortè hoc fuit propter duo. Primum fuit ex parte Selum, quia Selum gubernabat regnum ante hoc cum Zacharias nondum administraret, & quia tunc ipse fungebat vice regis non curabat de maiori honore: nunc autem, quia incipiēte Zacharia ministrare, cessauit ex- F cellentia Selum, quia ipse non tenebat gubernationem, cępit desiderare honorē, quem prius tenebat, & quia non poterat habere, nisi occidendo regē, coniurauit ad occidendum ipsum. Et ꝓpter hoc in principio regni sui coniurauit: nam nondum regnauerat nisi sex mensibus Zacharias quando occisus est à Selum, scilicet, quia mox, vt Selum priuatus est gubernatione regni cępit desiderare illam, & occidere regem. Secundum fuit ex parte Dei, quia volebat Deus, ꝙ quatuor de filijs Iehu regnarent, sicut ꝓmiserat ei, supra 10. & si Selum insidiatus fuisset Zachariæ antequam accepisset ministrationem, nūquam regnauisset Zacharias, & sic solum essent de filijs Iehu tres reges: Deus tamen promiserat quatuor: ideo G fecit, quòd Selum non inclinaretur ad occidendū Zachariam, antequam inciperet regnare.

Quare regnum finitum est potius in Zacharia, quàm in alijs de filijs Iehu, qui tamen magis peccauerunt. Q. XVI.

QVAERETVR vlterius, cum omnes filij Iehu peccauerint, quare potius finitum est regnum in Zacharia, quàm in alijs, quia Ioas peccauit, & et Ioachaz pater eius, supra 13. Ieroboam etiam peccauit pręcedenti cap. & non solum peccauerunt alij, sed etiam videtur, ꝙ plus peccauerint, quàm Zacharias, & hoc propter duo. Primo, quia pauco tempore regnauit. s. solum sex mensibus, alij autem progenitores sui regnauerunt maiori tempore: nam Ioa- H chaz decem, & septem annis regnauit, & Ioas decē, & sex, supra 13. Ieroboam verò quadraginta vno pręcedenti cap. & sic poterant illi magis peccare, & verisimile erat, ꝙ magis peccarēt, quam Zacharias, qui sex mensibus tantum regnauit. Secundò, quia Zacharias paruæ ętatis mortuus est, nam post mortem patris sui gubernatum fuit regnum duodecim annis per principes, vt supra declaratum est, & hoc erat propter paruitatem ætatis eius, & cum cępisset ministrare, solum regnauit mensibus sex, & sic non esset viginti annorum quando occideretur: in tali tamen tempore, & tam parua ętate non poterat in multis peccauisse: potissimè quia scriptnra non fa- I cit spetialem mentionem de eo, quòd peccauerit, sed solum dicit, sicut de alijs regibus, ꝙ non declinauit à peccatis Ieroboam. Respondendum, ꝙ Zacharias peccauit colendo idola cum dicatur, quòd non declinauit à peccatis Ieroboam, & tamen non peccauit plusquam alij tres prædecessores sui successores Iehu, sed minus, quàm quilibet illorum, & tamē ablatum est regnum de manu eius, & non de manu progenitorum suorum. Primo, quia Deus non infligit pœnas temporales maiores ꝓ maioribus peccatis, sed magis puniuntur illi, qui licet minus peccauerint, maiori tempore expectantur ad cōuersionē, & non conuertuntur: sic patet Luc. 13. vbi Christus ponit duo exempla, primum de Galilęis, quorū K sanguinem Pilatus miscuit cum sacrificijs eorum, & Christus ait: putatis, ꝙ hi Galilęi pro omnibus Galileis peccatores fuerunt: quia talia passi sunt non dico vobis, sed nisi pęnitentiam habueritis omnes simul peribitis. Aliud exemplum est de decem, & octo viris, super quos cecidit turris in silua, & occidit eos: & Christus ait: putatis, quòd ipsi debitores fuerunt plus quàm omnes habitantes in Ierusalem, non dico vobis, sed si non pęnitentiā egeritis omnes simul peribitis: & sic alij magis peccabant, sed non tam grauiter puniebantur, quia non tādiu expectati fuerant ad pęnitentiam, ita fuit de Zacharia, quia iam Deus diu expectauerat, & quia non cōuertebantur filij Iehu abstulit regnum de manu Zachariæ

chariæ. Non est tamen intelligendum, ꝙ maiori tẽpore expectatus fuerit Zacharias ad penitentiam, q̃ omnes progenitores sui, sed potius minori tempore expectatus est: quia ipse vixit minori tempore, q̃ progenitores sui, vt declaratum est: sed intelligitur ista (pectatio respectu totius progeniei Iehu: qa Deꝰ dederat regnum Iehu à principio, quando erat bonus, & postea malus effectus est, & cępit eum Deus expectare ad pęnitentiam, & filium suum Ioachaz, & nepotem suum Ioas, & pronepotem suum Ieroboam, & nepotem suum Zachariam. Et quia non conuertebantur longa expectatione, Deus concitatus occidit Zachariã, & abstulit regnum de manu eius. Sed tunc obijcietur, quia expectatio ista nõ dicebatur longa respectu Zachariæ, sed prædecessorum suorum; ergo puniebatur Zacharias pro illis, cum potius deberent ipsi puniri. Respondendũ, ꝙ hic fuit duplex pœna: vna fuit, quòd Zacharias occisus est: alia ꝙ regno priuatus est. Prima fuit personalis solum, & ista inflicta est sibi non pro peccatis prædecessorum, sed pro peccatis suis: quia peccata sua merebantur, quòd ipse occideretur, cum dicat, ꝙ non recessit à peccatis Ieroboam. Secunda pęna fuit pertinens ad totam progeniem Iehu: nam ꝙ post mortem Zacharię regnũ transferretur ad aliã domũ, erat pęna totius progeniei Iehu, cui iam cõpetebat ius regnandi, & ista data est propter peccata omnium prædecessorum simul cum peccatis Zachariæ, & quia in ipso fuit maior expectatio, quã in prædecessoribus suis incipiendo istam expectationem à tẽpore Iehu, fuit in ipso facta ablatio regni, & non in prædecessoribus suis, quanquam illi magis peccauissent. Secũda causa est, quia Deus dederat regnum Iehu, vt esset executor contra domũ Achab, & cultores Baal, & regnaturi erant filij sui in ęternum, si nec Iehu, nec illi peccarent, & tamen quia peccauit, Deus abbreuiauit regnum suum, dicens: filij tui vsque ad quartam generationem sedebũt super thronum Israel. q. d. ꝙ ꝓpter hoc factum est, vt impleretur illud verbum Domini ad Iehu.

Si Zacharias fuisset bonus, an fuisset ablatum regnum tempore eius de progenie Iehu iuxta verbum Domini.
Quæstio XVII.

QVAERETVR vlterius, quid, si iste Zacharias fuisset vir bonus non declinans à lege Domini, nunquid ablatum fuisset regnum tẽpore suo de progenie Iehu. Nam si non fuisset ablatum non impleretur verbum Domini: si autem fuisset ablatum puniretur iniustè Zacharias cum non peccauisset. Responderi potest multipliciter: primò, ꝙ nõ impletum fuisset verbum Domini, sed regnauisset Zacharias, & filij eius post eum vsque ad multas generationes in stirpe Iehu, & tunc non erat inconueniens, ꝙ non impleretur verbum Domini, quia diceremus, ꝙ illa fuisset prophetia dicta secundũ exigentiam meritorum eius, contra quem prænunciabatur, & nõ secundum firmam Dei præscientiam: & tales prophetiæ non implentur mutatis meritis eorum, cõtra quos fiunt: sic patet Iere. 18. & est vulgatum: ita nunc diceremus, ꝙ quando Deus dixit ad Iehu: filij tui vsque ad quartam generationẽ sedebunt super thronum Israel, dixit ei in pœnam. s. qa declinauerat ad idola, & pro bonis actibus præcedẽtibus volebat tolerare progeniem suam in regno vsque ad quartam generationem: si tamen conuerterentur ad Dominum, cessaret ista limitatio regnãdi, quæ fuerat introducta in pœnam, & regnarent filij sui vsque ad multas generationes, sicut aliẽs regnaturi erant si non præfiniretur eis duratio regni. Secundò potest dici, ꝙ ista prophetia poterat intelligi secundum firmam diffinitionem Dei, & tamen non sequitur inconueniens: quia tunc Zacharias regnaret tota vita sua, & non occideretur, & tamen non succederet ei aliquis de progenie sua in regno, sed de alia stirpe. Et si tunc dicas, ꝙ puniebatur Zacharias, qui non peccauerat. Dicendum, ꝙ non puniebatur, quia ꝙ ipse occideretur, aut viuens priuaretur regno, erat personalis pœna, & ista non inffligeretur ei, quòd autem non succederet aliquis de stirpe sua, non erat personalis pœna, sed erat pœna totius ꝓgeniei Iehu, & benè stabat, ꝙ ista inffligeretur: quia Iehu, & posteri sui peccauerant, quãquam Zacharias non peccasset, & pro peccatis illorũ priuaretur progenies ipsius Iehu regno. Tertiò potest dici, ꝙ concesso istam esse prophetiam secundũ firmam diffinitionem Dei, dici poterat, quòd nõ erat iste casus admittendus. s. ꝙ Zacharias quartus successor Iehu non peccaret: nam Deus ista pręnuncians sciebat ipsum peccaturum, & non fallebatur præscientia sua: ideo non esset admittendum, ꝙ nũquam peccaret Zacharias. Sed tunc dices, ꝙ efficeretur impossibile ipsi Zachariæ bonum facere, si stãte ista præscientia non erat concedendum de eo, ꝙ ipse posset bonum agere, sed malum. Dicendum, ꝙ præscientia non imponit necessitatem operationibus nostris, siue illa præscientia sit nobis manifestata reuelatione prophetica, siue sit occulta: modus autem huius satis declaratus est latè Iosue 11. Dicẽdum tamen, quòd non est necesse sic respõderi: melius enim respondetur alijs duobus modis: si tamen pręnunciatum fuisset, quòd regnum duraturum esset vsque ad quartam generationem, & quartus viuens priuandus esset regno, & occidendus, & ista ꝓpheria dicta fuisset secundum diffinitionem Dei firmã, necesse esset responderi isto tertio modo: quia tamen non fuit prænunciatum sic, melius responderetur duobus primis modis.

Zacharias quo anno Azariæ regnauerit.
Quæstio XVIII.

QVAERETVR vlterius, quomodo dicitur hic, ꝙ regnauit Selum anno trigesimo nono Azariæ regis Iudę: nam Zacharias cępit regnare anno trigesimooctauo Azariæ, vt patet supra in litera: & tamen non regnauit, nisi sex mensibus, ergo in eodem trigesimooctauo anno cępit regnare Selum. Responderi potest primo, ꝙ cępit regnare Zacharias anno trigesimooctauo Azariæ cũ iam esset medietas anni trãsacta, & regnauit sex mẽsibus, & sic finitus est ille trigesimusoctauus annus regnante eo: Selũ verò cępit regnare in principio anni trigesimi noni Azarię. Secundò potest dici, ꝙ computatur annus inceptus pro finito. s. dato, ꝙ cęperit regnare Zacharias incipiente trigesimooctauo anno regni Azarię, & regnaret sex mensibus tãtum, Selũ, qui succederet ei, diceretur regnare anno trigesimonono Azariæ. s. quia illi sex menses haberentur pro vno anno, quanquã non esset finitus.

Selum an peccauerit occidendo Zachariam. Q. XIX.

QVAERETVR vlterius, an peccauit Selum occidendo Zachariam, & regnando pro eo. Aliquis dicet, ꝙ non: quia Zacharias peccauerat, & merebatur mortem, cum non recessisset à peccatis Ieroboam: ergo non peccabat iste inferendo illam. Secundò patet, quia iste fuit executor diuinæ iustitiæ,

tiæ,& prophetię:quia Deus prædixerat,ꝙ filij Iehu
solum regnarēt vsque ad quartam generationē, &
iste executus est occidendo quartum, & auferendo
regnum de stirpe illa. Et litera ponit hic eum fuis-
se executorem,dicens,ꝙ iste est sermo Domini,quē
locutus est ad Iehu.s.filij tui vsque ad quartam gene
rationem sedebūt super thronū Israel: potius er-
go videtur,ꝙ meruit,quàm ꝙ peccauit. Respondē
dum est,ꝙ Selum peccauit in duobus: primò,ꝗa in-
terfecit regem. Secundò,quia vsurpauit sibi regnū.
De primo patet, ꝙ multipliciter peccauerit occidē
do illū. Primò, quia occidit hominem innocentē
quantum ad se: nam licet Zacharias esset peccator
coram Domino,quia colebat idola:tamen nō pec-
cauerat contra ipsum Selum:ideo occidendo eum,
erat sicut si occideret innocentem. Secundò pecca-
uit,quia Dominum suum occidit: nā occidere Do-
minum est nefas,sicut si quis occidat patrem. Ter-
tiò peccauit,quia non fecit hoc pro causa iusta,sed
solum desiderio regnandi: nam cum occidit eum,
regnauit pro ipso, vt patet in litera. Quartò pecca-
uit,quia non habebat potestatem occidendi ipsum:
nam dato, ꝙ haberet iustam causam ad occidendū
eum,quia tamen non habebat iurisdictionem pec-
cabat occidendo. Quicunque.n.iurisdictionē vsur-
pat peccat. Quintò peccauit, quia per coniurationē
egit: nam iste modus non est licitus ad procedēdū
contra aliquem,sed coniuratores, & conspiratores
secundum iura puniuntur tanquam malefactores.
Secundum principale est,quia regnauit loco Zacha
rię: peccabat.n.in hoc Selum, quia ipse non erat de
genere regio ad hoc, ꝙ deberet succedere legitimè
in regno: nec ēt Deus iusserat ei, ꝙ regnaret, sicut
iussit Iehu supra 9. & alijs, quos vngebat in reges.s.
Sauli,& Dauid,sed ipse proprio desiderio regnū ac-
cepit, nec etiam populus cū elegit,vel per sortem,
aut aliàs accepit, & tamen non sunt alij modi liciti
ad hoc,ꝙ aliquis regnum accipiebat:ideo peccabat
accipiendo. Sic enim dicit Apostolus ad Hebræos
quinto. Nemo indifferenter sibi honorem accipiat,
sed qui vocatus est à Deo tanquam Aaron. Secūdò
peccauit in hoc, ꝙ vsurpauit sibi potestatem super
populum, & in hoc tirannizabat, quia subijciebat
sibi populum violenter, qui aliàs iure sibi subditus
nō erat,sed si quis bona alterius iniustè auferat,pec-
cat,à fortiori ergo si auferat alteri libertatē iniustè
peccabit,cum libertas sit maximū bonorum. Patet
ergo quòd peccauit grauiter ipse Selum occiden-
do Zachariam regem.

Ad primam rationem in cōtrarium dicendum,
quòd quāquam mereretur mortem Zacharias,nō
poterat eum iustè occidere Selum,quia non solum
requiritur,ꝙ sit iusta causa occidendi,sed etiam iu-
stus animus,& potestas iurisdictionis. Et tamē duo
deficiebant hic: nam Selum non habuit iustum ani
mum ad occidendum Zachariam: nam non occi-
dit eum, quia idolatra erat: quia etiam ipse Selum
erat idolatra,sed quia desiderabat regnum illius ha-
bere,vt dictum est. Deficiebat etiam potestas: quia
non habebat Selum iurisdictionem ad occidendū
regem,nec Deus illam sibi dederat, sicut dedit Iehu
potestatem, & mandatum ad delendum domum
Achab; supra nono.

Ad secundam rationem dicendum verum esse,
ꝙ fuerit Selum executor diuinæ iustitiæ contra ꝓ-
geniem Iehu, & tamen non propter hoc caret cul-
pa:quia non requiritur solum,quòd aliquis agat id,
quod Deus vult,sed etiam, quòd agat ex mandato
Dei,vel ex bono zelo:nam aliàs non peccaret aliqs
nocendo alteri: quia nullus homo potest nocere
F alteri, nisi Deus spetialiter permittat in pęnam ali-
cuius peccati eius,cui nocetur: quia alioquin proui
dentia Dei non esset in rebus istis, sed omnia fortui
to mouerentur, cuius contrarium probat Boetius
quarto de Consolatione, pro. vi.

Et ascendit. Hic ponitur tertium. s. de regno Ma-
naen,qui successit regi Selum, & dicitur: *Et ascendit*
Manaen filius Gadi de Thersa. Iste Manaen,secundum
quòd vult Iosephus nono Antiqui. erat princeps
militiæ Zachariæ, & erat in ciuitate Tharsis, & cū
audisset, quod de Zacharia fuerat gestum, surgens
inde cum omni militia venit in Samariam, & præ-
lio commisso Selum interemit,se ipsum constituēs
regem. Potest autem ille ablatiuus de Thersa refer
G ri ad ascendit,scilicet,quòd ascēdit Manaē de Ther
sa in Samariam: vel ad verbum subintellectum, sci
licet,Manaen,qui erat de Thersa,ascendit.s. contra
Selum,sed primus sensus est melior, & illum tenet
Iosephus,vt patet ex dictis: *Venitque Samariam.* Erat
Samaria metropolis regni,& ibi erat nunc Selū, cū
incępisset regnare, & audito hoc, ipse Manaen ve-
nit contra eum. *Et percussit Selum filium Jabes in Sama-*
ria,& interfecit eum. Habebat Manaen exercitum Za- Selum per Manaē occiditur.
chariæ regis, & potuit in breui occidere ipsum Se-
lum: sic.n.fecit Amri contra Zamri: nam Zamri
occidit Hela regem Israel in conuiuio,& tunc erat
Amri princeps militiæ, & obsidebat vrbem quan-
dam Philisthinorum.s.Gebethon, & audito, quòd
H Zamri occidisset regem,ascendit cōtra cū in Ther-
sa,& videns Zamri,quòd nō posset euadere, crema-
uit se cum palatio regis,præcedenti lib. cap. 16. *Re-*
gnauitque pro eo. Ideo successit ei in regno. *Reliqua autē*
verborum Selum. s. non habentur hic omnia gesta Se-
lum,licet pauca essent. *Et coniuratio eius per quam teten-*
dit insidias. s. modus coniurationis,& insidiarum posi
tarum non habetur hic: sed omnia diligenter sunt
scripta in alio libro. *Nonne hæc scripta sunt in libro sermo-*
num dierum regum Israel? Scilicet, ibi habentur dili-
genter omnia hęc.

Manaen an peccauerit occidendo Selum. Quæst. XX.

I QVAERETVR, an peccauit Manaen occidē-
do Selum regem. Aliquis dicet, quòd sic,
quia rex erat,& ex hoc erat superior:inferio
res autem nō habent iurisdictionem in superiores.
Respōdendum, qđ aliquo modo potest dici de Ma-
naen, qđ peccauerit, & aliquo modo,qđ non: nam
Selum non erat rex verus,sed erat intrusus:ideo nō
erat obediendum ei tanquam regi, nec pugnantes
contra eum pugnabant tanquam contra regē. Se-
cundò,quia non solum nō erat rex, sed erat homo
facinorosus, quia occiderat regem: ideo omnes de
regno debebant insurgere in ipsum in vindictā re-
gis sui, & quia Manaen erat princeps exercitus, ut
ait Iosephus nono Antiqui. penes quem erat pote-
K stas belli, poterat, immo debebat insurgere contra
Selum,& sic benè ageret. Dicendum tamen,quòd
Manaen in aliquo peccauit: nam licet iustam cau-
sam prosequeretur, tamen non prosequebatur eā
iusto animo: quia non faciebat ad vindictam regis,
vel ad vltionem sceleris,sed ad hoc, quòd regnaret:
quod patet, quia cùm occidit ipsum regnauit pro
eo. Secundò peccauit in vsurpando regnum: ꝗa nō
proueniebat regnum ipsi Manaen per successionē,
cùm non esset de stirpe regali, nec etiam prouenie-
bat ex Dei prouisione,quia Deus non iussit ei regna
re, nec ex populi electione: quia populus non ele-
git eum,sed potius recusauit,& ipse per potestatem
introduxit regnū suum sup Israelitas. Qđ patet, ꝗa
ciui-

ciuitates quasdam destruxit, quia noluerunt ei obe A dire, vt patet in litera.

Quis magis peccauit Selum, an Manaen. Quæstio XXI.

QVAERETVR vlterius, quis peccauit plus Selum occidēdo Zachariam, vel Manaen occidendo Selum. Respondendum, ꝙ magis peccauit Selum occidēdo Zachariam, quàm Manaen occidendo Selum. Primo, quia Selum occidit Dominum suum, qui erat verè rex cùm prouenirет ei per successionem, & tamen Manaen non occidit regē verum, sed intrusum, & occisorem regis veri. Secundò, quia Manaen fecit istud palam bellando cō B tra Selum, & tamen Selum tetendit insidias contra Zachariam. Tertiò, quia Selum nullam causam bonam motiuam habuit ad occidendum Zachariam, sed solum desiderium regni: Manaen autē habuit quandam causam iustā ad pugnandum contra Selū in vindictam regis, & regni cum iste occidisset regem. Non enim est propriè peccatum Manaen in hoc, ꝙ occidit Selum, sed quia regnum vsurpauit, vt dictum est. *Tunc percussit Manaen Taphsam, & omnes qui erant in ea.* s. quando cępit regnare destruxit ciuitatem istam, & omnes, qui erant in ea, quia noluerunt ei obedire, nec aperire ei portas tanquam regi, & cùm bello pręualuisset deleuit vrbem. Aliqui habent Thersa, sed corrupti libri sunt, quia in Hebręo C habetur Taphsa. Etiā patet, quia dicitur hic, quòd percussit Taphsam, & omnes, qui erant in ea, & termino eius de Thersa, & tamen nō poneretur bis eadem ciuitas tanquam terminus sui ipsius. Ista ciuitas est circa quandam extremitatem terræ Israel. s. versus Septentrionem, quod patet, quia præcedenti lib. c. 4. dicitur de Salomone: ipse obtinebat omnē regionem, quæ erat trans flumen à Taphsa vsq; Gazam, & tamen Gaza est in parte Meridiana terræ Israel. s. in terra Philisthinorū, Iosue 15. ergo Taphsa est in latere Aquilonari. *Et terminos eius de Thersa.* s. omnes habitantes in terminis ciuitatis huius occidit, & incipiunt termini eius ab vrbe Thersa: est. n. Thersa ciuitas quædam famosa in terra Israel, quæ D fuit quondam metropolis regni: nam reges Israel habebant ibi sedem regni, & sepeliebantur ibi ante quam esset metropolis in Samaria præcedenti lib. cap. 16. vnde primus rex Israel post diuisionē regni s. Ieroboam sepultus est in Thersa, & habitabat ibi, præcedenti lib. ca. 14. *Noluerant. n. aperire ei.* s. quando occidit Selum, & accepit regnum noluerunt ei aperire habitatores Taphsa: ideo præualens contra illos in bello, occidit ipsos. *Et interfecit omnes prægnantes eius, & scidit eas.* s. non solum occidit viros vrbis Taphsa, sed etiam fœminas prægnantes occidit, & scidit ventres earum ad educendum inde fœtum. *Anno trigesimonono Azariæ regis Iudæ regnauit Manaen filius Gadi super Israel.* Etiam dicitur supra de Selum, E ꝙ regnauit anno trigesimonono Azarię, & verū est, quia ambo regnauerunt in eodem anno: nam Selum solum regnauit mense vno, vt patet in litera. *Decem annis in Samaria.* Iste regnauit maiori tempore, quàm duo præcedentes reges: quia nullus istum occidit, sicut occisi sunt Zacharia, & Selum. *Fecitque quod malum erat coram Domino.* Idest, coluit idola, quia istud erat malum regum Israel, cùm omnes colerent idola. *Non recessit à peccatis Ieroboam filij Nabath,* scilicet, coluit idola, sicut ille. *Qui peccare fecit Israel.* Scilicet, fabricando vitulos, & cogendo Israelitas ad colendos illos.

Manaē, vt regnaret multos occidit, & crudelitate exercuit.

Manaen occidendo viros de Taphsa an peccauerit. Quæstio XXII.

QVAERETVR, an peccauerit Manaen occidendo viros vrbis Taphsa. Respondendū, ꝙ peccauit. Primò, quia accepit regnum per tyrannidem: nolentibus. n. Israelitis dominatus est eis, & tamen principatus tyrannicus est valde iniustus: quia peius est subijcere aliquem in seruitutē, quàm accipere res eius, cum libertas sit maximum bonorum, & tamen principatus tyrannicus aufert homini libertatem: ideo valde peccat introducens tyrannidem. Secundò peccauit Manaen non solū subijciendo aliquos sibi inuitos, sed etiam occidendo nolentes sibi obedire. Tertiò peccauit, quia valde crudeliter se habuit: nam occidit omnes, q erant in Thersa, & in terminis suis, & in hoc erat duplex crudelitas. Prima, quia occidebat omnes, qui erant in vrbe, & tamē dato, ꝙ Manaen eēt rex legitimus, & nolent sibi aperire portas viri vrbis Taphsa, non debebat occidere omnes, sed solum principes, ad quos pertinebat regimen ciuitatis: quia cęteri non peccabant. Sic. n. fuit de Gedeone, cui noluerūt dare panes viri vrbis Sochoth, & ipse scripsit nomina principum, scilicet, septuaginta septem virorum, & illos occidit solum, vt patet Iudi. octauo. Secunda crudelitas fuit, quia non solum occidit eos, qui erāt in vrbe, sed etiam illos, qui erant in terminis eius, & tamē illi, qui habitabant extra vrbem in territorio, nullam culpam habuerant, ꝙ porta nō aperiretur: ideo valde peccabat occidendo istos.

Manaen quare occidit prægnantes, & diuisit illas. Quæstio XXIII.

QVAERETVR vlterius, ad quid occidit Manaen prægnantes, & diuisit illas, & an peccauit in hoc. Aliquis dicet, ꝙ hoc fecit ad tollendum omnem prolem istorum virorum de Taphsa nolens, ꝙ manerent aliqui superstites, & ad hoc occidit omne masculinum genus in Taphsa, & quia adhuc aliqui nasciturі erāt de stirpe illorum, qui erāt in vteris matrum, voluit occidere illos, & ad hoc matres occidit, & ventres earum dissecuit ad educēdum fętus de vtero. Sic enim hostes solent facere, quando voluit auferre omnem progeniem hostiū suorum: sic enim fecerunt Syri in terra Israel, vt patet supra octauo, cùm dixit Elisæus ad Azael: paruulos eorum elides, & prægnantes diuides, & hoc factum est, vt patet Amos primo. Etiam Ammonitæ hoc fecerunt in terra Israel Amos primo, scilicet: super tribus sceleribus filiorum Ammon, & super quatuor non conuertam eum, eo ꝙ dissecuerit prægnantes Galaad ad dilatandum terminum suū. Dicendum tamen, quòd non faciebat Manaen ad istam intentionem, quia non timebat posteros virorum Taphsa sibi nocituros, sed fecit ad exercēdum magnam crudelitatem, & ob hoc occidit tam illos, qui erant in vrbe, quàm eos, qui erant in terminis eius, & non solum viros, sed etiam fœminas, quas nullus hostis occidit. Et vt ad extremum sua crudelitas deueniret, non solum contra viuentes, sed ēt cōtra nondum natos illam voluit exercere, & hoc fuit postquam occidebat pręgnantes educendo fętus de vteris earum, & allidendo parietibus. De hac crudelitate dicit Iosephus nono Antiquitatū; quòd id, quod alienigenę facere non potuissent capientes eos, iste in contribulibus suis operatus est. Causa autem crudelitatis huius fuit ad incutiendū timorem magnum Israelitis: quia Manaen nunc inua-

inuaserat regnum, & restiterant sibi viri vrbis Taphsa: si autem ipse non exercuisset dura in eos, non timuissent reliqui Israelitę eum, & multi clauderēt ei portas, & sic non regnaret: ideo vt omnes timerent eum saltem metu crudelitatis nimiæ, exercuit crudelitatem maximam, quam excogitare potuit, & sic reliqui Israelitæ non ausi sunt resistere ei. *Cunctis diebus eius veniebat Phul rex Assyriorum in Thersa.* Tēpore, quo regnabat in Israel Manaē regnabat apud Syrios Phul, & veniebat ad regē Israel singulis annis in Thersa, vt daret ei tributa. Et dicitur, ꝙ veniebat cunctis diebus Manaen. Non est intelligendum ꝙ quolibet die veniret rex Assyriorum in Thersa, quia istud erat impossibile, sed quolibet anno veniebat: quia tributa erant annalia, & quia durauit hoc omnibus diebus, quibus mansit Manaen in terra: ideo dicitur, ꝙ omnibus diebus eius veniebat rex Assyriorum, in Hebręo dicitur: veniebat super terram, vbi nos dicimus veniebat in Thersa, & idē est, quia cum Manaen esset in Thersa rex Assyriorum veniēns ad terram Israel veniebat à Thersa. *Et dabat Manaen Phul mille talentā argenti.* Intelligendum est ꝑ singulos annos, & hoc non erat quasi Manaen esset subiectus regi Assyriorum, quia eum subiecisset bello, sed qa Manaen volebat habere auxiliū ab illo, vt haberet regnum firmum, & pro isto auxilio dabat ei tributa singulis annis mille talenta argenti. *Vt esset ei in auxilium.* Scilicet, contra illos, qui vellent ei resistere, ne regnaret. *Et firmaret regnū eius.* Scilicet, Phul debebat firmare regnum Manaen super Israel contra aliquos insurgentes, qui volebant regnum eius occupare. *Indixitque Manaen super Israel argentum.* i. imposuit certum tributum argenti super Israel. *Cunctis potentibus, & diuitibus.* Istud tributum non erat nisi pro diuitibus, & potentibus: quia pauperes nō sufficerent, cum quilibet deberet soluere siclos argenti quinquaginta, & tamen iste erat satis magnus valor. *Vt daret regi Assyriorum.* Idest, colligebat istam pecuniam à populo, vt daret eam Phul regi Assyriorum ad soluendum quolibet anno mille talenta argenti. quia aliàs ipse nō sufficeret soluere illa de redditibus suis. *Quinquaginta siclos argenti per singulos.* Idest, imponebat Manaen singulis potentibus, & diuitibus de regno suo quinquaginta siclos argenti, vt ex hijs colligeret mille talenta, quæ ipse soluturus erat regi Assyriorum. De pauperibus autem non dicitur, an aliquid eis imponeret: manifestum est enim quòd non possent ipsi soluere istam quantitatē: sed an aliqua minor eis imponeretur secundū facultatē cuiuslibet, non apparet: satis tñ verisimile est.

Manaen quare dedit tributum regi Assyriorum. Quæstio XXIIII.

QVAERETVR, quod fuit motiuum primū ad hoc, quòd Manaen daret regi Assyriorū quolibet anno mille talenta argenti.

Iosephus nono Antiqui. dicit fuisse hoc, quia Phul inquietabat terram Israel, & ꝙ Manaen non ausus venire ad bellum contra Assyrios misit regi mille talenta argenti, & egit, vt recederet de Thersa sua: litera tamen dicit hic aliud, scilicet, quòd dabantur ista mille talenta pro confirmatione regni, & pro auxilio, vt patet supra: vtrunque autem potuit esse simul. Nam potuit esse, quòd Phul rex Assyriorum veniret ad pugnandum contra Manaen regem Israel in principio regni sui, & ipse non audens pugnare cum eo, misit ei mille talenta argenti, vt recederet de terra sua, deinde contraxit cum eo amicitiam, scilicet, quòd rex Assyriorum adiuua-

F ret Manaen ad confirmandum regnum suum, & quòd ipse daret ei quolibet anno mille talenta argenti. Confirmatio autem erat necessaria ipsi Manaen, quia inuaserat regnum per tyrannidem: quia quædam vrbes nolebant aperire ei, & ipse occidit omnes habitatores earum vsque ad prægnantes, & paruulos in vtero, vt patet supra. Timebat autem Manaen, quòd insurgerent cōtra eum aliqui Israelitæ nolentes tolerare tyrannidem eius, & auferrēt ei regnum. Vel fortè aliqui coniurarent contra ipsum, & occciderent eum, sicut multi alij reges Israel occidebantur per coniurationem, vt ergo esset securus, quòd Israelitę metu regis Assyriorum, qui erat potentissimus non auderent insurgere con-
G trà eum volebat dare singulis annis regi Assyriorū mille talenta argenti, vt sic esset ei in adiutorium si quis contra eum insurgere vellet, & sic confirmaret regnum suum.

Phul rex Assyriorum quis fuit. Quæst. XXV.

QVAERETVR vlterius, quis fuit iste Phul rex Assyriorum. Aliquis dicet, quòd iste est ille, qui vocatur infra Thegathphalasar rex Assur: nam aliquando idem homo habet multa nomina, & etiam ꝙ iste fuerit ille, qui vocatur Salmanasar, de quo infra 17. nam omnes isti vocantur reges Assyriorum, & fuerunt quasi in eodem tempore.

H Sed dicendum, ꝙ non fuit idem rex: nam Phul solum accepit tributa de terra Israel, & inquietauit eam: tamen non accepit ciuitates de terra illa: Thegathphalasar autē accepit ciuitates, vt patet infra: nam in terra Galileę, & Nephtalim vrbes accepit, vt patet infra in litera. Dr̄a autem istorum magis patet 1. Paralip. 5. cum dr̄: & suscitauit Deus contra Israel spiritum Phul regis Assyriorum, & spiritum Thegathphalasar regis Assur: ergo erant duo reges. Quòd autem Thegathphalasar, & Salmanasar non sint idem rex apparet ex diuersitate operum, & tēporum, de temporibus patet, quia Thegthphalasar fuit in diebus Phacee filij Romelię, & regis Azariæ regis Iudę: nam anno quinquagesimosecundo eius
I regnauit Phacee, & tunc pugnauit Thegathphalasar contra Israel, infra in litera: & tamen Salmanasar fuit multo tempore post: nam regnante Ezechia in Iuda venit Salmanasar contra Israel, & sic transierunt inter tempus Thegathphalasar, & Salmanasar anni quasi quadraginta: quia post Oziam regnauit Ioathan decem, & sex annis, infra in litera, & postea Achaz filius eius totidem, sequenti ca. Deinde anno 6. regni Ezechię Salmanasar transtulit Israelitas in terram Assyriorum, infra 18. De diuersitate operum patet: quia Thegathphalasar solū accepit quasdam vrbes de terra Israel, & transtulit habitatores earum in terram Assyriorum, & tamē Salmanasar transtulit omnes Israelitas de decē tri-
K bubus nullum relinquēs de terra, de hoc patet infra in litera, vbi nominantur vrbes, quas cępit Thegathphalasar, & ipse transtulit solum in terram Assyriorum duas tribus, & dimidiam, vt patet 1. Paralipo. 5. s. suscitauit Dn̄s spiritū Thegathphalasar regis Assur, & transtulit Ruben, & Gad, & dimidia tribum Manasse. De Salmanasar autē, ꝙ transtulerit oēs Israelitas in terrā Assyriorū patet infra 18. fuerunt ergo isti tres reges distincti Phul Thegathphalasar, & Salmanasar, quos Deus misit contra terrā Israel, ꝑꝑ peccata Israelitarum, & fuerunt differentes in malis, quę inferebant Israelitis: nā semper posterior inferebat plura mala, q̄ prior. Phul. n. qui primus fuit, solū accepit tributa, & non vrbes, nec trā-

ſtulit gentem aliquam de terra Iſrael. Secūdus Theglathphalaſar cæpit vrbes, & afflixit Iſrael. Tertius Salmanaſar extrema pęna affecit Iſraelitas nullum relinquendo in terra ſua, ſed omnes transferēdo in terram Aſſyriorum, cum Theglathphalaſar ſolum tranſtuliſſet duas tribus, & dimidiam. *Reuerſuſque eſt rex Aſſyriorum, & non eſt moratus in Therſa.* Scilicet, poſtquam accepit pecuniam à Manaen non manſit in Therſa, ſed redijt in terram ſuam. Poteſt intelligi dupliciter, ſicut ſupra dicebatur: vno modo ꝙ Phul rex Aſſyriorum poſuit bellum contra Manaen apud Therſa: & Manaen non audens pugnare contra eum, miſit illi argenti talenta mille, & tūc receſſit Phul in terram ſuam, & non eſt moratus in Therſa, ideſt, nō manſit affligendo habitatores Therſa poſtquam accepit argentum, ſicut antequam acciperet: quia tunc habebat caſtra fixa contra Manaen: & iſtum ſenſum tenet Ioſephus 9. Antiquit. Et valde conueniens eſt, ſi ponamus, quòd Manaen dedit iſta mille talenta argenti, vt non pugnaret cōtra ipſum, & quòd dedit ei ſemel tantum, & tamen litera tenet, quòd dedit iſta talēta regi Aſſyriorum, vt eſſet ei in auxilium, & firmaret regnum eius, & etiam, quòd dabat iſta talenta per ſingulos annos, cum dicatur, cunctis diebus eius veniebat Phul rex Aſſyriorum in Therſa, & dabat ei Manaen mille talenta argenti, & ſecundum iſtum ſenſum dicemus, quòd rex Aſſyriorum veniebat quolibet anno in Therſa pro mille talentis argenti, & cum reciperet illa reuertebatur in terram ſuam, & non manebat in Therſa, & ſic debet exponi: reuerſus eſt rex Aſſyriorum, ideſt, reuertebatur, & non eſt moratus in Therſa, ideſt non morabatur, ſcilicet, quia quolibet anno poſtquam pecuniā accipiebat, faciebat iſtud. *Reliqua autem ſermonum Manaen, & vniuerſa, quæ fecit.* Scilicet, alia geſta eius fuerunt, ſed non habentur hic. In hebræo dicitur. *Et non ſtetit ibi in terra.* Vbi nos dicimus: & non eſt moratus in Therſa, & idem eſt: quia cum veniret rex Aſſyriorum in Therſa, veniebat in terram Iſrael, cum Therſa ſit ciuitas terræ Iſrael, & poſtquam accipiebat pecuniam recedebat de Therſa, & etiam recedebat de terra Iſrael. *Nonne hęc ſcripta ſunt in libro ſermonum dierum regum Iſrael?* Quaſi dicat, reliqua geſta eius, quæ hic omittūtur, ibi plenè ſcripta ſunt. *Et dormiuit Manaen cum patribus ſuis.* Scilicet, mortuus eſt, ſicut omnes patres ſui, & fuit mors naturalis: quia nullus inſurrexit contra eum, nec occidit ipſum. *Regnauitque Phaceia filius eius pro eo.* Iſte ſucceſſit patri ſuo Manaen. Sciendum autem, quòd duo fuerunt reges ſuccedentes quaſi eiuſdem nominis, ſcilicet, Phaceia filius Manaen, & Phacee filius Romeliæ: fit tamen differentia aliqua in nomine, quia primus vocatur Phaceia, ſecundus vocatur Phacee.

Anno quinquageſimo. Hic ponitur quartum, ſcilicet, de regno Phaceia, & dicitur. *Anno quinquageſimo Azarię regis Iudæ.* Regnante enim Azaria in Iuda regnauerunt ſeptem reges in Iſrael, ſcilicet, Ieroboam, Zacharias, Selum, Manaen, Phaceia, Phacee, & Oſee. Et hoc fuit propter duo. Primum, quia Azarias rex Iudæ regnauit multo tempore, ſcilicet, quinquaginta duobus annis, ſup. in litera, & poterant interim regnare multi reges. Secundum fuit, quia iſti reges nō moriebantur morte naturali, ſed occidebantur abinuicem per coniurationes, & inſidias, & regnabāt valdè pauco tempore. De omnibus iſtis ſeptem regibus habetur in iſto capitulo. *Regnauit Phaceia filius Manaen ſuper Iſrael in Samaria.* Dicitur regnaſſe ſuper Iſrael, quia fuit rex Iſrael, & dicitur regnaſſe in Samaria, quia ibi erat metropolis regni. Iſte Phaceia fuit ſuſceptus in regem de communi conſenſu Iſraelitarum: quia licet pater eius Manaen vſurpauiſſet regnum à principio per tyrannidem, tamen poſtea populus ſe ſubiecit ei, & conſenſit illum habere in regem: Phaceia autem non vſurpauit regnum, ſed ſucceſſit in regno patris ſui: ideo nullus de Iſraelitis reſtitit ei. *Biennio.* Non regnauit maiori tempore, quia coniurauit contra eum quidam dux ſuus, & occidit ipſum, vt patet in litera. *Et fecit quod malum erat coram Domino.* Scilicet, coluit idola, quia iſtud erat malum regum Iſrael. *Non receſſit à peccatis Ieroboam filij Nabath.* Scilicet, coluit vitulos aureos ſicut ille. *Qui peccare fecit Iſrael.* Scilicet, introducendo vitulos aureos, & cogendo populum ad colendum illos.

Phaceia quo anno Azariæ regis Iuda regnauit.
Queſtio XXVI.

QVAERETVR quomodo eſt verum, ꝙ anno quinquageſimo Azariæ regis Iuda regnauerit Phaceia: nā videtur, ꝙ debuerit regnare anno quadrageſimonono: quia Manaen pater Phaceia regnauit annis decem, ſupra in litera, & tamen ipſe regnare cæpit anno trigeſimonono Azariæ.

Reſpondendum, ꝙ fortè Manaen regnauit plus quàm decem annis, licet nō compleuerit annos vndecim, & ſic quanquam inciperet regnare anno trigeſimonono iam inchoato, tamen duraret regnum vſq; ad annum quinquageſimum Oziæ inchoatū, & in illo nunc inciperet regnare Phaceia filius eius.

Aliter poteſt dici, ꝙ regnauit Manaen decem annis completis ſolum, & ſic debebat incipere regnū Phaceia anno quadrageſimonono Azariæ iam inchoato, & quia anni inchoati in ſcriptura computātur pro annis completis, interdum accipitur hic annus quiquageſimus, quanquam nondū cępiſſet, ſed ſolum elapſa erat quædam pars quadrageſimi noni. *Coniurauit autem.* Hic ponitur quintum, ſcilicet, de regno Phaceæ filij Romeliæ, qui ſucceſſit poſt Phaceia filium Manaen, & dicitur. *Coniurauit autem aduerſus eum Phacee filius Romelię.* Poſtquam regnauit Phaceia annis duobus: quidam nomine Phacee, qui vocatur filius Romeliæ, coniurauit contra ipſum, vt occideret eum, & acciperet regnum: Iſte Phacee filius Romeliæ fuit, qui poſtea cum rege Syriæ conuenit contra regem Iuda Achaz, ut amouerent eum de regno, & ponerent alium regem in Iuda, ſcilicet, filium Thabeel, & tunc timuit nimis Achaz, & miſſus eſt à Domino Iſaias ad reuelandum ipſi Achaz, quòd iſtud non eſſet, ſed potius, quòd deſineret terra Iſrael habere populum Ephraim, vt patet Iſa. 7. *Dux eius.* Ideſt, erat unus de principibus exercitus ſui: nam Ioſephus nono Antiquitatum dicit, quòd erat vnus de millenarijs Phaceia. In hebræo dicitur. *Tertius eius.* Accipitur ꝓ duce. Sic enim patet ſupra ſeptimo, vbi ille dux, ſuper cuius manum innitebatur rex, vocatur tertius eius: & iſte modus loquendi eſt ſæpè in Hebræo, & vocatur tertius, ſcilicet, in ordine, quia iſte erat tertius à rege in gradu dignitatis. *Et percuſſit eum in Samaria in turre domus regiæ.* Erat Phaceia in Samaria, quia ipſa erat metropolis, & ſedes regni, & habebat turrem magnam palatium regis, in qua poſitæ ſunt inſidiæ, & occiſus eſt rex. *Iuxta Argob, & iuxta Arie.* Ideſt, in turre occiſus eſt iuxta Argob, & Arie. Iſta ſunt aliqua duo loca, apud quæ fuerunt poſitæ inſidiæ regi. Vocatur Argob in quibuſdam libris noſtris, ſed litera corrupta eſt: quia debet ſcribi Argob, ſiue Argoph.

Alia reſponſio.

Phaceia à Phacee percutitur.

V in

in hebræo ponitur, Arie, vbi nos dicimus Ariph, & sunt ista duo nomina propria apud hebræos tanquam appellatiua: quia Argob significat palatium, & Arie significat leonem. Et dicit: Ra. Salomon. & alij hebrei, quòd occisus est rex iuxta palatium & iuxta leonem, quia erat quidam leo aureus, siue de auratus ad significandum regalem excellētiam, & apud illum occisus est rex. Dicendum tamen, quòd Argob non potest accipi hic pro palatio, sed pro nomine proprio, quod patet: quia dicitur, ꝙ rex occisus est in turre domus regiæ, ergo turris illa in palatio erat: nō ergo poterat dici, ꝙ occidebatur iuxta palatium. Secundò patet, quia Argob aliquando accipitur apud Hhebræos pro nomine appellatiuo, vt patet Deuter. 3. cum dicitur: omnem regionem Argob, & tamen ibi non accipitur pro palatio, sed ꝓ nomine regionis: ideo sic accipietur hic, vt sit nomen proprium alterius rei, quæ erat intra turrim regiam: Arie autem potest accipi pro leone, quia poterat esse leo aureus intra domum regis: magis tamen credendum est, ꝙ accipiatur pro nomine proprio, & sic accipit Hieronymus. *Et cum eo quinquaginta viros de filijs Galaditarum.* Erat Phaceia, & Manaen pater suus de stirpe Galaaditarum, & habebat secum familiares custodes corporis sui de cognatione sua de terra Galaad; & isti omnes occisi sūt à Phacee cum rege, quia fortè volebant defendere eum, cùm vidissent insidias. Galaditæ sunt de terra Israel de regione Galaad, & pertinet medietas terræ Galaad ad dimidiam tribum Manasse, & alia medietas ad tribum Ruben, & Gad, vt patet Deutero. 3. & de progenie alicuius istarum duarum tribuum, & dimidia erat Manaen, & filius suus Phaceia. *Et interfecit eum, regnauitque pro eo.* Postquam occidit eum inuasit regnum eius: quia propter hoc occidebat eum. *Reliqua autem sermonum Phacee, & vniuersa, quæ fecit.* Quasi dicat, non habentur omnia hic, sed in alijs libris. *Nonne hæc scripta sunt in libro sermonum dierum regum Israel?* Q.d. ibi scripta sunt omnia, siue bona, siue mala.

Argob q̄d significet.

Phacee an peccauerit occidendo Phaceiam.
Quæstio XXVII.

QVAERETVR, an peccauit Phacee filius Romeliæ occidendo Phaceiam regem Israel. Aliquis dicet, quòd non: quia Manaen pater Phaceia occidit Selum regem Israel. Et tamen supra declaratum est, quòd non peccauit occidendo eum; ita ergo erit de Phaceia occidente Phaceiam.

Dicendum, quòd peccauit in multis. Primò, quia occidit hominem innocentem: nam licet quantū ad Deum peccator esset, sicut cæteri reges Israel: tamen respectu Phacee filij Romeliæ non erat peccator: ideo occidendo eum occidebat innocentem. Secundò patet, quia dato, quòd peccauisset contra Dominum: tamen non occidebat eum Phacee pro ista causa, sed solum, vt vsurparet regnum. Tertiò
K peccauit, quia non habuit iurisdictionem ad occidendum ipsum, cùm Phaceia esset rex, & non haberet Phacee filius Romeliæ mandatum à Deo ad occidendum Phaceiam. Quartò peccauit, quia fecit propter malum finem, scilicet, ad vsurpandum regnum: ideo dato, quòd esset causa iusta occidendi, tamen non erat animus iustus, ideo peccaret faciēs. Quintò peccauit, quia per insidias fecit, & istud valdè grauauit factum Phacee: nam quantuncunque aliquod homicidium esset iustum ex causa, sit si per insidias iniustum reputatur. Sextò peccauit, quia occidit Dominum suum: istud tamen peccatum grauissimum est sicut occidere patrem, vel matrem:
F sic enim est contra naturalem pietatem, & obligationem. Septimò peccauit, occidendo quinquaginta viros cum rege de custodibus eius, qui etiam innocentes erant, & pro causa iniqua occidebantur. Octauò peccauit, quia vsurpauit regnum, in quo præiudicauit duobus, scilicet, ipsi progeniei Manaen, & Phaceie, in qua iam fuerant duo reges, & debebatur ipsi progeniei per successionem regnū Phacee, tamen filius Romeliæ abstulit illud. Præiudicauit etiam viris Israel, quibus per tyrannidem dominatus est, & tamen subijcere aliquem inuitum in seruitutem grauius est, quàm auferre ei res suas, vt supra declaratum est.

Ad rationem in contrarium de Manaen occidente Selum, dicendum, quòd non est simile: quia Manaen potuit iustè occidere Selum, quia Selum erat intrusus in regnum, vt supra declaratum est, & tamen Phaceia regnabat legitimè secundum successionem. Secundò, quia Manaen occidendo Selum vindicabat iniuriam populi, & Domini sui occisi, & in hoc iustè agebat: tamen Phacee non vindicabat iniuriam aliquam, cum Phaceia nulli intulisset iniuriam. Tertiò, quia Phaceia erat vir innocens, quantum ad populum, cùm non legatur de ipso aliquod malum contra populum: Selum autem erat vir sceleratissimus, qui regem per insidias occiderat: ideo poterat occidi Selum iustè, & non Phaceia. Quartò, quia cum Phacee occidit Phaceiam occidit Dominum suum: cum dicatur hic, ꝙ erat dux eius, & tamen Manaen occidendo Selum non occidit Dominum suum: quia non erat Manaen subiectus ipsi Selum, sed potius erat princeps militiæ Zachariæ regis occisi à Selum. Quintò, quia Phacee occidit Phaceiam per insidias: Manaen verò occidit Selum bello: nam ascendit contra eum de Thersa in Samariam, & occidit eum, in quo significatur Manifesta rebellio, vt patet supra in litera, & sic non peccauit directè Manaen occidendo Selum, peccauit tamen vsurpando regnum. Nunc autem peccauit Phacee tam in occidendo regem, quàm in vsurpando regnum. *Anno quinquagesimosecundo Azariæ regis Iudę regnauit Phacee filius Romeliæ.*
I Iste est annus vltimus regni Azarię: nam regnauit quinquaginta duobus annis solum, vt patet in principio. c. vocatur Phacee filius Romeliæ ad differentiam Phaceie filij Manaen regis prioris, quem occidit. Est autem Romelias nomen viri, quia nomina matrum rarò ponuntur in scriptura, potissimè in regibus Israel quorum nomina matrum non ponūtur in scriptura. Ratio autē posita est pręcedenti. c. *Super Israel in Samaria.* Quia erat Samaria metropolis, & regnantes in Israel dicebantur regnare in Samaria. *Viginti annis.* Iste postea occisus est ab Osee duce suo, & tamen viginti annis regnauit: quia non insurrexit contra eum aliquis in principio regni sui, sicut contra alios reges. *Et fecit quod malum erat corā Domino.* Scilicet, colendo idola, quia istud erat malū regū Israel. *Non recessit à peccatis Ieroboam filij Nabath.* Scilicet, coluit vitulos aureos, sicut ille. *Qui peccare fecit Israel.* Scilicet, cogendo eos ad colendum vitulos aureos. *In diebus Phacee regis Israel uenit Theglathphalasar rex Assur.* Intelligitur de diebus Phacee filij Romelię: nā tempore Phaceia filij Manaē rex Assyriorū non infestauit terrā Israel, & cepit. *Aphyon, et Abel Domū Maacha.* Ista sunt nomina vrbium terræ Israel, quas diripuit rex Assyriorum, & transtulit habitatores earū in terrā Syriæ, & ponit hic domus Maacha, vt est nomen propriū cuiusdam ciuitatis, quę vocat̄ Beth Macha, & interpretat̄ domus Maacha, & qūocunq; accipiat̄ est nomen urbis. *Ianoe, et Cedes, et Asor.* Ista etiā sunt nomina

Galilea duplex.

nomina vrbiũ, nã Ianos est nomen cuiusdã vrbis in terra Iuda. Iosue 15. & tñ hic non accipit pro illa vrbe, sed pro alia eiusdẽ nominis, quæ esset in terra Israel in sorte Nephtalin uel in alia: Cedes etiã nomẽ urbis est ĩ terra Galileę, & est in sorte Nephtalin. Iosue 19. Assor etiã nomẽ urbis est in eadẽ tribu, ut patet ibidẽ: unde Cedes, & Assor ponuntur ibi simul, sicut hic, in quo significat, ꝙ sũt ciuitates cõiunctę. *Et Galaad, & Galilæam.* Galaad est terra ad orientẽ Iordanis, in qua habitabant duę tribus, & dimidia, & habitauerunt prius duo reges Amorrei Sehon, & Oget: quanquã non significet totã terram illã, tñ accipitur cõmuniter in scriptura ꝓ tota illa terra duarum tribuũ, & dimidiæ. Galilæa autem est duplex. s. superior, & inferior, & pertinet ad terrã Neptalim magis quã ad aliam tribũ: & hic intelligitur de Galilęa superiori, quę est apud mare Tyberiadis, in qua est ciuitas Nazareth, in qua Christus nutritus est in parua ætate. Ibi etiã est Capharnaũ, & Bethsaida, & Corozaim, & alia loca, in quibus Christus cępit ab exordio prædicare: Alia autẽ est Galilæa inferior, & ista iuxta Sidonem, & Tyrũ, & illa est minus famosa. In nouo autẽ testamento quandocunq; fit mẽtio de Galilæa intelligit̃ de Galilæa superiori, in qua Christus habitabat. *Et vniuersam terrã Nephtalin.* Galilæa est in terra Nephtalin, & tñ terra Nephtali est maior quã Galilæa, ideo non solũ dicitur, ꝙ capta est Galilæa, sed tota terra Nephtali. *Et transtulit eos in Assyrios.* Non solũ prædatus est ciuitates istorũ, sed etiã transtulit gentẽ istam ad habitãdũ in terra Assyriorum, de hoc dicitur. 1. Paralipo. 5. suscitauit Dominus spiritũ Phul regis Assyriorũ, & spiritum Theglathphalasar regis Assur, & transtulit Ruben, & Gad, & dimidiã tribum Manasse. Hic autẽ ponuntur multo plures gentes. s. terra Galilææ, & Nephtali cum alijs vrbibus, de quibus non fit ibi mentio, quia ibi solũ supplentur ommissa hic, vel nõ plenè declarata: & quia dicitur hic, ꝙ cæpit rex Assur terrã Galaad, & erat dubiũ quãtum intelligeretur nomine terræ Galaad expressum est ibi, ꝓ duæ tribus, & dimidia ductæ sũt in Assyrios. Sed obijcietur, ꝙ non translatæ fuerint istę gẽtes in Assyrios, quia j. Paral. 5. dr̃, ꝙ Theglathphalasar adduxit eas in Hala, & Abor, & Ara, & fluuiũ Gozam. Respondendũ, ꝙ ductę fuerunt in Assyrios: & tamen Hala, & Abor, & Ara sunt nomina ciuitatum, ad quas translatę sunt gentes istæ. Gozã verò est nomen fluuij, apud quem sunt vrbes istæ, & tamen sunt in terra Assyriorum, sic patet infra 17. & 18. scilicet: transtulit Israel in Assyrios, posuitque illos in Ela, & in Abor iuxta flumen Zozam. Sed adhuc obijcietur, quia dicitur ibi, quòd positæ fuerunt gentes istę in ciuitatibus Medorum, ergo non in ciuitatibus Assyriorum. Dicendum, ꝙ terra Medorum, & Persarum distincta est à terra Assyriorum, quia sunt diuersæ gentes: & tamen reges Assyriorũ tenebãt monarchiã super omnia ista regna, immo ferè super totã Asiam à principio. Postea autẽ principatus Assyriorũ transiuit ad Medos, & Persas, ideo nunc regnante Theglathphalasar apud Syros translati sunt Israelitæ ad ciuitates Medorũ, & per hoc dicebãtur transire ad terrã Assyriorũ, quia terra Medorũ erat tunc subiecta regibus Assyriorũ

An Israelitarum translatio in terram Assyriorum, quæ hic ponitur, sit eadem cum illa, quæ habetur infra 17.
Quæstio XXVIII.

QVAERETVR, an ista translatio Israelitarũ in terram Assyriorum, de qua hic dicitur, & illa, quæ habetur inf. 17. & 18. sit eadem. Aliquis di-

A cet, ꝙ sic, quia eadẽ loca translationis ponuntur: nã 1. Paralipo. 5. dicitur de ista translatione, scilicet, ꝙ transtulit Theglathphalasar rex Assur tribum Ruben, & Gad, & dimidiam tribum Manasse in Hala, & Abor, & Ara iuxta fluuium Gozam, & ista eadẽ loca ponuntur inf. 17. & 18. Dicendum, ꝙ non fuit eadẽ translatio, sed ista fuit multo tẽpore ante illã, quod patet ex multis. Primò, quia nõ fuit factũ per eundem regem: nam Theglathphalasar rex Assur fecit istã translationem, de qua habetur hic, & Salmanasar fecit illam, de qua habetur inf. 17. & 18. Secundò patet, quia fuerunt factæ istæ translationes tempore diuersorum regum Israel, & Iuda: nam ista translatio, de qua hic facta est tempore Phacee filij
B Romeliæ: alia verò facta est tempore Osee regis Israel inf. 17. & 18. Etiam nunc quando facta est ista translatio regnabat Ioathan in Iuda, & quando fuit facta alia regnabat Ezechias nepos eius, inf. 18. Tertiò, patet ex ipsis, qui translati sunt: nam in prima translatione solum fuerunt translatæ duæ tribus, & dimidia, quæ habitabant trans Iordanem, & tribus Nephtali, quæ habitabat citra Iordanem, vt patet hic: & tamen in secunda translatione omnes Israelitæ translati sunt, nec mansit aliquid de regno Israel, sed solum regnum Iuda, & Beniamin Quartò, patet, quia in prima translatione mansit rex in terra Israel, scilicet, Phacee filius Romeliæ, & successit ei Osee filius Hala, & tamen in secunda translatio-
C ne non mansit aliquis rex in Israel, nec etiam populus vnde Osee filius Ela fuit vltimus regum Israel, nec post eum fit mentio de aliquo, vt patet inf. 17. & 18. Ad rationem autem in cõtrarium dicendũ, ꝙ illa nihil probat: nã verum est, ꝙ in vtraque translatione fuerunt Israelitę translati ad eundem locũ, tamen non sequitur, ꝙ fuerit eadem translatio. In prima enim translatione transtulit Theglathphalasar duas tribus, & dimidiam in Hala, & in Abor ciuitates Medorum iuxta fluuium Gozã, ita & post Salmanasar, quando transtulit reliquas tribus Israel, trãstulit eas ad vrbes illas, quia fortè terra illa indigebat maiori populatione, quàm reliquæ partes regni Assyriorum. *Coniurauit.* Hic ponitur sextum, scilicet, de regno Osee, qui fuit vltimus regum Israel, & di-
D citur. *Coniurauit autem, & tetendit insidias Osee filius Ela contra Phacee filium Romeliæ.* Coniuratio est, quando plures iurant simul de faciendo aliquam rem, & se adiuuando in ea: ita fecit hic Osee filius Ela: nam ipse erat de militibus Phacee regis Israel, & cum multis fecit coniurationem contra Phacee ad occidendum eum. *Et percussit eum, & interfecit.* Scilicet, per insidias: nam tetenderat ei insidias, vt patet in litera. *Regnauitque pro eo vigesimo anno Ioathan filij Oziæ.* Ioathan erat rex Iudę, & regnabat tempore, quo regnauit Phacee in Israel, & in vigesimo anno regni eius regnauit Osee apud Israelitas. *Reliqua autem sermonum Phacee, & vniuersa, quæ fecit.* q. d. non habentur hic
E omnia. *Nonne hęc scripta sunt in libro sermonum dierum regum Israel?* Quasi dicat, ibi scripta sunt omnia, quæ pertinent ad reges Israel.

Phacee ab Osee occiditur.

Osee an peccauerit occidendo Phacee.
Quæstio XXIX.

QVAERETVR, an peccauit Osee occidendo Phacee filium Romeliæ regem Israel.

Aliquis dicet, ꝙ non peccauit, sicut dictum est de Manaen, quòd non peccauit occidendo Sellum regem Israel, quia intrusus erat, & ipse occiderat regem Israel Zachariam: ita nunc Phacee filius Romeliæ occiderat Phaceiam filium Manaen regem

Israel, ideo videtur, ꝙ non peccauit occidendo eũ. Respondendũ, ꝙ peccauit multipliciter. Primò, quia occidit regem, & Dominum, qui pacificè iam tenebat regnum per viginti annos, & in hoc præiudicabat toti populo, qui habebat eum in regem. Secundò peccauit, quia non habebat causam ad occidendum ipsum. Tertiò quia dato ꝙ vellet Osee occidere Phacee, quia ipse occiderat Phaceiam regem, non habebat iurisdictionem ad hoc, quia ipse non erat maior rege, nec etiam Deus dederat sibi mandatum de hoc. Quartò peccauit, quia mala intentione egit, scilicet, vt acciperet regnũ Phacee: ideo dato quòd haberet iustam causam occidendi, & iurisdictionem ad hoc, quia tamen faciebat mala intentione peccaret. Quintò patet, quia fecit hoc per insidias, & tamen actus, qui aliàs est licitus, efficitur malus si per insidias fiat. Sextò peccauit, quia vsurpauit sibi regnum per tyrannidem, cum ipse non esset rex ex progenie, nec populus elegisset eum, nec Deus diffiniuisset, vt ipse regnaret.

Ad rationem in contrarium dicendum, ꝙ non stat propter duo. Primò, quia non est omnino simile de Manaen occidente Selum, & de Osee occidente Phacee. Nam Manaen potuit licitè pugnare contra Selum, & occidere ipsum: quia illico vt occisus fuit rex Zacharias à Selũ ascendit Manaen de Thersa, & pugnauit contra Sellum, & occidit eum: vnde non regnauit Sellum nisi vno mense, sup. in litera: Phacee autem filius Romeliæ quanquam occiderit Phaceiam filium Manaen, tamen regnauit postea pacificè in Israel viginti annis, & nunc non insurrexit contra eum Osee tanquam contra intrusum ad vindicandum iniuriam regni, & regis occisi, sed magis surrexit contra eum tanquam contra regem. Secundò patet, quia Manaen surrexit contra Sellũ publicè, & occidit eum: Osee tamen surrexit contra Phacee per insidias, vt patet in litera. Tertiò patet, quia Sellum nõ erat adhuc rex Israel plenè, quia non tenebat totum populum pacificè, cum nondũ regnauisset mense vno quãdo occisus est, & ille mẽsis fuit in contentione, quia illico vt occisus est Zacharias rex prior surrexit Manaen contra Sellum, qui incipiebat regnare, & sic non pugnauit contra regem, & tamen Phacee filius Romeliæ postquam occidit Phaceiam regem Israel, regnauerat annis viginti quando occisus est ab Osee, & sic iam erat pacificè possidens regnum Israel, & occidendo illum occidebatur rex. Quartò patet, quia Manaen occidendo Sellum non occidit Dominum suum, quia Manaen nunquam fuerat subditus Sellum, sed erat princeps militiæ Zachariæ, & pugnauit contra Sellũ tanquam contra occisorem Domini sui. Osee autẽ occidendo Phacee occidit Dominum suũ: quia Phacee fuerat rex Israel viginti annis, & sic pacificè possidebat regnũ, & erat Dominus omnium Israelitarũ: ideo Osee, qui erat de Israelitis occidẽdo eũ, occidebat Dominum suũ. Secundũ principale erat, quia Manaen non omnino excusatur in occisione Sellum, quia saltem peccauit ibi in quantum vsurpauit regnum, vt declaratum est supra: sic etiam peccauit Osee vsurpando regnum Israel. De Osee quomodo potuerit incipere regnare in Israel anno vigesimo Ioathan, cùm Ioathan solum regnauerit decẽ, & sex annis inf. declarabitur in quadam quæstio.

Anno secundo Phacee filij Romeliæ regis Israel regnauit Ioathan filius Oziæ regis Iuda. Hic ponitur secundum principale huius c. scilicet, regni Ioathan continuatio, & in hoc scriptura iam redit ad reges Iuda, quia sex supra enumerati fuerunt omnes illi; vt compleretur series regum Israel: nam linea eorum solũ pro-

F uenit vsque ad Osee, cùm post eũ nullus regnauerit in Israel, quia translatus fuit totus Israel in Assyrios. Et dicitur, ꝙ Ioathan filius Oziæ regnauit in Iuda. Vocatur Ozias ille, qui vocabatur Azarias in toto isto c. nã communius vocatur Ozias, quã Azarias: quia solum hic legitur, vocatus Azarias, & in omnibus alijs locis scripturę vocatur Ozias. *Viginti quinque annorum erat cum regnare cæpisset.* Quia pater suus regnauit quinquaginta duobus annis, & sic erat ipse iã vir magnus quando cæpit regnare. *Et decem, & sex annis regnauit in Ierusalem.* Est enim Ierusalem sedes regũ Iuda, & ibi dicebantur omnes regnare sicut reges Israel in Samaria: vixit autem Ioathan modico tempore, scilicet, quadraginta vno annis, cũ esset vigintiquinq; annorũ quando cępit regnare, & decem, &

G sex annis solũ regnauerit. *Nomen matris eius Ierusa filia Sadoc.* Ponuntur nomina matrum regum Iuda ex causa assignata præcedenti. c. Credendum est autẽ, ꝙ iste Sadoc erat aliquis magnus princeps: quia aliàs rex non acciperet filiam eius in vxorem: vult autem Iosephus 9. Antiquitatum, quòd fuerit de vrbe Ierusalem mater Ioathan. *Fecitque quod rectum, & placitum erat coram Domino.* Laudatur in hoc iste rex, quia nunquam declinauit ad idolatriam, sicut declinauerunt reges Israel, & multi de regibus Iudæ. *Iuxta omnia, quę fecerat Ozias pater suus operatus est.* Scilicet, fecit bonũ sicut pater suus Ozias, & adhuc fuit melior: quia Ozias licet non declinauit ad ido-

H la, tamen transgressus est cæremonias legis, quia voluit sicut sacerdos offerre Domino thus, & percussus est lepra. supra in litera & 2. Paralip. 26. Ioathan autem non transgressus est cęremonias legis in hoc, vnde laudat eum valde Iosephus 9. Antiqu. dicens: iste autem rex nulla ætate, uel uirtute minor fuit, sed & rebus quidem diuinis pius, apud homines autem iustus astabat. *Veruntamen excelsa non abstulit.* Scilicet, quanquam bonus fuerit, tamen non abstulit altaria, in quibus populus sacrificabat partim Deo, & partim dæmonibus. *Adhuc populus immolabat in excelsis, & adolebat incensum.* Scilicet, quia nullus rex adhuc vetuerat excelsa, vel abstulerat illa. Immolabat populus in excelsis, & aliqui immolabant Deo, & ali-

I qui dæmonibus. Si autem quęratur an ante Ioathan peccauerit, non auferendo excelsa.

Respondendum est, sicut respondebatur. sup. in litera in quadam quæstione de ipso Ozia, scilicet, ꝙ peccauerit, & tamen, quia non declinabat ad idola, nec declinabat ad alia mala recedendo à cæremonijs legis istud peccatum paruum reputabatur. *Ipse ędificauit portam domus Domini sublimissimam.* In hoc fuit Ioathan ualde deditus cultui Dei, quia habebat curam de ædificatione, & reparatione pertinente ad sanctuarium.

Quam portam sublimissimam ædificauit Ioathan in sanctuario; et an esset porta, quæ vocatur speciosa.

K *Quæstio X X X.*

QVAERETVR, quæ fuit Ista porta sublimissima, quã ędificauit Ioathan in domo Domini.

Respondendum, quòd in domo Domini erant portæ pertinentes ad atria, & pertinentes ad ipsum templum. Ad templum autem propriè dictum, scilicet, ad domũ illam clausam, in qua erant uasa ministrationis sanctæ, de cuius fabricatione habetur præcedenti. lib. capit. 6. solum pertinebat vna porta, quæ erat ad orientem: nam omnia alia latera clausa erant, ut satis apparet ex declaratis ibi. In circuitu autem templi erant atria quatuor, de quibus declaratum est præcedenti. lib. capitu. 7. & in istis

istis erant multæ portæ: quia saltem oportebat esse A quatuor portas: quia de leuitis custodientibus portas sanctuarij dicitur 1. Parali. 9. ꝙ erant in ostijs domus Domini ostiarij per quatuor ventos ad Orientē, & ad Occidentē, & ad Aquilonem, & ad Austrū. Dicendum est de ista porta, quam ædificauit Ioathan, ꝙ non erat porta templi, sed erat porta atrij, quia in muro exteriori atrij erant multæ portæ, & præcipuam earum voluit facere Ioathan valdè pulchram, & ad hoc fecit eam sublimem nimis, & fortè ista porta erat illa, quæ vocabatur speciosa, per quam Petrus, & Ioannes introiuerunt in templum ad orationem, de qua Act. 3.

Aliqui autem volunt, ꝙ ista esset turris, quæ vocabatur turris gregis, vt dicit Historia scholastica: B tenet tamen ibi, ꝙ ista fuerit porta speciosa. Vocabatur ista ab Hebræis porta Ioathan: Hæc autem sola mansit incōcussa in destructione templi Domini facta per Chaldęos. Quòd autem esset ista porta in atrio, patet per Iosephū 9. Antiq. dicentē: Fecit porticus in tēplo, & eius ingressus ornauit, muros quoque, qui ceciderant, rursus erexit. *Reliqua autem sermonum Ioathan, & vniuersa, quæ fecit.* Scilicet, non habentur in hoc libro, sed in alijs. *Nonne hęc scripta sunt in libro verborum dierum regum Iuda?* q.d. ibi scripta sunt omnia cum gestis aliorum regum Iuda.

De gestis quinque prophetarum, qui fuerunt tempore Oziæ, scilicet, Osee, Isaię, Ioe is, Amos, et Abdię.
Quæstio XXXI.

QVAERETVR nunc de prophetis, qui fuerūt contemporanei Oziæ, & Ioathan filio eius, qui nunc regnauerunt.

Dicendū, ꝙ multi prophetæ fuerunt eis contemporanei. Primus fuit Osee, nam de eo dicitur Osee j. verbum, quod factum est ad Osee in diebus Ozię, & Ioathan: de isto dicit Hieronymus, & refert historia scholastica, ꝙ fuit de tribu Issachar natus in Bethlemoch: prophetauit autem contra decem tribus pauca de duabus loquens, & pronunciauit Iudæos in vltimo tempore ad Christum redituros: tertium quoque diem Dominicæ resurrectionis prædixit, & in D terra sua sepultus placida quiete dormiuit. De hoc ait Hieronymus super Osee, ꝙ Osee dixit, dās signū ueniet Dominus in terram, sicut quercus, quę est in Silo: & istud non legitur in scriptura secundum trāslationem nostrā, sed fortè habetur secundum translationem septuaginta interpretum, uel aliquam aliam, cùm multæ æditiones sint.

Epiphanius autem historiographus clarissimus, & perscrutator sacræ scripturæ dicit de eodē Osee, ꝙ Osee posuit in sua prophetia prodigium, dicens: Veniet Dominus in terram sicut quercus, quæ est in Silo: ex semetipsa enim in duodecim fuit partita, & factæ fuerunt ex ea totidem quercus.

Secundus propheta cōtemporaneus Ozię, & Ioathan fuit Isaias, quia in temporibus ipsorū prophetauit. Isa. j. & iste fuit omnino contēporaneus Osee: E nā ijdem reges fuerunt, sub quibus prophetauerunt ambo, scilicet, Ozias, Ioathan, Achaz, & Ezechias, & isti quatuor reges ponuntur in titulis Amborū prophetarum, & vocantur isti duo secundum Græcos Sincronon, idest, contemporanei, vt ait Hieronymus in quodam prologo super Osee.

Tertius propheta contemporaneus Ozię, & Ioathan fuit Ioel. De hoc patet, quia regula est apud hebręos, ꝙ quando in titulo alicuius prophetę non ponuntur tempora regum sub quibus prophetauerit intelligitur prophetasse sub eisdem regibus, sub quibus prophetauit propheta præcedens, & tamen in titulo Ioelis non ponūtur reges, sub quibus prophetauit Ioel: ideo intelligendum est, ꝙ prophetauerit sub regibus, sub quibus prophetauit Osee: Istam regulam confirmat Hieronymus in quodam prologo super Osee, qui incipit: Sanctus Ioel.

Secundò patet auctoritate Hieronymi, quia ipse dicit, ꝙ prophetauit sub eisdem regibus, sub quibus Osee, vt patet in quodam prologo eius super Ioelē, qui incipit: In hoc propheta: idcirco nec reges nec tempora sunt prenotata, quia eisdem temporibus, ac regibus, quibus Osee prophetauerat, & ipse prophetauit. Tertiò patet, quia prophetę in ordine libri ponuntur secundum ordinem temporis in prophetando, & tamē Ioel ponitur multo ante Micheā, & Michęas cæpit prophetare sub Ioathan rege Iudæ, vt patet Michęæ. 1. ergo Ioel cæpit prophetare ante Ioathan s. tempore Oziæ. Quartò patet, quia non solum prophetauit tempore Oziæ, sed etiā magno tēpore ante mortē suam cæpit prophetare: nā Amos cæpit prophetare per duos annos ante terrę motū, qui factus est tēpore Ozię, quando ipse percussus est lepra, vt patet Amos. 1. & tamē Ioel prophetauit ante ipsum, vt pate ex ordine libri, quia prius ponitur Ioel, quā Amos: Iste Ioel fuit de tribu Ruben natus in agro Bethoron, qui descripsit terram duarum tribuū eruca, bruco, locusta, rubigine vastandā: prædixit quoq; effusionē spiritus sancti futurā super seruos Dei, & ancillas, qđ factū est die Pētecostes: iste in C vrbe sua Bethoron mortuus est & in pace sepultus.

Quartus propheta contemporaneus Ozię, & Ioathan fuit Amos, vt patet Amos. 1. nā dicitur, ꝙ prophetauit in diebus Ozię regis Iuda, & in diebus Ieroboā regis Israel duobus annis ante terrę motū, qui accidit diebus Ozię. Dicendū tamen, ꝙ quanquam prophetauerit iste diebus Oziæ, tamē prius prophetauerunt Osee, & Ioel: iste Amos fuit rusticus, & pastor de pastoralibus Thecuę de terra Iudæ, ut patet Amos. 1. & ipse missus est à Domino in terrā Israel ad prophetandum contra Ieroboam regem Israel, & cum sępe increparet eum, noluit acquiescere, sed filius suus vecte percussit eum in capite, & semimortuus ductus est in terram suam, & ibi sepultus est, de quo dictum est præcedenti. cap. in fi.

Quintus propheta contemporaneus Oziæ fuit Abdias, ꝙ autē fuerit tempore illo, patet: quia ipse ponitur post Amos, & nō ponuntur in titulo eius aliqua tēpora regū, sub quibus prophetauerit: ergo intelligendus est prophetasse sub eisdem tēporibus, sub quibus Amos, & tamen Amos prophetauit tēpore Ozię, ut patet Amos. 1. ergo eisdem tēporibus prophetauit Abdias. Secundò patet, quia Michęas prophetauit tēpore Ioathan regis, vt patet Michęę. 1. & tamen ante eum prophetauit Abdias, ut patet ex ordine libri duodecim prophetarum: ergo prophetauit tempore Oziæ, qui præcessit Ioathan. Aliqui dicunt, quòd iste Abdias fuit dispensator regis Achab, & quia ipse occultauit centum prophetas in duabus speluncis, ne occiderentur à Iezabel, accepit gratiam prophetiæ, & istam positionem recitat Hieronymus in quodam prologo super Abdiam. An Abdias fuerit dispensator Achab.

Dicendum tamen, quòd nō stat propter duo: primò, quia Abdias prophetauit tempore Oziæ, & tamen si esset ille Abias, qui fuit dispensator Achab, de quo præcedenti. lib. ca. 18. non potuisset prophetare tempore Oziæ, quia multo tempore præcessit: nam erat tunc in Iuda rex Iosaphat, qui cæpit regnare anno 4. Achab regis Israel, & regnauit viginti quinq; annis eo. c. & post eum regnauit Iorā octo annis. sup. 8. & postea Ochozias anno vno, eo. cap. &

2.Paralip.21.deinde Athalia regnauit sex annis.sup.
11.& 2.Paralip.22.& postea Ioas annis quadraginta,
vt patet supra 12. deinde Amasias annis vigintino-
uem supra 14. postea autem Ozias incępit regnare,
& omnes illi anni simul sumpti præter annos Oziæ
sunt centum, & nouem : ideo dato ꝙ prophetaret
Abdias primo anno Oziæ regis Iuda,iã esset ad mi-
nus annorum centum,& nouem, potissimè quia tē
pore Achab Abdias erat iã vir magnus plusquam
viginti quinque,vel triginta annorum,cùm esset di
spēsator totius domus Achab, ideo in primo anno
regis Oziæ esset quasi centum,& quadraginta anno
rum,vel saltem centum,& triginta:& tamen nullus
hominum tempore illo accedebat ad tãtam ætatē.

Secundò patet, quia si Abdias fuisset tempore A-
chab, dato ꝙ prophetasset vsq; ad tempus Oziæ po-
neretur rex primus, sub quo ꝓphetaret.s. Iosaphat
rex Iudę & tamen non ponitur aliquis istorum, sed
solum ponitur sub eisdem regibus, sub quibus pro-
phetauit Osee, cum nullus ponatur in titulo, ideo
non prophetauit temporibus illis.

Tertiò patet,quia necesse est ipsum incępisse pro-
phetare post Osee,& Ioelem,cū in ordine libri prius
ponatur Osee, & tamen Osee non incępit prophe-
tare ante tempus Oziæ,ideo non cæpit Abdias pro-
phetare antequam regnaret Ozias.

Quartò patet hoc ex positione Hebræorum, qui
dicūt Abdiam fuisse virum illius viduæ, quæ clama
uit ad Elisæum pro filijs suis, quos creditor volebat
in seruos,& impleuit vasa eius oleo. sup.4. & tamen
illę mortuus est antequã moreretur rex Iosaphat:
nã in principio regni Ioram erat ille, & tunc viue-
bat Iosaphat.quia de morte eius habetur sup.8.ideo
non potuit secundum positionem Hebræorum sta
re, ꝙ Abdias esset iste,qui prophetauit post Osee.

Determinatio auctoris.
Dicendum ergo,ꝙ ille Abdias,qui fuit dispēsator
Achab, an fuerit propheta non apparet,& tamen si
fuit propheta,dicendum ꝙ non fuit vnus de duode
cim prophetis minoribus,sed ante ipsos fuit.De isto
autem Abdia dicendum,ꝙ fuit alius vir,qui ante tē
pora Oziæ non prophetauit:quidam autem Hebrei
volunt,ꝙ iste fuerit Abdias,qui fuit dispensator A-
chab,& ꝙ mortuus est ante Elisæum.Hoc autem te
net Epiphanius historiographus,& historia scholasti
ca, & dicunt, ꝙ fuit de terra Sichem de agro Betha-
mar:& dicere habent,ꝙ fuit mutatus ordo.Sed hoc
credendum non est, quia poneretur Abdias ante
Osee,cum in omnibus prophetis videamus ordinē
temporum obseruari, vt patet ex titulis eorū. Alij
autem dicunt, ꝙ iste Abdias fuit quinquagenarius
ille Ochoziæ, cui pepercit Elias,q relicto obsequio
regis Eliæ discipulus factus est, cuius sepulchrum
cum mausęolo Elisæi, & Ioannis Baptist vsque ho-
die in ciuitate Sebaste in veneratione habetur, vt
ait Historia scholastica. Sed eadem difficultas redit:
quia iste nō potuit prophetare tempore Oziæ,ideo
diceňddm sicut supra,ꝙ Abdias fuit aliquis, qui in-
cæpit prophetare postquam cœpit regnare Ozias.
Iste autem prophetauit solum contra Idumæos.

Sextus propheta contemporaneus Oziæ fuit Io-
nas,quod patet: quia in titulo eius non ponitur no-
men alicuius regis: ideo oportet, ꝙ prophetauerit
eisdem temporibus, quibus prophetæ præcedentes
eum,& tamen Amos,qui præponitur ei, habet in ti
tulo quòd prophetauit sub Ozia, vt patet Amos j.
ergo etiam Ionas.Secūdo patet,quia Ionas prophe-
tauit ante Michęam, & tamen Michęas propheta-
uit sub Ioathan,vt patet Michæę.1.ergo Ionas pro-
phetauit sub Ozia. De his sex prophetis, qui sub
Ozia prophetauerunt,dicendum,ꝙ non cæperunt
F omnes eodem tempore prophetare: ideo ponitur
ordo inter illos. De Osee, & Isaia non apparet, quis
prior prophetauerit, cùm non sit aliquis ordo libri
inter ipsos: quia Isaias est primus in maioribus, &
Osee primus in minoribus. De alijs autem dicendū,
ꝙ fuerunt post Osee:nam Ioel fuit post Osee, & A-
mos fuit post Ioelem, & Abdias fuit post Amos, &
Ionas fuit post Abdiam, vt patet ex ordine libri: nã
etiam si vnus propheta præcederet alium in ordine
prophetandi per duos menses præponeretur ei in
ordine libri. Sic fuit de Ageo, & Zacharia, qui am-
bo prophetauerunt secundo anno Darij regis Per-
sarū:& tamen Ageus prophetauit mense sexto eius
dem anni,Zacharias autē prophetauit mense octa-
G uo anni ipsius, ut patet Agei,1.& Zacha.1.& tamen
præponitur Ageus Zacharię.Ionas autem fuit vlti-
mus istorum in ordine libri, ex quo apparet, ꝙ ipse
vltimo cæpit prophetare sub Ozia.& ex hoc appa-
ret falsum esse, ꝙ Ionas fuerit filius mulieris Sare-
ptanæ,quem suscitauit Elias: quia dato,ꝙ potuisset
viuere vsque ad tempora Ozię,debuisset ipse esse pri
mus in ordine prophetarum minorum;quia ipse cę
pisset prophetarę ex tēpore Ioram regis Israel,quã-
do iuit ad vngendum Iehu in regem,vt asserūt He-
bræi.sup.9.De hoc tamen dicit Historia scholastica,
ꝙ prophetauit Ionas filius Sareptanæ sub Ieroboã,
qui post reditum à Niniue tempore famis assumpta
matre Gentium incola factus est; nam erubescebat
H esse in terra sua, dicens· sic auferretur opprobrium
meum,eo quòd prophetans contra Niniuem men-
dax repertus sum: qui transacta fame redijt in terrã
Iuda,& defuncta est mater eius,& sepeliuit eam iux
ta sepulchrum Delboræ nutricis Rebeccæ, vt pa-
tet Gen. 35. iste prædixit signum euersionis Ierusa-
lem dicens: quòd cùm viderint lapidem luctuosè
clamantem, prope sit finis: & cum viderint in Ieru-
salem gentes vniuersas,tunc tota illa ciuitas irrecu-
perabiliter euerteretur:mortuus est autem,& sepul
tus in spelunca unius iudicis Israel,cuius sepulchrū
monstratur in vna vrbium Geth in uiculo iuxta Se-
phorin. De hoc autem, quod dicit fuisse Ionam fi-
lium Sareptanæ,falsum est, vt supra declaratū fuit:
I quia multo post natus est, & prophetauit sub Ozia.
Quòd autem fugerit de terra propter verecundiam
apocryphum est: Quòd autem fuerit incola Gētiū,
hoc ideo vult historia scholastica, quia de illo dici-
tur præcedenti c.quòd fuit de vrbe Geth,quæ est in
terra Philisthinorum,ut aliqui existimant,& tamen
non fuit de vrbe Geth, quæ est in terra Philisthino-
rum, sed de alia urbe Geth, quæ est in terra Israel.
Quòd autem dicit illum prædixisse destructionem
urbis Ierusalem, non apparet,nisi uelimus credere
historiæ scholasticæ, & Epiphanio historiographo.
De his etiam tangit Hieronymus in libro de Illustri
bus viris,& Isidorus in libro de ortu,& obitu patrū.

Septimus propheta, qui fuit primus tempore
K Ioathan, & non prophetauit tempore Oziæ,fuitq;
post omnes istos sex pręcedentes,fuit Michęas Ma-
rastites: ipse enim cæpit prophetare sub Ioathan,&
prophetauit sub eo, & Achaz, & Ezechia, ut patet
Michææ. 1. & sic fuit contemporaneus omnibus
pręcedentibus, quanquam illi prius incęperūt pro-
phetare, quàm Michæas.

Octauus istorum fuit Nahum, qui prophetauit
tempore Ioathan: quod patet, quia in titulo eius
non ponitur tempus alicuius regis: & tamen ipse
ponitur post Michæam, qui prophetauit sub Ioa-
than iuxta regulam Hebræorum, quam confirmat
Hieronymus in duobus prologis super Ioelem, sci-
licet,in vno,qui incipit: In hoc ꝓpheta:& ĩ alio, qui
inci-

incipit. Sanctus Ioel. Secundo patet per Iosephum. A 9. Antiquit. qui ponit Nahum prophetasse sub Ioathan. Nonus istorum fuit Habachuch, qui sub eodẽ rege prophetauit: quod patet, quia ponitur post Michæam, & Nahum, & non ponitur tempus aliquod in titulo eius: ideo debet intelligi, ꝙ prophetauerit sub Ioathan sicut prophetauit Michæas: isti nouem tenuerunt in prophetando istum ordinem, qui positus est, & tres illorũ inceperũt prophetare sub Ioathan: sex autẽ primi cęperunt prophetare sub Ozia.

Ioathan opera quæ fuerint. Quæstio XXXII.

QVAERETVR vlterius de operibus Ioathã. Et dicendum, ꝙ fuit vir famosus, & in operibus B suis gloriosus: ipse enim pugnauit contra regem filiorum Ammon, & vicit eum, & dederunt ei filij Ammon in tempore illo centum talenta argenti, & decem millia Choros tritici, & totidem Choros ordei, & istud præbuerunt ei per tres annos, & confortatus est super gentes multas, quia sperauit in domino: Habuit etiam curam reipublicæ: nam ædificauit vrbes in montibus Iuda, & in saltibus castella, & turres: nec reperitur peccasse in aliquo, nisi ꝙ permisit populo habere altaria extra templum Domini, quod tamen erat contra legem: de his 2. Paralip. 27. Tempore autem Ioathan prophetauerunt tres prophetæ, scilicet, Michæas, Nahum, & Habachuch, de quibus dictum est: Fuit autem Nahum de tribu Si- C meon, & prophetauit contra Niniuem, pręnuncians ꝙ non exirent de illa, qui imperarent mundo, sicut prius fuerat: Hieronymus quoque super Nahum dicit: Herodatum Alicarnasęum historiographum dixisse, Niniuem fuisse subuersam à rege Medorum tempore Iosiæ. De euersione quoque Niniue prædixit Nahũ, quæ facta est hoc modo, scilicet: lacus circundabat Niniuem, & inundauit super eam, factoque pariter terrẹmotu, & igne de sublimi emisso: de qua inundatione scripsit Nahum, inundans innocẽtem non faciet Dominus in tempestate, & turbine viæ eius. Dicit tamen ꝙ librum suum scripsit Nahum post captiuitatem decem tribuum sub Ezechia dum vastaretur terra Iuda ab Assyrijs in conso D lationem gentis suæ: qui tandem mortuus est in terra sua, in pace, & sepultus est.

Sexdecim anni, quibus regnauit Ioathan, quomodo computantur. Quæstio XXXIII.

QVAERETVR vlterius de istis decem, & sex annis, quibus regnauit Ioathan qũo cõputẽtur.

Aliquis dicet, ꝙ Iothan regnauit viuente patre suo Ozia postquam factus est leprosus: nam ipse gubernabat palatium, & iudicabat populum terræ, vt patet sup. in litera, & 2. Paralip. 26. & sic computantur isti decem, & sex anni ab illo tempore, quo tunc regnare cępit, & tamẽ per se paucis annis regnauit. E

Sed dicendum, ꝙ hoc non stat: nam oportet poni fuisse istos decem, & sex annos regni Ioathan postquam mortuus est pater eius: nam pater suus regnauit quinquaginta duobus annis computãdo à principio regni sui vsque ad mortem, & etiam tempus, in quo fuit leprosus: & tamen hoc dato necesse est, ꝙ decem, & sex anni Ioathan cõputentur post mortem patris suis: quia dicitur de Phacee filio Romeliæ, ꝙ cępit regnare anno quinquagesimo secundo Oziæ, & iste erat vltimus annus eius: & tamen sequ. c. dicitur, ꝙ anno 17. Phacee filij Romeliæ regnauit Achaz filius Ioathan: ergo inter mortem Oziæ, & principium regni Achaz fuerunt decem, & sex anni; vel decem, & septem, & in istis non fuit aliquis regnans nisi Ioathan: ergo decem, & sex anni sui computantur post mortem patris sui, & moriente patre fuit Ioathan annorum vigintiquinque, & regnauit decem, & sex: & sic fuit tota vita sua quadraginta vnius annorum. Idem tenet Iosephus 9. Antiqu.

Quomodo stat quòd Osee regnauerit anno 20. Ioathan, si non regnauit nisi 16. annis. Quęstio XXXIIII.

QVAERETVR vlterius, quomodo potest stare, quod dicitur supra, scilicet, ꝙ anno vigesimo Ioathan Osee regnauit in Israel, & occidit Phacee filium Romeliæ: nam cum regnauerit solum decem, & sex annis, vt patet hic, & 2. Paralipo. 27. non poterat Osee regnare anno vigesimo eius.

Aliquis dicet, ꝙ Ioathan regnauit plusquam decem, & sex annis, immo plusquam viginti: & tamẽ scriptura hic & 2. Paral. 27. expressit paruum numerum, & alibi ponit numerum maiorem: sic enim in multis locis facere solet tam in numero annorum, quam in numero aliarum rerum: sicut Gen. 15. ponuntur quadringenti anni, quibus affligendi erant Israelitæ, & semen Abrahæ futurum erat peregrinum, & tamen Exodi. 12. ponuntur quadringẽti triginta anni, quibus manserunt Israelitę in Aegypto. Sic etiam quando computauit Dauid totum populum, dicitur: sup. 2. lib. c. vltimò, ꝙ inuenta sunt de Israel octingenta millia virorum fortium, & 1. Paral. 21. dicitur, ꝙ inuenta sunt de Israel mille millia, & centum millia virorum.

Sed dicendum, ꝙ non stat iste modus: quia tunc diceremus, ꝙ regnauit Ioathã saltem viginti annis, & in anno vigesimo eius Osee occidit Phacee filiũ Romeliæ: & tamen hoc falsum est: quia sequenti. c. dicitur, ꝙ Osee cæpit regnare regnante Achaz: & etiã dicitur, ꝙ anno 17. Phacee cępit regnare Achaz ergo quando cæpit regnare Achaz adhuc viuebat Phacee filius Romeliæ: & tamen dicitur supra in litera, ꝙ anno vigesimo Ioathan Osee coniurauit cõtra Phacee filiũ Romelię, & occidit illũ, ideo nõ stat.

Aliquis dicet aliter, ꝙ ista diuersitas insurgit ex modo diuerso inchoationis regni: nam Ioathan regnauit viuẽte patre suo Ozia, & regnauit postea per se: accipiendo autem regnum, qđ habuit per se post mortem patris fuit decem, & sex annorum: computando autem ab anno, quo cępit regnare viuẽte patre, fuerunt viginti anni, vel plures regni eius.

Sed dicendum, ꝙ hoc etiam non stat: quia quocũque modo detur: oporteret, ꝙ diceremus Phacee filium Romeliæ occisum fuisse regnante Ioathan rege Israel: & tamẽ falsum est, quia tunc Achaz filius Ioathan inciperet regnare post mortem Phacee filij Romeliæ, sed non cæpit, sed potius cæpit regnare anno 17. Phacee, cùm adhuc superessent de regno Phacee anni tres cum ipse regnauerit annis viginti, vt patet sup. in litera. Dicẽdum ergo, ꝙ modus fuit iste. s. ꝙ Phacee filius Romeliæ cæpit regnare anno vno antequã regnaret Iothan filius Oziæ, quia cæpit regnare anno quinquagesimo secundo Oziæ, qui fuit vltimus annus eius, & ob hoc dicitur, ꝙ Ioathan cæpit regnare anno secundo Phacee filij Romeliæ, scilicet, in principio secundi anni eius: regnauit autem Phacee viginti annis sup. in litera, & Ioathan decẽ, & sex: ideo oportebat, vt moreretur Ioathã anno 17. Phacee finito, & adhuc superessẽt tres anni de regno Phacee, & sic occisus fuit Phacee ab Osee annis tribus post mortẽ Ioathã: & quia Achaz regnauit immediatè post Ioathã tertio anno ei⁹, occideret Phacee filius Romeliæ ab Osee, & hoc sonat

litera sequentis. cap. cùm dicitur, quòd anno decimo septimo Phacee regnauit Achaz: & tamen supererant tres anni ad complendum viginti annos Phacee: cũ autem dicitur hic, quòd anno vigesimo Ioathan coniurauerit Osee contra Phacee, & occiderit eum: non est intelligendum, ꝙ viginti annis regnauerit Iothan, nec occisus fuerit tempore suo Phacee, sed anni Achaz cõputantur cum annis Ioathan, tanquam essent anni continui eiusdem regis: Et cum regnauerit Ioathã 16. annis, annus primus Achaz vocatur annus decimus septimus Ioathan, & tertius annus Achaz annus decimus nonus Ioathan, & quartus annus Achaz vigesimus annus Ioathan: & quia occisus fuit Phacee tribus annis completis de regno Achaz, in principio anni quarti eius dicetur, quòd occisus fuit in anno vigesimo Ioathã, & hic seruatur id, quod nunquam reperitur seruatum in alijs annis regum.

Ra.Sa. & quidam hebræi dicunt, ꝙ quatuor anni auferuntur de regno Achaz, & attribuuntur patri suo Iothan propter peccata Achaz, & tunc cum vixerit Ioathan decem, & sex annis in regno addẽdo sibi quatuor primos annos regni Achab, erunt viginti anni in regno suo.

Sed dicendum, ꝙ fundamentum positionis istius non stat, scilicet, ꝙ propter peccatum isti quatuor anni primi auferantur de regno Achaz: quia tunc à fortiori auferrentur anni vltimi, cum peior fuerit Achaz, quandiu longius vixit: immo non solum auferrentur quatuor anni eius, sed etiam totum tempus regnandi: quia omni tempore malè se habuit. Dicendum ergo sicut supra, scilicet, ꝙ fuerunt computati anni Achab, & Ioathan simul quasi vnius regis: & sic annus quartus Achaz erat annus vigesimꝰ Ioathan: non tamen fuit factum hoc propter peccatum Achab, sed quia scriptura sic voluit computare faciendo annos patris, & filij continuos, tanquã annos eiusdem regis. *In diebus illis cæpit Dominus mittere in Iudam Rasin regem Syriæ, & Phacee filium Romeliæ.* Scilicet, in diebus vltimis Ioathan, & in principio regni Achaz: nam tunc venerunt isti duo reges ad pugnandum contra terram Iuda, & pugnauerunt tempore, quo regnauit Achaz. Viuebat enim Phacee filius Romeliæ in Israel eo tempore, quo cæpit regnare in Iuda Achaz: quia tribus annis postquam cæpit regnare Achaz occisus fuit Phacee, vt declaratum est supra: Erat autem tũc in Syria Rasin rex, qui non successit Benadad filio Hazaelis, sed fuerũt alij reges medij: & tamen qui fuerunt illi non apparet. *Et dormiuit Ioathan cum patribus suis.* Idest, mortuus est sicut omnes prædecessores sui, & mortuus fuit morte naturali: nam in Iuda non occidebantur reges frequenter sicut reges Israel, vt patet præcedenti. c. *Sepultusque est cum eis in ciuitate Dauid patris sui.* Scilicet, sepultus est in castro montis Sion, quod vocatur ciuitas Dauid, vt patet sup. 2. lib. c. 5. nam ibi erat locus sepulchrorum regalium, & iste sepultus est in ipsis sepulchris regalibus: quia non fuit malus sicut Ioram, vel sicut Ioas, nec fuit ignominiosus, & despicabilis sicut pater suus Ozias, qui sepulti fuerunt extra sepulchra regalia. *Et regnauit Achaz filius eius pro eo.* Scilicet, successi ei Achaz, qui erat vnigenitus eius, vel saltem erat primogenitus: nam ante ipsum vix potuisset gignere aliquem filium propter paruitatem ætatis, vt declarabitur sequenti. c.

Ioathan mors.

Deus quare misit Rasin regem Syriæ, & Phacee regem Israel contra Iudam. Quæstio XXXV.

QVAERETVR, propter quid misit Deus Rasin regem Syriæ, & Phacee filium Romeliç regem Israel contra Iudam. Respondendum, ꝙ isti missi fuerunt ad vastandum terram Iudæ tempore Achab propter magna scelera Achab, & virorum Iuda: nam dereliquerant omnino Deum, & conuersi fuerunt ad idola, vt patet sequenti. c. & magis. 2. Paralip. 28. ideo Deus iratus concitauit istos duos reges, vt venirent contra Iudam, & vastarent propter magna peccata. Et quia Dominus concitabat eos, dicitur ꝙ cæpit eos mittere in Iudam Rasin regem Syriæ & Phacee filium Romeliæ, quasi illi essent ministri sui. Sic etiam Deus mittebat reges Syriæ ad pugnandum contra Israel, & contra Iudam. Sic patet inf 1. Paral. 5. scilicet: suscitauit Dominus spiritum Phul regis Assyriorum, & spiritum Theglathphalasar, & adduxit tribum Ruben, & tribum Gad, & dimidiam tribum Manasse in Ara, & Abor iuxta filium Gozan.

An prædicti reges peccauerint veniendo contra Iudam. Quæstio XXXVI.

QVAERETVR vlterius, an Rasin rex Syriç, & Phacee filius Romeliç rex Israel peccauerunt veniendo contra Iudam.

Aliquis dicet, quòd non, quia Deus mittebat illos: ideo non peccabant veniendo, sed potius merebantur exequendo diuinum mandatum.

Respondendum, ꝙ peccabant. Primò, quia mouebantur mala intentione ad prędandum de regno Iuda. Secundò, quia dato, ꝙ peccauissent viri Iudę, & pęnam mererentur, tamen volebant isti reges nõ solum puniri, sed etiam omninò delere. Sic enim pater de Senacherib rege Assiriorum, quem Deus misit contra Iudam Isa. 10. & tamen ipse peccauit, quia mala intentione iuit, & quia omnino delere uoluit terram Iuda. Cum autem dicitur, ꝙ illi missi fuerũt à Deo, dicendum, ꝙ non missi fuerunt, ita ꝙ Deus daret eis pręceptum de eundo: quia tunc licitè irẽt, immo tenerentur ire, sed missi fuerunt, quia Deus inclinabat eos commouens corda ipsorum ad eundum, & præbens ipsis occasionem ad hoc, & tamen ipsi nõn intelligebant se mitti à Deo, sed ire ex desiderio suo: ideo missio illa non proficiebat ad excusandum eos. Sic etiam Deus misit contra Iudam viros Israel, & tradidit in manus eorum viros Iuda, & exercuerunt in eis magnam crudelitatem: ideo iratus Deus misit contra illos prophetam Obed, qui ait: ecce iratus Dominus contra Iudam tradidit eos in manibus vestris, & occidistis illos crudeliter, ita vt cœlum pertingeret crudelitas vestra: peccastis enim super hoc Domino Deo uestro, & magnus furor Domini imminet uobis. 2. Paralipo. 28. Ita ergo ambo isti reges peccauerunt nunc, quãquam essent ministri Dei: nã mali sunt ministri Dei cõtra malos.

CAPITVLVM XVI.

ANNO decimo septimo Phacee filij Romeliæ regnauit Achaz filius Ioathan regis Iuda. Viginti annorum erat Achaz, cùm regnare cæpisset, & sexdecim annis regnauit in Ierusalem.

Descripto in præcedentibus regno Iudæ sub Ioathan, hic describitur idem regnum sub filio eius Achaz, & diuiditur in duo: quia primo ponitur Achaz multiplex præuaricatio: secundò regni Israel terminatio. sequenti. c. Prima diuiditur in quatuor, quia

quia primò ponitur peruerſitas Achaz in communicatione: ſecundo iniquitas eius in diuina prænunciatione, ibi. *Miſit ergo.* Tertiò impietas eius in religione, ibi. *Cum vidiſſet.* Quarto temeritas eius in adulatione, ibi. *Tulit autem.*

An ordo continuus ſit, & immediatus ad prædicta. Quæſtio I.

QVAERETVR circa primum an ea, quæ habentur hic, ſint continuata ad precedentia, vel ſit ordo mutatus, & an fuerint facta immediatè poſt illa. Ad primum dicendum, ꝙ eſt ordo continuus: quia ſupra actum eſt de regno Ioatham, hic autem agitur de regno Achaz, qui fuit filius Ioathã B & ſucceſſit ei in regno: nam dicitur præcedenti cap' ꝙ mortuus eſt Ioathan, & regnauit Achaz filius ei⁹ pro eo. Ad ſecundum dicendum, ꝙ non fuit aliqđ tempus intermedium inter illa, & iſta: ſed illico vt mortuus eſt Ioathã, cępit regnare Acahaz: quia nõ fuit aliquis rex medius. *Anno ſeptimo decimo Phacee filij Romeliæ regnauit Achaz filius Ioathan regis Iuda.* Deſcribitur tempus regni Iuda per tempora regum Iſrael, & è contrario. Regnabat autem in Iſrael Phacee filius Romeliæ, quando cępit regnare Achaz, & erat tunc annus decimus ſeptimus eius: nã regnauit Phacee annis viginti, vt patet præced. c. *Viginti annorum erat Achab, cùm regnare cæpiſſet.* Ex hoc apparet, quòd pater ſuus erat viginti vnius annorum, quando na- C tus eſt Achaz: nam Ioathan pater eius vixit annis quadraginta vno. ſ. cępit regnare anno vigeſimo quinto, & regnauit annis decem, & ſex præceden. c. *Et decem, & ſex annis regnauit in Ieruſalem.* Valde iuuenis mortuus eſt Achaz. ſ. anno trigeſimo ſexto vitæ ſuæ: Deus enim abbreuiauit vitam ſuam: quia fuit vir peſſimus, & magis traditus Idolis, quàm cęteri reges Iuda, qui præceſſerant eum.

Achaz quo anno Phacee regnauit. Quæſt. II.

QVAERETVR, quomodo potuit Achaz regnare in Iuda anno 17. Phacee filij Romelię: nã tunc regnabat Ioathan, ideo non regnaret Acham. D Quod patet, quia præcedenti c. dicitur, ꝙ anno vigeſimo Ioathan occiſus fuit Phacee filius Romeliæ ab Oſee: ergo viuente Ioathan finitum eſt regnũ Phacee. Dicet aliquis, ꝙ Achaz vixit aliquo tempore per ſe, & aliquo tempore cum patre ſuo Ioathan regnando: accipiendo annos, quibus regnauit Achaz, cum patre ſuo Ioathan: dicunt, ꝙ verum eſt, ꝙ cępe rit regnare anno decimo ſeptimo Phacee filij Romeliæ: & ſic regnauit Achaz viuente Phacee quatuor annis, vel quaſi cum Phacee regnauerit annis viginti: præcedenti cap. Si autem accipiantur anni, quibus regnauit Achaz poſt mortem patris ſui, non eſt verum, ꝙ cęperit regnare anno decimo ſeptimo Phacee, ſed poſt mortem eius. Sed dicendum, ꝙ hoc E non ſtat: quia Achaz erat rex per ſe viuente Phacee: nam Phacee rex Iſrael, & Raſin rex Syriæ iuerũt ad pugnandum contra Ieruſalem, & tũc miſit Achaz ad regem Aſſyriorum, vt adiuuaret eum inf. in litera, & 2. Paralipo. 28. Item venientibus iſtis duobus regibus contra Achaz, venit Iſaias ad eum, & nunciauit ſibi, ꝙ non præualerent cõtra Ieruſalem, nec poſſent ei auferre regnum, ſicut cogitauerant, vt patet Iſa. 7. Dicendum igitur, ꝙ Achaz ſucceſſit patri ſuo regnante in Iſrael Phacee filio Romeliæ: & erat tũc annus ejus decimus ſeptimus, & vixit tribus annis regnante Achaz. Cùm autem dicitur præceden. cap. ꝙ anno vigeſimo Ioathan occiſus fuit Phacee

A ab Oſee, dicẽdum, ꝙ non fuit occiſus regnante Ioathan, ſed regnante Achaz: & tamen computantur anni Ioathan, & Achaz continui, tanquam eſſent anni eiuſdem regis, & ſic annus quartus Achaz, & annus vigeſimus Ioathan, cum ipſe regnauerit decem, & ſex annis vt patet præceden. c. & ibi declaratum eſt magis. *Non fecit quod erat placitum in conſpectu Domini Dei ſui, ſicut David pater eius.* ſ. coluit Idola, & per hoc non potuit placere Deo: quia nihil eſt, per quod Deo magis diſpliceatur, quàm per cultũ Idolorum. *Sicut David pater eius.* ſ. non fecit ſicut Dauid, de cuius ſtirpe ipſe erat, & nõ ſolũ nõ fecit ſicut Dauid, ſed etiam non fecit ſicut alij reges, qui fuerunt aliqualiter boni in Iuda. ſ. Ioathan, & Ozias, & ſimi- B les. *Sed ambulauit in via regum Iſrael* ſ. coluit idola, ſicut reges Iſrael omnes enim reges Iſrael fuerunt Idolatrę, & nimis dediti cultui illi, nec fuit aliquis, qui recederet ab eo, ſed potius augebatꝰ quotidie ille cultus. *Inſuper, & filium ſuum conſecrauit transferens per ignem ſecundum Idola gentium.* i. non ſuffecit ei malum Idolatræ, in quo erat ſimilis regibus Iſrael, ſed etiam addidit malum, cõſecrans filium ſuum per ignem, ſicut faciebant gentiles Idolis ſuis. Sic etiam fecerunt illi, qui erant peſſimi inter reges Iuda: nam Manaſſes luſtrauit filios ſuos per ignẽ inf. 21. Et de iſto Achaz dicitur 2. Paralipom. 28 quòd luſtrauit filios ſuos in igne, & ſic apparet, quòd non fecit hoc in vnico filio, ſed in multis.

C

Quis fuit modus, quo transtulit Achaz filios ſuos per ignem, & an immolabat eos dęmonibus. Quæſt. III.

QVAERETVR, quis fuit modus, quo Achaz tranſtulit filios ſuos per ignem. Dicendum, ꝙ poteſt dupliciter intelligi: vno modo, ꝙ dederit aliquos de filijs ſuis ad comburendum in reuerentiam idolorum: erat enim conſuetudo apud Gẽtes, & potiſſimè apud Ammonitas, qui colebãt idolum Moloch, ꝙ filios ſuos traderent cremandos illi idolo: erat enim Moloch totus Aeneus, & erat vacuus interius, & inflammabatur appoſito igne ex parte interiori, & tunc in manibus eius ponebatur aliquis D paruulus, & cremabatur vſq; ad cineres: ſacerdotes autem iſtius Idoli perſuadebant popularibus, quòd quicunq; vellet dare Moloch aliquem de filijs ſuis proſperaret à Deò in omnibus actibus ſuis, & puer tranſiret ad vitam immortalem ſine labore. Et quia pueri quando ponebantur in manibus idoli ardentis, clamabant valdè quouſque morerentur, ne audirent parentes ipſorũ, & iam nolent dare filios ſuos Moloch tinniebant in timpanis, & ſiſtris magnum ſonitum facientibus, vt non audiretur clamor pueri morientis, & ſic putaretur à parentibus paruulus tranſiſſe ad immortalitatẽ ſine labore. Et hoc phibet Deus Leui. 20. ſ. Non dabis de ſemine tuo idolo Moloch. i. non dabis aliquem de filijs tuis, vt immo E letur, vel vt cremetur in manibus Moloch. Secundus modus eſt, ꝙ poneretur ignis ad multas partes, & tranſirent paruuli inter ignes, & iſta erat ceremonia idolorum: & dicebantur per hoc paruuli luſtrati. i. purgati: nam ſicut per aquam ablutio fit, ita per ignem hominis malitiam quidam purgari putauerunt. Sic enim vſq; hodie obſeruat gens inſipientiſſima Tartarorum: nam ipſi non permittunt aliquẽ de extraneis tranſire ad imperatorem ſuum, vt loquatur ei, vel appareat coram ipſo, niſi prius tranſierit inter duos ignes, & tunc putant eum purgatum eſſe ab omni malo, & poſſe accedere ad imperatorem. De iſtis duobus modis quis fuerit, non apparet. Ioſephus tamen 9. Antiquita. dicit ꝙ Achaz filium

Modus ſacrificandi Idolo Moloch.

filium in holocaustum obtulit dijs Chananæorum: holocaustum tamen dicit omnimodam cremationem, ideo videtur, ꝙ filij Achaz cremabantur Dæmonibus. Item patet hoc: quia dicitur hic, ꝙ hoc fecit secundum idola gentium, & tamen consuetudo gentilium erat ista, & potissimè in terra Chanaã.

Item patet efficacius, ꝙ etiam ipsi Iudæi faciebãt hoc, vt patet Psal. 105. f. & immolauerũt filios suos, & filias suas Dæmonibus, & effuderunt sanguinẽ innocentem, sanguinem filiorum suorum, & filiarum suarum, quas sacrificauerunt sculptilibus Chanaan. *Quæ dissipauit Dominus coram filijs Israel.* i. secutus est ritum idolorum Gentilium, quæ deleta fuerãt à Domino in introitu Israelitarũ in terram Chanaã. Nam Chananæi vtebantur cęremonia ista, vt patet Leuit. 18. & 20. vbi dicit: de semine tuo nõ dabis idolo Moloch: & sequitur postea: omnes execrationes istas fecerunt accolę terræ, qui fuerunt ante vos: & tamen accolę terræ ante Israelitas fuerunt Chananæi, & illi sunt, quos deleuit Dñs cum idolis suis coram filijs Israel. i. ad introitum eorum: q. d. multum peccauit Achaz sequendo ritũ deorum terræ Chanaan, & hoc propter duo. Primò, quia Deus prohibuerat specialiter istum cultum, & destruxerat Chananeos cultores, & ipsa idola, quæ colebãtur ad introitum Israelitarum. Secundo peccauit, quia coluit deos illos, qui non potuerunt liberare cultores suos de manu Israelitarum: immo nec potuerũt se liberare, sed Israelitæ destruxerunt cultores ipsorũ, & ipsa idola in introitu suo in terram Chanaan. Sic enim increpuit Deus regem Amasiam: quia coluit deos terræ Edom, quos ipse in bello cęperat 2. Paralipom. 25. f. cur adorasti deos, qui non liberauerunt populum suum de manu tua. q. d. irrationabile hoc fuit, & sic erat de Achaz. Nam minus videretur peccasse, si adorasset deos aliarum gentiũ, contra quas nunquam pugnauerãt Israelitæ. *Immolabat quoque victimas, & adolebat incensum in excelsis.* Istum cultum exhibebat idolis: nam Dei cultor nunquam fuit, & in altaribus, quæ erant extra templum, immolabat victimas, & accendebat incensum, & si aliquando offerebat aliqua sacrificia Deo, illa offerebat in altaribus, quæ erant extrà templum: & sic quanquam aliquando bonum faceret, tamen peccabat: q̃a præuaricabatur cęremonias legis. *Et in collibus, & sub omni ligno frondoso.* i. sacrificabat in collibus, & sub arboribus habẽtibus multas frondes, & ramos: talia enim loca eligebantur ab idolatris, & maximè pro cultu Priapi, cuius causa declarata est præcedenti lib. c. 14. & ob hoc fiebat lucus apud altaria idolorum. Sic patet de cultu Baal: nam Achaz fecit tẽplum ꝓ Baal in Samaria, & plantauit lucum apud illum, præced. lib. cap. 16. & in hoc adhuc peccabat magis Achab: quia Deus prohibuerat specialiter altare suum esse apud arbores, vel sacrificari apud arbores: Deu. 16. f. non plantabis lucum, & omnem arborem iuxtã altare Domini Dei tui. *Tunc Ascendit Rasin rex Syriæ, & Phacee filius Romeliæ rex Israel in Ierusalem ad prœliandum.* Scilicet tempore, quo Achaz vacabat cultui idolorum, ascenderunt isti duo reges Syriæ, & Israel in Ierusalem contra eum ad præliandum contra ipsum, & capiendum vrbem. *Cunque obsiderent Achaz non valuerunt superare eum.* Scilicet, Achaz inclusit se intra vrbem Ierusalem: quia non credidit se posse resistere illis duobus regibus ĩ campo, cum etiam intra vrbem vix posset euadere, obsederunt tamen magno tempore isti duo reges Ierusalem, & non potuerũt capere eam: quia forti murorum ambitu tenebatur, vt ait Iosephus nono Antiqui.

F *Quando rex Syrię, & Israel obsiderunt Ierusalem, & ad quid veniebant ad obsidionem Ierusalem. Quęst. IIII.*

QVAERETVR, quando accidit ista obsidio Ierusalem à rege Syriæ, & Israel. Aliquis dicet, ꝙ tunc quando facta sunt ista, quæ supra habentur: nam dicitur hic: tunc ascendit Rasin rex Syriæ. Dicendum tamen, ꝙ istud nihil determinat: quia tunc refertur ad ea, quæ habẽtur supra, & solum dicitur supra de Achaz, quomodo colebat idola. Istud tamen non fuit in aliquo tempore speciali regni eius, sed quandiu regnauit idola coluit. Dicendum autem, ꝙ istud accidit circa principium regni Achaz, scilicet, ante tertium annum eius completũ. Quod
G patet, quia nunc venerunt contra eum Rasin rex Syriæ, & Phacee filius Romelię rex Israel, & tamen annis tribus postquã cępit regnare Achaz, occisus est Phacee, ergo ante tertium annum regni Achaz ista acciderunt. Patet hoc, quia Phacee regnauit annis viginti, præcedenti c. & cępit regnare anno vno ante Ioathã regem Iuda: quia dicitur ibidem, ꝙ anno secundo Phacee cœpit regnare Ioathan. Regnauit autem Ioathan decem, & sex annis, vt patet ibidẽ: ergo finito regno Ioathan, essent completi anni decem, & septem de regno Phacee: & sic superessent solum tres anni ad complendum illud: & istis tribus regnauerunt simul Phacee in Israel, & Achaz in Iuda: necesse est igitur, quòd fuerit istud bellum in se-
H cundo anno regni Achaz, vel fortè in primo.

Quare isti reges venerunt in terram Israel. Quæst. V.

QVAERETVR vlterius, quomodo venerũt isti duo reges in terram Israel, vel quid intendebant. Respondendum, ꝙ Achaz erat valde peccator coram Domino, & filij Iuda tempore suo: ideo in vindictam criminis Deus misit istos duos reges contra regnum Iuda, sicut dicitur præcedenti. c. f. in diebus illis cępit Dominus mittere in Iudam Rasin regem Syriæ, & Phacee filium Romelię. Et sicut misit illos, ita dedit eis potestatem nocendi in terra Iuda. Sic patet 2. Paralipom. 28. f. Manibus regis Israel
I traditus est, eo ꝙ reliquisset Dñm Deum patrũ suorum. & iterum dicitur: Ecce iratus Dominus Deus patrum nostrorũ contra Iudam tradidit eos in manibus vestris. Isti autem duo reges erant valde amici, vt ait Iosephus. 9. Antiqui. ideo conuenerunt ad pugnandum cõtra Achaz. Hoc patet Isa. 7. f. requieuit Syria super Ephraim. i. rex Syriæ, & rex Israel, q̃ vocatur rex Ephraim, requieuerunt. i. conuenerunt in vnum cõsilium. Intentio autem istorum erat captiuare Achaz regem Iuda & facere alium regẽ Iuda filium Thabeel, vt patet Isa. 7. scilicet, consilium iniuit contra te Syria malum, & Ephraim, & filius Romeliæ dicentes: ascendamus ad Iudam, & suscitemus eum, & auellamus eum ad nos, & ponamus
K regem in medio eius filium Thabeel.

An isti reges prævaluerint contra Achaz. Quęst. VI.

QVAERETVR, quomodo dicitur hic, quòd non præualuerunt rex Syriæ, & rex Israel contra Achab: quia 2. Paralipom. 28. dicitur, ꝙ traditus est Achaz in manus regis Syriæ, & traditus est in manus regis Israel. Respondendum est vno modo, ꝙ quanquam traditus fuerit Achaz in manibus istorum regum ad hoc, ꝙ auferrent prædam magnam de terra Iuda, & occiderent plurimos, tamen non præualuerunt ipsi facere, quod cogitauerãt. Primũ patet, quia rex Syriæ tulit prædã magnam de terra Iuda

Iuda in Damascum, & rex Israel occidit plusquam centum millia hominum die vno in terra Iuda, & abstulit prædam magnã, & captiuos multos in terram suam tulit. 2. Paralip. 28. Secundum patet, quia intendebant isti duo reges auferre regnum Achaz, & ponere alium regem in terra Iuda. s. filium Thabeel, vt patet Isa. 7. & tamen istud non potuerunt facere isti reges, vt patet ibidem: nam dixit Isaias: hæc dicit Dominus; non stabit, & nõ erit istud, sed caput Syriæ Damascus: & caput Damasci Rasin: & caput Ephraim Samaria, & caput Samariç filius Romeliç: q. d. non poterunt isti reges complere quod cogitauerant. s. subijciendo regnum Iuda sibi, & vniendo regnis suis ad dilatandum terminos eorum, sed manebũt ista regna sicut prius. s. ꝙ caput Syriæ erit Damascus, & non extendetur plus, & caput Ephraim erit Samaria, & non extendetur. Secundo potest dici, ꝙ istud intelligitur de captione vrbis. s. ꝙ isti duo reges obsederunt Ierusalem, & non potuerũt capere eam propter fortitudinem munitionum, sed deprædati sunt multa alia loca terræ Iuda, & acceperunt spolia multa, & captiuos 2. Paralipom. 28.

Quomodo fecerunt isti reges istud bellum, & de prophetia Isaiæ, quæ fuit dicta: Ecce virgo concipiet. Q. VII.

QVAERETVR vlterius, quomodo fuit factũ istud bellum, quod rex Syriæ, & rex Israel fecerunt contra Achaz. Respondendum, ꝙ isti duo reges venerunt contra Ierusalem ad obsidendum eã, vt caperent ipsam, & cùm esset sedes regni, ponerẽt ibi alium regem occiso, vel captiuato Achaz: manserunt autem ibi magno tẽpore in obsidione, & nõ potuerunt irrumpere in vrbem. Tunc Deus misit Isaiam prophetam ad Achaz, vt diceret: noli timere, & cor tuum ne formidet à duabus caudis titionum fumigantium istorum in ira furoris Rasin, & Syriæ, & filij Romeliæ, & ibi significauit, ꝙ cogitatio eorum contra Ierusalem nõ compleretur: & dixit ei, ꝙ peteret signum à Domino ad sciendum veritatem huius, siue signũ in cęlo, siue in terra: Achaz verò quia malus erat, noluit dare gloriã Deo, & nõ petiuit signum, dicens: non petam, & non tentabo Dominum, & tunc Isaias iratus contra Achaz, ait: audite domus Dauid: nunquid parum vobis est molestos esse hominibus: quia molesti estis, & Deo meo? & tunc dedit Dominus signum Achaz de cõceptione virginali, quod ad propositum suum non attinebat, vt cum ipse nolet petere signum, quod esset ad propositum suum, Deus daret ei signum, quod non esset ad propositum Achaz: esset tamen ad propositum Dei magis, quã liberatio Achaz de duobus regibus. Et quia Achaz fuit malus nolẽdo dare honorem Deo petendo ab eo signum, Deus dedit potestatem regi Syriæ, & regi Israel, vt possent nocere Achaz. Hoc enim prædixit Isaias ipsi Achaz: nã cũ prænunciasset quid vellent illi duo reges, & ꝙ non possent complere illud, subiunxit dicens: si non credideritis, non permanebitis. i. si nõ credideritis prophetiæ huic, non permanebitis in terra liberi à malo. s. quia rex Syriæ, & rex Israel nõcebunt vobis nimis. Hoc tamen non obstante, Achaz non credidit prophetiæ Isaiæ, nec cõfisus est in adiutorio Domini, sed misit munera magna ad regẽ Assyriorũ, vt veniret, & liberaret eũ de manibus regis Syriæ, & ille venit, vt patet inf. in litera, & 2. Paralip. 28. Hæc aũt omnia facta sunt in principio obsidionis Ierusalẽ ꝑ istos duos reges. Et cũ multo tempore obsedissent Ierusalem, & non potuissent eam capere, mãsit rex Israel in obsidione, & recessit rex Syriæ, vt ait Iose-

A phus 9. Antiqui. & tunc iuit rex Syriæ ad vrbẽ Ailã, quam tenebant viri Iuda, & expulit inde Iudæos, cępitq; vrbem, & fecit eam esse regni Syriæ, accepitq; prædam magnã per multas alias vrbes Iuda, & transtulit illam in Damascum 2. Paralipom. 28. & tamẽ quandiu mansit rex Syriæ in obsidione Ierusalẽ nõ ausus fuit Achaz egredi de vrbe ad pugnãdum cum istis regibus, sed tuebatur se intra muros.

Sed obijcietur, quia 2. Paralipom. 28. dicitur: tradidit eum Dominus in manus regis Syriæ, qui percussit eum: & tamen percussio significat bellum, & captiuationem. Dicendum, quòd non, percussus est Achaz in bello à rege Syriæ, sed dicitur, percussus. i. læsus: quia terra sua valdè fuit lęsa per regem Syriç, B qui accepit prædam magnam de illa. Vel accipitur rex Achaz hic pro populo suo. s. ꝙ percussus est populus Achaz à rege Syriæ, & traditus est in manus eius, quando rex Syriæ cępit vrbem Ailan, & expulit de illa iudæos, qui habitabant ibi, & tunc certum esse quòd multos occideret, & prædaretur substantias eorum: rex autem repræsentat omnes subiectos suos, ideo percussis, & læsis illis, dicitur percussus, & læsus rex. Deinde autem recedẽte rege Syriæ de obsidione Ierusalẽ, mãsit Phacee rex Israel in obsidione, & Achaz putãs se posse pugnare cũ illo egressus est de vrbe, & pugnauit cum eo, occisiq; sunt de pugnatoribus Achaz centum, & viginti millia in vna die. Occisus est etiam tunc Amasias filius regis, & C Ezricam princeps domus regis Elichan princeps secundus à rege, qui præerat toti tribui Iuda: & tunc Israelitæ, qui erant cum Phacee rege Israel, cęperũt spolia multa de terra Iuda. s. ducẽta millia mulierũ, & puerorum, & puellarũ, & infinitam prędã, tuleruntque eam in Samaria. Erat autem eo tempore propheta quidam nomine Obed, qui egressus est in occursum exercitus venientis in Samariam, & ait: ecce iratus Dominus contra Iudam tradidit eos in manibus vestris, & occidistis illos atrociter, ita vt cęlum pertingeret crudelitas vestra, insuper filios Iuda, & Ierusalem vultis subijcere vobis in seruos, & ancillas, peccastis super hoc Domino: sed audite cõsilium meum, & reducite captiuos, quos adduxistis D de fratribus vestris: quia magnus furor Domini imminet vobis. Et tunc principes exercitus. s. Azarias, Barachias, Ezechias, & Amasias steterunt coram tota multitudine. Et dixerunt: non introducetis captiuos in Samariam, ne peccemus Domino: quare vultis addijcere super peccata vestra, & vetera cumulare delicta, & tunc viri bellatores dimiserunt prædã coram quatuor principibus, & vestiuerunt, atq; calciauerunt captiuos de spolijs, quæ acceperant in bello, & dederunt eis cibum, & potum, & vnxerunt eos oleo propter laborem, & liberos dimiserunt in terram suam expensas ministrantes: eis verò, qui nõ poterant præ debilitate iter agere, iumenta dederunt, & associauerunt eos isti quatuor principes vsque Iericho, qui erat in terminis regni Iudæ: quia est prima E ciuitas sortis Beniamin, Iosue 18. & tamen sors Beniamin erat de regno Iudæ. De his. 2. Paralipom. 28. & Iosephus. 9. Antiquitatũ. Interim autem rex Assyriorum, quem vocauerat Achaz in auxiliũ venit in Damascum contra Rasin regem Syriæ, & cępit Damascum, occiditque Rasin, & transtulit ipsos Damascenos in Cirenem: tunc verò quia Achaz noluit credere dictis Isaię, suscitauit Deus contra eum alia bella: Nam venientes Idumæi percusserunt multos de regno Iuda, & cęperunt prædam magnam: Philisthini quoque diffusi sunt per vrbes cãpestres ad meridiem terræ Iuda, & cęperunt ciuitates sex, & habitauerunt in eis: hæc omnia mala venerunt

super

ſuper Iudam propter peccata Achaz. De his 2. Pa-
ralipom.28. *In tempore illo reſtituit Raſim rex Syriæ Aila
Syriæ*.ſ. quando fiebant iſta bella prædicta Raſin rex
Syriæ accepit Ailam de manu iudæorum,& adiun-
xit illam regno Syriæ. *Et eiecit Iudæos de Aila* Habita-
bant ibi enim multi iudæi,& eiecit illos,vt introdu
ceret habitatores nouos de terra ſua, & de terra idu
mæorum. *Et Idumæi,& Syri venerunt in Ailam,& habita-
uerunt ibi*. Idumæi habitauerunt in ciuitate illa nunc
de voluntate Raſin regis Syriæ: fortè quia ciuitas il-
la erat de regno Idumææ,& pertinebat ad Idumeos
priuſquam tenerent illam viri Iuda: vel fortè quia
Idumæi adiuuerant Raſin regem Syriæ ad capiēdū
illam,& permiſit eis manere ibi: vel aliter,& melius,
ſcilicet, rex Syriæ cępit nunc iſtam ciuitatem, quæ
eſt in terra Edom in litore maris rubri:& quia vole-
bat eā tenere pro ſe,poſuit in ea habitatores de Idu
mæis,& etiam poſuit Syros, vt Idumæi eſſent tribu
tarij eius,& Syri eſſent Domini ciuitatis tenētes for
talicia,vt ſic non poſſent inſurgere Idumæi, & nega
re tributa. Sic enim fecit Dauid quando cępit Idu-
mæam: nam dicitur,ꝙ poſuit præſidiū in Idumæa,
& facta eſt ei vniuerſa Idumæa ſeruiens ſub tributo
ſup.2.lib.cap.8.& 1.Paralipom.18. *Vſque in diem hanc*.
ſ.habitauerūt ſemper Syri, & Idumæi in Aila poſt-
quam capta eſt tempore Achaz vſq; ad diem, quo
ſcriptus eſt iſte liber per Ieremiam, quòd fuit poſt
tranſmigrationem Babylonis,& ſic nūquam redijt
Aila ad dominium regni Iuda poſt hoc.

*Aila quæ ciuitas fuit, quomodo etiam reſtituta
fuit Syriæ. Quæſtio VIII.*

QVAERETVR de hac vrbe,quæ erat,& quo
modo reſtituta fuit Syriæ. Reſpondendum, ꝙ
iſta eſt ciuitas terræ Edom. Sunt enim duę ciuitates
famoſæ in terra Edom apud mare rubrum.ſ. Aila,
& Aſiongaber,& vocat alio nomine Helath. Apud
iſtas duas vrbes tranſierunt Iſraelitæ quando venie
bant per deſertū in circuitu montis Seir terre Edō,
vnde dicitur 2.circuiuimus montem Seir longo tē-
pore,& poſtea dicitur: cunq; tranſiſſemus fratres no
ſtros filios Eſau,qui habitant in Seir per viam cam-
peſtrem de Helath,& de Aſiongaber. Iſtę duæ ciui-
tates cum alijs ciuitatibus terræ Edom fuerunt ſub
poteſtate regum Iuda à tempore Dauid: nā ipſe cę-
pit Idumæam,& facta eſt ei ſeruiens ſub tributo ſu-
pra 2.lib.cap. 8. & manſit ſic in poteſtate omniū re-
gum Iuda vſq; ad Ioram filium Ioſaphat: nam Salo
mon habebat naues ſuas ibi,quæ irent per mare ru-
brum in Ophir, & ferrent inde aurum: præcedenti
lib.cap.9.ſcilicet: claſſem fecit Salomon in Aſionga
ber, quæ eſt iuxta Ailam in littore maris rubri in
terra Idumæa. Rex quoque Ioſaphat faciebat ibi
naues,quæ nauigarent in Ophyr pro auro: fuerunt
tamen confractę in Aſiongaber,eodem libro capit.
vltimo. & 2.Paralipom.20. deinde tempore Ioram
filij Ioſaphat receſſerūt Idumæi,ne eſſent ſub Iſrael,
& conſtituerunt ſibi regem ſup.8.& 2.Paralip.21.ex
tunc autem Aila,& Aſiongaber deſierunt eſſe in po
teſtate regum Iuda cum cęteris vrbibus Idumææ,
& manſerunt ſic tēpore Iorā,& Ochoziæ, & Atha-
liæ,& Ioas,quod fuit tempus annorum quinquagin
taquinque: nam Ioram regnauit annis octo ſup. 8.
& Ochozias anno vno eod.cap. Athalia verò annis
ſex,ſup.11.& 2.Paralipo.22.Ioas autē annis quadra-
ginta ſup.12 deinde Amaſias filius Ioas quaſi ī prin-
cipio regni ſui,quando pugnauit contra Idumæos,
& ſuperauit eos reſtituit Ailam regno Iudæ, & re-
ſtaurauit eam, ſupra 14.manſit autem ex eo tempo-
F re Aila in poteſtate regum Iudæ vſque ad Achaz,&
fuit tempus quaſi annorum nonaginta: nam Ama-
ſias regnauit annis vigintinouem ſup. 14. Ozias ve-
rò filius eius annis quinquaginta duobus præceden
ti cap. Ioathan autem annis decem, & ſex eod. cap.
Achaz verò regnauit poſt Ioathan, cuius anno ſecū
do, vel tertio factum eſt iſtud bellum, vt declaratū
fuit ſupra:& capta fuit Aila per regē Syriæ, & nun-
quam poſtea redijt ad poteſtatem regum Iuda.

Miſit ergo. Hic ponitur Secundum huius capituli,
ſcilicet, incredulitas Achaz in diuina prænunciatio
ne.ſ.quòd non credidit verbis Iſaiæ dicentis eum li
berandum de poteſtate regis Syriæ, & Iſrael: ſed re-
currit ad humanum auxilium inuocans regem Aſ-
G ſyriorum in adiutorem:& dicitur. *Miſit ergo Achaz
nuncios ad Theglathphalaſar regem Aſſyriorum*. Iſte The-
glathphalaſar erat alius rex, quàm Phul, licet ambo
eſſent reges Syrorum. Aliqui autē dubitant an idē
rex eſſet Phul, & Theglathphalaſar:& tamen præc.
cap. probatum eſt, ꝙ eſſent duo reges. *Dicens: ſeruus
tuus,& filius ego ſum*. Humiliauit ſe Achaz coram re-
ge Aſſyriorum, vt ſic facilius poſſet obtinere, quod
petebat,& vocauit ſe ſeruum,& filium, ſeruum qui
dem: quia paratus erat obedire ei in omnibus, ſicut
ſeruus Domino: filium autem: quia ita diligebat eū
ſicut filius diligit patrem, & etiam ſic recurrebat ad
eum,vt ad patrem ſuum. *Aſcende, & ſaluum me fac de
manu regis Syriæ,& de manu regis Iſrael*. Iſtud miſit ad di-
H cendum Achaz regi Aſſyriorum mox, vt obſeſſus
eſt ab iſtis duobus regibus: non enim putabat ſe eua-
dere, niſi adiuuaretur à rege Aſſyriorum. *Qui ſurrexe-
runt aduerſum me*. Scilicet, ſurrexerunt ad auferen-
dum mihi regnum.

*An Achaz peccauerit inuocans auxilium regis Aſſyriorum,
cum Deus promiſiſſet ei auxilium. Quæſt. IX.*

QVAERETVR, an peccauit Achaz, quia mi-
ſit inuocans auxilium regis Aſſyriorum, cum
Deus promiſiſſet ei auxilium. Aliquis dicet, quòd
non peccauit: quia nō eſt peccatum, quòd quis agat
humano opere quantum poteſt ad ſe liberādum de
I periculo, immo ſi non curat opere humano ſe libe-
rare quantum poteſt expectans, quòd Deus eum li-
beret, peccat: quia tentat eum. Reſpondendum, qđ
peccauit Achaz inuocando regem Aſſyrorum: pri-
mò patet, quia Deus miſerat ei ad dicendū per Iſaiā,
quòd non timeret à facie iſtorum duorum regum,
& ꝙ non fieret id, quod illi volebant, & per hoc p-
mittebat ei ſecuritatem: & tamen ipſe nō credidit,
nec confiſus eſt in Domino, ſed recurrit ad auxiliū
regis Aſſyriorum: confidere tamē magis de auxilio
humano, q̃ Dei, peccatum eſt, potiſſimè quādo Deus
expreſsè promittit auxilium,& dicit non eſſe timen
dum. Secundo patet, quia non ſolum non confiſus
eſt Achaz Deo, ſed etiam non credidit verbis eius,
K & ex hoc merebatur pęnam. Vnde Iſaias dixit:& ſi
non credideritis non permanebitis, Iſa.7. & tamen
credidit, ergo peccauit. Tertiò patet, quia cùm iuſſiſ
ſet Dominus regi Achaz per Iſaiam petere ſignum,
& ipſe noluit, dicens: non peram,& non tētabo Do-
minum: noluit dare gloriam Deo, nec obediuit præ
cepto eius: ergo peccauit. Quartò patet: quia cum
noluit Achaz petere ſignum dixit ei Iſaias: nūquid
parum vobis eſt moleſtos eſſe hominibus: quia mo-
leſti eſtis, & Deo meo? ille tamen, qui moleſtus eſt
Deo, peccat: quia agit aliquid contra Deum, per qđ
ipſum dicitur affligere, ergo peccauit Achaz.

Cum autem arguitur, quòd ipſe voluit habere
adiutorium modo humano, ideo, ꝙ non peccauit:
dicendum

Dicendum, ꝙ peccauit in duobus. Primò, quia petiuit auxilium à Gentili: & tamen dato, ꝙ esset in angustia, & Deus ei nihil diceret, non debebat petere auxilium à Gentili. Sic patet de rege Asa, contra quem pugnauit Baasa rex Israel, & misit Asa nuncios ad Benadad regem Syriæ, vt adiuuaret eum: & venit tunc propheta ad Asa, & dixit: quia habuisti fiduciam in rege Syriæ, & non in Domino Deo tuo, idcirco euasit exercitus regis Syriæ de manu tua, & sequitur: Stultè egisti, & propter hoc in præsenti tēpore aduersum te bella cōsurgent 2. Paralipom. 16. & tamen non prenunciauerat Deus regi Asa, quòd adiuuaret eum ꝯ regē Israel. Secundo peccauit: qa homo debet agere quantum potest prudētia humana ad euadendum de periculis, vel ad explendū negocia sua quando Deus ei non præfixit certum modum agēdi: & tamen si Deus præfigit alicui certum modum agendi, & præter istum vult querere humana auxilia, peccat. Sic enim patet de Israelitis Exod. 34. quibus Deus dixit, ꝙ omne masculinum eorum ascenderet ter in anno in conspectu Domini ad locum sanctuarij: & sic non manebat aliquis mascul⁹ in vrbibus Israelitarum, qui defenderet eas ab hostibus: Deus tamen dixit ibidem, ꝙ nullus de hostibus insidiaretur terræ eorum eo tempore, quo ipsi ascēderent in sanctuarium. Si ergo vellent Israelitæ ad maiorem cautelam relinquere custodes in vrbibus recurrerent ad auxilium humanum, quod erat contra præceptum Dei, cū dixisset, ꝙ oēs masculi ascenderent in locum sanctuarij, & ꝙ non timerent aliquos insidiatores. Simile etiam erat de apostolis, qbus Deus dixit: dum steteritis ante reges, & presides, nolitæ precogitare quid, aut qualiter loquamini: dabitur enim vobis in illa hora qd loquamini Matth. 10. & Luc. 12 si autem aliquis de apostolis non confisus de hoc vellet studere qualiter prædicaret, aut responderet, peccaret mortaliter: quia ageret contra præceptum Dei, & nō posset aliquid dicere: quia in penam auferret ei quidquid naturaliter posset intelligere, aut dicere, iuxta illud: si nō credideritis, nō permanebitis, Isa. 7. & illud, si non credideritis non intelligetis. Peccauit ergo Achaz mittendo ad regē Assyriorum, vt adiuuaret eum. *Et cum collegisset argentum, & aurum, quod inueniri potuit in domo Domini, & in thesauris regis.* Scilicet, Achaz misit munera magna ad regem Assyriorum: quia aliter nō putabat, ꝙ posset eum inducere, vt adiuuaret eum, & ad hoc collegit omne aurum, & argentum, quod inueniri potuit in domo Domini, & in thesauris regis ad hoc, ꝙ mitteret regi Assyriorum: erant enim multa vasa auri, & argenti in thesauris domus Domini: quia in illis ministrabatur. Erant etiam aliquæ massæ auri & argenti in templo ad faciendum inde vasa, & omnia illa abstulit Achaz. Erant etiam pecuniæ multæ in thesauris regū antiquorū, & omnes illas misit Achaz. *Misit regi Assyriorum munera.* Scilicet, omnia ista misit in munus, vt flecteret eum. Iosephus autem 9. Antiquita. dicit, ꝙ misit munera valde præclara Achaz regi Assyriorum promittens ei multas se pecunias daturum: & postea cum pugnasset contra Syros venit Achaz in Damascum, & tulit aurum, & argētū, quod erat in thesauris regalibus, & ī templo Domini, & dedit regi Assyriorum: & sic vult, ꝙ bis munera dederit ei. Primum mittens per legatos: secūdò ferens per se ipsum in Damascum. litera tamē vult ꝙ legati Achaz tulerint aurum, & argentum, quod erat in thesauris domus Domini. *Qui acquieuit voluntati eius.* Scilicet: quia inclinatus fuit muneribus rex Assyriorum venit ad pugnandum cōtra regem Syriæ. *Ascēdit.n. rex Assyriorum in Damascum, & vastauit eā.*

Q[uod] homo peccat nō agēdo prudētia humana.

Si apostolus studeret, peccaret.

A Rasin rex Syriæ postquam obsederat Ierusalē multo tempore, & non potuerat eam capere, & acceperat vrbem Ailam redijt in terram suam, & tunc rex Assyriorum venit de Niniue contra Damascū, quæ est ciuitas metropolis Syrię, & pugnauit cōtra eam, atque vastauit. *Et transtulit habitatores eius Cirenem.* Scilicet, trāstulit Syros Damascenos de terra sua ad vrbem Cirenē, & constituit Assyrios, vt habitarent in Damasco. Est enim duplex ciuitas, quæ vocatur Cirene: vna est versus Aethiopiam in terra Asiæ ad orientem: alia autem est in Africa, & vocatur terra illa cirenaica, & ista ciuitas est famosior: & de ista dicitur Actu. 2. Et partes Libyæ, quæ est circa Cirenē. Cirene tamen, de qua dicitur hic, est in Asia versus B Aethiopiam: quia dominium Assyriorum non extendebatur ad Africam, & Europam, sed solū erat in Asia. *Rasim autem interfecit.* Iste erat rex Syriæ, & qa erat rebellis occidit ipsum. *Perrexitque rex Achaz in occursum Theglathphalasar regis Assyriorum in Damascum.* Sciuit Achaz, quomodo rex Assyriorum in fauorē suum venerat ad pugnandum contra regem Syrię, & occiderat ipsum: ideo ad honorandum eum voluit exire sibi obuiam vsque ad Damascum, & inuenit ibi illum: quia fortè iam acceperat Damascum, & manebat ibi.

Cirene duplex ciuitas.

An peccauit Achaz accipiendo thesauros domus Domini, vt daret regi Assyriorum. *Quæstio X.*

C QVAERETVR, an peccauit Achaz accipiendo thesauros domus Domini, vt daret regi Assyriorum. Respondendum est, quòd peccauit: qa causa, ꝓ qua dabat, erat mala: ergo ipsa datio mala erat. Patet hoc: quia dedit munera, vt auxiliaretur sibi, & tamen non licebat ei petere auxilium à rege Assyriorum, vt supra probatum est: ergo dare aliquid ꝓ isto auxilio peccatum erat. Secundò patet: quia dedit Achaz omnia vasa, in quibus ministrabatur Domino, cùm dicatur, quòd collegit quidquid potuit inueniri in thesauris Domini, & hoc fecit Achaz sine aliqua reuerentia: quia non erubescebat agere quodcuuque contra templum Domini. Tertiò pa-D tet: quia quando Achaz non erat in angustia, auferebat thesauros domus Domini, & claudebat portas templi, vt nullus ibi oraret: ergo à fortiori nunc. Patet hoc 2. Paralip. 28. scilicet: direptis itaque Achaz omnibus vasis domus Dei, atque confractis, clausit ianuas templi Dei, & fecit sibi altaria in vniuersis angulis Ierusalē. Quartò patet: quia accepit hic Achaz thesauros alienos, scilicet, templi Domini, & nō cū intentione reducendi æquale, aut soluendi aliquando, ergo peccauit. Patet hoc, quia cepit in modum prædonis 2. Paralipom. 28. scilicet: Achaz spoliata domus Domini, & domo regum dedit munera regi Assyriorum: spoliare tamen latrocinium significat. Dicendum ergo non esse dubium, quin peccauerit E Achaz, & non solum peccauit: quia accepit thesauros domus Domini, sed etiam, quia spoliauit subditos suos ad dandum regi Assyriorū munera 2. Para. 28. Sciendum tñ, ꝙ cum esset Achaz vir pessimus, Deus fecit, ꝙ non proficerēt ei ista munera, quæ dabat regi Assyriorum, sed potius ipse rex Assyriorū expoliauit eum, & terram suā. De hoc eo c dicitur: addduxit cōtra eum Dñs Theglathphalasar regem Assyriorū, qui afflixit eum, & nullo resistente vastauit: Achaz autem spoliata domo Domini, & domo regum, & principum dedit regi Assyriorum munera, & tamen nihil ei profuit insuper, & tempore angustiæ suæ auxit contemptum in Dominum: & sic peccabat in omnibus Achaz.

Rex

Rex Assyriorum quare transtulit Israelitas, & Damascenos in Cirenem, cum potius debuisset eos occidere. *Quæstio XI.*

QVAERETVR, quare rex Assyriorum trãstulit Damascenos in Cirenem de terra sua,& quare etiam transtulit Israelitas: quia cum essent hostes potius videtur, quòd debebat eos occidere.

Respondendum, quòd vno modo poterat dici, ꝙ transferebat populos istos de terra sua, vt translatio illa significaret signũ possessionis. Sic enim quando tempore famis magnæ Ioseph emit omnes possessiones Aegyptiorum pro Pharaone Gen. 48. transtulit Aegyptios de locis suis. s. eos, qui erant in vna parte regni ad aliam partem, vt significat ibi litera hebraica quoq; nostra clarè non exprimit. Sed dicẽdum, ꝙ hic non fuit ista causa: quia talis acceptio possessionis est, quãdo modo legali per emptionem, vel aliàs transfertur possessio vnius in alterum: & tamen quando aliquid violenter accipitur non seruãtur ista, quæ sunt ceremonia iuris. Secundò potest dici, ꝙ hoc factum est: quia rex Assyriorũ habebat aliquam terram vacuam habitatoribus: ideo gentes illas, quas subijciebat sibi, transferebat in terrã suã. Sic enim fuit de duabus tribubus, & dimidia, & pl⁹, quas transtulit Tegathphalasar in terram Assyriorum iuxta fluuium Gozam præced. c. & 1. Parali. 5. sic etiam transtulit Salmanasar reliquos Israelitas iuxta fluuium Gozam ad ciuitates Medorũ sequenti c. & infra 18. Sic etiam Senacherib rex Assyriorũ voluit transferre tribũ Iuda, & Beniamin in terram Assyriorum inf. 18. & 19. Dicendum tamen, ꝙ ista non erat causa: quia si fuisset hoc ad populandum terram suam, non accepisset rex Assur alios de terra sua, & poneret eos in terra Israel: & tamen adduxit multas gentes de terra sua, quæ repleuerunt totam terram regni Israel, scilicet, decem tribuum, vt patet sequenti capit. ideo non erat ad populandum: quia tot educebat de terra sua, quot introducebat. Secundò patet: quia dato, ꝙ rex Assur non duceret aliquos de terra Assyriorum ad habitandum in locis, in quibus erant prius Israelitæ, sed duceret illos in terram Syriæ ad populandum illam non erat aliqua vtilitas: quia omnes istæ terræ erant regis Assyriorum: ideo non proderat populare vnam, & depopulare aliam, potissimè cũ illi, qui in terra sua essent boni habitatores fortè extra illam essent mali populatores. Tertiò igitur dicendum, ꝙ rex Assyriorum faciebat istud, vt pacificaret populum: quia istę gentes non erant ab antiquo de regno Assyriorum, sed violenter de nouo capiebantur: & quando haberẽt opportunitatem repugnarẽt regi Assyriorum: & si manerẽt in terris suis haberent opportunitatem ad hoc propter duo. Primò, quia erant in terra regni Assyriorum, & habebant alias gentes coniunctas sibi, quæ non erant de Dominio regis Assyriorum, & illas poterant accipere in adiutores ad rebellãdum Assyrijs. Cùm autem essent in medio terræ Assyriorum, non habebant in circuitu aliquam gentẽ, quæ adiuuaret eos ad rebellãdum regibus Assyriorum, ideo non auderẽt: quia si facerent, illicò omnes Assyrij, qui erant in circuitu insurgerent contra illos, & delerent eos. Secundum erat: quia si manerent isti in terris suis essent elõgati à regno Assyriorum, & propter hoc minus timerent regem Assyriorũ, & essent promptiores ad rebellandum, cũ haberent multas opportunitates propter absentiã regis Assyriorum, quas non haberent cum essent in medio regni, ideo debebant ibi esse, ꝙ autem transferrent aliqui de regno Syriæ ad terras istas, quas capiebat rex

F Assyriorum, erat conueniens: quia aliàs non haberet rex tributa aliqua de terris illis, non existente ibi aliquo habitatore, & sic non esset vtile pugnare cõtra gentes aliquas ad accipiendũ terras earum: non erat autem aliquod incoueniens, ꝙ transferrẽtur habitatores de terra Assyriæ in terras istas: nam cum istę gentes semper fuissent de dominio regum Assyriorum, vbicunque essent nolẽt rebellare eis: & isto modo per translationem gentium, quæ capiebãtur de terra sua ad aliam terram, pacificabant reges Assyriorum subiectos suos. Aliquando autem fiebat aliter. s. ꝙ gentes illę, quæ subijciebant hostibus trãsducerentur ad alias regiones ꝑ maiori parte, & manerẽt in terra aliqui pauci, & pauperes, & non transducerentur alię gẽtes in terram illam. Sic enim fuit

G quando Nabuchodonosor transtulit Iudam, & Beniamin in Babylonem: quia non reliquit in terra nisi pauperes agricolas, & vinitores, qui nõ possent rebellare, vt patet infra. 24. & 25. quare autem hoc factum fuerit, ibi declarabitur. *Cunque vidisset.* Hic ponitur tertium huius cap. scilicet, iniquitas Achaz in religione. Vocatur enim religio ceremonia cultus diuini: & circa istũ cultum malè se habuit Achaz, in quantum introduxit altaria peregrini cultus, & trãstulit altare Domini de loco suo: & dicitur. *Cunq; vidisset altare Damasci.* Iuit Achaz in Damascum ad reddendum gratias regi Assyriorum: quia liberauerat eum de manu regis Syriæ, & obulit sibi munera, vi-

H ditque altare pulchrum in Damasco, in quo offerebantur sacrificia regis, & delectatus figura illius voluit simile habere, in quo ipse offerret hostias. *Misit rex Achaz ad Vriam sacerdotem.* Iste erat sacerdos magnus tempore Achaz: ideo pertinebat ad eum pręcipua cura de rebus pertinentibus ad sacrificium, & ob hoc misit ad eum Achaz similitudinem altaris Damasci, vt simile fabricaret. Est autem subintelligendũ, quòd Achaz erat nunc in Damasco, & Vrias erat in Ierusalem, misitque Achaz figuram altaris ad Vriam, vt dum ipse maneret Damasci faceret altare simile Vrias, & cùm rediret in Ierusalem, haberet in quo immolaret sacrificium. *Exemplar eius, & similitudinem*, scilicet, misit sibi figuram illius descri-

I ptam in aliqua tabula, vel papyro, & accipiuntur exemplar, & similitndo pro eodem: debet tamen intelligi, quòd vnum istorum sit figura, & aliud sit instructio, scilicet, quòd mitteret in aliqua papyro descriptam imaginem altaris, & scriberet ei rursus in particulari de qualibet parte altaris de qua materia deberet esse, & qualiter deberet fabricari: quia ꝑ solam imaginem non poterat haberi sufficiens notitia, nec per solam scripturam, sed vtrunque simul erat necessarium. *Iuxta omne opus eius*, idest, iuxta omnem figurationem, & multitudinem lineamentorum, ita, vt nihil deficeret in exemplari illo de figuris, & partibus, quæ erant in altari Damasci. *Extruxitque Vrias sacerdos altare.* Scilicet, dum manebat

K Achaz Damasci Vrias summus sacerdos fecit altare iuxta exemplar datum, vt quando veniret rex, haberet in quo faceret sacrificia. *Iuxta omnia, quę præceperat rex Achaz de Damasco ita fecit Vrias sacerdos.* Idest, secundum exemplar, quod misit Achaz de Damasco, ita fecit Vrias, nõ pretermittens aliquid *Donec veniret rex Achaz de Damasco.* Idest, durauit faciẽdo istud opus quousque venit Achaz de Damasco, & ipso veniente iam consummatum erat, ita vt posset offerre sacrificium super illud. Vel potest intelligi, donec veniret, idest, dum veniret, scilicet, quòd dũ veniebat Achaz de Damasco fiebat istud altare, sed primus sensus est melior.

Quomodo

Quomodo Vrias sacerdos fabricauit altare pro Idolatria. Quæstio XII.

QVAERETVR, quomodo Vrias sacerdos voluit fabricare altare pro Idolatria.

Respondendum, quòd hoc fortè fecit Vrias: quia ipse erat idolatra, sicut rex: nam sicut interdum declinabāt populi cum regibus ad idolatriam, ita etiā declinabant sacerdotes: vnde multi erant sacerdotes idolorum de his, qui erant de genere Aaron: sicut patet inf.23. nam rex Iosias quosdā de sacerdotibus excelsorum occidit: quia erant sacerdotes idolorū: alios verò non occidit, sed prohibuit ministrare cum cęteris, dando tamen sibi sustētationem de redditibus sacerdotalibus, quod non faceret, nisi essent sacerdotes de stirpe Aaron. Aliter potest dici, quòd Vrias non desiderabat colere idola: & tamen vt placeret regi, q valde inclinatus erat ad idola, laudabat facta eius, & etiam ipse cum eo idola colebat, vel fortè faciebat propter timorem: quia rex cū idolatra esset, occideret eū, nisi coleret idola, vel auferret ei redditus: voluit ergo potius carere religione, & Deum offendere, quàm redditus amittere.

Achaz quare iussit fieri similitudinem altaris Damasci. Quæstio XIII.

QVAERETVR vlterius, quare Achaz iussit fieri similitudinem altaris Damasci ad sacrificandum in eo. Aliquis dicet, quòd fecit hoc ꝓpter regem Assyriorum: sic enim dicitur inf. quòd abstulit multa, quæ pertinebant ad cultum Dei de loco suo propter regem Assyriorum. Sed dicendum, ꝙ non stat: quia tūc Achaz coleret deos Assyriorum, & faceret tale altare, quale habebāt Assyrij: & tamē non coluit deos Assyriorum, sed deos Damasci, & altaris Damasceni similitudinem accepit: Damasceni tamen non sunt Assyrij, sed Syri.

Dicendum ergo, quòd fecit propter duo. Primò propter pulchritudinem: nam altare Damasci erat valde pulchrum: & quādo vidit illud Achaz captus pulchritudine eius, iussit simile fieri: & hoc signatur cum dicitur: cunque vidisset altare Damasci, misit ad Vriam sacerdotem exemplar eius, & sic illicò, vt vidit desiderauit. Secunda causa, & præcipua fuit: quia Achaz voluit colere deos Damasci, & ad hoc voluit seruare omnes cęremonias eorum: & quia altare pertinebat ad cęremonias, voluit tale altare facere, quale erat Damasci: & etiam subintelligēdum est, ꝙ tales cęremonias in colendo obseruauerit, sicut Damasceni: & sic noluit altare propter se fabricare, sed propter deos Damascenos. Causa aūt, quare voluit Achaz colere deos Damascenorum, fuit: quia putauit, ꝙ illi dij adiuuabant in bello reges Syrorum cultores suos, ideo etiam ipse colere volebat illos, vt adiuuarent eum. Sic patet 2. Paral.28.f. Ipse per se Achaz immolauit dijs Damasci victimas ꝑcussoribus suis, & dixit: Dij regum Syriæ auxiliātur eis, quos ego placabo hostijs, & aderunt mihi.

Achaz an fuerit irrationabilior colendo deos Gentium, quæ prępualuerant contra ipsum, quàm Amasias, qui coluit deos, à quibus fuit victus. Quę. XIIII.

QVAERETVR vlterius, an in hoc esset valde irrationabilis Achaz, cùm coleret deos illarū gentium, quæ præualuerant contra ipsum, & occiderant multos de populo suo, & an esset irrationabilior Achaz, vel Amasias: qa Amasias coluit deos, à quibus victus est. Respondendum, ꝙ quicunque

A coleret idola, esset irrationabilis: quia idolū nullius virtutis, aut potestatis est:, & tamē præter hoc, quod est colere idola potest esse quædam cęremonia, secūdum quàm colentes quædam idola magis vituperētur, quàm colentes alia. Sic enim est de Amasia rege Iuda, & de Achaz: quia isti coluerunt idola, & magis vituperantur, quàm alij reges Iuda colentes idola: & de istis exprimitur causa, quare vituperentur: de alijs autem non. Nam de Amasia dicitur 2. Paralip. 25. cur adorasti deos, qui non liberauerūt populum suum de manu tua? q d. ꝙ ex hoc, ꝙ non potuerunt illi dij liberare Idumęos, & ipse Amasias accepit eos in bello, significabat, ꝙ nullius potestatis erant: ideo non erant colendi. Achaz autem increpatur, ꝙ coluerit deos percussores suos 2. Paralipom 28.f. obtu-

B lit victimas dijs Damasci percussoribus suis. Erat tamē irrationabile, ꝙ aliquis coleret eum, qui sibi male faciebat. Dicendum, ꝙ vterq; istorum fuit irrationabilis, sed potius Amasias: quia ipse coluit illos deos, quos in bello acceperat, & quorum cultores occiderat. Ex quo apparebat nullius potestatis deos illos esse: ideo ridiculum erat colere illos, cùm potentior esset ipse Amasias, quàm dij, quos colebat. Achaz autem fuit minus irrationabilis: qa vidit, ꝙ Syri erant victores, & putauit, ꝙ victoria ista proueniebat eis à dijs suis: per quod apparebat illos esse potentes: ideo habebant aliquid, de quo deberent venerari: & tamen Achaz non rectè agebat venerādo

Amasias irrationabilior fuit Achaz.

C eos: quia non adiuuabant eum, sed hostes suos: ideo colere deos hostium propter victoriam stultū erat, & hoc significat litera, dicēs, ꝙ immolauit victimas dijs Damasci percussoribus suis Hoc autem erat irrationabile secundum positionē Gentiliū: quia dij non adiuuabant, nisi cultores suos, & neminem cōtra cultores, & etiam habebant singuli dij determinatas aliquas regiones, & partes terrarum, in quibus operarentur, & non in alijs, sicut dixerunt Syri serui Benadad præcedenti lib. cap.20. Dij montiū sunt dij eorum. Quasi dicat sunt dij mōtium & non valliū, nec aliarū partiū terræ. Ita nunc, cū dij Syrorū essent assignati pro terra illa, nō poterāt adiuuare Achaz, qui nō erat de terra Syrorum. Et sic q̄q̄ coluit illos,

D nō profuit ei, sic dr̄ 2. Paral.28.f. Dij regū Syrię auxiliant eis, quos placabo muneribus, & aderunt mihi, cū econtrario ipsi fuerint ruina, & vniuerso Israel. De hoc tn̄ magis declarabit ibidem. *Cunq; venisset rex de Damasco.* f. venit rex Achaz de Damasco in Ierusalem. *Vidit altare.* f. illud, quod fecerat Vrias sacerdos ad præceptum eius. *Et veneratus est illud.* f. adorauit coram eo, vel adorauit eum: quia fortè erant ibi dij & propter deos adorabat ipsum altare. In hebræo dr̄: *Vidit altare, & accessit ad illud.* Sed idem sensus est. f. accessit ad illud ad adorandum illud, vel accessit ad sacrificandum in eo. *Ascenditq;, & immolabat holocausta.* Dicitur ascendisse: quia altaria semper sunt in loco alto, & per gradus ad illa ascēditur. Et maximè erat

E hoc secundum consuetudinem Gentilium, q̄ Deus vetuit: Exod.20. dicens: Non ascendes per gradus ad altare meum, ne reueletur turpitudo tua. Sed nunc seruabat Achaz ceremonias Gentilium: quia istud erat altare deorum Damasci: ideo ascenderet ad illud ꝑ gradus, & immolauit holocausta. f. ipse Achaz per se immolauit: nā nō fuit hic aliquis sacerdos, sed ipse iugulauit animalia, & obtulit sanguinem super altare, & seruauit vniuersas cęremonias. Sic patet 2. Paralip. 28. cum dr̄: Insuper tp̄e angustiæ suæ auxit contemptum in Dn̄m: ipse per se rex Achaz immolauit dijs Damasci victimas percussoribus suis. *Et sacrificium suum, & libauit libamina,* scilicet, omnes istas cęremonias ꝑ se fecit rex Achaz: offerre enim holocausta

causa est iugulare animalia, & ponere carnes eorū iugularę per altare ad cremandnm: sacrificium autem, & libamen sunt quædam cęremoniæ holocaustorum: nam ponunt cum holocaustis aliqua accessoria. s. farina, vinum, oleum, sal, & thus, vt patet Leuit. 2. & Num. 25. Ista vocantur generaliter libamina: & tamen loquendo magis in speciali, sacrificia vocantur arida. i. simila, & sal, & thus: libamina aūt dicuntur liquida. s. vinum, & oleum, & cōuenit hoc ex significato nominis: quia libare est bibere, vel deglutire: & tamen bibere ad sola liquida pertinet. De aridis autem, ꝙ vocentur sacrificia, patet. Leu. 2. vbi dicitur: anima si obtulerit sacrificium de simila. i. de farina. Et sic Achaz obtulit nūc tā libamina, quàm sacrificia cum holocausto suo. *Et fudit sanguinem pacificorum, quæ obtulerat super altare.* i. fudit super altare sanguinem hostiarū pacificarum, quas obtulerat. Pro hoc considerandum, ꝙ Achaz obtulit duplicia sacrificia. s. holocausta, & hostias pacificas. De holocaustis patet: quia dr̄, & immolauit holocausta. De hostijs pacificis patet: quia dicitur fudit sanguinem pacificorum, quæ obtulerat. De sanguine autem istarum hostiarum non fiebat eadē cęremonia, nec seruabatur idem ritus in carnibus, nec ad eundem finē offerebatur, præcipuè ad laudē Dei. Achaz verò voluit nunc offerre ad laudem deorum Damasci: ideo obtulit prius holocausta. Hostiæ aūt pacificæ sunt, quæ pro pace. i. pacificatione danī. Et hoc dupliciter. s. pro pacificatione habenda, vel habita. Nam si quis crederet se habere Deum iratum, offerebat hostias pacificas ad hoc, vt placaret eum, & pacificaret sibi: si autem aliquis directus fuerat à Deo in aliquo opere agendo: quia non poterat prospėrari in illo, nisi Deus dirigeret, & per hoc, ꝙ directus fuerat credebat se Deum habere placatum, offerebat hostias pacificas pro pace habita, & istę vocabantur ad gratiarum actiones: ideo Leuit. 7. distinguuntur hostiæ pacificæ in gratiarum actiones, & in spontaneas victimas, quæ sunt ad petitiones. Hoc autem intendebat præcipuè Achaz circa Deos Damasci: qa putabat, ꝙ habebat eos iratos sibi, & volebat muneribus placare: ideo ista munera vocarentur pacificę hostiæ: sic patet 2. Paralip. 28. cum dr̄: dij regum Syriæ auxiliantur eis, quos ego placabo hostijs, & aderunt mihi. Et istæ hostiæ necessariò erant pacificæ, cū ad placandum essent. Differebant etiam sacrificia ista ī cęremonijs carnium: quia in holocaustis omnes carnes cremabantur: in pacificis autem nō, sed parum de illis: reliquę autem proueniebāt partim sacerdotibus, & partim offerētibus: de quo Leui. 3. & 6. & 7. in sanguine quoq; obseruabatur ista cęremonia, ꝙ siue esset sacrificium pacificum, siue holocaustum, quādo aliàs occidebatur, fundebatur sanguis in crateras, ita vt nihil flueret in terram, & deinde obseruabantur variæ cęremonię: quia aliquando sanguis ille fundebatur ad basim altaris per circuitum, & aliquando super cornua altaris, & per parietes eius, de quibus declaratum est Leui. 1 & 3. & 4. nunc autem sanguis pacificorum fusus est super altare: & sic dicitur, quòd ipse Achaz fudit super altare sanguinem pacificorum, quæ obtulerat. i. sanguinem hostiarum pacificarum, quas obtulerat. *Porro altare æreum, quod erat coram Domino, trāstulit.* s. Achaz fabricauit nūc nouum altare ad similitudinem altaris Damasci, in quo etiam posuit deos Damasci, & ob hoc proposuerat in illo semper immolare, & nunquam in altari, quod erat prius in templo: ideo tanquam inutile fecit illud auferri de loco suo. Istud altare æreum, quod nunc abstulit Achaz de loco suo, non erat altare, quod fecerat Moyses in deserto: quia il-

Diuersa genera sacrificiorū ꝑ diuersitate rerum offerēda.

F lud erat paruū, & Salomon fecit postea aliud maius. Nam altare Moysi habebat quinque cubitos in longitudine, & totidem in latitudine, & tres cubitos in altitudine: Exo. 27. visum est autem illud esse paruū, & fecit Salomon aliud maius, scilicet viginti cubitorum longitudinis, & totidem latitudinis, & decē cubitorum altitudinis 2. Parali. 4. Istud autem erat, in quo fiebāt sacrificia ex tempore Salomonis vsq; nunc, & cessauerat ministratio in altari Moysi, vt declaratum est præcedenti lib. ca. 7. nunc verò abstulit Achaz istud altare Salomonis de loco suo, vt poneret in loco eius altare deorum Damasci, & fierent in ipso omnia sacrificia. *De facie templi, & de loco altaris.* Dicitur ablatum de facie templi. i. non erat directè
G an templum sicut prius. Pro quo sciendum, quòd templum accipitur dupliciter. s. propriè, & largè. Propriè vocatur templum ipsa domus, quæ erat diuisa in duas partes s. in sancta sanctorum, & in sanctuarium, & ista erat operta laminis aureis intus per totum, & ad istam non intrabant, nisi sacerdotes: & non qnidem omnes, sed vnicus, cui sortè proueniebat, ꝙ offerret incensum, & disponeret lucernas corām Domino. Sic patet Lucę. 1. de Zacharia patre beati Ioannis: nam sorte exijt, ꝙ intraret ad offerendum incensum, & solus intrauit, totusque populus tam sacerdotum, quàm popularium expectabat eū extra: & nemo vidit quomodo apparuit ei Gabriel angelus, & tamen si aliquis introiuisset cum illo de
H sacerdotibus, vidisset quomodo apparebat ei angelus, & loquebatur cum ipso. Largè vocatur téplū tota domus ipsa cum omnibus atrijs factis in circuitu ad orandum in eis. Accipiendo secundo modo nō erat altare ante faciē tēpli, sed erat intra templū, cùm esset in atrio sacerdotum, quod erat coniūctū magis loco sacro, quàm omnia alia atria. Accipiendo primo modo, erat altare holocaustorum extra templum: quia erat in atrio sacerdotum, & intra tēplum non erat nisi altare thymiamatis. Erat tamen ante faciem templi: quia facies templi dicebatur esse, vbi erat porta: erat autem porta ad orientem, & ante portam magis ad partem orīētalem erat atriū sacerdotum, in quo erat altare holocaustorum, &
I sic erat directè contra portam templi. Nunc autem Achaz abstulit altare de loco illo, & posuit in alio, ideo dicebaī ablatū de facie templi. Dr̄ ēt, ꝙ abstulit illud de loco altaris. i. de loco, qui dedicatus erat ad hoc, ꝙ esset altare ī eo: & hoc vt poneret altare deorum Damasci in loco, in quo erat prius altare. *Et de loco templi Domini.* i. abstulit illud de loco, qui cōpetebat ei in templo. Non potest intelligi, ꝙ abstulerit de templo: nam siue accipiatur propriè, siue largè templum falsum est. Accipiendo enim ꝓpriè patet: quia nunquam fuit altare holocaustorum in tēplo: ideo nunquam poterat auferri de illo: accipiendo largè, falsum est: quia non fuit altare istud ablatū de atrio sacerdotum, cum dicatur ī litera, ꝙ posuit
K illud ex latere altaris ad aquilonem. Accipitur ergo, quòd abstulit illud de loco templi Domini. i. de loco, qui competebat ei in templo: & tunc idē est, quòd abstulerit illud de loco altaris, & ꝙ abstulerit de loco templi. *Posuitque illud ex latere altaris ad aquilonē.* Scilicet, posuit istud altare ad latus alterius altaris ad aquilonem, scilicet altare nouum, quod fabricauit pro dijs Damasci, posuit in loco, in quo erat prius altare, vt in eo fierēt omnia, quæ fiebant in priori altari: & altare æneum, quod prius ibi erat, posuit versus quendam angulum atrij sacerdotum ad latus aquilonare altaris noui: & sic non respiciebat nunc faciē tēpli, sicut prius. *Præcepit quoque Achaz Vriæ sacerdoti.* s. summo sacerdoti dedit præceptum ei de loco immola-

Tēplū dupliciter accipitur.

immolationis, qa ad ipsum ꝑtinebat dirigere alios A sacerdotes minores, qui erant sub præcepto suo, dicens. *Super altare maius offer holocaustum regis*. Vocauit altare maius ipsum, quod nouiter fabricatum erat Dijs Damasci, & fortè vocatum est maius, quia in quantitate maius erat, licet altare Salomonis magnum esset. s. viginti cubitorum in longitudine, & totidem in latitudine, & decem in altitudine 2. Paralip. 4. Vel fortè vocauit illud maius in honore: qa erat in loco honorabiliori, & sic nos in ecclesijs vocamus vnum altare maius, quod est in loco honorabiliori, & sic erat nunc altare nouum: quia illud erat in loco altaris, & altare æneum erat ablatū de loco suo. Dicitur: offer holocaustū regis, quia reges Iuda solebant dare animalia multa ad faciendū B sacrificium pro eis, sicut Salomon ter in anno faciebat solennes hostias, præcedenti lib. c. 9. De istis holocaustis iussit nunc Achaz, quòd offerrentur super altare nouum: quia propter illa specialiter factum fuerat istud altare. *Et sacrificium eius*. Idest, etiam offer ibi sacrificium: vocatur sacrificium ipsum libamen, quod aliquando accipitur spetialiter. s. pro rebus aridis, vt est simila, thus, & sal, & tamen hic gnāliter accipitur pro oībus libamentis. s. pro simila, oleo, vino, sale, & thure, quia ista offerrebātur simul cū carnibus holocaustorū. *Et holocaustum vniuersi populi terræ*. Idest, omnia holocausta, quæ offerrebantur à populo, debebant cremari super isto altare. *Et sacrificia eorum, & libamina eorum*. Vocantur sacrificia liba- C menta arida. s. simila, thus, & sal. Libamina vocantur ipsa liquida. s. oleum, & vinum, & ista tam sacrificia quàm libamina offerrebantur cum hostijs regis, & cum hostijs populi: quia sacrificia, & libamina erant accessoria ad omnes hostias holocaustorū, & pacificorum. Num. 15. in hostijs autem pro peccato non ponebantur libamenta. *Et holocaustum matutinum, & holocaustum vespertinum*. Idest, etiam offerrendum erat ibi holocaustum matutinum, qđ offerrebatur in aurora oriente sole: vespertinum aūt offerrebatur in occasu solis, & durabat per totā noctē, et *Vniuersum sanguinem victimæ super illud effundes*. Idest, nō effundatur aliquis sanguis victimarum super altare ęneum, sed totus sanguis effundatur super istud al- D tare. In sacrificijs n. holocaustorum, & pacificorū, & pro peccato, & delicto seruabatur cęremonia in effusione sanguinis: quia cum iugulabatur animal, fluebat sanguis super crateras, & inde fundebatur aliquando ad basin altaris in circuitu eius, & aliquādo super altare per cornua eius, vel per parietes, de quo declaratum est Leui. 1. & 3. & 4. Per hoc autem faciebat Achaz, ꝙ nullū opus fieret in altari ęneo, quod prius erat in templo: nam solū erat altare ad offerrendū in eo victimas, & sacrificia, atque libamina, & fundendū sanguinem, & tamen omnia ista ꝓhibuit Achaz fieri in altari ęneo: ideo non manebat ad aliquem vsum, sed erat superuacuū. Et hoc patet ex verbis Achaz dicētis: Altare vero ęneum erit paratum ad voluntatem meam.

Quæ erat differentia in speciebus sacrificiorum veteris testamenti. Quæst. XV.

QVAERETVR de differentia istorū sacrificiorum, quæ dicebat Achaz offerrenda esse super altare nouum: & ad hoc sciendum, ꝙ in victimis quædam erant victimę, vel hostiæ ꝓpriè dictę: aliæ autem erant res accessoriæ ad victimas. Accipiendo primo modo diuiditur: quia quædam erant victimæ ordinarię, aliæ autem accidentales. Victimę ordinarię vocabantur illæ, quæ ex necessitate, & in diebus determinatis offerrebātur, & nunquā omittebantur propter aliquem casum, & de his hr̄. Nu. 28. & 29. Istę aūt adhuc subdiuiduntur, quia quædā erant quotidianæ, & quædā nō quotidianæ vocantur, quæ quotidie offerrebantur, & vocatur iuge sacrificiū Leui. 9. & Num. 28. & istud diuidebat̄ in matutinū, & vespertinū: nam in aurora oriente sole accipiebat̄ agnus anniculus, & offerrebat̄ in holocaustum: vespertinū aūt sacrificium erat, ꝙ occidente sole acciperetur alius agnus anniculus, & fieret holocaustū, & durabat per totā noctem. De cęremonijs aūt matutini, & vespertini sacrificij, & quomodo se haberēt ad alia sacrifica, declaratū est Leuit. 6. & Num. 28. Si aūt essent victimę ordinarię, nō quotidianæ erant illę, quæ assignabātur pro festiuitatibus. Nam in veteri testō erant septem festiuitates. s. Sabbathum, quod in qualibet hebdomada erat, & festum Kalendarū, quod erat prima die cuiuslibet mensis, & istę duę festiuitates erant sæpe in eodem anno. Alia erat festiuitas Azymorū, siue Phase die quartadecima mensis primi. s. in Martio: alia erat Pētecoste qnquaginta dieb⁹ post Phase: alia erat dies Clangoris prima die mensis septimi in Septembri: alia erat dies Propiciationis, vel expiationis decima die eiusdem mensis: vltima erat festiuitas Tabernaculorum quintadecima die eiusdē mensis. De hijs Leui. 23 pro qualibet aūt istarū festiuitatū erant assignata certa sacrificia necessaria, secundum legē, de quibus habetur Num. 28. & 29. oīa autem ista intelliguntur hic per sacrificiū matutina, & vespertina. Si aūt essent sacrificia non ordinaria, erāt ista duplicia, quia quædā offerrebantur ex necessitate, & alia spontè. Ex necessitate offerrebantur ea, quæ iussu legis offerrebantur, & ista erant, quæ fiebant in emundatione leprosorum Leui. 14. & in emūdatione parientium post purificationem suam: Leui. 12. & in emundatione virorum fluentium semine, & mulierum fluentiū sanguine: Leui. 15. & ad satisfactionem pro quibusdam generibus peccatorū, & delictorum: de quibus Leui. 4. & 5. & Num. 5. & 15. ista quanquam essent sacrificia necessitatis, non erāt ordinaria: quia non erāt certa tpa assignata, in quibus fierent, & etiam poterant excusari, vt pote, si nullus peccaret, vel incurreret in immundicias dictas. Alia erant sacrificia non ordinaria spōtanea, & ista erant, quæ lege non iubente offerrebantur ex deuotione, interdum ex voto, & interdum sine voto, & sic fiebant holocausta, & hostiæ pacificæ. Primæ hostiæ, quæ erant ordinariæ intelliguntur hic per matutinum, & vespertinum sacrificium: illæ autē, quę non erant ordinariæ intelliguntur per holocausta populi, & holocausta regis. Quia rex aliquando ex necessitate secundum legem, & aliqn̄ ex deuotione offerrebat. Sciendū tamē, ꝙ sacrificiū populi dupliciter intelligitur: vno mō sacrificium, quod fiebat pro toto populo simul, vt pote, si totus populus E per ignorātiā omitteret aliquā cęremoniā legis, offerrebatur sacrificiū pro toto populo. Alio modo vocatur sacrificiū populi. i. alicuius personæ de populo, & differrebant inter se ista sacrificia: qa ꝓ peccato totius populi simul offerrebat̄ vitulus: ꝓ peccato aūt hoīs vnius offerrebat̄ capra, nisi esset summus sacerdos: qa pro illo offerrebat̄ vitulus, sicut ꝓ toto populo: vel nisi esset rex, aut princeps populi, quia ꝓ peccato illius offerrebat̄ hircus, vt patet, Leui. 4. Si aūt essent accessoria ad victimas erant duplicia, quædā erant arida. s. similia, thus, & sal, quędam liquida. s. vinum, & oleum. Prima vocantur sacrificia, & secunda libamina. Et etiam oīa ista tangūtur hic, sanguis autē non erat aliquid accessorium, ad

quòd sicut holocausta,& cęterę victimę fiebant super altare nouum, ita etiā sanguis victimarum funderetur super illud. *Altare verò ęreum erit paratum ad voluntatem meam.* Idest, super altare ęreū, in quo prius sacrificabatur nunc, non fiat aliquod sacrificiū, nec ceremonia, sed maneat in atrio sacerdotū paratum ad voluntatē meam. s. vt ego faciā de illo, qđ voluero. De isto altari dicit historia scholastica, ꝙ fecit Achaz horologium magnum,& famosum, qđ vocatur horologium Achaz, de quo habetur inf. 20. nam in illo retrocessit sol per decē lineas, & ista est positio communis, sed falsa est: quia infra 20. probatur contrarium in quadam quæstione de horologio. *Fecit igitur Vrias sacerdos iuxta omnia, quæ præceperat ei rex Achaz.* s. posuit altare nouum in loco altaris,& abstulit altare ęreum,& fecit ꝙ omnia sacrificia offerrentur in altari nouo.

Tulit autem. Hic ponitur quartum huius c. s. temeritas Achaz in adulatione: nam vt complaceret regi Assyriorum fecit multa contra legem Dei, de quibus infra,& dicitur. *Tulit autem rex Achaz cęlatas bases,& luterem, qui erat desuper.* Erāt. n. facti luteres multi ęnei,& pulchri, qui erant ad modum magnorū cantarorum, & erant decem, factæque sunt ei decem bases ęneę pulchræ cum rotis, de quarum fabricatura,& ipsorum luterum habetur præcedenti lib. c. 7. & ob hoc vocantur cęlatę bases. i. sculptæ: quia cęlare est sculpere, vel pingere iuxta illud Ouidij secundo Meta. scilicet.

Aequora cęlarat medias cingentia terras.

Idest, in domo solis sculpserat Mulciber quō ęquora claudebant terras in medio: In istis luteribus erat aqua ad abluendum carnes sacrificiorum. Et ponitur hic luter singulariter pro plurali: quia dicitur, ꝙ tulit bases cęlatas,& luterē, qui erat desuper, & tamen vnus luter super multas bases non erat, sed singuli luteres sup singulas bases, vt patet præce. li. c. 7. *Et mare deposuit de bobus æreis, qui sustentabant illud.* Istud erat mare ęneum, qđ erat vas rotundū in modum emispherij locatū sup duodecim boues,& capiebat duo millia batos de aqua. tulit autē illud de bobus ęreis, super quos sustentabatur, & posuit in terra. *Et posuit super pauimentum stratum lapide.* Istud pauimētum erat solum ipsius atrij sacerdotum, qđ erat stratum lapide. i. habebat pauimentum de lapide,& in illo posuit luteres, & mare, ita vt essent inutilia. *Musach quoque Sabbathi, quod ędificauerat in templo.* Idest, abstulit Musach de loco suo, & istud ędificatū fuerat à rege. De isto Musach communiter dicunt expositores nostri, & Glosa ordinaria, ꝙ erat quidam locus, super quē ponebantur oblationes regis, quas facere debebat in sabbatho, vel erat Gazophylaciū, in quo rex singulis Sabbathis ponebat pecunias, vt inde fierent sacrificia pro ipso: Hebræi autē dicunt, vt Ra. Sa. ꝙ Musach erat quidā locus factus in atrio virorum pulchrè opertus, in quo rex sedebat quando veniebat in Sabbatho ad templum,& istud videtur esse verisimilius pp duo. Primò, quia Musach secundum significationem suam propriam significat opertorium,& sic intelligitur, ꝙ erat opertoriū factū pulchro opere, sub quo erat sedes regis ad sedendum in Sabbatho. Secundo patet, quia dicitur Musach Sabbathi: & ingressum regis conuertit in templum, sed ingressus erat via aliqua, p quā introibat in templum: ergo Musach erat aliquid pertinēs ad viam illam. Vel potest dici, ꝙ Musach nihil erat nisi opertoriū: qa de atrio regis ad templum procedebat quædam via operta, per quam transibat rex qñ ibat in templum, & non videbatur,& illud opertorium postea destruxit Achaz, & etiam introitū ip-

Musach quid esset.

F sum. De isto introitu videtur intelligi, quod habetur præcedenti lib. cap. 10. s. fecit rex de lignis thinis fulcra domus Dñi,& domus regiæ: illa tamē fulcra erant quidam gradus, per quos ibatur de domo regis in domum Domini. *Et ingressum regis exterius conuertit in templum Domini.* Iste ingressus erat via occulta de palatio regis vsque ad templum, p quam rex procedebat ad templū,& patet: quia dicitur: ingressus exterius. i. ingressus, qui incipiebat à parte exteriori templi. s. à domo regis conuertit in templum, idest, clausit ex parte exteriori,& fecit, ꝙ ille introitus nō respiceret eam partem exteriorem, per quā aliquis posset ingredi, sed solum partem interiorē, & sic erat iam inutilis ille ingressus, quia erat clau-

G sus. *Propter regem Assyriorum.* Idest, omnia hęc fecit Achaz propter regem Assyriorum.

Quare Achaz deposuit luteres, & mare ęneum de locis suis. Quęst. XVI.

QVAERETVR ad quid fecit Achaz ista. s. deponendo luteres,& mare ęneū de locis suis. Respondendum, ꝙ omnia hæc fecit ad contemnendum cultum Domini: nam 2. Paralipo. 28. dr̄ de Achaz, ꝙ tempore angustiæ suæ auxit contēptum in Domino. Per omnia autem hæc contemnebatur cultus Dei: patet primo de altari: nam altare, qđ factum fuerat ad sacrificandum Dño fecit au-

H ferri de loco suo, vt iam non esset vtile ad aliquem vsum, sed oēs administrationes fierent in altari nouo,& istud erat ad honorem Deorū Damasci: ideo totus cultus sacrificiorū erat iam ad honorē Deorum Damasci. Abstulit autē luteres de vsibus suis, quia luteres erant cantari magni pleni aqua, in quibus intingebantur carnes, quæ cremabantur in altari,& ad hoc erant positi super bases, quia non poterant se tenere, nisi essent in basibus, & sicut nolebat Achaz, ꝙ offerrentur sacrificia Deo, sed Dijs Damasci, ita nolebat, ꝙ aliquæ cęremoniæ, quæ obseruabantur in cultu Dei, tenerētur nunc in cultu Deorum Damasci: luteres aūt positi super terram non solū non poterant tenere aquam ad ministrationē

I priorem, sed ēt erāt contēptibiles. s. dispersi per terrā tanq̄ nullius valoris, & ista erat intētio Achaz. s. vilificare cultum Dei,& augmētare cultum Deorū Damascenorum. Mare autem ęneum deposuit de bobus, super quos tenebatur, quia illud erat vas factum in modum emispherij ad continendū aquas, vt ibi lauarentur sacerdotes, qñ ministrare deberēt, & nunc volebat Achaz, ꝙ non esset in eo aqua, vt lauarentur sacerdotes, quia intendebat, ꝙ non seruarentur aliquæ cęremoniæ cultus diuini, s̄m legē, & ad hoc cōueniebat deponi mare de bobus, & poni super pauimentum, quia tunc non posset tenere aquā: ēt significaret, ꝙ iam erat inutile, & contēptibile ad nullum vsum proficiens. Introitū autē tem-

K pli clausit, p quem rex intrabat ad significandum, ꝙ nolebat iam introire, sed volebat constituere altaria in alijs locis: nā in oībus angulis Ierusalem fecit altaria. Et incepit contēptus Dei in Achaz hoc modo, ꝙ prius abstulit vasa sacrę ministrationis, vt non ministraretur in eis: deinde cōfregit oīa illa: postea clausit portas templi, vt nullus posset illuc introire, & accepit thesaurum domus Dñi: deinde fecit altaria in oībus angulis Ierusalem, & in oībus ciuitatibus Iuda. De primo patet hic: de scđo patet 2. Parali. 28. direptis itaq; Achaz oībus vasis domus Dei, atque ꝯfractis, clausit ianuas tēpli Dei,& fecit sibi altaria in vniuersis angulis Ierusalē, in omnibus quoque vrbibus Iuda extruxit aras ad cremandum thus.

Achaz

Achaz an fecit prędicta propter regem Assyriorum. Quæstio XVII.

Prima ratio con. Secunda ratio. Tertia rō. QVAERETVR vlterius, quomodo fecit omnia ista Achaz pp regem Assyriorum. Et primo patet, ꝙ non fecerit pp illum: quia ipse fecit altare ad similitudinem altaris Damasci. supra in litera, & tamen Damasceni erant Syri, & non assyrij: ergo non fecit pp regē Assyriorum. Secūdò patet, quia 2. Paralip. 28. dixit Achaz: Dij regum Syriæ auxiliantur eis, quos ego placabo hostijs, & tunc fecit eis altare. Tertio patet, quia non proficiebat ad aliquid ipsi regi Assyriorum, ꝙ Achaz coleret aliquos Deos, vel ꝙ mutaret vasa cęremoniarum Domini.

B Respondendū, ꝙ fecit omnia ista Achaz pp regē Assyriorum, vt adularetur sibi: nam rex Assyriorū colebat idola: voluit ergo Achaz colere idola, sicut ille, & sic dirigeret eum, quia erat sibi similis in modo colendi, & pp eum dimiserat ritum gentis suæ, vt coleret Deos, quos colebat rex Assyriorū. Hoc autem erat, quia Achaz ponebat totam spem suā in rege Assyriorum, & volebat ei per omnia complacere. Vel potest dici, ꝙ rex Assyriorum dixerat ipsi Achaz, quòd coleret Deos, quos ipse colebat, & propter hoc reliquit cultū Dei abijciēdo vasa eius. Vel potest dici, ꝙ hoc fecit Achaz increpitus ab aliquibus de Syris, & Assyrijs, qui irridebant Deum Iudeorum, & colebant aliquid, quod non videbatur: cum cęterę gentes colerent Deos, quos videbant. Sic enim aliqui de Poetis, & antiquis sapientibus irriserunt cultum Hebręorum, vt patet per Iuuenalē in satyra, quæ incipit.

Plurima sunt Fuscinæ fama digna sinistra.

In qua & in sequenti satyra reprehendit varios ritus gentium, & dicit ibi: de Iudeis:

Quidam sortiti metuentem Sabbatha patrem.
Nil præter nubes, & cęli numen adorant.
Nec distare putant humana carne suillam:
Qua pater abstinuit mox, & præputia ponunt:
Romanos autem soliti contemnere leges.
Iudaicum ediscunt, & seruant, ac metuunt ius tradidit arcano.
Quodcunque volumine Moyses,
Et irridentur ibi de custodia Sabbathi, cum dicitur:
Sed pater in causa est, cui septimana quæque,
Fuit lux ignaua, & partem vitæ non attigit vllam.

Sic fortè nunc Achaz communicans cum gentilibus, & irrisus ab eis propter cultum Mosaicum cępit dimittere cultum Dei, & sequi vias Gentiliū, & sic complaceret regi Assyriæ. Ad primam rationem in contrarium dicendum, ꝙ non fecit omnia ista propter regem Assyriorum, sed solum amouit vasa sancta de loco suo, & fecit, ꝙ non fieret in eis aliqua ministratio, & etiam clausit templum, & tamen altare nouum non fecit propter regem Syriæ, sed propter Deos Damasci: quod satis apparet ex litera: nam solum litera refert ad regē Assyriorum istas amotiones vasorum de locis suis, & clausionē templi. Ad secundam rationem, quæ coincidit cū prima, dicendum, ꝙ primum motiuum Achaz recedendi à cultu Dei fuit propter Deos Damasci: qa illi adiuuabant reges Syriæ, & putauit Achaz, ꝙ ēt adiuuarent eum: ideo voluit colere eos: Deinde autem voluit complacere regi Assyriorum, & ꝑpter eum abstulit cultum Domini. Ad tertiam rationem dicendum, quòd quanquam non esset aliqua vtilitas regi Syriæ, quòd Achaz relinqueret cultū Dei: tamen fortè gaudebat in hoc, quia inter amicos debet esse concordia, & potissimè circa ea, quæ sunt præcipua in vita, vt patet. 8. Ethic. & quia cul-

(margin: Ad primā rōnē in cōtrarium. Ad secundam. Ad tertiā.)

A tus Dei est de maximis operibus hominis: amici debent concordare circa vnitatem cultus. Patet hoc, quia 8. Ethicorum dicitur, quòd Dijs, & parentibus non possumus reddere æqualia, & cōparatur obligatio, quæ est ad Deum obligationi, quæ est ad parētes, & tamē ad parentes est obligatio maxima: ideo etiam secundum positionem Gentilium, qui non cognouerunt veram deitatem, obligatio ad cultū Dei est de maximis, & tamen inter amicos debet esse concordia circa res maximas, vt patet octauo Ethic. ideo cum Achaz vellet esse amicus regis Assyriorum, volebat concordare cum eo in modo colendi, & quia rex Assyriorum colebat idola, voluit deserere cultum Dei, vt coleret idola, sicut ille, & in hoc putabat, quòd ei magnū obsequium præstaret, quanquam non sequeretur aliqua vtilitas in pecunia. *Reliqua autem verborum Achaz, & omnia, quæ fecit.* Scilicet, non habentur hic omnia gesta, & dicta sua, sed in alijs libris. *Nonne hæc scripta sunt in libro Sermonum regum Iuda?* Quasi dicat, ibi scripta sunt cū gestis aliorum regum Iuda, secundo Paralipom. 28. habētur alia gesta Achaz: & tamen adhuc ibi non habentur completè, ideo remittitur ibi ad librum Sermonum regum Iuda, sicut hic remittitur, & ex hoc apparet, quòd liber Sermonum regum Iuda non est liber Paralipomenon, sicut aliqui imperiti existimant. *Dormiuitque Achaz cum patribus suis.* Idest, mortuus est, sicut patres sui: & mortuus fuit

C morte naturali: nam non perijt in bello, nec etiam per insidias occisus est, sicut quidam alij de regibus Iuda. Vixit autem iste rex modico tempore, scilicet, triginta, & sex annis: nam viginti annorū erat, cum regnare cępisset, & decem, & sex annis regnauit, supra in litera. Deus enim fecit, quòd cito moreretur, quia impius erat. *Et sepultus est cum eis in ciuitate Dauid.* Erat ciuitas Dauid castrum montis Sion, & ibi erat locus factus pro sepulchris regum, & sepulchra ab antiquo condita, in quibus tumularentur, & in ipso castro sepultus est Achaz. *Et regnauit Ezechias filius eius pro eo.* Iste erat maior de filijs Achaz superstitibus: nam aliquos lustrauerat per ignem, scilicet faciendo de eis holocaustum Dęmonibus,

D vt supra declaratum est, & in bello aliqui perierāt, vt patet de vno eorum secundo Paralipomenon vigesimooctauo. Iste autem Ezechias fuit rex bonus valde dissimilis patri suo Achaz: quia ille fuit nimis idolatra, & iste fuit valde religiosus, de quo infra 18. vsque ad 21.

Achaz an sepultus fuerit cum patribus suis. Quæstio XVIII.

QVAERETVR, quomodo dicitur hic, ꝙ sepultus est Achaz cum patribus suis in ciuitate Dauid: quia 2. Paralip. 28. dicitur contrarium, scilicet, dormiuit Achaz cum patribus suis, & sepelierunt

E eum in ciuitate Ierusalem: neque enim receperūt eum in sepulchris regum Israel, & sic videtur, quòd non est sepultus cum patribus suis.

Respondendum, quòd Achaz sepultus est in ciuitate Dauid, scilicet, in castro montis Sion, sicut hic dicitur, & tamen non fuit in sepulchris regum, quæ erant facta ab antiquo pro regibus, in quibus ipsi sepeliebantur: & sic dicitur secundo Paralipomenon vigesimooctauo, quòd non receperunt eum in sepulchris regum Israel, idest, regū Iuda. Factum est tamen quoddam sepulchrum pro Achaz in agro, in quo erant facta sepulchra pro regibus, ne ipse sepeliretur in eodem sepulchro, in quo sepeliebantur reges. Et dato, quòd sepeliretur

tur aliquis circa sepulchra regũ in agro, in quo illa erant, dum tamen nõ sepeliretur in ipsis sepulchris, quæ erant ab antiquo facta pro regibus non habebatur in honore regali. Sic n. erat de alijs regibus, ꝙ mali erãt, vel ignominiosi, quia sepeliebantur in ciuitate Dauid. s. in loco, in quo erant sepulchra aliorum regum, & tamen non sepeliebantur in sepulchris ipsorum regum. Sic patet de Ioram, de quo dicitur supra 8. ꝙ sepultus est in ciuitate Dauid, & tamen 2. Paralip. 21. dicitur, ꝙ non fuit sepultus in sepulchris regum. Sic etiam de rege Ioas dicitur sup. 12. ꝙ sepultus est in ciuitate Dauid, & tamen 2. Paralip. 24. dicitur, ꝙ non sepultus est in sepulchris regum. Dicendum, ꝙ non fuit aliquis rex, qui nõ sepeliretur in ciuitate Dauid quantũcunque malus esset, & in hoc dabatur ei aliquis honor regius, & tñ illi, qui valde mali erant non sepeliebantur in sepulchro facto pro regibus, sed in agro quodam in circuitu illius sepulchri, & fiebãt pro eis sepulchra noua, sicut dicitur de Ozia 2. Paralip. 26. ꝙ sepultus est in agro regalium sepulchrorum, eo ꝙ leprosus esset. Sic etiam de regibus malis dr̃, ꝙ sepulti sunt in ciuitate Dauid, sed non in sepulchris regum, vt patet de Ioram 2. Paralipo. 21. & de Ioas eod. lib. c 24. Cum aũt dr̃, ꝙ sepultus est cum eis, non est intelligendum in eodem sepulchro, sed sepultus est in eodem agro Achaz autem non fuit receptus in sepulchris regum: quia malus rex erat, & prophanauit totum cultũ Dei, & pp ipsum secuta sunt multa mala in populo. s. afflictio à rege Syriæ, & Israel, & populus dedit ei hoc in pœnam ꝙ non reciperet eum in sepulchris regum: & fortè non fecit ei exequias funeris, sicut pro regibus. Sic. n. fuit de rege Ioram. 2. Paralipo. 21. s. mortuus est infirmitate pessima, & non fecit ei populus secundum morem combustionis exequias, sicut fecerat maioribus eius.

Oẽs reges sepeliebãtur in ciuitate Dauid non tamen in sepulchro facto ꝓ regibus.

CAPITVLVM XVII.

ANNO duodecimo Achaz regis Iuda regnauit Osee filius Ela in Samaria super Israel nouem annis. Fecitque malum coram Domino: sed non sicut reges Israel, qui ante eum fuerãt.

Descripta est in præcedentibus regis Achaz multiplex præuaricatio, hic ponitur consequenter regum Israel terminatio, & hoc fuit, quia ista terminatio fuit aliquo modo in tempore Achaz saltem quantum ad causam suam, scilicet, ad regem Osee, qui præstitit aliquam causam huic teminationi, & diuiditur in duo: quia primò ponitur Israelitarum de terra sua translatio: secundò habitatorum alienigenarum introductio ibi: *Adduxit autem rex.* Prima in duas, quia primò ponitur Israelitarũ translatio: secundò translationis multiplex ratio ibi: *factum est autem.*

An ordo continuus sit sine tempore intermedio.
Quæstio I.

QVAERETVR circa primũ, an ea, quæ habentur hic, sint continuata ad præcedentia, & an fuerint immediatè post illa, vel interiecto tempore. Ad primum dicendum, quòd potest intelligi dupliciter continuatio. Vno modo, ꝙ fuerint ista facta postquam completa sunt omnia præcedentia. Alio modo, quòd quanquam nõ fuerint facta post completionem illorum: tñ illa saltẽ fuerint incepta ante ista. Primo modo intelligendo, falsum est: quia non fuerunt ista facta completis omnibus præcedentibus: quia præcedenti c. dicitur de morte Achaz, & tñ priusquam ipse moreretur cęperunt ea, quæ habẽtur hic: quia ista cęperũt anno duodecimo Achaz, vt patet in litera, & tamẽ Achaz regnauit annis decem, & sex: præcedenti. c. ergo saltem quatuor annis antequam finirentur illa inchoata sunt hæc: ideo dicendũ, ꝙ ista sunt continuata ad præcedentia secundo modo. s. ꝙ illa cœperunt ante ista. Quod patet: quia præcedenti c. agitur de inchoatione regni Achaz, & tamen ea, quæ habentur hic cęperunt anno duodecimo regni Achaz, ideo cęperunt duodecim annis illa ante ista. Ad secundum patet responsio ex dictis, scilicet, ꝙ non solum nõ interciderũt aliqua inter illa, & ista, sed etiam ista pro aliquo tp̃e fuerunt simul cum illis s. quatuor annis ab ãno duodecimo regis Achaz vsque ad decimum sextum, qui fuit finis regni eius.

Anno duodecimo Achaz regis Iuda regnauit Osee filius Ela. Iste Osee fuit vltimus rex Israel: qa eo viuẽte trãslati sunt Israelitę in terram Assyriorum, & etiam ipse cum illis translatus est: iste fuit, qui occidit Phacee filiũ Romelię, & regnauit pro eo supra 15. *Super Israel nouem annis.* Iste regnauit super Israel, quia rex fuit Israel, & regnauit in Samaria: quia ibi erat metropolis, & sedes regni Israel. Vocatur autem filius Ela ad differentiã Osee prophetæ, qui fuit primus in minoribus. Nam ille vocatur Osee filius Beeri, vt patet Osee primo: regnauit autem nouem annis Osee, & sic regnum suum finitum est in principio anni sexti Ezechiæ regis Iudæ. Nam cępit regnare finito anno duodecimo Achaz: iõ manebant quatuor anni, quibus simul regnarent Achaz in Iuda, & Osee in Israel: deinde manebant quinque anni ad complendum nouem annos regni Osee, & istis quinque annis simul regnauerũt Ezechias in Iuda, & Osee in Israel, & sic oportet, ꝙ in principio anni sexti Ezechię cessauerit regnum Osee, & tunc trãslati sunt Israelitæ ad terram Syrorum.

Osee rex Israel quo anno Achaz regnare cępit. Q. II.

QVAERETVR, quomodo dr̃ hic, ꝙ regnare cępit Osee sup Israel anno duodecimo Achaz: quia videtur, ꝙ cęperit regnare anno quarto eius. Qđ patet, quia Osee occidit Phacee filium Romelię anno vigesimo Ioathan, sup. 15. & tñ annus vigesimus Ioathan erat principiũ anni quarti Achaz, vt declaratũ est ibidẽ: ideo tunc cępit regnare Osee. Secundo patet, qa Achaz cępit regnare anno 17. Phacee filij Romelię, præcedenti c. & tñ Phacee regnauit solũ viginti annis, supra 15. ideo solũ supererant de regno Phacee tres anni, qñ cępit regnare Achaz: & tñ Osee regnauit immediatè post Phacee: qa ipse occidit illũ, vt regnaret pro eo, supra 15. ergo anno quarto Achaz in principio cœpit regnare Osee in Israel. Rñdet Historia scholastica dicens, ꝙ in istis varietatibus annorũ possumus gñaliter tripliciter concordare: primo ꝑ Synodochem: secundo per hoc, ꝙ aliqui reges regnauerunt simul cũ patribus suis. Tertiò dicendo, ꝙ aliqñ regna carebãt regibus. Sed dicẽdum, ꝙ primus modus non applicatur ad præsens, quia ille est qñcunq; cõputantur aliqui anni inchoati pro cõpletis, & sic accipit̃ pars anni pro anno: istud tñ nõ põt causare in vno rege nisi errorẽ vnius anni, vt porè, si dicamus, ꝙ aliqs regnauit viginti annis, poterit esse, ꝙ ille nõ regnauerit nisi 19. & 9. annis, & 2. mensibus, & illi duo mẽses ꝯputãtur pro

Scholastica historia refellitur.

pro vno anno, quia est annus inchoatus, & tamē nō potest esse error in pluribus annis: hic autem est varietas in nouē annis: quia dr̄, ꝙ cępit regnare anno duodecimo Achaz: & tamen ſm computationem, quę fiebat, oportebat, ꝙ cępisset regnare anno quarto Achaz: ideo nō potest hoc tolli per Sinodochē. Secunda solutio nō stat. s. per hoc, ꝙ aliqui reges regnauerunt per se, & aliqui cum patribus suis, & per se, & in istis aliquando computantur soli anni, quibus per se regnauerunt, & aliquando anni, quibus per se, & cum patribus suis regnauerunt, & sic deberet dici, ꝙ computando ab illo tēpore, quo Achaz per se regnauit, dicetur esse annus quartus regni eius qn̄ cępit regnare Osee. computando autem à tempore, quo regnauit cū patre, esset annus duodecimus regni eius. Sed istud non stat, quia præcedenti. c. dicitur, ꝙ cępit regnare Achaz anno decimoseptimo Phacee, & intelligitur necessariò de tempore, quo per se regnauit, & tamen dicitur ibi, ꝙ regnauit annis decem & sex: ergo isti decem, & sex sunt computandi à tempore, quo cępit regnare post patrem: quia tota litera, quæ sub vno contextu est, debet referri ad eundem sensum. Hoc tn̄ non stat, qa tunc superuiueret Achaz post mortē phacee annis tresdecim, & sic non posset Ezechias filius Achaz regnare anno tertio regni Osee, sed essent translati de regno eius tresdecim anni, vel esset mortuus Osee, antequam inciperet regnare Ezechias, & tamē sequenti c. dicitur, ꝙ cępit regnare Ezechias anno tertio Osee: ergo postquam cępit regnare Osee, nō supererant de regno Achaz, nisi tres anni, & sic nō potest solui dubium per hoc, ꝙ aliquo tpe Achaz tum patre regnauerit, & aliquo tēpore per se. Tertia solutio erat, ꝙ regnum mãserit aliquanto tēpore sine rege, & tunc fluxerint isti anni. s. ab anno tertio Achaz, in quo occisus est Phacee vsque ad annū duodecimum eius. Sed istud non est valde verisimile, quia Osee occidit ipsum Phacee, vt regnaret pro eo: nō est ergo verisimile, ꝙ occiso Phacee, octo, vel nouem annis non curaret regnare Osee. Nicolaus rn̄det aliter secundū quosdam, vno modo, ꝙ cęperit regnare Osee immediatè post mortē Phacee, & tamen pugnauit octo, vel nouē annis contra amicos Phacee, qui non permittebant ipsum regnare, & occidit illos, vel fugauit de terra, & tunc pacificè ipse regnauit. Alio modo dicit, vt volunt alij, ꝙ incępit regnare Osee quarto anno Achaz mox, vt occisus est Phacee, & tamen quia tunc soluebat tributa regi Assyriorum, non computatur regnū suū, & postea anno duodecimo Achaz recessit à solutione tributorum, & tunc incępit computari regnū. De isto secundo modo dicendum, ꝙ non stat: quia dato, ꝙ solueret tributa regi Assyriorum, non propter hoc subticerentur anni regni sui: quia de Manaem dr̄ supra quintodecimo, ꝙ singulis annis soluebat regi Assyriorum mille talēta argēti, & tamē non subticentur aliqui anni eius. Secundo patet, qa non est verum, ꝙ ab anno duodecimo Achaz recesserit Osee à tributis regis Assyriorum: quia in litera dr̄, ꝙ regnauit Osee anno duodecimo Achaz, & postea sequitur, ꝙ erat seruus regis Assyriorum, & soluebat tributa: ergo post duodecimum annū regis Achaz adhuc soluebat tributa. Alij autem dicent, ꝙ fortè mansit regnum pro octo, vel nouem annos sub administratione aliorum antequam inciperet Osee administrare, & illud tp̄s non computatur ei. Sic. n. fuit de Ozia, qui quatuordecim annis ferè post mortem Amasię patris sui mansit sine administratione regni, & gubernabatur regnum per alios, vt declaratum est sup. 15. Dicendū tn̄, ꝙ non

[Margin: N. Lyra. ... nō ...] [Margin: ... all. ... cō. ...]

A stat: quia illud solū erat, qn̄ succedebat aliquis legitimè in regno, & pp paruitatem ętatis non poterat administrare, gubernabant alij quousq; veniret ad ętatem, in qua posset administrare, & tamē hic nō erat aliquid horum: nam Osee non succedebat legitimè ipsi Phacee ad hoc, ꝙ seruaretur sibi regnū p aliquos gubernatores, sed potius ipse occidit illum. Secundò: quia Osee non erat paruulus, sed vir magnus potens administrare regnum, cùm ipse fecisset coniurationē cōtra Phacee, & occidisset ipsum, quod non poterat facere, nisi esset vir magnus.

Ideo dicēdum, ꝙ Osee poterat regnare, & regnauit, immediatè, vt occidit ipsū Phacee, & tamen nō computantur oēs anni medij sub regno eius, quia B ipse nō fuit pacificus in regno mox, vt occidit Phacee, sed pugnauit contra amicos eius aliquanto tēpore, & tunc non erat regnum suum pacificū, nec potuit illud pacificare vsque ad octo, vel nouē annos, & tunc, cum in pace esset, dicebatur cępisse regnare: sic enim fuit de Amri, qui regnauit post Zãri, & tamen quia factus est rex in discordia, & alius nomine Thebin etiam factus est rex, fuerunt aliquot annis in bello, & illi anni non computantur sub regno Amri. s. qa non dicitur regnasse vsquequo mortuus est Thebin, & cępit ipse pacificè regnare, vt patet præcedēti lib. c. 16. & ibi declaratum est. *Fecitque malum coram Domino.* s. coluit idola: quia istud est malum, quod faciebant reges Israel: omnes enim fuerunt idolatræ. *Sed non sicut reges Israel, qui fuerunt ante* C *ipsum.* s. quanquam coluerit idola, tamen nō viguit tantum in cultu eorum, sicut reges præcedentes: Et in hoc aliquo modo laudatur Osee, quia culpa sua erat minor, quàm aliorum regum. [Margin: Respōsio auctoris.]

Quomodo Osee non fecit tantum malum coram Domino, sicut prædecessores. Quæst. III.

QVAERETVR, quomodo Osee non fecit tantum malum coram Dn̄o, sicut alij reges Israel, qui fuerunt ante eū. Rn̄det Nicolaus, & Hebręi, ꝙ iste dedit licentiā Israelitis de regno suo, vt possent ascendere in templū Dn̄i in Ierusalem in festiuitatibus tribus secundum legem, & hoc non per- D miserant alij reges Israel: nam Ieroboam, qui fuit primus post diuisionē, posuit custodias in montib⁹, & in vijs, per quas transituri erant Israelitę ad eundum in templum, vt si aliquis transire vellet, occideretur: iste autem permisit. Dicunt autem, ꝙ fuit ratio: quia ante hoc Israelitę non permittebantur ire ad templum Domini, vt colerēt vitulos aureos, quos fecerat Ieroboam, & tamen iam tulerant reges Assyriorum vitulos aureos de terra Israel in terram suam, & non manebat quid colerent Israelitæ: ideo permittebantur ire ad templum Domini: quãquam aliqui dicunt, ꝙ non tulit rex Assyriorum vitulos aureos, quos fecit Ieroboā, sed sacerdotes occultauerunt illos, & fecerunt alios vitulos opertos E laminis aureis, qui tamen non erant de auro.

Ista positio satis est rationabilis, sed magis videt̄ dicendum, ꝙ Osee fecit malum coram Domino, & non sicut reges Israel, qui præcesserant eum. s. quia ipse non fuit diligens circa cultū idolorum, sicut p̄decessores sui, vel fortè quia abstulit cultū quorundā Deorum de terra, relinquendo cultū aliorū. Sic enim fecit Ioram filius Achab: nā abstulit cultum Baal, & tn̄ coluit vitulos aureos, sic dr̄ supra 3. ꝙ Ioram fecit malū coram Dn̄o, sed nō sicut pater suus, & mater sua: tulit. n. statuas Baal, quas fecerat pater eius: verum tn̄ peccatis Ieroboam adhęsit. Si autē diceret̄, ꝙ Osee ꝑmitteret populū ire ad tēplū Dn̄i ad festiuitates, non solū minuebat idolatriam, sed

videbatur eam auferre penitus, quia cōcedebat cultum Dei, cum quo non poterat stare idolatria. Itē non videtur hoc stare, quia secundum hoc diceremus, quòd Israelitę cessauissent à cultu vitulorum antequam auferrētur de terra sua, & inducerentur in Assyrios: & tñ falsum est: quia infra in litera dicitur, ꝙ ambulauerunt filij Israel in peccatis Ieroboam, & non recesserunt ab eis vsque quo auferret Dominus Israel à facie sua. Dicendū ergo sicut supra. *Contra hunc ascendit Salmanasar rex Assyriorum.* Erat iste Salmanasar alius rex ab illo, qui vocatur Thegathphalasar, vt probatū est supra 15. Isti tres reges Assyriorum oppresserunt Israelitas. s. Phul Theglathphalasar, & Salmanasar: nam Phul subiugauit Israelitas tributo quolibet anno accipiens talenta mille, supra 15. Thegathphalasar tributa accepit à regibus Israel, & etiam captiuauit magnam partē Israelitarum: vt patet eodem cap. Salmanasar autem captiuauit reliquos Israelitas, quos non captiuauerat Thegathphalasar. *Et factus est ei Osee seruus reddebatque illi tributum.* Non fuit factus seruus eius simpliciter, sed solum quantum ad tributa soluenda, quia non potuit Osee resistere regi Assyriorum: ideo voluit seruire ei sub tributo. *Cunque deprehendisset rex Assyriorum Osee.* Idest, Salmanasar deprehēdit, idest, inuenit Osee in crimine, quia moliebatur recedere à tributis, quæ soluebat regi Assyriorum, & non accipitur deprehendere pro capere, vel tenere in vinculis: quia non tenuit eum, quousque pugnauit contra Samariam, & cœpit eam: vt patet in litera. *Quòd rebellare nitens misisset nuncios ad Sua regem Aegypti, ne præstaret tributa regi Assyriorum.* Volebat Osee rebellare regi Assyriorum non præstando tributa, & quia non putabat se solum posse resistere misit nuntios ad regem Aegypti: nam ille præstabat tributa regi Assyriorum, & voluit, ꝙ ambo rebellarēt, quia ambo poterant defendere se contra regē Assyriorum, & vnus eorum non: & hoc potissimè, qa erant isti duo reges vicini: nam termini terræ Israel sunt propinqui terminis Aegypti. Et iste rex Aegypti vocabatur Sua, vel Sue, vt alij scribunt, & est nomen proprium. Sic enim patet Gen. 38. scilicet, vidit ibi filiā hominis Chananęi vocabulo Sue. *Sicut singulis annis solitus erat.* Scilicet, rex Aegypti solitus erat singulis annis præstare tributa regi Assyriorū, & ad hoc dissuadebat Osee. *Obsedit eum, & vinctum misit in carcerem.* Non refertur hoc ad Osee regē Israel, sed ad regē Aegypti: illum enim obsedit Salmanasar in terra sua, & tenuit, posuitque in carcere: nā Osee non tenuit vsque quo pugnauit postea cōtra Samariam, & cępit eam, vt patet in litera, & sequēti cap. *Peruagatusque est omnem terram.* Scilicet, Salmanasar postquā pugnauit contra regem Aegypti, & incarcerauit eum peruagatus est terram Aegypti, vt videret, si esset aliqua ciuitas rebellans: etiā peruagatus est terram Israel, quia illa nitebatur rebellare. *Et ascendens Samariam obsedit eam.* Tribus annis inuenerat Salmanasar, ꝙ Osee Rex Israel conabatur recedere ab ipso, & fortè iam denegauerat tributa: ideo ascendit cōtra Samariam ad pugnandum: qa ista erat metropolis regni, & ibi erat Osee, & obsedit eam tribus annis. s. durauit obsessio tribus annis, & in fine tertij anni capta est, & tunc erat annus nonus Osee, & erat etiam annus septimus, quando cępit ista obsidio, & factum est istud regnante Ezechia: nam anno quarto Ezechiæ obsedit Salmanasar Samariā, vt patet sequenti c. *Et transtulit Israel in Assyrios.* Scilicet, post tres annos cępit vrbem, & regem, & alię vrbes regni non restiterunt, cum iam captus esset rex, & metropolis regni: ideo in fine il-

F lorum trium annorū omnes Israelitæ translati sūt in Assyrios. Et intelligitur de illis, qui remanserant in terra post captiuationem Thegatphalasar. Nam ille captiuauit Duas tribus, & dimidiam. 1. Paralip. 5. Et insuper tribum Nephtalim cū terra Galileę, & quibusdam alijs vrbibus supra 15. Reliqui verò, qui manserunt in terra trāslati sunt per Salmanasar in Assyrios. *Posuitque eos in Hala, & in Abor iuxta flumen Gozam.* Ista est terra, in qua collocati sunt Israelitæ translati de terra sua, & sunt ista nomina ciuitatū, in quibus collocati sunt, vel sunt magis nomina fluuiorum, inter quos collocati sunt: sic dicitur sequēti c. s. Collocauit eos in Hala, & in Abor fluuijs Gozam. & tamen 1. Paralipo. 5. ponitur aliud nomen

G scilicet Hala, & Abor, & Ara, & etiam est nomen fluuij sicut hic. *In ciuitatibus Medorum.* Idest, collocati fuerunt in ciuitatibus Medorum Israelitę.

Regnum Israel translatum in Assyrios p Salmanasar.

An repugnat, quòd Israelitæ fuerint translati in Assyrios, & quòd fuerint in vrbibus Medorum. Quæst. IIII.

QVAERETVR, quomodo stat ista litera, qa dicit, ꝙ translati sunt Israelitæ in Assyrios, & ꝙ fuerunt in vrbibus Medorum, & tñ vī, ꝙ non poterant esse, nisi in vrbibus Assyriorum. Aliquis dicet, ꝙ Assyrij, & Medi idem sunt, ideo cū essent Israelitæ in ciuitatibus Assyriorum erant in ciuitatibus Medorum, & è contrario. Sed dicendū

H ꝙ non stat, quia Assyrij, & Medi, non sunt eadē gēs, quia regnum postquam translatum est ab Assyrijs traditum est Medis, & Persis, & non esset hoc si eadē gens esset Medorum, & Assyriorum. Dicendum ergo, ꝙ duæ gentes sunt Medorū & Assyriorū, & sūt coniūctæ regiones earum: tpe autem, quo regnabat Salmanasar, & prædecessores sui monarchia totius Asię ferè erat penes Assyrios. Et sic Assyrij dominabantur Medis, & quia terra Medorum erat coniuncta terræ Assyriorum transferebant reges Assyriorū gentes, quas captiuabant in terram Medorum: quia illa sua erat, sicut terra Assyriorum.

Deus Quare misit Salmanasar contra regem Israel, cum tamen peccauerit minus, quàm alij. Quæst. V.

I QVAERETVR vlterius, quare Deus misit Salmanasar contra Osee regem Israel, cum ipse minus peccasset, quàm alij reges Israel: quia dicitur hic, ꝙ fecit malum coram Dño, sed non sicut reges Israel, qui fuerant ante eum. Dicendum, ꝙ Osee bene merebatur, ꝙ mitteretꝰ ꝯ eū Salmanasar, & ducerēt captiuus in terrā Assyriorū, quia peccauit contra Dñm, & etiam violauit fidem datam regi Assyriorum: & tamen verum est, ꝙ alij reges præcedentes merebantur potius captiuari, quàm Osee. voluit tamen Deus, ꝙ captiuatio fieret tempore Osee, qa non fiebat ista captiuatio præcipuè ꝑꝑ peccata re-

K gis, sed magis ꝑꝑ peccata populi, & tñ populus nūc merebatur potius captiuari, quā tpe præcedentiū regū. Ratio est, qa peccatū Israelitarū tanto maius erat, quanto diutius expectati nō conuertebantur, & tñ tpe regis istius diutius expectati fuerant quàm tpe aliorū regum, cū à principio peccare cepissent, & semꝑ peccarēt: ideo nunc potius captiuādi erāt. Istud innuit infra in litera. s. ꝙ Israelitæ trāslati sunt in Assyrios: non quidē, quia peccauerunt, sed qa sępè Ammoniti ꝑ prophetas, & diutius expectati cōuerti noluerūt. Nec ēt est inconueniēs, ꝙ pęna infe ratur tēporaliter illis, qui minus peccauerūt, & nō illis, qui plus peccauerunt: dū tñ illi, qui minus peccauerunt pęnā mereantur, quæ eis infligitur. Sic patet

ter de Achab, & de filio suo Iorã: nã Achab peccauit super omnes reges præcedenti lib.c.27.& 21.Ioram autẽ minus peccauit, qa supra 3. dr̃, ꝙ fecit malum coram Dño, sed non sicut pater suus, & mater: quia abstulit statuas Baal, quas illi fecerant: & tamẽ pœna domus Achab inflicta est tempore Iorã, præcedenti lib. capitu. 21. & ipse occisus, & tota domus Achab. simul perijt, supra 9. & 10. merebatur tamen Ioram pœnam illam, quę inferebatur sibi, licet potius mereretur eam pater suus Achab, dispensatio tamen pœnæ temporalis pendet à voluntate Dei, sicut videt expedire: quia quibusdam minus peccãtibus maiores hic infligit cruciatus: alijs verò durè peccantibus interdum temporaliter ignoscit: sed in futuro secus est: quia ibi plena ratio est habenda de omnibus gestis. Ideo dato, ꝙ ista captiuatio solũ venisset propter peccata Oseę: non erat inconueniens nunc illam infligi, & non tempore aliorum regum, qui magis peccauerant.

Quot anni fluxerunt à diluuio, & à principijs aliarum terrarum, quando fuit ista captiuitas Israelitarum per Assyrios. Quæst. VI.

QVAERETVR vlterius de tempore, quo ista captiuitas fuit. Respondet Iosephus nono Antiq. ꝙ fuit post annos nongentos, & quadraginta, & septem à tempore, quo egredientes de Aegypto inceperant tenere terram istam sub principe Iosue, & annis ducentis, & quadraginta, & mẽsibus septem, & diebus septem, postquam diuisum est regnum domus Dauid recedentibus decem tribubus à Roboam filio Salomonis. Sed dicendum, quòd ista summa Iosephi non conuenit sacrę scripturę, cum ipse ponat nongentos quadraginta septem annos à tempore, quo cęperunt Israelitę possidere terram istam vsque ad diem, quo reliquerunt eam, & tamẽ non reperientur tot anni: nam ab exitu de Aegypto vsque ad fabricationẽ templi fuerunt anni quadringẽti octoginta, & fuit ista in principio anni quarti regni Salomonis, vt patet præcedenti lib.c.6 sed ab illo tempore vsque ad diẽ, quo translati sunt Israelitæ de terra computando istud per annos regum Iuda erunt trecenti, demptis tribus. Quod patet, quia regnauit quadraginta annis Salomon, præcedenti lib.c.11. Roboam verò annis decem, & septem eo.lib.c.14. Abias autem annis tribus, eo.lib.c.15. Asa verò annis quadraginta vno, e. cap. Iosaphat aũt annis viginti quinque, eo.li.c. vltimo: Ioram verò annis octo, supra 8. Ochozias verò anno vno, eo.c. Athalia verò annis sex, eo. lib. c. 11. Ioas verò annis quadraginta, eo.li.c.12. Amasias autem annis viginti nouẽ, eo lib.c.14. Ozias aũt annis quinquaginta duobus, supra 15. Ioathan verò annis decem, & sex, eo.c. Achaz verò totidem, præcedenti c. Ezechias autem sex annis regnauerat, qñ facta est ista transmigratio sequenti c. qui sunt anni trecẽti, & subtrahendi sunt tres, quibus regnauerat Salomon, qñ cępit ędificare templum Dñi, & sic erunt simul anni septingenti, & septuaginta, & septem ab exitu de Aegypto vsque quo decem tribus translatæ sunt de terra sua in Assyrios, si autem computetur à tempore, quo cęperunt Israelitæ possidere terram Chanaan transito Iordane erunt annis septingenti triginta septem, quibus manserunt decem tribus in terra Chanaan subtrahẽdo de numero priori quadraginta annos, quibus manserunt Israelitæ in deserto. Differentia autem est, quia Iosephus interdum computat plures annos, quàm sacra scriptura: nam ab exitu de Aegypto vsq; ad ędificatio

A nem tẽpli dicitur præcedenti lib.c.6. ꝙ fuerunt anni quadringenti octoginta, & tñ Iosephus 8. Antiq. dicit, ꝙ fuerunt sexcenti, & duodecim, & sic addidit ad numerum sacræ scripturæ annos centum triginta duos, & tñ in summa annorum à diuisione regnĩ vsque ad transmigrationem istam ponit Iosephus pauciores annos, quã sacra scriptura. s. ducentos, & quadraginta, & septem menses, & septẽ dies, & tñ ex sacra scriptura colligũtur anni ducẽti sexaginta, quod patet: quia à principio regni Salomonis vsq; ad transmigrationẽ istam fuerunt anni trecenti cõpleti, vt supra inductum est, de quibus subtrahantur anni 40. quibus regnauit Salomon manebunt ducenti sexaginta: nã in principio regni Roboan facta est diuisio. s. qñ conuenit populus ad cõ

B stituendũ in regẽ ipsum Roboan: præcedẽti li.c.12. Istud aũt est, quia Iosephus interdũ non sequit̃ numeros positos in sacra scriptura, vbi nos reperimus difficultates, & intricationes annorum, ipse non curat saluare literam, sicut nos saluamus, sed ponit numerum, quẽ vult. Sciendum tñ, ꝙ ab orbe condito vsq; ad istam transmigrationẽ fuerunt anni tria millia, & quadringenta, dempto vno. A tpe verò diluuij transierant anni mille, & nongenti, vel potius mille septingenti septuaginta octo: à tpe verò, quo Abrahan venit de terra Chaldæorum in terrã Chanaan transierant anni mille trecenti, & decem, & octo, patet hoc ex computationibus, quas fecit Io- *Tps captiuationis hui' ab orbe cõdito & à diluuio.*

C sephus 8. Antiqui. ab illis temporibus vsque ad principium ędificationis templi, quibus addendo trecẽtos annos ferè. s. demptis tribus relinquuntur istæ summę annorũ, quas diximus. Sciendum vlterius, ꝙ iste Salmanasar non solum pugnauit cõtra Israelitas tempore isto, sed etiam totam Syriam, & Phęnicem pugnando inuasit: regnabat autem tunc in Tyro rex nomine Elisæus, vt ait Iosephus 9. Antiq. de his autem testatur Menander, qui temporum facta cõscripsit, & tyriorum antiquitatẽ in Gręcã linguam conuertens. sic ait: Elisæus nomine regnauit annis triginta, & sex hic recedentibus Cęthæis nauigans reduxit eos, cõtra quos denuo Salmanasar Assyriorum rex insurgens pugnauit, & cunctam Phę- *Menander historiographus.*

D nicem inuasit, qui facta pace cum omnibus post terga sua reuersus est: Recessit autẽ à Tyro ciuitas Sydon, & Archæ, & antiqua tyrus, & multæ aliæ vrbes, quæ semetipsas Assyriorum regi tradiderãt ꝑ Syros non subiectos, denuo rex aduersus eos regressus est Phœnicibus exhibentibus eis naues sexaginta, & reges octoginta, contra quos tyrij nauigantes in duodecim nauibus dispersis hostium nauibus cęperunt viros captiuos quingentos: vnde honor tyriorũ ꝑ hoc creuit eximiè. Reuertẽs autẽ Assyriorum rex disposuit custodiã super fluuium, & aquæ ductus ciuiũ, vt tyrios haurire pocula ꝓhiberent, & dũ hoc quinq; annis factũ fuisset, tulerunt de effossis puteis bibentes aquam. *Factum est.* Hic ponitur

E secundũ huius c. s. translationis Israelitarum multiplex rõ, & diuiditur in tria. Primò ponit̃ eorũ præuaricatio, secundò præuaricationis redargutio, ibi. *Et testificatus est.* Tertiò Israelitarum obduratio, ibi. *Qui non audierunt.* Circa primum dr̃: *Factum est autem cum peccassent filij Israel Domino Deo suo.* Est litera suspẽsiua, & est sensus, ꝙ postq̃ Israelitæ cęperunt peccare contra Dñm coluerunt idola. q. d. nõ fuit primũ peccatum Israelitarum in cultu idolorũ, quia istud erat maximum peccatum, sed de primo incęperũt à minoribus omittentes cęremonias legis, & Deũ remissè colentes: deinde peruenerunt vsq; ad hoc, quòd colerent idola, & istud erat grauissimum. *Qui eduxerat eos de terra Aegypti.* Istud ponitur ad

aggrauandum peccatum, per quod demonstrantur Israelitę immemores beneficiorũ Dei: nam nõ solum peccauerunt Israelitæ contra Deũ in quantum erat Deus,& legislator,sed ẽt peccauerunt specialiter:qa egerunt contra benefactorẽ suum: fuit enim maximũ beneficium, ꝙ educerentur de terra Aegypti,quia ibi erant serui,& donãdo eis libertatẽ donabat bonum maximũ,qđ homo potest habere, potissimè quia seruitus illa erat durissima:nã nõ solum vocatur seruitus, sed magis ergastulũ Exo. 6.s. ego Dñs,qui educam vos de ergastulo Aegyptiorũ, & eruam de seruitute:etiam tñ præmebãtur in seruitute illa, ꝙ non poterant ambulare erecti,Leuit. 26.s. eduxi vos de terra Aegyptiorum, ne seruiretis eis,& cõfregi cathenas ceruicum vestrarum, vt incederetis erecti, & ad signandam maximam grauitatem vocabatur seruitus illa fornax ferrea. Deu.4. scilicet: Dñs eduxit vos de fornace ferrea Aegypti. quanto ergo durior erat seruitus, tanto fuit maior ingratitudo Hebręorum recedentium à cultu Dei. *De manu Pharaonis regis Aegypti.* s. magnum beneficiũ fuit, ꝙ liberarentur de manu Pharaonis, quia ipse erat nimis durus cõtra Israelitas: nam dato, ꝙ vellent Aegyptij dimittere Israelitas, non permittebat Pharao: vnde dixerunt Aegyptij ad Pharaonẽ: vsque quo patiemur hoc scandalum? dimitte homines, vt sacrificent Deo suo. Nonne vides, ꝙ perierit Aegyptus? Exod. 10.& postquam dimiserunt Aegyptij recedere Israelitas,dixit Pharao ad eos. Quid voluimus facere, vt dimitteremus Israel, ne seruiret nobis? Exo 14.& tunc fecit,ꝙ Aegyptij psequerentur Israelitas ad cõprehendendũ eos vsque ad mare rubrum. Et sic præter hoc,ꝙ Israelitæ erãt miseri,quia erant serui Aegyptiorũ,adhuc habebãt aliã angustiã,quia habebant Pharaonẽ in Dñm,qui erat seuerus valde: ideo ad exprimendã ingratitudinem Israelitarũ, non solum debuit dici, ꝙ liberati fuerũt de Aegypto, sed etiam de manu Pharaonis. *Coluerunt iuxta ritum gentium.* s. coluerunt Deos, sicut colebant gentes: nam oẽs gentes tẽpore illo declinauerant ad idolatriam, Deus tñ vetuerat Israelitis facere secundum consuetudinem gentiũ. Leui. 18. & Deut.12. *Quas consumpserat Dominus in conspectu filiorum Israel.* i. fecerunt secundum consuetudinẽ Chananęorum: isti.n.consumpti fuerunt in conspectu Israelitarum,quia Deus occidit eos, vt Israelitę possiderent terrã,sic patet Exo.23.s. terrorem meũ mittam in præcursum tuum,& occidam oẽm populũ, ad quem ingredieris,cunctorumq; inimicorũ tuorum coram te terga vertã,emittẽs crabrones prius, qui fugabunt Heuęum,& Chananęum,& iterũ tradam in manibus vestris habitatores terrę, & eijciã eos de conspectu vestro. Nõ tantũ coluerunt Israelitæ Deos Chananęorum, sed etiam Deos aliarum Gentium. *Et regum Israel,qui similiter fecerant.* i. etiã secuti sunt Israelitę ritum regum suorum, qui fecerunt sicut Gentes colentes idola.Sciendum autem, ꝙ reges introduxerunt cultum idolorũ inter Israelitas.De cultu.n.idolorum, qui fuit tẽpore iudicũ, dicendum, ꝙ non fuit introductus ab aliquo principe: quia tunc non erat aliquis princeps, nisi iudices,& ipsi non introducebant cultum idolorũ, sed potius vetabãt.& dum ipsi viuerent,colebãt Israelitæ Dñm.quibus morientibus redibant ad idola, & iste fuit modus tpe omnium iudicũ, vt patet Iud.2. cultus tñ idolorum, qui fuit tpe regum in Iuda, & in Israel,introductus fuit ab ipsis regibus: patet de regibus Iuda. Nam antequam diuiderẽt regnũ cępit Salomon colere idola pp vxores suas,& cõcubinas,& fabricauit tẽpla idolis earũ,pcedenti lib. c.11.

F deinde facta diuisione tpe Roboam, cępit esse bonus Roboam per tres annos, dum confortauit regnũ suum postea declinauit ad idola, & populus ẽt cum illo,vt patet 2. Paralip.11.s. cunque roboratũ fuisset regnum Roboam dereliquit legem Dñi,& omnis Israel cum eo:De regibus Israel patet, qa primus eorum post diuisionem fuit Ieroboam, & ipse fecit duos vitulos aureos, & coegit populum colere illos, & non ire ad sanctuarium: præcedenti lib. c.12.ideo populus colens idola non incipiebat à se ipso,sed sequebatur ritum regum suorum.

Israelitę cum coluerint alios Deos,quàm Chananæorum tamen quare, non fit mentio nisi de eis. Quæst. VII.

G QVAERETVR, cum Israelitæ coluerint alios Deos pter Deos Chananęorũ,quare dictum est hic,ꝙ coluerint iuxta ritum gentium, quas consumpserat Dñs in ɔspectu eorũ. Patet hoc: nã Israelitæ coluerunt Deos Damascenorum, vt patet de Achaz,qui fecit altare tale,quale erat in Damasco: præcedenti cap.Et ẽt dixit: Dij Syriæ auxiliantur regibus Syriæ, quos ego placabo hostijs,& aderũt mihi 2.Paralip.28.& tamen Damasceni sunt Syri, qui non pertinent ad Chananæos, nec sunt de Gentibus,quas Deus consumpsit in cõspectu Israelitarũ. Coluerunt etiam Israelitæ Deos Babyloniorum, & Assyriorum,vt patet Ezech.23.cũ dicitur,de fornicatione Israelitarum cum Dijs Assyriorũ,& **H** Chaldęorum. Respondendum, ꝙ quanquam Israelitæ coluerint Deos aliarum gentiũ, quàm Chananęorum,tamen solum fit mentio de Dijs Chananęorũ ṗpter duo. Primò quia magis coluerunt Deos Chananęorum,quàm aliarum gentium: quia Israelitæ introierunt in terram Chanaan,& viderunt simulacra Deorũ terræ illius,& cęremonias, quibus Chananęi colebant Deos illos, & postea etiam habitantes semper inter Chananęos addiscebant cęremonias illorum.In alijs autem Dijs gentium non poterant Israelitę tantum peccare, quia non cognoscebant Deos earum,nec sciebant cœremonias cultus illorum, vnde Deus specialiter dixit de Dijs terræ **I** Chanaan, ꝙ essent Israelitis occasio mali, vt patet Iudi. 2. s. nolui delere eos à facie vestra, vt habeatis hostes,& Dij eorum sint vobis in ruinam. Secundũ fuit ad significandum maius peccatum eorum, qa quanto aliquis magis agit cõtra prohibitionẽ Dei, tanto magis peccat, & tamen Deus spetialiter vetuerat Israelitis sequi consuetudinem Chananæorum in colendo Deum:ergo sequendo Deos Chananæorũ magis peccabant,quã colendo Deos aliarum gentium. Patet hoc Leui.18.s. iuxta consuetudinem terræ Aegypti,in qua habitastis, nõ facietis, & iuxta morem regionis Chanaan ad quã ego introducturus sum vos,nõ agetis,nec in legitimis eorum ambulabitis. Sic etiam Deut.12. s. Quando disperdiderit Dominus ante faciem tuam gentes, ad quas tu ingrederis possidendas, caue ne imiteris **K** eas postquam fuerint te introeunte subuersæ,& requiras cœremonias earum dicens: sicut coluerunt gentes istę Deos suos,ita & ego colam: non facietis similiter Domino Deo vestro. Ad significandũ ergo maius peccatum Israelitarum ponitur spetialiter,ꝙ coluerint Deos illarum gentium, quæ deletę fuerunt coram ipsis. *Offenderuntque filij Israel verbis nõ rectis Dominum Deum suum.* Scilicet,offenderunt eum faciendo mala contra ipsum, scilicet, colendo idola, & accipiuntur verba pro rebus: quia sicut est cõsuetudo in sacra scriptura iuxta illud: faciam verbum, quod qui audierit tinniant ambæ aures eius, supra

Diuersa pctã Israelitarum.

supra primo libro, cap. 3. i. faciam rem mirandam, et intelligendum est, quòd Israelitæ offendebant Dominum in verbis: nam aliqui dicebāt, quòd nō proderat eis colere Deum, & ꝙ melius erat colere idola iuxta illud Iob 21. Qui dixerunt Deo: recede à nobis scientiam viarum tuarum nolumus, quis est omnipotens, vt seruiamus ei, & quid nobis prodest, si orauerimus illum? Ipsi quoque Israelitæ similia dicebāt publicè: nam quando Ieremias increpuit Israelitas, ꝙ colerent idola, dicitur Ier. 20. ꝙ responderūt omnes viri, dicentes: Sermonem, quē locutus es ad nos in nomine Domini, nō audiemus, sed faciemus verbum, quod egreditur ex ore nostro, vt sacrificemus reginæ cœli, & libemus ei libamina, sicut fecimus nos, & patres nostri, & reges nostri, & principes nostri in vrbibus Iuda, & Ierusalē, & saturati sumus panibus, & benè nobis erat, malumque non vidimus: ex eo autem, quo cessabimus sacrificare reginæ cœli, & libare ei libamina, indigemus omnibus, & gladio, & fame consumpti sumus. Dicebant etiam alia verba contra cæremonias cultus Dei, in quib. offendebatur: vt patet Mala. 2. s. Laborare fecistis Dominum in sermonibus vestris, & dixistis: In quo eū fecimus laborare? in eo, quod dicitis, omnis, qui facit malum, bonus est in conspectu Domini, & tales ei placent: aut certè vbi est Deus iudicij? Et Malach. 3. dicitur: Inualuerunt super me verba vestra dicit Dominus, & dixistis: quid locuti sumus contra te? Et dixistis: Vanus est, qui seruit Deo: & quod emolumentum, quia custodiuimus præcepta eius, & quia ambulauimus tristes coram Domino exercituum? Hęc verba, & similia erant pungitiua nimis, & offendebatur Deus in eis, & merebantur Israelitę iram Dei ꝑ illa, sicut propter cultum idolorum. *Et ædificauerunt sibi excelsa in cunctis vrbibus suis*. s. fecerunt altaria in omnibus vrbibus, & istud erat peccatum graue, siue essent ista altaria pro cultu idolorum, siue pro cultu Dei: nam si essent pro cultu idolorū, erat idolatria, si autem pro cultu Dei esset contra cęremonias legis: cum Deus iussisset non fieri altare in aliquo loco, ꝑter quàm in sanctuario, Leui. 17. & Deut. 12. vocantē autē altaria excelsa: ꝗa nomen, quod hic ponitur, in Hebræo, s. Vamoth est æquiuocum ad altare, & ad altitudinem. Altaria etiam secundum Latinam originem ab altitudine dicuntur: ideo idem est dici, ꝙ ædificarent altaria, vel excelsa. Et non solum in vrbibus ędificabant altaria, sed etiam in qualibet vrbe in multis locis, sicut dicitur de Achaz, 2. Paralipo. 28. Quòd clausit ianuas templi Dei, & fecit sibi altaria in vniuersis angulis Hierusalem: & non solum in vrbibus ponebant aras, sed etiam in collibus in montibus, & sub omni ligno frōdoso, vt patet in litera pręcedenti cap. *A turre custodum vsque ad ciuitatem munitā*. Idest, non solum erant altaria in vrbibus principalibus, in quo Deus minus offenderetur, sed etiā in vrbibus paruis, & in omnibus locis habitatis, & etiam vbi solum erat vna turris, vel vna domus, quia vnus habitator constituebat sibi altare, & idola, & vocantur turres custodum turres, quæ erant per diuersas partes regni in locis altis, in quibus erant aliqui custodes aspicientes à longè, an venirent aliqui hostes; & vocantur illę turres speculæ: & dato, ꝙ in vna turri solum essent duo viri ibi ponebātur idola, quæ colerent, & altaria, in quibus sacrificarent: & hoc ponitur ad significandum magnam inclinationē ad idolatriam, & assuefactionem ad illam: quia etiam vnus homo si solus esset, idola constituebat sibi. *Fecerūtque sibi lucos, & statuas*. Istud erat contra legem Dei: quia Deus iusserat non fieri statuas, Leuit. 26. s. non facietis idolum, & sculptile, nec titulos erigetis, nec insi-

A gnē lapidem ponetis in terra vestra, vt adoretis eū. Vetuit etiam fieri lucos, Deuteron. 16. Scilicet: non plantabis lucum, & omnem arborem iuxta altare Domini Dei tui, nec facies tibi statuam. Vocantur enim luci congregationes arborum spissarum, inter quas præ densitate opacitas est: & sic dicitur lucus, quasi luce carēs: vel dicitur à luce per antifrasin: fiebant autem isti luci pro cultu idolorum, vt possent idolatræ vacare libidini in talibus locis, & qn̄ nō poterant habere lucos, faciebant domos subterraneas, in quibus possent vacare libidini: & potissimè erat hoc in cultu Priapi, in quo vacabatur turpitudinib⁹ maximis, sicut patet præcedenti lib. cap. 15. de Maacha matre regis Asa, quam ipse rex amouit, ne esset princeps in sacris Priapi, & destruxit lucum eius, & subuertit specum. *In omni colle sublimi, & subter omne lignum nemorosum*. In collibus ponebantur altaria: quia iudicabantur illa loca honorabiliora, & sic erat consuetudo Gentilium. Sic enim patet de Salomone, qui quando construxit templa pro dijs vxorum, & cōcubinarum suarum, fecit illa in monte Olіueti in dextera parte eius, præcedenti libro, cap. 11. & infra 23. Hoc autem faciebat, vt consentiret voluntati illarum: quia in terris istarum mulierū sic fiebant templa. Vocantur ligna nemorosa, quæ habent magnos ramos, quos extendebant ad faciendum vmbram, & sub illis constituebantur arę propter delectationē vmbræ, & quia locus ille venerabilior erat. Et vocantur ista ligna aliquando frondosa, quod idē est. *Et adolebant incensum super aras*. Idest, cremabant incensum, & thymiamata multorum generum super illas aras, siue altaria: nam ara, & altare pro eodē accipiuntur semper, & hoc faciebant, quia pertinebat ad honorem diuinum: nam pertinebat ad cultū debitum soli Deo offerre incensum: & non solum offerebant incensum, sed etiam holocausta, & alias victimas, quia ista duo pertinebant ad Deum. *In morem gentium*. Idest, secundum consuetudinem Gentiliū, quia sic faciebant Gentiles, & ab eis acceperant Iudæi. *Quas transtulerat Dominus à facie eorum*. Idest, Chananæi faciebant sic: nam isti fuerunt soli, qui eiecti fuerunt de terra aduenientibus Israelitis: nam nullam aliam gentem Israelitæ occiderunt, nisi Chananæos, nec occupauerunt aliquam terram, nisi ipsorum, nec etiam Deus promisit Israelitis, nisi terram septem populorum Chananæorū, vt patet Exod. 3. & quanquam aliæ gentes faciebant sic: quia tamen istam cōsuetudinem acceperunt Israelitæ à Chananeis, inter quos morabantur, facta est mentio de eis solum. *Feceruntque verba pessima*. Idest, fecerunt opera mala: quia verbum accipitur pro opere, vt supr. declaratum est. *Irritantes Dominum*. Idest, concitauerunt ad iram Deum per opera ista: quia mala erant, & odibilia Deo, iuxta illud Deuteronom. 16. Scilicet: non plantabis lucum, nec omnem arborem, iuxta altare Dei tui, nec facies tibi statuam, quam odit Dominus Deus tuus: est autem irritare, annihilare, vel ad iram prouocare, sed differunt in accentu, iuxta illud,

Irritat annihilat, irritat prouocat iras.

Et coluerunt immunditias. Idest, coluerunt idola: nam idola vocantur immunditiæ, Deuteronom. 7. s. Nō inferes quidpiam ex idolo in domum tuam, ne fias anathema, sicut & illud est: quasi spurcitiam detestaberis, & velut inquinamentum, ac sordes abhominationi habebis, quia anathema est. *De quibus præcepit Dominus eis, ne facerent verbum hoc*. Idest, Deus iusserat Israelitis, ne facerent verbum hoc, idest, rem istam: ꝗa ferè nihil est in lege, quod magis vetetur, quàm cultus idolorum, quia istud est potissimum, quod militat contra cultum Dei. *Et testificatus*. Hic ponitur secundum

Luci q. d.

Gētiles cō struebāt altaria ī collibus.

cundum huius partis, scilicet, præuaricationis redargutio, & dicitur. *Et testificatus est Dominus in Israel, & in Iuda.* Testificari est testimonium perhibere, & pertinet ad testes. Hic autem Deus non erat vt testis licet aliquãdo ipse sit vt testis, iuxta illud Ier. 29. f. Ego sum iudex, & testis, dicit Dominus: sed accipitur testificari, idest, admonere, qa admonebat Deus Israelitas per prophetam. Vel accipitur propriè testificari pro asserere: quia Deus dicebat Israelitis: ego assero, & prænuncio vobis, ꝙ si non recesseritis à vijs vestris malis omnes peribitis. Vel testificatus est Deꝰ per prophetas, quia ipse videbatˢ loqui ista, quę dicebant prophetæ, & inducebat prophetas in testes, vt si quis admoneret aliquos, & induceret testes, corã quibus eos admoneret, vt cum euenirent eis mala, non possent negare se admonitos fuisse, & nõ haberent causam querelę. Et dicitur, quòd testificatus est in Israel, & Iuda, quia Deus misit prophetas tam ad regnum Iuda, quàm ad regnum Israel, vt increparent reges, & populos idolatrantes, quia in vtroque regno viguit idolatria. *Per manum omnium prophetarũ, et videntium.* Prophetæ, & videntes idem sunt, quanq̃ videantur poni hic pro distinctis: ideo ponitur, &, expositiuè pro, idest. Sic patet supra primo lib. ca. 9. Cum dicitur olim in Israel sic loquebatur vnusquisque vadens cõsulere Dominum, venite, & eamus ad videntem: qui enim propheta dicitur hodie, vocabatur olim videns. Et dicitur: per manum prophetarum, idest, per os prophetarum, quia per manum nõ fit admonitio, cùm sit actus potẽtiæ interpretatiuæ, sed quia manus est organum organorum, omnia, q̃cunque facimus, per manum facere dicimur. *Dicẽs: reuertimini à vijs vestris pessimis.* Idest, à cultu idolorũ, qui apud eos vigebat. *Et custodite præcepta mea.* Idest, ꝑcepta moralia, siue decalogi, quæ erant de iure naturæ. *Et cæremonias.* Idest, præcepta cæremonialia: ista erant de modo colendi Deum tam in sacrificijs, quã in alijs ritibus viuendi. Et solum dicitur de istis generibus præceptorum, quanquam etiam esset aliud tertium genus pręceptorum iudicialium. Nam Israelitæ admonebantur nunc super idolatria, & tñ quantum ad idolatriam solum trãsgrediebantur duo genera præceptorum, scilicet, mortalia, & cæremonialia. De moralibus patet: quia primum erat non habere Deos alienos, & contra hoc faciebant Israelitæ. Contra cæremonialia etiam, quia in illis dicitur de ritu colendi, scilicet, quòd solum facerent sacrificia in templo, Leuit. 17. & Deuterono. 12. Ipsi verò constituebant aras in omnibus ciuitatibus, & collibus. Contra iudicialia autem non peccabant in hoc, qa iudicialia solum dirigebant hominem ad hominẽ: idolatria tamen non est peccatum hominis contra hominem, sed hominis contra Deum: ideo nõ oportuit dici hic de iudicialibus. *Iuxta omnem legem, quã præcepi patribus vestris.* Idest, seruate præcepta, & cæremonias meas, sicut continetur in tota lege, quam dedi patribus vestris, scilicet, Israelitis exeuntib. de Aegypto, quia isti fuerunt patres totius istius gentis. & cõtinetur ista lex in quatuor libris vltimis Moysi. *Et sicut misi ad vos in manu seruorum meorum prophetarum.* Scilicet: non solum dedi vobis legem de vitando idola, sed etiam postea admonui vos per prophetas meos, quos sæpe misi ad vos, & ista missio non erat necessaria: quia etiam sine illa obligabantur Israelitæ nõ colere idola per legem datam: Deus tamen fecit hoc ad maiorem abundantiam, vt Israelitę essent minus excusabiles in peccatis. *Qui non audierunt.* Hic ponitur tertium huius partis, scilicet, Israelitarũ induratio, & dicitur, qui non audierunt, sed indurauerunt ceruicem suam, idest, noluerũt audire præcepta Dei ad

F faciendum illa, & indurauerunt ceruicem, scilicet, facti sunt inobedientes: homines enim indomiti dicuntur durę ceruicis. *Iuxta ceruicem patrum suorum.* Idest, sic patres sui indurauerunt ceruicem. Vocãtur patres istorum primi, qui susceperunt legem: nam mox, vt susceperunt eam, fecerunt contra illam colẽtes vitulum: & Deus dixit tunc: Cerno, ꝙ populus iste duræ ceruicis est, dimitte me, vt irascatur furor meus contra illos, deleboque illos: Exod. 32. & tunc Deus admonuit illos, dicens: & ceruicem vestrã durissimam amplius ne induretis, Deuteron. 4. *Qui noluerunt obedire Domino Deo suo.* Scilicet, illi primi noluerunt obedire mandatis Dei, sed diuerterunt ad idola, faciendo vitulum conflatilem: In Hebræo dicit.
G *Qui non crediderunt Deo suo.* Idest, noluerunt credere obediendo: litera tamen nostra proprius dixit, scilicet: Qui noluerunt obedire: quia peccatum Israelitarum non fuit in non credendo: quia omnia dicta à Deo credebant, sed fuit in non obediendo: quia Deus iussit eis, ꝙ non colerent idola, & coluerunt. *Et abierunt legitima eius.* Idest, neglexerunt cæremonias. Vocantur enim legitima propriè præcepta cæremonialia, siue legalia, quæ sola lege consistunt, & nõ natura, sicut dicit Aristoteles Ethicorum 5. ꝙ legalia sunt in videri, vel non videri, sicut sacrificare capram, sed non duas oues, & captiuos vita redimi. *Et pactum, quod pepigit cum patribus eorum.* Idest, non curauerunt de pacto, quod Deus fecit cum patrib. eo-
H rum: quasi dicat, per solam legem obligati erant, dato, quòd non esset aliquid aliud inducens maius vinculum: & sic abijciendo eam peccabant: & tamẽ peccauerunt adhuc, quia contempserunt pactum: nam post legem susceptam fecerunt fœdus cum Domino de seruando illam, & occisi sunt arietes, & hirci, & fusus est sanguis eorũ in crateras: & inde accepit Moyses sanguinem iustum cum aqua, & cum Hissopo, & lana coccinea aspersit super totum populum, & super librum legis, Exod. 24. & ad Hebræ. 9. & tũc erat magna obligatio propter fœdus superueniens, & tamen non obstãte isto fœdere, Israelitæ abiecerunt legem, & sic erant magis culpabiles, quàm si solam legem suscepissent, & præuaricarentur in ea.
I *Et testificationes, quibus contestatus est eos.* Idest, contempserunt testificationes, idest, admonitiones, quibus Deus admonebat illos per prophetas: & sic accipit Psalmo. 80. f. Audi popule meus, & contestabor te, si audieris me, non erit in te Deus recens, nec adorabis Deum alienum: & non potest ibi accipi contestatio, nisi pro admonitione: quia ibi Deus nihil asserit, sed solum exhortatur Israelitas, vt colant eum. Et sic ponuntur ista tria hic ad significandum grauitatem peccati Hebræorum, quæ erat in tribus Primò: quia contempserunt legem. Secundò: quia violauerunt pactum, quod factum erat ad cõfirmationem legis, in quo erat magna obligatio. Tertiò: quia neglexerunt admonitiones, quas Deus faciebat ꝑ pro-
K phetas: immo ipsi increpabãt prophetas, cùm increparentur ab eis, & occidebãt illos, sicut rex Ieroboã fecit occidi Amos prophetã, & rex Asa posuit Anani prophetam in carcere, 2. Paralipom. 16. Et Amasias dixit ad prophetam: Num consiliarius regis es? quiesce, ne fortè interficiã te, 2. Paralip. 25. Ioas quoque prophetam Zachariam increpantem se lapidari iussit, & lapidatus est, 2. Paralip. 24. Sic etiam Christus testificatus est de Iudæis, quòd occidebant prophetas, Matth. 23. & Lucæ 9. *Secutique sunt vanitates.* Idest, secuti sunt idola: sunt enim idola vana: quia vanum, vel vacuum est non ens, sic etiam idolum est nõ ens, vt patet prima ad Corinthios 8. cap. f. scimus quia nihil est idolũ in mundo, & iste modus loquen-

di est sæpe in lege. Et vocantur idola vana, quia nihil habent de eo, quod habere putantur: nam illi, qui colunt ea, putant esse veros Deos, & quòd possint aliquid proficere, & tamen nec sunt Dij, nec proficere possunt: & iste modus loquendi habetur supra 1. lib. cap. 12. scilicet, Nolite declinare post vana, quæ non proderunt vobis, nec eruent vos, quia vana sunt, idest, quia sunt vana, scilicet, non habentia in se aliquã virtutem, non poterunt eruere vos de periculis. *Et vanè egerunt.* Idest, egerunt inutiliter, vel sine fine: tũc enim aliqua res dicitur vana, quando non consequitur finem suum, & sic Hebræi colebant idola, vt adiuuarentur ab eis in periculis suis; quia tamẽ postea non adiuuabant eos, erat ista operatio in vanum. Sic patet de rege Achaz, 2. Paralipom. 28. qui dixit dij regum Syriæ auxiliantur eis, quos ego placabo hostijs, & aderunt mihi, cum è contrario fuerint ipsi ruina, & vniuerso Israel. *Et secuti sunt gentes, quæ erant per circuitum eorum.* scilicet, Secuti sunt ritus Gentiliũ Chananæorum, inter quos habitabant: nam Israelitæ habitabant in terra Chananæorum, & manebãt adhuc multi Chananæorum in terra, à quibus addiscebant Israelitæ cæremonias istas. *Super quibus præceperat Dominus eis, vt non facerent, sicut illi faciebant.* Idest, Deus præceperat Israelitis de istis gentibus, quòd nõ sequerentur cæremonias earum: istud enim præcepit, Leuit. 18. scilicet: iuxta consuetudinem terræ Aegypti, in qua habitastis non facietis, & iuxta morem regionis Chanaan, ad quam ego introducturus sum vos, non agetis, nec in legitimis eorum ambulabitis. Sic etiam Deuteronom. 12. dicitur: Quando disperdiderit Dominus ante faciem tuam gentes, ad quas ingrederis possidendas, caue ne imiteris eas, & requiras cæremonias earum dicẽs, sicut coluerũt gentes istæ deos suos, ita & ego colam: non facies similiter Domino Deo tuo. *Et dereliquerunt omnia præcepta Domini Dei sui.* Idest, nullum seruauerunt: nã aliquando contingebat, quòd nullum seruabant. Vel dicitur, quòd dereliquerunt omnia præcepta, idest, de omnibus generibus præceptorum dereliquerunt aliqua. Nam moralia præcepta transgrediebantur, quia colebant deos alienos. Cæremonialia etiã, quia extra templum faciebant sacrificia in collibus, & vrbibus quibuscunque. Iudicialia etiam transgrediebantur, quia nõ faciebant annum remissionis septimum, in quo debebant dimittere seruos suos liberos, & remittere debita omnibus debitoribus; istud enim erat iudiciale; quia erat in respectu hominis ad hominem: & tamen non obseruabant istud, qa non solum propter legem non obseruabant illud, sed etiam quanquam facerent fœdus super hoc cũ Domino non seruabant: sicut semel tempore Sedechiæ regis Iuda Israelitæ fecerunt fœdus cum Domino, quòd dimitteret quilibet seruum suum, & ancillam liberos anno septimo, & dimiserunt eos: postea verò reduxerunt eos in seruitutem; super quo Deus Israelitis mala comminatur, vt patet Iere. 34. Sic etiam erat iudiciale, vt in anno septimo non seminarent, nec meterent, sed id, quod spontè nasceretur comederent tam Domini agrorum, quàm alij pauperes terræ, qui agros non habebant, Leuit. 15. Israelitæ tamen præ cupiditate fructuum non permittebant terram quiescere aliquo anno: ideo datũ est eis in pęnam, quod ducerentur ipsi captiui de terra, & in absentia eorum sabatizaret terra, quæ non egerat sabbatum, dum ipsi manerent in ea: Leui. 26. & 2. Paralipom. vltimo: non ergo seruauerunt Israelitæ aliqua genera præceptorum. *Feceruntque sibi conflatiles duos vitulos, & lucos.* Idest, peccauerunt Israelitæ, quia fecerunt sibi duos vitulos aureos, quos ado-

A rarent, & fecerunt eos conflatiles, idest, arte conflatoria, sicut fecerunt vitulum in Oreb: Exod. 32. Istos autem duos vitulos fecit Ieroboam. Fecerunt etiam lucos: erant enim luci congregationes arborum ad faciendum in eis altaria ad exercendum ibi turpitudines in abscondito, quæ conueniebant cultui idolorum: & illos lucos nimis Deus vetuerat, vt sup. dictum est. *Et adorauerunt vniuersam militiam cęli.* Vocatur militia cęli multitudo stellarum: & dicitur militia, quia stellæ mouentur per cęlũ, sicut milites in exercitu: vel vocatur militia cœli, idest, ornatus, quia dictio Hebraica, quæ hic ponitur, potest trahi ad exercitum, & ad ornatum. Quæ autem sit ista militia cœli, & quomodo sit introducta à gentibus in cœlum, (Militia cęli appellãtur stellæ.)

B & de nominibus istius militiæ declaratum est satis, Deuteronom. 17. Adorauerunt autem Hebræi militiam cęli, quia putabant stellas esse Deos, & faciebãt eis sacrificia, & constituebant altaria, & imagines, vt patet inf. 23. Nam pro Sole fiebant currus, & sacrificia fiebant Soli, & Lunæ, & duodecim signis cęli, & omni militiæ eius. Sic etiam dixerũt Israelitæ ad Ieremiam, quòd nolebant colere Dominum, sed reginam cęli, & offerre ei sacrificia: Iere. 44. Ista positio quanquam erat irrationabilis, scilicet, putare aliqđ corpus esse Deum, tamen non erat tam irrationabilis, sicut illa positio, quæ pecora dicebat esse Deos, & lapides, & alias res. Motiuum autem fuit istorum, ꝙ colebant sydera cœli, quia cum viderent pulchritu-

C dinem eorum, & motum in parte superiori orbis, ꝙ est dignissima putauerunt, quòd erant rectores orbis: de hoc Sapientiæ 13. scilicet: Aut ignem, aut spiritũ, aut citatum aerem, aut gyrum stellarum, aut Solem, aut Lunam rectores orbis terrarũ Deos putauerunt. Et uenit ista positio à quibusdam sapientibus, & postea à toto vulgo celebrata est. *Seruierũtq; Baal.* Ponitur de cultu Baal specialiter: quia cultus istius viguit nimis in terra Israel, & fuit in maiori honore, quàm cætera idola, potissime tempore Achab, & Iezabel vxoris suę: nam fecit ei Achab templum in Samaria, & plantauit lucum. Cogebat etiam Iezabel omnes Israelitas flectere genua coram Baal, & osculari manum eius, præcedenti libr. cap. 19 Habe- (Cult' Baal viguit nimis in terra Israel.)

D bat autem tunc Baal quadringentos, & quinquaginta prophetas & omnia alia idola simul non habebãt nisi quadringentos prophetas, præceden. libro, c. 18. Et dabat magnum fauorẽ Iezabel cultui Baal in tantum, quòd omnes prophetæ Baal comedebant de mensa eius, eod. cap. & ob hoc Deus fecit, quòd potius destrueretur cultus Baal, quàm aliorum idolorum: quia per cultum Baal magis præiudicabat cultui suo. Vnde vnxit in regem ipsum Iehu, vt deleret domum Achab, & occideret omnes cultores Baal: & sic factum est supra 9. & 10. *Et consecrabant ei filios suos, & filias suas per ignem.* scilicet, in reuerẽtiam Baal consecrabant Israelitæ filios, & filias in igne: ista consecratio potius fiebat Moloch idolo ammonita-

E rum: ideo Deus vetuerat de ipso, Leuit. 18. & 20. scilicet: Non dabis de semine tuo idolo Moloch. Erat autem Moloch idolum ammonitarum, præcedenti li. cap. 11. & infra 23. & similem consuetudinem habebant Chananæi, & postea Israelitæ circa Baal. Nam volebant honorare ipsum maximè: non erat tamẽ aliquis honor maior apud idola gentium, quàm ꝙ aliquis offerret eis filios, vel filias suas, & hoc faciebant ipsi Baal. In Hebræo dicitur. *Transferebant filios suos, & filias per ignem.* Eadem sententia est, quia in translatione illa per ignem consecrabantur filij, vel filiæ Israelitarum idolo, quia propter honorem eius transferebãtur. Potest autem intelligi dupliciter ista translatio: vno modo, quòd transirent per ignem in reueren-

reueren-

reuerentiam idoli, & tamen non cremarentur ibi: alio modo, quod occiderentur, & cremarētur, sicut erat de holocaustis, quæ fiebant de pecoribus: quia prius occidebantur, deinde cremabantur. Tenendū autem est, quòd non transibant per ignem, sed cremabantur in eo, quia Deus increpat Israelitas, quòd immolauerint filios suos dæmonibus, Psalm. 105. s. commixti sunt inter gentes, & didicerunt opera eorum, & seruierunt sculptilibus eorum, & factum est eis in scandalum, & immolauerunt filios suos, & filias suas dæmonijs, & effuderunt sanguinem innocentem, sanguinem filiorum suorum, & filiarū suarum, quas sacrificauerunt sculptilibus Chanaan. De hoc autem dictum est magis præcedenti cap. *Et diuinationibus inseruiebant, & augurijs.* Idest, vacabant diuinationibus, & augurijs, volentes inquirere veritatē rerum per istum modum: Deus tamen vetuerat nimis istud Deuteronom. 18. scilicet: Non inueniatur in te, qui lustret filium suum, aut filiam ducens per ignem, aut qui ariolos sciscitetur, & obseruet somnia, atque auguria, nec sit maleficus, nec incantator, nec qui fitones consulat, nec diuinos, & quærat à mortuis veritatem: diuinator vocatur ille, qui de futuris pręnunciat, aut prænunciare se fingit: quia istud solius Dei est: ideo vsurpantes illud dicuntur diuinatores tanquam ipsi habeant actum Dei. *Et tradiderunt se, vt facerent malum coram Domino, & irritauerunt eum.* Idest spontè tradiderunt se ad faciendum malum, velut si ab intentione ipsi curarēt quo modo possent Deum offendere, & sic facerent, & irritauerunt eum, idest, prouocauerūt ad iram per ista opera mala: quia Deus odit omnia ista nimis, vt patet Deuteronom. 16. & 18. *Iratusque est Dominus vehementer Israeli.* Dicitur vehementer iratus, quia magnā pœnam inflixit, & irreuocabilem. Nam quādo peccabāt à principio Israelitæ Deus infligebat eis leues pœnas, & rursus miserebatur eorum: nunc autem, quia incorrigibiles facti erant inflixit eis pœnā grauissimam eijciendo eos de terra sua in captiuitatem perpetuam: & hoc fuit postquam Dominus iam cęperat tædere super Israel: & hoc accidit ex tempore Iehu regis Israel, in cuius diebus peccata Israelitarū fuerunt augmentata nimis, & facta Deo importabilia, supra 10. *Et abstulit eos de conspectu suo.* Idest, abstulit eos de terra, quam dederat eis faciens, quòd transferrentur ad terram Assyriorum. Et non poterāt propriè Israelitæ eijci de cōspectu Dei: quia in omni loco oculi Domini contemplantur bonos, & malos, Prouerb. 15. Ideo vbicunque essent erant in conspectu eius, potissimè, quia ad Hebræo. 4. dicitur: quòd omnia nuda sunt, & aperta oculis eius. accipitur tñ istud modo humano, scilicet, quando quis odit aliquid eijcit illud de conspectu suo, vt non affligatur videndo illud, ita Deus cum eiecerit Israelitas de terra sua, quos exosos habebat, dicitͬ eiecisse eos de conspectu suo. Vel aliter fingitur Deus manens in terra Israel, quasi ibi solum esset, & ideo omnia, quæ erāt in terra Israel, essent in conspectu eius: quæ verò extra terram illam, essent ablata à conspectu eius. Sic patet Deuter. 11. cum dixit Moyses ad Israelitas: terra, ad quam ingrederis, non est sicut terra Aegypti, sed montuosa, & campestris de cœlo expectās pluuias, quam Dominus Deus tuus semper inuisit, & oculi eius in ea sunt à principio anni vsque ad finem eius. Et non dicitur Deus habere oculos super alias terras: ideo terra Israel erat sic solum in conspectu Dei. *Et non remansit nisi tribus Iuda tantummodo.* Scilicet, translatæ sunt tribus decem regni Israel, & non remansit nisi tribus Iuda, quæ non transferretur ad Assyrios.

F *An sola tribus Iuda non fuerit nunc translata ad terram Assyriorum, & an etiam manserit Beniamin.*

Quæstio VIII.

QVAERETVR, quomodo est verum, quòd sola tribus Iuda manserit, quæ non fuerit trāslata ad terram Assyriorum, quia etiam necesse est, ꝙ māserit tribus Beniamin: nam reges Assyriorum solum transtulerunt regnum Israel in Assyrios: & tamen tribus Beniamin erat in regno Iuda, ergo non fuit translata tribus Beniamin in Assyrios. Aliquis fortè dicet, quòd quanquam non fiat alibi expressa mentio de Beniamin, quòd translatus fuerit in Assyrios: tamen dicendum est, ꝙ fuerit translatus: quia G hic litera dicit, ꝙ solum mansit tribus Iuda in terra. Sed dicendum, ꝙ non stat: quia tribus Beniamin mā sit semper cum tribu Iuda, & translata fuit in Babylonem cum tribu Iuda per Nabuchodonosor, & postea redijt eadem tribus cum Iuda in terram Ierusalem, vt patet 1. Esdre, cap. 1. scilicet: & surrexerunt principes patrum de Iuda, & de Beniamin, & sacerdotes, & Leuitæ ad ædificandum templum Domini, quod erat in Ierusalem. Patet etiam sæpe in eodē libro, & in lib. Neemiæ, & 2. lib. Esdre, vbi fit mentio de filijs Beniamin redeuntibus de captiuitate Babylonis. Dicendum tamen, quòd accipitur hic sola tribus Iuda, idest, solum regnum tribus Iuda, & in isto regno erat tribus Iuda, & Beniamin, & sępe habetur H sic in scriptura: sic patet pręcedenti libro, cap. 11. Cū dicitur de ipso Roboam, quòd non mansit ei, nisi tribus Iuda solum, scilicet: filio eius dabo tribum vnā: & tamen manifestum est, quòd tribus Iuda, & Beniamin fuerunt in regno Roboam, quia solum decem tribus transierunt ad regnum Ieroboam, eo. cap. patet etiam eod. libr. cap. 12. Cum dicitur, nec secutus est quisquam domū Dauid, præter tribum Iuda solam: & immediatè dicitur, quomodo Roboam cōgregauit vniuersum Iuda, & Beniamin ad pugnandum contra decem tribus, quę recesserant de regno suo. Sic ergo hic dicitur, quòd remansit tantummodo tribus Iuda, idest, solum regnum tribus Iuda, in quo erat Iuda, & Beniamin. *Sed nec ipse Iuda custodiuit* I *mandata Domini Dei sui.* Idest, quanquam decem trib. peccauerint principalius, & translatæ fuerint in Assyrios: tamen etiam regnum Iuda imitando decem tribus nō custodiuit mandata Dei, sed declinauit ad idola. *Veruntamen ambulauit in erroribus Israel, quos operatus fuerat.* Idest, etiam viri de regno Iuda ambulauerunt in erroribus Israelitarum, scilicet, colendo idola, sicut illi. *Proiecitque Dominus omne semen Israel.* Potest intelligi de decem tribubus, quas proiecit à facie sua, tradendo in manus Assyriorum: sed melius intelligitur de decē tribubus Israel, & duabus tribubus regni Iuda, & hoc propter duo. Primò: quia ponebatur supra peccatum omnium istarum tribuum, s. ꝙ decem tribus Israel offenderūt Deum, & quòd duæ K tribus regni Iuda imitatę sunt eas: ideo pœna ista, quę ponitur, debet esse communis. Secundò: quia & dicitur, quòd proiecit Deus omne semen Israel: cum tamen decem tribus non sunt oē semen Israel, cum aliæ duę tribus sint de semine Israel. Et sic est verum, quòd Deus proiecit omnes istas tribus à facie sua: qa decem tribus tradidit regibus Syrorum, vt transferrent eas in terram suam. Duæ autem traditæ sunt in potestatem regis Babylonis, & transtulit eas illuc, infra 24. & 25. *Et tradidit in manu diripientium.* Idest, dedit Israelitas in potestatem gentium vicinarum, vt affligerent eos, & diriperent bona ipsorum donec. *Proiiceret eos à facie sua.* Idest, istud durauit quousque Deus proiecit Israelitas à facie sua, scilicet, à principio cū

Israe-

Rñsio auctoris.

Dñs proiecit omnes duodecim tribus à facie sua.

Israelitæ peccare inchoauerunt, Deus tradebat in A
manus diripientium, idest, in manus gentium vici-
narum: quia quandocunque peccabant insurgebāt
aliqui reges finitimi contra eos,& prædabantur ter-
ram eorum, & occidebant plurimos:& tamen non-
dum faciebat eos transferri de terra sua: sic patet de
tempore Salomonis: quia ipse fuit primus in regib.
Israel,& Iuda,qui declinauerūt ad idolatriam: ideo
Deus in senectute sua suscitauit contra eum hostes,
præceden.libr.cap.11. Sic enim postea diuiso regno,
cœperunt peccare tam viri de regno Israel, quàm de
regno Iuda,& vtrosque tradebat Deus in manus gē
tium,scilicet,Syrorum Philisthinorum,Moabitarū,
& Ammonitarum, & aliorum finitimorum, vt pa-
tet ex processu præcedentis libri,& huius,& in toto, B
2.Paralipom. Et istud durauit quandiu peccata fue-
runt tolerabilia: postea verò proiecit Deus tam re-
gnum Iuda,quàm Israel, faciendo migrare de terra
sua: & hoc dicitur hic,scilicet: donec proijceret eos
à facie sua,quasi dicat, tandiu tradidit eos in manus
diripientium quousque proiecit à facie sua. *Ex eo iam*
tempore, quo scissus est Israel à domo Dauid. Idest, peccata
cœperunt in Israel continuari à tempore, quo facta
est diuisio regni: nam tunc tam regnum Iuda,quàm
Israel declinauerunt ad idola.Et dicitur,scissus Israel
à domo Dauid,idest,decem tribus,quæ vocantur Is-
rael,scissæ fuerunt à domo Dauid, in qua prius erat
potestas super totum Israel: præcedenti libr.cap.11.
& 12. *Et constituerunt sibi regem Ieroboam filiū Nabath.* Fit C
mentio de Ieroboam, quem cōstituerunt in regem
Israelitæ,non quidem,ꝙ peccauissent constituendo
eum,vt declaratum est præcedenti libr.cap.11.& 12.
Sed quia ipse fuit in Israel occasio omnis mali,cum
introduxerit idolatriam. *Separauit Ieroboam Israel à Do*
mino. Scilicet: Israelitæ colebāt Dominum antequā
diuideretur regnum, & licet diuisum fuisset,intēde-
bant colere eum,ascendendo temporibus determi-
natis in templum ad cæremonias legis:& tamen Ie-
roboam vetuit eis ascendere, præcedenti lib.cap.12.
& per hoc induxit eos ad cultum idolorum,& sepa-
rauit à Domino. *Et peccare eos fecit peccatum magnum.*
Scilicet,fecit eos idolatrare, & istud est peccatū ma-
ximum:quia nullum est tam directè Deo repugnās. D
Et istud dicitur specialiter de Ieroboam: nam ante
ipsum Salomon coluerat idola,& fabricauerat tem
pla pro vxoribus,& concubinis suis: præcedenti lib.
cap.11. & tamen non dicitur, quòd ipse fecit Israel
peccare: quia non coegit populum ad idola,nec in-
duxit aliquem ad colendum ea,sed solum fecit ido-
la,& templa pro vxoribus suis.Ieroboam autem nō
solum idola coluit,sed etiam populum ad colēdum
coegit,& ad hoc fecit idola: præcedenti libr.cap.12.
Ideo peccatum suum fuit maius, quàm Salomonis,
& omnium aliorum,qui præcesserant eum, eod.lib.
cap.14. *Et ambulauerunt filij Israel in vniuersis peccatis Iero-*
boam, quæ fecerat. Idest, quanquam mortuus fuerit Ie-
roboam:tamen Israelitæ manserunt in cultu idolo- E
rum, sicut Ieroboam eos à principio induxerat. Et
ob hoc de quolibet rege Israel dicitur,ꝙ ambulauit
in peccatis Ieroboā filij Nabath, vt patet ex proces-
su præcedentis libri, & huius. *Non recesserunt ab eis vs-*
quequo auferret Dominus Israel à facie sua. Istud fuit ve-
rum de decem tribubus Israel,quæ erant sub regib.
Israel,quia postquam Ieroboam introduxit vitulos
aureos, semper continuatum fuit istud peccatū vsq;
ad diem, quo vltimatè de terra expulsæ sunt decem
tribus per reges Assyriorum. In regno autem Iuda
non fuit sic: quia licet multoties colerent idola: tñ
sepè desistebant, & conuertebantur ad Dominum,
sicut in tempore bonorum regum, vt Asa, & Iosa-
phat Ezechiæ,& Iosiæ,Ioathan,& Ozię,de quib. pa-
tet,ꝙ coluerint Dominum,2.Paralip.19.& 26.& 27.
& 30.& 35. Et tunc nō continuabatur peccatū ido-
latriæ:ideo fuit maius peccatum Israel, quàm Iuda.
Et propter hoc captiuitas regni Israel fuit perpetua,
& captiuitas regni Iuda fuit temporalis. *Sicut locutus*
fuerat in manu omnium seruorum suorum prophetarum. Scili
cet, Deus prænunciauerat Israelitis per prophetas,
quòd si non recederent à peccatis suis, traderet eos
in captiuitatem, & sic factum est. *Translatusque est Is-*
rael de terra sua in Assyrios vsque ad diem hanc. Idest,trās-
latæ fuerunt decem tribus,quæ vocātur Israel in ter
ram Assyriorum, & habitauerūt in vrbibus Medo-
rum apud fluuium Gozam,vt patet supra,& hoc vs-
que ad diem hanc, idest,vsque ad diē,in qua scriptus
fuit iste liber per Ieremiam.Nā tunc nondum erant
reductæ illę gentes de captiuitate, nec etiam postea
reductæ fuerunt, sed etiam vsque hodie manent in
terra Medorum,& manebunt ibi vsque ad finem sę-
culi nunquam rediture in terram suam.

Quare captiuitas semper durauit in decem tribubus, & vsque nunc durat,captiuitas autem Iuda,& Beniamin in Babylone solum durauit annis septuaginta. Quæstio IX.

QVAERETVR, quare captiuitas decem tri-
buum durauit, & durat semper: captiuitas autē
duarum tribuum non durauit semper,sed solum se-
ptuaginta annis,quibus manserunt in Babylone, &
postea redierunt in terram suam. Respondendum,
quòd hoc fuit propter duo. Primum fuit propter
inæqualitatem peccati: nam decem tribus peccaue-
runt nimis: quia peccatum suum semper continua-
tum fuit, & nunquam exaudiuerunt prophetas ad-
monentes se: sed ex die,qua cœperunt colere idola
sub Ieroboam semper cōtinuata est idolatria vsque
ad diem, qua translati sunt Israelitæ de terra: & ta-
men in Iuda non fuit sic: quia licet multoties co-
lerent idola, tamē sæpè interrumpebatur idolatria:
quia multi reges boni veniebant, qui faciebant con
uerti populum ad Dominum, sicut supra dictū est:
ideo pœna debuit eis esse minor, & data est captiui-
tas temporalis,scilicet,septuaginta annorum. Secū-
da causa fuit,& præcipua: quia dato,quòd viri de re-
gno Iuda mererentur captiuitatem perpetuam: ta-
men Deus non infligeret eis captiuitatem illam: qa
de tribu Iuda Messia nasciturus erat,& vēturus erat
tempore, quo lex duraret, & seruarentur cæremo-
niæ eius, sicut prophetæ prænūciauerant:ideo opor
tebat,quòd tēpore illo,quo Christus nasciturus erat
essent viri de regno Iuda in terra sua,& ob hoc data
est eis captiuitas septuaginta annorū in castigationē
scilicet, vt oīno recederent à cultu idolorum, quod
non fecissent manente statu regum,vt nunc erat:qa
illi colebant idola,& populus sequebatur eos. Postq̄
verò redierunt de captiuitate Babylonis fuit factus
populus iste nouus,& quasi alter populus: vnde po-
stea non legitur, quòd coluerint idola: & sic mansit
lex in vigore suo, & obseruatione potissima vsq; ad
diem, quo Christus natus est. Postquam vero ab eis
Christus occisus est, traditi fuerunt in captiuitatem,
& dispersi per totum orbem. Et sic ista captiuitas est
iam perpetua, sicut captiuitas decem tribuum: im-
mo ista est durior illa: quia decem tribus ductæ sunt
in Assyrios, & manserunt, atque manent in vrbibus
Medorum congregatæ, & sunt ibi vnus populus, &
vnum regnum,sicut erāt prius in terra sua: vnde nō
est illis magna pœna, quòd sint extra terram suam.
Duæ autem tribus, scilicet, Iuda, & Beniamin om-
nino fuerunt dispersæ per orbem,ita, vt raræ gentes

sint, ad quas aliqui de tribubus istis nõ translati sint, & vbicunque sunt seruiunt, & opprimuntur. Est autem captiuitas eorum perpetua: quia iam de eis nulla vtilitas habenda est: & iam non est nasciturus Messias de eis, sicut prius quando ducti sunt in Babylonem: ideo licet peccatum eorum fuisset à principio tantum, sicut nunc est, ducti fuissent in captiuitatem temporalem, vt de eis Messias nasceretur postquam redirent in terram suam. Post mortem autem Christi, dato, quòd peccatum eorum non esset maius, q̃ peccatum decem tribuum, esset captiuitas eorum perpetua: quia nulla vtilitas de eis habenda est, sicut nec decẽ tribubus, quæ translatæ sunt in Assyrios. *Adduxit autem.* Hic ponitur secundum principale huius capituli, scilicet, habitatorum alienigenarum introductio. Et dicit. *Adduxit autem rex Assyriorum de Babylone.* Iste fuit Salmanasar rex Assyriorum, qui trãstulit Israelitas de terra sua in terram Assyriorũ, & ẽt transtulit alios de terra Assyriorum in terram Israel. Dicunt autem aliqui, quòd iste Salmanasar non transtulit omnes istas gentes ad terram Israel, sed quasdam earum: aliàs verò transtulit Assoradin rex Assyriorum, de quo habetur in libro Esdre: & vtrũ an rex Assoradin, & Salmanasar sint idem, vel duo reges declarabitur ibidem. *De Babylone, & de Cutha, & de Halath, & de Emath, & de Sepharuaim.* Istę sunt quinque gentes, quas transtulit Salmanasar ad terram Samariæ: & nominantur à quinque ciuitatibus, quæ erant capita illarum regionum, vt patet de Babylone: nam nomen ciuitatis clarissimę est, patet etiam de Sepharuaim: quia dicitur rex vrbis Sepharuaim, infra 19. & Isa. 27. & ista ciuitas non erat de regno Syrorum, sed capta fuerat à regibus Syrorum, & applicata regno suo. Emath etiam nomen ciuitatis est, q̃ non pertinebat ad terram Assyriorum: & tamẽ Assyrij subiugauerunt eam, vt patet infr. 19. & Isa. 27. s. nunquid liberauerunt dij gentium singulos, quos vastauerunt patres mei, vbi est rex Emath, & rex Arphat, & rex ciuitatis Sepharuaim, s. patres mei reges Assyriorum vastauerunt illos. In Hebræo dicitur: Ana, vbi nos dicimus Halath, & est nomen ciuitatis, quæ aliquando in litera nostra vocatur Halath, & aliquando Ana, vt patet infr. 19. & Isa. 27. vbi vocatur Ana: nam ponitur cum Emath, & Sepharuaim, sicut hic ponitur. *Et collocauit eos in ciuitatibus Samariæ pro filijs Israel.* Scilicet, fecit quòd habitarent in terra illa, in qua habitauerunt prius Israelitæ, qui iam translati erant ad Assyrios.

Quare rex Assyriorum adduxit alias gentes ad habitandum in ciuitatibus Israel. *Quæstio X.*

QVAERETVR, quare adduxit rex Assyriorum gentes istas ad habitandum in ciuitatibus Israel. Respondendum, quòd hic potest quæri quare translati sunt Israelitæ de terra sua, vel quare istę gẽtes introductæ sunt in terram Israel: si quæratur de primo iam responsum est, quòd transtulit eos, ne possent rebellare contra reges Assyriorum, q̃d possent facere si manerent in terra sua, cùm essent coniuncti alijs gentibus, quæ non erant de potestate Assyriorum. Quod autem gentes istæ ducerẽtur ad terram Israel, rationabile fuit: nam aliàs maneret terra sine habitatore, & tunc nulla esset vtilitas regib. Assyriorum de terra illa: quia non perciperet inde aliqua tributa: ideo oportebat, quòd ponerent ibi aliquas gentes. Posuerunt autem aliquas, quæ erant de regno suo, de quarum fide nullo modo dubitabant scientes certissimè, quòd non rebellarent regibus Assyriorum, & sic fuit: nam non solum nunquã re-

F bellauerunt istę gẽtes regibus Assyriorum, & Chaldæorum, & Medorum, atque persarum, sed etiam habuerunt malum zelum pro eis: nam quando duę tribus, s. Iuda, & Beniamin redierũt de Babylone istę gentes, quæ erant in vrbibus Samariæ prohibuerũt eis ędificare vrbem Ierusalem, & rescripserũt super hoc regi Artaxersi dicẽtes: nos memores salis, quod in palatio comedimus, & quia lęsiones regis videre nefas ducimus, misimus, & renunciauimus regi, 1. Esdre, cap. 4 & semper istę gentes prohibuerũt ędificationem quousque rex iterum scripsit iubens, ꝙ ædificaretur Ierusalem, eod. lib. cap. 5. & 6. *Qui possederunt Samariam.* Idest, vrbem Samariæ, quæ erat metropolis regni. *Et habitauerunt in vrbibus eius.* Scilicet, in vr-
G bibus Samariæ: quia cum ipsa esset caput regni omnes ciuitates terrę illius dicebantur esse ciuitates Samariæ. *Cunque habitare cępissent ibi non timebant Dominum.* Idest, à principio habitationis suæ in terra Samariæ non timebant Dominum, scilicet, colendo eum, sed sequebantur cæremonias idolorum, quas tenuerãt in terra sua. *Et misit eis Dominus leones.* Scilicet, mittebat leones in illos ad occidendos eos, & moriebantur plurimi. *Qui interficiebant eos.* Scilicet, occidebant multos de illis: quia à Domino mittebantur ad occidendos eos, & non poterant istę gentes euadere. *Nunciatumque est regni Assyriorum.* Cognouerunt gentes istę, quòd à Deo occidebantur: ideo miserunt ad regem Assyriorum, qui transtulerat eas in terram il-
H lam, vt prouideret eis. *Gentes, quas transtulisti, & habitare fecisti in ciuitatibus Samariæ.* Scilicet, quinque gentes, quę nominabantur à quinque ciuitatibus, quæ habetur supra in litera. *Ignorant legitima Dei terræ.* Idest, nesciunt cęremonias, quibus colere debeant Deum terræ illius, quia sunt noui in ea. *Et immisit in eos Dominus leones.* Idest, Deus terrę illius misit leones contra eos. *Et ecce interficiunt eos.* Idest, occidunt multos de ipsis, & nõ possunt resistere, cum plaga illa mittatur à Deo. *Eo quòd ignorant ritum Dei terræ.* Quasi dicat, solũ est hoc, quia ignorant, quomodo colere debeant Deum terræ, & volebant concludere, ꝙ mitteret eis rex aliquos de habitatoribus pristinis terrę illius, qui docerent eos cæremonias Dei terræ, & sic factum
I est: quia misit rex vnum de sacerdotibus.

Immisit Deus leones cõtra habitãtes in terris Israelitarum.

An leones isti, qui veniebant contra Samaritas, possent venire naturaliter. *Quæstio XI.*

QVAERETVR de istis leonibus, quomodo veniebant contra habitatores terræ. Respondet Nicolaus, ꝙ hoc poterat esse dupliciter: vno modo: quia terra erat aliqualiter deserta, & crescebant bestiæ contra habitatores eius. Alio modo, ꝙ isti leones missi fuerunt à Deo ad occidẽdas gentes istas in pœnam peccati. Dicendũ tamen, quòd primus modus non stat: accipit enim Nicolaus istum modũ ex
K eo, quod habetur Exod. 23. Scilicet, non expellam eos à facie tua anno vno, ne terra in solitudinem redigatur, & crescant contra te bestię. Sed nunc non stat hoc. Primò: quia sicut expulsi fuerunt Israelitæ, qui occupabant terram illam, ita introductæ sunt quinque gentes, quæ popularent eam, & morabant in omnibus vrbibus, in quibus prius morabãtur Israelitę. Secundũ patet: quia in litera dicitur, quòd immisit Dominus leones in istas gentes: quia non timebant eum: ergo nõ erat propter solitudinem terrę: quia tunc non diceretur, quòd immittebat Dominus leones in illos, sed quòd leones veniebant cõtra eos. Tertiò patet: quia gentes istæ miserunt ad regem Assyriorum, vt prouideret eis, & misit eis sacerdotem, qui doceret eos legitima Dei terræ, & tunc ces-

cessauerunt leones venire super eos: si tamen venirent leones super eos propter solitudinem terrę, nō cessauissent venire, quanquam sacerdos mitteretur à rege ad docendum gentes istas legitima Dei terrę. Dicendum ergo, quòd solum veniebant isti leones, quia mittebantur à Deo ad occidendum gentes illas: & hoc erat, quia non colebant ipsum. Sic enim Deus sæpè immittit leones, vel alias bestias contra peccatores: sic fuit de leone, quem misit Deus cōtra prophetā illum, qui comedit in Bethel contra man datum eius, pręced. libr. cap. 13. Sic etiam misit Deus duos vrsos contra pueros, qui illudebant Elisæo dicentes: ascende calue, & lacerauerunt quadraginta duos de eis, vt patet supra 2. alias etiam bestias Deus immittit cōtra peccatores, sicut misit crabrones ad fugandum Chananæos, Exod. 21. & isti occidebant multos de Chananæis, s. illos, qui latebant, & euadebant à facie Israelitarum: Deut. 7 & Sap. 12. alia etiā genera creaturarū Deus incitat, & ordinat ad pœnā peccatorū. Nam nulla creatura est, quæ Deo seruire nō possit ad vltionem peccatorū, iuxta illud Sap. 5. Armabit creaturam ad vltionem inimicorum.

Quare Deus immisit leones contra istos habitatores terræ, cū essent Gentiles, & non obligarentur ad seruandam legem, & quæ erant peccata, propter quæ Deus puniebat in Gentilibus, & quæ demittebat impunita. Quæstio XII.

QVAERETVR vlterius, quō Deus misit nūc leones contra istos habitatores terræ, cum non colerent eum: quia isti erant Gentiles, & an puniuerit eos, quia non colebant eū, vel quia erant in terra, in qua prius erant cultores sui, & ipsi nunc non colebāt Deū. Aliquis dicet, quòd puniti sunt: quia offendebāt Deum in cultu idolorū. Sic patet Leui. 18. cum dicitur de Chananæis, qui erant magni peccatores. Oēs execrationes istas fecerunt accolæ terrę, qui fuerunt ante vos, & polluerūt eam. Cauete ergo ne vos similiter euomat cū paria feceritis, sicut euomuit gentē, quæ fuit ante vos. Sic etiam patet Deuter. 18. s. omnia enim hęc abhominatur Dn̄s, & propter istiusmodi scelera delebit eos in conspectu tuo. In contrarium vr̄, ꝙ non fuerunt punitæ gentes istę directè, quia non colebant Dn̄m: nam cum istę gentes manerēt in terra sua, non colebāt Dn̄m, sed idola: & tn̄ Deus non mittebat leones cōtra illas, immo ita inceperunt facere in terra Samariæ, sicut facere soliti erant antiquitus. Dicendum ergo, ꝙ Deus nō misit leones contra gentes istas solū, quia colebant idola, sed quia erant in terra pertinenti ad cultores Dei, & in ea non colebant Deum. Patet primum: qa alias oēs Gentiles punirent̄ à Deo, qn̄ peccabant in idolatria: & tn̄ non puniebant̄: quia sic non mansissent aliqui Gentiles in terra. Item eodem modo coluerūt istę gentes idola, dum essent in terra sua, & in terra Samarię: & tn̄ non fuerunt puniti in terra sua, sed in terra Samariæ. Itē patet: qa dr̄ hic: cunq; ibi habitare cœpissent, nō timebant Dn̄m, & immisit Dn̄s eis leones: & sic vr̄, ꝙ ex eo, ꝙ ibi non timebāt Dn̄m veniebāt leones super eos, & non absolutè: quia nō timebant Dn̄m. Item patet magis, quia Deus nō cōsueuerat punire, nisi peccata Israelitarum, vt patet Amos 3. s. tantummodo vos cognoui ex omnib. cognationibus terrę, idcirco visitabo super vos omnes iniquitates vestras. Istę autem gētes habebāt iam locum Israelitarum, cum habitarent in terra eorum: ideo dum ibi manerent punienda erant peccata ipsorum, sicut Israelitarum, qn̄ non colerent Deum. Apparet hoc magis, quia ista terra erat sedes cultorū Dei: ideo, qui succedebāt in ea debebat accipere eā cū onere suo, s. vt colerēt Deū, sicut priores habi-

A tatores: nā aliàs videret̄ pręiudicari cultui Dei: quia cū habitatores terrę illius tenerent̄ prius ad cultum Dei, si isti, qui superuenirent, nō tenerentur ad colēdum Deum, pręiudicaret̄ cultui Dei: quia diminueret̄ nimis: ideo tenebant̄ isti indirectè ad colendum Deū nunc specialiter propter terram, in qua erant. Sic etiam iura obligant indirectè Iudæos ad soluendū decimas personales, & oblationes, si incipiunt habitare in domibus, in quib. habitabāt prius Christiani: Iudæi enim non tenent̄ directè ad decimas personales: qa decimę personales dant̄ intuitu ꝑsonæ, sed Iudęi non sunt personæ pertinentes ad Ecclesiam, ideo non tenentur: si tn̄ incipiant habitare in domibus, in quibus prius habitabant Christiani, & nō soluerent oblationes, & decimas personales, fraudaret̄ B Ecclesia parochialis, intra cuius limites sitæ essēt domus, quas habitarent Iudæi: quia habitatores earum prius dabāt Ecclesiæ decimas personales, & oblationes: ideo cum Iudæi occupent locum illorum, tenebunt̄ ad decimas, & ad onera subeunda, ad quę tenebantur priores habitatores. Ita fuit hic. Item patet, quia ista terra specialiter erat Dei: quia ipse per miracula, & signa acquisiuerat eam de manu priorum habitatorum, & tradiderat Israelitis possidendam, nec erat terra ipsorum, sed ipsi erant tanq̄ aduenæ, & coloni in ea, iuxta illud Leuit. 25. s. terra quoq; non vēdetur in perpetuum, quia mea est, & vos aduenæ, & coloni mei estis. Sic ergo isti nouiter venientes ad habitandum in terram illam erant coloni, & aduenæ C Dei, ideo poterat imponere eis quancunque legem seruandam: quia erant in territorio suo. Item patet magis, quia Deus acceperat istam terram specialiter velut terram sanctam, & nolebat, ꝙ contaminaret̄ peccatis habitatorum: ideo si delinquerēt in ea Israelitæ, siue quicunque alij, Deus puniturus erat peccata illorum, inquantum per peccata sua terrā maculabant. Sic patet Leuit. 18. cum dr̄: Ne polluamini in omnibus his, quibus contaminatę sunt vniuersę gētes, quas ego eijciam ante conspectū vestrū, ex quib. polluta ē terra, cuius ego scelera visitabo, vt euomat habitatores suos, sed terra illa polluebatur per quēcunque ibi peccaret: ideo Deus puniebat gētes istas, D quia peccabant in terra illa, & nō quia absolutè peccabant. Ad rationem in contrariū dicendum, ꝙ colere idola, & facere similia est peccatum cōtra ius naturę: ideo quicunque agat, peccat, & sic iustè omnes hoīes idolatræ puniri poterant à Deo, & ēt ipse punit oēs idolatras in alio sęculo: hic tn̄ raro puniebat Deus Gētiles pro idolatria, sed potius puniebat eos pro iniustitia, q̄ erat erga proximos, & pro alijs peccatis turpibus, sicut viri Sodomitę, q̄q̄ non haberent legem, puniti fuerunt grauissimè à Deo pro scelere pessimo, Gen. 19. & q̄q̄ tota terra esset tūc plena idolatria: tamen nulla gens sic punita est pro idolatria: aliqn̄ tamen qn̄ excedebant nimis aliquæ gentes in cultu idolorum, puniebant̄ à Deo ꝑꝑ idola, sed raro E hoc erat. Cū autem dr̄ Leui. 18. ꝙ Chananæi fecerūt oēs abhominationes illas, & terra euomuit eos, dicēdum, ꝙ non agitur ibi de idolatria, sed de turpitudinibus in actu venereo, s. q̄tum ad gradus prohibitos, & qa homines pecoribus miscebātur. Cum autem dr̄ Deut. 18. ꝙ ꝑꝑ huius scelera delebit Deus Chananæos à cōspectu Israel. Dicendum, ꝙ ibi agit̄ de peccatis superstitionis, s. de augurijs, diuinationibus, phitonicis, & necromanticis, & alijs huiusmodi. Et ꝑꝑ hęc peccata expulit Deus Chananæos de terra non quidem solum, vel principaliter, cum Leui. 18. dicatur, quòd propter alia expulsi sunt, sed dicitur hoc, quia ista erant sufficientia ad hoc, quòd expellerentur de terra, etiam si nulla alia egissent.

Iudæi quare tenent̄ ad decimas, & oblatiões dādas Ecclesijs.

Deus rarò puniebat ī hoc seculo Gentiles ꝑ idolatria: bene tn̄ pro alijs peccatis, & quare.

Quomodo

Quomodo cognouerunt gentes istę leones esse immissos à Deo. Quæstio XIII.

QVAERETVR vlterius, quō cognouerunt gentes istę, ꝙ leones illi mittebantur à Deo ad occidendum ipsas Dicendum, ꝙ hoc poterat patere ex multis. Primò: quia leones multi veniebant, quot nunꝗ visi fuerant venire aliàs: ideo istud erat ex aliqua causa speciali. Secundò ex ipsorum leonum ferocitate: quia veniebāt ad vrbes, & loca populata, & ibi occidebant viros, quod aliàs nunꝗ fiebat, sed solū in montibus, vbi erant lustra ferarum occidebantur homines à leonibus. Tertiò patebat hoc ex impossibilitate euadendi: quia homines quantuncunq; diligenter se conseruarent, non poterant euadere morsus leonum. Et in hoc apparebat, ꝙ erat à Deo: quia si istud esset per accidens, vt potè, ꝙ desiderio ciborū leones exirent de mōtibus ad occidendū homines, possent hoīes se tueri ab illis, & nunc non poterant. Sic etiā si homo per malitiam suā velit alteri homini nocere, poterit ille diligēter se habēs effugere plagas, quas ille inferre vult. Si tñ Deus inferre velit plagam, quocunque homo se vertat, non pōt euadere illam: sed si euadit vnum malum incidit in aliud: Sic patet Amos 5. Væ desiderantibus diem Domini, ad quid eam vobis dies Dñi ista tenebræ, & nō lux, quō si fugiat vir à facie leonis, & occurrat ei vrsus, & ingrediatur domū, & innitatur manu sua super parietem, & mordeat eum coluber? Vocatur aūt dies Dñi illa, quæ assignata est à Deo ad inferendum aliquib. pęnam: sed ita erat hic, quia non poterant isti effugere iram leonum: ideo cognoscebāt à Deo esse istud, quia leones supra vires suas agebāt. Quartò patebat, quia istud erat contra oēm consuetudinem: nā nunquam visi fuerant leones in terra illa exire ad occidēdū viros per diuersa loca: ideo oportet, ꝙ reduceretur istud in aliquam causam superiorem, s. Deum. Quintò patebat: quia fortè leones isti solum occidebant viros, & fœminas, & nullius cadauer comedebant, nec lacerabant: & tunc manifestè appareret, ꝙ non faciebant leones ex desiderio ciborum, sed qa Deus immittebat eos ad faciendum hoc. Et hoc verisimile est: quia sic factum est de viro Dei, quē percussit leo: nam Deus misit leonem ad percutiēdum eū, & non lacerauit cadauer eius, nec comedit quidquam, nec etiam lęsit asinum, sed manebat mansuetus apud asinum, & cadauer tāquam essent duo asini, & non iam leo: præced. lib. cap. 13. Sic etiam fuit de quadraginta duobus pueris, quos occiderūt duo vrsi missi à Dño, quia illudebant Elisæo, supr. 2. & tamen de illis vrsis non dicitur, quòd comederunt aliquid de cadaueribus puerorum, sed solum, quòd lacerauerunt illos, scilicet, occiderunt.

Quare dixerunt, quòd immissi erant leones, quia ignorabant legitima Dei terræ, & non dixerunt, quia peccabant contra Deum. Quæstio XIIII.

QVAERETVR vlterius, quō dixerunt istę gētes, ꝙ Deus immisit leones in illos: quia ignorabant legitima Dei terræ, & cur non dixerunt simpliciter, ꝙ istæ gētes peccabant contra Deum, & misit leones contra illos, & quō non dicebant, ꝙ pp cultū idolorum hoc fieret. Respondendum, ꝙ istæ gentes non erant informatæ benè circa veritatē deitatis, sicut ēt alij Gentiles, & putabant esse varios deos, & ꝙ quidam dij haberent potestatē quarundam terrarū; & alij aliarū. Et fiebat diuisio dupliciter: vno modo, ꝙ quidā dij habebant potestates super montes, vbi- F cunque essent montes, & alij super valles, vbicūq; essent valles, & alij super agros, & alij super flumina. Alius modus diuisionis erat, ꝙ terrę diuiderent per prouincias, aut regna, vel vrbes, & quidam Deus haberet potestatem super vnā prouinciam, vel regnū, & alius super aliam. De primo modo patet præced. li. cap. 20. cum dixerūt Syri ad regem suū Benadad: Dij mōtium sunt dij eorum: ideo superauerūt nos: & ibi dr̄: Dixerunt Syri: Deus montium est Dñs, & non Deus vallium. De secundò patet hic, quia voluerunt quendam Deū habere potestatem super terrā Samariæ, & illius nesciebāt cęremonias gentes istæ. Considerandū vlterius, ꝙ non putabant istæ gentes se peccare, quia colebant idola: quia tūc dixissent, ꝙ G Deus percutiebat eos, quia colebant idola: & tñ dixerūt, ꝙ percutiebanī, quia nesciebāt cæremonias Dei terræ illius. Item patet, quia si istę gentes putauissent se percuti, quia colebant idola, cessarent colere idola, & non quærerēt aliud remedium: miserunt tñ ad regem Assyriorum, vt mitteret eis sacerdotē, qui doceret eos legitima Dei terrę illius: ergo non putabāt se peccare colendo idola: ratio huius prouenit ex p̄supposito suo, quia ipsę p̄supponebant, ꝙ quælibet terra haberet Deum suum, & ille coleret in aliqua imagine, & ꝙ non præiudicaret Deo terræ alicuius, ꝙ in terra ipsa coleretur alius Deus, dum tñ exhiberenī ipsi deo de terra illa debitæ cæremoniæ: & hoc potissimè, quia apud oēs gentes cōsuetum erat, & il- H lę non puniebanī, etiam ꝙ apud omnes gentes erat peccatum esse nō putabant. Itē, quia ipsi semper coluerant idola, & nunꝗ fuerant puniti, & nunc puniebanī cum habitarent in terra noua: ideo non pp idola opinabanī se puniri, sed pp cæremonias Dei terrę illius, quas non obseruabant cum ignorarent eas. Et aliquo modo isti verum putabant, & aliqualiter errabant: nā ꝙ essent terræ distinctæ per deos falsa opinio erat, cum vnicus esset Deus: ꝙ tamen punirentur ipsi, quia non seruabāt cæremonias Dei terrę huius, verum erat. Nam ille, qui erat Deus omnium terrarum, specialiter elegerat sibi istam terrā, vt esset sanctificata sibi, & volebat, ꝙ in ea obseruarentur cæremoniæ cultus, quas tenuerant primi habitarores, & I ipsi non tenebant eas: ideo puniebantur. Postquam verò acceperunt cæremonias illas, leones non percusserunt eos sicut prius.

Opinio Gētiliū de deorū multitudine.

De varia potestate Deorum, quam ponebant Gentiles, & de distinctione officiorum Deorum, & de multis dictis poëticis. Quæstio XV.

QVAERETVR vlterius, quō dicebāt istæ Gētes, ꝙ Deus terrę illius immittebat leones cōtra istos non obseruantes cæremonias eius, cū putarēt nō posse mittere leones cōtra ipsos, quia dij isti nullius potestatis erant. Rñdendum, ꝙ istę gentes puta- K bant, ꝙ poterat Deus illius terræ mittere leones cōtra ipsos, si peccarent ꝯ eum omittēdo cæremonias illius. Pro quo sciendum, ꝙ Gētiles diuidebant deos, sicut iam dictū est, & eis attribuebāt aliquid posse, & auferebant aliquā potentiam. Primū, qd auferebant cuilibet Deo erat infinitas potentię: nam nō concedebant alicui de dijs suis omnipotentiam, vnde non putabāt per virtutem deorum posse fieri quæcunq; nos optaremus fieri: & ista positio venit potissimè à philosophis, qui non concesserunt aliꝗ potentiam infinitam. Vnde Aristoteles primo de Cœlo & mūdo, dicit, ꝙ terra nō pōt moueri, quia non est aliqua potentia potens eam expellere de medio mundi. Secundum erat, ꝙ non concedebāt alicui Deo, ꝙ posset facere contra ea, quæ erant fataliter disposita.

Pro

Pro quo sciendum, quòd Gentiles posuerunt tria fata, scilicet, Clotho, Lachesis, & Antropos, quæ fuerũt filiç Demogorgonis primi Dei patris oĩum deorũ: Clotho dr̃ esse fatũ, ad qđ pertinet rerũ inceptio: Lachesis est fatũ, ad quod pertinet rerũ extensio, & cõtinuatio in essendo. Antropos est fatũ ad qđ pertinet res complere, & destruere: vnde Clotho interpretať euocatio: qa euocat res de non esse ad esse, cũ det inchoationẽ essendi. Lachesis interpretať protractio siue extẽsio: qa continuat esse rerũ, esse aũt nostrũ cũ sit in successione est quædã extensio: nulla.n. res habet torũ suũ esse simul, nisi sit purus actus, & talis res est ęterna. Antropos interpretať abscisio, vt quidam volunt, vel magis interpretať conuersio.s. quia res conuertiť ad suũ principium: nã principiũ rei erat nõ esse cum res educta fuerit, quia aliqñ nõ erat. Vel dicitur antropos. i. sine conuersione, quia postquam res ordine fatali destruitur non potest redire ad esse. Vnde de officio istorum fatorum diciť.

Clotho colum baiulat, Lachesis trahit, antropos ocat.

De istis tribus dispositionibus fatalibus dixerunt antiqui Gentiles, ꝙ quidquid per istas statutum esset, firmum erat, & nõ poterat mutari per aliquam humanam solertiam: immo nec per potentiam alicuius Dei, sed, quòd etiam acta deorum cadebant sub dispositione fatali. De hoc ait Seneca in tragædia quinta, cuius titulus est Oedipus.

Fatis agimur, credite fatis.
Non solicitè possunt curę
Mutare rati stamina fusi.
Quidquid agimus venit ex alto:
Seruatque sua decreta Colus.
Lachesis dura reuoluta manu
Omnia secto tramite vadunt.
Primusque dies dedit extremum.
Non illa Deo vertisse licet.
Quæ nexa suis currunt causis.

Et sic patet, ꝙ dij non possunt auertere id, quod fataliter dispositũ est, ꝙ aũt etiam ipsi dij sint subiecti fato, apparet per Ouidium 9. Metamor. q introducit Iouem loquentem ad venerẽ Deam, cum ait.

Tu sola insuperabile fatum.
Nata mouere putas, intres licet ipsa sororum
Tecta tuum cernes illic molimine vasto.
Ex ære, & solido rerum tabularia ferro.
Quę neque concursum cęli, nec fulminis iram,
Nec metuunt vllas tuta, atq; ęterna cauernas.
Inuenies illic inscripta adamante perenni:
Fata tui generis.

Et sic q̃q̃ Venus esset dea, tñ nõ poterat mutare fatu, nec aliqs alius de dijs hoc poterat. Etiã fatalia sui generis descripta erãt in tabulis fatorũ: ergo tã ipsa, q̃ oẽs alij dij, de quorũ genere erat ipsa subijciebanť fato. Quæ aũt non erant determinata fatali dispositione, poterant ipsi dij: ideo putabant Gẽtiles, ꝙ dii sui adiuuabãt eos in bellis, sicut dixit Achaz de dijs Syrię.s. dij regũ Syrię auxilianť eis, quos ego placabo hostijs 2. Parali. 28. sic ẽt Iephte locutus est ad regẽ Ammonitarũ: Iudi. 11. s. Nõne ea, q̃ possedit Chamos Deus tuus tibi iure debenť? q̃ aũt Dñs Deus nr̃ victor obtinuit in nr̃am cędet possessionẽ. Q.d. sicut ea, q̃ obtinuit ĩ bello Chamos Deus Ammonitarũ, & Moabitarũ ptinẽt ad eos, ita illa, q̃ Deus Israel in bello obtinuit ptinẽt ad Israelitas. Propter hoc aũt Gentiles ducebãt deos suos in bellũ, vt eos adiuuarent. Sic patet de Philisthinis, qñ pugnauerunt ꝯ Dauid: nã tulerũt secũ deos suos, & postea cũ fugissent de bello, reliquerunt eos, & Dauid, & viri sui inuenientes illos combusserunt sup. 2. li. c. 5. & 1. Para. 14. sic ẽt Idumæi qñ pugnauerunt ꝯ Amasiã duxerunt

A deos suos in bellũ, & Amasias captiuauit Idumęos, & deos ipsorũ, & postea coluit eos captiuos 2. Paralipo. 25. Ipsi quoq; poetę introducunt deos pugnantes ꝓ cultoribus suis, & pp̃ hoc erat bellũ ĩter deos, quibusdã fauentibus vni parti, & alijs alteri, sicut venus cõtendebat in consilio deorũ ꝓ Henea, & Troianis. Iuno aũt contendebat, ꝙ Turnus rex Rutulorũ superaret, vt patet ꝑ Virgiliũ 10. Aeneidos. Simile ẽt ꝑ Homerũ ĩ Iliade. Vnde ẽt ipsi Troiani, qñ ibãt contra Græcos, & introibant ad cremãdũ naues ipsorum, ferebant secum deos suos, vt ait Ouidius 12. Metamor. Propter hoc etiam, quando aliqui Gentiles superabant hostes suos laudabant deos suos, & faciebant sacrificia, & festiuitatem magnam, vt patet de Philisthinis quando ceperunt Samsonem: Iu-

Bellũ ĩter Deos Gẽtilium.

B di. 16. s. Congregati sunt principes Philisthinorum, vt immolarent hostias magnificas Deo suo Dagõ, & epularentur dicentes: tradidit Deus noster inimicũ nr̃m Samson in manus nostras. Sic ẽt qñ Philisthini occiderunt Saulem, & filios eius in bello, affixerunt caput suum in templo Dagon, & arma eius consecrauerunt in templo Astaroth supra 1. lib. ca. vltimo & 1. Paralip. 10. putabant etiam Gentiles, ꝙ vnus Deus poterat impedire alium, si vellet aliquid agere in parte illa orbis, quæ pertinebat ad eum. Sic putauerunt Syri, ꝙ dij sui non præualuerant cõtra Deum Hebræorum, quando pugnauerunt contra Achab, eo ꝙ credebant Deum Israelitarũ esse Deũ

C montium, & Deum suum esse Deũ valliũ: præced. lib. cap. 20. Putauit.n sic Ouidius 2. Meta. qui introducit Iunonem orantem Nereum, & Thetidẽ deos maris, ne permitterent vtranq; Vrsam tingi Oceano, & tñ ipse ponit vtranq; Vrsam Deum, cum ait.

Ac si vos lęsæ tangit contemptus alumnæ,
Gurgite cęrulo septem prohibete Triones.
Et sidera cęlo stupri mercede recepta
Pellite, ne sacro tingatur in æquore pellex.

Putabant etiam, ꝙ vnus Deus, quantuncunq; esset potens, non poterat facere aliquid in parte orbis assignata alteri Deo, siue illud esset contra illum Deũ, cuius erat illa pars, siue non: sed si aliquid vellet facere, oportebat, ꝙ oraret Deũ, cuius erat illa ꝑs, & ad

D ꝑces eius ille faceret: sic.n. iuno, q̃ erat maxima dearũ.s. soror Iouis, vt patet tragedia prima, cuius titulus est: Hercules furẽs, cum voluit, ꝙ Septentriones non tingerentur ęquore, non potuit per se facere, sed orauit Nereũ, & Thetidẽ deos maris hoc efficere, vt patet in allegato exemplo. Sic etiam eadẽ Iuno cum voluit Aeneam, & reliquos Troianos ꝑdere in mari incutiẽdo vẽtos validos, ñ potuit ꝑ se facere, sed orauit eorũ deũ vẽtorũ, vt hoc faceret, dicẽs.

Gens inimica Tirrhenum nauigat ęquor,
Illum in Italiam portans, victosque penates.
Incute vim ventis submersasque obrue puppes.

Putabat etiam à fortiori, ꝙ posset quilibet Deus punire cultores suos, qñ irasceretur contra eos pro

E peccatis ipsorum: sic enim dicit Ouidius. 8. Meta. ꝙ Diana offensa à Græcis: quia occiderant quandam ceruam cõsecratam ei, vel ex alia causa, vt quidam volunt, misit aprum quẽdam in terram Calidonię, qui vastabat totam terram. Sic etiam dr̃ tragædia quinta, cuius titulus est: Oedipus ꝙ quia Oedipus occidit patrem suum Laium, & accepit matrem suã Iocastam in vxorem, venit magna pestis super terrã. Si igitur putauerunt Gentiles, ꝙ Diana poterat mittere aprũ ad vastãdũ terrã: quia offensa fuerat à cultoribus suis, possent etiam rationabiliter istę gentes putare, ꝙ Deus terrę istius offensus ab incolis: qa non seruabant cęremonias eius, mitteret leones cõtra illos, & sic putauerũt, ꝙ Deus terrę illi⁹ faciebat hoc

hoc, q̄q̄ nō esset oĩpotēs, sed sicut alij dij gentilium. *Præcepit autem rex Assyriorum, dicens: ducite illùc vnum de sacerdotibus.* Credidit etiam rex, quòd propter istud eueniebat plaga à leonibus in terram illam, non iussit, ꝙ mitteretur illùc vnus de sacerdotibus, qui fuerant prius ĩ terra illa, & doceret cęremonias Dei terræ illius ipsos habitatores. *Quos inde captiuos adduxistis.* Dixit hoc rex ad seruos suos Assyrios, qui captiuauerant Samaritas, & duxerant omnes tam laicos, quā sacerdotes. *Et vadat, & habitet cum eis.* Non misit rex multos de Samaritis ad habitandum in terra illa: qa illi poterat coniurare cum gentibus vicinis contra regem Assyriorum, sed misit vnicum sacerdotem, qui sufficienter poterat instruere habitatores terræ illius in cæremonijs cultus Dei, & nihil posset nocere coniurando contra regem Assyriorum, quia vnicus erat. *Et doceat eos legitima Dei terræ.* i. doceat eos cęremonias, quas Deus terræ illius vult sibi obseruari. *Igitur cum venisset vnus de sacerdotibus his, qui captiui ducti fuerant de Samaria.* f. redijt iste Sacerdos in terram Samariæ, de qua captiuus ductus fuerat. *Habitauit in Bethel.* Istud fuit, quia in Bethel erat prius locus sanctificationis, cum vnus de vitulis aureis esset ibi eo tempore, quo manebant Israelitæ in terra, & erat ibi summus sacerdos terræ illius: quod patet Amos 7. cum dicitur. Et misit Amasias sacerdos Bethel ad Ieroboā: & iterū dicitur: Dixit Amasias ad Amos qui vides, gradere, fuge in terram Iuda, & comede ibi panem, & ibi prophetabis, & in Bethel non adijcies vltra, vt prophetes, quia sanctificatio regis est, et domus regni est. *Et docebat eos quomodo colerent Dominum.* i. docebat eos de cultu Dei veri, vt leones cessarent percutere ipsos.

Vnus de sacerdotibus, q captiui erāt, ductus est Samaria.

Quis fuit iste sacerdos, qui venit ad instruendum Samaritas in cultu Dei, & quem ritum docuit. Quæs. XVI.

QVAERETVR, quis sacerdos erat iste, qui reductus est in Samariam, vt doceret gentes illas, & quomodo poterat esse de captiuis Samariæ. Aliquis dicet, quòd non poterat esse de sacerdotibus Samariæ: quia in samaria nō erant sacerdotes, sed omnes sacerdotes erant in regno Iuda. Nam quando Ieroboam fecit vitulos aureos in terra Israel omnes sacerdotes, & leuitæ reliquerunt vrbes suas, & suburbana, & possessiones suas, & transierunt ad regnum Iuda 2. Paralipo. 11. Sed dicendum, ꝙ aliquis sacerdos erat in Samaria, immo multi, quando Israelitæ translati sunt ad terram Assyriorū. Nā Ieroboā constituerat multos sacerdotes: nam quicunq; volebat implebat manum suā, & efficiebatur sacerdos, præcedenti li. cap. 12. & 13. & 2. Paralip. 13. potissime autem hoc: quia Ieroboam permittebat quibuscunq; de infimis in populo effici sacerdotes, & de istis erāt valde multi. Sed aliquis dicet, ꝙ non poterat esse sacerdos, qui missus est de istis: quia ille doceret gētes illas colere vitulos, & non colere Deum, & tamen hic dicitur, ꝙ docebat eos colere Deum, ergo videt, ꝙ non erat de istis sacerdotibus, sed de illis, qui erāt de genere Aaron, & colebant Deum verum. Dicendum, quòd non erat de illis: quia sicut dictū est omnes sacerdotes, & leuitæ transierāt de regno Israel, in regnum Iuda, & ibi manebant: & tamē de regno Iuda nullus ductus fuit in Assyrios, sed solum de regno Israel: ideo oportuit, quòd iste esset sacerdos de illis, quos constituerat sibi Ieroboam de infimis populi de quibus erant multi in terra Israel, & hoc significatur hic, cum dicitur: vnus de sacerdotibus, qui captiui ducti fuerant de Samaria. Quasi dicat, quòd multi erant.

F *Iste sacerdos quem ritum colendi docuit habitatores Samarię. Quæstio XVII.*

QVAERETVR vlterius de isto sacerdote, quem ritum colendi docuit habitatores Samariæ, scilicet, an docuit illos ad colēdum vitulos, vel ad colendum Deum verum.

Aliquis dicet, quòd docuit eos ad colendum vitulos, quod patet ex duobus. Primò, quia iste sacerdos erat de cultoribus idolorum, scilicet, de illis, qui erant ad colendum vitulos in Samaria: ideo talem cultum doceret eos, qualem ipse sciebat, & qualem prius exercuerat. Secundò, quia iste sacerdos venit ad habitandum in Bethel & ibi erat prius templum G maximum vnius de vitulis, & erat ibi sanctificatio regis, vt supra dictum est, ergo ad hoc habitaret in Bethel, vt exerceret cultum priorem.

Respondendum est, ꝙ iste sacerdos docuit gentes illas ad colendum Deum verum, & erudiebat eos in cęremonijs legis Moysi: quod patet, primò quia dicitur hic, quòd iste docebat eos quomodo colerēt Deum, & tamen non vocatur Deus absolutè in scriptura aliquod idolum, & iste vocatur hic Deus absolutè: ergo erat Deus verus. Secundò patet: quia gentes istę miserunt pro sacerdote, qui doceret eas cęremonias Dei terrę istius, vt non venirent leones contra eos: si tamen erudirentur in cultu vitulorū, non cessarent leones venire, cum illi mitterentur à H Deo, quia ipse non colebatur, & non differebat coli vitulos, vel quæcunq; alia idola, ergo non cessarēt leones venire: & tamen cessauerunt, quia postquam iste sacerdos venit ad erudiendum gentes istas in cęremonijs, non fit mentio de aliqua q̄rela, sicut prius: ergo cessauerunt leones venire & consequenter colebatur verus Deus. Tertiò patet, quia de istis Samaritanis dicitur, quòd recipiunt quinq; libros Moysi, & nihil aliud de toto canone veteris testamenti: & tamen in quinque libris Moysi continetur totus ritus colendi: ergo isti acceperunt doctrinam colendi Deum verum.

Quartò patet, quia infra in litera dicitur, quòd fuerunt gentes istæ timentes Dominum, sed nihilo I minus idolis suis seruientes, si tamen istę gentes coluissent vitulos aureos, & eruditę fuissent à sacerdote ad colendum illos, non diceretur, ꝙ timebāt Dominum, & idolis suis seruiebant: quia siue vituli aurei, siue dij, quos fabricauerant sibi istę gentes, idola erant. Oportet ergo, quòd eruditi fuerint in cultu Dei veri, & quòd facerent cęremonias cultus eius, & etiam, quòd colerent idola sua.

Dicendum autem, quòd iste sacerdos non erat de tribu Leui, sed erat de popularibus, de quibus in regno Israel multi fiebant sacerdotes, & prius assuetus fuerat ad colēdum vitulos dum maneret in Samaria, & tamen sciebat cęremonias cultus Dei: omnes enim isti sacerdotes, & etiam populares scie- K bant cęremonias cultus diuini, cum haberēt libros Moysi, in quibus scripta erant, licet ipsi non vterentur eis, sed alijs ad cultum vitulorum, vel fortè vtebantur eisdem ad cultum vitulorum, & nunc videns iste sacerdos, quòd Deus verus mittebat leones contra gentes istas: quia non colebant eum, erudiuit eas in cultu veri Dei sine statua, & imagine.

Ad rationem primam in contrarium dicendum, quòd quanquam esset iste sacerdos de cultoribus idolorum, tamen sciebat ritum cultus Dei, cum omnes isti haberent libros Moysi, in quibus erant illæ cæremoniæ, & fortè vtebantur istis cæremonijs in cultu idolorum. Et dato, ꝙ vterentur alijs: qa tā iste sacerdos nunc videbat, quòd non poterant liberari istę

rari istę gentes, nisi colerent verum Deum, erudiret easin cultu veri Dei, & non in cultu vitulorum.

Ad secundum dicendum, ꝙ sacerdos iste non habitauit in Bethel, vt coleret vitulum aureum, q ibi prius erat: nam constat, ꝙ iam nõ erat ibi: quia reges Assyriorum auferrent vitulos illos propter aurum, vel saltem ipsi Israelitæ, quando ducerentur captiui ferrent secum illos, sed habitauit in Bethel: quia ibi erant altaria, in quibus posset colere Deum, & sicut olim fuerat locus præcipuus cultus vitulorũ in Bethel, ita nunc esset ibi locus ꝓcipuus cultus diuini.

An istę gentes obligarentur ad cæremonias legis Mosaycæ, & quis sit ille cultus, ad quem omnes homines obligantur Deo naturaliter. Quest. XVIII.

B QVAERETVR vlterius, an gentes istę q̃ translatę fuerunt in Samariam obligarentur ad cæremonias cultus diuini, sicut Israelitæ, qui prius ibi fuerant: & an iustè punirentur: quia non obseruabant cęremonias illas. Respondendum, ꝙ de istis gẽtibus potest dupliciter dici, vno modo, an peccarẽt colendo idola, quę colebant in Samaria, alio modo an peccarent, quia non colebant Dominum. Accipiendo primo modo, manifestum est, ꝙ peccabant: quia cultus idolorum non potest esse sine peccato: & ideo siue isti colerent idola in Samaria, siue ĩ quacunque alia regione, peccarent, & posset Deus iustè mittere leones contra eos, & tamen nunc non faciebat sic: qa cũ essent in terra sua non mittebat leones contra eos, quanquam colerent idola. Secundò modo accipiendo potest dupliciter intelligi cultus diuinus: vno modo, ꝙ exhibeamus aliquã cæremoniã in honorem Dei, qualiscunque illa sit. Alio modo, ꝙ teneamur ad certum modum cęremoniarum. De primo dicendum, ꝙ cum omnes homines obligentur credere verum Deum, & vnum, quem naturaliter cognoscere possunt, obligantur etiam honorare eum, & glorificare vt Deum. Et si quis credat vnicum Deum esse, & tamen non glorificet eum, vt Deum, peccat. Sic enim apostolus increpat Gentiles Romanos dicẽs: quia cum cognouissent Deũ, D non sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerũt, sed euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum. Tenetur ergo naturaliter quilibet homo ad exhibendum Deo aliquẽ cultum. De hoc ad Ro. 1. Iste tamen cultus non est naturaliter determinatus, sed qualencunque vellet homo exhibere: dum tamẽ puro corde ageret, sufficiebat in lege naturæ, vbi nulla res de ritu colendi posita erat: & sic isti, qui venerant in Samariam, cum essent Gentiles, tenebantur ad exhibendum Deo aliquem cultum, licet non essent cęremonię determinatę. Peccauerunt ergo istæ gentes, saltẽ in duobus. Primum: quia idola colebant. Secundum erat: quia non exhibebant Deo aliquẽ cultum. Si autem quęratur de cęremonijs cultus diuini determinatis, vt pote de ipsis cęremonijs cultus Hebræorum, an tenerentur istę Gentes ad illas, dicẽdum, ꝙ non: quia aut tenerentur ꝑ se, vel ꝑ locũ, in quo manebãt: non propter se, quia lex mosaica non fuit data omnibus hominibus, sed solis Iudæis, & eis, qui conuerti volebant ad Iudaismum: isti tamen erant Gentiles. Etiam non potest dici, ꝙ propter hoc leones mitterentur contra eos: qa si tenerent isti ad legẽ Mosaicam, in quantũ erant Gentiles, & quia non seruabant illam, mittebantur leones contra eos: mitterẽtur eodem modo contra oẽs gentiles: quia oẽs gentiles essent obligati ad legem mosaicã, & peccarent, A non seruando illã. Si autem dicatur, ꝙ propter terram, in qua erant, obligabantur colere Deum secũdum cęremonias Hebræorum, non stat: quia tunc ipsi Chananæi, qui manebant in terra manentibus Hebræis obligarentur ad istas cęremonias, & si non seruarent eas, mitterentur leones cõtra eos, sed falsum erat: quia non legitur leones fuisse missos contra aliquam vnam gentem, nisi contra istam. Item dato, ꝙ obligarentur istę gentes ad cęremonias iudaicas: quia erant in terra illa: tamen non peccarẽt non exhibendo illas: quia habebant ignorantiã inuincibilem: nam ipsi non poterant scire naturaliter se obligatos esse ad illas cęremonias. Nam quanquã tenerentur istæ gentes credere esse vnicum verum B Deum: tamen nõ apparebat, an iste Deus esset Deus Hebræorum, nec tenebantur credere esse illũ, quousq; constaret eis per manifesta miracula. Et dato, ꝙ constaret illum esse verum Deũ, non obligabantur adhuc istæ gentes ad obseruandũ cęremonias iudaicas: quia nesciebant, an illę datę fuissent à Deo: & dato, ꝙ scirent illas fuisse datas à Deo, non obligabantur ad eas: quia non datę fuerant ad obligandũ oẽs homines, sed solũ Hebręos. Et si Deus vellet, ꝙ oẽs illi, qui essent in terra Chanaan, obligati essent ad cęrimonias eius: quia terra illa specialiter erat sua, hoc nulli homini constabat, & sic nullus peccaret nõ obseruando eas. Patet ergo, ꝙ istę gentes nõ peccabãt in nõ exhibẽdo Deo cęremonias iudaicas, sed solũ C peccabant: quia idola colebãt, & qa Deũ nullo modo honorabant exhibẽtes qualẽcũq; cęremoniam.

Ex hoc poteris respondere ad id, qđ quæritur de Indis nouiter repertis ab Hispanis, an obligarẽtur ad legem Christi sic, ꝙ perirent æternaliter.

Quare Leones missi sunt contra istos Samaritas. Quæstio XIX.

QVAERETVR vlterius, propter quid missi fuerunt leones cõtra istos, & an meruerunt mitti contra se leones. Dicendum, ꝙ isti peccauerũt colendo idola & merebantur propter hoc mitti leones contra se, & tamen non fuerunt ꝓpter hoc missi: quia tunc mitterentur contra oẽs gentes, cũ omnes colerent idola. Itẽ postquam istę gentes cęperunt colere Dominum docente eas sacerdote samaritа adhuc colebant idola, vt patet in litera: & tamẽ postquam ille sacerdos docuit eos, non venerũt leones contra ipsos, ergo non erat propter cultum idolorum. Item merebantur gentes istæ mitti contra se leones: quia non exhibebant Deo aliquem cultum, ad quem naturaliter tenebantur, & tamen nõ fuerunt propter hoc missi leones: quia cętere gẽtes etiam non colebant Deum, vt tenebantur, & tamẽ non mittebantur leones contra illas: istæ autẽ gentes non peccabant: quia non colebant Deum secundum ritum iudaicum: & tamen dato, ꝙ peccarent in hoc, non mittebantur leones propter istud, quia etiam tunc Chananæi peccarent, qui manebant in terra illa, & non colebant Dominum per istas cęre-E monias, & tamen non mittebantur contra eos leones. Item patet: quia si in hoc peccarent, & pro hoc mitterentur leones, postquã inciperent colere Dominum etiam mitterentur: quia colebant Dominum simul cum idolis suis: & iste cultus nõ est Deo gratus, sed ita merebantur puniri colentes simul Deum, & idola, sicut si sola idola colerent: ideo semper punirentur. Dicendum ergo, quòd istæ gentes merebantur puniri, sed non veniebat pœna, aut cessabat adueniente peccato, vel cessante. Meruerunt autem puniri: qa colebãt idola: & tamen non fuit ista causa, pro qua Deus puniuit illos. Pro quo sciendum, quòd ad hoc, quòd aliquis puniatur, necesse est dari causam promeritoriã, & tñ nõ oportet dici, ꝙ

Deus puniat pro illa causa, sed pro alia: vt pote, si qs peccauerit fallẽdo proximum, & Deus velit ipsum punire, nõ oportet, ꝙ puniat eũ pro hoc, sed poterit punire ad ostendẽdam gloriam suã: ideo postquam semel ostenderit gloriam suam puniendo illum, poterit cessare pęna, & manebit adhuc ille in peccato. Etiam dato, ꝙ multi peccent in simili crimine, & ęqualiter peccent, non oportet, ꝙ Deus puniat oẽs, vel nullum, sed quosdam puniet, & alios non, si tamen causa motiua, & promeritoria esset solũ illud crimen, omnes punirentur, vel nullus: & tamen dato, ꝙ sit causa promeritoria eadem, motiua non est eadem: quia fortè Deus non punit hic istum: qa peccauit, licet peccauerit, sed ad ostendendam gloriam suam in illo, vel propter aliam causam, & quia illa causa sufficienter habetur puniendo vnum in illo crimine, & non alios criminosos, ideo Deus in p̃senti aliquando punit quosdã criminosos, & alios non.

Causa quare missi fuerunt leones.

Sic autem fuit in proposito, quia motiuum Dei ad puniendum gentes istas, fuit ad ostendendam potẽtiam suam. s. quia fortè reges Assyriorum putarent ꝙ Deus erat impotens, & ꝙ non potuisset defendere Israelitas de manu eorum. Voluit ergo Deus ostẽdere potentiam suam regi Assyriorum mittẽdo leones contra gentes istas, quæ erant in terra eius, & nõ colebant ipsum, per quod apparebat, ꝙ etiam priores habitatores terræ ideo expulsi fuerant de terra, quia Deus voluit eos expellere: quia non colebant ipsum, sed vitulos aureos: & sic merebantur istæ gẽtes puniri: quia aliàs Deus non misisset leones cõtra illas: & non merebantur hoc, nisi quia colebant idola, & tamen Deus non puniuit eas propter hoc, sed ad gloriam suam ostendendam modo assignato. Ex quo patet, ꝙ dato, ꝙ istæ Gentes mererent, cũ erant in terra sua, mitti leones contra se, non mittebant̃, quia non ostenderetur ibi gloria Dei, mittendo illos ad intentionem, ad quam nũc volebat. Eodem modo dato, ꝙ aliæ Gentes colerent idola, & mererentur contra se mitti leones, non mittebantur: qa non ostendebatur ibi gloria Dei ad casum istũ, quę nunc volebat Deus. Idem etiam erat de Chananęis, qui habitabant in terra illa, & non seruabant cęremonias iudaicas, & tamen non mittebantur leones contra eos: quia mittendo illos non ostenderet ibi potentia Dei ad finem, ad quem ipse volebat: & sic licet multæ gentes mererentur mitti contra se leones eo tempore, contra nullam missi sunt nisi cõtra Samaritas ex causa dicta Et apparebat valde in hoc potentia Dei, quia antequam isti colerent Deum, veniebant leones contra eos, quos nullus poterat euadere, & postquam cęperunt tenere cęremonias cultus diuini, cessauerũt leones illico venire: ideo apparebat Deum potentem esse super leones ad mittendum eos contra præuaricatores cultus sui, & ad cõpescẽdum eos à cultoribus suis, & sic potuissent defendere priores habitatores samarię à regibus Assyriorum, si illi coluissent verè Deum: nã poterat mittere leones contra Assyrios, sicut nunc misit: & tamen, quia recesserunt à cultu suo, permisit eos ĩ manibus Assyriorum. *Et vnaquęq; gens fabricata est Deum suum.* Erant quinq; gentes, & fecerunt quinq; Deos, quos tenebant in ciuitatibus, in quibus morabãtur, & isti dij erant, quos tenebant istę gentes in regionibus suis antequam transferrentur in Samariam, sic patet infra in litera s. & cũ Dominum colerent, dis quoq; suis seruiebant iuxta consuetudinem gentiũ, de quibus translatæ fuerant Samariam. *Posueruntque eos in Phanis excelsis* i. posuerunt istas statuas Deorum suorum in quibusdam templis excelsis. s. quæ erant in montibus, vel in collibus intra vrbes, vel extra.

F *Quæ fecerunt Samaritæ.* Intelligitur hoc de Israelitis, q̃ fuerant prius in terra, & iam translati erant in Assyrios, & vocantur Samaritæ, quia habitabant in terra Samariæ. Isti dũ manerent in terra, colebãt idola, & faciebant templa ꝑ diuersa loca in montibus & collibus, & intra vrbes, & manserunt illa templa facta venientibus in Samariam istis Gẽtibus: ideo posuerunt deos suos in templis illis, nec curauerunt facere de nouo templa. *Gens, & gens in vrbibus suis, in quibus habitabant.* i. quælibet gens ponebat idolum suum in vrbibus suis, in quibus habitabat: erat enim tota terra Samariæ diuisa in quinq; partes propter quinq; gentes, & in omnibus vrbibus, quæ pertinebant ad vnam gentem erat idolum gentis illius per diuersa

G templa, & sic de singulis gentibus, vt in qualibet vrbe & loco haberent templum, in quo adorarent, & Deum, quem colerent. *Viri enim Babylonij fecerunt Socothbenot.* Hic ponuntur nomina deorum istarũ Gẽtium: erat autem vna gens Babyloniorum, quæ erat præcipua, & ista habebat Deum, cuius nomen erat Socothbenot. aliqui putat ista nomina esse Hebręa, & esse appellatiua: alij verò dicunt esse propria istarum gentium, vt inf. dicetur, & interpretat̃ Socothbenot tabernaculum filiarum: qa Socoth est tabernaculum, Benot signat filias. Et aliqui dicunt, quòd erat Deus Babyloniorum, & in modum gallinæ habentis sub se pullos. Et hoc fecerunt Babylonij ad similitudinem cuiusdam cęlestis cõstellationis, quæ

H vocatur gallina cum pullis, & sunt stellę simul in signo tauri, & vocant̃ ab astrologis Pliades, vel Athlãtides. Et quia erant Babyloni astrologi, posuerunt istam constellationem vt Deum, & figurabant eam sic. *Viri enim Cuthæni fecerunt Nergel.* Ista erat secunda gens, & vocantur Cutheni de Cutha regione, vel vrbe: Iosephus tamen dicit 9. Antiq. hoc vocabulo hactenus vtebãtur, eo ꝙ à prouincia Persida, & à quodam flumine, quod Cutha vocatur, migrari viderẽtur: sed non differt, ꝙ Cutha sit nomen vrbis, vel fluminis, aut regionis. *Et viri de Emath fecerunt Asima.* i. fecerunt idolum nominis Asima. Sciendum autem ꝙ Emath est quædam ciuitas, vel, vt alij volunt, est regio in terra Syriæ, & est coniuncta terræ Israel in

Emath ciuitas dup.

I latere aquilonari: vnde Nu. 34 cum ponũtur termini terræ Chanaan, ponitur Emath in latere aquilonari. Dicendum, ꝙ non accipitur Emath hic pro illa vrbe, vel regione: qa tunc isti, qui essent de Emath cum habitarent in Samaria non viderentur translati de terra sua, sed manentes in eadem. Item patet, qa istę gentes erant de terra Assyriorum, & tñ Emath nõ erat de terra Assyriorum, sed de terra Syriæ, quæ est coniuncta Samariæ, ideo dicendum, ꝙ erat alia Emath in terra Assyriorum, de qua trãslata fuit ista gens. *Porro Heuęi fecerunt Nebahaz, & tharthac.* Ista gens habuit duos deos sicut, & alia gens, quæ erat de Sepharnaim. Sed aliquis dicet, quomodo dicitur hic de Heuæis, quia Heuæi erant vnus de septem popu-

K lis terræ Chanaan, vt patet Exod. 3. & hic dicitur de quinque gentibus translatis de terra Assyriorum in Samariam. Dici poterat, ꝙ aliqui Heuæi sunt ĩ terra Chananæorum, & aliæ gentes sunt in alijs partibus terrarum, quæ etiã vocantur Heuæi, sicut nunc diximus de Hemath, quia vna Hemath est in terra Syriæ, & alia in terra Assyriorum. Dicẽdum autem, ꝙ Heuæi vocantur hic quidam populi de vrbe, vel regione, quæ vocatur Alath: quod patet: quia supra ponitur, ꝙ istę gentes translatæ fuerunt de quinq; regionibus, scilicet, de Babylone, & de Cutha, & de Alath, & de Emath, & de Sepharnaim: & de quatuor istarum dicitur hic, ꝙ fecerũt deos. s. Babylonij Cutheni, & viri de Emath, & viri de Sepharnaim, &

& ponitur quinta gens.s. Heuæi: ergo oportet, ꝙ isti sint illi, qui vocātur de Alath. Prouenit autem hoc, quia vbi nos supra diximus: Alath in Hebræo dicitur: haua, & denominatiuum eius est Heuæus: ideo nominantur hic isti de Halath Heuæi. *Hi autem, qui erant de Sepharnaim comburebant filios suos igni Adramelech, & Anamelech dijs Sepharnaim.* Isti erant duo Dij vrbis Sepharnaim, & gentes istę in reuerentiam istorum deorum cremabāt filios suos. Potest intelligi, ꝙ cremabant eos, sicut dicunt Hebræi de idolo Moloch, s. ꝙ ponerentur paruuli in manibus illius idoli postquam esset inflammatus, & cremarētur in manibus eius, vt dictum est præcedenti cap. Vel potest intelligi, ꝙ viuos eos iaciebant in ignem, vt cremarentur ibi. Vel potest intelligi, ꝙ iugulabātur, & postea cremabantur, & iste erat modus sacrificij. s. ꝙ prius immolaretur pecus, & postea cremaretur, & tunc erat holocaustum. Sic dicitur Oseæ 13. s. immolate homines vitulos adorantes. Faciebant aūt hoc viri de Sepharnaim: quia putabant se nimis mereri in isto, & acquirere magna bona ab eis: nā nihil erat, quod magis Dæmones desiderarent, quā ꝙ homines immolarentur eis, & ob hoc sacerdotes istorum idolorum promittebant maxima bona eis, qui in honorem deorum filios suos cremarent. *Et nihilominus colebant Dominum.* i. quanquam haberent idola, & facerent eis sacrificia, tamen colebant Dominum. s. seruando ceremonias eius, quas docuerat sacerdos ille: & sic faciebant sacrificia, quæ erant in lege Moysi: quia in singulis vrbibus suis habebant istę gentes templa ꝓ Deo, sicut ꝓ idolis; vel forte habebāt vnū tēplū in quo colerēt Deū exhibēdo cęremonias. & sicut postea fuit de tēplo, qđ habuerūt ī mōte Sichē.

An nomina idolorum istorum essent Hebręa, vel Gentium. Quæstio XX.

QVAERETVR de nominibus istorū idolorū an essent nomina hebręa, vel sint nomina gentium istarum, quæ colebant istos deos. Dicēdū, ꝙ necesse est istos deos habuisse nomina ꝓpria apud gentes illas, quarum erant dij: & tamen ista nomina poterant cōuerti in nomina Hebraica appellatiua, quæ conuenirēt eis à proprietate, sicut patet de idolo Babiloniorum, quod vocabatur Socothbenot, & est nomen Hebræum, quod significat tabernaculū filiarum. Dicendum tamen, ꝙ ista non sunt nomina hebraica, sed sunt nomina Barbara, quæ sunt ꝓpria apud gentes illas, quarum erant isti dij: nam nō poterat esse aliquis Deus istorum sine nomine proprio: & si forte ista essent Hebræa non poterant esse nisi appellatiua: quia proprium non potest conuerti de vna lingua in aliam, sed apud omnes gentes eodem modo vocabitur: ideo diceremus tunc, ꝙ ista non essent nomina propria istorum deorum: litera tamen ponit illa, vt nomina propria. Secundò patet: quia si ista essent nomina Hebræa, essent appellatiua, & essent imposita istis dijs à scriptore libri hui⁹ ad significandum aliquam qualitatem istorum deorum, & tunc possent exponi: & tamen Hebræi non possunt ista exponere aliqua expositione rationabili, sicut nec nos possumus exponere nomina ꝓpria linguę latinę: quia non sunt nisi voces non importātes aliquid commune, sed quoddam indiuiduū determinatum. Tertiò patet, quia si ista fuissent nomina Hebręa communia transtulisset ea Hieronymus per nomina communia Latina: & tamen posuit sicut erat in Hebræo: ergo ista erāt nomina propria.

Ad rationem autem in contrarium dicendum, ꝙ Socothbenot potest esse nomen Hebręum appel-

A latiuum: & tamen hic non est nomē Hebræum, sed est nomen proprium linguę Babylonicę. Et non est inconueniens, ꝙ idē nomen sit apellatiuū in diuersis linguis, vel proprium in vna, & appellatiuum in alia: quia istud est per accidens sicut in eadem lingua contingit idem nomen esse ęquiuocum ad plura, & fuit per accidens illa ęquiuocatio: quia non significat illa per prius, & posterius, vel vnum in comparatione ad aliud, sed ita significat vnum, ac si nō significaret aliud. Simile patet in ista dictione: leuaui: quia in Latino est verbum significans eleuationem: in Hebræo autem, leuaui, idem est, ꝙ cor meum, & est ibi nomen. Ita in isto nomine Socothbenoth: nā apud Babylonios est nomen proprium idoli, & est vnum B nomen: apud Hebręos verò sunt duo noīa, & significat tabernaculū filiarum: sunt ergo ista noīa ꝓpria Barbara ꝑtinētia ad idiomata istarū quinq; gentiū.

Istæ gentes quomodo ausę sunt colere idola postquam eruditæ sunt à sacerdote Samaritano. Quęst. XXI.

QVAERETVR vlterius, quomodo istę gentes audebant colere idola postea quando colebant Deum, cùm eruditi sunt per sacerdotē Samaritanum. Nam debuissent timere, ꝙ leones semper venirent contra eos, dum non desinerēt colere idola. Rūdendū, ꝙ istę gentes non putauerūt se malè agere, q̄q̄ colerent idola dum tñ seruarent cęremonias C cultus Dei. Rō huius erat ꝑ falsam opinionē, quā habebant de vera deitate: nā ipsi non credebāt Deū terrę Samariæ esse Deum vnicū, & oīpotentem, ita ꝙ cū eo non esset alius Deus, qui deberet, aut posset adorari, sed credebant, ꝙ iste erat vnus de dijs, sicut erant cęteri dij gētium, licet esset maioris potestatis, q̄ aliqui illorum: quod patet: q̄a dixerunt se ignorare legitima Dei terrę illius, sup ī litera, in quo innuebant, ꝓ Deus terrę illius esset specialiter Deus eius, & nō esset Deus aliarum terrarū. In alijs tñ dijs gentiū putabāt gētiles, ꝙ non offendebant vnū Deū, q̄q̄ colerent aliū, nisi fortè omitterēt cęremonias eius: & q̄a nunc isti non omittebant cęremonias Dei, nō putabant se peccare, si ēt colerent idola sua. Sed tūc D dicetur ꝙ istę gentes non poterant ignorare conditionē Dei terrę istius: quia sacerdos ille, qui venit, docuit eos, & ipsi receperunt quinq; libros Moysi: & tñ in illis dicitur sępè, ꝙ Deus iste erat vnicus, & nullus erat Deus pręter ipsum, & ꝙ ipse solus colēdus erat: ideo non poterant ꝑ ignorantiam colere idola sua cum Deo vero. Posset dici, ꝙ iste sacerdos, q̄ docuit Samaritas, fortè non docuit eos quō Deus ille vnus erat, vel alias conditiones Dei, sed solū docuit ritū colendi in sacrificijs, & in alijs cęremonijs, quas debebant seruare, & sic non putabant, ꝙ esset cōtra præceptum eius colere alium cum ipso. Vel potest dici, & melius, ꝙ istę gentes acceperunt quinque libros Moysi. & per illos ostendebāt, ꝙ Deus erat vni E cus, & nullus alius pręter ipsum colēdus erat: & tñ non crediderunt eū esse vnicū: quia istud erat cōtra positionē oīum gentiū tenentiū multos esse Deos: ideo nō cessauerūt colere Deos suos, sicut prius: postea tñ istę gentes ad melius conuersæ sunt: q̄a cęperūt colere vnicū Deū, q̄q̄ non ita perfectè sicut Hebræi. Vnde tp̄e Christi Samaritani colebant Deum, & differentia pręcipua inter eos, & Hebræos erat: quia Hebræi adorabant in Ierusalem, & dicebant ibi adorandum esse: Samaritani autem adorabant in quodam monte apud Sichem. Sic patet Ioann. 4. de muliere Samaritana, quæ à Christo q̄siuit, dicens: Dñe, video q̄a ꝓpheta es tu, patres nr̄i in mōte hoc adorauerūt, & vos dicitis: quia Ierosolymis est locus, vbi

vbi adorare oportet: si tamen tunc Samaritani colerent idola, non fuisset disceptatio de loco, in quo adorandũ erat, sed magis de Deo, qui adorandus erat, & sic isti Samaritani quanquam nunc scirent, ꝙ solum Deum adorare debebant propter antiquã consuetudinem, non omiserũt adorare Deos suos.

Quomodo leones cessauerunt venire, quoniam ipsi non cessauerunt colere idola. Quæstio XXII.

QVAERETVR vlterius, cũ istę gentes semper colerent idola, quomodo cessauerunt venire leones contra eos. Aliquis fortè dicet, ꝙ non cessauerint: qa non apparet ex litera, ꝙ cessauerint. Dicendum, ꝙ istud est irrationabile: oportet.n. dicere, ꝙ cessauerint. Primò, quia cum illi leones venirent ferocissimi, & occiderent multos, si nõ cessauissent venire, in breui occidissent omnes Samaritas: quia si exirent de vrbibus, occiderent ab eis, & si manerent intra vrbes morerentur fame: & tamen gẽs illa mansit ibi postea, ergo leones cessauerunt venire. Secundò patet, quia hic positum est malũ, quod patiebantur gentes istę à leonibus, & quomodo miserunt pro sacerdote, & docuit eos, vt esset sibi remedium contra ista mala: si ergo per hoc non cessauissent leones venire in illos, poneretur quomodo remedium istud non profuit, & fieret mentio in litera de isto malo, ꝙ continuaretur, sicut fit mentio, ꝙ venerit super gentes illas, & tamen postquam sacerdos venit, & docuit gentes istas, non fit mentio de leonibus, ꝙ venerint amplius: ergo videt, ꝙ postea nunquam venerunt. Dicendum tamen, ꝙ licet non desisterent istę gentes à cultu idolorum, Deus amouit ab eis plagam: & ratio est: quia Deus nõ miserat leones contra istas gentes solum, quia colebãt idola, vel solum quia non colebant ipsum, sed causa promeritoria fuit, quia colebant idola: causa autem motiua fuit ad ostendendam potestatem Dei, vt declaratum est supra: & quia sufficienter ostendebatur potestas Dei mittendo leones contra gentes istas quousque seruarent cęremonias eius, ẽt si cum illis tenerent cęremonias idolorum: ideo fecit leones cessare postquam inceperunt istę gentes colere Deum eruditæ per sacerdotem: ipsę tamen manebant semper in peccato mortali, & pro hoc puniendę erant in futuro seculo: hic tamen Deus non puniebat. Iosephus autem dicit 9. Antiquit. ꝙ istę gentes Deum ad furorem maximum prouocauerunt, venitque pestilentia super eos, per quam corrupti, cum nullam malorum medicinã inuenire possent, Deum maximum colere pro salute cęperunt: mittentes itaq; ad reges Assyriorum legatos supplicauerũt, vt sacerdotes eis ex captiuis Israelitarũ, quos pugnando tenuerat, destinaret, quo mittente sacerdotes legis Dei culturam eos edocuerunt: & dũ cępissent cum summa deuotione venerari pestilentia repentè cessauit, & hactenus ipsas solennitates celebrare noscuntur. *Fecerunt autem sibi de nouissimis sacerdotes excelsorum.* i. gentes istæ constituerunt sibi sacerdotes de nouissimis, qui erant in populo. s. de infimis, & ideo poterant habere multos sacerdotes: qd non accideret si acciperentur sacerdotes de principibus populi. Intelligendum est autem de istis sacerdotibus, ꝙ non erant sacerdotes idolorum, sed sacerdotes Dei, qui constituebantur per singula loca, vt facerent sacrificia Deo secundum cęremonias legis Moysi. Nã de sacerdotibus idolorum nihil hic diceretur: quia in hoc nihil erat immutandum, sed facerent istę gentes sacrificia secundum cęremonias antiquas, quæ seruabantur in terra sua: quia tamẽ de-

F bebant seruare cultum Dei, oportebat, ꝙ constituerent aliquos sacerdotes, qui facerẽt cęremonias cultus istius, & isti fuerunt, de quibus hic dicitur. Acceperũt aũt istę gẽtes sacerdotes de infimis populi, sicut docuit eos sacerdos ille, q venit de captiuitate.

Quare fecerunt sacerdotes de infimis populi, cum esset contra cęremonias legis. Quæstio XXIII.

QVAERETVR, quare constituerunt nunc gentes istæ sacerdotes de infimis populi: quia ipsi volebãt obseruare cęremonias legis, & propter hoc mittebantur leones contra eos: qa nõ obseruabant illas: & tamen lex iubebat, ꝙ nullus esset sacerdos, nisi de filijs Aaron, alioquin occiderent: Nume.
G 3. & 18. non ergo debuerant isti facere sacerdotes de infimis populi. Respondendum, ꝙ non fecerunt isti sacerdotes aliquos de stirpe Aaron: qa nullos habebãt de illa stirpe: oẽs.n. de hac stirpe transierãt ad regnũ Iuda qñ Ieroboã fabricauit idola 2. Parali. 11. ideo non solũ nunc, sed ẽt tpe, quo manebant Israelitæ in terra, nunq̃ fuerunt ibi aliqui sacerdotes de stirpe Aaron. Et non solũ non erant nunc sacerdotes de stirpe Aaron, sed ẽt non erant sacerdotes aliqui de Israelitis, sed oẽs erant gẽtiles: quia oẽs Israelitę translati fuerant in Assyrios, & nunc solũ reductus est vnus de illis, qui doceret gẽtes istas cęremonias cultus diuini: ergo oportebat, ꝙ oẽs isti sacerdotes essent de illis gentibus, q̃ venerãt in Samariã. Se-
H cundũ fuit: qa istę gentes susceperãt doctrinã in cultu Dei, sicut erudiuit eas sacerdos ille Samarita: ille aũt docuit eas habere sacerdotes de infimis populi: & istud accepit sacerdos ille ex antiqua consuetudine, q̃ erat in terra Samariæ manẽtibus ibi Israelitis: nam Ieroboam constituit sacerdotes de infimis populi: præced. lib. c. 13 & 2. Parali. c. 13. ideo nunc istę sacerdos fecit, ꝙ de qualibet gẽtiũ istarũ acciperent infimi in populo, & illi essent sacerdotes Dei. *Et ponebant eos in phanis sublimibus* i. istos sacerdotes constituerunt gẽtes illę in phanis sublimibus. s. in tẽplis excelsis. Erãt aũt ista tẽpla posita in mõtibus, & collibus, & fecerãt illa Israelitæ dũ adhuc manerẽt in Samaria, & in eis colebant partim idola, & ptim Deũ: &
I nunc gentes illæ viderũt bonũ esse, ꝙ in tẽplis illis, in quibus Deus prius colebãt, nũc coleret. *Et cum Dominum colerent, dijs quoq; suis seruiebãt.* s. Gẽtes istę quinq; colebãt Dñm faciendo ei sacrificia, & seruiebãt idolis obseruãdo ẽt cęremonias eorum, sicut consuetę erãt ab antiquo. Intelligẽdũ aũt, ꝙ istę gẽtes ꝯstituebãt salariũ de publico in qualibet vrbe, & loco, vbi erat tẽplum Dñi ad faciẽdũ sacrificia, & ẽt ꝓ ipsis sacerdotibus, q ministrabãt, & ṗter hoc, ipsę offerebãt spontè aliqua sacrificia Deo, & dona, sicut faciebãt Israelitę cũ manerẽt in terra. Sciendũ tñ ꝙ istę gentes non colebant Deũ tanq̃ inclinarent ad colendũ Deũ, vel viderẽt eis cultus Dei bonus, sed ꝑꝑ timorẽ faciebãt: qa sicut nunc Deus miserat leones ĩ eos,
K qa non colebant ipsum, ita mitteret postea si desererent cultum eius. Ad cultũ aũt idolorũ suorũ inclinabant magis: quia ab antiquo habebant cultũ istũ in consuetudine, iõ delectabiliter frequentabant illũ potius, q̃ cultũ Dei, licet aliquo tpe postea ꝯriũ fecerint. *Iuxta consuetudinem gentium, de quibus translati fuerant Samariam.* Refert hoc ad cultũ idolorũ solũ, & ñ ad totũ, qđ dr̃ hic. s. ꝙ istę gentes obseruabant cęremonias idolorũ secundũ consuetudinẽ terrę suę. s. sicut faciebant, quando erant in regionibus suis anteq̃ transferrent in Samariã, & sicut faciebant nunc gentes illę, quæ manebãt in terris, de quibus istę trãslatæ fuerant. *Vsque in pręsentem diem morem sequuntur antiquum.* Scilicet, vsque ad diem, quo scriptus fuit iste

iste liber per Ieremiam tenuerunt consuetudinem, quam tenebant ab antiquo, scilicet, quòd colerent idola sua: non enim destiterant colere illa tempore, quo Ieremias ista scribebat, & quando Hebræi ducti sunt in Babilonem, postea tamen deseruerunt idola, & colebant solum Deum, sicut fuit tēpore Christi, vt infra dicetur. *Non timent Dominum*. i. gentes istæ non verè timent Dominum: nam si timerent obseruarent legem eius, & tamen non seruabant, quia colebant idola simul cum Deo.

Sed obijcietur, quia inf. dicitur: fuerunt gētes istæ timentes quidem Dominum, sed nihilominus idolis suis seruientes. Dicendū, ꝙ accipitur timor ęquiuocè: nam hic accipitur timor pro filiali, vel timore casto, vel sancto, qui permanet in seculum seculi: & iste est, per quem aliquis studet nō offendere alterū, quanquam credat, ꝙ propter offensionem illā non puniretur: & istum timorem non habebant isti: quia licet scirent, ꝙ offendebant Dominum colēdo idola, & non obseruando præcepta eius: tamen non curabant desistere ab offensione. Alius timor est seruilis, & iste est, per quem aliquis solum declinat à malo, vel à parte mali, vt non puniatur, & istum habebant gentes istę: nam credebant, ꝙ si desererent omnino cultum Dei, Deus mitteret in eos leones, sicut prius miserat, antequam inciperent Deum colere: ideo non audebant desinere eum colere: quia tamē putabant, ꝙ colendo idola, dum tamen colerent ipsum, non occiderentur ab eo, nec mitterentur leones contra ipsos, colebant idola, & faciebant cōtra alia præcepta eius. *Nec custodiunt cęremonias eius*. Cęremoniæ dicuntur ritus sacrificiorum, & aliæ obseruationes, quæ pertinebant ad modum colēdi Deū: & istas cęremonias non obseruabant Samaritæ: quia offerebant sacrificia in montibus, & quibuscunque locis: & tamē Deus solum iussit offerre sacrificia in sanctuario: Leui. 17. & Deut. 12. etiam non habebāt sacerdotes de genere Aaron, sed de Gētilibus: Deus tamen iusserat, ꝙ sacerdotes solum essent de stirpe Aaron: Num. 3. & 18. ideo præuaricabantur. Sic etiā in solennitatibus, & in alijs cęremonijs faciebant: quia rara erant, quę integrè obseruarent. *Et iudicia*. i. præcepta iudicialia ista erant præcepta pertinentia ad actiones forales, per quæ sententiabatur in iudicijs, & secundum ista præcepta dirigebantur homines per respectum ad alios, & ista non obseruabant Samaritæ. Nam fortè nullum de præceptis iudicialibus obseruabant: quia ipsi solum colebant Dominum, vt non puniret eos: cultus autem cōsistebat in cęremonijs sacrificiorum, ideo non curabant gentes istæ nisi de præceptis, quæ pertinebant ad sacrificia, & ista erant solum cęremonialia: in iudicialibus autem nihil horum continebat, ideo non curabant de illis. *Et legem*. i. totam legem. s. non curauerunt de tota lege, vt obseruarent eam: & tamē tota erat obseruanda vsq; ad vnguē: quia qui peccat in vno factus est omnium reus. *Et mandatum*. Potest accipi mādatū pro mandatis decalogi, quę erāt principaliter mandata, & ista non obseruabant Samaritæ: nam primum illorū præuaricabant. s. quia colebāt deos alienos, vel accipitur mandatum hic pro tota lege tanquam tota lex Moysi esset vnum mandatum, sic accipitur Deutero. 30. vbi postquam Moyses recitauerat totum Deuteronomium coram Israelitis dixit: mandatum hoc, quod ego præcipio tibi, hodie non supra te est, nec procul positū, nec in cęlo situ: & intelligit ibi de toto Deuteronomio, quod tunc recitauerat coram Israelitis. s. ꝙ mandata, quæ ibi ponebant non erant difficilia ita, vt aliquis nō posset seruare ea: & sic accipitur hic. *Quod prĕceperat Dominus filijs Iacob*. i. istud mandatum, siue ista lex data fuit filijs Iacob in monte Synai Exodo. 19. & 20. *Quę cognominauit Israel*, idest, Deus nominauit ipsum Iacob Israel: nam prius vocabatur Iacob: & postea Deus dixit ei: nequaquam vocaberis vltra Iacob, sed nomen tuum erit Israel, Gene. 32. & 35. *Et percusserat cum eis pactum*. Scilicet, Deus fecit pactū cum Israelitis: nam ipse promisit, quòd acciperet eos in populum, & benefaceret eis specialiter plus, quā alijs gentibus, & Israelitæ promiserunt, ꝙ obseruarent omnia præcepta eius: Exo. 20. & ipsi postea firmauerunt pactū istud occidendo animalia, & aspergendo sanguinē super se, & super librum legis: Exodi. 24. & ad Hebre. 9. *Et mandauerat eis, dicens: nolite timere deos alienos*. Fit mētio de hoc præcepto specialiter: quia id, in quo magis peccabant Israelitæ, erat cultus idolorum, licet in tota alia lege præuaricarētur: Deus tamen iusserat Israelitis, ꝙ non timerēt Deos alienos. i. non putarent, ꝙ poterant eis benefacere, vel nocere. Duo erant motiua antiquorum ad colēdum Deum. Primum erat timor: quia putabant, ꝙ si non colerent Deum, occideret eos: secundū erat cupiditas: quia credebant, ꝙ si colerent ipsum, bene faceret eis, cum esset potens. Sic putabant Israelitæ de dijs Gentium, ꝙ etiam illi essent veri dij, & possent nocere, & bene agere: ideo multi Israelitarum colebant eos timendo, ne offenderent illos, si nō colerent ipsos. Alij autem credebant se bona recepturos ab eis, & colebant eos, sicut fuit de Achaz, qui dixit: dij regum Syriæ auxiliantur eis, quos ego placabo muneribus, & aderunt mihi 2. Paralipo. 28. præcipuum motiuū erat propter timorem: ideo Deus iubebat Israelitis, ne timerent Idola, innuens, ꝙ illa non poterant bene, vel male facere: & hoc potissimè erat in corporibus cęlestibus: quia multitudo antiquorum putauit illa esse deos, & credebant, quòd illa inducerent omne malum, vel bonum super homines, ideo multi timebant ea: Deus autem dixit, quòd non timerent illa: Iere. 10. iuxta vias Gētium nolite discere. & à signis cęli nolite metuere, quæ timent gentes, & postea sequitur de Idolis manu factis, quòd non sint timenda, scilicet: nolite ergo timere ea: quia nec malè possunt facere, nec benè. *Et non adoretis eos*, scilicet, inclinando vos coram eis. *Nec colatis*, scilicet, nō faciatis eis aliquas cęremonias cultus, vt fabricando eis templa, vel aliquid donando. *Et non immoletis eis*. s. non faciatis eis sacrificia: immolare enim est iugulare, & pertinet ad sacrificia: quia omnia animalia, quæ offerebantur in sacrificium iugulabantur prius, & postea cremabantur in totum, vel in partem secundum diuersa genera sacrificiorum. *Sed Dominum Deum vestrum, qui eduxit vos de terra Aegypti*. Idest, non timeatis idola, nec colatis, nec adoretis, sed timete, adorate, & colite Deum vestrum, qui eduxit vos de terra Aegypti: quia ipse dignus est cultu. Ponitur hic: qui eduxit vos de terra Aegypti, propter duo. Primò ad significandum, quòd non solum Israelitæ colere debebant Deum: quia Deus erat, sed etiam, quia præstiterat eis maximum beneficium: non enim poterat esse maius beneficium, quàm quòd educeret eos de seruitute Aegypti, quæ erat grauissima, vt supra declaratū est. Secundò ponebatur hoc ad inclinādum Israelitas, vt colerent Deum: quia nulli, quantuncunque sit benefactor, exhibendus est cultus diuinus, & Deo, et si non benefaceret nobis, tenebamur cultum exhibere: quia Deus est: & tamen Israelitæ: quia rudes erant, non cognoscebant perfectionē Dei, nec inclinabant ad exhibēdū ei debitam seruitutem ꝑꝑ eminentē ꝑfectionem suā, sed solū propter bona sensibilia

bilia,quæ ab eo recipiebant: & propter hoc semper
inuitabat eos ad cultum suum per beneficia,quæ il-
lis præstabat. Et quia maximum beneficiorum col-
latorum erat liberatio Israelitarum de terra Aegy-
pti,reducebat eis ad memoriam istud beneficiū po-
tius,quàm alia. Tertiū erat:quia Deus volebat ostē-
dere se esse timendum: quia potens erat:dij autē gē-
tium non erant timendi: quia non erant potentes:
Potentiam aūt suam ostendit Deus in quantū edu-
xit Israelitas de Aegypto inuitis Aegyptijs,& inferē
do eis plagas magnas,& faciendo mirabilia magna,
vt patet in litera. *In fortitudine magna.* Magna enim
requirebatur fortitudo ad faciendum ea,quæ Deus
fecit educendo Israelitas de Aegypto: nam percus-
sit ipsos Aegyptios plagis multis,etiā percussit deos
eorum:nā Nume.33.dicitur,ꝙ Deus fecit iudicia su
per Aegyptios,& deos eorum,qn̄ exierunt Israelitæ
de Aegypto. Etiam aperuit mare rubrum. Exod. 14.
& dedit mana in deserto Israelitis in cibum quadra
ginta annis:dedit etiā aquas de petra,cōuertit aquas
amaras in dulces: Exo.15 & 16.& 17.& multa alia fe
cit,de quibus ibi,& in libro Numerorum, *Et in bra-
chio extento.* Ista est parabola:nam Deus non est corpo
reus,vt brachium habeat,sed sicut viri fortes in bel-
lo extendunt brachium ad percutiendum durè ita
Deus extendit virtutem suam contra Aegyptios tā
quam pugnans: vnde dicitur vir pugnator: Exo.15.
s. Dn̄s quasi vir pugnator omnipotens nomen eius.
Ipsum timete. s. credendo, ꝙ ipse potest vobis mala in-
ferre, si non colueritis ipsum, & potest vobis bene-
facere,si colueritis eum: & istud ptinet aliquo mo-
do ad timorem seruilem, per quem timemus offen
dere eum,qui potest nobis nocere. Potest etiā intel-
ligi de timore filiali, per quem timemus offendere
eum,quem diligimus,quanuis sciamus nullum ma
lum nobis infligendum esse,quanquam peccemus.
Illum adorate. s. humiliando vos coram eo. Ista enim
cęremonia quanquam Deo, & hominibus commu
nis sit:tamen quidam modus inclinationis est, q̄ nō
competit nisi Deo, maximè quando fit cum inten-
tione offerēdi cultum diuinum per talē inclinatio-
nem. *Et ipsi immolate.* s. ipsi soli offerte sacrificia, quæ
immolantur.i.iugulantur. In Hebręo dicitur. *Et non
immolate.* Et procedit ista diuersitas: quia in Hebræo
habetur Lo,vbi nos dicimus ipsi, & potest scribi illa
dictio cum Aleph, vel cum Vau:si cum Aleph signi
ficat nō,& ita habetur hic:si autem cum Vau,signi-
ficat id, quod ipsi, & ita accepit litera nostra: dicen-
dum tamen,ꝙ in Hebræo nō deberet poni hic, Lo,
cum Aleph,sed cum Vau: & tamen vitio scriptorū
ponitur Aleph:facile est n.mutare vnam lr̄am:& tn̄
si poneret ibi non diceremus,& nō immolate.i.non
immoletis Dæmonibus,sed Deo,necessitas tn̄ sentē
tiæ inducit,ꝙ ponatur hic ipsi:quia ponunt hic qua
tuor verba negata de Dæmonibus, & omnia debēt
competere Deo affirmatiuè:nam dictum est de Dę
monibus:nolite timere deos alienos, & nō adoretis
eos,nec colatis,nec immoletis eis, & ponitur aduer
satiua immediatè.s.sed Dominum Deum vestrum
timete illum adorate, & ipsi immolate, & cęremo-
nias eius custodite:si autem poneretur hic: non im-
moletis,deberet referri ad Dæmones,& tunc essent
duo inconuenietia: primum,quia poneretur bis de
Dæmonibus: non immoletis eis: & ista repetitio est
superuacua,& debet excusari, quando potest excu-
sari: secundum:quia tunc non ponerentur oīa qua-
tuor verba affirmata de Deo,quæ negantur de Dæ-
monibus:& tn̄ necesse est sic fieri: q̄a dictio aduersa-
tiua hic posita significat istud: dicetur ergo:ipsi im-
molate,sicut habet litera nostra. *Cæremonias quoque,*
F *& iudicia,& legem,& mādatum,quod scripsit vobis custodite.*
Supra expositum est quid sint cęremoniæ, & iudi-
cia,& lex,& mandatum: oīa enim ista dixerat Deus
Israelitis seruanda esse, & continebātur hæc solum
in lege Moysi. *Vt faciatis cunctis diebus.* i. debetis custo-
dire in corde vestro semper ista, vt faciatis ea omni
tempore:nam lex non prodest,nisi semper custodia
tur:quia quandocunq; peccauerimus,mortis erim'
rei. *Et non timeatis deos alienos.* Istud repetit:quia Israeli-
tæ erant timidi trepidantes timore,vbi non erat ti-
mor, & ob hoc inclinabantur ad timendum idola
gentium, tanquam possent eis nocere: Deus autem
persuadet eis sæpè,ne illa timeant. *Et pactum,quod per-
cussit vobiscum nolite obliuisci.* Istud fuit pactū de seruan-
G do legem,& tunc Deus promisit accipere Israelitas
in populum, & ibi promiserunt obseruare legem:
Exod.19.& confirmauerunt istud pactum per effu-
sionem sanguinis: Exo.24.vt supra in litera dictum
est. Sciendum autem,ꝙ hic est mutatio personæ: nā
Deus loquebatur Israelitis de seipso, & debebat lo-
qui in secunda persona,& loquitur in tertia: & pa-
tet ista mutatio,quia supra dicitur, ꝙ Deus percusse
rat cum eis pactum, dicens: nolite timere deos alie-
nos,sed Dominum Deum vestrum: & sic loquitur
de seipso tanquam alius esset Dominus, & nō ipse:
& iste modus frequētatus est in scriptura:& dicitur:
nolite obliuisci pactum.s. quia si Israelitæ obliuisce
rentur pactum istud,non obseruarent aliquam legē
H Dei tanquam nescientes se obligatos: quādiu tamē
recordarentur pacti,scirent se obligatos. *Nec colatis
deos alienos.* Istud erat principale in pactum,quod Is-
raelitæ fecerant cum Deo: etiam istud erat,in quo
Israelitæ magis peccabant, & grauissimum erat in-
ter omnia peccata,ideo repetitur potius,quàm alia.
Sed Dominum Deum vestrum timete. s. tam timore serui-
li, quàm filiali: quia vterque prodest, cum vnus sit
via ad alium. *Et ipse eruet vos de manu inimicorum vestro-
rum.* s. ipse potens est, & liberabit vos de manu om-
nium hostium,si rectè colitis ipsum, & si nō colitis,
ipse tradet vos in manus hostium. *Illi verò non audie-
runt*, scilicet, filij Iacob, cum quibus factum fuerat
pactum,scilicet,noluerunt obedire. Nā audiebant,
tamen nihil in opere ponebant: & quia ista diceban
I tur,vt fierent,idem erat,ac si non audiuissent verba
ista. *Sed iuxta consuetudinem suam pristinam perpetrabant.*
Aliqui referunt propter hoc literam istam ad habi-
tatores nouos terræ istius, qui faciebant secundum
suam consuetudiuem antiquam,idest,colebāt sem-
per idola sicut consueti fuerant ab antiquo facere
in regionibus suis. Sed nō stat:quia ista litera tota est
suspensiua,& pertinet ad eandem sententiam,& ta-
men præcedens tota necessariò intelligitur de He-
bręis:quia ibi dicitur de pacto,quod Deus fecit cum
eis: ideo etiam istud intelligitur de eisdem,& est sen
sus, quòd Deus admonuit Israelitas per prophetas,
vt timerent eum, & recordarētur pacti sui, & tamē
K ipsi non audierunt verba prophetarū,sed faciebant
secundum consuetudinem antiquam.s. sicut cōsue
ti erant à principio regum Israel colere idola, ita &
nunc colebant illa, quando Deus admonebat eos p̄
prophetas, & nunquam cessauerunt vsq; ad diem,
quo translati sunt de Samaria in terram Assyriorū.
Fuerunt igitur gentes istę timentes quidem Dominum. Hic re
uertitur scriptura ad enarrandum de Samaritis, &
dicitur, quòd istę quinq; gentes, quæ ductæ sunt de
terra Assyriorū in Samariā timuerunt Dominū, &
intelligit de timore seruili:quia solū timebāt eū, ne
mitteret leones ꝯ ipsos,sicut prius miserat antequā
inciperent colere eū, & tn̄ non timebant eū timo-
re filiali vnde supra dicitur: de istis gentibus non ti-
ment

ment Dominum nec custodiuit cæremonias eius. *Sed nihilominus idolis suis seruientes.* Quasi dicat, licet timeant Deum, & faciant ei sacrificia: tamen non desinebant seruire idolis, faciendo eis sacrificia, sicut consueti erant facere in terra sua. Et dicitur hoc ad redargutionem Samaritarum, quia cum colerent Deum, non debebant simul colere idola: quia talis cultus non placet Deo, sicut dixit: Samuel Israelitis supra. 1. lib. ca. 7. Scilicet, si in toto corde vestro conuertimini ad Dominum, abijcite de medio vestri deos alienos Baalin, & Astaroth, Et ob hoc Deus vocat se zelotẽ: Exod. 34. Scilicet: ego sum Dominus Deus tuus zelotes. Nam sicut vir zelotes non vult, ꝙ aliquis accedat ad vxorẽ suam, sed ipse solus vult diligi ab ea, ita Deus solus vult à nobis coli: & sicut mulier; quæ accedit ad alium, quàm ad virum suũ, dicitur adulterari; ita qui colunt alium, quàm Deũ, dicũtur fornicari: iuxta illud: Perdes omnes, qui fornicantur abs te. Et iste est modus communis loquẽdi in scriptura: *Nam & filij eorum, et nepotes sicut fecerunt parentes, ita faciunt vsque in præsentem diem.* Scilicet: filij, & nepotes istorum, qui ducti sunt ad habitandum in Samariam seruant istum modum, ꝙ timent Dominum, & ꝙ colunt idola. Et hoc est, quia sic fecerunt patres eorum, scilicet, primi, qui venerunt in terrã illam: & ista consuetudo seruata est vsque ad presentem diem, idest, vsq; ad diem, quo Ieremias scripsit librum istum post captiuitatem Babylonis, scilicet, facta transmigratione.

Quæ erat conditio Samaritanorum, qui vocati fuerunt Samaritani tempore Christi, et mores eorum, et historiæ circa ipsos. Quæstio XXIIII.

QVAERETVR de statu, & conditione istorũ habitatorum terræ. Et dicendum est, ꝙ isti sunt, qui vocantur in euangelio Samaritani, eo ꝙ venerunt ad habitandum in terram Samariæ translatis inde prioribus habitatoribus: Isti enim inter iudeos computantur, sed non sunt Iudæi ex genere, sed aliquo modo conuersi. Isti etiam à principio non tenuerunt cultum Dei, sed idolorum suorum, & percussit illos Deus mittendo leones contra eos, sed postea veniẽte sacerdote, qui docuit eos tenere cultum legis Dei cessauerunt leones: & ex ipso tempore cæperũt isti Samaritæ simul colere Deum faciendo sibi sacrificia, & colere idola; & istam consuetudinem tenerunt longo tempore: nam quando Ieremias scripsit librum istum translatis Iudæis in Babylonem tenebant Samaritæ istum ritum, vt patet in litera: non tamen semper tenuerunt istum cultum, sed aliquando venerunt ad colendum solum Deum, & sic erat tempore Christi: nam tunc solum erat diuersitas inter Iudæos, & Samaritanos, in quo loco adorandum erat, sed non erat diuersitas, an deberet Deus adorari, vel idola. Sic patet, quãdo Christus transiuit per terram Samaritanorum apud Sichem, & mulier Samaritana egressa ad hauriendũ aquam petiuit ab eo de loco adorationis dicens: Domine video, quia propheta es tu, patres nostri adorauerunt in monte hoc, & vos dicitis, quia Ierosolimis est locus, vbi oportet adorare: & Christus respõdit: vos adoratis, quod nescitis, nos adoramus, quod scimus, quia salus ex Iudæis est: Ioan. 4. Si tamen Samaritani colerent idola, pro tunc non fuisset quæstio principalis inter eos de loco adorationis, sed de ipso Deo, qui adorandus erat, & de illo quæsiuisset mulier. Etiam Samaritani illo tempore obseruabãt aliquo modo cæremonias legis quantum ad locum adorandi, & faciendi sacrificia: nam non faciebant

A in multis locis, sed in vnico. Pro quo sciendum, ꝙ à principio istæ gentes cæperunt colere Deum ponẽtes templa in diuersis locis: sicut dicitur supra in litera, ꝙ constituerunt sacerdotes excelsorum, & ponebant eos in phanis sublimibus, & in hoc faciebant contra legem: quia lex volebat vnicum esse locum, in quo fierent sacrificia: Leui. 17. & Deu. 12. Nunc autem habebãt vnum templum Samaritani in mõte Garizim apud Sichem, ad quod conueniebant ad faciendum sacrificia, & non faciebant illa in alijs locis terræ: & sic non dubitauit mulier Samaritana an in vno, vel in pluribus locis sacrificandum esset, sed præsupposuit esse vnum locum: de illo tamen quis esset, dubitauit, scilicet, an esset in Ierusalem, vel in

B monte illo, in quo constituerant tẽplũ Samaritani. Considerãdum ulterius, ꝙ inter Samaritas licet obseruarentur tenpore Christi cæremoniæ legis: tamẽ ipsi non recipiebant omnes libros sacræ scripturæ, sed solum quinque libros Moysi: de alijs autem non curabant, sic est assertio omnium. Ratio tamen, qua re hoc fecerunt, fuit duplex. Prima fuit, quia Samaritani non receperunt nisi illos libros, qui erant inter Hebræos eo tempore, quo ipsi translati sunt de terris suis in Samariam: & tamen tunc non erant nisi quinque libri Moysi, ideo illos solum receperunt. Patet hoc, quia isti libri regum nondum erant scripti, quia per Ieremiam scripti fuerunt post transmigrationem Babylonis, quæ fuit multo post. Etiam

Samaritani recipiũt quinque libros Moysi tantum.

C non erat tũc liber Paralipo. quia iste scriptus est per Esdram, vt suo loco declarabitur, libri etiã prophetarum, scilicet, Isa. Iere. Daniel. Ezechiel. & duodecim minorum prophetarum nondum scripti fuerant: quia plurimi istorum nondum nati fuerant, alij autem nondum fuerant mortui: & sic libri prophetiarum suarum nondum habebantur Liber autem psalmorum quanquam pro maiori parte à Dauid factus fuerit: tamen nõdum erat compilatus in unum, quia ista compilatio facta fuit per Esdram. Libri aũt Salomonis, scilicet, prouerbiorũ ecclesiastes, & canticorum, ut quidam uolunt, nõ erant scripti, licet sententiæ eorum à Salomone prolatæ essent: de quo quid sit uerum, dictum est præcedenti lib c.

D 4. Et dato ꝙ scripti essent fortè rari habebantur, potissimè, quia ad sacram scripturam libri illi non pertinebant, sed ad moralem instructionem: libri autẽ Iudicum, & Iosue per Samuelem scripti erant: & tamen apud rarissimos habebantur: quia etiam ipsi Iudæi tunc de hoc parum curabant, cum isti essent libri historici. Secunda causa fuit, quia ille, qui tradidit cæremonias, & legem samaritanis, fuit quidam sacerdos de Israelitis, qui fuerãt ducti captiui in Assyrios: & tamẽ isti Israelitę cùm separati essent à Iudæis, inter quos erant prophetæ nõ habebant libros prophetiarum, nec aliquid aliud, dato ꝙ tunc scripti esse potuissent: sed solum habebant quinque libros Moysi, qui à principio erant inter Hebræos an

E tequam fieret diuisio regni, & istos dedit sacerdos ille Samaritis. Tertia causa, & potissima fuit: quia sacerdos iste non missus est ad erudiendum Samaritas nisi in cæremonijs colendi Deum: nam ipsi putauerunt se percuti à leonibus, quia ignorabant legitima Dei terræ illius: & sic rex Assyriorum misit sacerdotem, qui doceret legitima Dei terræ, ut patet in litera, & postea dicitur, ꝙ cum venisset iste sacerdos docebat eos quomodo colerẽt Dominum, cultus tamen Domini, & omnes cæremoniæ, quæ obseruandæ erant à Iudæis, solum consistebãt in libris Moysi, quia isti sunt purè legales: ideo solum tradidit eis sacerdos ille libros Moysi. Vnde dato ꝙ tunc scripti essent apud Israelitas omnes libri sacræ scripturæ,

pturæ,

pturæ, qui non habentur, sacerdos ille non tradidisset Samaritis nisi quinque libros Moysi, quasi non essent eis plures necessarij, aut opportuni: ipsi autē noluerunt postea recipere plures quanquam inter Hebræos plures haberentur. Considerandum vlterius, ꝙ quanquam Samaritani habitarent in eadem terra, in qua Hebræi, scilicet, in terra, illa, quam tenuerant prius decem tribus: tamen non communicabant Hebræi cum Samaritanis in cibo, nec in potu, nec in alijs generibus communicationis, nisi Samaritani redirent ad cultum hebræorum omninò: sic patet Ioan. 4. quando petiuit Christus potū aquę à muliere Samaritana: nam ipsa respondit: Quomodo tu Iudæus cum sis, bibere à me poscis, quæ sum mulier Samaritana? Non enim coutuntur Iudæi Samaritanis, idest, communicant cum eis. Sic etiam Christus aliqualiter vetuit discipulis suis communicationem Samaritanorum à principio prædicationis, & posuit eos in eadē habitudine ad hebræos, in qua erant Gentiles, vt patet Matth. 10. & Luc. 9. scilicet: in viam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorū ne introieritis, sed ite potius ad oues, quę perierunt domus Israel: Conuertebantur tamē multi de Samaritanis ad ritum iudaicum, & morabantur inter eos: quod patet ex exemplis, quæ Christus ponit, scilicet, de illo, qui incidit in latrones, & transiuit apud eum sacerdos, & non misertus est illi, & Leuita eodem modo, & Samaritanus trāsiuit, & misertus est: Luc. 10. patet etiam de decem viris leprosis, qui mundati sunt à Christo, dum dixit eis: Ite, & ostendite vos sacerdotibus, & dum irent, mūdati sunt in via, & non fuit de illis, qui rediret ad reddendum gratias Deo, nisi vnus, qui procidit ad pedes Christi, & iste erat Samaritanus: Luc. 17. quando tamen aliquis conuertebatur ad iudæos de Samaritanis habebatur in paruo honore, vnde in improperium dicebatur alicui, ꝙ erat Samaritanus: vnde Iudæi dixerunt Christo ad vituperandum eum: Nonne benè dicimus nos, ꝙ Samaritanus es tu, & dęmonium habes? Ioannis 8. Sciendum autem, ꝙ Samaritæ erant æmuli Hebræorum, & aduersabantur eis quantum poterant, sicut patet. j. Eesdræ. c. 4. & 5. vbi prohibuerunt Hebræos ædificare templum Domini, & inquietauerunt eos apud regem Persarū quousque impetrauerunt denuo Hebræi, ꝙ continuarent ædificationem, vt patet ibidem. Sic etiam fuit in ædificatione murorum Ierusalem: nam isti Samaritæ insidiati sunt valdè Hebræis ad occidendū eos dum ædificarent, & sæpe aggrediebātur hoc, ita vt cogerentur Hebræi diuidere se in duas partes & medietas eorum tenebat lanceas, & arma, & medietas faciebat opus ædificationis, vt patet Neemię. c. 4. 5. & 6. Isti etiam Samaritæ inuidebant valde Hebræis: nam quando videbant Hebræos in aliqua fælicitate dicebāt se esse cognatos eorū de stirpe Ephraim, & Manasse: cum verò hebræi essent in aliqua infęlicitate, dicebant se non esse de stirpe Iudæorum: sic ait Iosephus 9 & 11. Antiqui. & quia tempore, quo Christus natus est, & prædicabat in terra, videbantur Hebræi esse in aliquali prosperitate rerum, uocabant se Samaritani de stirpe hebræorum, scilicet, filios Iacob: sic patet de muliere illa Samaritana, quæ dixit ad Christum: nūquid tu maior es patre nostro Iacob, qui dedit nobis puteum hunc, & ipse bibit ex eo, & filij eius, & pecora eius? Ioan. 4. tempus autem, quo redierunt Samaritani ad seruandum cærermonias legis pro magna parte, & sacrificandum in vno loco, fuit, quando fabricatum est eis templum honorabile in monte Garizim, qui est mons excelsior in tota Samaria, & incęperunt ibi habere summum sacerdotem nomine manasses de stirpe Aaron, qui erat frater summi sacerdotis Ierosolimitani: fuit autem constructum templum illud tempore, quo Darius, & Alexander pugnabant, vt ait Iosephus 9. Antiqui. De quo locuta est mulier Samaritana ad Christum, dicens: patres nostri adorauerunt in monte hoc, idest, in tēplo, quod est in isto monte, & vos dicitis, qa Ierosolimis est locus, in quo oportet adorare: Ioan. 4. De constructione autem templi huius, & origine eius magna est historia, quam ponit Iosephus 9. Antiqu. & fortè exponetur Ioan. 4. vel super Esdram, vbi opportunius videbitur.

Samaritani, & Iudęi nō cōmunicabant.

Samaritæ erant æmuli Hebræorum.

F G H I K

CAPITVLVM XVIII.

ANNO tertio Osee filij Ela regis Israel, regnauit Ezechias fili⁹ Achaz regis Iuda. vigintiquinque annorum erat cum regnare cæpisset.

Descripta in præcedentibus regni Iuda, & Israel continuatione, & regni Israel vltimata destructione, hic agitur de regni Iuda continuatione, & extrema destructione, & diuiditur in quinq; partes: quia primò ponitur quid factum est sub rege Ezechia: Secundò, quid factum est sub Manasse, & Amon. inf. 21. Tertiò, quid factum est sub Iosia, & Ioathas. inf. 25. Prima in duas, quia primò ponitur Ezechię vita laudabilis. Secundò eius liberatio mirabilis, infra 20. Prima in duas, quia primò ponit qualiter se habuit in aduersitate, ibi. *Anno quartodecimo*. Prima in duas, scilicet, in partem principalem, ibi. *Anno quarto*.

2. Paralip. 29. c.

De ordine ad præcedentia, an sit continuus & immediatus. Quæstio Prima.

QVAERETVR circa primum, an ea, quæ habentur hic, fuerint facta post præcedentia & an immediatè. Ad primum dicendum, ꝙ hic est continuatio ad præcedentia, nō quidem ꝙ omnia, quæ habentur hic, fuerint facta post illa, sed quia prius inchoata sunt ea, quæ habentur præcedenti ca. quàm ea, quæ habentur hic: Quod patet, quia supra dicebatur de regno Osee, & quomodo ille cæpit regnare, & eo regnante translati sunt Israelitæ in terram Assyriorum: hic autem dicitur de regno Ezechiæ, qđ cæpit postquam cæpit regnare Osee in Israel, scilicet, anno tertio eius: & tamen non fuerunt completa ea, quę habentur supra, antequam inciperent ista, quia supra agitur de translatione Israelitarū in terram Assyriorum, & illa fuit anno nono Osee regis Israel, vt patet infra in litera: & tamē iam regnabat Ezechias in Iuda; immo sex anni erāt, quibus regnare cæperat, ut patet infra in litera: ideo sex annis fuerunt simul ea, quæ habentur hic, & præcedenti c. & tribus annis præcesserunt illa ad ista: quia ibi agitur de principio regni Osee: hic autem agitur de principio regni Ezechiæ: & tamen Ezechias regnauit anno tertio Osee, vt patet hic. Ad secundum patet solutio ex dictis: nam non solum non intercidit aliquid inter ea, quæ habentur supra, & hic, sed etiam ista, & illa fuerunt in eodem tempore: nam sex annis fuerunt vtraque simul, vt supra declaratum est. *Anno tertio Osee filii Ela regis Israel*. Iste fuit vltimus regum Israel, qui translatus est in terram Assyriorum cum populo suo, & anno tertio eius cæpit regnare Ezechias in Iuda: & vocatur iste filius Ela ad differentiam Osee prophetæ, qui etiā contemporaneus fuit

fuit huic: nam prophetauit tempore Achaz,& Ezechię regum Iuda,vt patet Osee primo: & etiam iste Osee regnauit in Israel,dū regnarēt in Iuda Achaz, & Ezechias,vt patet præcedenti c.& hic: ideo vocatur iste Osee filius Ela, & Osee propheta vocatˉ filius Beeri, vt patet Osee j. *Regnauit Ezechias filius Achaz.* Iste fuit bonus rex melior omnibus præcedentibus præter Dauid. *Viginti quinque annorum erat cum regnare cœpisset*. Genuit eum pater suus in parua ætate: ideo erat prouectus quando cœpit regnare. *Et viginti nouem annis regnauit in Ierusalem*. Fuit bonus rex, & magno tempore regnauit, & sic vixit annis quinquaginta quatuor,scilicet,quia erat viginti quinque annorum quando cœpit regnare, & postea vixit viginti nouem annis,& computantur in his anni quindecim,quos Deus addidit vitæ eius:nā cum ęgrotaret ad mortē dixit ei Deus,ꝙ moriturus erat,& cū plorasset addidit ei qndecim annos vitæ inf.20. & dicitˉ regnasse in Ierusalē, quia ibi erat sedes regni omniū regum Iuda. *Nomen matris eius Abisa filia Zacharia*. Ista erat de Ierusalem,vt quidam volunt: nam cum reges Iuda non acciperent vxores de alienigenis accipiebant filias subditorum suorum in vxores.

Ezechias quo anno Osee regis Israel regnauerit. Quęstio secunda.

QVAERETVR quomodo stat,ꝙ anno tertio Osee regis Israel regnauerit Ezechias in Iuda: nam potius videtur, ꝙ regnauerit anno 12. vel 13. eius. Quod patet, quia Achaz pater Ezechiæ cœpit regnare anno 17. Phacee filij Romeliæ regis Israel. sup.16. & ille Phacee regnauit viginti annis sup.15. ideo supererant anni tres, vel quatuor ad plus de regno eius, quando cœpit regnare Achaz, & tamen Achaz regnauit annis 16.supra 15.ideo regnaret ipse post mortē Phacee duodecim, vel tresdecim annis: & tamen regnauit Osee filius Ela post Phacee. sup.15. ergo iam essent translati anni 12. de regno suo ad minus,quando moreretur Achaz,& inciperet regnare filius suus Ezechias,& tamen non regnauit Osee, nisi nouem annis, quia nono anno regni sui translatus est Israel in Assyrios.inf. in litera,ideo oportebat, quòd antequam inciperet regnare Ezechias saltem per tres annos cessauisset regnare Osee: & tamē hic dicitur,quòd anno tertio eius regnauit. Respondendum,ꝙ ista difficultas venit ex tempore Achaz: nam præcedenti.cap.dicitur, quòd Osee cœpit ragnare in Israel anno duodecimo Achaz regis Iuda: & tamen,vt ibi probatum est, deberet dici anno tertio, vel quarto regni Achaz, cum Achaz cœpisset regnare anno 17.Phacee.dicendum tamen est,sicut ibi diximus, quòd octo anni,vel nouem de principio regni Osee subtrcentur, quia in illis non regnauit pacificè, & primus annus,quo regnauit pacificè fuit annus duodecimus regis Achaz,ideo tūc dicitur cępisse regnare, & computando ab eo tempore dicitur, quòd anno tertio Osee cœpit regnare Ezechias,scilicet, quia illis tribus annis solum regnauerat pacificè Osee, quādo mortuus est Achaz, & ideo soluto illo solutum est istud.

Si computatio regni Osee sit ab anno 12. Achaz, an Ezechias cęperit regnare anno 3. Osee. Quæstio III.

QVAERETVR vlterius dato, ꝙ regnū Osee, quod computandum erat ab anno tertio, uel quarto Achaz computetur ab anno 12. eius sicut computatur præcedenti. cap. quomodo potest stare, quòd anno tertio Osee cœpit regnare Ezechias:

A nam videtur, ꝙ regnauerit anno quarto, uel quinto eius,quod patet:quia præcedenti.c.dicitur,quòd anno duodecimo Achaz cœpit regnare Osee:& tūc aut accipietur ille annus duodecimus tanquam incipiens,uel consummatus. Si tanquā incipiens erūt anni quinque de regno Osee, quando cœperit Ezechias, quia Achaz regnauit decem,& sex annis. sup. 15.si autem esset annus duodecimus completus, regnaret Osee quatuor annis antequam inciperet Ezechias:ideo nullo modo poterat incipere in anno tertio regni eius. Respondendum, quòd ista diuersitas tollēda est per annos inchoatos,& completos: nam aliquando non computatur annus, qui est inchoatus,sed solum cum præcedenti facit annum: aliquā
B do autem annus inchoatus computatur. Hic autē dicendum,ꝙ annus duodecimus Achaz erat finitus quando cœpit regnare Osee, & erat inchoatus tertiusdecimus, & magna pars eius transierat: & tamē computatur solum duodecimum,quia tertiusdecimus non erat finitus. Superessent ergo usq; ad finē anni decimi sexti Achaz anni tres,& parum plus,& istis regnasset Osee, quādo cœpit regnare Ezechias: & sic erat inchoatus annus quartus regni Osee:quia tamen non erat finitus, dicitur annus tertius. Alij autem soluūt aliter dicentes,quòd regnauerit Ezechias aliquanto tempore uiuente patre suo Achaz, & illud tempus computatur de regno eius, & tunc erat annus tertius Osee,& tamen quando postea cœ
C pit regnare per se Ezechias mortuo Achaz erat annus quintus regni Osee.Sed istud non est conueniēter dictum. Primo,quia scriptura loquitur hic de regno Ezechiæ,quando per se regnauit, cum supra dixerit de morte Achaz.sup.16. in fine. Secūdo patet, quia tunc sequeretur, ꝙ computarentur aliqui anni bis,quia omnes anni, quibus regnauit Achaz fuerunt decem, & sex & omnes anni, quibus regnauit Ezechias fuerunt uiginti nouem:si autem computaretur hic tempus, quo regnauit Ezechias simul cū Achaz, illi anni bis computarētur: & istud est ualde inconueniens, & contra intentionē sacræ scripturæ, quæ computat annos regum ad sciendum quantitates temporum præteritorum, & tamen si ijdem
D anni computarentur bis, nulla esset certitudo in numeris sacræ scripturæ. Tertiò patet, quia Ezechias erat uiginti quinque annorum,quando cœpit regnare,& sic quando per se inciperet regnare,ꝙ esset anno quinto Osee,ut isti uoluut,esset annorum uiginti septem:& tamen Achaz pater suus uixit solū annis trigintasex,scilicet,uiginti annorum erat, quando regnare cœpit, & decē & sex annis regnauit.sup. 16.& sic nouē annos haberet,quando gigneret Ezechiā, qđ non est asserendū: tenendum ergo est,sicut sup.diximus:qa nō sequitˉ tunc aliquod incōueniēs.

Ezechias an esset 25.annorum quando cępit regnare. Q. IIII.

E QVAERETVR ulterius,quomodo poterat esse Ezechias uigintiquinque annorum,quando cœpit regnare,quia pater suus solum uixit annis triginta sex, scilicet,uiginti antequam regnaret,& decem & sex in regno.sup.16 ideo esset annorum undecim Achaz,quādo nasceretur Ezechias: sed istud non est satis credibile,ꝙ puer decem annorum possit gignere. Aliquis dicet,ꝙ Ezechias non erat annorum uigintiquinque, quando mortuus est Achaz, sed fortè erat annorum uiginti, & tamen quando cœpit regnare erat annorum uiginti,& quinque: & tunc dicetur quòd quinque annis mansit sine administratione regni,& illis quinque annis non dicetur regnasse:sic enim dictum est nunc & pręcedenti.ca.

de

de Osee, qui successit in regno ipsi Phacee filio Romeliæ, & mortuus est ipse anno tertio, vel quarto regni Achaz: & tamen non dicitur regnasse Osee vsque ad annum duodecimum Achaz: quia octo annis, vel nouem non ministrauit regnum, aut saltem non se habuit pacificè. Dicendum, ꝙ si nullus alius modus soluendi esset, oporteret recipi istum. Nam sic etiam dictum est de rege Ozia. sup. 15. & tamen non sequitur aliquod inconueniens concedendo literam eo modo, quo iacet: ideo non oportet quærere subterfugia. Et apparet hoc, quia si esset aliqua diuersitas in annis, poneretur aliter in libro Paralipo. quàm hic: & tamen sicut hic dicitur, ꝙ erat uigintiquinq; annorum Ezechias cum regnare cæpisset, & regnauit uigintinouē annis, ita dicitur 2. Parali. 29. Dicēdum ergo, ꝙ Achaz vixit annis triginta septē, vel modicum plus. Et hoc potest dici, quia sup. 16. dicitur, ꝙ erat viginti annorum cum regnare cæpisset: Et dicemus, ꝙ illi anni erant completi, & magna pars vigesimi primi transierat: & tamen nō computatur, nisi vigesimus, quia vigesimus primus nō erat consummatus. Et cū dicitur ibi ꝙ regnauit annis decem, & sex: potest dici, ꝙ fuerunt quasi decem, & septē: & tamen computantur decē & sex solū, quia decimus septimus non erat cōpletus: & sic erunt quasi triginta octo anni, qbus uixerit Achaz: De Ezechia autem dicitur, ꝙ erat vigintiquinque annorū quando cæpit regnare. Intelligendum est, ꝙ esset viginti quatuor completorū, & inchoaret uigesimū quintum, & computatur ille, quia aliquando scriptura computat annos incompletos, vt sæpe visum est in isto libro, & in præcedenti, & sic dicimus, ꝙ Achaz erat quasi triginta octo annorum cum mortuus est, & Ezechias uigintiquatuor annorum, & paucorū dierū, quando cæpit regnare: subtrahantur ergo vigintiquatuor de triginta octo, & manebūt quatuordecim: & sic esset Achaz quasi quatuordecim annorum, quando gigneret Ezechiam: & istud non est admirabile, nec contra cōmunem cursum, quia in illo tēpore iura dicunt masculos esse puberes, & tunc esse aptos ad contrahendū matrimoniū: & tamen adhuc in quibusdā præuenit pubertas tēpus illud: ideo satis rationabile erat, ꝙ Achaz anno quartodecimo suo gigneret Ezechiā, potissimè, quia filij regū consueuerūt uxores accipere in minori ætate, ꝗ alij viri.

Zacharias pater Abisę matris Ezechiæ quis fuit. Quęstio Quinta.

QVAERETVR vlterius, quis erat iste Zacharias, cuius fuit filia Abisa mater Ezechiæ.

Aliqui uolunt ꝙ iste fuerit ille Zacharias, qui fuit filius Ioiadę sacerdotis, quem occidit rex Ioas. 2. Paralipo. 24 & ita tenent Hebræi multi. Sed dicendū, ꝙ non stat: quia non poterat ista tanto tempore uiuere, uel si posset uiuere aliquo modo nō esset apta, ut acciperetur in uxorem: & patet hoc computando omnes annos medios usquequo accepit Achaz uxorem. Nam, ut declaratum est præcedenti quæstione, Achaz genuit Ezechiā anno quartodecimo suo inchoato, & regnare cæpit anno uigesimo: ideo septem annis accepit uxorem antequam regnaret. Debent ergo computari tēpore regum præcedentiū vsq; ad Achaz. Fuit autē Zacharias tēpore regis Ioas: nam ipse unxit Ioas in regem 2. Paralipo. 23. scilicet: unxit quoque illum Ioiada pontifex, & filij eius: & sic poterat illo tempore Zacharia filius Ioiadæ habere filios, & filias, quia esset uir magnus cū ungeret regem Ioas: tamen regnauit annis quadraginta. sup. 12. Amasias autem filius eius annis uigin-

F tinouem. sup. 14. Ozias autem filius eius annis quinquaginta duobus, supra 15. Ioathan uerò filius eius annis decem, & sex. eo. c. Et isti sunt simul anni centum triginta septem, de quibus subtrahantur septē anni, quibus Achaz accepit uxorem antequam moreretur pater suus Ioathan, & antequam ipse inciperet regnare, ut supra dictum est, manebunt centum triginta, de quibus non possumus subtrahere triginta etiam si uelimus: quia Zacharias filius Ioiadę occisus fuit à rege Ioas, & istud fuit ante finem regni sui aliquanto tempore, & sic essent decem anni: quia mox ut conuersus est Ioas ad idola, mortuo Ioiada sacerdote factum est hoc, & sic esset ista mulier centum annorum ad minus, quando acciperetur

G in uxorem: & tamen istud non est opinabile, maximè quòd filius regis puer quatuordecim annorum acciperet mulierem centenariam. Item dato, quòd acciperet eam, non posset gignere, quia in tanta ætate non fierent ei muliebria: rarò enim muliebria accidunt alicui fœmine ultra sexaginta annos, & cū muliebria desinunt fieri, impossibile est esse conceptum naturaliter, ideo ponitur pro miraculo conceptio Isac. Gen. 18. scilicet: erant ambo senes, & prouectæ ætatis, desierantque Sarę fieri muliebria. Dicendum ergo, quòd ista mulier erat filia alterius Zachariæ, qui multo tempore esset postquam fuit Zacharias filius Ioiadæ: & maximè oportet hoc dici secundum opinionem quorūdam Hebræorum,

H qui uolunt illam auctoritatem: Isaiæ 7. scilicet: ecce virgo concipiet, intelligi de natiuitate Ezechiæ, & dicunt ipsi: ecce puella concipiet: ergo mater Ezechiæ secundum eos debebat esse puella. *Fecitque quod bonum erat coram Domino.* Scilicet, Ezechias fecit quod bonum erat corā Domino i. qđ Deus iudicabat bonum. s. non coluit idola, sicut coluerat pater suus Achaz, & multi alij de regibus Iuda, & etiā custodiuit totā legem, fuitq; nimis solicitus in ea, vt patet. 2. Paralipo. 29. & 30. *Iuxta omnia, quę fecerat Dauid pater eius.* Scilicet, imitatus est Dauid in omnibus. *Ipse dissipauit excelsa.* Scilicet, destruxit altaria, quæ erant in multis locis extra templum Domini. Nam pater suus Achaz clauserat templum Domini, ut non fierent ibi sacrificia, & constituerat Aras in omnibus

Ezechias imitatꝰ est Dauid.

I angulis Ierusalem & in omnibus urbibus Iuda, & in montibus, & collibus. sup. 16. & 2. Paralipo. 28. Ezechias autem destruxit omnia ista. Etiam reges Iuda, qui præcesserant ad Achaz fecerant multa altaria extra tēplum Domini, & nullus illorum abstulerat ista excelsa præter Ezechiam, ut patet ex processu præcedentis libri, & istius: nam vbicunq; dicitur de aliquo rege bono, subiungitur: uerum tamē excelsa nō abstulit: Ezechias autem excelsa abstulit, quæ fecerant reges præcedentes & populus. *Et contriuit statuas.* Scilicet, imagines Deorum, quas introduxerāt reges idolatræ, nam in tantum peruenerat malitia quorūdam regum idolatrarum, ut etiam in templo

K Domini ponerent currus solis, & equos, & alias statuas, & per multa loca Ierusalem, & aliarum urbiū: nam ubi erant altaria, etiam erant statuæ, quia altaria erant ad reuerētiam illarum statuarū, quas Deos vocabant. *Et succidit lucos.* Erant luci congregationes arborum apud altaria idolorum, ut post sacrificia uacarēt libidini cultores idolorum in locis illis, quæ erant umbrosa, & obscura. unde & in templo Domini factus fuerat lucus à regibus idolatris, & Iosias fecit educi illum de templo, & cremari in torrente Cedron. infra 23. & dicitur: succidit: quia succidere pertinet ad arbores, & lucus erat de arboribus. *Confregitque serpentem æreum, quem fecerat Moises.* Iste serpens factus est in deserto mandato Domini: nam mur-

murmurantè populo misit Deus serpentes ignitos, qui occidebant multos de populo; cunque plangeret populus iussit Deus fieri serpentem æneum, & poni in alto, vt omnes possent videre illum & quandocunq; esset aliquis percussus à serpentibus videns illum sanabatur: Nume. 21. *Siquidem vsque ad illud tempus filii Israel adolebant ei incensum.* Scilicet, Israelitæ tulerunt serpentem illum secundum de deserto, & tenuerunt omni tempore vsq; ad regnum Ezechiæ: & ipse illum confregit, quia erat iam populo ad scãdalum, scilicet, quia adorabat eũ populus, vt Deũ, & offerebat ei sacrificia, & incensum. *Vocauitque eum Nohestan.* Idest, postquã confregit serpentẽ vocauit illum Nohestan, quod vult litera nostra esse nomẽ propriũ: quia fortè Ezechias vocauit illud hoc nomine, vt iã non retineretur memoria nominis prioris: in Hebræo tamen vocatur Nehuschã, & est nomen appellatiuum, quod signat æs purum, siue massam æneã, & vocauit illũ sic ad significandum, ꝙ in illo serpente non erat aliqua virtus diuina, sed solũ erat massa ænea nullius virtutis. Et vocauit sic illũ contra intentionẽ populi, quia populus putabat virtutẽ deitatis esse in serpente illo, & ob hoc offerebat ei incensum tanquã Deo. *Et in Domino Deo Israel sperauit.* Potest dupliciter intelligi, vno modo referẽdo ad serpẽtem, de quo dicitur. s. populus habebat spẽ in serpente, ꝙ posset sanare eos à lãguoribus, & propter hoc offerebant ei cultum diuinũ: ipse autẽ Ezechias non sperauit in serpente, ꝙ posset ei bonũ, vel malum facere, sed in solo Deo Israel. Aliter potest intelligi, ꝙ ponantur ista uerba ad quandã commẽdationem Ezechiæ. s. quia una de uirtutibus suis fuerit, ꝙ sperauit in Domino, idest, in omnibus operibꝰ suis habebat spem in Domino, & ipse dirigebat eũ, & hoc fuit contra morẽ patris sui Achaz: nam putauit Achaz, ꝙ dij Syriæ adiuuarent eum Sic patet. 2. Paral. 28. s. Dij regũ Syriæ auxiliantur eis, quos ego placabo muneribus, & aderunt mihi. Ezechias autẽ non habuit spem in aliquo idolo, sed in solo Deo.

Quare Ezechias, & alii boni reges comparantur ad Dauid in bono, quod fecerunt. Quæstio VI.

QVAERETVR, quare dicitur hic, ꝙ fecit Ezechias bonum coram Domino, sicut fecerat Dauid. scilicet, quare comparatur Dauid.

Respondendum, ꝙ reges Iuda erant in triplici differẽtia: quidã erant omnino mali, sicut Achaz, Manasses, & Ammõ: de Achaz patet. sup. 16. de Manasse, & Amon. inf. 21. alij erãt boni, sed non omnino, sicut Ioas, Amasias, & Ozias: alij autẽ erant omnino boni sicut Ezechias, & Iosias. De primis nõ ponitur aliqua cõparatio ad Dauid, eo ꝙ Dauid non erat malus sicut isti. De secundis autẽ, qui erant aliqualiter boni, dicitur ꝙ fecerunt bonũ corã Domino, sed nõ sicut Dauid: sic dicitur de Amasia. sup. 14. sic etiã de aliquibus alijs. De tertijs autẽ, qui erant boni omnino dicĩt, ꝙ fecerũt bonũ coram Domino, sicut Dauid, & sic dicĩt hic de Ezechia, & inf. 22. de Iosia. Aliquando autẽ dicĩt de malis, ꝙ nõ fecerunt bonũ, sicut Dauid: sicut dicĩt de Achaz. sup. 16. & tamẽ istud rarũ est. Ratio autẽ, quare cõparantĩ isti reges ad Dauid, est, quia secundũ regulã philosophi. 10. Methaphisicæ in vnoquoq; genere est dare vnũ, qđ sit me trũ. i. mensura aliorũ in perfectione, & sic in genere colorũ damus vnũ colorẽ: & in genere animalis damus vnã speciẽ. s. hominẽ. Et tunc omnia, quæ sunt in illo genere, comparantur ad illud, qđ est mensura, & secundũ habitudinẽ, quã habẽt ad illud, dicunt habere magis, vel minus de perfectione: qa illa, quæ

A magis accedunt ad illud vnũ, dicũtur esse perfectiora, & quæ minus accedunt sunt minus perfecta: ita in tota serie regũ Iuda non erat aliquis tã excelens, sicut Dauid: quia de ipso dixit Deus: inueni uirũ secundũ cor meum. sup. 1. lib. c. 12. & nõ dixit hoc de aliquo alio: ideo omnes alij reges, secundum ꝙ imitarentur eũ, erant magis, vel minus perfecti, & qui perfectior esse poterat, esset ille, qui totaliter assimilaret Dauid. Et secundũ hoc mali reges cognoscerẽtur esse mali in quantum non imitabanĩ Dauid. boni autẽ cognoscebanĩ esse boni in quantũ imitabãtur eũ: & tamen quia inter bonos erat differentia in gradu de illis, qui nõ fuerunt omnino boni: dicitur, ꝙ fecerunt bonũ coram Domino, sed non sicut Dauid: quia autem erant omnino boni imitabanĩ tota
B liter Dauid, & de istis dicĩt, ꝙ fecerunt bonum corã Domino, sicut Dauid pater eorum, scilicet, ꝙ in nullo recesserunt à vijs eius. Si autem fuisset aliquis rex perfectior inter reges Iuda ille poneretur tanquam extremum comparationis ad omnes reges.

Ezechias an fecit omnino sicut Dauid pater suus, & alii reges non. Quæstio VII.

QVAERETVR vlterius, quomodo est verũ, ꝙ Ezechias fecerit omnino sicut Dauid pater suus, & quomodo alij reges non fecerunt sicut Dauid. Aliquis dicet, ꝙ hoc fuit, quia Ezechias non co
C luit aliquando idola: alij autem reges, qui aliquando erant boni, aliquando colebant idola: sicut fuit de Ioas, qui à principio fuit bonus, & postea coluit idola 2. Paralipom. 24 sic etiam fuit de Amasia, qui prius fuit bonus, & postea coluit Deos Edom, vt patet eo. lib. c. 25. Sed dicendum, ꝙ non dicitur propter hoc, quia alij reges fuerunt, qui nunquam coluerunt idola: & tamẽ non dicitur de eis, ꝙ fecerũt, sicut Dauid. sic patet de Ozia. sup. 15 & 2 Paralipo. 26 & de Ioathan. sup 15 & 2. Paralipo. 27 & tamen de neutro istorum dicitur, ꝙ fecit sicut Dauid: sicut dicitur hic de Ezechia. Dicendum ergo, ꝙ hoc dicitur propter perfectam obseruationem legis: quia Dauid obseruauit legem omnino, cũ fuerit uir val-
D de deicola: & tamen isti reges non obseruabant omnes cæremonias legis, quanquam essent aliqualiter boni. Sic fuit de Ozia, qui voluit offerre incensum sicut sacerdos, & in hoc præuaricatus est cæremonias legis. 2. Paralipo. 26. & præcipuum, propter qđ nõ dicitur de istis, ꝙ faciebant sicut Dauid, erat, quia nullus istorum auferebat altaria, quæ erant extra tẽplum Domini, sed populus offerebat ibi incensum, & istud erat contra legem, quæ iubebat, ꝙ esset unicum altare, & unicus locus sacrificiorum: Leui. 17. & Deut. 12 patet hoc de omnibus regibus bonis: nã Asa fuit primus rex bonus inter reges Iuda post diuisionem regni, quia nunquam coluit idola: & tamen de ipso dicitur, ꝙ excelsa non abstulit: præce-
E denti lib. c. 15. Iosaphat autem filius eius nunquam coluit idola, sed etiam excelsa non abstulit. præcedenti, li. c. vltimo: Ioas etiam in principio regni sui valde bonus fuit: & tamen etiam tunc excelsa non abstulit. sup. 12. Idem dicitur de Amasia. sup 14. idẽ de Ozia. sup. 15. idem de Ioathan. eo. c. Ezechias autem nũc excelsa abstulit, vt patet hic, ideo de eo primum dicitur, ꝙ fecit bonum coram Domino, sicut Dauid pater suus, & de nullo aliorũ præcedentium. Itẽ patet hoc in Iosia, qui excelsa abstulit. inf. 22. & de eo dicitur, ꝙ fecit bonũ corã Domino, sicut Dauid pater suus: ergo videtur, ꝙ propter hoc dicitur. Itẽ patet, qa pręcedẽti li. c. 3. dicĩt de Salomone, quãdo erat bonus, ꝙ ambulauit in omnibus uijs Dauid patris

patris sui, excepto ꝙ in excelsis immolabat, & accē debat thymiama: ergo videtur, ꝙ imitatio perfecta ad Dauid erat in illis, qui auferebant excelsa: in alijs autem erat imperfecta imitatio: & quia inter reges Iuda isti duo soli leguntur abstulisse excelsa, isti duo soli dicuntur fecisse, sicut Dauid.

Ezechias an abstulerit excelsa, & contriuerit statuas. Quæstio VIII.

QVAERETVR vlterius, quomodo dicitur hic de Ezechia, ꝙ abstulit excelsa, & contriuit statuas, & succidit lucos: nam videtur, ꝙ non possit stare, quia inf. 22. & 23. dicitur: de Iosia ꝙ abstulit excelsa, & etiam ꝙ confregit statuas, & fecit efferri lucum de tēplo Domini. Si tamen abstulisset ista Ezechias non potuisset ea auferre Iosias. Aliquis dicet, ꝙ Ezechias abstulit partem excelsorum, & confregit patem statuarum, & succidit partem lucorum, & residuum destruxit Iosias. Sed dicendum, ꝙ hoc non stat. Primò, quia si sic fecisset, Ezechias non fuisset vir perfectus, nec diceretur de eo, ꝙ fecit sicut Dauid, quia Dauid non permittebat aliquod excelsum, iste autem permitteret multa: potissimè, quia dicitur hic, ꝙ fecit iuxta omnia, quæ egerat Dauid pater suus, & tamen relinquēdo aliqua excelsa, licet ageret sicut Dauid, tamē non iuxta omnia, quę fecerat Dauid. Secūdò patet, quia tūc nihil ꝓficiebat auferre quædā excelsa, cū manerēt alia, in quibus posset populus immolare: & sic nō differret Ezechias ab alijs regibus, qui nō abstulerāt excelsa: & tamē falsum est, qa de ipso dr̄, ꝙ fecit sicut Dauid, & de nullo alio dicit, ꝙ fecit sic de ꝓcedentibus. Tertiò patet quia istud erat valde irrationabile: nā auferre excelsa non erat nisi, vt seruarēt lex omnino, & esset vnicus locus immolationis: & tñ auferēdo quædā, & relinquēdo alia, nō fiebat vnus locꝰ immolationis, qa ita poterat totus populus offerre sacrificium in paucis locis, sicut in multis, dū tamē aliqua excelsa relinquerentur. Quartò patet, quia si Ezechias reliquisset omnia excelsa, quæ destruxit postea Iosias, reliquisset in templo Domini statuas, & lucos: nā Iosias fecit efferri lucum de domo Domini, & statuas cōfregit, si tamē reliquisset ibi lucum, & statuas, nihil proficiebat destructio aliorū excelsorū, cùm ibi in templo deberet esse cultus Domini. Quintò patet, quia Ezechias fecit mundari totā domum Domini per Leuitas, & sacerdotes, & poni foris omnē immunditiā idolorū, & reduxit cultum Domini, qui omissus fuerat, & interdictus ex diebus Achaz regis, vt patet. 2. Paralip. 29. & 30. ergo non reliquit aliqua excelsa, nec lucos, nec statuas. Dicendū igitur, ꝙ Ezechias destruxit omnia excelsa, & lucos & statuas, nec reliquit aliquid, quod postea deleret Iosias. Et hoc verū est, nisi de templis, quæ fecerat Salomon pro vxoribus suis, ut offerrent in eis incensum. inf. 23. nam de illis dicitur, ꝙ destruxit ea Iosias: ideo non potuit destruxisse ea Ezechias, de quibus sequenti quæstione dicetur. De omnibus autem alijs generaliter dicēdum, ꝙ Ezechias destruxit illa tam lucos, quā statuas, & excelsa: Et cū dicitur, ꝙ Iosias abstulit excelsa: dicendum ꝙ ista excelsa fuerunt facta post mortem Ezechiæ, quia post eum fuerunt duo reges pessimi. s. Manasses, & Amon, quia abundauerūt in idolatria plusquā Achaz, & illi fecerunt excelsa in Ierusalem, & in alijs vrbibus, & fecerūt lucos, & statuas, & omnia ista destruxit postea Iosias. Et sic Ezechias destruxit omnem idolatriam, quę fuerat ante eum sub omnibus regibus Iuda: Iosias verò solum destruxit idolatriam introductam per duos reges immediatè præcedentes eum.

F *Ezechias an destruxerit omnes statuas, lucos, & excelsa. Quæstio IX.*

QVAERETVR vlterius, cū Ezechias destruxerit statuas lucos, & excelsa, quare nō abstulit omnia, quia quedā manserunt vsq; ad tēpus Iosiæ, quæ tñ fuerant facta ante tempus Ezechiæ, patet de statuis, quas destruxit Iosias: & tamen fecerat illas Achaz inf. 23. s. cōbussit igni currus solis altaria quoque, quæ erāt super tecta cęnaculi Achaz. Achaz tñ fuit ante Ezechiā, quia fuit pater eius. sup. 16. De excelsis patet, quia fecit Iosias destrui oīa altaria, & uicos, qui erāt in terra Samariæ, & in Bethel, quę fecerāt reges Israel. inf. 23. & tñ post Achaz non fuit ali-
G quis rex Israel cū ultimo rege suo Osee in Assyrios. inf. in litera, ergo vr̄, ꝙ altaria, quæ facta fuerāt à regibus Israel ante Ezechiā destructa fuerūt per Iosiā, & cōsequenter nō destruxit illa Ezechias. Itē patet hoc de tēplis, quæ fecit Salomon in mōte Olueti, pro uxoribus suis, & cōcubinis: qa illa destructa fuerūt per Iosiā. inf. 13. & tñ si deleta fuissent ꝑ Ezechiā nō potuisset ea delere Iosias. Dicēdū, ꝙ Ezechias destruxit oīa excelsa, quæ potuit, qa ex toto corde volebat sequi Dn̄m obseruādo ceremonias eius, qđ fieri nō poterat manētibus excelsis: ideo si aliquid māsit, fuit ex aliqua causa speciali. Ad primū cum dr̄, de curribus solis, & equis, dicendū, ꝙ non fecit istos Achaz, sed Manasses, & Amon, qui fuerunt post Eze-
H chiā, cum dr̄ de Achaz, nō refert ad currus solis, sed ad altaria: quia dr̄: altaria quoq;, quæ erant super tecta cęnaculi Achaz, quæ fecerāt reges Iuda, & sic nō fecerat illa Achaz, sed reges alij Iuda. s. Manasses, & Amon, qui fuerunt post Ezechiā. Ad secundū, cū dicitur de altaribus, quæ erant in terra Samariæ. dicēdū, ꝙ Iosias destruxit altaria, q̄ fecerāt reges Israel, q fuerūt ante Ezechiā: & tñ illa non potuit destruere Ezechias, sed destruxit illa Iosias. Ratio diuersitatis est, quia tēpore Ezechiæ, qn̄ ipse destruxit idolatriā in terra Iuda, adhuc manebāt Israelitæ in terra sua: nā Ezechias cępit destruere idolatriā anno primo regni sui mense primo. 2. Paral. 29. & tñ Israelitæ non translati fuerūt vsq; ad annū sextū Ezechię, quia ip-
I so anno capta est Samaria, infra in litera: & manentibus Israelitis in terra non poterat Ezechias destruere templa, & altaria eorum ipsis inuitis: fecit tamen Ezechias, quod potuit orando, & suadendo Israelitis, vt uenirent ad terram Iuda ad reseruandum cęremonias legis, & misit cursores per totam terram omnium Israelitarum, qui dicerent: filij Israel reuertimini ad Dominum Deum Abraham, & Isac, & reuertetur ad reliquias, quæ effugerunt manus regis Assyriorum: 2. Paralipo. 30. & tunc aliqui de Israelitis uoluerunt, alij autem nō. Si autem potuisset ipse destruere altaria eorū, destruxisset. De Iosia autem non fuit sic, quia iam Israelitæ translati fuerant in Assyrios, & manserant ciuitates eorū habitatę à gen-
K tibus alijs, & fortè non erant omnes urbes habitatę & in illis, quæ erāt desertę, potuit Iosias destruere altaria, & tēpla. Vel dato ꝙ essent omnia loca habitata, fortè non curabant gentes istæ multum de altaribus, & tēplis, quæ fecerant Israelitę, & permiserūt illa destrui per Iosiam. Ad tertium, quando dicitur de templis, quæ fecit Salomon, non potest responderi, sicut respondebatur ad duo prima: nam poterat destruere Ezechias ista templa, cùm essent in terra sua apud urbem Ierusalem in monte Olivueti: ꝑcedenti. li. c. 6. & inf. 23. Dicendum tamen, ꝙ non destruxit illa propter multa. Primò propter populum repugnantem: nam ante Ezechiam nullus destruxerat altaria, quæ erant in vrbibus, & montibus.

Ezechias nō destruxit templa Salomonis ꝑpter multa.

Cum

Cum ergo faceret ipse nunc aliquid nouum, populus moleste ferret: & si vellet omnia vsq; ad vnguē destruere, fortè popul⁹ repugnaret sibi: voluit ergo potius aliquid agere in cultū Dei consentiente populo, quā inuito illo nihil agere. De Iosia autem nō fuit sic, quia iam ante eum Ezechias destruxerat oīa excelsa, ꝙ ergo ipse uellet ea nuc destruere, non erat aggredi aliquod nouum: ideo poterat magna omnia usque ad vnguē delere, & sic destrueret templa, quæ fecerat Salomon. Causa autem, propter quam fortè populus nolet illa destrui, esset propter auctoritatē, & honorē Salomonis conditoris, quia inter omnes reges Israel præter Dauid, ipse plus magnificauit regnū domus Iuda in honore, & diuitijs. Etiā fieret hoc propter pulchritudinem illorū ædificiorum, quia Salomon faciebat opera magnifica, & pulchra nimis, sicut patet de templo Domini, & de tribus domibus suis, præcedenti. lib. c. 6. & 7. Secunda causa, & potissima, propter quā motus fuit Ezechias ad non destruendum templa illa, quæ fecerat Salomon, fuit, quia non præiudicabant cultui diuino: nā ipse ideo destruxit oīa excelsa & lucos & statuas, qa erant contra cultū Dei. s. quia Israelitæ offerebant ibi sacrificia, qđ erat contra legem: & tamen in templis illis, quæ fecerat Salomon pro uxoribus suis, nō offerebant Israelitæ aliqua sacrificia, nec volebant offerre, etiā si nullus eos prohiberet: ideo non erant scandalosa illa tēpla, nec in præiudiciū cultus Dei. Ratio autē, quare Israelitæ volebant offerre ibi sacrificia, erat, quia illa tēpla erant facta pro dijs, quos ipsi non colebant. Et patet, quia Salomon fecit illa pro dijs vxorū suarum, quæ erant alienigenę. Vnde in vno tēplo posuit Astarthē deam Sidoniorū: & in alio Meloth idolū Amonitarū, & in alio Chamos deum Moabitarū: & sic de alijs dijs gentium diuersarū, vt patet præcedenti. li. c. 11. & inf. 23. istos autem deos alienigenarū non colebant Israelitæ, sed alios deos Chananæorū: ideo ista tēpla non faciebant aliqđ præiudiciū cultui Dei, & sic nō curauit Ezechias illa destruere, sed postea destruxit ea Iosias. inf. 23.

Ezechias an peccauerit non destruendo templa Salomonis, quæ fecerat pro diis vxorum suarum. Quęst. X.

QVAERETVR vlteri⁹, an peccauerit Ezechias dimittendo templa illa, quæ ædificauerat Salomon. Aliquis dicet, ꝙ sic: quia faciebat contra legem: nam Deus iubebat, ꝙ non essent altaria aliqua ad colēdum Deum, nisi illud, qđ erat in tēplo: Leu. 17. & tamen in istis templis erant altaria ad offerendum holocausta, & Thymiamata ipsis idolis. Secundo patet, quia Deus iusserat, ꝙ nō essent idola in terra, sed ꝙ Israelitæ confringerent ea, & cōburerent: Deu. 7. & tamen in templis istis erant idola, quia inf. 23. dicitur, ꝙ Iosias destruxit ista templa, & confregit statuas, & succidit lucos istorum templorum: ergo peccabat Ezechias permittendo istas statuas in terra. Tertiò patet, quia ista templa erant nimis scandalosa inter Israelitas quantum ad cultum diuinū, quia offendebant Deum propter illa: unde uocabatur ille mons, in quo erant ista templa, mons offensionis infra 23. Et hoc erat, quia uel Israelitæ offendebant Dominum colendo idola in monte illo, vel propter illa templa inclinabantur ad colendum ea: quodcunq; autem istorum erat malum, & euitandum: quia scandalum proximorum semper est euitandum, potissimè quando illud est contra cultum Dei, sed Ezechias poterat hoc facere, ideo peccaret non faciendo. Respondendum, ꝙ nō peccauit Ezechias dimittendo illa templa. Primò patet quia, vt dictum est præcedenti quæstione, populus non con-

A sentiebat, ꝙ destruerentur, & Ezechias non poterat facere contra volūtatem populi omnino, quanquā de iure deberet facere. Secundò patet, ꝙ non peccabat, quia permittere templa in terra peccatū erat, in quantum illa erant contra cultum Dei, scilicet, quia tollebāt vnitatem loci, cum in eis non fieret sacrificium, vt declaratum est præcedenti quęstione, ideo non erat peccatum dimittere illa. Confirmatur hoc, quia esse plura altaria in terra non erat peccatum, dum tamen non essent omnia ad sacrificandum in eis, sed unicum istorum. Sic patet de altari, quod fabricauerunt duæ tribus, & dimidia apud Iordanem, & aliæ nouem, & dimidia parauerunt se ad pugnam contra illas tempore Iosue, tanquā contra

B idolatras, & illę responderunt, ꝙ non fecerant istud altare ad offerendum sacrificia, sed ut esset in signū inter duas tribus, & dimidiā, & nouem, & dimidiā, ꝙ erant unus populus, & pertinebat cultus Dei ad omnes simul: & tunc permissum est illud altare manere, vt patet Iosue. 22. Et sic solum erat peccatum in constitutione altaris, si esset ad sacrificia: & non erant ista templa, quæ fecerat Salomon nunc ad sacrificia, ergo nō peccabat Ezechias dimittendo illa. Tertiò patet, & efficacius, quia in litera dicitur, ꝙ fecit Ezechias iuxta omnia, quæ fecerat Dauid, & in hoc laudatur nimis: si tamen peccauisset dimittendo ista templa, nō differret Ezechias ab alijs regibus, de quibus dicitur, ꝙ excelsa non abstulerunt, & ta-

C men non ponitur hic aliqua exceptio, scilicet, ꝙ non abstulit templa illa: & tamen si peccauisset, diceretur ꝙ fuit bonus, uerūtamen nō abstulit omnia excelsa: & tamen nō ponitur aliqua exceptio, ergo non peccauit. Quartò patet, quia manifestū est, ꝙ Iosias non peccauit: quia ipse abstulit omnia excelsa nullū omnino relinquendo in terra, inf. 23. Et tamē Ezechias laudatur eodem modo, vt patet ex verbis, quæ habentur hic, & inf 23 ergo non peccauit Ezechias, sicut nec Iosias. Quintò patet, quia Ecclesiastici. 49. dicitur: Præter Dauid, Ezechiam, & Iosiā, omnes reges Iuda peccatū commiserūt, & intelligitur illud de peccato circa cultū Dei: nam aliàs non diceretur de Dauid, ꝙ non cōmisit peccatum, & de alijs

D regibus Iuda, qui nunquā coluerunt idola, sed solū reliquerunt excelsa, dicit ꝙ peccauerunt: ergo Ezechias non peccauit relinquendo tēpla illa Salomonis. Sextò patet, quia Ecclesiast. 48. Dicit de regibus Iuda: relicta est gens pauca, & principes in domo Dauid quidā ipsorum fecerunt qđ placet Deo, alij aūt multa commiserunt peccata: & incipit ibi dicere de laudibus Ezechiæ: ideo non peccauit Ezechias aliquo modo contra cultum Dei propter ista templa.

Ad rationē in cōtrarium, dicendū ad primum, cū dicitur de altaribus, ꝙ prohibita erant altaria in terra, si illa essent ad colendū idola, vel ad faciendū in eis aliqua sacrificia, & tamē si ad aliquid aliud erant nō erat peccatū, ꝙ essent altaria in terra: sic patet de

E altari, qđ fecerūt duæ tribus, & dimidia apud Iordanē, ad significandū, ꝙ ipsi, & nouē tribus, & dimidia pertinebāt ad Deū Israel, & erant vnus populus: nā illud altare permisū est manere in terra, vt patet Iosue 22. Ita nūc ista altaria, & tēpla facta per Salomonē, non erāt ad faciendū in eis sacrificia: quia nō fiebāt ibi nunc sacrificia aliqua, licet à principio facta fuisēt: ideo nō erat peccatū, ꝙ nunc manerēt: uerū est tamē, ꝙ ista altaria à principio facta fuerūt ad cultū idolorū, ideo quanquā nunc nō colerētur ibi idola, si potuisset Ezechias illa auferre, melius fuisset, q̄ ꝙ non auferret, & tamē fortè propter scandalū populi non potuit, ideo nō erat peccatū dimittere illa pro tunc: postea autē Iosias uidens, ꝙ ista facta fue-

rant

rāt ad cultū dæmonū, uoluit ea auferre, & abstulit. Ad secundā rationem dicendū, ꝙ Israelitæ iubebantur destruere statuas idolorū, & cremare, vel cōfringere illas: & tñ cum esset istud præceptū affirmatiuū, non oportebat, ꝙ quocūq; tēpore Israelitę nō destruerent statuas manentes in terra peccarēt mortaliter; peccarent tamen quandocunque colerent idola, tamen tempore Ezechiæ erant clausa ista templa, & nullius Israelitarum peccabat colendo istas imagines, ideo quanquam permitterentur ibi nunc vsque ad aliquod tempus, in quo magis fine scandalo auferri possent non erat peccatum.

Ad tertiā rationem dicendū, ꝙ nō erat scandalū aliquod, ꝙ manerēt illa tēpla tēpore Ezechię, & qñ dr̄, ꝙ nimis scandalizabant populū in tantū, ꝙ vocabatur ille mons offensionis, in quo erant ista templa, dicendū, ꝙ non vocabatur mōs offensionis quasi nūc offenderent Israelitæ, vel offenderēt Deū propter illa tēpla, sed vocat̄ mons offensionis: quia quādo fuerūt facta illa tēpla per Salomonē, & offerebāt ibi incēsum, & holocausta vxores Salomonis Israelitæ vidētes hoc scandalizabant̄ nimis, & ista erat offensio. Nunc tamen erant clausa illa templa, & non fiebant ibi aliqua sacrificia, nec cæremoniæ, ideo non offendebantur nunc Israelitæ, & consequenter non obligabatur Ezechias nunc destruere illa.

Quomodo serpens æneus Moysi seruatus fuit vsque ad istud tempus. Quæstio X I.

QVAERETVR vlterius de serpēte æneo, quomodo Israelitæ seruarunt illum vsque ad tempus istud, & quare. Respondendum, ꝙ serpēs æneus factus fuerat in deserto anno quadragesimo ab exitu de Aeg. pro pauco tempore antequam introirēt Israelitæ in terram Chanaan, & fuit factus, dum circuirent terram Edom, & tæderet eos itineris, & laboris: tūc enim contra serpentes ignitos, qui mordebāt populū, factus est iste serpens: sanati sunt autem tunc Israelitæ respicientes istū serpentē, ideo duxerunt eū secum de deserto in terrā Chanaan, quanquā iam nō prodesset eis ad tollendū morsus serpētū, quia solū percusserunt eos serpentes illa uice, noluerūt tamen Israelitæ confringere serpentē illum, quia ille non fuerat factus ex causa inhonesta, sicut idola ad sanandū populū à morsibus serpētū: & primū fuit, propter qđ seruauerūt illū propter reuerētiā Dei mandātis illū fieri: Nā dato ꝙ iā non esset necessarius: quia tamē Deus iusserat illū fieri in deserto in reuerentiā eius, seruabat̄ illæsus. Secūdum fuit propter Moysen, quia ipse illū fecit, vt patet Num. 21. Ipse autē fuit legislator populi, ideo in reuerentiā eius, & deuotionē populus voluit penes se tenere ea, quæ ab eo facta fuerāt. Tertiū fuit propter bonū: quod consecuti fuerant Israelitę per serpentem illū. Nam sanati fuerant à morsibus serpentū ignitorum, ideo videbatur eis irrationabile, si illum confringerent. Tenuerūt ergo eum toto tempore vsq; ad regem Ezechiā, & ipse tunc confregit illum. Credendum est autē, ꝙ iste serpens tenebatur in aliquo loco honorabili, ut pote in aliqua parte templi in custodiam, & Israelitę iam incipiebant colere eum.

Israelitæ an benè fecerunt seruando serpentem æneum, vel debuissent confringere. Quæstio X I I.

QVAERETVR vlterius, an debuerunt Israelitæ tenere serpentem istum postquam sanati sunt à morsibus serpentum per illum, vel debuerūt illum confringere. Respondendum, ꝙ non solum

F fuit equum, & rationabile ꝙ Israelitæ tenerent istū serpentem, ut patet ex motiuis assignatis præcedenti quæstione, sed etiam fuit quasi necessarium ꝙ ipsi tenerent illum, quia Israelitæ debebant attendere, vt essent memores beneficiorum Dei, vt sic inclinarentur ad colēdum, & laudandum eum, & tamē Deus præstiterat eis magnum beneficium liberando eos à morsibus serpentum, quia multi occidebātur ab eis: Numeri. 21. sanitas autem facta fuerat respiciendo illum serpentem, ideo non poterant habere aliquid, per qđ melius recordarentur istius beneficij, quàm tenendo apud se serpentē istum, quia quandocunque viderent eum recordarentur beneficij præstiti. Sic enim Deus iusserat seruari alia in signum beneficij præstiti: nam iussit seruari vrnā ple-
G nam manna ad significandum, ꝙ ipse aluerat Israelitas in deserto quadraginta annis illo cibo: Exod. 16. Relictæ fuerunt etiam tabulæ legis in signum, ꝙ Deus dederat Israelitis legem. sic etiam de uirga Aaron, quæ relicta est in arca fęderis: Nume. 17. & Deutero. conseruato in latere arcæ: Deut. 31. & credendum est ꝙ Moyses ad istam intentionem fecerit, ꝙ maneret serpens, & non confregit eū illico, ut sanati sunt Israelitæ à morsibus serpentum: constat nāque, ꝙ non mansit serpens ille illæsus contra uoluntatem Moysi, quia ipse erat tunc princeps populi, & obediebat ei populus in omnibus: & si ipse uoluisset confringere serpentem, confregisset, sicut ipse il-
H lum fecerat: & tamen non confractus est ergo ipse uoluit, ꝙ maneret: & tamen ipse nolet ꝙ maneret sine causa: ergo fuit aliqua causa, propter quam cōseruatus est serpens ille, & debuerat semper manere apud Israelitas in memoriam istius beneficij, nisi incępisset eis esse scandalosus.

An Israelitæ quotiescunque percussi fuissent à serpente sanati fuissent per serpentis ænei visionem, & de miraculis istius serpentis. Quæstio X I I I.

QVAERETVR vlterius de isto serpēte, an Israelitæ possent postea sanari à morsibus serpētum, si contingeret eos aliquando percuti. Aliquis
I dicet ꝙ sic: quia eadem causa manens eadē producit eosdem effectus si sit materia eodē modo disposita, & tamen Israelitæ uidentes serpentē istum cum essent uulnerati à serpentibus sanabantur nihil aliud facientes: ideo quādocunq; percuterentur Israelitę à serpentibus, & respicerēt illū serpentē, sanarentur quia manebat eadē causa omnino, & materia eodē mō disposita. Respondendū est, ꝙ fortè multi Israelitarū credebant hoc: ideo fortè causa potissima: ꝓpter quā tenuerunt secū serpentē illum, fuit, vt quādocunq; cōtingeret eos percuti à serpētibus recurrerēt ad serpentē illū. Dicendū tñ, ꝙ non erat certū, ꝙ Israelitę sanarētur iterū aspicientes serpentē illū si percuterent̄ à serpentibus, immo potius videt̄, ꝙ
K non sanarentur. Pro quo sciendū, ꝙ sanitas illa, quæ causabatur in Israelitis viso serpente æneo erat supernaturaliter: & si fortè Deus dedisset aliquā qualitatē absolutā illi serpenti, quæ maneret in eo quandocūq; ille serpēs esset posset sanare percussos à serpentibus Dicendū tñ, ꝙ Deus non dedit aliquā qualitatē illi serpēti, per quā posset sanare percussos, vt serpens ille sanabat, sed solū uoluntas Dei: uolebat tñ Deus, ꝙ aspicerent Israelitæ ad serpentem illū, & aspiciēdo sanarentur: serpens tñ ille nō plus conferebat ad sanitatē, quā lapides, uel ligna camporū. Et patet hoc, qa nō poterat illi serpēti cōmunicari aliqua uirtus, per quam sanaret percussos à serpētibus: quia ista virtus esset supernaturalis, & spiritualis: talis

In serpente nō erat aliqua virtus ad sanandum.

lis autem non communicatur subiecto materiali. Si autem esset virtus naturalis insurgeret ex aliqua proportione qualitatum elementalium in illo mixto, sicut diuersæ herbæ, & cibi habent diuersos effectus sanatiuos, & inducendi ægritudinem pp diuersam mixtionem, & qualitatem inde surgētem: & qa ille serpens non fuit deductus ad aliud genus mixtionis, sed mansit semper æneus, non poterat consequi virtutem aliquam corporalem, & naturalem, per q̃ sanaret percussos. Itē patet, quia si esset aliqua virtus in serpente æneo ad sanandum, nō fuisset aliquis sanatus videndo illum, sed tangendo eum, vel cōuertendo eum in pulueres, & comedendo de illo: sic.n. patet de medicaminibus, quæ naturaliter sanant: qa nemo sanatur videndo medicamen, sed comedēdo de eo, vel sumendo interius, aut saltem corpori applicando, & tamen serpens ille sanabat sola visione: ideo non habebat in se aliquam virtutem naturalē, nec ēt ipse sanabat percussos. Item patet: quia si serpens iste habuisset virtutem naturalem sanandi, nō oportebat, ꝙ homines aspicerent eum ad hoc, ꝙ sanarentur, sed ꝙ essent circa illum, siue aspicerent, siue non: quia tunc ipse mitteret virtutem suam per medium insensibiliter immutando illum, quousq; immutaret ipsos ꝑcussos, & sanaret. Sic enim est de lapide magnete, qui attrahit ferrum, cum non sit cōiunctus illi, & hoc est, quia immutat medium insensibiliter. Ita ergo esset de percussis, quia serpēs ille sanaret eos, diffundendo virtutem suam ad illos, etiā si non aspicerent eum, immo potius sanarētur, si haberent vulnera in parte posteriori corporis, & cōuerterent vulnera ad serpentem, & vultus auerterēt ab eo & tñ nullus de Israelitis sanabat̄, nisi aspiceret serpentem, ergo non sanabat illos serpēs. Item si serpēs haberet istam virtutē non posset sanare oēs percussos quandocunque & vbicunque eum viderent, qa illi, qui essent prope eum sanarent̄, qui verò longè, non sanarentur: quia non posset virtutem suā valde longè diffundere, sicut patet in magnete, cui si ponatur ferrum de propinquo attrahet illud: si aūt sit de longè nō attrahit: & tñ in quacū que distantia essent Israelitæ à serpente illo, dum tñ possent eū videre, sanabantur: ergo non sanabat eos serpens. Patet hoc, quia Deus iussit illum serpentem eleuari nimis in altum, vt ex omni parte castrorum posset videri. Nā extēdebant̄ castra Israelitarum fortè plus, q̃ per vnā leucam, cum essent in eis plusq̃ sexcenta millia peditum, preter fœminas, & paruulos, & senes, vt patet Exod. 12. & 38. Et si non sanaret serpens à quocunq; loco castrorum videret̄, plurimi morerentur anteq̃ venirent ad serpentē: & tñ nullus moriebatur postq̃ serpens iste factus est, vt colligit̄ Num. 21. Ergo erat in loco satis alto, & à quantacunque distantia videretur, sanabat. Hoc patet Ioan. 3. cum dixit Christus: sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita oportet exaltare filium hominis: ergo erat valde eleuatus serpens: & tamen non proficiebat eū eleuari, nisi sanaret percussos, cum videret̄ à longè: quia aliàs venirent ad eum, vt propè ipsum existētes sanarent̄: ergo à longe visus sanabat. Itē patet, quia si serpens iste haberet virtutem sanādi à Deo sibi datam, sanaret oēs percussos, ēt si ipsi nolent sanari, sicut medicamen lāguenti appositū sanat volētem, & inuitum, & ignis calefacit volentem, & nolentem: & tñ si aliquis nollet sanari per illum serpētem, non sanaret̄, vtpotè si auerteret oculos suos ab eo, ergo nō sanabat ille serpens. Item patet: quia si ille serpens sanaret, necesse erat, ꝙ sanaret in successione, quia oē opus virtutis finitæ fit in successione, sicut patet in medicaminibus, quæ non sanant subito, sed in successione: & tñ

A illico, vt aliquis videret serpentem, sanabatur: ergo virtus illa sanatiua erat infinita, & consequenter nō erat in serpente. Item patet: quia si ista sanitas esset à serpente, quidam melius sanarent̄, & alij deterius: quia qui minus percussi essent, melius sanarent̄, & q̃ magis percussi deterius: ēt qui magis appropinquarent, melius sanarentur, quia perueniret ad eos virtus serpentis efficacius, cum oē agens potentiæ finitæ efficacius agat, & perfectius in propinquum, q̃ in distans: & tñ æqualiter bene sanabant̄ omnes percussi: quia oēs sanabant̄ penitus: ergo virtus sanandi nō erat finita. Item patet: quia necesse erat sanari in tēporibus inæqualibus istos percussos, si sanitas daretur à serpēte. Quod patet: quia quidā erant magis

B percussi, & alij minus: & tamen minor percussio ab eadem causa sanatiua in minori tēpore poterat curari, & curaretur, q̃ percussio magna. Etiam aliqui sanabantur existentes propinqui illi serpenti, & alij remoti ab eo: & tamen agens potentiæ finitæ in minori tempore introducit formam in rem propinquā, q̃ in remotam, sicut idē ignis in minori tpe introducet æqualem gradū caliditatis in rem propinquā, & tamen omnes isti percussi, siue multum, siue parum percussi essent, & siue à longè, siue de propinquo viderent, sanabantur ęque citò, scilicet, quia illico, vt viderent, sanabantur ergo virtus illa erat infinita, & consequenter non erat in serpente. Dicēdum ergo, ꝙ serpens ille non habebat aliquam virtutem natu-

C raliter sibi insistētem, nec à Deo sibi cōmunicatam, per quam posset sanare percussos, nec etiam erat instrumētum ad sanandum, ita, ꝙ Deus deriuaret virtutem suam per serpentē, quia Deus non potest agere per instrumentum: quia virtus sua, & actio sua sūt substantia sua, sed substantia non pōt per aliquid deriuari: ergo nec virtus, nec actio Dei, sed solū Deus sanabat oēs percussos à serpentibus per seipsum, & serpens ille æneus non plus conferebat in sanitate ista, q̃ lapides camporum, sed solū oportebat, ꝙ respicerent illum Israelitę ad hoc, ꝙ sanarentur: nō quasi in se haberet virtutem sanandi, quia Deus nolet aliter sanare aliquos, nisi aspicerent illū cū ipse hoc iussisset. Quare autē iussit, ꝙ aspicerent illum serpentē,

D cum nulla virtus esset in eo, declaratum est Nu. 21. Patet ergo, quòd serpens ille nunquam posset sanare percussos à serpētibus, licet Israelitæ postea percuterentur: quia ille non sanauerat eos prius, sed solus Deus: ideo si postea percuterent̄, & Deus vellet eos sanare, poterat sanare non existēte serpente, & si vellet sanare mediante aliquo signo sensibili, poterat dicere Israelitis, ꝙ aspicerent vnum lapidem, vel vnū lignum, & sanarentur, cùm non esset maior virtus in serpente illo, quàm in quocunq; lapide, vel ligno: Israelitæ tamen errabant, quia putabant aliquā virtutem esse in serpēte illo, & sic posset eos sanare postea, sicut prius sanauerat: & sic inutile erat, ꝙ propter hanc causam custodirent serpentem illum.

E *Quare Israelitæ offerebant incensum huic serpenti vsque ad tempora Ezechiæ. Quæstio XIIII.*

QVAERETVR vlterius, quare Israelitæ offerebant incensum isti serpenti æneo: nam dicit̄ in litera, ꝙ vsque ad tempus Ezechię filij Israel adolebant ei incensum. Respondendū, ꝙ hoc erat pp tria. Primò fuit quasi reddendo gratias pro beneficio suscepto: erant enim Israelitæ rudes, & putabant, ꝙ verè serpens ille sanasset eos, cum viderent, ꝙ aspiciendo eum sanabant̄, & non considerabant, ꝙ istud erat impossibile, vt patet ex rationib. assignatis: ideo credebāt se obligatos isti serpēti ꝓ beneficio, & impēdebāt ei istū cultū. Scd̄m fuit, & potissimum: quia cre-

debant Israelitę, ꝙ aliquid deitatis erant in serpēte: nam putabant se sanatos per illum: & tamen nō poterant sanari eo modo, quo sanabantur, nisi per aliquam virtutem diuinam: ergo erat serpēs Deus, vel habens aliquid deitatis. Deo autem cōuenit cultus, ideo exhibebatur ab eis cultus serpēti tanquā Deo. Tertiū erat, quod magis mouebatur: quia cū Israelitæ præsupponerent, ꝙ serpens ille sanauerat eos, credebant, ꝙ ita posset nunc sanare eos ab illis ægritudinibus, vel cōferre aliqua bona: ideo sub spe istorum bonorum offerebant ei cultum diuinum, quasi placādo ipsum muneribus, sicut dixit Achaz de dijs Syrię, scilicet: Dij regum Syrię auxiliantur eis, quos ego placabo muneribus, & aderunt mihi. Et ista causa significatur aliquo modo in litera: quia cum dicit G de Ezechia, quòd confregit serpentem istum, sequitur, vocauitq; eum Nohestan, & in Dño Deo Israel sperauit. Q.d. non sperauit in serpente illo, ꝙ posset ei facere bonū, vel malum, sicut sperabat populus: ideo non coluit eum, sicut populus, sed confregit.

Ezechias an peccauerit confringendo serpentem æneum, cùm fabricatus esset à Moyse ad bonum finem. Quæst. XV.

QVAERETVR vlterius, an peccauit Ezechias serpentem istum cōfringendo. Aliquis dicet, ꝙ
Primum argum. sic: quia Deus iusserat fieri istum serpentem: destruere tñ id, quod Deus iubet fieri, est repugnare Deo, &
Secundū. malum est. Secundò patet: quia Moyses fecit istum H serpentem, qui erat legislator: nullus ergo inferior habebat potestatem destruendi opera sua, & consequenter peccaret destruendo, tanquam vsurpās po-
Tertium. testatem alienam. Tertiò patet: quia non solū Moyses fecit istum serpētem, sed etiam expleto vsu eius duxit eum per desertum, & fecit seruari ab Israelitis: si tamen serpentem istum malum fuisset, nō seruasset illum Moyses, sed expleto vsu suo, cōfregisset illum: ergo bonum erat seruari eum, & consequen-
Quartum. ter non licebat alicui illum frangere. Quartò patet: quia iste serpens manens reducebat Israelitas in memoriam beneficij sibi collati à Deo in sanatione à morsibus serpentum, & istud erat bonum: destruere ergo serpentem, malum erat: quia tollebatur indirectè memoria beneficij diuini. Respondēdum, ꝙ Ezechias non peccauit destruendo istum serpentem, sed potius meruit nimis: nam cum ponūtur hic laudes suę ponit inter eas, ꝙ cōfregit serpentem: ergo fuit istud opus meritorium. Secundò patet, quia cū dr̄ de confractione serpētis, sequitur: & in Dño Deo Israel sperauit: & istud pertinet ad laudem: ergo confringēdo illum, bonum fecit, cum in hoc dicat, ꝙ sperauerit in Dño. Tertiò patet, quia Ecclesiastici 49. dr̄ pręter Dauid Ezechiā, & Iosiam oēs reges Iuda peccatum cōmiserunt: si tñ peccauisset Ezechias confringendo serpentem istum nō poneretur tanq̄ vnus de istis tribus, ergo non peccauit in hoc. Quartò patet: quia Ezechias confringendo serpentem istum abstulit idolatriam cum populus coleret serpentem istū, tanquam Deum: & tamen nullum opus poterat esse magis meritoriū, quàm auferre idolatriam, cū nullum sit opus deterius, q̄ colere idola, ideo meruit nimis auferendo serpētem illum. Considerandum tñ, ꝙ iste serpens fuerat factus ad bonū vsum, s. vt videntes eum sanarent̄. Etiam erat vtile: quòd maneret inter Israelitas: quia per eum recordabant̄ beneficij p̄stiti: ideo si serpens ille nō cępisset esse damnosus, s. p hoc, ꝙ populus incurreret idolatriam per illum debuisset semper seruari, & quicunq; illum confringeret, peccaret: nunc tñ Israelitę declinauerant ad idolatriam pp illum serpentem, & sic quod olim fuerat

F bonum effectū erat malū, ideo destruendū erat: potissimè, quia maius malū erat sine cōparatione idolatria, q̄ faciebant Israelitæ manente serpente illo, q̄ esset bona memoria beneficij diuini in sanitate p̄stita: immo non erat iam aliquod bonū in recordatione istius diuini beneficij: quia non attribuebant iam Israelitæ Deo istam sanitatem, sed putabant se à serpente sanatos, & ei exhibebant cultū, quē Deo exhibere debuissent. Ad rationem primā in contrarium dicēdum, ꝙ q̄q̄ Ezechias confringeret serpentē istū, quem Deus iusserat fieri non repugnabat Deo: quia Deus iusserat fieri eū pro tempore illo, quo Israelitę percutiebant̄ à serpentibus in deserto: & tñ iam cessauerat ille vsus, ergo nō repugnabat Ezechias Deo confringendo illum. Aliter pōt dici, ꝙ dato, ꝙ aliq̄s destruat ea, q̄ Deus fecit, nō peccat si nō faciat ꝯ finē illum, ad quem Deus res fecit: immo destruendo ea, quę Deus fecit, potest mereri magis, q̄ conseruando illa: sic.n. patet de hoīe: nam Deus ponit animam in corpore cuiuslibet hoīs: & tñ iudex occidens malos non peccat, sed potius meretur, q̄q̄ destruat vitam, q̄ Deus fecit, & excludat animā de habitaculo, qđ Deꝰ ei contulit. Et ratio est: quia licet Deus oēs homines fecerit, nullū fecit ad hoc, ꝙ malus esset, sed potius oēs ad hoc, ꝙ boni essent, & cognoscerent eū, & saluarētur, vt patet 1. ad Tim. 2. s. Hoc acceptum est coram saluatore nostro, qui vult oēs hoīes saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Ita fuit nūc in serpente isto: quia Deus iusserat eū fieri ad hoc, ꝙ Israelitæ sanarent̄ à morbo mortifero: nunc aūt conuersus erat in morbū peiorē: quia per eum offendebant Deum, & incurrebant mortē æternā: ideo Ezechias confringens serpentem illum nō repugnabat Deo, sed potius adiuuabat eū loquendo largè, inq̄tum auferebat idolatriā, quę maximè repugnat Deo. Vnde dicendum, ꝙ non solum nunc q̄n cessauerat vsus, ad quē ille serpens factus fuerat cōfringēdus erat: quia populus pp illum colebat idola, sed etiam si co tpe, quo Israelitæ sanabant̄ à morsibus serpentū cōtigisset, ꝙ colerent illum tanq̄ Deū debuisset Moyses cōfringere illum, & pmittere, ꝙ potius morerētur oēs percussi à serpentib. non respiciendo serpentē ęneū, & non idolatrarent, q̄ ꝙ idolatrarent, & sanarentur.

Ad primā rōnem in cōtrariū.

I Ad secundū dicendum, ꝙ q̄q̄ Moyses fecisset serpentem istum nō peccabat Ezechias destruendo illum: quia dato, ꝙ Deus fecisset eū, poterat destruere illū, sicut declaratum est: à fortiori ergo cū faceret illum Moyses: nec vsurpabat sibi aliquam potestatem Ezechias in hoc: quia cuilibet Israelitæ data erat potestas ad destruendum idolatriam: Immo omnib. mādatum erat, vt patet Deut. 7. Ergo faciebat Ezechias id, quod licebat ei: immo si non fecisset hoc, peccasset, & ceteri reges præcedentes peccabant: quia non destruebāt excelsa, & serpentem illum cum temporibus eorum coleretur ille serpens. Ad tertium dicēdum, quòd bonum fuit istum serpentem cōseruari, K & propter bonum conseruauit illum Moyses, s. vt p illum recordarentur Israelitæ beneficij præstiti in sanatione à morsibus serpentum: & si mansisset ille finis semper debuisset seruari iste serpens: & tñ cōuersus est ad malum: ideo q̄q̄ Moyses seruasset illum nō erat nunc seruādus. Nam si tempore Moysi accidisset, ꝙ aliqui Israelitæ colerent serpentem istū Moyses confregisset eum, sed quia nō fuit secutum illud scandalum cōseruauit eum. Ad quartū dicendum, quòd serpens iste proderat Israelitis ad reuocādum eos in memoriam beneficij præstiti à Deo, vt ei gratias agerent: & tñ nunc nō reuocabat eos in memoriā beneficij diuini, sed magis incitabat ad offendēdū Deum idolatrando, ideo debebat confringi.

Ad secundum.

Ad tertiū.

Ad quartam.

Ezechias

Ezechias quo tempore deſtruxit idola, & quo ordine.
Quæſtio XVI.

QVAERETVR vlterius de tẽpore, quo Ezechias deſtruxit iſta idola, & de ordine, quo fecit hæc. Reſpondendum, ꝙ Achaz pater Ezechiæ fuerat rex peſſimus in idolatria: nam conſtituerat altaria per omnes angulos Ieruſalem, & clauſerat templum Domini, vt non fieret ibi ſacrificium, nec aliqua miniſtratio ſancta, vt patet 2. Paralipom. 28. & 29. & ſic perierat totus cultus diuinus. Deus autem, qui nolebat cultũ ſuum omnino perire, nec deſtrui ſtatum Hebræorum tam cito, ſuſcitauit Ezechiam regem filium Achaz, vt eſſet ardens zelator cultus Dei, ſicut pater ſuus fuerat magnus deſtructor eius, vnde Ezechias in principio regni ſui nullam aliã curam habuit, niſi reducendi cultum Dei ad ſtatũ priſtinum: ideo in primo anno regni ſui menſe primo aperuit portas templi Domini, quæ fuerant clauſæ tempore patris ſui, & vocauit Sacerdotes, & Leuitas, & hortatus eſt eos verbis efficacibus, vt mundarent templum Domini ab omni immũditia idolorum, quam poſuerat ibi Achaz: & illi cœperunt mũdare, & in octo diebus mundauerunt, & reſtituerũt omnia vaſa miniſtrationis Dei ĩ loca ſua, quę prius Achaz turbauerat, & mutauerat, vt patet ſupra 16. Et tunc nunciauerunt Ezechiæ, & ipſe cum toto populo cœperunt offerre hoſtias multas præ gaudio, & cantauerunt, & conſecrauerunt Sacerdotes, & Leuitas: quia ex tẽpore multo nulli cõſecrati fuerant, & facta eſt tunc ſolennitas magna in Ieruſalem. De his 2. Paralipom. 29. Poſt hoc autem Ezechias ardẽs zelo Dei, non ſolum voluit reuocare ad cultũ Dei eos, qui erant in regno ſuo, ſed etiam illos, qui erant in regno Iſrael ſub rege Oſee: nam nondum tranſlati fuerant Iſraelitæ in Aſſyrios, ſed tranſlati fuerunt poſt ſex annos. Et miſit nuncios per totamterrã decem tribuum Iſrael dicentes: Filij Iſrael reuertimini ad Dominum Deum, & reuertet̃ ad reliquias, quæ effugerunt manus regis Aſſyriorum, & multis alijs ſuaſorijs verbis hortabatur eos. Nuncij autem Ezechię diſcurrerunt per totam terram Iſrael de ciuitate in ciuitatem. Quidam de tribu Ephraim, & Manaſſe, & Zabulon irridebant nuncios iſtos: alij verò de tribu Aſer, & Zabulon, & Manaſſe conſenſerũt eis, & venerũt in Ieruſalẽ, & multi alij de Ephraim, & Iſſachar, & alijs tribubus, & venerunt ad ſolennitatem Azymorum, quam volebat celebrare Ezechias. Et facta eſt iſta ſolennitas menſe ſecundo, q̃q̃ debebat fieri menſe primo: quia tunc non erant mũdi viri Iuda, & propter immunditiam debebat differri ſolennitas vſque ad ſecundum menſem: Num. 9. & tantum erat gaudium pro cultu Dei reducto ad priſtinum, quòd non ſolum celebrauerunt ſeptem diebus feſtum Azymorum, ſicut lex iubebat Leu. 23. ſed etiã iuſſit Ezechias alios ſeptem dies addi ex conſenſu populi pro illa vice. Et vt populus poſſet manere ſine labore in feſtiuitate illa, Ezechias præſtitit populo magnam partem expenſarum, ſcilicet, mille tauros, & ſeptem millia ouium: principes autẽ populi dederunt populo alios mille tauros, & oues decem millia, & facta eſt tanta lætitia, & ſolẽnitas, q̃ta nõ fuerat in Iſrael ex diebus Salomonis. Accidit autem tunc ꝙ aliqui de regno Iſrael. ſ. de Manaſſe, & Ephraim, Iſſachar, & Zabulon manducarent Phaſe, & non eſſent mundi ſecundum legẽ: ideo iſti merebãtur mortẽ: Ezechias tñ orauit pro illis, & Deus remiſit peccatum. Tunc autẽ tota multitudo ſurgens deſtruxit oĩa altaria, quæ erãt in Ieruſalem in diuer-

A ſis locis: nã Achaz conſtituerat altaria per oẽs angulos Ieruſalem, qñ clauſit templum Domini, 2. Paralipo. 28. nam antequam celebraretur Paſcha, ſolum fuerat templum Domini mundatum ad hoc, ꝙ fierent ibi ſacrificia, de his omnibus, 2. Paral. 30. celebrato autem Phaſe redierunt in terras ſuas oẽs, qui conuenerant in Ieruſalem, & tunc viri Iuda diſcurrẽtes per vrbes ſuas deſtruxerunt omnia altaria, quæ erãt in vrbibus, & in montibus, & confregerunt ſtatuas, ac ſucciderunt lucos: illi quoque, qui de regno Iſrael conuenerant ad ſolennitatem illã, redeuntes in terram ſuam deſtruxerunt altaria, & lucos. Poſt hæc autem Ezechias ordinauit Sacerdotes, & Leuitas, vt miniſtrarent in templo Domini per vices ſuas om- **B** ni tempore, ſicut iuſſerat Moyſes, & poſtea ordinauit Dauid. Iuſſit etiam, quòd omnes habitãtes in regno ſuo darent Sacerdotibus, & Leuitis decimas, & primitias, & alia iura, quæ competebant eis ſecundũ legem, vt poſſent vacare cultui Dei. Iſtud præceptũ datum eſt menſe ſecũdo anni primi regni Ezechiæ, & cœpit populus offerre tam ea, quæ tenebatur ſecundum legem, quàm multa alia ſpontè. Et cœpit iſta oblatio in menſe tertio, & conſũmata eſt in mẽſe ſeptimo eiuſdem anni, & erant acerui magni frugum, ita, vt abundarent, & ſuperabundarent ad neceſſitates Sacerdotum, & Leuitarum. Et tũc ingreſſus Ezechias in templum, vidit aceruos magnos frugum, qui ſuperabundabant vltra neceſſitatem ſacer- **C** dotum, & Leuitarum, & iuſſit fieri horrea, & apothecas in domo Domini, in quibus ponerentur iſta iura Sacerdotum, & Leuitarum, & inde diſtribueretur ſingulis, iuxta officia ſua, & de his horreis habetur Malach. 3. ſcilicet: Inferte omnem decimam in horreum meum, vt ſit cibus in domo mea. Poſuit autem Ezechias miniſtros ſuper horrea iſta, vt reciperent ab offerentibus, & cuſtodirent, & diſtribuerent ſingulis miniſtris domus Domini. Hæc autem omnia facta ſunt anno primo Ezechię regis. De his 2. Paralipom. 31. Fuit enim Ezechias magnus cultor Dei ſuper omnes reges, qui pręceſſerant eum, ita, vt videretur ſimilis per omnia Dauid. *Itaque poſt eum non fuit ei ſimilis de cunctis regibus Iuda.* Iſtud ponitur ad lau- **D** dem magnam Ezechię, ſcilicet, quòd non fuerit aliquis de regibus præcedentibus eum in Iuda ſimilis, & nec æqualis in bonitate: & de oĩbus ſatis planum eſt præterquàm de Dauid, qui melior fuerat, quàm Ezechias, de quo, inf dicetur: & etiam de regibus ſequentibus eum nõ fuit aliquis ei ſimilis, quia omnes fuerũt mali præter Ioſiam: de quo an fuerit melior, vel æqualis Ezechiæ, infra dicetur. *Sed nec in his, qui ante eum fuerant.* Ideſt, etiam de regibus præcedentibus eum à principio regni Iuda vſque ad tunc non fuerat aliquis ſimilis præter Dauid. *Et adhæſit Domino.* Scilicet, adhæſit ei toto corde feruenter zelando cultũ eius. *Et non receſſit à veſtigijs eius.* ſ. nõ receſſit à lege ſua, ſed illam ſeruabat ad vnguem: eſt enim lex Dñi via **E** quędam, per quã ad eum peruenimus: & qñ homo legem ſequitur, dr̃ nõ recedere à veſtigijs Dei. Et ſic fecit Ezechias: quia tam in corde, quàm in opere ꝑfectè ſecutus eſt Deum. Vnde ipſe Ezechias, cum eſſet in ęgritudine, & pręnunciata eſſet ſibi mors, orauit, dicens: obſecro Dñe memẽto qũo ambulauerim coram te in veritate, & in corde perfecto, & quod placitum eſt coram te, fecerim, infr. 20. *Fecitque eius mandata, quę præceperat Dominus Moyſi.* ſ. ſecutus eſt totã legem Moyſi tam in moralibus cæremonialibus, quã in iudicialibus. *Vnde & erat Dominus cum eo.* Ideſt, qa ipſe ſequebatur Deum in toto corde, Deus erat cũ eo, ſ. ad adiuuandum ipſum in oĩbus operibus ſuis: quia cũ aliquis ꝯuertitur ad Deũ, Deus conuertit̃ ad ipſũ.

Et in cunctis, ad quæ procedebat, sapienter se agebat. Idest, in omnibus operibus suis Ezechias erat prudens, & nō accipitur hic sapiēter se agere propriè pro habere se cautè, vel prudenter in operibus: quia etiam viri mali habent se astutè in operibus suis, vt patet 6. Ethic. & Christus dixit: de hominibus huius seculi filij huius seculi prudentiores sunt filijs lucis in generatione sua: Lucæ 16. Sed accipitur pro habere se prosperè, scilicet: quia in omnibus negocijs suis prosperabatur, & istud prouenit à solo Deo. Nam quidam interdum valde cautè, & prudenter se gerunt in negocijs suis: & tamen in omnibus infortunātur: quia Deus nō vult dirigere gressus eorum. Alij autem habent se insipienter, vel minus cautè, & prosperant, & hæc à Deo veniunt. Simile dicit Aristotiles, libro de bona fortuna. Manifestatur autē, quòd Deus sit cum aliquo per negocia sua: quia cum totaliter prosperatur, iudicamus à Deo illum hominem dirigi, & Deum esse cum eo: sic patet Gen. 39. cum dicitur de Ioseph. Fuit Dñs cum eo, & erat vir in cunctis prosperè agens, habitabatq; in domo Dñi sui, qui optimè nouerat esse Dñm cum eo, & quæ gereret, ab eo dirigi in manu illius. *Rebellauitque quoque contra regem Assyriorum.* Scilicet, rex Assyriorum dominabatur regno Iuda, & accipiebat ab illo munera: Ezechias autem noluit illa dare, sed parauit se ad resistendum illi faciens munitiones, & dans arma populo, vt patet 2. Paral. 32. *Et non seruiuit ei.* Scilicet, noluit ei dare tributa, quę consueta erant dari ei regi Assyriorum in regno Iudæ. *Ipse percussit Philisthæos vsque ad Gazam.* Habuit bellum Ezechias cum Philisthæis, qui erant vicini eius, & percussit eos, cępitque terram eorum vsque Gazam. Est autem terra Philisthinorum tota intra terram Israel, & maior pars eius erat in terram Iuda, vt colligitur Iosue 15. Manebant autem Philisthini in terra illa, & aduersabantur Israelitis, cōtra quos pugnauit nunc Ezechias, & cœpit multa loca eorum vsq; ad vrbem Gazam. Est aūt Gaza quędam metropolis terræ Philisthinorum: sunt enim quinq; metropoles, s. Gaza, Ascalon, Geth, Accarō, & Azotas, vt patet Iosue 13. & sup. 1. lib. cap. 6. *Et omnes terminos eorum.* Idest, percussit omnia loca, quæ erāt in terminis terræ Philisthinorum, & Israel: nam cum illa essent magis propinqua terræ Israelitarum, poterat Ezechias percutere illa loca potius, quàm alia, quæ erant intra terram istorum Philisthinorum. *A turre custodum vsque ad ciuitatem muratam.* Idest, omnia loca percutiebat. s. tam magna, quàm parua, ita, vt ēt turres custodum non dimitteret. Vocātur turres custodum aliquæ turres, quę sole erant, & erant positę in collibus ad hoc, ꝙ de locis illis videret an hostes ambularent per terram: & istæ turres maximè sunt in extremitatibus regnorum inter confinia hostium: sic accipitur præcedenti cap. cum dicitur: Aedificauerunt excelsa in cunctis vrbibus suis à turre custodum vsq; ad ciuitatem muratam, scilicet, in omnib. locis tā magnis, quàm paruis erant idola, & altaria.

Cautè, & prudenter se habere in operib. suis qui dicuntur.

Quinque terræ metropoles Philisthinorum.

An Ezechias fuit melior omnibus regibus Iuda, qui eum præcesserunt. Quæstio XVII.

QVAERETVR, an Ezechias fuerit melior omnibus regibus, qui fuerunt ante eū in regno Iuda. Dicendum ꝙ, sicut litera dicit, melior fuit oībus, quia non fuit ei aliquis similis, & patet hoc: quia ante eum solum fuerunt Saul, & Dauid, Salomon, & Roboam, Abia, Asa, Iosaphat, Iorā, Ochozias, Ioas, Amasias, Ozias, Ioathan, Achaz. Et de istis quidā fuerunt mali omnino, sicut Achaz, & Ioram, & Ochozias, Abia, & Roboam: nam oēs istos scriptura vitu-

F perat, vt patet in locis suis de Achaz, sup. 16. de Iorā, & Ochozia, sup. 8. de Abia, præced. lib. cap. 16. de Roboam, eod. lib. cap. 14. Alij sunt, quos scriptura aliqñ vituperat, & aliqñ laudat, sicut fuit Salomon, cuius laudes hñr præceden. lib. cap. 1. vsque ad vndecimū, sic etiam Saul fuit à principio bonus, supr. 1. li. cap. 9. & 10. & 11. & postea malus factus est, eod. lib. cap. 14. & vsque ad finem libri. Sic ēt fuit Ozias, qui fuit bonus ferè semper, nisi qñ vsurpauit officium sacerdotale, 2. Paralipom. 26. Sic etiam Amasias primò bonus, & postea idolatra, sup. 14. & magis, 2. Paralip. 25. Sic etiam Iosias primò bonus, & postea idolatra, & occisor prophetarum, 2. Paralipo. 24. de Iosaphat ēt patet, quia licet nunquam coluerit idola, tñ reprehēditur de magna communicatione cum Achab rege
G Israel, & Deus eum increpuit durè, 2. Paralipom. 19. & confractæ sunt naues eius in Asiongaber: quia cōmunicauit cum Achab: prçceden. libr. cap. vltimo, & 2. Paralipom. 22. de rege Asa eodem modo patet, quia vituperatˀ, ꝙ sperauerit magis in rege Syrorū, quàm in Domino, & incarcerauit prophetā admonentem se, 2. Paralipom. 16. Omnes ergo isti, siue mali solum, siue imperfectè boni, minores fuerūt Ezechia. De primis patet, quia illi non fuerunt aliquo modo ei similes, quia Ezechias fuit omnino bonus: illi autem fuerunt omnino mali. De secundis patet, quia illi ex aliqua parte fuerunt mali: nam quilibet eorum increpatur in scriptura de aliquo malo spe-
H ciali, & omnes generaliter increpantur de vno: quia dicitur de quolibet eorum: veruntamen excelsa nō abstulit: & tamen Ezechias non increpatur in scriptura de aliquo, sed laudatur nimis: ideo non fuit aliquis illorum sibi similis. De Dauid autem non plenè apparet: de eo tamen infra dicetur, an melior, q̄ Ezechias, vel æqualis ei fuerit.

Ezechias an fuerit melior omnibus regibus, qui fuerunt post eum in Iuda. Quæstio XVIII.

QVAERETVR vlterius, an fuerit melior Ezechias oībus regibus, qui fuerūt post se in regno Iuda. Respōdendum, quòd videtur dicendum eum
I fuisse meliorē omnibus. Primò: quia litera dicit hic, ꝙ nullus fuit ei similis de regibus Iuda, qui fuerunt post eum. Secūdò patet: quia post Ezechiam solum fuerunt reges Iuda isti, qui sequūtur, scilicet. Manasses filius Ezechiæ, & Amon, & Iosias, & Ioathas, & Ioacim, & alius Ioachin, & Sedechias. De omnib. his planum est, quòd Ezechias esset melior illis, præterquam de Iosia: quia omnes fuerunt mali, & maximè Manasses, & Amon, infra 21. Alij autem q̄quā non fuerint tam mali, tamen mali fuerunt, vt patet infra 23. & 24. & 25. Tertiò patet: quia Ecclesiast. 49. dicitur: Præter Dauid Ezechiam, & Iosiam omnes reges Iuda peccatum commiserunt: ergo nullus aliorum fuit comparabilis Ezechiæ, nisi Dauid, vel Io-
K sias, de quibus manet dubium.

Quis istorum trium regum, scilicet, Dauid, Ezechiæ, Iosiæ fuerit melior. Quæstio XIX.

QVAERETVR vlterius, quomodo dr̄ hic, ꝙ non fuit aliquis rex similis Ezechiæ in ijs, qui præcesserunt eum, nec in ijs, qui secuti sunt, quia Dauid fuit melior ipso de ijs, qui prçcesserunt, & Iosias fuit melior ipso de ijs, qui successerunt. De Dauid non videtur esse magnum dubium: de Iosia patet inf. 23 cū dicitur, ꝙ non fuit similis ante eum, nec post eū surrexit similis illi. Respondendum, ꝙ nunc non apparet quis istorū trium regū melior est, sed postea dicetur: & tñ ex verbis istis non est iudicandum, ꝙ fuerit

Ezechias

Ezechias melior omnibus regibus: quia si diceretur melior oībus, eo ꝙ de illo dr̄, ꝙ non fuit ei similis in his, qui præcesserũt, nec in his, qui secuti sunt, sequeretur contradictio in scriptura: quia hic dicit̄ istud de Ezechia, & inf. 23. dr̄ de Iosia, ꝙ non fuit ante eũ aliquis similis, nec surrexit postea aliquis similis ei. Et ista erant incompossibilia. Dicendum ergo, quòd scriptura non dicit ista verba de aliquo ad excludendum, vel negandum maiorem gradum perfectionis in quolibet alio, sed solum ponuntur ad significandum magnā perfectionem eius, de quo dñr: & ideo secundum, ꝙ quādocunque scriptura vult laudare aliquē nimis, pōt dicere ista verba de eo, licet alij fuerint meliores. Et sic cōsueuit Ecclesia dicere de quolibet confessore, non inuentus est similis illi, qui conseruaret legem excelsi: & tamē si intelligeretur hoc propriè, vni soli conueniret. Secundò potest dici, & adhuc melius, ꝙ verum est de Ezechia, quòd nō fuit aliquis similis ei in omnibus regibus præcedentibus, & subsequentibus: & tamen non sequitur, quòd ipse fuerit melior, quàm Dauid, & Iosias, & alij reges: etiam licet dicatur hoc de Iosia non sequitur, quòd ipse fuerit melior, quàm Ezechias, vel Dauid: idem etiam de quolibet confessore, de quo hoc dicitur, nō sequitur, quòd sit melior alijs confessoribus. Et ratio est, quia similitudo, & æqualitas non sunt idem: potest autem esse verum de quolibet viro sancto, quòd nullus fuerit ei similis, quia quilibet vir sanctus specialiter versabatur circa aliquam conditionem virtutis, in qua alij non erant ei similes, & quia conditiones istę possunt variari infinitis modis, etiam si viri sancti essent innumerabiles, posset cuilibet eorũ hoc conuenire, cum quilibet haberet particularem conditionem virtutis, in qua differret ab alio. Et ita fuit de istis tribus regibus, qui fuerunt valde boni: nam quilibet eorum habuit aliquid speciale, quod non habebant reliqui: ideo nō erat aliquis similis ei. Patet hoc de Ezechia: nam Ezechias fuit primus, q destruxit Excelsa, & omnem idolatriam, & in hoc non fuit ei similis. Patet in Dauid, quia ipse non deleuit excelsa, sicut Ezechias, cum tempore suo non esset idolatria in Israel, sicut tempore Ezechiæ. Nō fuit etiam Iosias similis Ezechię: quia licet Iosias destruxerit omnem idolatriam, quæ erat in terra perfectius, quàm Ezechias: tamen non fuit ei similis, qa Ezechias fecit hoc à seipso non habens aliquē priorem, cuius sequeretur exemplum: Iosias autem secutus est exemplum Ezechiæ. Magna tamen laus est, ꝙ aliquis fecerit bona, quæ nullus ante fecisset. Sic.n. dicitur de Domina nostra: sola sine exemplo placuisti fœmina Christo, idest, non fuit aliqua, quę emisisset votum virginitatis propter Deum ante dominā nostram. Secundò fuit specialis Ezechias: quia propter eum Deus fecit retrocedere Solē decem lineis infra 20. & nũquam fecerat hoc pro aliquo rege, nec postea fecit: & in hoc fuit similis ipsi Iosue: quia sicut orante eo, stetit Sol, ita orante Ezechia, retrocessit decē lineis: immo videtur hoc maius fuisse, quàm miraculũ de statione Solis. Tertiò fuit specialis Ezechias, qa pro nullo rege orāte Deus addiderat quindecim annos vitæ, sicut pro Ezechia, infra 20. nam non fecit hoc pro Dauid, nec pro Iosia. Quartò fuit specialis, quia ad preces eius Deus misit Angelũ suũ, & in vna nocte occidit de castris Syrorum centum octoginta quinque millia virorũ, ita, vt rediret rex Assyriorum cum paucis in terram suam, sequenti capit. & 2. Paralipom. 32. simile autem non factum est pro Dauid, nec pro Iosia. Quintò fuit specialis, quia ipse misit nuncios ad Israelitas idolatras admonens eos verbis efficacibus, vt cōuerterentur ad Dominum, & multos fecit venire ad cęremonias legis Dñi, & fecit, ꝙ illi confringerent omnia idola sua, s. quando de Zabulon, Manasse, Ephraim, & Issachar multos fecit venire ad Phase, 2 Paralipom 30. & 31. Hoc autem non fecit Dauid, nec Iosias. In his enim, & in quibusdam alijs præbuit se talem Ezechias, vt nullus esset similis ei in regibus præcedentibus, nec subsequentibus, quanquam non appareat ex hoc, ꝙ ipse fuerit melior alijs. Quomodo autem de Iosia dicatur, ꝙ non fuit similis ei aliquis de regib. pręcedētibus, nec subsequentibus, declarabitur, infra 23.

(Prima sin[gularitas] Ezechiæ.)

Ezechias an fuerit melior Dauid, vel è contra.
Quæstio XX.

QVAERETVR vlterius, an fuerit Ezechias melior, quàm Dauid, vel è contrario. Aliquis dicet, quòd fuit melior Ezechias: quia hic dicitur de Ezechia, quòd non fuit aliquis similis ei in regibus præcedentibus: & tamen Dauid fuit de regibus pręcedentibus, ergo non fuit talis, sicut Ezechias. (Prima ratio.) Secundò patet: quia de Dauid legitur, quòd peccauerit grauiter, scilicet, occidendo Vriam, & adulterādo cum Bethsabee: & tamen de Ezechia non legitur, quòd peccauerit, nisi fuerit aliquod paruum peccatum in ostensione diuitiarum suarũ regi Babylonis per nuncios, infra 20. Ergo melior fuit Ezechias. (Secūda ratio.) Tertiò patet, quia miracula attestātur perfectionem alicuius: nam per istum modum Ecclesia canonizat sanctos, inquirendo de miraculis eorum: & ista est bona probatio, quia miracula fiunt à Deo ad preces hominũ: Deus tamen non exaudit peccatores. Ioā. 9. ergo vir sanctus est, ad cuius preces miracula fiunt, & consequenter sanctior est propter quem maiora miracula fiunt, & sanctissimus propter quem fiunt maxima miracula per regulam Aristotelis secundo Topic. si simpliciter ad simpliciter, & magis ad maximè: & tamen propter Ezechiam facta sunt maiora miracula, quàm propter Dauid, ergo sanctior fuit, quàm Dauid. (Tertia ratio.) Dicendum videtur, quòd non apparet manifestè quis fuerit sanctior: & tamen videtur dicēdum, quòd Dauid fuerit sanctior Ezechia, & alijs regibus Iuda. (Respōsio, ꝙ Dauid fuerit sanctior.) Primò patet, quia Deus laudauit Dauid plus, quàm alios reges: nam de eo dixit: Inueni virum secundum cor meum, supra 1. lib. c. 13. & hoc nunquam dictum est de alio rege: ideo melior fuit ipse alijs. Secundò patet, quia Dauid ponitur tanquā mensura perfectionis in tota serie regum, ad quem comparant̄ reges boni, & mali, vt cognoscat̄ eorum perfectio. Nam mali reges comparant̄ ad Dauid: & dr̄ de eis, ꝙ non fecerũt, sicut Dauid pr̄ eorum, sicut dr̄ de Achaz, sup. 16. De regibus aũt bonis mediocriter dr̄, ꝙ fecerunt rectũ coram Dño, sed nō sicut Dauid: sic patet de Amasia sup. 14. De regibus aũt oīno bonis dr̄, ꝙ fecerunt, sicut Dauid: sicut patet de Ezechia hic, & de Iosia infr. 24. sed in vno quoq; genere illud, quod est mēsura aliorũ est perfectius oīb. alijs, ita ergo cũ in serie regum Iuda Dauid ponat̄, vt mēsura perfectionis aliorum, ipse erit perfectior oībus. Tertiò patet, quia promissiones factę de regno Iuda fuerũt propter Dauid: nam ꝑꝑ ipsum regnauerunt oēs, qui fuerunt de stirpe sua, & Deus promisit ei, ꝙ q̄q̄ filij sui essent mali non auferret regnũ de domo eius, sup. 2. lib. c. 7. & qñ postea mali erant, Deus nolebat auferre eis regnum, nisi propter Dauid, vt patet præceden. lib cap. 11. & 15. & sup. 8. Maiora ergo fuerũt merita Dauid, quàm Ezechiæ, & omnium regũ de stirpe sua. Ad ratione primam in cōtrarium dicēdum, ꝙ q̄q̄ dicatur, ꝙ non fuit in regibus præcedentibus aliquis similis Ezechiæ, non sequit̄, ꝙ ipse fuit melior (Ad primā rationē in contrariũ.)

melior oībus regibus Iuda: quia vt dictum est præce denti quæstione, non significatur per hoc aliquē esse meliorem oībus alijs, cùm hoc dicat̄ de multis, sed intelligit̄, ꝙ habuit iste aliquam conditionem specia lē, in qua nullus ei similis fuerit, licet alij habuerint alias virtutes preciosiores, & sic declaratū est, ꝙ Ezechias habuit quatuor, vel quinque specialia, in quib. nec Dauid, nec Iosias, nec aliquis aliorum ei assimilatus fuerit. Aliter pōt dici, ꝙ ēt si per hoc, quod dr̄, ꝙ nō fuit ei aliquis similis intelligeretur, ꝙ ipse fuit melior oīb. alijs regibus, nō sequeret̄, ꝙ fuit melior, quā Dauid: quia hic dr̄, ꝙ nō fuit ei similis aliquis de regibus Iuda: & tñ Dauid non fuit de regib. Iuda, qa reges Iuda dñr ad differentiam regum Israel: ideo nō vocabant̄ aliqui reges Iuda, vel Israel specialiter, nisi postq̄ facta est diuisio regni: & tñ Dauid regnauit ante diuisionē regni, quia illa fuit facta sub Roboā filio Salomonis: ideo, nec Saul, nec Dauid, nec Salomon vocati sunt reges Iuda. Et sic licet esset melior Ezechias omnib. regibus, intelligeret̄ de illis, qui fuerūt post Salomonem. Ad secundum dicendum, ꝙ q̄q̄ legitur Dauid peccasse, & non Ezechias, nō sequitur, ꝙ fuerit melior: quia q̄q̄ aliquis peccauerit plus quā alius, poterit esse melior si plura bona opera egerit. Sic enim est de paruulis morientibus, quia illi nō peccauerunt, & beatus Petrus peccauit: & tñ melior est beatus Petrus, & maiorem gradum gloriæ habet in vita æterna, sed deberet dici, ꝙ si aliqui duo sic se habent, ꝙ bona opera eorū sunt æqualia, & vnus peccauit, & alius non, ille, qui non peccauit, est melior. & tamen tunc falsum est hoc in Ezechia, & Dauid: quia bona opera Dauid fuerunt maiora, quàm bona opera Ezechiæ: ideo quanquam peccauit Dauid, & non Ezechias Dauid fuit sanctior. Ad tertiū dicendum, ꝙ q̄q̄ miracula nō fiant, nisi ad preces bonorum, non sequitur, ꝙ quāto pro aliquo fiunt plura miracula, tanto melior sit: quia hoc esset verum si bono ex eo, ꝙ bonus est, competeret, ꝙ pro eo fierēt miracula: & tñ falsum est: quia miracula fiunt ex voluntate Dei ad petitionem nostram. Immo & aliqñ nobis non petentibus Deus facit pro nobis miracula: & non fiunt miracula, nisi pro aliquibus necessitatibus, in quibus humana potentia non sufficit, & contingit, ꝙ aliquis vir sit sanctissimus, cui nulla talis necessitas accidat, & non fiat pro eo aliquod miraculum, & alius vir erit minus sanctus, cui eueniēt multæ necessitates, in quibus orare debeat ad Dñm pro miraculo, & multa miracula fient ad preces eius: sic ergo fuit de Ezechia: quia occurrerunt sibi multa, in quibus oportebat ad Deum recurrere s. in ægritudine, in qua orauit ꝓ vita, & additi sunt ei quindecim anni, infra 20. & in certitudine salutis dādæ, propter quam Sol retrocessit: eod. cap. Et in pugna Senacherib Angelus Dñi occidit centum octogintaquinque millia, seq. cap. Dauid autem non accidit aliqua istarum necessitatum: ideo non fuerunt facta ad preces eius similia miracula: ipse tñ melior fuit, q̄ Ezechias. vnde in laudibus regum in Sacra Scriptura nullus tā laudatus est, sicut Dauid, vt patet Ecclesiast. 47.

Ad secundum. — *Ad tertiū.*

Ezechias an fuerit melior, quàm Iosias. Quæstio XXI.

QVAERETVR vlterius, an fuerit melior Ezechias, quàm Iosias, vel è cōtrario. Aliquis dicet, ꝙ fuit melior Ezechias: quia de isto dr̄ hic, ꝙ nō fuit ei aliquis similis in regibus Iuda: & tñ Iosias fuit de regibus Iuda. Respondendum, ꝙ istud est valde dubium: nam non est tam manifesta comparatio de Ezechia ad Iosiam, sicut de Ezechia ad Dauid, & p̄t teneri quodcunque: nā si velimus dicere, ꝙ fuit me-

F lior Ezechia: quia de eo dicitur, ꝙ non fuit ei similis in regibus Iuda, nihil probat hoc: quia eodem modo dr̄ de Iosia inf. 23. quod non fuit aliquis similis ei in regibus, qui fuerunt ante eum, & post eum. Si aūt velimus arguere de miraculis, q̄ Deus fecit pro Ezechia, qualia non sunt facta pro Iosia, non stat argumentum: quia supra dictum est, quòd contingit fieri plura miracula aliqñ pro viro minus sancto. Dicendum autem videtur, quòd considerando ea, quæ dicuntur de Iosia, & Ezechia, sanctior fuerit Iosias Primò: quia Ezechias nō custodiuit legem Moysi tam ad vnguem, sicut Iosias: quia Iosias abstulit penitus oēm idolatriā quę erat in terra, & occidit idolatras, & abstulit templa Salomonis, quæ ipse fecerat pro

Iosiā fuisse sanctiorem Ezechia.

G vxorib. suis, & illa non abstulerat Ezechias: & tamen manifestū est, ꝙ in maiori custodia legis apparet potius sanctitas alicuius, q̄ in aliquo alio. Secundò patet, quia infra 23. laudatur Iosias magis, quàm laudatur hic Ezechias: nam hic dicitur de Ezechia solum, quòd non fuit ei aliquis similis in regibus, qui pręcesserunt, nec in his, qui secuti sunt: & tamen de Iosia dicitur infra 23. quòd non fuit ei aliquis similis ante, nec post, q in omni corde suo, & in tota anima sua, & in vniuersa virtute sua reuerteretur ad Dominū, iuxta omnem legē Moysi: & sic istę laudes sunt speciales ei: ergo ipse fuit custoditor legis plus, quàm præcedentes, & sequentes. Tertiò patet ex Cathalogo sanctorum, vbi ponuntur laudes eorum in Eccle

H siastico: nam Ecclesiastici 48. ponuntur laudes Ezechiæ, & ibidem cap 49. ponuntur laudes Iosiæ: & tamen si quis comparet eas, maiores sunt laudes Iosię. Quartò patet ex affectione Ieremiæ ad Iosiam: Nam 2. Paralip. 34. & 35. ponitur historia Iosię: & dicitur, quòd mortuus est Iosias, & luxit eum vniuersus Iuda, & maximè Ieremias, cuius omnes cantores, atq; cantatrices vsque in præsentem diem lamentationes super Iosiam replicant: & tamē si fuisset rex melior Ezechias, quàm Iosias, potius fecisset lamentationes Ieremias super mortē Ezechiæ, quàm Iosiæ: quia non afficiebatur Ieremias ad aliquem istorum potius, quàm ad alium aliquo carnali desiderio, sed solum propter bonitatem: si ergo fuisset melior Eze

I chias, magis planxisset pro ipso Ieremias. Istę autem licet non sint probationes demonstrantes, ita, vt necesse sit consentire, sunt tamen satis persuasoriæ. *Anno quarto.* Hic ponitur secundum huius partis, scilicet, pars incidentalis, in qua agitur de captiuatione decem tribuum Israel, & translatione earum in Assyrios, & dicitur. *Anno quarto regis Ezechiæ, qui erat annus septimus Oseę filij Ela regis Israel.* Patet hoc: quia Ezechias cœpit regnare anno tertio Oseę, vt patet in principio capituli, & intelligitur de fine anni tertij, & principio anni quarti, vt ibi declaratū est: & sic finis anni quarti Ezechię erat principiū anni septimi Osee, & sic non erat cōpletus annus septimus Osee, sed solū incipiebat, qñ ista facta sūt. *Ascēdit Salmanasar*

K *rex Assyriorum Samariam.* Ista erat metropolis regni, & ibi manebat ꝓ tunc Osee rex Israel, & voluit Salmanasar potius pugnare ꝯ vrbem illam, q̄ ꝯ alias: quia ibi erat rex, & capta vrbe caperet̄ rex, & nulla de alijs vrbibus tunc repugnaret: & sic factū est, quia capta Samaria translati sunt omnes de regno Israel in Assyrios. *Et oppugnauit eam, & cœpit.* Scilicet, tribus annis pugnauit contra illam, & in fine anni tertij cœpit eam, & tunc erat annus nonus Osee, vt patet in litera. *Nam post annos tres.* Scilicet, computādo à principio obsidionis. Istis enim tribus annis defenderunt se Israelitæ in Samaria contra regem Assyriorum. *Anno sexto Ezechiæ, idest, anno nono Osee regis Israel capta est Samaria.* Annus sextus Ezechię erat annus nonus

nus Osee intelligendo, quòd vterque erat annus cõpletus: nã cœpit Ezechias regnare anno tertio Osee completo: ideo in fine anni sexti Ezechiæ esset finis anni noni Osee, & tũc factum est hoc, scilicet, quòd capta est Samaria.

Quare Salmanasar nunc ascendit ad pugnandum contra Samariam, & quare transtulit Israelitas in Assyrios.
Quæstio XXII.

QVAERETVR, quare ascendit Salmanasar nunc ad pugnandum contra Samariam, & quare transtulit Israelitas in Assyrios. Aliquis dicet, ꝙ reges Assyriorum, qui tunc tenebant maximum Asię principatum, volebãt sibi subijcere oĩa regna terræ: ideo pugnabant contra oẽs gentes, vt pugnãdo illas subijcerent: & istud verũ est: secunda tñ causa est verior, ꝙ pugnauerit nunc rex Assyriorum contra Samariam, quia rex Samarię volebat ei rebellare: nam ipse Salmanasar subiecerat sibi Osee regẽ Israel bello, & fecerat eum sibi tributarium, soluitque tributa per aliquot annos, deinde voluit se subtrahere à tributis: & quia putabat, ꝙ solus non posset resistere regi Assyriorum, & si conaretur resistere, caperet eum rex Assyriorũ, & subijceret maiori seruituti, vel occideret: voluit habere adiutores ad rebellandum, & concitauit regem Aegypti, qui vicinus suus erat. Nã ille etiam soluebat quolibet anno tributa regi Assyriorum: misit autem Osee nuncios ad regem Aegypti solicitans eum, ne solueret tributa, sed ꝙ ambo rebellarent. Audiuit autem hoc Salmanasar rex Assyriorum, & pugnauit primo cõtra regem Aegypti, ne ille inciperet rebellare, & habere factionem cum alijs regibus, cepitq; eum, & posuit in carcere: deinde perambulauit Salmanasar totã terram in circuitu Samariæ, & tãdem venit in Samariam, & pugnauit, & cœpit illam: & hoc quia Osee solicitauerat regem Aegypti, & putauit, ꝙ si non pugnaret contra eum & caperet, cum alijs regibus vicinis haberet factionem, & rursus rebellaret regi Assyriorũ: ista omnia patent præced cap. in litera: ista etiam fuit causa, quare Salmanasar trãstulit Israelitas de terra sua in Assyrios: nam solum intendebat ipse subijcere illos sibi in tributarios, quod patet, qa à principio pugnauit Salmanasar cõtra Osee, & coegit eum ad tributum, prę ced. cap & tunc potuisset ponere eum in carcere, vel transferre eum cum populo suo in Assyrios: & tamen solum exegit ab eo tributa, quia nihil aliud intendebat, nisi tributa recipere, & habere iurisdictionem: & ista sufficienter habebat, manentibus Israelitis in terra sua. Nunc tamen vidit, ꝙ Osee rex Israel conabatur rebellare faciens monopoliũ cum rege Aegypti, vt ambo rebellarent: dato ergo, ꝙ nũc caperet eum, & subijceret maiori tributo, & seruituti, tñ si permitteret eum manere in terra sua, iterum rebellaret, & moueret alias gẽtes vicinas ad rebellãdum, ideo credidit Salmanasar, ꝙ nihil habebat super regem Israel, nisi transferret eum cũ populo suo in Assyrios: nam ibi non posset rebellare, quia iam non esset rex. Etiam Israelitę non possent rebellare, quia essent in medio terræ Assyriorum, & non haberent aliquos fautores ad rebellandum: sed omnes contradictores. *Et transtulit rex Assyriorum Israel in Assyrios*, s. captis vrbibus transtulit oẽs de terra: nam Israelitæ non potentes se defendere voluerunt pugnare diu: & sic pauci occisi sunt: & quanquam digni essent morte, non intẽdebat rex Assyriorum ad occidendum eos, sed ad subijciendum sibi in seruos. *Collocauitque eos in Hala, & in Habor fluuius Gozan.* Gozã potest esse nomen prouinciæ, in qua sint ista flumi-

A na: & est sensus, ꝙ collocati sunt Israelitæ inter flumina ista, & sunt ista flumina in prouincia Gozan. Vel potest intelligi, ꝙ Gozan sit nomen fluminis famosissimi, & Hala, & Habor sint flumina minora & vocant̃ flumina Gozan, quia sunt propinqua fluuio Gozan. Et hoc tenendum est, quia præced. cap dr̃, ꝙ collocauit eos Salmanasar in Hala, & ĩ Habor iuxta fluuium Gozan. Sic etiam accipitur 1. Paral. 5. si tamen velimus tenere, ꝙ Gozan sit nomẽ prouinciæ, benè potest stare: quia tunc diceretur, iuxta flumẽ Gozan, i. flumen terræ Gozan. *In ciuitatibus Medorum.* Medi sunt gentes distinctę ab Assyrijs, & cum essent Israelitæ translati ad vrbes Medorum, non poterãt esse in terra Assyriorum: & tamẽ accipitur terra Assyriorum largè non pro terra, quæ erat inter ipsam

B prouinciam Assyriorum, sed pro regnis subiectis regi Assyriorum, & quia terra Medorũ subiecta erat terræ Assyriorum, potissimè, quia terra Medorum erat coniuncta terræ Assyriorum cum transferrent Israelitæ ad vrbes Medorũ, dicebantur transferri ad terram Assyriorum. *Quia non audierunt vocem Domini Dei sui.* Ista est causa, quare translati sunt de terra sua, quia si non peccauissent, nõ permisisset eos Deus in manus regis Assyriorum. *Sed prætergressi sunt pactũ eius.* Idest, præuaricati sunt legẽ, & non curauerunt de pacto: quando data fuit lex ad hoc, ꝙ firmior esset, & magis obligarent̃ Israelitæ ad tenendum illam non solum acceperũt eam, sed ẽt fecerunt pactum cum

C Domino de seruando illam: & istud fuit occidendo animalia, & fundẽdo sanguinem super Israelitas, & super altare, & librum legis: Exod. 24 & ad Hebr. 9. Et de isto pacto non curauerunt, sed fecerunt cõtra omnia, quæ promiserant. *Omnia, quæ præceperat Moyses seruus Domini, non audierunt, nec fecerunt.* Idest, nihil eorũ, quę Moyses iussit, faciebant vt patet per æquipollẽtiam. Et in hoc consummata est nequitia Israelitarum, s. ꝙ non solum quædam præcepta transgrederentur, sed etiam nihil de lege seruarent.

An Israelitæ fuerint translati in Assyrios, quia non custodierunt mandata Domini, aut quia voluerunt rebellare regi Assyriorum. *Quæstio* XXIII.

D QVAERETVR, quõ potest stare, quod hic dicit, s. ꝙ Israelitæ translati sunt in Assyrios, quia non custodierunt præcepta Dñi, cum supra declaratum sit, & patet præced cap. ꝙ translati fuerint: quia Osee rex Israel conabat̃ rebellare regi Assyriorum, sed istæ causæ non coincidunt. Respondendũ, ꝙ istæ ambæ fuerunt causæ, sed diuersimodè: quia vna fuit causa promeritoria, & alia motiua. s. transgressio mãdatorũ fuit promeritoria: nam per hanc meruerunt de terra sua duci in captiuitatem. rebellio autẽ fuit causa motiua, pp quam motus est rex Assyriorũ ad transferendum Israelitas, & aliàs nõ transtulisset, ẽt si peccaret. Sic dictum est præced. c. ꝙ causa prome-

E ritoria ad hoc, ꝙ mitterentur leones ꝯ gentes trãslatas in Samariã, fuit, qa colebãt idola, & causa motiua fuit ad ostendum gloriam Dei. Secundo põt dici, & adhuc melius, ꝙ istæ fuerunt duæ causæ trãslationis Israelitarũ: quia ad hoc, ꝙ transferrentur p regem Assyriorum oportebat, ꝙ Deus permitteret fieri istam trãslationẽ, & ꝙ rex Assyriorum desideraret illam facere. Causa aũt permissionis fuit trãsgressio mãdatorum: nã Deus non permisisset Israelitas tradi in manus gẽtium, si seruauissent legem Dei. Secũda fuit causa ex parte regis Assyriorũ, scilicet, ꝙ rebellare vellet Osee: nam si non conatus fuisset rebellare, non curauisset rex Assyriorum transferre Israelitas de terra sua, vt declaratum est supra.

Quæ prædictarum causarum fuerit potior. Quæstio XXIIII.

QVAERETVR vlterius, cum istę duę fuerint simul causæ eiusdem rei, quæ illarũ fuit potior. Dicendum, ꝙ potior fuit transgressio præceptorũ: quod patet, quia ista fuit causa ex parte Dei: rebellio autem fuit causa ex parte regis Assyriorum: causæ tñ, quæ se tenent ex parte Dei efficaciores sunt; quia in quacunque re Deus operetur causando, necesse est, ꝙ sit efficacior causalitas sua, q̃ cuiuscunque inferioris, cũ omnis causa prima plus influat in effectu, q̃ causa secundaria. Secundò patet: quia ista causa est motiua alterius, & habet rationem duplicis causalitatis respectu effectus, & respectu causæ subordinatæ. Sicut dicimus in concatenatione causarum naturalium: nam quælibet causa prior est causa respectu effectus, & respectu causarum subordinatarũ: vt potè in generatione hominis Deus est prima causa in concatenationis: deinde angeli motores orbiũ, deinde orbes celestes, deinde locus elementalis secundũ influentiam in eo receptam: deinde homo generãs: & sic Deus est causa, & homo causa vltima: ideo homo solum est causa respectu effectus, quia nihil subordinatur sibi, nisi effectus, scilicet, homo, qui gignitur: Deus autem influit in effectum, & etiam influit in omnes causas subordinatas, quia omnes illæ sunt tanq̃ effectus respectu eius: nã angeli non mouerent corpora cœlestia, nisi mouerentur à Deo: nam ipse mouet eos in ratione amati, & desiderati, vt probat Aristoteles 12. Meta. & secundum veritatem catholicam etiam dicendum est, ꝙ mouet eos tanquam efficiens, scilicet, vt iubens, vel instigãs, & consequẽter omnes causæ inferiores habent rationem moti, & causati à Deo. Deinde angeli mouentes orbes, nõ solum sunt causa respectu effectus, sed etiam respectu causarum mediarum, scilicet, respectu corporũ cœlestium: nam ipsi realiter mouent illa, & illa nihil influerent, nisi mouerent ab Angelis: Eodem modo orbes cœlestes, & astra per motum suum, & lumen non solum sunt causa hominis geniti, sed etiam ipsarum qualitatum receptarum in loco elementali, in quo fit generatio: deinde ipse qualitates, vel influẽtiæ receptæ in loco nõ solum sunt causa effectus geniti, sed etiam mouent ipsum hominem gignẽtem disponendo eum, & sic sunt causa eius. Homo autẽ gignens solum est causa ipsius fœtus geniti. Et sic patet, qñ sunt multę causæ subordinatæ quęlibet causa, præter vltimã, non solum est causa causati, sed ẽt alicuius causæ. Etiam ex hoc sequitur, quòd quanto aliqua causa est superior, & vniuersalior tanto magis causat respectu cuiuscunque effectus determinati: quia nõ solum influit respectu effectus, sed etiam respectu omnium causarũ illius effectus. Et ex hoc insurgit prima propositio libri de causis, scilicet: omnis causa primaria plus influit in suum effectum, q̃ causa secundaria. Ex hoc ergo apparet, ꝙ in subordinatis superior magis causat, & sic fuit hic: nam rebellio Osee regis Israel fuit causa immediata ad trãsferendum Israelitas in Assyrios. Causa autem superior fuit transgressio præceptorum: vnde nõ solum ipsa transgressio habuit causalitatem respectu istius translationis, sed etiam respectu rebellionis. Quod patet: quia quando aliqui sunt valdè mali Deus permittit eos in pęnam cadere in malam opinionẽ, vt per illam faciant aliqua, ex quibus puniantur. Sic patet ad Ro. 1. cum dr̃ de Gentilibus philosophis: quia non crediderunt Deum habere cognitionem, & dispositionem istarum rerum tradidit illos Deus in reprobum sensum, vt faciant ea, q̃ non conueniũt. Sic

F etiam rex Ochozias erat malus, & in pœnam eius Deus inclinauit voluntatem eius, vt iret ad visitandum Ioram regem Israel, vt occideretur ibi à Iehu, 2. Paral. 22. f. voluntatis fuit Dei aduersus Ochoziã, vt veniret ad Ioram, & cùm venisset egrederetur cũ eo aduersus Iehu, & tunc Iehu occidit illum. Ita fuit nũc, quia Deus inclinauit ipsum Osee regem Israel ad rebellandum regi Assyriorũ, vt traderetur in manus eius, ꝙ aũt Deus inclinet aliquos interdũ ad rebellandum alijs, vt ipsi occidãtur: patet Iosue 11. cũ dicitur de Chananæis pugnantibus cõtra Iosue: Dñi quippe sententiæ fuerat, vt indurarentur corda eorum, vt pugnarent contra Israel, & caderent, & non mererentur vllam clementiam, ac perirent. Fuit ẽt

G transgressio causa, quare rex Assyriorum mouereẽ ad transferendum Israelitas de terra sua, quia Deus mouit regem Assyriorum, vt desideraret transferre Israelitas de terra sua, vt sic compleret dictum prophetarum suorum: sic enim Deus mouit Nabuchodonosor ad veniendum cõtra Iudęos, vt patet Isa. 5. & 7. vbi dr̃, ꝙ sibillabit Dñs ad illum, & vocauit procul, vt veniat. Sic ẽt Deus vocauit Senacherib regẽ Assyriorum, vt veniret contra Iudæos: Isa. 10. f. Væ Assur virga furoris mei. Et sequitur: Ad gentem fallacem mittam eum, & de populo furoris mei mandabo illi, vt auferat spolia. Ita ergo nunc Deus misit Salmanasar contra Israelitas, quia hoc pręnunciatũ fuerat per Amos, c. 7. f. Israel captiuus migrauit de

H terra sua. De hoc etiam Amos 4. & 5. Deus ergo poneret istud in voluntate Salmanasar, cũ ad istud mitteret eum contra Israelitas. Apparet ergo, ꝙ transgressio Israelitarum, non solum fuit causa respectu translationis eorum in Assyrios, sed etiam respectu rebellionis contra regem Assyriorũ, ideo magis fuit causa transgressio, q̃ rebellio ad istam trãslationem. Tertiò patet: quia transgressio sine rebellione poterat esse causa ad transferẽdum Israelitas in Assyrios: & tñ rebellio sine transgressione nihil conferret, ergo transgressio erat magis causa. Patet hoc: qa Ezechias rebellauit contra regem Assyriorum, vt dr̃ supra: & tñ quia nõ peccauerat non est traditus in manus Assyriorum, sed potius rex Assyriorum traditus

I est in manus eius, inquantũ totus exercitus Assyriorum occisus est vna nocte ab Angelo, & castra, & arma Assyriorum manserunt pro Hebręis, vt solet dici seq. cap. & 2. Paralip. 32. Item poterat Deus facere aliter, si Israelitæ non transgressi fuissent, quia dato, ꝙ rebellarent contra Salmanasar, Deus moueret ipsum Salmanasar ne desideraret pugnare contra Israelitas: sic enim faciebat Deus, qñ Israelitæ erãt boni: nam dato ꝙ haberent hostes in circuitu, & tribus temporibus, quibus ascendebãt Israelitæ in sanctuarium, non maneret aliquis vir in vrbibus Israelitarũ, & hostes scirent vrbes esse vacuas non desiderabant ire ad capiendum eas, quia Deus nõ mouebat eos ad hoc, sic patet Exod. 34. f. cũ tulero gentes à facie tua,

K & dilatauero terminos tuos, nullus insidiabitur terrę suæ, ascendente te, & apparente in cõspectu Dei tui ter in anno. Item dato, ꝙ rex Assyriorum desideraret pugnare contra Israelitas rebellãtes, Deus poterat ei incutere timorem, ne auderet pugnare contra Israelitas, licet illi pauci essent: sic enim fecit quãdo multæ vrbes, q̃ erãt in circuitu Sichem, voluerũt irruere super Iacob, & filios suos, qa occiderant dolosè Sichimitas, & Deus incussit timorem oĩb. istis vrbibus, & non ausæ sunt exire ad persequendũ Iacob, & filios suos fugiẽtes: & tñ cum Iacob non erãt viginti viri, vel erant satis pauci, & contra eum erãt multę vrbes, Gen. 35. Vel poterat Deus aliter facere, s. dare occupationẽ aliam regi Assyriorum, vt nõ vacaret

caret ei pugnare contra Israelitas. Sic enim fuit de Senacherib, quando veniebat ad obsidendum Ierusalem: nam Deus fecit, quod audiret nuncios de hostibus insurgentibus contra eum, & cessauit ab obsidione sequenti c.s. Ecce ego immittam ei spiritum, & audiet nuncium, & reuertetur in terram suam. Sic etiam fuit de Saule obsidente Dauid supra 1. lib. c. 23. si autem transgrederentur Israelitę mandata Domini: dato quod non rebellarent regi Assyriorum Deus inclinaret illum in pœnam Israelitarum, quod transferret eos in Assyrios. Magis ergo fuit causa transgressio præceptorum ad hoc, quod Israelitę ducerentur in Assyrios, quàm rebellio eorum contra Salmanasar.

Quomodo Ezechias rebellauit contra regem Assyriorum. Quæst. XXV.

QVAERETVR vlterius, quomodo Ezechias rebellauit contra regem Assyriorum, vt dicitur supra. Respondet Nicolaus, quod non rebellauit propriè contra eum: quia ad hoc requirebatur, quod aliquando fuisset sub potestate eius, & tamen Ezechias non fuit aliquando sub rege Assyriorum, & tamen rebellauit. i. noluit recipere eum dando sibi tributa.

Sed dicendum est, quod verè rebellauit Ezechias contra regem Assyriorum, & quod aliquando fuit sub potestate eius: nam regnum Iuda dabat tributa regi Assyriorum ante regem Ezechiam: ipse autem noluit dare, ideo rebellauit. Patet hoc, nam Achaz pater Ezechiæ tributa dedit regi Assyriorum, quia quando rex Syriæ Rasin, & Phaceę filius Romelię rex Israel pugnabant contra Achaz, misit nuncios Achaz ad Salmanasar regem Syriæ, vt liberaret eum de manu istorum regum, & cum liberasset eum exiuit ei obuiam in Damascum, & dedit sibi omnes thesauros, qui inueniri potuerunt in domo Domini, & in domo regis, supra 16. & 2. Paralip. 28. & ex tunc credendum est, quod Achaz soluerit semper tributa regi Assyriorum, & cum cępit regnare Ezechias noluit dare tributa ista regi Assyriorum: ideo ipse ascendit contra eum, & sic dicitur rebellasse: Patet etiam hoc, quia ipse dixit regi Assyriorum peccaui recede à me, & omne, quod imposueris mihi, faciam: non tamen diceret se peccasse nisi rebellasset volens se subtrahere de iugo regis Assyriorum.

Quare repetitur hic translatio Assyriorum. Q. XXVI.

QVAERETVR vlterius, quare ponitur hic de translatione Israelitarum in Assyrios, quia istud fuerat plenè enarratum præcedenti ca. Respondendum, quod hoc fuit propter tria. Primò quia hic agitur de regno Ezechiæ, & tempore eius facta est ista translatio s. anno 6. Ezechiæ, vt patet supra in litera: ideo conuenientius ponitur hic, quàm alibi. Secundum fuit, quia supra dicebatur de bonis operibus, quæ fecit Ezechias circa cultum Dei. s. quando abstulerit idolatriam de terra, & quia Israelitæ translati sunt in Assyrios propter idolatriam, à qua nunquam cessauerunt, conuenienter post bona facta Ezechiæ ponitur pœna Israelitarum pro malis suis. Tertium fuit, quia valde conuenit hoc historiæ Ezechiæ. Nam Ezechias in principio regni sui cum abstulit idolatriam de terra, misit nuncios per omnes tribus Israel, vt conuerterentur ad Deum suum, & Deus conuerteretur ad reliquias, quæ effugerant manus regis Assyriorum, & tunc plurimi de Manasse, & Zabulon, & alijs tribubus irridebant nuncios Ezechiæ, & mittebant à se subsanando illos. 2. Paralip. 30. & propter hoc, quia fuerunt incorrigibiles trans-

A lati sunt in Assyrios, ideo post bona opera, quæ Ezechias fecit, per quæ illos incitabat, rectè ponitur pęna illorum, quia admonenti non consenserunt, sed potius irri ierunt. prima tamen causa efficacior est.

Anno quartodecimo. Hic ponitur secundum principale huius c. s. qualiter se habuit Ezechias in aduersis, & diuiditur in duo: quia primò ponitur qualiter se habuit in aduersis per timorem. Secundo per amorem ibi: *Misit autem.* Circa primum dicitur: *Anno quartodecimo Ezechiæ regis ascendit Senacherib rex Assyriorum.* Iam mortuus fuerat Salmanasar rex Assyriorum, qui transtulerat decem tribus Israel in Assyrios, & successit ei Senacherib in regno, qui nunc ascendit contra Ezechiam. s. anno quartodecimo

B regni sui, & fuit istud annis octo post translationem Israelitarum in Assyrios: nam illi translati sunt anno. 6. Ezechiæ. supra in litera. Ideo restabant octo anni vsque ad quartumdecimum. *Ad vniuersas ciuitates Iuda munitas, & cępit eas.* s. ascendit ad pugnandum contra quālibet regni Iuda ad capiendum illam, & cępit vrbes multas, & dicitur hic, quod cępit vniuersas accipiendo omnes pro multis, sicut solet accipere scriptura: nam certum est, quod non cęperat omnes: nam nondum cęperat Ierusalem, etiam non cęperat omnes alias, sed multas: de quibus Isa. c. 10. *Tunc misit Ezechias rex Iuda nuncios ad regem Assyriorum Lachis.* Vidit Ezechias, quod durum erat resistere regi Assyriorum, eo quod iam vastabat totam terram, ideo voluit

C potius seruire sub tributo, quàm quod destrueretur terra, & ad hoc misit nuncios ad regem Assyriorum, qui erat Lachis. i. manebat in vrbe Lachis, vel expugnabat eam: nam procedebat de vna ciuitate in aliam quousque expugnaret omnes sic dicitur sequenti cap. scilicet, reuersus est Rabsaces, & inuenit regem Assyriorum expugnantem Lobnam: audierat. n. quod recessisset de Lachis. Est autem Lachis ciuitas in sorte Iudę, vt patet Iosue 15. *Dicens: peccaui.* Confitetur Ezechias peccatum suum contra regem Assyriorum, vt eum facilius flecteret ad id, quod volebat. Peccatum istud fuit: quia regnum Iuda soluebat ante hoc tributa regibus Assyriorum ex tempore Achaz patris Ezechiæ: noluit tamen Ezechias soluere. *Recede à me,* i. recede de terra mea, non vastes eam. *Et om-*

D *ne, quod imposueris mihi, faciam.* Idest, soluam tributum quantumcunque volueris. Quasi dicat, non solum soluam tributum, quod ante hoc impositum erat in regno meo per reges Assyriorum, sed etiam si maius imposueris, soluam. *Indixit itaque rex Assyriorum Ezechiæ regi Iudæ trecenta talenta argenti, & triginta talenta auri.* Istud tributum magnum imposuit nunc rex Assyriorum Ezechiæ, quia rebellauerat: nam non consueuerat regnum Iuda tantum tributum soluere: sic enim dixerat Ezechias: omne, quod imposueris mihi, faciam. *Deditque Ezechias omne argentum, quod repertum fuerat in domo Domini, & in thesauris regis.* Scilicet, ista impositio fuit magna, & non potuit eam sol-

E uere Ezechias de redditibus suis, ideo dedit omne aurum, & argentum, quod repertum fuit, in domo Domini, & etiam in thesauris regum Iuda. Intelligendum est hoc solum de auro, & argento, quod erat in massa: nam vasa auri, & argenti, quæ erant administrationem, non fuerunt data regi Assyriorum, quia tunc non potuisset Nabuchodonosor transferre illa in Babylonem, & tamen infra 24. dicitur, quod translata sunt illuc. *In tempore illo confregit Ezechias valuas templi Domini.* Istud intelligitur de portis templi, quæ erant intra atria. Nam templum propriè dictum erat vndique clausum muro, & atrijs, & illud solum habebat vnam portam in latere Orientali, & ibi erant duæ valuæ claudentes, & in illis erant affixę

fixę multę laminę auri. In portis autem atriorum, quæ erant in muro exteriori non erant laminæ aureæ, quia ibi non poterant benè custodiri, sicut portę templi, quæ erant intra muros atriorum, & dicitur, ꝙ confregit valuas: non quidem, ꝙ confregerit portas totaliter destruendo, sed solum confregit laminas auri, quæ erant Affixæ portis, & manserunt portæ nudæ. *Et laminas auri, quas ipse affixerat*. Idest, cō fregit laminas auri, quæ erant in portis ad dandum eas regi Assyriorum: illas autem laminas affixerat Ezechias in portis, qa ipse fuit magnus cultor Dei & voluit decorare templum Domini, & ad hoc affixit laminas auri magni ponderis in valuis. *Et dedit eas regi assyriorum*. Scilicet, quia nō habebat nunc vnde aliàs solueret impositionem, quā fecerat rex Assyriorum, & oportuit, ꝙ acciperet aurum, & argentum, quod erat in domo Domini, & inter cętera accepit istas laminas auri.

G

Quare rex Assyriorum nunc pugnauit contra Ezechiam. Quæst. XXVII.

QVAERETVR, quare rex Assyriorum ascendit nunc contra Ezechiam ad pugnandum.

Aliquis dicet, ꝙ hoc fecit ex desiderio transferendi eum, & omnes seruos suos in terram Assyriorū, quod patet: quia infra dicitur, ꝙ facerent viri Iuda quod bonum erat sibi, & transirent ad terram, ad quam Senacherib volebat eos transferre. Et hoc faciebat, quia reges Assyriorum habebant istum conceptum, ꝙ transferrent gentes multas. s. quascunq; possent in terram suam. Sic enim Theglatphalasar rex Assyriorum transtulit quasi tres tribus in terrā suam: supra 15. & 1. Paralipo. 5. Sic etiam Salmanasar rex Assyriorum transtulit Syros habitatores Damasci in Cyrenem, supra 16. idem etiam Salmanasar transtulit reliquos Israelitas in Assyrios: præcedenti cap. & supra in litera. Ita nunc Senacherib volebat transferre tribum Iuda, & Beniamin, quæ remanserant de tota stirpe Israel in Assyrios.

H

Dicendum, ꝙ verum est, ꝙ Senacherib vellet trāsferre regnum Iuda in Assyrios, & ideo pugnabat ꝯtra singulas vrbes regni Iuda, & tamē causa, vel motiuum ad tranferrēdum non fuit sicut dixerūt isti, sed fecit hoc Senacherib, quia Ezechias rebellauit contra eum. Nam prius soluebant viri Iuda tributum regi Assyriorum, & nunc Ezechias rebellauit: & quādiu maneret in terra illa poterat rebellare, iō voluit transferre oēs de regno Iuda in Assyrios, vt iam non possent rebellare. Et patet, ꝙ fuerit hoc factum propter rebellionem: quia dixit ad Senacherib: peccaui. s. peccaui rebellando cōtra te, licet Nicolaus exponat: peccaui. i. pater meus peccauit, & propter peccatum suum veniunt ista mala, & tamen dicebat Ezechias se peccasse, quia peccauit pater suus, sed istud non habet colorem, quia ista verba misit ad dicendum Ezechias regi Assyriorum: ideo oportet, ꝙ ipse intenderet facere aliquem sensum, quem rex Assyriorum posset capere ex verbis istis: quia aliàs ista verba essent friuola, & stultè dicta, & tamen rex Assyriorum non posset intelligere sub illo sensu, quem ponit Nicolaus. s. peccaui. i. pater meus peccauit: ideo oportet, ꝙ intelligeret, ꝙ ipse peccauit. s. resistendo regi Assyriorum.

I

Item dato, ꝙ Ezechias intelligeret, ꝙ pater suus peccauerat, & propter eum veniebant ista mala: tamen non mitteret hoc ad dicendum regi Assyriorum: quia istud erat omnino impertinens: immo erat damnosum Ezechiæ: quia per hoc intelligeret rex Assyriorum, ꝙ Ezechias desperabat posse libe-

K

F rari de manu eius, quasi Deus sententiasset contra eum, ꝙ non posset liberari de manu Assyriorum ꝓpter peccata patris sui, & sic confortaretur magis Senacherib ad pugnandum contra Ezechiam, ut transferret subditos eius ad terram Assyriorū. Nō ergo intellexit sic Ezechias, sed ꝙ peccauerat, scilicet rebellando. Item patet hoc, quia modus regū Assyriorum erat iste, ꝙ non transferrent aliquos de terris suis, nisi cum scirent eos rebellare, si manerent ibi. Sic fecit Salmanasar, quia non transtulit Israelitas in Assyrios, quando primo subiecit eos in tributarios, sed postea, quando rebellauerunt: præcedenti cap. & supra declaratum est in quadā quęstione. Sic etiam Nabuchodonosor non fecit transferri Iudæos in Babylonem quousq; rebellauit contra eū Ioacim. inf. 24. oportet ergo, quòd propter rebellionem nunc voluerit Senacherib pugnare cōtra Ezechiam ad transferrendum eum cum populo, & ad hoc obsidebat ciuitates.

Quomodo stat, quòd Ezechias miserit aurum, & argentum ad Senacherib dicendo: peccaui, & quòd parauerit se ad resistendum ei. Quæst. XXVIII.

QVAERETVR vlterius, quomodo dicitur hic, ꝙ misit Ezechias ad Senacherib, dicens: Peccaui, & obtulit ei aurum, & argentum: quia 2. Paralip. 32. dicitur, quòd parauit se Ezechias cū populo suo ad resistendum. Aliquis dicet, quòd ista varietas insurgit, quia bis venit Senacherib cōtra Ezechiam. Prima vice venit, & pugnabat contra vrbes Iuda, & tunc nondum resistebat ei Ezechias, nec parauerat se ad bellum, sed potius misit ei munera auri, & argenti, quæ sibi imposuit Senacherib. Postea autem susceptis muneribus rex Syriæ misit seruos suos contra Ierusalem, vt traderetur ciuitas, & trāsirent Iudæi in Assyrios, & tunc non consensit Ezechias, & parauit se ad resistēdum regi Assyriorum.

Sed dicendum, ꝙ non stat: quia 2. Paralip. 32. satis clare patet ex serie literæ, quòd illico, vt venit Senacherib in terram Iudæ cępit Ezechias parare se contra illum. Secundò patet, quia quando nuncij Senacherib venerunt ad dicendū Ezechiæ, ꝙ traderet se regi Assyriorum dixerunt: quę est ista fiducia, qua niteris? in quo confidis, vt audeas rebellare? ergo iam rebellauerat, quando venerunt nuncij, & sic videtur, ꝙ à principio cū venit Senacherib cępit Ezechias parare se contra illum. Ordo autem fuit, ꝙ Senacherib venit de terra sua ad regnum Iudæ, vt transferret habitatores eius in Assyrios, quia rebellauerant, ne darent tributum, & cępit pugnare contra singulas vrbes regni Iuda, & capiebat eas sperans sic capere omnes, & tunc transferret omnes habitatores terrę illius in Assyrios, quo audito Ezechias consilium inijt cum principibus, & viris fortissimis, quomodo deberent resistere Senacherib, & decreuerunt obturare omnes fontes, & capita fluuiorum in circuitu Ierusalem, ne exercitus Assyriorum haberet, quid biberet, & sic nō posset ponere obsidionem Ierusalem. Fecit etiam multa genera Machinarum, & armentorum belli, & conuocauit totum populum in platea ciuitatis, & admonuit eos verbis efficacibus, vt resisterēt regi Assyriorum, dicens: confortamini, & viriliter agite, nolite timere, nec paueatis regem Assyriorum, & vniuersam multitudinem, quæ cum illo est: multo enim nobiscum plures sunt, quàm cū illo: cū illo est brachium carneum, nobiscum Dominus Deus noster est: confortatus est autem populus huiusmodi verbis, & parauit se ad resistendum: de his 2. Parali. 32. & postquam

& postquam fecit istum apparatū, Ezechias misit A nuncios ad regem Assyriorum, & soluit trecenta talenta argēti, & triginta talēta auri, de qbus hr̄ hic.

An Ezechias peccauerit soluendo tributum regi Assyriorum. Quæst. XXIX.

QVAERETVR vlterius, an Ezechias peccabat soluendo istud tributum regi Assyriorum, & quare soluit cum iam disposuisset se ad rebellandum, & de facto rebellasset. Ad primū dicendum, ꝙ non peccauit Ezechias soluendo tributum, quia non faciebat hoc spontè subijciens terram suam tributo Assyriorum, sed ad redimendā vexationem, & tollendum maius malum: nā vastabat Senacherib terram Ezechiæ, & vt non vastaret eam, dabat ei nunc tributum istud. Quod patet, q̄a dixit: peccaui, recede nunc à me, & quodcunque imposueris reddam, & tunc soluit talenta ista. Ad secundum respondet Nicolaus, ꝙ hoc fecit propter timorem. s. quia putauit se non posse resistere: timebat enim, ꝙ ꝑpter peccata patris sui Achaz, & populi Deus mitteret nunc contra eum, & populum suum regem Assyriorum, & non adiuuaret eos cōtra illum ꝑpter peccata, sed potius traderet in manus eius. Timuit igitur Ezechias pugnare cōtra Senacherib, & dedit ei ista munera, vt recederet.

Dicendum tamen, ꝙ fecit hoc Ezechias propter timorem, sed non quasi timēs, ꝙ Deus traderet eū, & populum suum in manus regis Assyriorum propter peccata Achaz, sed potuit facere propter duo. Primò propter vastationem vrbium regni sui: nam pugnabat Senacherib contra illas, & capiebat, atq; vastabat, quanquam ergo firmiter crederet, ꝙ posset resistere, tamen propter alias vrbes paruas, & minus fortes regni sui, quæ non poterant resistere dolebat, ꝙ vastarentur: ideo mittebat tributū, vt cessaret Senacherib vastare. Et non solum promittebat pro nunc se soluturum, quod imponeret Senacherib sed etiam omni tempore futuro volebat esse tributarius eius, vt sic euaderet vastationem. Secundum erat propter vrbem Ierusalem: quia quanquam crederet, ꝙ posset ibi resistere regi Assyriorū: tamē si obsideret eam premeret eos, qui intus erāt, magna afflictione, sicut dixit Rabsaces infra in litera, ꝙ viri sedentes super murum comederent stercora sua præ fame in obsidione, & vt non paterentur manentes in Ierusalem istam angustiam voluit dare Ezechias trecenta talenta argenti, & triginta talenta auri, & facere se tributariū regis Assyriorū.

An Ezechias peccauerit dando argentum, & aurum de domo Domini regi Assyriorum. Quæst. XXX.

QVAERETVR vlterius, an peccauit Ezechias dando argentum, & aurum de domo Domini regi Assyriorum. Aliquis dicet ꝙ non, quia dedit de eo, quod suum erat, cum dicatur hic, ꝙ dedit laminas aureas, quas ipse fixerat in porta domus Domini. Dicendum tamen, ꝙ ista ratio non stat, quia quanquam Ezechias dedit istas laminas auri: tamē non erant suę, quia ipse dederat eas templo Domini: ideo iam non poterat vti eis, vt rebus suis, vnde accipiendo eas non magis excusabatur, quā si alius dedisset illas. Respondendum est, ꝙ non peccauit Ezechias: non tamen excusatur propter causam dictam, sed propter aliam. Pro quo sciendum, quòd ad hoc, quod liceret Ezechiæ dare aurum, & argentum de templo Domini, requirebantur tria. Primū erat, ꝙ daret pro causa honesta. Secūdum, ꝙ in necessitate. Tertium, ꝙ cum intentione soluendi. De primo patet, nam si vellet dare propter turpem causam rem sacram, manifestum est, ꝙ illicitum esset, & hoc tripliciter. Primò, quia dabat pro mala causa, & quæcunque fiunt pro malo fine mala sunt. Secundo, quia daret rem non suam, cum res, quæ in templo erant pertinebant ad Deum, & non ad regem, nec ad aliquem hominem. Tertiò, quia dabat res sacra. Dare tamen rem sacram pro fine turpi irreuerentia quędam est circa istā rem sacram, quæ debet teneri in honore. Ista conditio fuit in Ezechia: quia ipse dedit nunc pecuniam istam regi Assyriorum, vt non destrueretur regnum suum: iste erat finis valde honestus. Secunda conditio erat, ꝙ B daretur in necessitate, & hoc patet: nam si Ezechias habuisset vnde solueret tributum istud regi Assyriorum nō debebat recurrere ad thesauros domus Domini, quia non debebat recurri ad ista, nisi deficientibus omnibus prophanis bonis, & istud fuit in Ezechia, quia prius ipse dedit aurum, & argentum, qđ potuit inueniri in thesauris regis, & quando non habuit vnde reliqua solueret, recurrit ad thesauros domus Domini, vt patet in litera: cū dicitur, ꝙ dedit omne argētum, quod repertum fuerat in domo Domini, & in thesauris regis. Tertia conditio erat, ꝙ daret cum intentione soluendi: nam cum aurū, & argentum istud esset res aliena, si acciperet Ezechias illud cum intentione non soluendi, esset rapina, ideo credendum est, ꝙ cum esset vir iustus, ꝙ ac- C ciperet cum intentione soluēdi, & quòd postea soluerit, quia ipse peruenit post hoc ad pinguissimam fortunam, quia habuit postea thesauros multos infra 20. ideo tunc solueret, & ex hoc apparet, ꝙ licet accipere prælatis, vel regibus de licentia prælatorū de thesauris Ecclesiæ, quādo sunt in magna necessitate, data tamen cautione de soluendo illud Ecclesiæ, ita vt semper Ecclesia indemnis maneat. Et hoc verum est, nisi sint vasa sacra, quæ accipiuntur, quia ista non debent trahi ad aliquem vsum prophanū ex quantacunque necessitate, sed potius deberent destrui, & reduci in massam auri, vel argenti, & si esset extrema necessitas poterant sic dari. Sic enim fa- D ctum est hic: nam quanquam esset Ezechias in magna angustia non dedit de vasis sacris domus Domini, in quibus ministrabatur, sed solum de thesauris, qui erant in massa argenti, vel auri, vel in numismate, quod patet: q̄a vasa sacra, quæ fecerat Salomon pro ministerio domus Domini, manserūt post hoc, & ducta sunt in Babylonem, infra 24. & postea inde reducta sunt in Ierusalem, vt patet 1. Esdre. ca. 1.

Si autem arguatur, quòd peccauit Ezechias, quia fregit valuas templi Domini, & istud erat quoddā dedecus templi. Dicendum, ꝙ non fregit valuas totaliter, sed solum fregit laminas auri, quas affixerat in valuis, & manserunt valuę ligneę solum, & tamē hoc non factum est ad dedecus templi Domini, sicut Achaz mutauit vasa sacra, & deposuit illa per E terram dispersa, & euersa extra loca sua, supra 16. & hoc ad vilificandum cultum Dei, & illud erat peccatum magnum. Ezechias tamen nunc egit pro sola necessitate, & cum magno timore Dei, ac reuerentia, ideo non peccauit. *Misit autem.* Hic ponitur quid egit Ezechias propter amorem. s. quòd ꝑpter amorem cultus diuini non permisit capi Ierusalē per Assyrios, sed exposuit se ad resistendum, & diuiditur in tria. Primo ponitur nunciorum regis Assyriorum comminatio: secundò nunciorum Ezechiæ petitio, ibi: *Dixerūt autem.* Tertiò petitionis denegatio, ibi: *Responditque eis.* Circa primum dicitur, *Misit autē rex Assyriorū Tharthan, & Rabsacen de Lachis.*

Collige q̄uo principes possunt accipere ornamenta Ecclesiarum & ex quibus causis

Erat

Erat rex Assyriorum in Lachis, quādo misit ei Ezechias munera, quæ supra habentur, & de ipso loco misit nunc Tharthan, & Rabsacen contra Ezechiā, verba, quæ habentur infra, dicturos. Erat aūt tunc rex Syriæ in Lachis. s. obsidendo illam cum vniuerso exercitu, vt patet 2. Paralip. 32. *Ad regem Ezechiam cum manu valida Ierusalem*. Isti duo erant principes, q venerunt ad regem Ezechiam cum manu valida. i. cum multitudine armatorum, non quidem ad pugnandum contra Ierusalem, quia solum ibant ad nunciandum aliquid, sed vt ostēderent gloriam regis Assyriorum. s. quia nuncij eius ferebant tantam multitudinem, sicut vnus de alijs regibus terrę secum ferre posset. Vel fuit ad terrendum viros Ierusalem, vt cum viderent tantam multitudinem armatorum cum solis nuncijs regis pauerent, & stupescerent super multitudine, quam secum habere posset rex Assyriorum. Sic. n. dixit ipse Rabsaces: quomodo potestis resistere ante vnum satrapā de seruis Domini mei minimis? q. d. non poteritis: quia quilibet illorum maioris potestatis est, quā totum regnum Iuda. *Qui cum ascendissent*. Scilicet, de vrbe Lachis, in qua manebat Senacherib, qui mittebat eos. *Venerunt in Ierusalem*. Scilicet, apud muros vrbis, quia non introierunt in eam, sed exierunt serui Ezechię ad illos, vt patet in litera. *Steterunt iuxta aquæ ductum piscinę superioris*. Piscina est lacus quidā, in quo lauabantur vestes: nam ipsa erat in agro fullonum, & dicitur piscina superior ad differentiam alterius piscinæ inferioris, quæ erat magis distans ab vrbe, & non steterunt isti iuxta piscinā, sed iuxta aquęductū idest, iuxta alueum, per quem decurrebat aqua in piscinam illam. Iuxta istam piscinam occurrit Isaias ex mandato Domini regi Achaz, quando voluit ei prophetare contra duos reges. s. Rasin regem Syrię & Paceę filium Romeliæ regem Israel: Isa. 7. s. egredere in occursum Achaz ad extremū aquæductus piscinę superioris in via agri fullonis, & sic apparet, quòd ista piscina erat extra vrbem. *Quæ est in via agri fullonis*. Scilicet, piscina erat in via, per quā ibatur ad agrum fullonum. Vocantur fullones cādificatores pannorum. scilicet, qui lauant illos, vel illi, qui pānos nouos adhuc rudes, & nigros in aquā sępe mergunt, & ad solem extendunt, vt albifiant, & ita videtur accipi hic: nam in agro extendebantur isti panni, & erat ibi piscina aquarum, in qua mergerētur, vel in qua lauarentur. Alio modo accipitur fullo pro illo, qui parat pannos laneos quando noui sunt: sic accipitur Malach. cap. 3. s. Quasi ignis conflans, & quasi herba fullonū. Et vocatur herba fullonū tribuli, quibus paratur pannus. *Vocaueruntque regem*. i. petiuerunt isti duo nuncij regis Assyriorum, ꝙ vocaretur rex Ezechias, quia volebant ei loqui, & tamē non exiuit ad eos, sed misit nuncios suos.

Rex Assyriorū misit nūcios ad ezechiā ad petendū Ierusalem.

Quomodo Senacherib misit ad petendum Ierusalem, cum iam recepisset munera, & imposuerit tributa Ezechiæ. Quæstio XXXI.

QVAERETVR, qūo Senacherib misit nūc nuncios ad Ezechiā, vt traderet ei vrbem, cum ante hoc dedisset ei Ezechias munera, & dixit: recede à me, & quodcunque imposueris mihi faciam, imposuitque Senacherib Ezechiæ trecenta talenta argenti, & triginta talenta auri. Respondendum, ꝙ quando Ezechias misit nūcios suos ad Senacherib in Lachis composuerunt cū eo, ꝙ daret Ezechias summam pecuniæ, quam peteret Senacherib, & ille petiuit trecenta talenta argenti, & triginta talenta auri, & facto fędere dedit illa Ezechias: nam si nō

Ius gētiū frangitur à rege Assyriorum.

F intercessisset fędus, nihil dedisset Ezechias, quia dare erat inutile: Senacherib tamen recepta pecunia fidem datam violauit, nolens recedere de terra, qn potius misit ad Ezechiam, vt daret ei vrbem Ierusalem, & omnes vrbes regni sui, & transiret cū populo suo ad regnum Assyriorum, & tunc noluit Ezechias, sed conatus est resistere. Et dicit Nicolaus, ꝙ hoc fecit Ezechias propter amorem Dei. s. quia Senacherib volebat transferre totum populum in Assyrios, & ponere in terra illa alienigenas, sicut Salmanasar transtulit decem tribus Israel in Assyrios, & duxit alienigenas ad habitādū in vrbibus Israel: præcedenti c. & tunc terra Iuda, in qua erat templū Domini, & totus cultus Dei fieret immunda p habitationem alienigenarum, & cessaret cultus Dei in

G illa: ideo noluit Ezechias, ꝙ transiret populus in Assyrios. Hoc satis rationabile est, & tamen non oportet poni, ꝙ propter hoc Ezechias faceret, sed proximius videtur rationi, ꝙ Ezechias, & populus suus faciebant hoc: quia cum essent liberi nolebant esse serui. Etiam cum haberent terram delectabilē nolebant transire ad terram miserabilem. s. vt ponerētur in aliqua terra deserta assyriorū, vel medorum.

Rabsaces, qui venit ad Ezechiam, quis fuit. Q. XXXII.

QVAERETVR vlterius, quis est iste Rabsaces, qui venit ad Ezechiam. Rabanus, & Glo.

H or. dicunt, ꝙ iste erat filius Isaiæ, qui recesserat à lege Domini, & transierat ad regem Assyriorum, accipiunt autem hoc ab Hebręis, & motiuū Hebreorum quantum ad hoc, est duplex: primum, quia iste Rabsaces loquebatur lingua Hebraica: putabatur ergo esse Iudæus, vt patet infra in litera: secundum motiuum est, quia Isa. 7. Deus dixit ad Isaiam: egredere in occursum Achaz tu, & q derelictus est tibi Tasub filius tuus. q. d. iste tibi remansit, & alius fugit ad regem Assyriorum. Sed ista motiua parum habent de colore: quia non solum filius Isaiæ, sed quicūque alius Hebræus, immo etiam illi, qui nō erāt Hebræi, sciebant loqui Hebraicè. Secundum motiuum non est ad propositum, quia dato, ꝙ Iasub so-

I lus relictus esset de filijs Isaiæ, nō innuebatur, quòd alius de filijs eius transiuisset ad regem Assyriorum.

Alij autem volunt, ꝙ iste Rabsaces fuit vir vnus de Ierusalem, qui cum Sobna fecit coniurationem, & prodidit vrbem Ierusalem regi Assyriorum, nec mansit, nisi templum Domini, & castrum montis Sion. Hoc etiam tangit Rabanus, & Historia scholastica. Alij autem volunt, ꝙ iste Rabsaces fuit vnus de Israelitis, quos trāstulit Salmanasar in Assyrios, & nunc veniebat cum Senacherib, & sic sciebat loqui Hebraicè, quia Hebręus erat natione: omnes autem, vt communiter, tenēt istum fuisse Hebręum, & hoc solum, quia locutus est Hebraicè. Sed istud

K motiuum debile est: nā Heliacim, & Sobna, & alij, qui egressi sunt ex parte Ezechiæ ad Rabsacen sciebant loqui Syriacè, vt ipsi dixerunt infra ad Rabsacen, ꝙ loqueretur Syriacè: quia bene nouerant linguam illam, & tamen de istis manifestum est, ꝙ nō erant Syri, sed Hebręi natione. Dicendum ergo, ꝙ iste Rabsaces erat Assyrius, & erat vnus de magnis principibus regis Assyriorum. Isti autem consueuerūt scire multa idiomata, eo ꝙ ad reges magnos qualis erat Senacherib solent venire homines diuersarum regionū, ideo consueuerunt habere apud se viros peritos in multis linguis, & sic erat iste Rabsaces, & propter hoc Senacherib misit eum ad Ezechiā. Sic ēt Eliacim, & Sobna erant apud Regē Ezechiam: sciebant. n. multa idiomata, ideo missi sunt ipsi

Responsio Auctoris.

ipsi ad Rabsacen, vt si loqueretur ille Syriacè, vel in alio idiomate intelligerent. *Egressus est autem ad eos Eliacim filius Elciæ præpositus domus*. Iste Eliacim erat summus sacerdos: ideo vocatur præpositus dom9, idest, domus Domini, & ob hoc erat summus princeps in domo regis, & egressus est ipse tanquam vir honorabilis, vt repræsentaret personā regis. *Et Sobna scriba*. Fortè erat scriba regis, & erat magnum officium in domo regis: vnde habens illud erat persona honorabilis, & propter hoc nitebatur, vt essent nuncij regis viri honorati. *Et Ioahe filius Asaph à commentarijs*. Iste erat alius de officialibus regis, & dicitur esse à commētarijs.i. relator negotiorum regis: de hoc declaratum est supra 2.lib c.8.& 20. *Dixitque ad eos Rabsaces: hæc dicit rex magnus rex Assyriorum*. Vocauit Rabsaces regem Assyriorū regē magnū per excellentiam, quia eo tēpore nō erat aliquis rex in orbe tam potens, cum ipse teneret quasi totam monarchiam Orientis in Asia. *Quæ est ista fiducia, qua niteris*? Hoc dicebat Rabsaces increpando Ezechiam tanquam insanum, quia audebat rebellare regi Assyriorum, cum nullius potentiæ esset comparatus ad illum, & dicebat, quia ipse videbat, ꝙ Ezechias parauerat se ad resistendum, & omnes de regno suo resistebant, quantū poterant. *Forsitan iniuisti consilium, vt prepares te ad prælium*. Bene nouerat Rabsaces, ꝙ Ezechias parauerat se ad pugnandum contra regē Assyriorū: tamen dicebat hoc per modū dubitationis, vt haberet viam increpandi Ezechiam. *In quo cōfidis, vt audeas rebellare*? q. d. non potes habere iustam confidentiam in aliquo, ad hoc, ꝙ repugnes qa rex Assyriorum est potentissimus, tu autem infirmus.

Eliacim, & Sobna missi ad Rabsacen, qui fuerunt. Quæstio XXXIII.

QVERETVR de isto Eliacim, & Sobna, qui missi fuerunt ad Rabsacen, qui erant. Aliqui dicunt de Eliacim, ꝙ erat sacerdos magnus, & istud videtur esse verisimile: quia dicitur in litera, ꝙ erat præpositus domus, & intelligitur de domo Domini, & dicunt, ꝙ iste est ille, qui successit Sobnę summo sacerdoti ducto in captiuitatem, & hoc fuit ex Dei electione. Patet istud Isa.22. vbi locutus est Isaias ad Sobnam summum sacerdotem dicens, ꝙ duceretur in terram alienam captiuus, & non sepeliretur in Ierusalem in sepulchro, quod fecerat sibi, & dicitur, ꝙ Deus vocaret Eliacim filium Elcię, vt esset summus sacerdos, & sic putant, ꝙ iste est. Dicunt autem, ꝙ Sobna, cum esset summus sacerdos, suadebat Ezechiæ, vt traderet se regi Assyriorum: Ezechias autem nolebat: postea aūt ipse conterritus minis regis Assyriorum recessit de Ierusalē ad Syrios, & tunc Eliacim assumptus est in summū sacerdotē loco eius. Ista positio aliqualiter est verisimilis: primò, quia iste Eliacim, de quo hic dicitur, vocatur filius Elciæ; & ille, de quo dicitur Isa.22. ꝙ futurus esset summus sacerdos, vocatur etiam filius Elciæ. Secundò quòd iste Eliacim vocatur præpositus domus, potest referri ad domū Domini, & hoc pertinet ad summum sacerdotem, qui est præpositus super omnes sacerdotes, & Isa.22. significatur, ꝙ iste Eliacim esset summus sacerdos. Tertiò patet ex identitate temporis, quia Isaias prænunciauit, quod dictum est de Sobna, & de Eliacim tempore Ezechiæ, & viuente Ezechia, & Isaia factum est hoc. Sed non est omnino verisimile, primò qa motiuum principale istorum ad dicendum de captiuitate Sobnę, & substitutione Eliacim in summo sacerdotio, est, quia ambo missi sunt ad respondendū

A Rabsaci, & volūt ex hoc Hebræi, ꝙ Sobna territus verbis Rabsaces confugerit postea ad regem Assyriorum, & prius conatus fuerit Ezechiæ suadere, vt traderet se in manus Senacherib, quia non posset resistere ei, & quòd totam ciuitatem Ierusalem ꝓdiderit regi Assyriorum antequam recederet, & relictum est solum templum cum arce. s. castro montis Sion. Et hoc non stat, quia tunc sequeretur, ꝙ iste Sobna, qui iuit cū Eliacim, esset summus sacerdos, & tamen hic dicitur, ꝙ Sobna erat scriba. Secūdò non stat, quia hoc modo debuisset Eliacim non esse tunc summus sacerdos, quia substituendus erat post recessum Sobnæ, & tamen vocatur hic præpositus domus, quando adhuc Sobna erat in Ierusalem:

B ergo non fuit ille Sobna, qui priuatus est summo sacerdotio per recessū m: nec iste fuit Eliacim, q̄ successit ei. Tertiò patet, quia non vocatur iste Eliacim summus sacerdos, vel præpositus domus Domini, sed solum præpositus domus, & Isa.36. dicit, quòd erat super domum, & tamen hic dicitur de ministris regis, ideo intelligēdum est, ꝙ erat præpositus domus regis, & non summus sacerdos. Quartò patet, qa hic ponūtur noīa officialium regis: nā dicitur, ꝙ missus est Ioas à commentarijs, & Sobna scriba, sed ista sunt duo officia in domo regis, vt patet supra 2.lib.cap.8.& 20.& 1.Paralip. 18. ideo etiā præpositus domus erit aliud officium domus regis, & erit iste super omnes officiales: quia fortè iste erat

C super exercitum regis, sicut inter officiales regis ponitur prior, qui erat super exercitum: nam cum ponuntur officiales Dauid, supra 2.lib ca.8. & 20. & 2. Paralipo.18. Ioab, qui erat princeps exercitus, ponitur primus. Tenendū ergo videtur, quòd iste Eliacim non fuerit sacerdos, sed laicus officialis regis maior in domo sua, & misit istos tres, quia erant præcipui in domo sua, & istud tenet Iosephus 10. Antiquitatum dicens, ꝙ Eliacim erat tutor regni, & vocat eū tutorem regni, quia litera vocat hic præpositum domus, & sic refert ad domum regis, cuius ipse Eliacim curam gerebat tanquam tutor regni. Motiua autem in contrarium modicum inducūt: nam primum de identitate nominis nihil est, quia eodē tē-

D pore multos contingit vocari eodem nomine, & etiā quòd pater vnius vocetur eodē nomine, quo pater alterius. Secundum motiuum de identitate temporis nō cogit: quia isto tēpore erant isti duo. s. Sobna, & Eliacim, cum essent alij duo eorundē nominum, in quibus istud verificaretur, de quo magis declarabitur Isa. 22. Tertium motiuum non probat, quia licet dicatur Eliacim ꝓpositus domus, non intelligitur de domo Domini, sed de domo regis, vt declaratum est. *An speras in baculo arundineo, atque cōfracto Aegypto*. Ponit hic Rabsaces omnia illa, quæ poterat mouere Ezechiam, & vult dissuadere ei pugnam cum rege Assyriorum: quia Ezechias erat viribus impar regi Assyriorum, & stultū erat, ꝙ vel-

E let resistere ei, nisi haberet aliquam magnam spem extra vires suas, & omnem talem spem vult excludere Rabsaces, vt videat Ezechias, ꝙ non expedit ei pugnare contra regem Assyriorum. Et primo ponit de rege Aegypti, in quo poterat Ezechias habere fiduciam, & hoc propter duo. Primò propter vicinitatem, quia termini Aegypti, & terræ Iuda ex quadam parte coniuncti sunt: nam fluuius Aegypti ponitur terminus terræ Israel: Gen.15.& Iosue 13.& propter vicinitatem isti reges adiuuabant se. Secundum erat, quia aliàs consueuerant esse isti reges amici, & fœderati: sic enim patet de Oseę rege Israel, qui fuit tempore Ezechiæ: nam ille solicitauit regem Aegypti ad non dādū tributa regi Assyriorum,

riorum,& ille consensit sibi,& propter hoc rex Assyriorum pugnauit contra regem Aegypti,& incarcerauit eum, præcedenti ca. ita putauit nunc Rabsaces,quòd fortè erat fœdus inter Ezechiam, & regē Aegypti, & sperabat Ezechias in adiutorio eius. Voluit autem Rabsaces ostendere,ꝙ per adiutoriū regis Aegypti non poterat Ezechias liberari de manu regis Assyriorum,& hoc,quia adiutorium regis Aegypti erat debile, & significauit istam debilitatē in duobus. Primò quia vocauit eum baculum arūdineum: arūdo tamen est lignum valde fragile, qđ paruo motu confringitur. Secundò, quia vocauit eum confractum,& arundo cōfracta nullius vigoris est ad resistendum, vel supportandum onus,ita Pharao rex Aegypti paruum potera sustinere labo
G rem, & modicum præstare auxilium. *Super quem si incubuerit homo comminutus ingredietur manum eius, & perforabit eam.* Idest,lignum arūdineum,quia fragile est, si quis incumbit super eum faciliter frāgitur, & intrat per manum eius,& perforat eam,& sic,cum sit fragile ad supportandum onus, est potentissimum ad perforandum manum, & nocendum incumbēti. Ita erat de Pharaone, quia modicum auxiliū poterat præstare eis,qui sperabant in se, & magnū dānum afferre consueuerat. *Sic est Pharao rex Aegypti omnibus,qui confidunt in eo.* Scilicet, modicum præstat, & multum nocet, ideo non est sperandum in illo ad faciendum magnum opus *Quòd si dixeritis mihi:in Domino Deo nostro habemus fiduciam.* Hic excludit Rabsa-
H ces secundum motiuum sperandi, quod poterant habere Hebræi,scilicet,quia sperarent in Domino, dicentes,ꝙ ipse liberaret eos. Et istud excludit Rabsaces tripliciter. Primò excludit dicendo,ꝙ nolet liberare eos,quia prouocauerant eum ad iram, scilicet, quia Ezechias abstulerat omnia altaria eius, & per hoc Deus iratus nolet adiuuare eum. Secundò excludit ostendendo, ꝙ non adiuuaret eos, sed potius adiuuaret regem Assyriorum contra illos,quia ipse miserat regem Assyriorum ad pugnandū contra eos,& hoc demonstrat infra, cùm dicit: nunqđ sine Domini voluntate ascendi ad locum istum, vt demolirer eum? Dominus dixit ad me: ascende ad
I terram hanc,& demolire eam. Tertiò excludit per impotentiam Dei dicens,ꝙ etiam si Deus Hebræorum vellet defendere Ezechiam, non posset: quia sicut ceteri Dij gentium non potuerunt defendere cultores suos de manibus regis Assyriorum,ita nec Deus Hebræorum posset liberare Hebræos de manu eius,& istud tangitur in fine capituli, & sequenti cap. *Nonne iste est,cuius abstulit Ezechias excelsa, & altaria.* Quasi dicat,vos habetis Deum vestrum offensum à vobis,ideo nō adiuuabit vos. Offensionē autem ostendit,quia Ezechias abstulit excelsa,& altaria eius,scilicet,templa, & altaria, & per hoc videbatur diminuisse cultum Dei, & offendisse eum. *Et*
K *præcepit Iudæ,& Ierusalem.* Idest, præcepit habitatorib⁹ Ierusalem,& omnibus de regno Iudæ. *Ante altare hoc adorabitis.* Idest, solum adorabitis ante altare, qđ erat in atrio sacerdotum. Istud fecit Ezechias anno primo regni sui mense primo,quādo purgauit idolatriam de templo Domini, & fecit auferri omnia altaria,vbicūque essent, & manere solum altare holocaustorum,quod erat in templo, & in illo offerri, & coram illo adorari. De hoc 2.Paralipo.29. & iam declaratum est supra.

Quomodo Rabsaces sciebat arguere, quòd Deus non adiuuaret Ezechiam,quia erat contra eum iratus. Q. XXXIIII.

QVAERETVR, quomodo Rabsaces sciebat arguere contra Iudæos,ꝙ nunc,cum esset Deus eorum iratus contra eos non adiuuaret ipsos.

Aliquis dicet,ꝙ iste Rabsaces fuit Hebræus, sicut communiter asseritur à nostris doctoribus, & Hebręis, ideo ex fundamentis Hebræorum sciebat arguere contra eos. Sed istud falsum est, nam potius ex isto argumento suo ostēdetur sequenti quæstione,ꝙ ipse non erat Hebræus, nec fuerat aliquando eruditus in doctrina Hebræorum. Sed dicendum, ꝙ iste Rabsaces,cum esset purè Assyrius,poterat tenere istum modum arguendi contra Hebræos dupliciter. Primò,quia gentes, quæ sunt aliqualiter vicinæ cognoscunt conditiones aliarum, licet nō plenè,& ex tali cognitione possunt facere quædam argumenta vniuersalia. Sic erat in Assyrijs, qui non multum distabant à terra Israel,& poterant cognoscere aliquid de conditionibus Hebræorum. Et dato,ꝙ distarent, poterant cognoscere hoc à dicentibus. Sic enim patet de Achior principe filiorū Ammon,qui erat in exercitu holofernis, quando volebat pugnare contra Hebręos. Nam cū quæreretur de conditione Hebræorum respondit Achior:quotiescunque præter ipsum Deum suum alterum coluerunt Hebræi,dati sunt in prædam, & in gladiū: quotienscunque verò pęnituerūt se recessisse à cultura Dei sui,dedit eis Deus cęli virtutem resistendi, vt patet Iudic. 5. Secundò poterat hoc cognoscere Rabsaces ex modo communi Deorum gentium: nam putabant Syri Deum Israel esse sicut vnum de Dijs gentium, & illi quando irascebantur cōtra cultores suos non solum non adiuuabant eos, sed etiā nocebant ipsis. Sic enim extimabant,ꝙ Diana offensa à cultoribus suis,misit aprum in terra Calidonię, qui vastabat totam terrā, vt ait Ouidius nono Metamorphoseos. Sic etiam Assyrij ducti in terrā Samariæ putauerunt se percuti à Leonibus, quia nesciebant cæremonias Dei terræ illius, & sic credebant,ꝙ ille erat vnus Deus particularis, sicut alij dij gentium,& tamen putabant,ꝙ posset mittere contra eos Leones. Patet,quia non vocauerunt eū Deū absolutè,sed Deum terræ illius: præcedenti cap sic autem erat apud omnes alios gentiles, qui aliquando putabant sibi Deos propitios, & aliquando iratos, sicut apparet ex modo loquendi poetarum, & ex historijs gentium, & sic nūc iste Rabsaces potuit arguere contra Hebræos.

Argumentum Rabsaces, an esset bonum. Q. XXXV.

QVAERETVR vlterius, an benè arguebat Rabsaces,& quare sic arguebat. Dicendum, quòd malè arguebat,quia potius per contrarium teneret ratio sua Nam dixit,ꝙ quia Ezechias abstulerat omnia excelsa,& altaria,& iusserat subditis suis,quòd offerrent in vnico altari, Deus erat offensus, & tamen istud falsum erat: quia potius per hoc Deus adiuuaret Ezechias,quia Deus detestabatur multa altaria. Et argumentum istud erat malū in duobus. Primò,quia inter ista multa altaria,quę abstulit Ezechias,erant aliqua altaria idolorum,immo plurima,quibus manentibus Deus irasceretur, & ablatis illis de terra placaretur. Secundò deficiebat argumentum,quia dato, quòd omnia ista altaria essent pro cultu Dei: tamen Deus detestabatur altaria in multis locis,& iusserat in vnico sibi offerri: Leui. 17.& Deut. 12. ex hoc autem apparet,quòd iste Rabsaces non erat Hebræus, quia aliàs non fecisset argumenta tam ridicula:quia in illo condemnabat Hebræos, in quo laudandi erant, & ipsi sciebant se firmam spem habere in illo, in quo Rabsaces ponebat desperationem. Secundò patet, quòd Rabsaces

Rabsaces non erat Hebræus, quia ipse omisit argumentum fortissimum, quod fieri poterat cõtra Hebræos ad hoc, ꝙ non sperarent in Domino, scilicet, quòd quanquam ipsi nunc boni essent: tamen propter peccata Achaz, & regum præcedentiũ Deus volebat tradere vrbem in manus regis Assyriorũ. Et hoc patet ex regula communi Dei Hebręorum, scilicet, quia ipse puniebat peccata patrum in filios vsque in tertiã, & quartam generationẽ. Exo. 34. & Num. 14 Ideo nũc puniret pro Achaz, vel propter bonitatem eorum nõ parceret infra 22. & 23. cum Deus dixit, ꝙ ẽt si Iosias bonus esset, nihilominus ciuitas traderetur in captiuitatẽ propter peccata Manasse, & aliorum regum præcedentiũ: & tñ istud argumentum, qđ commune erat, non fecit Rabsaces, ergo nõ erat Hebręus, quia ipse arguebat efficacius, quam poterat. Ad secundum dicendum, ꝙ Rabsaces erat gentilis, & credebat Deũ Hebræorũ esse, sicut vnũ de alijs Dijs gentilibus, & tamen apud alios Deos gentiles hoc erat cõmune, ꝙ quanto plura altaria fierent alicui Deo, tãto erat magis honoratus, & tanto efficacius cultores sui putabant eũ sibi placare, & è contrario, quando destruerentur altaria, in quibus aliquis Deus coli consueuerat, videbatur offendi, quia diminuebatur cultus suus. Ita aũt erat nunc, quia Ezechias abstulerat omnia altaria de terra præter vnum, & iusserat, ꝙ in eo immolarẽt oẽs, ideo credebat Rabsaces se fortissimè arguere cõtra Hebræos, ꝙ haberent Deum offensum ꝑ oblationem altarium. *Nunc igitur transite ad Dominum meum.* Hic ponit Rabsaces exclusionem alterius spei, quia fortè poterant Hebræi confidere in se ipsis, ꝙ possent pugnare contra regem Assyriorum, & istã confidentiam ostendit Rabsaces esse vanam: quia non habebat Ezechias aliquam copiam gentis, cũ qua pugnaret contra regem Assyriorum, & de hoc dicit: Nunc igitur transite ad Dñm meum regẽ Assyriorum, & dabo vobis duo millia equorum i. exeatis ad campum contra Dñm meum regem Assyriorum, & dabo vobis duo millia equorum ad experiẽdum, an possitis habere ascensores pro illis. *Et videte, an habere valeatis ascensores eorum.* Idest, videbitis, ꝙ non poteritis habere duo millia ascensores equorum in toto populo vestro: sic dicitur Isa. 36. dabo tibi duo millia equorum, nec poteris ex te præbere ascensores eorum. Hoc ponitur, ꝙ in tanta paucitate nõ solum non habebant equos, in quibus pugnarent, sed etiam non haberent ascensores pro equis, si darentur eis duo millia equorum.

An esset tanta paucitas virorum in regno Iuda, quòd non posset habere duo millia viros, q ascẽderẽt equos. Q. XXXVI.

QVAERETVR, quomodo erat tanta paucitas virorum in regno Iuda, ꝙ nõ posset Ezechias habere duo millia virorum ad ascendendum super equos, si darentur eis. Rñdendum, ꝙ non loquebatur Rabsaces de oĩbus viris regni Ezechiæ, sed solũ de illis, qui erant in Ierusalem: quia alia loca regni erant pro maiori parte capta à rege Assyriorum, & illa, quæ non erant capta, erant clausa timore regis Assyriorum, & non poterant venire in auxiliũ Ezechiæ, nisi illi, qui erant iam in Ierusalem. Et dato, ꝙ aliqui venirent, non posset aperiri eis, quia obsidebatur ciuitas, & sic de istis, qui intus erant solũ intelligendum est. Sed adhuc diceretur, ꝙ istud non est veri simile. s. ꝙ in Ierusalem non essent plusquam duo millia virorum: quia erat ciuitas magna, & de solis habitatoribus eius essent plusquã decem millia. Dicendũ, ꝙ non intelligitur hoc, ꝙ non hr̃et Ezechias duo millia virorũ, in oĩbus, quos habebat, sed

A ꝙ non hr̃et duo millia virorũ eruditorũ ad pugnã, q̃ possent armati in eq̃s pugnare. Et fortè hoc verũ erat: quia dato, ꝙ haberet Ezechias decẽ millia virorum in Ierusalem, fortè duo millia de illis nõ essent eruditi ad bellum equestre. Vel potest dici, ꝙ Rabsaces falsum dicebat, q̃a Ezechias hẽbat plusq̃ duo millia, & tñ dicebat hoc ad significandũ paucitatem. *Et quomodo poteſtis resistere ante vnum satrapam de seruis Domini mei minimis.* q. d. cũ vos non habeatis duo millia virorum, qui sciant equitãdo pugnare nõ solum contra Dñm meum regem Assyriorum nõ poteritis pugnare, sed ẽt nõ poteritis resistere ante vnũ Satrapam de minimis, quos habet Dñs meus. Satrapa significat principem, vel potentem virum, & vocantur satrapę regis Assyriorum principes exercitus sui, sub quorum quolibet erat certa pars exerci-

B tus constituta, & aliquando vocãtur satrapę reges. Sic patet de principibus terræ Philisthinorum, qui vocantur quinque reges, Iosue 13. & vocantur q̃nque satrapę, supra 1. lib. c. 6. Et aliquando accipitur satrapa pro iudice: sic patet Isa. 36 Nam vbi dicitur hic: quomodo potestis resistere ante vnum satrapã dicitur ibi: & q̃uo sustinebis faciem iudicis vnius loci ex seruis Dñi mei. Quomodocunque tñ accipiatur semper significat satrapa habentem potestatem magnã, siue sit iudex habens multos sub se, siue sit princeps exercitus: Gloriabatur autem Rabsaces de potestate magna satraparum: quia etiam ipse Sena-

C cherib dicebat satrapas suos esse, sicut reges, vt patet Isa. 10. s. Dicet. n. nunquid non principes mei simul, & reges sunt? q. d. non solum sunt principes, sed ẽt reges sunt in magnitudine potestatis. *An fiduciam habens in Aegypto propter currus, & equites.* Confirmat hic Rabsaces rõnem suam, vel potius respondet ad id, quod sibi obijci poterat. Nam qñ ipse dixit, ꝙ serui Ezechiæ non haberent duo millia virorum ad ascẽdendum super equos, etiam si darentur eis equi: põterant dicere Hebręi, ꝙ dato, ꝙ ipsi pauci essent, & haberent paucos equos: tñ confidebant in Aegypto, vbi erat multitudo equorum, & curruum, & inde poterat venire auxilium eis contra regẽ Assyriorũ. Dicitur autẽ de equitibus, & curribus Aegy-

D pti. quia ibi abundabant equi. & currus. Nam Salomon de terra illa faciebat sibi duci equos, vt patet præcedenti lib. c. 10. Etiam ab antiquo quãdo Israelitæ egressi sunt de Aegypto, cùm esset adhuc seculũ rude, & non vacarent homines multitudini exercitus, sicut postea vacauerunt: erat in Aegypto multitudo curruum: nam Exod. 14. dicitur, ꝙ Pharao quando voluit persequi Hebræos exeũtes de Aegypto, accepit sexcentos currus electos, & quidquid curruum in Aegypto fuit, & accepit simul equites multos. Et Iosephus 2. Antiquitatũ dicit, ꝙ erant quinquaginta millia equitum, congregauit tamen Pharao istã multitudinẽ, quasi subitò, vt persequeretur Hebræos fugientes: ergo valde magna copia

E equorum erat in Aegypto. *Nunquid sine voluntate Domini ascendi ad locũ istum, vt demolirer eum?* Ista litera potest dupliciter introduci, vno modo, ꝙ sit pars p̃cedentis, & est sensus: dato ꝙ speres in Aegypto propter multitudinem equorum, & curruum, & cum illis posses pugnare contra regem Assyriorum: tamen ẽt sic non poteris te defendere, quia Deus misit me ad destruẽdum istum locũ, ideo dato, ꝙ multitudo magna veniat contra me, siue contra Dominum meum nõ poterit nocere, sed necesse est, ꝙ Dominus meus capiat istum locũ, & destruat eum, cũ Deus miserit ipsum ad destruendum eum, & voluntas Dei non põt impediri per hominẽ. Alio modo potest intelligi ista litera, ꝙ non sit pars sententiæ

superio-

superioris, sed sit per se, & tunc est vna ratio per se introducta. s. Deus tuus non liberabit te de manu mea, quia ego non venio huc contra voluntatem Dei, sed potius de mandato eius, quia ipse misit me ad destruendum locum istum. Et tunc sententia superior est imperfecta. s. an fiduciam habes in Aegypto pp currus, & equites? q. d. non habes iustè fiduciam in Aegypto: qa dato, ꝙ ibi sint multi currus, & equités, nō poteris, cum illis resistere Dño meo: quia qui confidit in adiutorio regis Aegypti, est sicut, qui incumbit super baculum arundineum fractum, vt dictum est. *Dominus dixit mihi: ascende ad terrã hanc, & demolire eam.* Loquitur Rabsaces in persona Senacherib s. ꝙ Deus locutus fuerit ad Senacherib, ꝙ veniret ad destruendum locum istum.

Quem Deum intelligebat Rabsaces misisse Senacherib contra regem Iuda. Quæst. XXXVII.

QVAERETVR, de quo Deo intelligebat nũc Rabsaces. Respondendum, ꝙ intelligebat de Deo Hebræorum: quia aliàs non curarẽt Hebręi de dicto eius, quia ipsi non timerent Deos Gentium, siue malum, siue bonum dicerent, sed solum Deum suum. Etiã diceret hoc Rabsaces, quia erat opinio Gentilium, ꝙ Dij habebant ptãtes diuisas & quidam habebant super quasdam gẽtes, & loca: alij verò super alias, & quilibet poterat in terra sua, & in cultoribus suis, & non in cultoribus alterius Dei, nec in territorio eius: sic.n. dixerunt Syri ad Benadad Dñm suum, quando victi sunt ab Hebræis in montibus, scilicet: Dij montium sunt Dij eorum, ideo superauerunt nos: præcedenti lib. cap. 20. De hoc autem declaratum est præcedenti capit. ideo debebat Senacherib dicere se missum fuisse à Deo Hebræorum, & non ab aliquo alio.

Quare Senacherib dixit se missum à Deo. Q. XXXVIII.

QVAERETVR vlterius, quare dicebat Senacherib, se missum fuisse à Deo. Dicendum, ꝙ hoc dixit Senacherib ad obuiandũ responsioni Hebręorum: nam poterant dicere, ꝙ quanquã pugnare vellet contra eos, non præualeret, quia Deus terrę Israel impediret eũ, cum esset in territorio suo: sic enim Syri putauerunt se impeditos ab eo, qñ dixerunt: Dij montiũ sunt dij eorũ, ideo superauerũt nos, præcedenti lib. 20. ad hoc autem dixit Senacherib: Nunquid sine Dñi voluntate ascendi? q. d. nolo agere aliquid in territorio Dei Israel cõtra eius voluntatem, sed potius venio ex voluntate eius cum ipse miserit me: ideo non impediar pugnare contra vos. Aliter potest dici, ꝙ hoc dixit Rabsaces ad cõfirmandum intentionem suam quantum poterat: nã ea, quæ voluntate Dei fiunt, firma sunt: ita nunc cum confirmasset intẽtionẽ suam, quantũ poterat ex magnitudine ptãtis tẽporalis, voluit etiam confirmare auctoritate Dei, dicens se à Deo missum.

Quomodo dicebat se missum à Deo. Q. XXXIX.

QVAERETVR de secundo, quomodo dicebat Rabsaces regem Assyriorum missum à Deo cõtra Ierusalem. Aliquis dicet, ꝙ hoc dicebat, qa sciebat Rabsaces prophetiam Isaiæ, in qua habetur, ꝙ Deus miserit regem Assyriorum contra Hebręos. Isa. 10. s. Vę Assur virga furoris mei, & baculus, ipse, in manu eorũ indignatio mea, ad gentẽ fallacem mittam eum. Quod autem Rabsaces posset scire prophetiam istam, patet: quia vt quidam volunt

F erat filius Isaiæ, & sciret prophetias patris sui. Vel, vt alij volunt, erat Hebræus, & quocunq; modo poterat hoc scire. Sed istud non stat propter duo. Primò, quia Rabsaces non erat filius Isaiæ, nec ẽt erat aliquis de Hebræis, vt probatum est sup. ex argumẽtis, quæ faciebat contra hebræos. Secundò patet, qa si Rabsaces sciuisset prophetiam Isaię, potius tacuisset illã, qa in fine eius dicitur de occisione exercitus regis Assyriorum. s. subtus gloriam eius succẽsa ardebit quasi combustio ignis: Isa. 10. vbi ponitur ꝓphetia de missione regis Assyriorum contra Ierusalem, quę ẽt habet̃ Isa. 7. ideo si Rabsaces sciuisset istã esse prophetiam, aut cognouisset, & credidisset eam esse veram, aut putasset esse falsam. Si credidisset veram

G esse, dissuasisset regi Assyriorum pugnare contra Ierusalem, sicut Achior princeps filiorum Ammon dixit Holoferni Domino suo volenti pugnare cõtra Hebręos, ꝙ ꝑquireret, an aliqua iniquitas esset in Hebręis contra Deum suum, & tunc ascenderẽt contra eos. Si autem non esset aliqua offensio corã Dño illorum, non posset Holofernes pugnare contra illos: Iud. 5. Si autem non crederet Rabsaces veram esse prophetiã, non dissuaderet regi Assyriorũ ascendere ꝯ Ierusalem: & tñ saltem non allegasset contra Hebręos ꝓpheriã Isaię, quã illi verã esse credebant, & ꝑ eã potius repugnabatur intẽtioni Rabsacis, quã adiuuaret: non ergo sciebat Rabsaces ꝓphetiã istam. Sed dicendũ, ꝙ falsum erat, ꝙ rex As-

H syriorũ sciret se missum à Deo ꝯtra Ierusalem: allegauit tñ se missum à Deo ad terrendũ Hebręos. Allegauit autẽ hoc tanquã verisimile, licet non eẽt verisimile, nec Hebræi haberent hoc tanq̃ verisimile, quia Deus Hebręorum erat verus Deus, qui oderat immunditias gentilium, & non loquebatur eis, sed solum prophetis Hebræorum: nisi quis velit inducere id, qđ quasi semel solum inuentũ est. s. ꝙ Deus loqueretur ad Balaam, qui non erat Iudæus: Numeri 22. & 23. & 24. Rabsaces tamẽ putauit, ꝙ istud Hebræi possent credere tanq̃ verisimile: quia aliàs non proposuisset coram illis, vt irrideretur, motiuũ aũt suum erat: quia putabant Deũ Hebræorum esse, sicut vnũ de dis gentilibus: dij tamen gentiles dabãt

I responsa omnibus, etiam si non essent minores sui, sicut patet de Apolline in insula Delphos, qui omnibus ad se venientibus respondebant, & ita verisimile erat, aut saltem probabile, ꝙ Deus Hebræorũ loqueretur regi Assyriorum: ipse tamen Rabsaces fingebat tot mendacia, quot poterat, vt terreret Hebræos, dum tamen illa essent verisimilia.

Dixerũt autem. Hic ponitur secundum huius partis. s. petitio nunciorum Ezechiæ: nam petiuerunt à Rabsace, ꝙ non loqueretur eis Hebraicè, & dicit. *Dixerunt autem Eliacim filius Helcię, & Sobna, & Ioahe Rabsaci.* Isti tres locuti sunt ad Rabsacen, quia isti tres erant principes eorũ, quos misit Ezechias ad rñdendum Rabsaci. *Precamur, vt loquaris nobis seruis tuis Syriacè.*

K Isti tres vocauerũt se seruos Rabsacis, qđ est contra cõditionẽ hostiũ q̃diu manent in hostilitate: qa non se honorant, sed potius vituperant se: & tamẽ dixerunt hoc isti tres, vt per humiliationẽ suã flecterent Rabsacen ad id, quod ipsi volebant. s. vt loquerẽt Syriacè. *Si quidem intelligimus hanc linguam.* q. d. tu loqueris nobis hebraicè: quia fortè putas, ꝙ non intelligamus linguam Syrorũ: intelligimus tamen eam, ideo loquere nobis illa. *Et non loquaris nobis iudaicè audiente populo, qui est super murum.* Erat enim Rabsaces propinquus muro, ita vt possent audire eum viri Ierusalem, qui erant super murum: ideo vt non intelligerent linguam eius Hebræi petiuerunt isti, vt loqueretur Siriacè.

Quare

Quare nuncii Ezechiæ petiuerunt à Rabsace, vt loqueretur Syriacè potius, quàm Assyriacè. Quæst. X L.

QVAERETVR, quomodo petiuerũt isti nuncij Ezechiæ à Rabsace, vt loqueretur Syriacè, quia potius debuissent petere, ꝙ loqueretur Assyriacè: nam Rabsaces Assyrius erat. Aliquis dicet, ꝙ fortè petiuerunt hoc: quia ipsi non intelligebant linguam Assyriacam, sed bene linguam Syriacam. Potest autem dici vno modo, quòd lingua Syrorum, & Assyriorum eadem est. Nam licet Syri, & Assyrij sint duæ gentes, possent habere idẽ idioma: & tunc idem erat, quod loqueretur Syriacè, vel Assyriacè. Aliter potest dici, ꝙ isti Israelitæ sciebãt Rabsacem esse peritum in multis linguis, quarum vna erat lingua Syrorum: ipsi verò solum sciebant linguam Hebræam, & Syriacam: ideo petiuerunt ꝙ loqueretur Rabsaces Syriacè. Alij dicũt aliter. s. ꝙ Rabsaces erat natione Syrus, & sciebat illã linguam, & hebræã, & nesciebat linguã Assyriorum: ideo petiuerunt, vt loquerẽt Syriacè. Sed ista positio nõ est verisimilis, q̃a Senacherib rex Assyriorum erat Assyrius: nõ est ergo verisimile ꝙ Rabsaces, q̃ erat familiaris eius valdè, & dilectus nimiũ nesciret linguã Assyriorũ: q̃a tunc oporteret, ꝙ semper haberet interpretẽ ad loquendũ cum Senacherib: nõ possunt tamẽ tales homines diligi nimiũ, vel haberi in magna familiaritate, quãdo nõ se intelligũt, quia actus potissimus amicorũ est conuiuere: & istud est mẽte, & verbo participare, vt patet 9. Etichorũ. Itẽ non est verisimile, q̃a Rabsaces sciebat linguã hebraicã, quę erat quasi impertinens ad eũ: ideo à fortiori sciret linguã Assyriacam, eo ꝙ ipse erat semper in regno Assyriorum, & Dominus suus Senacherib erat Assyrius. Dicendũ ergo, sicut prius, quòd lingua Syrorum, & Assyriorum erat eadẽ, licet essent duæ gentes, ideo petendo ꝙ loquerẽt Syriacè, petebant ꝙ loquerẽt Assyriacè.

Cur isti petierunt, ne Rabsaces loqueretur Hebraicè. Q. X L I.

QVAERETVR vlterius, quare petebant isti, ꝙ non loquerẽt Rabsaces in Hebræo. Respondendũ ꝙ propter populũ, qui audiebat super murũ, erat hoc: sic enim dixerũt: nõ loquaris nobis Iudaicè audiẽte populo, qui est super murũ. Populus aũt nõ intelligebat nisi linguã hebraicam: ideo si loqueretur Syriacè, nõ intelligeret. Causa autẽ huius erat duplex. Prima erat, quia Rabsaces incipiebat dicere aliqua contra Deũ, & credebãt, ꝙ vltra procederet ad blasfemias, sicut postea fecit dicens, ꝙ Deus suus nõ poterat liberare eos de manu regis Assyriorũ. inf. in litera. & si popul⁹ audiret verba ista, nõ posset cõtinere irã, & fortè mitteret sagittas contra Rabsacẽ ad vltionẽ iniuriæ diuinæ: & hoc esset scãdalũ, quia prouocarentur magis hostes, vel saltem populus responderet aliqua uerba amara Rabsacis, & eodem modo essent scandalosa: vnde propter hoc rex iusserat, ꝙ populus nihil responderet Rabsaci, etiam si malè loqueretur. inf. in litera isti tamen tres viri putauerunt, ꝙ tã amara uerba posset loqui Rabsaces, ꝙ populus nullo modo posset cõtinere iram, & contra regis interdictũ responderet: voluerunt ergo, ꝙ loqueretur Syriacè, vt populus nõ intelligeret, & cõsequẽter non haberet occasionẽ respondendi. Secũdũ, & principale fuit, q̃a Rabsaces loquebatur verba durissima, per quæ poterat incutere magnũ terrorẽ populo audiẽti, & dissoluerẽt manus eius, & cõsternarẽt corde, ita vt non possent resistere regi Assyriorũ. Ita dixerunt Hebræi contra Ieremiã prophetantẽ, ꝙ vrbs traderetur in manus Chaldæorũ roga-
A mus, vt occidatur homo iste: de industria enim dissoluit manus virorũ bellantium, qui remanserũt in ciuitate hac: Ier. 38. hoc autem valde timebant isti tres viri, ideo orauerunt, vt non loquerẽt Rabsaces Hebraicè, vt populus non intelligeret verba eius dura, & non commoueretur ad dissolutionem cordis. Hoc autẽ intelligens Rabsaces voluit potius loqui Hebraicè, & locutus est uoce maiori, vt totus populus audiret. *Respondítque eis.* Hic ponitur tertium huius patris. s. Rabsacis denegatio, quia non concessit hebræis, qđ petebant. s. vt ipse loqueretur Syriacè, et dicitur. *Respondítque eis Rabsaces dicens: nunquid ad Dominum, & ad te misit me Dominus meus, vt loquerer sermones hos?* Quasi dicat, non faciam quod petis: quia si Do-
B minus meus misisset me solum ad Dominum tuũ, idest, ad Ezechiam, vel ad te solum, loquerer Syriacè, vel quomodocunq; tu intelligeres: & tamen nõ missus sum solum ad uos, sed potius ad populũ. Loquebatur Rabsaces singulariter, quia solum dirigebat verba sua ad Eliacim, quia licet tres essent nũcij principales Ezechiæ. s. Eliacim, Sobna, Iohæ, tamen vnus istorũ loquebãt. s. Eliacim, & ad eũ solum se referebat Rabsaces. Sic etiã fuit de Rabsace: nã Senacherib misit duos principales nuncios. s. Tharthã, & Rabsacem, sup. in litera: & tamen nuncij Ezechię solũ loquebantur ad Rabsacem, quia ille solus loquebatur ex parte regis Assyriorũ. *Et non potius ad viros, qui sedent super murum.* Q. d. potius missus sum ad viros
C istos, quã ad te, uel Dominum tuum Ezechiã: & verum erat, quia si illi conuerterentur ad regem Assyriorũ, etiam si Ezechias nolet, traderetur ciuitas Assyrijs. Et dicitur ad uiros, qui sedent super murũ, q̃a ciuitas Ierusalem custodiebatur, & erant dispositi custodes per omnes partes muri, ne per aliquam partem hostes irrumperent. *Vt comedant stercora sua, & bibant vrinam suam vobiscum.* Dixit hoc ad terrorem populi, ut uellet se tradere in manus Assyriorum, scilicet, si vultis resistere regi Assyriorum, tãdiu obsidebit urbẽ, quousq; prę magnitudine famis cogantur uiri, qui sunt super murum, comedere stercora sua, & præ magnitudine sitis cogantur bibere vrinã suam: ista enim eueniunt in obsidione diuturna, ubi
D iam præ fame nihil nisi mors manet. Sic enim factum est in Samaria, cum obsideret eam Benadad rex Syriæ: nam uendebatur stercus columbarum ad comedendum in magno precio, ut patet. sup. cap. 6. Comedebant etiam filios suos præ angustia famis, ut patet ibidem de duabus mulieribus, quæ contendebant coram rege. Sic autẽ futurum dicebat Rabsaces, ut propter istam calamitatem futuram nolet populus resistere regi Assyriorũ. Et dicitur ꝙ comedant stercora sua uobiscum. q d. uos incitatis eos ad hoc, & uultis pati ista mala, & ipsi nolunt: ea tamen propter uos patientur. Dicitur Isa. 36. ut bibant urinam pedum suorum, ubi dicitur hic: ut bibant urinam suam: & uocatur urina pedum suorum. i. quæ
E cadit ad pedes suos. *Stetit itaque Rabsaces.* Idest, posuit se contra murum, ut melius possent audire eum uiri, qui erant ibi. *Et clamauit voce magna Iudaicè.* Clamauit iudaicè, ut possent eum intelligere omnes, qui erant super murum: nam quãto nuncij Ezechiæ uolebant uerba Rabsacis esse incognita populo, tanto magis Rabsaces uolebat illa ab omnib⁹ audiri, ideo clamauit uoce magna, & ait. *Audite verba regis magni, regis Assyriorum.* Vocauit eum regem magnum per excellentiam: quia ipse tenebat quasi totam monarchiam orientis in Asia, & non erat tunc in toto orbe aliquis rex tam potens. *Hæc dicit rex, non vos seducat Ezechias.* Innuebat Rabsaces, quòd potestas tradendi urbem non erat in Ezechia, sed in populo: &

tamen quòd Ezechias vellet, quòd non traderetur, & ad hoc exhortabatur populum: Rabsaces autem significauit ꝙ Ezechias falleret populum dicens, ꝙ non traderentur in manus Assyriorum, & ꝙ non præualeret contra eos Senacherib, sed ꝙ conarentur resistere. Rabsaces autem dixit, ꝙ ista erat deceptio, & ꝙ populus traderetur in manus Assyriorū: ideo melius erat, ꝙ sine bello se traderent, quā ꝙ pugnarent. *Non enim poterit vos eruere de manu mea.* Quasi dicat, licet Ezechias ad suadendum vobis resistere dicat, ꝙ poterit vos liberare, tamen nō poterit: ideo melius est, ꝙ non incipiatis pugnam. *Neque fiduciam vobis tribuat super Domino dicens eruens liberabit vos.* Hoc dicit Rabsaces, quia Hebræi confidebant magis in Deo suo, quàm aliæ gentes in dijs suis: ideo fortè Ezechias diceret Hebræis, ꝙ quanquam ipsi essent impotentes ad resistendum Assyrijs: tamen Deus pugnaret pro illis, sicut Moyses dixit Israelitis in mari rubro: Dominus pugnabit pro uobis, & uos tacebitis, idest, quanquam vos nihil agatis, Dominus liberabit uos: Exod. 14. hanc autem fiduciam uolebat auferre Rabsaces Hebræis dicens, quòd Deus suus non posset liberare eos. *Et non tradetur ciuitas hæc in manu regis Assyriorum.* Idest, dicet vobis Ezechias ciuitas ista nō tradetur in manus regis Assyriorum: quia Deus liberabit eam, eo quòd ibi est templum eius. *Nolite audire Ezechiam.* Idest, non audiatis verba eius, nec credatis sibi, quia non rectè uobis cōsulit. *Hæc enim dicit rex Assyriorum: facite mecum, quod uobis utile est.* Idest, componatis mecum pactum, quod sit ad vtilitatem vestram: & istud erat, quòd Senacherib non noceret Hebræis nunc, sed permitteret eos in terra sua in pace, dum pugnabat contra alias gētes, & tunc transferret eos in terram Assyriorum, quæ esset sicut terra, in qua nunc morabantur: In Hebræo dicitur. *Facite mecum benedictionem.* Idest, facite mecum qđ bonum est vobis, quia benedictio à bono dicitur, & vt clarius diceretur, litera nostra dixit: facite mecum quod vobis vtile est: & tamen Isa. 36. vbi ponitur ista historia, dicitur: facite mecum benedictionem, sicut in Hebræo. *Et egredimini ad me.* Scilicet, egredimini ad recipiendum me in Dominum, & tradite mihi vrbem in pace, nec maneatis in hac obsidione non quidem, ꝙ egrederentur nunc Hebræi ad hoc, ꝙ transirent in Assyrios, quia Senacherib dicebat, ꝙ vnusquisque comederet nunc de vinea sua, & ficu sua donec veniret, & transferret eos, sed solum debebant egredi ad recipiendum in pace tanquam Dominum, & vt ipse posset accipere possessionem ciuitatis. *Et comedere unusquisque de uinea sua, & de ficu sua.* Idest, si hoc facitis permittam uos viuere in pace, ita vt possit quilibet comedere de vinea sua, & ficu sua: nam nunc, cùm essent in obsidione non poterat aliquis comedere de vinea sua, & ficu, sed hostes comedebant ista, & vastabant, cùm essent extra vrbem: & ponitur iste modus loquendi ad significandum pacem: sic patet præcedenti. li. c. 4. scilicet, & habebat Salomon pacem ex omni parte in circuitu, habitabatque Iuda, & Israel absque vllo timore vnusquisq; sub uite sua, & sub ficu sua. In hebræo dicitur. *Comedite ficum, & vineam.* Et tamen quia modus iste loquendi est grossus, quia non comeditur ficulena, nec vinea. Dixit litera nostra de ficu, & de vinea lepidius, & significantius Isaiæ tamen. 36. vbi ponitur hæc historia dicitur: Comedite vnusquisque vineam suam, & vnusquisque ficum suam: sicut est in Hebræo. *Et bibetis aquam de cisternis vestris.* Dicitur hoc, quia in terra rara sunt flumina, & fontes, sed aquæ pluuiales colliguntur in cisternis, & de eis bibitur. *Donec veniam, & transferam vos.* Pugnabat

F nunc Senacherib contra multas gentes, & nolebat ire vsque ad aliquantum tempus ad terram Assyriorum, & interim volebat quòd comederent isti in pace de rebus suis: & ut non possent rebellare, uolebat tenere omnia fortalitia terræ, scilicet, ponendo custodes in illis, & ad hoc dixit viris Ierusalem: egredimini ad me, scilicet, vt uobis egressis, ego possim pacificè accipere possessionem omnium fortalitiorum vestrorum. *In terram, quæ similis terræ vestræ est.* Dicunt enim aliqui, quòd terra Medorum est similis terræ Chanaan, tam in situ, scilicet, quia qualiter declinat ad septētrionem, & ad meridiem, sicut terra Chanaam. Ex quo sequitur, quòd erit eiusdem complexionis in calore, & frigore. Etiam dicunt,

G quòd similis est illi quantum ad terræ nascētia. Hoc tamen non multum videtur verum, vt patet ex assignatione terræ Assyriorum & medorum: & tamē dicebat istud Rabsaces ad hoc, quòd non videretur tam molestum hebræis recedere de terra sua, quia ibant in quandam terram similem terræ suæ: & sic non videbantur mutare locum. *In terram fructiferam.* Idest, in terrā pinguem, quę nimis germinat in quocunq; genere terræ nascentiū, & dicitur hoc ad differētiam quarundam terrarum, in quibus licet sint multa genera terræ nascentium: & tamen in quolibet eorum modicum producunt. *Et fertilem vini terram panis, & vinearum terram oliuarum, & olei, ac mellis.* Nominauit ista Rabsaces, quia ista sunt communiora, & magis necessaria ad humanam sustentationem: & si ista sufficienter sunt in aliqua terra, illa est

H conueniens ad habitationem humanam. *Et viuetis, & non moriemini.* Idest, si istud feceritis, uiuetis, & non moriemini: quasi dicat, si nō vultis egredi ad me, & recipere me in Dominum tam diuturna obsidione, affligam vos, quòd omnes moriemini fame, & tunc nec proderit vobis ista terra, nec alia, si autem egredimini ad me, transferam uos ad terram meam, & uiuetis ibi, & non moriemini, scilicet, quia quandiu hic manseritis, ego non affligam vos obsidione, & quando fueritis in terra mea nullus vos conturbabit. *Nolite audire Ezechiam, qui vos decipit, dicens: Dominus liberabit nos.* Idest, non credatis ei, quia decipit vos, dicens: Dominus liberabit nos; quia non poterit vos

I liberare. In hoc innuit, quòd populus vellet tradi in manus regis Assyriorum, & Ezechias impediret dando eis spem in Domino. *Nunquid liberauerunt dii gentium terram suam de manu regis Assyriorum.* Ista ratio non est distincta à superioribus, quia tunc repugnaret illis: nam supra dixerat Rabsaces, quòd Deus miserat regem Assyriorum ad terram istam: quomodo ergo nūc diceret, quòd non posset liberare Deus Hebræorum ipsos de manu regis Assyriorum: debet ergo introduci ista ratio cum quadam modificatione, scilicet, Deus vester nolet uos liberare de manu regis Assyriorum, cum ipse potius miserit illum

K ad delendum locum istum: & tamen dato ꝙ uellet Deus Israel liberare cultores suos de manu regis Assyriorum, non posset: & ad hoc inducit probationem s. quia alij dij gentium nō potuerunt liberare cultores suos de manu regis Assyriorum, ita nō posset nunc liberare eos Deus suus. Et dicitur: nunquid liberauerunt dij gentium terram suam. s. quia quilibet Deus secundū opinionem gentiliū habebat aliquam partem terræ sibi assignatam, super quā non habebat potestatem alij dij, sicut declaratum est præcedenti. c. & tamen istas terras nō potuerunt liberare de manu regis Assyriorū, & accipitur hic rex Assyriorū nō pro solo Senacherib, qui nūc regnabat, sed pro omnibus regibus præcedētibus, qui acquisiuerant aliquid de regnis aliarum gentiū, sic accipitur

tur sequenti.c. scilicet, tu ipse audisti, quæ fecerunt reges Assyriorum vniuersis terris, quomodo vastauerunt eas. *Vbi est Deus Emath, & Arphad*. Quasi dicat, isti dij non potuerunt defendere cultores suos de manibus Assyriorum: nam iam terræ istorum possidebantur ab Assyrijs: est enim Emath quædam regio, quę subiecta fuit Assyrijs, & de illa accepit Salmanasar quasdam gentes ad transferendum in Samariam: præcedenti. c. Arphad est alia regio, cuius etiam habitatores subiecerunt sibi Assyrij: De hoc sequenti.c. & Isa.36. *Vbi est Deus Sepharnaim, Ana, & Aua.* Aliqui putant ista tria esse nomina idolorum, quæ non potuerunt liberare terras suas de manu regis Assyriorum: sed falsum est, quia Sepharnaim est nomen ciuitatis, vt patet sequenti.c. scilicet: vbi est rex ciuitatis Sepharnaim. Patet etiam de Ana, & Aua, quia necesse est dici istas esse ciuitates, vel regiones, quia ibi dicitur: vbi est rex Emath rex Arphad, & rex ciuitatis Sepharuaim Ana, & Aua: rex tamen non est nisi alicuius gentis, vel terræ: ergo Ana, & Aua sunt nomina regionum, vel ciuitatū. Item patet, quia præcedenti.c. dicitur, quòd adduxit rex Assyriorum, gentes de Babylone, & de Chuta, & de Balath, & collocauit eas in vrbibus Samariæ, & vbi nos habemus Halath, in Hebræo dicitur: Aua sicut hic: ergo Aua, vel Ana est nomen gentis vel terræ. Patet etiam 1. Paralipo.5. cum dicitur, ꝙ duæ tribus, & dimidia translatę in Assyrios ductæ sunt in Ala, & Abor, & Ana: ergo est Ana nomen regionis. *Nunquid liberauerunt Samariam de manu mea?* Idest, nunquid dij Samariæ potuerunt liberare eam de manu mea? Quasi dicat, nō: nam Samaritę translati fuerunt in Assyrios, & dicitur de manu mea, idest, de manu prædecessorum meorum: nam non pugnauerat Senacherib contra Samariam, sed Salmanasar: præcedenti.c. Aliqui referunt istud ad literā præcedentem, scilicet, vbi est Deus Emat, & Arphad, & Sepharuaim, & Ana, & Aua, nunquid liberauerunt Samariam de manu mea? Quasi dicat, omnes isti dij simul non potuerunt liberare Samariam de manu mea. Sed non est sic intelligendum, quia illi erant dij aliarum gentium in terra Medorum, & vltra: sed est ista litera decurtata, scilicet, nunquid liberauerunt Samariam de manu mea? idest, nūquid dij Samariæ liberauerunt eam? Quasi dicat, non: sicut Deus Arphad non liberauit ea, & Deus Emath non liberauit ipsam. *Quinam illi sunt in uniuersis diis terrarum, qui eruerunt regionem suam de manu mea.* Q. d. nullus Deus alicuius terræ fuit, qui posset liberare illam de manu mea. Et non est hoc intelligendum de omnibus dijs terrarum: quia tunc innueretur, ꝙ pugnauerat rex Assyriorum contra omnes terras orbis: & tamen falsum est, quia Assyrij solum habebant potestatem suam in Asia, & pugnauerant contra reges Asianos solum, vt colligitur ex his, qui tempora descripserunt, sed intelligitur de gentibus illis, contra quas pugnauerunt reges Assyriorum, scilicet, quia in illis non fuit aliquis Deus, qui liberaret terram suam de manu regis Assyriorum. Vel potest intelligi de istis gentibus, quæ nominatæ sunt: nam in his non fuit aliquis Deus, qui liberaret terram suam de manu regis Assyriorum: & iste sensus habetur Isa. 36. vbi ponuntur ista verba: & dicitur: Quis est ex omnibus dijs terrarum istarum, qui eruerit terram suam de manu mea? & sic non loquebatur de alijs gentibus. *Vt possit eruere Dominus Ierusalem de manu mea.* Quasi dicat, si nullus de dijs aliarum terrarum potuit liberare terram suam de manu mea, etiam non poterit liberare Deus vester Ierusalem.

A *An Senacherib posset inuadere alias terras sine licentia deorum earum, et quomodo dicatur, quòd dii terrarum non eruerant terras suas de manu eius.*

Quæstio X L I I.

QVAERETVR, quomodo dixit Senacherib, ꝙ dij terrarum non eruerant terras suas, de manu eius, quia sicut declaratum est præcedenti.c. positio gentiliū erat, ꝙ cuilibet Deo erat assignata aliqua pars terræ, in qua alij dij non habebant potestatem, & si uellent aliquid operari ibi non, faciebant per se, sed petebant ab illo Deo, cuius erat illa terra, vel pars orbis, sed homines erāt minoris potestatis, quā dij, vt arbitrabant̄ ipsi gentiles: ergo non poterat aliquis homo inuadere terras illas, inuitis dijs ter B rarum illarum secundum positionē gentilium. Aliquis dicet, ꝙ Senacherib occupauit terras multorū deorum, & nullus liberauit terram suam de manu illius: non quidem quasi inuito illo Senacherib hoc faceret, sed quia illi dij concedebant ei potestatē nocendi cultoribus suis propter aliqua mala, quæ fecerant sicut ipsi putabāt, ꝙ Deus terræ Samariæ misit leones cōtra habitatores terræ suæ, quia offendebant eū non seruando cæremonias eius, ita etiam mitteret Deus terræ illius hostes contra cultores suos, vt occiderent eos, sic enim Senacherib dixit, ꝙ Deus terræ Iudæorum misit eum contra Ierusalē ad disperdendum eam, sup. in litera, & Isa.36. sic igitur de omnibus alijs dijs gentium putaret, vel diceret, ꝙ ipsi mittebant eum ad inuadendum terras eo C rum: & sic quanquā illi dij non liberarent cultores suos de manu Senacherib, nō sequebatur, ꝙ ipse esset maioris potestatis, quā illi dij. Sed dicendum, ꝙ hoc non stat: quia Senacherib significat hic, ꝙ non potuerunt liberare terras suas de manu eius: quod patet, quia concludit quinam sunt in vniuersis dijs terrarum, qui eruerint regionem suam de manu mea, vt possit eruere Dominus Ierusalem de manu mea: ergo non dicebat, ꝙ non volebāt liberare, sed ꝙ nō poterant: & sic volebat Senacherib se esse maiorem dijs. Dicendum ergo, ꝙ ista erat positio Gentilium, scilicet, ꝙ vnus Deus nihil posset in territorio alterius, & etiam ꝙ dij essent maioris potestatis, D quàm homines: & tamen poterat Senacherib putare se præualuisse cōtra Deos dupliciter: uno modo, quia gentiles subijciebāt Deos suos dispositionibus fatalibus, vt declaratū est præcedenti.c. & sic loquebatur Iuppiter ad venerē, ꝙ non poterāt dij mutare dispositiones fatales, & tunc poterat esse fataliter dispositū, ꝙ aliquis homo subijceret sibi gentes multas, quæ erant de territorio alicuius Dei: & quantū ad illud efficiebatur homo maior Deo, non directè tanquam ipse maiora posset, sed quia fatales dispositiones alligauerant Deos, & homines huic modo, & statui: & tunc non possent dij resistere regi Senacherib, quia fata eos minores fecerant quantum ad hoc. Secundò potest tolli istud dubium, dicendo ꝙ E quanquam inter Gentiles esset ista positio communiter, tamen multi erant, qui aliter de dijs iudicabant, scilicet, quidam illos esse negabant: alij autem minores se illos arbitrabantur, & præferebant se illis, sicut refert Aristoteles. 7. Ethicorum de Niobe, quæ prætulit se dijs, & deabus, & peccauit: & Ouidius quarto Metamorphoseos dicit, quòd omnes filij Niobes ab Apolline, & Diana sagittati sunt: quia Niobe prætulit se in honore Latonę deæ matri Apollinis, & Dianæ, dicens se fęliciorem illa in prole: quia Latona duos, ipsa verò multos liberos habebat, ideo noluit offerre ei sacrificia. De multis alijs etiam legitur tam in poetis, quàm in histo-

rijs gentium, ꝙ essent contemptores Deorum: & ita fortè fuit iste Senacherib, qui putauit se contra Deos præualuisse, licet alij gentiles non sic tenerēt.

Rabsaces quare comparauit Deum hebræorum alijs dijs. Quæstio XLIII.

QVAERETVR vlteri⁹, quomodo dixit Rabsaces, ꝙ sicut alij dij non potuerant eripere terras suas, ita non posset Deus Hebræorū eripere Ierusalē: nam nō erat simile: quia alij nō erant dij, sed simulacra: Deus autē Hebræorum erat verus Deus. Respondendū, ꝙ istud argumentū fecit Rabsaces: quia Deū Hebręorū iudicauit sicut vnū de alijs dijs gentiū, & non maioris potestatis, sed illi non poterāt eripere cultores suos: ergo nec Deus Hebræorū. Quòd aūt arbitrarent̄ eū sicut vnū de alijs dijs gentiū, patet: quia dicit̄ hic, ꝙ nullus de dijs gētiū potuit eripere terrā suam de manu regis Assyriorū, in quo datur cuilibet Deo gentiū terra specialis: ita etiam dabatur Deo Israel: nā Assyrij dixerunt, quādo erāt in Samaria, ꝙ vulnerabātur à leonibus, quia ignorabāt legitima Dei terræ illius: & sic putabant ꝙ Deus Israel non præerat nisi terræ Samarię. Simile etiam putauerunt Siri dicentes, ꝙ Deus Israel erat Deus montium & non valliū: ideo ꝙ si pugnarent contra Israelitas in vallibus, non posset eos adiuuare Deus suus: præcedenti. lib. c. 20. Hoc autē opinabantur omnes gentes, quia nulla erat gēs, quæ vniuersaliter haberet rectā opinionem de vera deitate. Et dato ꝙ crederent aliquē esse verum Deū vnum: nulla tamē gens sciebat, ꝙ iste erat Deus Hebræorū: ideo reputabāt eum sicut vnū de dijs vulgaribus. Aliquę gētes, quæ erāt vicinæ Hebræorū quanquā non putarēt Deum Hebręorū esse solū uerū Deū: tamē per experientiā miraculorū credebāt eum esse maiorē alijs dijs. Sic fuit de Philisthinis, qui timuerunt valde Deū Hebræorū dicētes: Venit Deus in castra, væ nobis: non fuit tanta exultatio heri, & nudius tertius, vę nobis: quis nos liberabit de manu Deorū sublimiū istorum? sup. 1. lib. ca. 4. Assyrij tamen non cognouerāt per experientiā miracula Dei Hebræorū, ideo non credebant eum potentiorē alijs dijs, & sic putabat Senacherib, ꝙ sicut p̄ualuerat contra Deos aliarum gentium, ita posset præualere contra Deū Israel: & arguebat à fortiori: quia si alij dij gentium erāt multi, & non potuerunt liberare cultores suos de manu regis Assyriorum, à fortiori Deus Israel, qui vnus erat, non posset liberare Ierusalem de manu regis Assyriorum. *Tacuit itaque populus, & non respondit ei quidquam.* Scilicet, quāquā Rabsaces blasphemasset Dominum, & populus rationabiliter moueri debuisset ad respondendum ei verba dura, tamen non respondit nec vnum verbum. *Si quidem regis precepium acceperant, vt non responderent ei.* Ezechias vidēs, ꝙ nuncij regis Assyriorum veniebant in Ierusalem credidit, ꝙ dicerent aliqua verba dura, eo ꝙ viri Ierusalem non subijcerēt se regi Assyriorum: & quia populus uellet respondere aliquid, quod fortè non conueniret, iussit omnibus, qui erāt super murum, ꝙ nullus responderet quidquā Rabsaci. *Venitque Eliacim filius Elciæ præpositus domus.* Iste erat principalis inter tres, quos misit Ezechias ad respondēdum Rabsaci, & vocatur præpositus domus, idest, domus regiæ: qa ipse erat maior inter omnes officiales regis: & non vocat̄ præpositus domus. s. tēpli, sicut cōmuniter doctores nostri opinant̄, ut supra declaratum est. *Et Sobna scriba.* Scilicet, princeps scribarum regis: iste enim erat secundus istorū, quos misit Ezechias ad respondendum Rabsaci. *Et Ioahæ filius Asapha commentarijs.* Iste erat tertius officialis regis, qui vocatur à commentarijs, idest, relator negociorū, vel cōpilator historiarum: quia commentatores, vel commētarij à cōminiscendo, idest, compilando dicuntur. *Ad Ezechiam scissis vestibus.* Scilicet, isti tres quanquā missi essent ad respondendum Rabsaci, nihil responderunt, sed auditis uerbis eius, redierunt ad regem, & sciderunt vestimenta sua præ dolore blasfemiæ. *Et vunciauerunt verba Rabsacis.* Scilicet, nunciauerunt regi blasfemias, quas dixerat Rabsaces.

Quare rex iussit, quòd nullus de populo responderet Rabsaci. Quæstio XLIIII.

QVAERETVR, quare rex iusserat, ꝙ populus non responderet quicquam Rabsaci. Respondendum, ꝙ hoc fuit propter duo. Primò ne concitaretur scandalum: nam credebat Ezechias, ꝙ nuncij regis Assyriorum loquerentur verba aspera contra Ezechiam, & subditos eius, & contra Deum suū, & hoc propter duo. Primo propter superbiam regis Assyriorum: nam cum ille esset potentior alijs regibus eo tempore contemnebat omnes reges terrarum, tanquam puluerem terræ, & animalia pusilla sicut ipse dixit: Isa. 10. scilicet: In fortitudine manus meæ feci, & in sapientia mea intellexi, & abstuli terminos populorum, & principes eorum deprędatus sum, & detraxi quasi potens in sublimi residētes, & inuenit quasi nidum manus mea fortitudinē populorum, & sicut colliguntur oua, quæ derelicta sunt, sic vniuersam terrā ego congregaui, & nō fuit, qui moueret pęnam, & aperiret os, & gāniret. Pertinet autē ad superbos dura loqui, ideo credebat Ezechias, ꝙ dura loqueretur. Secundum fuit propter rębellionem, quia Ezechias & subditi sui offendebant aliquo modo regem Assyriorū, quia recesserāt à tributo eius, qđ olim p̄stabat Achaz, & nolebat ei aperire portas vrbis. Qui autē offendit, non potest cōtinere irā, ideo etiā si nihil aliud esset, nō posset Rabsaçes continere uerba aspera. Volebat ergo rex, ꝙ nō responderet populus, quia fortè responderet alia duriora, & exasperaretur nimis, & fieret negociū inexorabile: ideo noluit, ꝙ responderet populus, sed ꝙ ipse postea responderet ex deliberatione placando fortè magis Rabsacem uerbis. Secundum principale fuit, quia populus responderet varia, & sine deliberatione, quæ non conuenirent: ipse autem mittē do nuncios poterat deliberatè respondere qđ conueniebat. Tertium fuit, quia ad honorem regis pertinebat, ꝙ negocia sua fierent prudenter ordinatè, & cum maturatione: si autem quilibet de populo posset respondere Rabsaci sicut vellet, esset quædā deordinatio magna, & posset irridere Rabsaces ordinationem, quā habebat Ezechias in subditis suis, & negocijs suis: ideo destinauit tres viros honorabiliores domus suæ, ut responderent, scilicet, Eliacim, Sobna, & Iohæ: totus autem populus taceret. Quartum fuit, quia Ezechias uoluit mereri coram Domino ostendens ei soli amaritudinē suam, nam credebat Rabsacē dura locuturum, & si respōderet subditi sui in respōdendo aliquo modo se uendicarēt, & non haberēt tantam afflictionē. Voluit autē Ezechias humiliari, & affligi totaliter cū non posset vindicare iniuriā Dei, vt exponeret Deo angustiā suā, & ipse auxiliaretur. Quintū fuit, quia voluit cauere Ezechias, ne populus consternaretur, & dissoluerent̄ manus eorū. Hoc autē esse poterat, si Rabsaces loqueret̄ uerba durissima, quæ populus timeret: & quia si populus responderet Rabsaci ad verba dura ipse iteraret alia verba, quæ essent duriora, & sic popu-

populum terrore concuteret,ideo noluit, ꝙ populus responderet. Sic enim tres viri nuncij Ezechiæ rogauerũt Rabsacẽ,vt loqueretur Syriacè, ne populus intelligeret,& formidaret, vt patet sup.in litera.

Populus an peccauerit non respondendo Rabsaci. Quæstio XLV.

QVAERETVR vlterius, an populus peccauit non respondendo Rabsaci. Aliquis dicet,ꝙ sic:quia Rabsaces locutus est blasfemias magnas cõtra Dñm:& tñ quilibet de Israelitis tenebat̃ vindicare iniuriã Dei. Sic enim patet Deu.13.f. Si quis diceret alteri:eamus,& colamus Deos alienos,nõ debebat audiẽs parcere ei,sed debebat interficere ipsum, etiã si esset sibi carissimus vt filius, vel filia, aut uxor, vel amicus,& hoc quia debebat denũciare iudici,& ipse,qui denũciabat debebat primũ lapidẽ mittere in ipsum reũ, vt patet ibidẽ, & si occultaret peccatorẽ illũ peccaret. Et si aliquis blasfemaret corã toto populo,nõ oportebat,ꝙ iudicaret̃ ad mortẽ, sed illico totus populus surgebat in eũ, & lapidabat ipsum. Sic enim fuit de beato Stephano, q uisus est Iudæis blasfemare: qa dixit: Ecce video cęlos apertos, & Iesum stãtẽ à dextris Dei:& tũc omnes Iudæi clamãtes voce magna,impetũ fecerũt in Stephanũ, & eijcientes eũ extra urbẽ,lapidauerũt eũ, Act.7. & tñ isti putabant se rectè agere: nã beatus Paulus cõsentiebat in morte Stephani:quia dicit̃ ibi: Saulus autẽ erat consentiens neci eius. Sic etiã multos alios de discipulis Christi persequebat̃, & uolebat ducere in Ierusalem,ut incarcerarent̃,& occiderentur: Act.9. & tñ putabat Paulus,ꝙ bene agebat: ideo ipse dicit: misericordiã merui,quia ignorãs feci:Sic etiã Christus dicebat Apostolis,ꝙ illi, qui persequerentur eos putarent se obsequiũ præstare Deo:ita ergo isti non debuerãt sustinere blasfemias Dei,sed durius respõdere Rabsaci,vel sagittis eũ percutere. Respondendũ, ꝙ populus non peccauit nõ respondendo, quia obediuit præcepto regis,qui iusserat, vt nõ respõderet quisquã. Poterat autẽ hoc rex mãdare, quia ipse erat superior,& ẽt poterat moueri iusta causa, & sic fuit in ueritate, vt declaratũ est præcedenti quęstione:ideo populus nõ respõdit ei uerbũ, quanquã blasfemaret, & etiã in multis mentiret̃. Sic etiã isti tres viri,quos misit Ezechias fecerũt:nam auditis verbis Rabsacis,nihil responderunt,sed retulerunt ea Ezechiæ, quia nesciebant quid vellet responderet Ezechias. Etiã super blasfemia nõ poterat nisi durè respõderi,& hoc non poterãt tres viri,quia erãt extra vrbẽ loquẽtes cũ Rabsace, ideo nõ rñderũt qdquã,

Tres viri Ezechiæ quare sciderunt sibi vestimenta sua. Quæstio XLVI.

QVAERETVR vlterius,quare isti tres viri sciderunt uestimenta sua,& sic uenerunt ad regẽ. Respondẽdum, ꝙ hoc fecerunt propter blasfemiã Rabsacis. Nã ista erat consuetudo apud antiquos,ꝙ quando aliquid triste viderẽt,uel nunciaret̃ eis,rũperent vestimẽta sua. Sic fuit de Dauid audita morte Saulis,& Ionatæ sup.2.li.c.1. Sic etiã quãdo audiuit mortẽ Abner eo.lib.c.3. Thamar quoq; filia Dauid cũ deflorata est à fratre suo Amnon scidit vestimẽta sua,& aspersit cinerem capiti:eo.lib.c.13. Ita autẽ erat,quando Iudæi audirent blasfemiã:nam blasfemia est magna iniuria Dei. Iudæi autẽ tenebant̃ esse magni zelatores legis,ideo quãdocũq; audirẽt blasfemiã Dei,tenebantur dolere nimis, sicut de iniuria propria, & tenebantur vindicare eam,quantum po

A terant:& quia pro iniurijs suis,uel malis quando nõ poterant ea auferre,scindebant uestimenta sua. Ita audita blasfemia scindebãt uestes, sic enim Caiphas summus sacerdos, audito uerbo Christi. s. Amodo videbitis filiũ hominis uenientem in nubibus coeli: Matt.26. putans ꝙ blasfemasset scidit vestimẽta sua. Sic etiam Ezechias audito hoc, scidit uestimenta sequenti.c.intelligendum autem,ꝙ non sciderunt isti nuncij Ezechiæ uestimenta sua corã Rabsace, quãquã ab eo audierunt blasfemiã, sed postquã recesserũt ab eo,& introierũt in urbẽ antequã uenirent ad regem sciderunt uestimẽta,& hoc fuit, ut nõ indicarent Rabsaci amaritudinẽ cordis sui:quia si corã eo scinderent vestimenta: & tamen non responderẽt, B videret Rabsaces,ꝙ dolebãt nimis:& tamen nõ audebãt respondere ei, & sic magis cõfortaret̃ contra eos cognoscens timorem ipsorũ,finxerunt ergo isti tres uiri se nihil curare de uerbis Rabsacis, ut putaret eos non timere, & propter uerba sua non angustiari,sed postquam introierunt in urbem, luxerũt, & sciderunt uestimenta sua. De Rabsace uerò an ei aliquid nunc responsum fuerit non apparet,sed dicetur sequenti. cap. opportunius.

CAPITVLVM XIX.

C QVÆ cum audisset Ezechias rex, scidit vestimenta sua, & opertus est sacco. Ingressusque est domum Domini.

Descripta in præcedentibus est Ezechiæ aduersitas tristabilis:hic ponitur eius liberatio mirabilis, & diuiditur in duo. primò ponitur liberationis prænunciatio,secundò eius executio, ibi. *Factum est igitur*. Prima in duas:primò ponitur Ezechiæ humilis petitio: secundò Isaiæ consolatoria responsio, ibi. *Dixitque eis Isaias*.

An ordo dicendorum sit continuus,et immediatus ad prædicta. Quæstio Prima. D

QVAERETVR circa primum,an ea,quę habentur hic, sint continuata ad præcedentia, & an fuerint facta immediatè. Respondendũ,ꝙ hic est ordo continuus:nã supra agitur de blasfemijs Rabsacis contra Dominum,hic uerò de altercatione facta super blasfemijs istis, scilicet, de oratione Ezechiæ,& responsione Isaiæ:ideo necessariò illa præcedunt ad ista. Ad secundum dicendum,ꝙ ista fuerũt immediatè post illa, nec fuit aliquod tempus medium,in quo non fieret aliquid istorum:nam pręcedenti.c.dicitur,quomodo illi tres uiri retulerũt Ezechiæ verba Rabsacis:hic autẽ dicitur quid egit quã- E do audiuit uerba illa,& sic eadẽ historia est totaliter continuata ista,& illa. Circa primum dicitur. *Quæ cum audisset rex Ezechias.* Scilicet,verba blasfemię,quę dixerat Rabsaces, relata sibi per istos tres uiros. *Scidit vestimenta sua.* Scilicet, vestimenta regalia, quibus indutus erat. *Et opertus est sacco.* Scilicet,depositis omnibus uestibus regalibus induit se sacco, idest, ueste lanea, grossa, aspera, & despecta. *Ingressusque est in domum Domini.* Idest,ingressus est in templum ad orandum pro tribulatione ista: quia non habebat alium adiutorem nisi Deum in tanta aduersitate. *Et emisit Eliacim præpositum domus.* Idest, præpositum domus regiæ: iste est, Eliacim, qui missus fuerat ante hoc ad respondendum Rabsaci. *Et Sobnam scribam.* Id-

est, principem scribarum regis. Iste erat secundus de tribus, qui fuerunt ad loquendum Rabsaci præcedenti cap. *Et senes de sacerdotibus.* Idest, principaliores, & seniores inter sacerdotes misit, vt essent honorabiliores in conspectu Isaiæ. *Opertos saccis.* Scilicet, omnes isti fuerunt operti saccis, & mutato habitu demõstrantes afflictionem suam. *Ad Isaiam prophetam filium Amos.* Iste Isaias viuebat tempore Ezechiæ: nam prophetauit tempore Oziæ Ioatham, Achaz, Ezechiæ regum Iuda, vt patet Isa. 1. erat autem nunc iste Isaias in Ierusalem, & misit Ezechias ad quærendum ab eo responsum. Vocatur autem filius Amos: non quidem filius illius prophetæ, qui vocabatur Amos, sed filius alterius viri, qui erat de genere regali, vt dicitur: de quo dicetur Isa. 1. vel in prologo. vnde in Hebræo Amos pater Isaiæ, & Amos propheta non scribuntur eisdem literis.

Quare Ezechias scidit vestimenta sua, & induit se sacco, an possit aliquis placere Deo mente tristi. Quæst. II.

QVAERETVR, quare Ezechias scidit nũc vestimẽta sua, & induit se sacco. Respondendũ, ꝙ hoc fecit propter duo Primo ad ostẽdendũ se dolere pro blasfemia Dei: sic enim viri sui, qui locuti fuerant cũ Rabsace sciderãt vestimẽta sua, pręcedẽti c. nã fuisset valde reprehẽsibilis Ezechias, si audita tãta blasfemia Dei, nõ doleret, & nõ ostenderet in se signũ doloris. Signũ autem doloris erat in rũpẽdo vestimẽta. Secundũ fuit, vt placaret sibi Deũ, quia erat Ezechias in magna angustia timẽs regẽ Assyriorũ, & non habebat aliũ auxiliatorem, nisi Deũ, ideo vt exaudiret ab eo humiliauit se corã Domino, & ad hoc mutauit vestimẽta sua, & induit se sacco: qđ faceret ꝓpter hoc, patet, qa cũ scidisset vestimenta sua introiuit in domũ Domini. s. in tẽplũ ad orãdũ. Ad hoc autẽ ꝙ exaudiret putabat opportunũ esse ꝙ affligeret se in sacco. Et iste est modus, quo Deus exaudiebat orãtes se: Psal. quinquagesimo: Cor cõtritũ, & humiliatũ Deus nõ despicies. Sic enim dicit Michææ 6 Indicabo tibi, ò homo, quid sit bonũ. & qd Dominus quærat à te vtiq; facere iudiciũ, & diligere misericordiã, & sollicitũ ambulare cũ Deo tuo, & iste erat modus, quo Hebręi se habebant ad Deũ, qñ volebant aliquid obtinere: & si aliquãdo nõ obtinebãt loquebantur quidã contra Dominũ iuxta illud Malachiæ. 3. Vanus est qui seruit Deo, & quod emolumentũ, quia custodiuimus præcepta eius, & quia ambulauimus tristes corã Domino. Sic etiã gẽtiles faciebant quãdo volebant exaudiri: nam quando Ionas prædicauit Niniuem subuertẽdam rex indutus est sacco, & sedit in cinere, & iussit ꝙ homines, & iumenta operirentur saccis: Ionæ. 3. & tunc exauditi sunt. Sed obijciet aliquis ꝙ non posset Ezechias sic placare Dominum, quia illi, qui debent placare Dominum debent placere ei: & tamen nõ potest aliquis placere ei mente lugubri, sicut dixit Aaron Leui. 10 quando dixit ei Moyses: cur non comederat hircum pro peccato: respondit, quomodo potui comedere eũ, aut placere Domino in cæremonijs mente lugubri? Quasi dicat: non poteramus placere ei lugendo. Respondendum, ꝙ quando aliquis debet facere cæremonias cultus diuini, debet eas facere lætus quadã lætitia spirituali, quæ insurgit ex deuotione illarum cæremoniarum, quas fecit: & si quis sit tristis tristitia rerum temporalium non acceptat Deus cęremonias illius, quia magis sollicitat pro re tẽporali, quã lætetur super cęremonijs cultus Dei: & sic intelligebat Aaron. s. qa ipse nimis tristis erat de occisione duorum filiorũ suorũ, quæ

F tunc fuerat, & præ tristitia magna nõ poterat gaudere in cæremonijs sacrificij: ideo amisit illas, quia tristis non poterat placere Deo in illis. Et non solũ vult Deus, ꝙ homo lętus faciat cæremonias suas, sed etiam, ꝙ quidquid egerit pro illo lætus agat, sic requiritur in heleemosyna, ꝙ qui dederit illam, lætus det. Sic patet 2. ad Corinth. 9. Vnusquisque prout destinauit in corde suo, non ex tristitia, aut ex necessitate: hilarem enim datorem diligit Deus: Secus tamen est, quando homo pro peccatis suis orat, vel pro liberatione ab aliqua aduersitate, quia tunc non debet esse lætus, sed tristis: & istud placet Deo plus, quàm omnia alia, & quanquam munera darentur non placaretur Deus super peccato alicuius, uel af- *Quæcũq; homo ꝓ Deo agit, lætus agere debet.*

G flictione eius, sicut si tristis apparuerit coram Domino: sic patet Michææ 6. cum dicitur ex parte hominum requirẽtiũ in quo possint Deo placere. s. Quid dignum offerã Domino? curuabo genu Deo excelso: nunquid offerã ei holocaustomata, & uitulos anniculos? nunquid placari potest Dominus in millibus arietum, aut in multis millibus hircorum pinguium? nunquid dabo primogenitum meũ pro scelere meo fructũ uentris mei ꝓ peccato animę meę? & respondet tunc Michæas dicẽs: Indicabo tibi homo quid sit bonũ, & quid Deus quęrat à te vtiq; facere iudicium, & diligere misericordiã, & solicitum ambulare cum Deo tuo. Sed adhuc obijcietur, quia Aristoteles. 2. Ethicorum dicit, ꝙ signum generati

H habitus est delectationem aduenire operibus: & nõ est iustus, qui non gaudet operibus iustitiæ: nec est temperatus, qui non gaudet operibus temperati, & sic nullum opus uirtutis potest esse nisi cum delectatione. Respondendum, ꝙ uerum est, ꝙ omnis actus bonus debet esse cum delectatione, vel saltem non cum tristitia Et sic est de illis, qui dolent coram Domino pro peccatis suis, vel pro angustijs, in quibus sunt. Nam ista delectabiliter agunt si boni sunt. Apparet autẽ hoc in pęnitentia Nã pænitentia accipit quatuor modis: vno modo pro sacramẽto pęnitentiæ continente in se tres partes: alio modo pro quodam habitu habilitante hominẽ ad promptè dolendum de peccatis commissis. Tertiò modo pro actu *Prima accipit quatuor modis.*

I pænitẽdi, quo quis detestatur malum, qđ egit, & punit in se excessus suos. Quarto modo pro quadã passione, vel dolore sensibili causato in nobis pro peccato commisso. Primo modo penitentia est sacramentum, Secundo modo est uirtus, tertio modo est actus uirtutis, quarto modo est passio, quæ aliquando procedit in nobis, & causatur à quadam pulsatione Dei, qua mouet cor nostrum nobis nõ aspicientibus: & tunc sequitur actus penitendi in nobis. Aliquãdo autẽ sequit̃ ad actũ pęnitendi. s. quia postquã aliquis incipit detestari quantũ potest actũ peccati, surgit in eo quidã dolor sensibilis, quo ipse nimis affligitur, & fit quidam motus exterius, & calefit sanguis, moueturque ira nostra contra nos ipsos,

K & lachrimæ defluunt. Totus autem iste motus est passio: & tamen augumentat nimis actum pęnitendi, qui est in detestatione peccati, & fit meritorius ualde. Accipiendo autem pęnitentiam pro uirtute, est habitus, per quẽ homo inclinat̃ faciliter ad dolẽdum de malo cõmisso qualiter debemus, & quãdo debemus Et qui habent istũ habitum faciliter inclinantur ad dolendũ, qđ non faciũt illi, qui nõ habent talẽ habitum: ideo quidã homines sũt ualde faciles ad dolendũ de malo, qđ egerunt, alij autẽ difficulter mouent̃. Et hoc nõ prouenit ex alio, nisi quia quidã habent habitũ pęnitentiæ, & alij non. Apparet etiã hoc, qa uidemus quosdã, qui uerè pęnitẽt delectari, quia tristant̃, & dolent si nõ possunt nimis tristari, & sic

sic sunt simul in eis tristari & delectari: immo sic debet esse in qualibet pęnitentia perfecta, vt ait Augu. s. Doleat peccator, & dolendo gaudeat, & gaudēdo condoleat. Et sic dicendum, ꝙ actus virtutis semper sunt cū delectatione iuxta regulā Aristotelis, & etiā isti, qui affligunt se pro peccato cum delectatione agunt: quia quanquā iste actus sit tristari: tamen cū delectatione procedit ab habitu dirigente: & sic potest dici quodā modo, ꝙ in habentibus habitum pęnitētię actus elicitus est delectabilis, & actus imperatus est tristis: & sic placēt Deo per lætitiā & tristitiā.

Quare Ezechias misit istos viros ad Isaiam. Quæstio III.

QVAERETVR vlterius, ad quid misit Ezechias uiros istos ad Isaiam. Respondit Nicolaus, & quidam alij, ꝙ misit ad hoc ꝙ oraret Dominū pro illo, & istud satis rationabile est, scilicet, quia Ezechias reputabat se fortè indignū, vt Deus exaudiret eum: & quia Isaias erat vir sanctus, & iustus misit ad rogandum eū, vt oraret Dominum pro illo, & pro ciuitate. Dicendū tamen, ꝙ rationabilius est, ꝙ miserit ad cōsulendū Dominum per eum, scilicet, quid facere uellet Deus in blasfemia Rabsacis, & an uellet liberare urbem de manu regis Assyriorum. Et hoc patet propter duo. Primo, quia bis misit Ezechias ad Isaiam nuncios, & in nulla vice istarū legitur, ꝙ Isaias orauerit pro Ezechia, sed solum respondebat: hæc dicit Dominus &c. Secundò patet, quia ista erat consuetudo regum Iudæorum, scilicet, ꝙ quando essent in aliqua angustia recurrerent ad prophetas Domini, vt per eos consulerent Dominum de statu suo. Sic patet, quando Iosaphat rex Iuda, & Ioram rex Israel, & rex Edom mouerunt castra cōtra Moabitas, et non habebant aquas. Nā tunc omnes tres venerunt ad Elisæum, vt consuleret Dominū pro illis. sup. 3. & ille nō orauit, sed consuluit Dominum. Sic etiam fuit, quando tempore Iosiæ inuētus est liber in domo Domini prænūcians mala euētura vrbi: nā tunc misit Iosias ad Oldam prophetissam vxorem Sellū. inf. 22. vt illa diceret quid Deus intenderet, & respondit de statu vrbis. sic autē fuit hic, quia uoluit Ezechias scire quid Deus facturus esset pro uerbis Rabsacis, & an liberaret vrbem de manu Assyriorum. Dicendum tamen his non obstātibus, ꝙ licet causa principalis mittendi ad Isaiam fuerit ad consulendum Dominum: tamen etiam fuit, vt oraret Dominum pro Ierusalē, quia erat vir sanctus: ideo dicitur in litera: fac orationem pro reliquijs, quæ repertæ sunt, & Isa. 37. dicitur. Leua orationē pro reliquijs, quæ repertę sunt. & 2. Paral. 32. dicitur ꝙ orauerūt Ezechias rex, & Isaias propheta contra hanc blasfemiā, & vociferati sunt in cęlum.

Quare Ezechias potius misit prædictos viros, quàm alios. Quæstio IIII.

QVAERETVR vlterius, quare misit Ezechias potius istos viros ad Isaiam, quàm alios. Dicendum, ꝙ propter duo. Primò, vt ipsi melius, & certius scirent referre verba Rabsacis: nam duo istorū, scilicet, Eliacim, & Sobna iuerāt ad loquendū Rabsaci, & audierant blasfemias istas de ore eius, ideo melius ipsi scirent referre Isaiæ, quàm alij, qui non audierant. Secundò ad magis mouendum Isaiam, vt uellet respondere, vel ut oraret Dominum, quòd responderet ei. Misit enim Ezechias duos uiros honorabiliores in tota domo sua, scilicet, Eliacim prępositum domus regiæ, & Sobnam principem scribarum. Misit etiam cum illis alios uiros honorabi-

A les, scilicet, sacerdotes seniores, vt sic Isaias commotus eorum reuerentia responderet. Sic enim consueuerat reges, quando uolebant aliquid inquirere per prophetas, scilicet, quia mittebant ad eos uiros honorabiles nimis, vel ipsi per se ibant. Sic enim patet de rege Iosaphat, & de Iorā, & de rege Edom: nā ipsi tres simul iuerunt ad Elisæum orantes eum, vt consuleret Dominum pro illis. sup. 3. Quòd autem mitterent personas honorabiles patet de rege Iosia quando misit ad Oldā prophetissā: nam iuerūt illuc viri excellentes. s. principes sacerdotū. inf. 22. hoc autem erat, quia prophetæ Dei non timebant reges, ideo aliquando non respondebant quanquā reges hoc iuberent, & orarent, ideo cū magna humilitate

B reges orabant prophetas, vt responderent: sic patet de Ochozia rege Israel, qui misit duos quinquagenarios ad uocandum Eliam, & uenire noluit, sed potius fecit, ut ueniret ignis de cęlo super illos. sup. 1. sic etiam patet de Ioram rege Israel, qui iuit ad consulendum Dominum per Elisæum, & ille dixit: vade ad prophetas patris tui, & matris tuę: uiuit Dominus, quia si non uultum Iosaphat regis Iudæ erubescerem, non attendissem quidem te. sup. 3.

Quare misit Ezechias istos nuncios ad Isaiam opertos saccis. Quæstio V.

C QVAERETVR vlterius, quare misit Ezechias istos nuncios suos ad Isaiam opertos saccis. Respondendū, ꝙ propter duo, primò ad ostendendum dolorem de diuina blasfemia: nā omnes dolere debebāt, ꝙ Rabsaces taliter Dominum blasfemasset. Ideo sicut nuncii primi, qui locuti fuerant cū Rabsace induti fuerant saccis præcedenti. c. & Ezechias sciderat uestimenta sua, ut patet hic: ita debebāt isti indui sacco quousque uiderent, an Deus uellet iniuriam suam vindicare. Secundū fuit, quia uoluit Ezechias mouere Isaiā ad consulendum Dominū pro se: moueret autem eū magis si ostenderet se dolere pro iniuria Dei, ideo fecit ꝙ nuncij sui irent operti saccis, & tūc moueret Isaias dupliciter. Primò, quia ipsi merebant, ꝙ responderet eis Ezechias cùm pro

D zelo Dei ista agerent. Secundò, quia significabant se esse in angustia cū induerētur saccis. Potius tamē homo condolet eis, quos uidet amaro animo, quā eis, quos nondū videt lugere. *Qui dixerunt hæc dicit Ezechias dies tribulationis.* Scilicet, dies iste est dies tribulationis, in quo locutus est Rabsaces, & hoc propter duo. Primò, quia blasfemauit Dominū, de quo omnes debemus tribulari, & affligi. Secundò, quia prænūciauit nobis Rabsaces mala futura, scilicet, ꝙ traderemur regi Assyriorū, de quo etiā tribulari debemus. *Et increpationis.* s. qa Rabsaces īcrepuit Hebręos quasi stultos ꝙ confiderēt se posse liberari de manu regis Assyriorū: pręcedenti. c. vel dies increpationis. s. quia Rabsaces increpuit Deum Hebræorum vilifi

E cando eū. *Et blasfemię.* s. quia Rabsaces æquauit Deū Israel dijs Gentiū dicens, ꝙ sicut non potuerant dij Gentium liberare terras suas de manu regis Assyriorum, ita nec possent Deus Israel, præcedenti. c. 2. inf. in litera. *Venerunt filij vsque ad partum, & uires non habet parturiens.* Idest, facti sumus sicut parturiens, quę non potest parere filios, qui tamen venerunt usq; ad partum, idest, sunt proximi, ut egrediantur de utero. & est sensus: Assyrij venerunt ad nos ad blasfemandū nomen Domini: & nunc erat tempus, ꝙ nos percuteremus eos plaga durissima pro hac blasfemia, & tamen non habemus uires ad hoc faciendum, ideo uideat Deus, & uindicet causam suam: In Hebræo dicitur. *Venerunt filij vsque ad ruptionem, vel fractionem*

Et idem est, quia tempore partus rumpitur, vel frangitur pellis Secundina, & exit infans de vtero. *Si fortè audiat Dominus Deus tuus vniuersa uerba Rabsacis.* Idest, quia nos nõ possumus vindicare blasfemiã Dei, quã quam audierimus verba Rabsacis, vide si Deus tuus vult audire illa ad vindicandum iniuriam suam. Et dicitur: Dominus Deus tuus, non quidẽ ꝙ non esset Deus aliorũ, quia etiã erant alij colentes Deũ: sed dicitur: Deus tuus, per specialẽ familiaritatẽ, qa loquebatur ei, & manifestabat se illi cũ esset propheta, & nõ faciebat hoc ad alios. Cõuenit autẽ hoc prophetis specialiter ex causa dicta. Sic enim dixit Saul ad Samuelẽ: pepercit populus melioribus ouibus, & armẽtis, vt immolarent Domino Deo tuo, reliqua verò occidimus sup. j. li. c. 15. & hoc dicebat Saul ad Samuelẽ, quia erat ꝓpheta. Et dicit: si fortè audiat. i. reputet digna punitione verba Rabsacis, & nõ potest accipi audire propriè: quia iã illa audiuerat, uel si nõ audiuerat, nõ poterat iã audire, qa iã dicta erãt. Etiã qa Ezechias dixit immediatè, ꝙ Deus audiuerat verba Rabsacis. *Quẽ misit Dominus suus, vt exprobraret Deũ viuentem.* s. Senacherib misit Rabsacẽ ad dicendũ ista verba Iudæis, vt per ea exprobraret Deũ ipsorũ. Et dicit. Vt exprobraret Deũ viuẽtẽ. q. d. si Deus Israel fuisset Deus mortuus. s. lapideus, vel ligneus, sicut erant dij gentiliũ, non erat inconueniens, ꝙ Senacherib exprobraret eũ dicens, ꝙ nõ posset liberare terram suã de manu eius, & tamen Deus Israel erat Deus viuens, & verus, & potestas sua erat maior omni potestate humana. Hoc enim significauit Ezechias, cũ dixit: Audi Domine verba Senacherib, qui misit, vt exprobraret nobis Deũ uiuentem, verè Domine dissipauerũt reges Assyriorũ gentes, & terrã omniũ, & miserunt Deos eorũ in ignem: non enim erant dij, sed opera manuum hominum de ligno, & lapide, & perdiderũt eos. *Et argueret verbis, quæ audiuit Dominus Deus tuus.* i. Senacherib misit Rabsacem ad arguendũ. i. increpandũ Deum Israel, dicens uerba, quæ Deus audiuit: nã omnia corã eo plana sunt, & dicit, omnia videre & omnia audire, quanquã nihil propriè audiat & videat. *Et fac orationẽ pro reliquijs, quæ repertæ sunt.* Nõ misit Ezechias principaliter ad Isaiã, vt oraret pro populo, sed principaliter, vt cõsuleret Dñm de statu populi, & minus principaliter, ut oraret: & ob hoc non reperit, ꝙ Isaias orauerit nũc pro populo, sed solũ ꝙ responderit ex parte Dei. Et dicitur pro reliquijs, quæ repertæ sunt. s. pro Iuda & Beniamin, qui erãt reliquiæ stirpis Israel: nã aliæ decẽ tribus Israel iã translatæ erãt in Assyrios nunquã redituræ. & nõ oportebat ꝓ illis orari, sed solũ pro Iuda, & Beniamin, qui relinquebant. s. qui nõ ducti fuerãt in Assyrios. Vel possunt vocari reliquiæ quædã pars Iuda, & Beniamin, qa iã quandã partẽ vastauerat Senacherib progrediens per terrã Iuda. Vel vocant reliquiæ illi, qui habitabant in Ierusalem: nam aliæ vrbes regni Iuda pro maiori parte captæ fuerant à rege Assyriorum, vt patet præcedenti. c. & 2. Paralip. 32. & Isa. 26. Ierusalem autem manebat adhuc resistens regi Assyriorum, & de hac orabat Ezechias, vt Isaias oraret Dominum pro illa. *Venerunt ergo serui regis Ezechiæ ad Isaiam.* Scilicet, isti nuncij, qui ponuntur. supra in litera, & retulerunt Isaiæ supradicta uerba Ezechiæ, & Rabsacis.

Dixitque eis. Hic ponitur secundum huius partis, scilicet, Isaiæ consolatoria responsio: nã respondit Ezechiæ dans ei bonam spem, ut patet in litera, & dicitur. *Hæc dicetis Domino uestro.* Scilicet, Ezechię, qui misit uos. *Hæc dicit Dominus: noli timere à facie sermonum, quos audisti.* Idest, quanquam Rabsaces durè locutus fuerit contra vrbem istam, non timeas, quia nõ eue-

F niet aliquid eorum quæ ipse comminatus est. *Quibus blasfemauerunt pueri regis Assyriorum me.* Idest, uerba blasfemiæ erant contra me, in quantum dicebatur, ꝙ ego non poteram uos liberare: & tamen etiam erant contra uos in quantum Assyrij cõminabantur uobis mala dicentes, ꝙ caperent urbem & affligerent uos, & ꝙ ego non possem uos liberare. Et dicitur, quòd pueri regis Assyriorum blasfemauerunt Deũ, idest, serui eius, scilicet, Rabsaces, & Tharthã, qui erãt nuncij regis Assyriorum, & quanquã solus Rabsaces loqueret, quia tamẽ Tharthan, & omnes alij, qui erant cum eis missi erant ad dicendum ista uerba blasfematoria, & fauebant ipsi Rabsaci dicenti, illa dicebantur omnes blasfemare Dominum. *Ecce ego immittam ei spiritum.* Scilicet, nõ poterit uobis nocere, quia ego faciam, ꝙ recedat in terram suam, & non ueniat ad uos: & hoc quia ego immittã ei spiritũ. i. ponam cogitationem in corde eius. *Et audiat nuncium.* Idest, audiat uerba nũcij: istud fuit, quia audiuit, ꝙ Tarracha rex Aethiopiæ veniebat ad pugnandũ contra eum, & relicta Iudæa exiuit obuiã illi. inf. in litera. *Et reuertetur in terram suam.* Scilicet, nõ ueniet ad pugnandũ contra istã vrbem, sed ibit in terram Assyriorum. *Et deijciam cũ gladio in terra sua.* Hoc fuit, quia duo filij eius occiderunt eum, cum esset orando in templo Dei sui. inf. in litera. & dicitur Deus deiecisse eum gladio, quia ipse mouit filios suos contra eum, vt occiderent ipsum. *Reuersus est igitur Rabsaces.* Scilicet, postquã dixit ista verba blasfematoria contra Deum apud Ierusalẽ recessit inde, vt rediret ad Dominum suum. *Et inuenit regem Assyriorum expugnantem Lobnam.* Scilicet, quando Senacherib misit Rabsacẽ in Ierusalem manebat in Lachis, & nunc quando reuersus est ad eum Rabsaces erat apud Lobnam, & obsidebat eam: nam Senacherib volebat capere omnes urbes regni Iuda, & discurrebat per eas, cumq; expugnasset vnã transibat ad aliam: est autem Lobna quædam ciuitas in sorte Iudæ. Iosue 15. Et ista ciuitas data fuit sacerdotibus in possessionem. Iosue 21. Et ista etiam recessit à regibus Iudæ tempore Ioram filij Iosaphat: nam ille fuit malus & tẽpore eius recessit Idumæa, ne esset subiecta regibus Iuda, & etiam ciuitas Lobna, quæ erat propinqua terræ Idumæorum recessit à Iuda. sup. 8. & 2. Parali. 21. postea tamen redijt in potestatem regum Iuda, ut ibi declaratum est. *Audierat enim quòd recessisset de Lachis.* Scilicet Rabsaces iuit in Lobnam, quia audierat, ꝙ recesserat Senacherib de Lachis, scilicet, Rabsaces missus fuit in Ierusalem, quando erat Senacherib in Lachis expugnando eam, præcedenti. c. & 2. Paralipo. 32. ideo uolebat redire illuc ad Senacherib: audiuit tamen, ꝙ Senacherib recesserat de Lachis in Lobnam, ideo iuit illuc. Nam quando missus est Rabsaces in Ierusalem non dum cæperat Senacherib urbem Lachis, sed obsidebat eam cum toto exercitu suo 2. Paralipom. 32. & interim cæpit eam, & dimissis ibidem custodibus transiuit ad pugnandum contra Lobnam, & ibi inuenit eum Rabsaces.

G H I K

An Isaiæ immediatè reuelatum fuerit quid responderet nuncijs Ezechię, & de quinque modis reuelationis propheticę. Quæstio VI.

QVAERETVR, quomodo nunc Deus respõdit Isaię ad hoc, ꝙ responderet Ezechiæ, scilicet, an immediatè respondit præsentibus nuncijs Ezechiæ, vel habuerit aliquantum tempus dilationis ad respondendum. Dicendum, ꝙ quando aliquis propheta volebat consulere Dominum interdum Deus respondebat ei immediatè, & interdum non.

non: De primo patet in Moyse, qui quandocũque dubitabat de aliquo introibat ĩ sancta sanctorum, & audiebat vocem loquentis ad se de propiciatorio: Nume. 7. Patet etiam in Elisæo, quando quæsiuerunt ab eo tres reges responsum: nam iussit, ꝙ citharista caneret coram eo, & cum inciperet canere facta est manus Domini super eũ sup. 3. Quòd autẽ Deus interdũ non respõderet immediatè, sed post aliquot dies, patet in Ieremia, q orauit, & ieiunauit, vt Deus reuelaret sibi quid futurum esset si descenderent viri Iuda in Aegyptum, & post decem dies reuelauit ei Deus, vt patet Iere. 42. sic etiam fuit de Daniele, q orauit tribus hebdomadis, & ieiunauit, vt Deus reuelaret sibi vnam visionem, & in fine illarum reuelauit ei: Danielis 10. Nunc autem dicendum, ꝙ vtroq; modo fieri poterat: ꝙ tamen fuit primo modo. s. ꝙ illicò vt serui Ezechiæ quæsiuerunt ab Isaia respondit eis: nam litera hoc videtur dicere: quia non ponit, ꝙ expectauerint aliquanto tempore responsum, nec ꝙ redierint ad Ezechiã anteq̃ rñderet eis, sed vt quæsiuerunt, dr̃ ꝙ rñdit eis Isaias.

Quomodo Deus nunc reuelauit Isaiæ quæ respondit seruis Ezechiæ. Quæstio VII.

QVAERETVR vlterius, quis modus reuelationis fuit, quo Deus nunc reuelauit Isaiæ ista, quæ respõdit seruis Ezechiæ. Dicendũ ꝙ pōt dupliciter assignari ista responsio: vno modo, ꝙ Deus reuelauerit Isaiæ ista antequam venirent ad eum nuncij Ezechiæ, & tunc illico vt venirent, responderet eis: quia iam sciebat quid responderet. Aliter potest dici, ꝙ Deus reuelauit nunc Isaiæ istud postquã interrogatus fuit à seruis Ezechiæ: & tunc dicendũ, ꝙ quanquam multis modis Deus ostendit aliquid Prophetis. s. per apparitionem angeli in aliqua effigie loquentis, aut per solàm vocem formatam sine effigie apparente, aut per immutationem phãtasiæ, aut per solam immutationem intellectus sine aliquo exteriori, & hoc in estasi, vel sine estasi: tamen non potuit esse hic quilibet istorum modorum. De primo patet: quia tunc angelus appareret Isaiæ coram nuncijs Ezechiæ, & ipsi viderent eum, & audirent vocem eius: sed hoc non conuenit: quia tũc essent illi prophetæ in isto actu sicut Isaias: quia etiã fiebat illis reuelatio sicut Isaiæ. Etiam non stat: quia tunc non oporteret, ꝙ Isaias responderet aliquid nuncijs Ezechiæ: quia ipsi per se audirẽt quid loqueretur Deus, & tamen Isaias dixit eis: hæc dicit Dominus: ergo non audierunt ipsi, nec viderunt. Secũdus modus non stat ex ratione assignata supra: quia tunc licet non viderent aliquam effigiem, tamẽ audirent quod audiebat Isaias, & non oportebat, ꝙ ipse eis aliquid loqueretur. Tertius modus possibilis erat: quia potest fieri immutatio phantasiæ tam in somno, quàm in vigilia, sicut patet de beato Stephano, qui habuit visionem imaginariam cęlorũ apertorum, & Christi sedentis à dextris Dei: Act. 7. & tamen istud fuit in vigilia, & fuit visio imaginaria, vt probatum est præcedenti lib. cap. vltimo. Ista tamẽ visio rarò fit nisi in sõmnijs, ideo non videtur ponẽdus iste modus. Quartus modus distinguitur. s. in reuelationem, quæ fit per estasim, & sine estasi. Non potest autem dici, ꝙ hic fuerit Estasis: quia in tali reuelatione immutatur propheta exterius, & videtur esse mortuus, & nescit se esse viuentem, vt patet de beato Paulo. Act. 9. & 2. ad Corinth. 12. Isaias tamẽ non passus est aliquid tale nunc, quia viderent eum serui Ezechię cadere in terram, quod non decebat. Etiam quia reuelatio in estasi nõ fit nisi pro magno

A reuelabili, quod non potest intellectus apprehendere occupata anima circa operationes naturales, & animales: Hic tamen non fuit magnum reuelabile, sicut cũ alicui ostenditur essentia diuina, vel aliqua magna, quæ sunt super hominem: ideo non fuit hic estasis, sed solum reuelatio facta per immutationẽ intellectus in vigilia nulla immutatione facta in corpore: & iste modus erat, quo Deus consueuerat reuelare aliquid Elisæo, vt declaratum est sup. 3. & 4. & sic poterat fieri reuelatio Isaiæ dum interrogaretur à seruis Ezechiæ, & ipsi non sentirent, quando Deus reuelabat illud Isaiæ, & an reuelasset antequam interrogaretur.

B *Quomodo Deus misit ad Senacherib, & an iste spiritus esset Dęmon. Quæstio VIII.*

QVAERETVR vlterius, quomodo Deus poterat mittere spiritum ad Senacherib, vt reuerteretur in terram suam. Respondendum, ꝙ spiritus potest accipi dupliciter: vno modo pro aliqua passione animæ: alio modo pro substantia spirituali. Primò modo est sensus, ꝙ Deus poneret cogitationem aliquam in corde Senacherib, vt recederet de terra Israel in terram suam: & quęcunq; cogitatio, vel turbatio mentis potest vocari spiritus: sic. n. vocatur spiritus zelotipię suspicio viri contra vxorẽ, vt patet Nume. 5. Secundò modo poterat intelligi, C ꝙ Deus mitteret aliquem angelum, vel Dæmonẽ in effigie humana, qui nunciaret ei, ꝙ hostes veniebant contra eum, & recederet propter illũ. De primò satis patet: quia Deus poterat causare passiones multas in Senacherib, propter quas recederet de terra Iuda, & hoc quia cor hominis est in manu Domini, & quocunq; voluerit vertet illud: Prouer. 21 poterat enim causare in corde Senacherib desiderium desistendi à persecutione Hebræorum. Sic enim faciebat Deus quolibet anno in hostibus Iudæorum: nam cum ascenderent Iudæi ter in anno in tẽplũ, manebant ciuitates eorum vacuæ: quia nullus masculus manebat in eis, & sciebant hoc hostes: & tamen non ibant ad capiendũ illas, nec desiderabant D insidiari illis. Sic patet Exo. 34. f. Cum tulero gẽtes à facie tua, & dilatauero terminos tuos nullus insidiabitur terræ tuæ ascendente te ter in anno in cõspectu Domini Dei tui. Poterat etiã causare timorem in corde Senacherib, vt non auderet pugnare contra hebræos, & recederet de terra sua. Sic enim incussit timorem Deus multis ciuitatibus in circuitu Sichem, quæ volebant delere Iacob, & domum suam, & non ausæ sunt exire ad persequendum eũ: Gen. 35. sic etiam immisit Deus terrorem in cordibus Chananæorum, vt non auderent resistere Israelitis: Exo. 23. & Deut. 7. sic etiam Israelitis incutiebat timorem in pęnam, vt fugerent à facie hostium suorum: Leuit. 26 Poterat etiã Deus ponere in corde Senacherib desiderium alterius maioris rei, quæ E esset sibi necessaria, & cogeretur propter eam dimittere persecutionem, & obsidionem Ierusalem. De secundò modo satis patet, ꝙ potuit Deus mittere angelum, vel Dęmonem in effigie humana, qui nũciaret ei, ꝙ hostes venirent contra eum, & ꝙ recederet. Sic fuit de Saule, qui persequebat̃ Dauid in mõtibus, vt caperet, & occideret eum: & cum circundedisset eum in quodam monte in modum coronæ, & iam nullus locus erat Dauid euadendi, misit Deus quendam nuncium velociter ad Saulem, qui diceret: Ece Philisthijm infuderunt se sup terram: & tũc coactus est Saul cessare ab obsidione Dauid: supra primo libro capit. vigesimotertio. Et multis

Spũs dupliciter accipitur.

tis alijs modis poterat Deus facere: quia tot modis potest mutare animum nostrum, quot modis voluerit eum mutare.

Quis prædictorum modorum fuerit verus. Quæst. IX.

QVAERETVR vlterius, quis istorum modorum fuerit, per quem Deus immiserit spiritũ Senacherib, vt recederet. Dicendum, ꝙ non potest esse modus ille, qui assignabatur. s. ꝙ Deus mitteret ei aliquem Dæmonem, vel angelum, qui nunciaret ei, ꝙ veniebant contra eum hostes. Et patet hoc: primò quia litera ista distinguit duo. s. Immittam ei spiritum, & audiet nuncium: ergo spiritus iste nõ erat nuncius. Secundò patet: quia nuncij isti, qui venerunt, non fuerunt Dæmones, vel angeli boni, sed homines nunciantes ei: quod patet: quia dicitur: Cũq; audisset de Tharaca rege Aethiopiæ, dicentes: ecce egressus est, vt pugnet contra te: & sic fuerunt multi homines, qui hoc nunciauerunt, & non fuit aliquis spiritus. Tertiò patet, quia Isaiæ 37. vbi ponitur ista historia dicitur: Ecce ego dabo ei spiritũ, & audiet nuncium: ergo erat ista cogitatio, vel scrupulus mẽtis, quem Deus dabat, & non nuncius: quia nuncius non datur, sed mittitur. Quartò patet ex modo loquendi: quia dicitur hic: Ego immittam ei spiritũ. i. in eo ponam spiritum: si tamen acciperetur pro nũcio, diceretur: ego mittam ad eum spiritum. Secundus modus erat, ꝙ acciperetur spiritus pro cogitatione, & iste diuidebatur in tres modos. s. pro desiderio non nocendi, vel pro timore, vel pro alio desiderio rei maioris, & necessariæ. Primus modus non stat: quia Senacherib non desiderabat iam non nocere Hebræis: quia quãdo recessit de Iuda, misit nũcios ad Ezechiã, dicens, ꝙ non speraret in Deo suo, ꝙ posset liberare eum: quia necesse erat, ꝙ traderet in manus eius inf. in litera: si tamen iam nollet persequi Hebræos, non mitteret eis literas comminatorias. Secundus modus nõ stat: quia Senacherib nunquam timuit hebræos, nec Deum eorum: sed nunc quãdo recedebat de terra illa mittebat epistolas cõminatorias hebræis, quod non fecisset si ipse ꝓpter timorem recederet. Etiam patet: quia si recessisset propter timorem, non recessisset cum intentionẽ redeundi ad obsidendum Ierusalem. s. ꝙ postquam pugnaret contra regem Aethiopum rediret ad subuertendum Ierusalem. Et hoc patet: quia tunc misit ad dicendum Ezechiæ, ꝙ Deus suus non posset liberare eum de manu ipsius, vt colligitur ex litera. Tertius modus erat, ꝙ Deus immiserit Senacherib solicitudinem alterius rei maioris, & magis necessariæ, quàm obsidere Ierusalem, & propter hoc recesserit: & istud est tenendum. Nam nunciatum est Senacherib, ꝙ rex Aethiopum exibat ad pugnandum contra eum, & vastabat terram suam, & coactus est Senacherib recedere, vt obstaret maiori periculo.

An Ezechias responderit aliquid Rabsaci, vt referret regi suo. Quæstio X.

QVAERETVR vlterius, an Ezechias responderit aliquid rabsaci, vt referret regi Assyriorũ, vel non. Respondendum, ꝙ non apparet: quia ꝑcedenti cap. dicitur: Rabsaces locutus est ad tres nuncios Ezechiæ audiente toto populo, qui erat super murum, & tunc nullus ei respondit. Nam dicitur, ꝙ tacuit populus, & non respondit ei quidquam. Tres autẽ nuncij Ezechiæ etiam nihil responderunt tũc, sed retulerunt verba eius Ezechiæ: postea autẽ non fit mentio aliqua, ꝙ Ezechias miserit aliquem ad re-

F spondendum Rabsaci. Dicendum tamen videtur, ꝙ responderit ei, ꝙ volebat sibi dare vrbem, sed ꝙ resisteret ei, & istud responsum daret Ezechias postquam consuleret Isaiam: nam volebat ipse scire qd Deus responderet: nam si Deus vellet adiuuare Hebræos contra Senacherib responderet Ezechias, ꝙ non daret vrbem regi Assyriorum. Si autem diceret, ꝙ non adiuuaret eos contra Assyrios, responderet Ezechias, ꝙ daret vrbem regi Assyriorum. Et nunc respondit Dominus per Isaiam, ꝙ non esset timendum à verbis Senacherib: ideo verisimile est, ꝙ responderet Ezechias Rabsaci, ꝙ non daret vrbem regi Assyriorum: quia Deus suus liberaret eum de manu eius. Et hoc patet tripliciter: primò, quia non

G est verisimile, ꝙ Ezechias mitteret Rabsacem sine responso quia ex hoc irritaretur nimis rex Assyriorum, & Rabsaces: quia contemnebantur nimis, cùm non dignaretur Ezechias respondere eis: Ezechias tamen nolet inutiliter prouocare contra se inimicitias. Secundò patet, quia si Ezechias nolet respõdere hoc esset ad occultandum intentionem suam, & tamen non occultaret eam per hoc: quia nolens respondere ostendebat, ꝙ nolebat consentire petitioni Senacherib, & insuper cõtemnebat eum: ideo verisimile est, ꝙ responderet. Tertiò patet: quia post quam Rabsaces redijt ad Senacherib, misit ipse epistolas denuo ad Ezechiam, dicens, ꝙ deciperet eum Deus suus: quia non posset liberare ipsum: ergo vi-

H detur, ꝙ Senacherib audierat responsum Ezechiæ, s. ꝙ nollet dare vrbem confidens in Deo suo, & tũc dixit Senacherib, ꝙ non confideret in illo: quia non posset liberare eum: si tamen Ezechias non respondisset aliquid Senacherib, nõ haberet motiuum Senacherib ad scribendum Ezechiæ verba ista.

Cunque audisset. Hic ponitur secunda prophetica denunciatio, & diuiditur in tria. Primò ponitur cõminatio Senacherib durorum verborum. Secundò oratio Ezechiæ coram rege cælorum. Tertiò respõsio per prophetam conscium diuinorum secretorum: secunda ibi *Itaque cùm accepisset.* Tertia, ibi. *Misit autem Isaias.* Circa primum dicitur. *Cunque audiuisset de Tharaca rege Aethiopiæ, dicentes: ecce egressus est, vt pugnet*

I *aduersum te.* i. audiuit Senacherib quosdam dicentes, i. annũciantes sibi de Tharaca, ꝙ veniret cõtra eum in bellũ. Erat autẽ iste Tharaca rex potẽs in Aethiopia, & veniebat ad pugnandum contra regem Assyriorum. Sciendum autem, quòd iste Tharaca non erat rex in ista Athiopia, quæ est in Africa, quã nos communiter Aethiopiam vocamus, sed erat rex in quadam parte Aethiopiæ, quæ est in Asia. Pro quo sciendum, quòd Aethiopia est terra nigrorũ, & ista extenditur per totum latus Meridianum orbis versus Aequinoctialem. s. in primo, & secundo Climate, & quædam pars eius incipit ab Oriente per totũ latus Meridianum Asiæ, & continuatur cum principio Africæ: & etiam extenditur per totũ latus Me-

K ridianum Africę vsque ad Occidentem ad prouinciam Mauritaniæ, quæ vulgariter vocatur Marruecos, & sic Aethiopia ab Oriente in Occidente extenditur, & iste rex Tharaca erat in Aethiopia Asiæ circa terram Assyriorum: ideo egrediebatur ad pugnãdum contra regem Assyriorum. *Et iret contra eum.* s. Senacherib ibat contra Tharacam regem Aethiopię: quia ille volebat terram Assyriorum inuadere. *Misit nuncios ad Ezechiam.* Nunc misit nuncios, & literas: prius autem solum miserat nuncios. s. Rabsacem, & Tharacam præcedenti cap. *Dicens: hæc dicite Ezechiæ regi Iudæ.* Hæc omnia scripta erant in literis, quas mittebat Senacherib ad Ezechiam, & tamen etiam iussit nuncijs, vt illa verbo tenus Ezechiæ dicerent ad

maiorem

maiorem confirmationem. *Non te seducat Deus tuus, in quo babes fiduciam.* Dicebat hoc Senacherib: quia Ezechias non cõfidebat de liberatione sua in aliquo humano adiutorio, sed ĩ solo diuino subsidio, & ĩ hoc tantum confidebat, ꝙ nolebat vrbem Senacherib tradere: & Senacherib dicebat, ꝙ Ezechias deciperetur in hoc: quia quanquam Deus suus diceret sibi istud: tamen non posset eum defendere. Hoc enim non dicebat Senacherib solum ad terrendum Ezechiam: sed quia sic verum esse putabat. Nam ipse Senacherib, & patres sui reges Assyriorũ destruxerant deos Gentium, & miserant eos in ignem, vt inf. patet, sed Senacherib credebat Deum hebræorum esse sicut vnum de dijs gentium, ideo putabat, ꝙ non posset liberare Hebræos. *Neq; dicas: non tradetur Ierusalem in manu regis Assyriorum.* Ezechias dicebat istud subditis suis dans eis bonam confidentiam. s. non tradetur Ierusalem in manu regis Assyriorum, & tamen Senacherib increpabat eum super hoc quasi stultè diceret: quia non posset ipse, nec Deus suus euitare, quin traderetur Ierusalem ĩ manu regis Assyriorũ. *Tu enim ipse nosti, quæ fecerunt reges Assyriorum vniuersis gẽtibus.* Quasi dicat, non sunt antiqua ista, nec in cognita, sed noua, & famosa, & tu potes scire illa per famam, quæ est in omnibus populis de regibus Assyriorum. Potes etiam scire gesta eorum antiqua per historias: & non oportet, ꝙ ego probem. Et dicitur, vniuersis gentibus. s. contra quas pugnauerũt: nam non potest intelligi de omnibus gentibus simpliciter: quia non pugnauerunt reges Assyriorum contra omnes gentes orbis, nec subiecerũt sibi illas, sed solum contra gentes, quæ habitabant in Asia: quia principatus Assyriorum non fuit dilatatus per Africam, & Europam, sed solum in Asia. *Quomodo vastauerunt eas.* s. vastauerũt omnes terras, contra quas pugnauerunt: quia non potuit aliqua gẽs sibi resistere. *Num ergo solus poteris liberari.* q. d. hoc non est verisimile: quia omnes aliæ gentes, contra quas pugnauerũt Assyrij, fuerunt subiectæ eis: populus ergo tuus non poterit resistere. Nunquid liberauerunt dij gẽtium singulos quos vastauerũt patres mei reges Assyriorum, & nullus illorum populorum potuit liberari per Deum suum? Dicit hoc contra Ezechiam: q͞a ipse dicebat, ꝙ Deus suus liberaret eũ de manu Assyriorum. *Gozam videlicet, & Haran, & Reseph filios Edẽ, qui erant in Thelassar.* Nominat hic multas gentes, quas reges Assyriorum subiecerunt sibi. s. Gozam, & potest accipi pro flumine, vel pro terra adiacẽti illi flumini, vel pro gẽtibus habitãtibus ab antiquo apud flumen illud. s. quia subiecerunt reges Assyriorum. Et ista est terra Gozam, ad quam translati fuerunt Israelitæ de Samaria præced ca. & sup. 17. Vocatur Haran quædam terra in regione Medorum, apud q̃ habitauerunt istæ decẽ tribus translatæ ab Assyrijs, vt patet 1. Paral. 5. Reseph nomen gentis incognitę est. Vocantur aũt filij Eden habitatores terræ Eden, & etiam ista est in parte medorum. Dicitur autem de istis gentibus, ꝙ erant in Thelassar. Thelassar est nomen regionis magnæ, in qua erant istę gentes particulares. *Vbi est rex Emath.* q d iam non est: quia reges Assyriorum deleuerunt ipsum, & terram eius. Et non accipitur Emath pro regno, vel prouincia denominata ab vrbe Emath, quæ est in terminis terræ Chanaan: Num. 34. sed accipitur pro alia Emath, quæ est in terra Medorum, vel aliarum gentium distantium à terra Chanaan: & ista est vna de quinque prouincijs, de quibus translatæ sunt gentes ad habitandum in Samaria post translationem Israelitarũ sup. 17. Et rex Arphad nomen regionis est Arphad cuius regem subiecerunt sibi Assyrij, & non reliquerunt reges in Arphad, sed vniuerunt terram illã regno Assyriorũ. *Et rex ciuitatis Sepharnaim.* Ista ciuitas erat caput regni, & regem subiecerunt sibi Assyrij, & priuantes regno vniuerunt terram illam regno suo, & postea transtulerunt habitatores eius in Samariam ad habitandum. Erãt autem viri de Sepharnaim crudeliores oĩbus gentibus in sacrificijs suis: nam filios suos comburebãt in igne in honore duorum deorum suorũ. s. Adramelech, & Anamelech sup. 17. *Ana, & Aua.* Istæ sunt duę gentes, siue prouinciæ gentium, quas subiecerunt sibi Assyrij, & vna illarum translata fuit in Samariam. s. Aua, quæ vocatur Halath supra. 17. & tamen habitatores eius vocantur Heuæi, ꝙ non potest esse denominatiuum, nisi de Aua. Ana ẽt est alia regio, ad q̃ translati sunt partim Israelitæ, qui habitabãt in Samaria 1. Para 5.

Quomodo Senacherib iuit ad bellum contra Tharacam regem Aethiopię, & reliquit terram Iuda. Quęst. XI.

QVAERETVR, quomodo Senacherib iuit ad bellum contra Tharacam regẽ Aethiopiæ, & reliquit terram Iuda, quam vastabat. Respondẽdum, ꝙ secundum, ꝙ vult Iosephus 9. Antiqui. Senacherib iuit in bellum contra Aegyptios: obsedit autem multo tempore ciuitatem nomine Pelusium, & eleuauit aggeres, & alias munitiones contra vrbem, & dum hæc faceret, audiuit Tharacam regem Aethiopum cum multo exercitu venire in auxiliũ regis Aegypti, & iter agere per desertum, vt subito irrueret in castra Assyriorum: Turbatus est autẽ Senacherib, & dixit Tharacam esse sacerdotem Vulcani, ideo, ꝙ non dimicaret cum eo: & sic dissoluit obsidionem, quam habebat contra Pelusium vrbem Aegypti: & tunc vt dicit Historia scholastica reuersus est Senacherib in Iudæam, & obsedit Ierusalem. Causa autem quare Senacherib pugnauit cõtra Pelusium vrbem Aegypti, fuit: quia rex Aegypti erat tunc in vrbe illa, quæ rebellauerat regi Assyriorum. Simile enim fuerat tempore Salmanasar prædecessoris Senacherib: nam ipse comperit regem Aegypti nomine suo velle rebellare propter Osee regem Israel, & pugnans cum eo cępit illum, & incarcerauit sup. 17. nunc autem tempore Senacherib rebellauerat iterum rex Aegypti, & pugnabat ꝯ eum Senacherib, vt reduceret ipsum ad tributa pristina.

Senacherib quare misit nunc literas ad Ezechiam. Quæstio XII.

QVAERETVR vlterius, quare Senacherib misit nunc literas ad Ezechiã, & cũ prius allegasset multa contra eum, quare nunc non allegauit nisi, ꝙ non speraret in Deo suo. Ad primum dicendum, ꝙ miserat Senacherib nuncios ad Ezechiã. s. Tharactam & Rabsacem, vt Ezechias subijceret se ei, & noluit Ezechias: nunc autem misit ei alios nũcios, & literas ad terrẽdum eum, vt sine bello se traderet. Ad secundum dicendum, ꝙ Senacherib allegauerat à principio multa contra Ezechiam: nunc autem solum allegauit, ꝙ nõ speraret in Domino. Et ratio est: quia à principio nesciebat Senacherib motiuum Ezechiæ ad rebellandũ, ideo volebat excludere totam spem eius inducens particulariter ꝑ omnes modos spei. s. ꝙ nõ debebat sperare in Aegypto: quia non poterat eum liberare, nec in multitudine populi sui: quia paucos subditos habebat, nec in Deo suo: quia ille non poterat liberare eum, sicut non liberauerant alij dij gentiũ cultores suos. Nũc autem sciebat Senacherib, ꝙ Ezechias non confidebat

bat, nisi in Deo suo: ideo voluit auferre ei istā spē, & solum inducit contra Deum suum, dicens, ꝙ non decipiat eum. Putabat enim Senacherib, ꝙ Ezechias habuisset responsum à Deo suo, ꝙ non traderetur ciuitas in manu Assyriorum sicut dij gētiū, qui Dæmones erant, respondebant per sacerdotes, & ꝓphetas suos: credebat tamen Senacherib, ꝙ Deus Israel mentiret̄ sicut sępè dij gentium mentiebātur. Hoc autem verū erat. s. ꝙ Ezechias habuerat responsum à Domino, ꝙ non traderetur ciuitas regi Assyriorum, & cum hoc cognouisset per Isaiam respondit regi Assyriorum, ꝙ nolet ei tradere urbē: q̄a Deus suus liberaret eum. *Itaque.* Hic ponitur secundum huius partis. s. oratio Ezechię coram rege cęlorum: nam postquā accepit literas Senacherib orauit Dominum contra illas: & dicitur. *Itaque cùm accepisset Ezechias literas de manu nunciorum, & legisset eas.* Nō fuerunt isti nuncij, qui primo venerant. s. Tartham, & Rabsaces, sed alij cum minori exercitu, & apparatu, & non blasfemauerunt isti Dominum, sicut primi, sed solum dederunt literas Ezechiæ. *Ascendit in domū Domini.* s. in templum ad orandum. Erat enim Ezechias sperans in Domino, & in omnibus nitebatur super auxilio Dei: ideo recurrebat ad orationem in principio cuiuscunq; angustiæ. Et sic dicitur in laudem specialem Ezechiæ, ꝙ sperauit in Dn̄o præcedenti cap. s. in omnibus operibus suis sperauit in eo. *Et expandit eas coram Domino.* s. aperuit literas in templo ponens coram altari, & manebant apertę dum ipse orabat. *Et orauit in conspectu eius, dicens.* s. orauit coram Domino: nam quæ fiebant in templo diceban tur fieri coram Domino: quia Deus specialiter credebatur esse in templo. *Domine Deus Israel, qui sedes super Cherubim.* i. qui principaris super omnem creaturam tam spiritualem, quàm corporalem: nam etiā super Cherubim sedes, qui sunt spiritus excellentissimi. Et ita accipiunt expositores nostri: sed dicit, ꝙ Deus sedebat super Cherubim. s. in sancta sanctorū: nam Deus dicebatur esse super arcam in propiciatorio, & erant duo Cherubim eleuati super arcam extendentes alas à duobus lateribus oppositis arcę, & super illos dicebatur Deus sedere tanquam scabellum pedum eius esset propiciatorium. Et realiter credebatur à Iudæis ibi esse: quia ibi loquebatur. Nā quandocunq; Moyses introibat in sancta sanctorū ad quærendum de aliquo dubio audiebat vocē loquentis ad se de propiciatorio: Nu. 7. & iste loquens credebatur esse Deus: cum ergo loqueretur ibi, dicebatur ibi sedere super duos Cherubim, quia de medio illorum audiebatur vox: Num. 7. s. Audiebat vocem loquentis ad se de ꝓpiciatorio inter duos Cherubim, & isto modo intelligi debet quandocunque in veteri testamēto dr̄, ꝙ Deus sedet sup Cherubim: q̄a nō habebat in veteri testamēto cognitio de hierarchijs cęlestibus. *Tu es Deus Israel solus regū oīum terræ.* s. Israel nō habet multos deos sicut gētes, sed te vnicū, & ēt tu solus es Deus oīum regū terræ. s. potens super illos, & gubernans eos, & dans illis regnum, licet ipsi non cognoscant te. *Tu fecisti cęlum, & terram.* s. tu creasti omnia. Intelligit enim omnia, quæ sunt per cœlum, & terram sicut dicitur Gene. 1. In principio creauit Deus cœlum & terram, & intelliguntur omnia corpora elementalia, & cęlestia per ista duo. *Inclina aurem tuam, & audi; aperi oculos tuos Domine, & vide.* Loquitur modo humano tanquam Deus esset quidam rex potens sedens in trono cęlesti, qui ad hoc, ꝙ videret mala nostra, oportebat, vt aperiret oculos suos, & ad hoc, ꝙ audiret preces nostras, oportebat, vt aperiret oculos suos, & ad hoc, ꝙ audiret preces nostras, oportebat, vt inclinaret aurē suā.

Orō Ezechiæ ad Dominū.

F Sic enim dixit Salomon supra præcedenti lib. c. 8. s. Sint oculi tui aperti super domum hanc die ac nocte. Sic etiam Moyses dixit Deut. 11. s. Terra mōtuosa, & campestris de cœlo expectans pluuias, quam Dominus tuus semper inuisit, & oculi illius in ea sunt à principio anni vsq; ad finē eius: Deus quoq; vtitur isto modo loquendi de se ipso: Gen. 11. & 18. s. Descendam, & videbo an clamorem, qui venit ad me, opere compleuerint: Deus tamē, nec aures, nec oculos habet. *Et audi omnia verba Senacherib.* i. attende ad illa vt reputes digna punitione. *Qui misit, vt exprobraret nobis Deum viuentem.* s. ipse misit nuncios suos primos Rabsacem, & Tharthan, qui exprobrauerunt Deum Israel nomine Senacherib: præcedenti c. postea vero misit literas, in quibus continebantur blasfemiæ contra Deum. s. ꝙ mentiretur Deus Israel, &
G ꝙ non posset liberare Israelitas de manu regum Assyriorum. Et dicitur: qui misit, vt exprobraret nobis Deum viuentem: q. d. Deus offendit Senacherib in hoc s. Deum viuentem, quem exprobrauit: ēt nos, quia ad inferendum contumeliam nobis fecit ista verba dici coram nobis sciens, ꝙ doleremus de iniuria Dei nostri. *Verè Domine dissipauerunt reges Assyriorum gentes.* Reducit se Ezechias ad argumentum Senacherib demonstrans illud non concludere: quia Senacherib arguebat sic reges Assyriorum destruxerunt multas gentes, & non potuit aliqua per Deum suum liberari de manu eorum, ita ergo Deus Israel
H non posset liberare Ierusalem: Ezechias autem dicit, ꝙ non est simile: quia Assyrij potuerunt contra alias gentes, & cremauerunt Deos eorum: quia non erant dij, qui possent liberare eos, sed erant lapides, & ligna: Deus autē Israel erat verus Deus, ideo poterat liberare, & terras omnium. s. dissipauerūt terras omnium gentium contra quas pugnauerunt. Sed Isa. 37. dicitur, verè Domine desertas fecerūt reges Assyriorum terras, & regiones earum: sed idem est dissipare, & desertum facere. *Et miserunt deos eorum in ignem.* s. cremauerunt deos illarum gētiū, quas subijciebant sibi: nam erant lignei, vel lapidei, & incinerabantur, vel resoluebantur in calcem. *Non enim erāt dij, sed opera manuum hominum de ligno, & lapide, & perdiderunt eos.* s. reges Assyriorum potuerunt perdere. i. de-
I struere deos gentium: quia non erant dij, sed lapides, & ligna: & tamen non potuerunt facere hoc cōtra verum Deum: & in hoc decipiebatur Senacherib: quia putabat Deum Hebræorum nō esse maioris virtutis, quàm alios Deos gentium: *Nunc igitur Domine Deus noster saluos nos fac de manu eius.* s. nos scimus, ꝙ tu verus Deus es, & non es lapis, vel lignum, ideo salua nos de manu Senacherib: q̄a potens es ad hoc. *Vt sciant omnia regna terræ: quia tu es Dominus Deus solus.* i. facias hoc ad magnam gloriam nominis tui: q̄a per hoc manifestè cognoscerent omnia regna terræ, ꝙ tu solus Deus es. Quod patet, nam cęteri dij gētium
K non potuerant liberare cultores suos de manu Assyriorum, sed potius ipsi dij mittebantur in ignē ab eis, & cremabantur, vt patet in litera: tu autem liberasti cultores tuos mirabiliter: non erat ergo dubiū, quin tu sis verus Deus, & illi sint lapides, & ligna.

Quare nunc Ezechias orauit ad Dominum pro liberatione, an esset ex incredulitate, cum iam Deus hoc concessisset. Quęstio XIII.

QVAERETVR, quare Ezechias orauit nunc Dominum, vt liberaret Ierusalē de manu Assyriorum: nā vr̄, ꝙ hoc erat superfluū, vel pertinens ad incredulitatem: quia iam Deus responderat per Isaiam, ꝙ liberaret Ierusalē, ideo orare rursus super hoc

hoc erat nõ credere dicto prophetę, vel dubitare de illo. Respondendum vno modo, ꝙ non erat incredulitas: qa q̃q̃ Deus dixisset, ꝙ liberaret Ierusalẽ, poterat postea mutatio fieri ex parte Ezechię, vel populi eius, ꝑ quam iam non mererent̃, ꝙ Deus liberaret eos de manu Senacherib: Nã prophetię interdũ dicunt̃ s̃m merita eorũ, de quibus dicunt̃: ideo si mala p̄nũciant̃ ꝯ aliquos, dũ sunt in peccato, & postea dolent, mutat̃ ꝓphetia: si aũt bona ꝓmittantur aliquibus, dum sunt accepti Deo, & postea declinẽt à bona, mutat̃ ꝓmissio: Ier. 18. ita nunc timere poterat Ezechias, ꝙ inter tp̃s primæ respõsionis, & nũc, poterat populus suus esse mutatus, vel ipse, & Deus mutaret bona, q̃ ꝓmiserat eis: ideo orauit rursus, vt liberaret eos. Aliter põt dici, ꝓ q̃q̃ Ezechias esset certus ex ꝓmissione Dei prima, ꝙ liberaret Ierusalẽ de manu Senacherib, oraret nũc, ꝙ Deus liberaret eos, qa noua causa insurgebat. s. qa Senacherib mittebat rursus literas cõminatorias ad Ezechiã. Tertiò põt dici, ꝙ dato, ꝙ Ezechias sciret p certã reuelationem Dei, ꝙ liberanda erat Ierusalẽ de manu Senacherib, & nõ emergeret aliquid nouũ poterat semp orare, ꝙ liberaret Deus Ierusalem de manu Senacherib, dum tñ non oraret tanq̃ nõ cõfidens se impetrauisse, sed oraret ad humiliandũ se Deo: qa or̃o actus latriæ est, in qua non solũ obtinere volumus qd̃ desideramus, sed ẽt Deo ꝑtẽ cultus debiti impendimus. In quantũ. n. or̃o est ad impetrandũ, qd̃ desideram⁹, & est gr̃a nostri: nõ oportet nec est bonũ, ꝙ postquã de aliqua re obtinẽda certificati fuerimus rursus ꝑ ea ad Deũ oremus. Et tñ in quantũ or̃o est actus latriæ, per quẽ impendit̃ Deo seruitus bonũ est frequẽtare semꝑ orationẽ, ẽt super rebus, de quibus iã certi sumus, ꝙ obtinebunt̃. Sic ẽt si quis sciret Deo reuelante, ꝙ certissimè habiturus esset vitã ęternã adhuc orare ꝑ vita æterna bonũ esset: qa tũc licet ista oratio esset in modũ petitionis quantum ad formã verborum & tamen potius erat gratiarum actio de certitudine ꝓmissi, quantũ ad intentionẽ orantis.

Ezechias quare aperuit, & expandit literas Senacherib coram Domino. *Quæstio XIIII.*

QVAERETVR vlterius ad qd Ezechias aperuit, & expãdit lr̃as Senacherib in tẽplo coram Dño cũ oraret. Dicendũ, ꝙ Ezechias volebat ꝑsuadere Deo, vt puniret Senacherib ꝓ tãtis blasfemijs, quas ꝯ eũ protulerat, & ad hoc volebat vti modo ꝑsuasorio, quo inter hoĩes vteret̃. Nã si quis vellet cõcitare aliquẽ ꝯ aliũ ad irã, vel odiũ, & ille dixisset aliqua mala de eo ꝓferret mala, q̃ ille dixerat. Etiã si aliquid scripsisset contra eũ literas ostenderet: ita nunc Ezechias arbitrabat̃ Deũ esse in tẽplo specialiter, ideo aperiendo literas in tẽplo credebat se aperire illas corã Dño tanq̃ Deus illas ibi legere posset. Alia ratio erat: qa intẽdebat Ezechias suadere Deo, vt eũ liberaret, & vt puniret Senacherib blasfemũ, & ad hoc faciebat cõparationem ĩter se, & Senacherib. s. ponendo simul coram Domino orationẽ suã deuotam, & blasfemiam Senacherib superbam, vt sic magis Deus placaretur sup orationem Ezechiæ, & magis irasceret̃ super blasfemijs Senacherib: nã cõtrariorum iusta positio multum operatur. s. quia facit videri ea, quæ magna sunt esse valde magna, & quæ parua sunt esse valde parua, & quæ mala sunt esse valde mala, vt ait Aristoteles 2. Elench. Et sic oratio Ezechiæ simul posita cum blasfemijs Senacherib acceptabilior videretur, quàm per se posita, & blasfemiæ Senacherib cõparatę or̃oni Ezechiæ infandiores viderentur, q̃ per se positę: posuit ergo vtrunq; simul, vt efficacior esset modus ꝑsuadẽdi.

A *Quare reges Assyriorum combusserunt omnes deos Gentium.* *Quæstio XV.*

QVAERETVR vlterius, quare reges Assyriorum combusserunt omnes Deos Gentiũ, quas subiecerunt sibi. Respondendum, ꝙ hoc poterat esse propter multa. Primò propter superbiam regum Assyriorum: quia erant valde superbi putãtes in potestate sua, & sapientia omnia fecisse, sicut dixit Senacherib: & habetur Isa. 10. s. Detraxi quasi potens in sublimi residẽtes, & inuenit quasi nidum manus mea fortitudinem populorum, & sicut colliguntur oua, quæ derelicta sunt, sic vniuersam terram ego congregaui. Erat autem magna superbia & honor

B nimius, vt reges Assyriorum nõ solum præualerent contra homines, sed etiam contra deos cremando eos igne: & per hoc apparebat, ꝙ maiores erant reges Assyriorũ dijs. Secundum erat ad auferendum populis spem de liberatione pro dijs suis. Nã aliquæ gentes putabant deos suos esse magnæ potestatis, & ꝙ possent eas liberare de manu hostium. Ob hoc autem reges Assyriorum cremabant deos gentium, quas subijciebant sibi, vt aliæ gentes audientes hoc nõ cõfiderent, ꝙ dij sui possent liberare eas de manu Assyriorum, cum dij aliarum gentium essent cõbusti ab eis. Sic enim arguebat nunc Senacherib cõtra Ezechiam. s. ꝙ sicut dij aliarum gentium non potuerant liberare eas de manu Assyriorum, ita nec Deus

C Israel posset liberare Ierusalem. Tertiũ erat, & pręcipuum, quia volebant reges Assyriorum videri, & vocari dij in omnibus terris suis, & ob hoc faciebãt, ꝙ perirent oẽs dij gentium, & ipsi soli colerentur in deos. Et hoc erat quod ipsi verè intendebant. Patet hoc de Nabuchodonosor rege Assyriorum, qui iussit Holopherni principi militiæ suæ, vt destrueret oẽs deos Gẽtiũ, & templa eorum, & lucos, vt patet Iudith 3. ꝓceperat enim illi Nabuchodonosor rex, vt oẽs deos terrę exterminaret, videlicet, vt ipse solus diceretur De⁹ ab his nationibus, quæ potuissent Holophernis potẽtiæ subiugari. Et sicut iste rex Assyriorum destruebat deos gentium, vt ipse Deus diceretur: ita credendum est, ꝙ ad eundem finem cę-

D teri reges Assyriorũ prædecessores sui hoc fecissent.

Misit aũt. Hic ponit̃ tertiũ huius partis s. responsio per prophetam cõscium diuinorum secretorũ, & fuit ista responsio consolatoria Ezechiæ denunciando sibi ruinam Senacherib, & diuiditur in duo: quia primò dicta ruina prædicitur. Secundò signũ Ezechiæ datur, ibi. *Tibi autem Ezechia.* Circa primum dicitur. *Misit autem Isaias filius Amos ad Ezechiam.* Ista vice non misit nuncios Ezechias ad Isaiam, vt consuleret Dominũ super verbis epistolæ Senacherib, vel vt oraret ꝓ vrbe, sicut prius miserat, sed ipse orauit: Deus tamen reuelauit Isaiæ orationem Ezechię esse exauditam, & ipse misit ad nunciandum illud Ezechiæ. *Hæc dicit Dominus, quæ deprecatus es me super Se-*

E *nacherib rege Assyriorum audiui.* Orauerat Ezechias, vt Deus attenderet ad verba Senacherib. s. vt puniret eum pro verbis blasfemiæ contra Deum, & Deus exaudiuit Ezechiam: quia destinauit occcidere Senacherib per manus filiorum suorum. *Iste est sermo, quem locutus est Dominus de eo.* s. ista sunt verba, q̃ Deus locutus est contra Senacherib, in quibus primo increpat eum, deinde prædicit ei mala, ibi. *Ponam itaq;.* Circa primum aliquando Deus loquitur hic ad Ierusalem, & aliquando ad Senacherib. Primò autem loquitur hic ad Ierusalem. s. *Spreuit te, & subsannauit te virgo filia Syon.* Aliqui putant, ꝙ filia Sion sit nominatiui casus, & ꝙ ipsa spreuerit, sed falsum est: quia tunc non appareret ad quem fieret locutio, sed est vo-

vocatiui casus, & loquitur Deus ad ipsam. s. ô virgo filia Sion, Senacherib spreuit te, & mouit caput suũ post tergum tuum. Dicitur spreuisse eam: q̃a Senacherib contempsit habitatores Ierusalem indicans, ꝙ nullo modo possent ei resistere, nec etiam Deus suꝰ posset liberare eos. Dicitur subsanauisse. i. nimis contempsisse: quia subsanare est torto naso irridere, & pertinet ad magnum contemptum, cum quis nullo modo ęstimat alium alicuius valoris. Vocat filia Syon populus Ierusalem: quia habitabant in vrbe illa. Nam iste est modus loquendi antiquorum. s. ꝙ habitatores loci vocentur filij loci. Sic dixit Efrõ Abrahę, ꝙ tradebat agrum ei corã filijs populi sui. i. coram habitatoribus populi sui: Gene. 22. & habitatores Sichem vocantur filij Sichem. Sic etiam Christus loquebatur Lucę. 23. ca. Filiæ Ierusalem nolite flere super me. i. mulieris vrbis Ierusalem. Dicit Nicolaus, ꝙ vocatur filia Syon ciuitas Ierusalem: quia sicut filia defenditur à matre, ita ciuitas Ierusalẽ defenditur à castro Sion, quod supereminet ei. Sed nõ propter hoc vocatur sic, sed quia accipitur Ierusalem, & Sion pro eodem: nam dicitur hic: filia Syon, & filia Ierusalem pro eodem: & sic nominatur populus Ierusalem aliquando ab vrbe, & aliquando à castro vrbis, scilicet à Sion. *Post tergum tuum caput mouit filia Ierusalem.* s. ô filia Ierusalem, Senacherib mouit caput post tergum tuum. Et duplicatur hic sententia eadem in verbis diuersis, sicut fit in carminibus, & in omnibus operibus Rhetoricis. Sic dicitur supra 2. lib. cap. 20. & præced. lib. cap. 11. s. Quæ nobis pars in Dauid, & quæ hæreditas in filio Isai? & tamen pars, & hæreditas idem sunt, & Dauid, & filius Isai idem sunt. Et dicitur secundum Nicolaum, & Historiam scholasticã, ꝙ mouit Senacherib caput suum post tergũ populi Ierusalem. s. quia fugiebat populus, & Senacherib mouebat caput post fugientes, qui ei terga dabant. Sed falsum est: quia huc vsq; nondum fuerat aliquod bellum, ita vt populus Ierusalem fugeret à facie Senacherib. Sed ista sententia est eadem cum præceden. s. post tergum tuum caput mouit. i. irrisit te, non aspiciẽte te. Et iste est modus illorum, qui volunt nimis illudere alijs. Nam cũ ipsi conuertunt se ad aliam partem, incipiunt gesticulari contra eos: & istud est mouere caput post tergum: & sic ista sententia est eadem cum præceden. Quod patet, quia filia Sion, & filia Ierusalem idem sunt: & subsanare, & mouere caput post tergũ idẽ sunt. Vocatur virgo filia Sion, vt vult Rabanus, & Glo or. & Nicolaus: quia sicut virgo est incorrupta, ita Sion fuit incorrupta: q̃a in alijs gentibus fuit corruptio cultus Idolorum: in Sion autem semper fuit cultus Dei. Sed dicendum, ꝙ non vocatur propter hæc virgo: quia etiam in tẽplo Domini fuit aliquãdo idolatria, & erant ibi statuę, & lucus, vt patet infra 23. Sed vocatur virgo filia Sion ad exornãdum sicut est consuetudo Rhetoricis, & poetis, & fingũt personam rei non habentis personam: nã totus populus non habet personam, & fingitur hic filia Siõ tanquam puella virgo, contra quã facta essent omnia ista. *Cui exprobrasti.* Hic mutatur locutio: quia dirigitur sermo contra Senacherib. Aliqui tamen putant, ꝙ ista verba sint Isaiæ loquentis contra Senacherib, & sic vult Nicolaus, & concordat hoc literę ex modo loquendi, cùm fiat hic sermo de Deo ĩ tertia persona: & tamen dicendum, ꝙ ista sunt verba Dei: quod patet: quia Isaias dixit: hæc dicit Dominꝰ Deus Israel, & postea sequitur: iste est sermo, quẽ locutus est Dominus: de eo ergo omnia ista sunt verba Dei. Et non obstat, ꝙ fiat sermo de Deo in tertia ꝑsona: quia frequenter loquitur Deus de seipso tã-

F quàm de alio in tertia ꝑsona, vt patet sup. 17. & ibi declaratum est. Sic etiam Moyses loquitur de se ipso in tertia ꝑsona. s. misit Isaias filius Amos ad Ezechiam, & alia simila, Isa. 26. & 27. & 28. Et dicitur. *Cui exprobrasti, & quem blasfemasti.* Pro eodem accipiũtur ista hic: nam erat exprobare, ꝙ Senacherib diceret vituperia Deo: blasfemia autem erat in quãtum pertinebant ad Deum ista verba. s. ꝙ exprobare conuenit tam hominibus, quàm Deo: ideo quæcunque mala dicta contra homines, vel contra Deum dicũtur exprobrationes. Blasfemia autem propriè pertinet ad Deum: nam mala, quæ dicuntur contra homines non, sunt blasfemiæ, sicut quæ dicuntur contra Deum: & ideo pertinet hoc ad excellentiam

G Dei, ꝙ mala, in quibus offendimus Deum diminuẽdo honorem suum, dicantur blasfemiæ, & mala, in quibus diminuimus statum hominum, non sunt blasfemiæ: sicut quædam mala facta cõtra reges dicuntur crimina lęsę maiestatis, & eadem facta contra alios non dicuntur crimina læsę maiestatis: quia pertinet ad magnum honorem, ꝙ possit committi contra aliquem crimen læsę maiestatis: ita pertinet ad maximam dignitatem, qualis est diuina, ꝙ possit blasfemia committi contra eam. *Contra quem exaltasti vocem tuam?* s. dicendo, ꝙ Deus Israel non posset liberare Ierusalem de manu eius: patet præced. c. & hic, & ꝙ Ezechias non haberet fiduciam in Deo suo, & ꝙ ille decipiebat eum. *Et eleuasti in excelsum oculos tuos.*

H Potest accipi hic excelsum pro cęlo, vel pro Deo. Primò modo, ꝙ eleuauit oculos contra cœlum: q̃a iste est modus superborum ꝙ dicendo verba ambitiosa ex cordis elatione eleuent etiam oculos cõtra cęlum: quia nihil est, in quo magis superbia pateat quàm in oculis. Ibi etiam manifestatur ira. s. quãdo oculi torui sunt: manifestatur ẽt libido in quodam motu oculorum ad quem sequitur quoddam expalescere: & generaliter non est aliqua affectio, q̃ magis non manifestetur in oculis, quã in alijs partibus corporis. Ratio huius est: q̃a affectiones sunt aliquo modo spirituales: & in partibus nostris non est aliqua pars, quæ magis accedat ad conditionem spiritualem, quàm oculus. Quod patet ex immutatione

Ois affectio i oculis maxime manifestatur.

I sua, quia immutatur à sensibili minus materiali, q̃ alie potentię organicę. Necesse est igitur, ꝙ passiones, quæ sunt spiritualiores, quã organa, demonstrentur potius in parte illa, quæ maiorem affinitatẽ habet cum eis. s. in oculis, qui sunt spiritualiores. Accipiendo secundo modo est sensus, ꝙ leuauit Senacherib oculos suos contra excelsum. i. contra Deum, q̃ habitat in excelsis, vel qui excelsior est in potestate omnibus dijs terrę. *Contra sanctum Israel.* i. contra Deũ, qui est sanctus Israel, fecisti omnia hæc, ideo debueras erubescere, cum ipse sit sanctus, & potens. *Per manum seruorum tuorum exprobrasti Domino.* i. per seruos tuos. s. quia misit Senacherib Rabsacẽ, & Tharthan ad blasfemandum Domino præcedenti ca. Et hoc

K erat damnabilius: nam si per se ipsum blasfemasset contra Dominum, non esset tam horrendum, sed etiam seruis suis iubebat blasfemare. Sicut si aliquis potens iubeat alicui seruo suo, ꝙ percutiat alapa aliquem virum honorabilem, valde magis dehonorat eum, quàm si ipse per se illum percuteret. *Et dixsti: in multitudine curruum meorum ascendi excelsa montium.* Secũdum Nicolaum debet sic exponi. s. ascendi in Ierusalem ad montem Sion, qui erat mons excelsus. *In summitate libani.* Intelligit hoc de templo, quod erat in monte Sion, quod erat factum de lignis Libani: præcedenti lib. cap. 5. *Et succidi sublimes cedros eius, & electas abietes eius.* Intelligit de templo. s. ꝙ Senacherib intendebat destruere, & cremare templum, vbi erãt cedri,

cedri, & abietes: quia omne lignum templi erat de abietibus, vel de cedris præced. liq. cap. 5. & vocãtur electi cedri, & abietes: quia ligna, quæ ducta fuerunt in templo, erant electa in monte Libano: præcedenti lib. c. 5. & debet secundum hoc præsupponi, ꝙ Senacherib cogitabat ista in corde suo facere: & licet nondum fecisset loquebatur de illis tãquam iam fecisset: quia putabat, ꝙ nullus erat, qui posset eũ impedire quin hæc faceret. Aliter tamen exponenda est tota ista litera, & melius. s. ꝙ omnia, quæ sunt ab isto loco. s. in multitudine curruum vsq; ad locum illum, nunquid non audisti, accipiantur de præterito, & ꝙ iam facta erant per Senacherib, & prædecessores suos. Et sic nihil significat ista litera nisi quandam laudem superbam, quàm Senacherib sibi ipsi attribuebat. Et dicitur. *In multitudine curruum meorum ascendi excelsa montium.* i. propter multitudinem curruum meorum ascẽdi ad ciuitates fortissimas, quæ erant in excelsis. s. erant aliquæ ciuitates fortissimæ propter situm suum. s. in montibus, & locis excelsis, & vix erant expugnabiles: & tamen propter multitudinem curruum meorum ego potui expugnare illas, & ascendi, & cępi eas. Vel dicitur: in multitudine curruum meorum ascendi excelsa montium. s. quia quanquam haberẽ multos currus, qui non possunt trahi nisi per terram planã: & tamen ego ascẽdi cum omnibus illis in excelsa montium faciendo vias præ magnitudine potestatis meæ, vbi nũquam fuerant. In hebręo dicitur. *In multitudine currus mei.* Sed modus improprius loquendi est: quia si multitudo erat non esset vnus currus, sed multi: tamẽ cõsuetudo hebraica istud habet. *In sũmitate Libani.* i. ascẽdi ĩ summitatẽ Libani. Libanus. n. mons est in terra Chanaan, cuius pars est in Phœnice in terra Tyri, & Sydonis, & iuxta Syriam. In hoc monte sunt multę ciuitates, vt colligitur Iosue. 11. & 13. & Iud. 3. & has cęperunt reges Syriæ. *Et succidi sublimes cedros eius, & electas abietes eius.* In libano erãt cedri, & abietes plus quàm in alijs montibus illarum terrarum, & Senacherib fecit succidi multas istarum arborum ad significandum magnitudinem potestatis suæ, vel fortè ad necessitates curruum fabricandorũ, vel ad alia ministeria. *Et ingressus sum vsq; ad terminos eius.* i. perambulaui totum montem Libani vsque ad terminos, idest, vsq; ad extremitates eius. In Hebręo dicitur: & ingrediar: quia ponitur futurum pro præterito sępe ex modo loquendi hebraico: Necesse est autem poni in præterito: quia alia verba præcedentia ponebãtur in præterito. s. ascendi excelsa montium, & succidi sublimes cedros, & omnia pertinent ad eãdem sententiam, siue ad eundem actum, ideo necesse est poni omnia in præterito, vel omnia in futuro: & sic litera nostra ponit omnia in præterito. *Et saltum Carmeli eius ego succidi.* Carmelus est quidam mons, & est duplex in terra Chanaan; nã quidam Carmelus est in extremitate eius meridiana in sorte Iudæ apud ciuitatẽ quæ vocatur Chermel. Iosue 15. & de isto monte Carmeli accipitur supra 1. lib. c. 25. cum dicitur, ꝙ Nabal habebat possessionem suam in Carmelo. Alius est mons Carmeli in terra Chanaan ad aquilonarem partem eius, & versus occidentem circa mare, & est in finibus sortis Aser: Iosue 19. & est versus terram Sidonis circa mare occidẽtale, vt quidam volunt, vel magis ad orientalem partem apud mare Cenereth, quod vocatur lacus, vel mare Genesareth, vel mare Tyberiadis, aut mare Galilæę, & ob hoc vocatur iste Carmelus maris: Iosue 19. & iste est in quo manebat Elias: præcedenti libro capitul. 21. & vbi fecit sacrificiũ, & occidit prophetas Baal eod. lib. cap. 18. & ibi erat, quando fecit descendere

[Car]melus [m]ons du[p]liciter. [Cha]na.

A ignem de cœlo super duos quinquagenarios, sup. 1. cap. Et istum montem visitabat sæpè Elisæus supra 2. & 4. hic autem accipitur Carmelus secundo modo, & dicitur, ꝙ erat Carmelus quidam mons particularis, qui erat pars montis Libani, cũ Libanus extenderetur in multam terram. Et dicebatur Carmelus habere saltum: quia erant multa ligna in eo de siluestribus, & ista succiderat Senacherib: quia ipse, & prædecessores sui reges Syriæ perambulauerant terram istam. *Et bibi aquas alienas.* Vocantur aquæ alienæ, quas habent aliqui collectas in puteis, vel cisternis, & illæ sunt propriæ: & quicunque accipit illas, furtum, vel rapinam committit, sicut qui accipit aliquam aliam rem possessam ab alio. Et istud

Aquę alienæ quę dicantur.

B erat in terra Chanaan, & Idumæorum Moabitarũ, & Ammonitarum, & omnium vicinarum gentiũ: quia illa terra habet paucas aquas fluuiales, vel fontanas, sed colliguntur de cęlo in cisternis: ideo emũtur aquę ad bibendũ in multis locis. Sic patet quando Israelitæ venientes de Aegypto transierunt per terram Idumæorum: nam dixit eis Deus: cibos emetis ab eis pecunia, & comedetis aquam emptã haurietis, & bibetis: Deut. 2. & ipsi Israelitæ fecerunt dicentes: non ibimus per agros, nec per vineas, nec bibemus aquas de puteis tuis, & si biberim⁹ aquas tuas nos, & pecora nostra, dabimus quod iustum est, nulla erit in precio difficultas: Num. 20. Senacherib autem ambulabat per terrã Chanaã, & bibebat aquas

C Israelitarum, & comedebat cibos eorum violenter. Sed Isa. 37. dicitur: Ego fodi, & bibi aquam. Et debet intelligi, ꝙ in terra aliena Senacherib fodit puteos, & cisternas, & bibit aquas: & etiam istę vocabantur aquæ alienæ: quia erant in terra aliena. Et etiam verum est, ꝙ Senacherib fodit, & bibit aquam: quia aliquando deficiebat aqua exercitui suo, cùm terra illa esset deficiens aquis, & bibebat inde exercitus. Fiebat etiam hoc: quia populi illi, contra quos pugnabat, scientes, ꝙ venturus esset ad pugnandum cõtra eos, obturabant capita fontium, & fluminũ, vt non haberet exercitus eius aquas, & non posset diu manere in obsidione ꝯtra eos. Sic enim fecit Ezechias: quia fecit obturari capita fontium 2. Paralipom. 32.

D *Et siccaui vestigijs pedum meorum aquas clausas.* Scilicet, transeundo per aquas clausas siccaui illas. Vocantur enim aquæ clausę putei, & çisternæ, quæ erant clausæ, cùm non fluant, sicut fontes, & flumina, vel vocantur aquæ clausæ illæ, quæ erant in vrbibus seruatæ in cisternis, & puteis ad sustentationem eorũ, qui erant in vrbibus obsessis. Et istas aquas magis intelligit Isaias, cũ dicit: & exsiccaui vestigio pedis mei omnes riuos aggerum: Aggeres autem vocanť munitiones Isa. 37. Exsiccabat autem vestigio pedis sui istas aquas, quando ipse, & exercitus suus transibant per flumina, vel alias aquas. Vel potest intelligi aliter, scilicet, exsiccaui aquas vestigio pedis mei, scilicet, per quancunque terram transibam, bibebã omnes aquas præ multitudine exercitus mei, & sic vbi

E erat vestigium pedis mei siccabantur aquæ. *Nũquid non audisti?* Hic cõuertitur Deus ad loquendum contra ipsum Senacherib increpando eum, cũ hucusq; posuisse superbiam cordis eius. *Et dicit: nunquid non audisti quid fecerim?* idest, nunquid non audisti opera mea, quæ nota sunt? Et intelligit hoc Nicolaus de creatione rerum, quæ aliquo modo nota erat gentilibus, quanquam ipsi errarent in multitudine deorum, & hoc quia dicitur immediatè. *Plasmaui illud.* Idest, formaui omnem creaturam: & tamen non debet intelligi sic, sed solum est quædam increpatio Dei contra Senacherib: quia Senacherib eleuabat cor suum propter magnalia, quæ fecerat ipse, & reges prædecessores

cessores sui:& tamē non fecerat ista in virtute sua, sed Deus ostendit,ꝙ ipse dedit ei potestatem faciendi omnia hæc,& præordinauerat illa antequam faceret per reges Assyriorum,& nō potuissent ipsi facere ista,nisi Deꝰ vellet vti eis,vt instrumētis ad hęc. Istud patet clarè Isa.10.cum dicitur: Ve Assur virga furoris mei, & baculus ipse, in manu eorū indignatio mea,ad gentem fallacem mittam eum,& cōtra populum furoris mei mandabo illi, vt auferat spolia: & postea sequitur ibi,ꝙ reges Assyriorum non æstimauerunt sic, sed ꝙ ista fortitudo ab eis esset, & ob hoc contra Deum cleuati sunt. Vult ergo Deus ostendere,ꝙ omnia ista facta sunt à regibus Assyriorum per sententiam Dei, & voluntatem eius, & in potestate illorum.Et dicitur. *Nunquid non audisti quid fecerim.*i.non audisti omnia,quæ ego feci contra gētes multas per alias gentes tanquam per ministros, q d. non debuisses superbire, & putare,ꝙ tu fecisses ista,cùm audiueris ea,quæ ego fecerim. *Ex diebus antiquis plasmaui illud.* Idest, omnia,quæ facta sunt nunc à me plasmata sunt. i. præordinata ex diebus antiquis,idest ab æterno:qa omnis Dei cognitio, & volitio æterna est, quanquam ordinata, & cognita ab ipso per temporales successiones ad esse ducantur. Quasi dicat,omnia,quæ nunc per te,& prædecessores tuos reges Assyriorum facta sunt, nō fuerunt ex consilio vestro,nec ex potentia vestra facta sunt: dicebat Senacherib.Isa.10.scilicet, in fortitudine manus meæ feci, & in sapientia mea intellexi, sed omnia ab antiquo erant à me plasmata, idest,diffinita, & nunc adduxi illa ad esse in tempore isto per vos tanquam per ministros. *Eritque in ruinam collium pugnātium.* Idest,istud,quod ego cogitaui ab antiquo,& duxi nunc ad esse,erit in ruinam, idest,ad destructionē collium pugnantium, idest, hominum potentum, & superborum:sed Isa.37.dicitur. Et factum est in eradicationem collium compugnantium. Et idem est:& intelligitur de regibus Assyriorum,scilicet, ꝙ Deus adduxit illos ad destructionem multorum regum potentum, & gentium: quia illę offendebant Deum. *Et ciuitates munitæ, & qui sedent in eis humiles manu contremuerunt.* Scilicet, à facie regum Assyriorum, quos ego adduxi tanquam flagellum peccatorum ciuitates munitæ contremuerunt:quia non potuerunt resistere eis, sed munitiones earum confractæ sunt:& etiam qui sedebant,idest,qui morabantur in eis contremuerunt, & facti sunt humiles in manu, idest,impotentes: nam sicut humilis dicit̄ qui in paruo statu est:ita humiles manu vocantur,qui ad pauca potentes sunt,& istud etiam fecerunt reges Assyriorum: quia omnes gentes,contra quas pugnabāt, contremiscebant à facie eorum. *Et confusi sunt*,i. perdiderunt vires nescientes quid agerent. *Facti sunt velut fœnum agri, et virens herba tectorum,quæ arefacta est antequā veniret ad maturitatem.* Scilicet habitatores vrbium,cōtra quos pugnauerunt Assyrij,facti sunt sicut herba virens,quæ est in tectis,quæ arefit antequam sit matura,& etiam fęnum arefit ante maturitatem,ita isti emarcuerunt,& defecerunt viribus suis præ timore Assyriorum,& desiccati sunt ante tempus præ magnitudine mali superuenientis eis ab Assyrijs.Herba enim, quæ in tectis crescit, pulchra est à principio, quando est virens:& tamen desiccatur ante maturitatem,cuius causa est:quia maturatio est cum humiditas rei superflua digeritur,et decoquitur paulatim & ad hoc requiritur,ꝙ res illa habeat humorem radicalem,& tunc poterit superfluus humor cōsumi, & digeri manente naturali:& tamē si non habet humorem radicalē,peribit omnino res, & marcescet, & simul peribit humiditas naturalis,& superflua: &

Superbi cōparantˋ fęno agri, & herbis tectorum ppulchrè.

F sic est in herba tectorum: quia non habent aliquam radicem,à qua attrahant humiditatem, ideo simul desiccatur radix,& rami, & sic impossibile est talem herbam maturari, sed Isa.37.dicitur:facti sunt sicut fęnum agri, & gramen pascuę, & herba tectorum, quæ exaruit antequam maturesceret, & eadē sententia est. *Habitaculum tuum,& egressum tuum.* Loquitur Deus cōtra Senacherib,qui putabat se,& prædecessores suos fecisse omnia ex potestate,& sapiētia sua: & nūc Deus dicit,ꝙ ipse cognoscit omnes vias eius, & coget eum humiliari, quanquā ipse nolit subijci. Vocatur habitaculū Senacherib terra sua, scilicet: ego præsciui habitaculum tuum.i.sciui quid cogitabas,& faciebas, quando eras in terra tua. Egressus

G eius dicitur exitus de terra sua ad pugnādū, & Deus sciuit istum.s.cognoui quid mouerit Senacherib ad exeundum de terra sua,& quid ipse tunc cogitabat. *Et introitum tuum ego præsciui.*i.ego cognoui quid tu cogitabas,quādo introibas in singulas terras ad pugnādum contra eas, & etiam ego sciui viam tuam.i.pcessum tuum in omnibus,quæ agis, *Et furorem tuum contra me.*i. ego cognoui furorem. i.stultitiam tuam cōtra me.Dicebat Senacherib stultus contra Deū: qa dixit se maiorē Deo,& ꝙ non posset Deus liberare Ierusalem de manu eius sup.in lra,& pced.c. Deꝰ aūt cognoscebat qūo Senacherib surrecturus erat ī istā insaniam ex magnitudine potestatis. *Insanisti in me.*i.factus es stultus loquendo ꝯ me blasfemias. *Et*

H *superbia tua ascendit in aures meas.* i. verba superbiæ tuæ ascēderūt ad me. Ista.n.fuerunt verba,quibus dixit, ꝙ non posset Deus liberare Ierusalē de manu sua,sicut nec liberauerant dij gentium terras suas de manu Assyriorū. *Ponam itaque circulum in naribus tuis.* Hic Deus cōminatur mala Senacherib:& quia ipse erat superbus putans se nulli subijci posse, Deus dicit, ꝙ domabit eum trahendo quocunque voluerit,& dicit,ꝙ ponet circulum in naribus eius.Istud pertinet ad bubalos.Sunt enim animalia ad modum boum, & ponuntur circuli ferrei in naribus eorum,& ligato fune in circulo trahuntur quocunq; homo trahere illos voluerit:quia illæ partes ī eis teneræ sunt. *Et chamum in labijs tuis.* Chamus accipitur pro freno,

I vel pro capistro, & ponit̄ in labijs.i.ore iumentorū, & trahuntur,quia in partibus illis dolent. Ita nunc Deus voluit deprimere Senacherib:nā cū ipse exaltaret se sup hoīem, immo sup Deū, Deus depressit eū infra hoīem.s.ad statū bestialē, ita, vt poneretur chamus in ore eius,& circulus in naribus. *Et reducam te in viā, per quā venisti.* s. tu vis delere vrbē istā obsidēdo eā,sed ego cogā te recedere in terrā tuā p viā, p q̄ venisti.Istud aūt fuit,qn̄ angelus Dn̄i pcussit ī exercitu Senacherib cētū octoginta quinq; millia,& ipse vidēs mortuos fugit in terrā suā,inf.in lra.In Hebræo dr̄. *Abscissi, vel abbreuiati manu.* Vbi nos dicimus supra humiles manu,& idē est: qa abbreuiati manu dicunt̄ illi,quorū potestas ad pauca se extēdit: & sic

K dr̄ Isaiæ 37.s.habitatores earum breuiata manu cōtremuerunt:& dr̄ in Hebreo. *Confracti sunt.* Vbi nos dicimus,contremueruut,& idē est:qa ista cōfractio significat consternationem cordis, ex qua sequitur tremor in corpore,& dicitur. *Emarcuerunt.* Vbi nos dicimus,confusi sunt,& idē est:quia quando aliquis totaliter deficit viribus nesciens quid agat,dicit̄ confusus:& tūc dr̄ marcidus,vel desiccatus: qa sicut res sicca non habet aliq̄ virtutem,ita est homo tunc nihil agere potens,& dicitur. *Inflatio ante messem.* Vbi nos dicimus, quæ arefacta est antequam veniret ad maturitatem, & idē est: quia inflatio accipitur pro desiccatione, & messis dicitur tempus maturitatis: quia tunc metuntur segetes quando maturæ sunt.

Ezechias

Ezechias quomodo dicitur exauditus in oratione contra Senacherib, cum iam primò fuerat exauditus. Quæst. XVI.

QVAERETVR, quomodo dicitur supra, ꝙ Deus audiuit Ezechiam quantum ad id, quod orauerat contra Senacherib, quia iam exaudiuerat eum. nam Deus dixerat prima vice, qua orauit Ezechias, ꝙ ipse mitteret Senacherib in terram suã, & faceret, quòd ibi caderet gladio supra in litera.

Aliquis dicet, ꝙ Ezechias ante hoc nihil orauerat contra Senacherib, sed solum orauerat pro liberatione vrbis: nunc autem orauit contra Senacherib, ꝙ Deus audiret verba, quæ ipse dixerat. i. imputaret ei ad pœnã, ideo nũc dicitur Deus exaudiuisse orationem Ezechiæ. Sed adhuc nõn stat istud. Primò quia etiã ante hoc orauerat contra Senacherib, qñ misit nuncios suos ad Ezechiam dicens: si fortè audiat Dñs Deus tuus vniuersa verba Rabsacis, quem misit rex Assyriorum, vt exprobraret Deum viuentem. Secundò patet, quia dato, ꝙ Ezechias non orauisset pro pœna infligenda Senacherib: tñ Deus prænunciauerat illam dicens, ꝙ faceret eum recedere in terram suam, & deijceret gladio, supra in litera: ideo iam non poterat exaudiri, quia antequã oraret exauditus erat. Põt ergo dupliciter rñderi: vno modo, ꝙ nunc exauditus est, quia nunc orauit contra Senacherib, & non prius, & dato, ꝙ Deus determinasset pęnam Senacherib: tamen nondum promeruerat Ezechias per actum suum, ꝙ puniretur Senacherib: nũc autem cũ deuotè orauit, ꝓmeruit, ꝙ ista pęna infligeretur ei, ideo nunc dr̃ exauditus contra Senacherib, & sic interdum dicitur, ꝙ præmium præcedit ad meritum. Sic fuit in angelis bonis, qui prius fuerunt beati, quàm mererẽtur suam beatitudinem. Aliter potest dici, & melius, ꝙ Ezechias non orauerat Dñm contra Senacherib in prima vice, sicut nunc, & ideo licet prius Deus prænũciauerit, ꝙ occidendus erat Senacherib in terra sua, adhuc poterat audiri nunc Ezechias cõtra eum, & hoc, quia peteret aliud. s. ꝙ Senacherib offenderat Dñm per blasphemias, tã ipse, quàm exercitus suus: & quia ꝙ moreretur in terra sua non erat pęna manifesta pro peccatis, quæ egerat, nec ẽt omnes, ꝗ peccauerant, punirẽtur: ideo Deus voluit, ꝙ exercitus suus percuteretur ab angelo, & occiderentur centum octoginta quinque millia, & puniebatur in terra illa, in qua peccauerat, & cognosceretur, ꝙ pęna sua erat propter blasphemiam. Etiã punirẽtur nũc omnes, qui peccauerant, quia multi de exercitu Senacherib peccauerant blasphemando Dñm, sicut Rabsaces, & Tharthan, præcedenti c. & nunc oẽs illi occiderentur inter centũ octoginta quinque millia, & sic Ezechias fuit nunc exauditus super hoc, cum ante istud solum determinatũ fuisset de Senacherib, ꝙ caderet gladio in terra sua.

Responsio Authoris.

Ezechias an peccauerit orando contra Senacherib. Quæstio XVII.

QVAERETVR vlterius, an Ezechias peccauit orando hic contra Senacherib. Aliquis dicet, ꝙ sic: quia orabat malum contra proximum suum, scilicet, mortem, & nullus debet malum orare cum nulli liceat odisse proximum suum.

Responderi posset vno modo, ꝙ Ezechias non orauit determinatè ꝓ morte Senacherib, vel exercitus sui, sed solum orauit, ꝙ Deus audiret verba Senacherib. s. ꝙ puniret eum. Dicendum tamẽ, ꝙ ista responsio non est conueniens propter duo. Primò, quia ipsa præsupponit, ꝙ Ezechias peccaret, si orare

A ret pro morte Senacherib, vel exercitus sui, sed falsum est, vt immediatè declarabitur. Secundò, quia si illicitũ esset Ezechię orare, vt moreretur Senacherib, illicitũ erat orare, vt haberet aliqualia mala, ꝗa mors, & alia mala non differunt, nisi per magnũ, & paruum: ideo si aliquis peccat orando contra aliquem, vt moriatur, peccabit ẽt orando contra eundem, vt aliquod ei malum eueniat, licet minus peccabit, & tñ Ezechias nullo modo peccauit orando contra Senacherib, quia Deus exaudiuit eum, & tñ Deus non exaudit orationes iniustas: ergo ẽt nõ peccaret orando pro morte ipsius. Dicẽdũ ergo, ꝙ orauit Ezechias ꝓ morte Senacherib, & exercitus sui, vel pro magna destructione, & hoc licitũ erat ei: nã
B licitũ erat Ezechiæ à Dño petere id, quod licebat ei per se facere, & tñ licebat ei per se occidere Senacherib, & exercitũ suum, cũ essent hostes eius: ideo licebat ei à Deo petere, ꝙ occideret Senacherib, & exercitus suus, & hoc ipse orauit. Ad rõnem in contrarium dicendũ, ꝙ ꝗꝗ quilibet teneatur diligere ꝓximum suum, põt stare, ꝙ velimus occidere eũ sicut iudex occidit aliquem, quia malus est, & tamen nõ odit eum: ita & nunc Senacherib, & exercitus suus mali erant contra Ezechiam, quia erant hostes sui iniusti: ideo poterat Ezechias velle mortẽ illorum, inquantum mali erãt, & non erat istud odiũ ꝓpriè. Aliter põt dici, ꝙ dato, ꝙ Senacherib non esset hostis Ezechiæ, potuisset Ezechias orare Dñm contra
C illũ, vt occideretur, & hoc ad gloriã noĩs Dei. s. ꝗa Senacherib blasphemauerat Dñm faciens se maiorem Deo: erat igitur magna gloria Dei, ꝙ occideretur ipse, & exercitus suus, & poterat hoc Ezechias orare tanꝗ zelator honoris Dei, & non est inconueniens, quia mors est malum temporale, vel corporale, & quia non habet semper rõnem mali, põt orari aliquando pro illa: secus autem est de morte æterna, quia ista habet rationem mali omnino, ideo nõ potest orari contra aliquem, ꝙ pereat æternaliter, vt declaratum est præcedenti lib. cap. 18.

Deus quare voluit supradicta verba reuelare Isaiæ contra Senacherib, cum non essent ei referenda. Quæst. XVIII.

D QVAERETVR vlterius, ad quid Deus reuelauit ista verba, quæ habentur hic Isaiæ contra Senacherib: quia vr̃, ꝙ istud erat inutile: nã ista verba non erant dicenda regi Assyriorũ, cũ Ezechias non mitteret ei istam prophetiã annunciari, nec ẽt Isaias mitteretur à Dño contra illũ: ideo satis erat, ꝙ reuelaretur per Isaiam de morte Senacherib, & exercitus sui, & ꝙ non dicerentur ista verba: Rñdẽdum, ꝙ in ista annunciatione aliquid fuit, ꝗd pertinebat ad Ezechiã. s. ꝙ Senacherib cogeretur redire in terram suã via, qua venerat, & non obsideret vrbem: alia aũt non pertinent ad eum spãliter, sed reuelata sunt, & posita fuerunt in sacra scriptura ad cõmunem vtilitatẽ: quia omnis scriptura diuinitus
E inspirata vtilis est ad docendũ ad arguendũ, ad corripiendum, ad erudiendũ in iustitia, vt perfectus sit homo Dei ad omne opus instructus. 2. ad Timo. 3. & quia ista verba proficiebant nimis ad oĩa hæc, vtile fuit poni illa in sacra scriptura: nã in quantum refert hic, ꝙ Senacherib contempserit Ezechiam, & seruos eius, & postea annunciat mortẽ illius est scriptura consolatoria. Sic. n. Naum prophetauit euersionẽ Niniue, & destructionẽ regni Assyriorum ad consolationem regni Iuda, vt non timerent iam Iudæi Assyrios, qui sępe infestauerant eos: Naum. 1. s. Ecce sup montes pedes euãgelizantis, & annunciãtis pacẽ, celebra Iuda festiuitates tuas, & redde vota tua, quia non adijciet vltra, vt pertranseat in Tebelial

belial: vniuersus enim interijt. deinde cũ dr̃ de Senacherib quantum ad superbiã suã quomodo in corde suo ipse referebat magnalia, quæ fecerat, & præsumebat se maioira facturum etiam contra voluntatem Dei, erudimur, vt nullus alta de se ipso cogitet, sed humilia, iuxta illud ad Rom. 12. Noli altũ sapere, sed time, & quanq̃ Deus per manus nostras concedat aliqua magnalia effici, nõ gloriemur, aut eleuemur in illis tanquam nostra sint, cùm sint omnino aliena, cũ non possit gloriari ille, qui aliena habet, sed qui sua possidet, sicut dicit Apostolus, quòd nihil habemus, quod non acceperimus: ideo gloriandum nobis non est, tanq̃ si nõ acceperimus: immo qñ talia Deus concesserit p̃ nos fieri potius ei subijci debemus, & magnificare eum, q̃ aliàs: quia magis tenetur diligere cui maiora donata sunt, vt patet in parabola duorum debitorum Lucę. 7. Deinde cum dicitur, ꝙ omnia ista, quæ facta sunt per reges Assyriorum, nõ facta sunt per eos potentia sua, aut consilio, sed Deus ab antiquis diebus decreuerat illa facere, & nunc deduxerat illa ad esse per reges Assyriorum tanq̃ p̃ ministros suos: erudimur, ꝙ oĩa mala, & bona, quæ patimur, & quæ recipimus à Deo nobis eueniunt, & nemo potest quantũcunq; sit malę volũtatis nocere alteri, nisi Deus hoc ei cõcesserit, immo acceperit eum, vt ministrum iustitiæ suæ contra illum, qui puniẽdus est. Et sic nullus homo gloriari debet, ꝙ in multis præualuerit contra alios ad nocendũ eis, sicut non debet gloriari securis, ꝙ scindit, & serra, ꝙ seccat, nec debet præsumere cõtra trahentẽ se, sed potius debet glorificari ille, qui trahit eam, vt patet Isa. 10. Deinde cum dr̃ de pœna Senacherib superbientis contra Dñm, erudimur, ꝙ quando aliqui superbiunt contra Deum, ꝙ ipse subijcit eos sibi, & cogit ad id, qđ vult. Multa alia moralia documenta haberi possunt ex verbis istis: ideo etiam si non essent referenda Senacherib fuit bonum, ꝙ reuelarentur Isaiæ, & ꝙ ponerẽtur in sacra scriptura. *Tibi autem*. Hic ponitur secundũ huius partis, in quo signum Ezechiæ datur ad suã liberationem, & dicitur. *Tibi autem Ezechia hoc erit signum.* Scilicet, omnia, quæ dicta sunt procedunt cõtra Senacherib: ad te autẽ Ezechia pertinent ista, q̃ sequuntur. *Comede hoc anno, quod repereris.* s. anno isto non poteris seminare, nec metere, quia iam transierat tempus, immo ea, quæ seminata fuerant, & nata destructa fuerant per regem Assyriorum. Et dicitur, comede, qđ repereris i. collige grana, q̃ in terra ceciderunt: quia exercitus regis Assyriorum destruxerat segetes, & vineas, & de spicis cadentibus in terram poterat isto anno Ezechias, & populus suus sustentari, & hoc significat litera Hebraica, quæ dicit. *Comede præcisionem.* i. ea, quæ præcisa fuerũt, & destructa, & corruerunt in terrã, & sic vult Nicolaus. Vel magis propriè dr̃ in Hebræo. *Comede post vastationem.* Idest, comede ea, quæ nata sunt post vastationem. s. ꝙ exercitus regis Assyriorum venit contra Ierusalem cum adhuc segetes erant tenerę, & virentes, & vastauit illas, & post vastationem renatæ sunt alię segetes, licet non in tanta copia, & de illis sustentatus est populus in primo anno, & hoc concordat literę Isaię 37. s. Comede hoc anno, quæ spontè nascũtur, idest, quæ nata sunt per se sine cultura post vastationem segetum. *In secundo autem anno, quæ spontè nascũtur*. Scilicet, in secundo anno non seminabitis, nec metetis, sed comedetis ea, quæ sponte nata fuerint. Et hoc satis stabat, quia omnia grana, quæ corruerãt primo anno per vastationem non potuerunt colligi per Hebræos, & manserunt aliqua, quæ in secũdo anno renata sunt, & fecerunt spicas, & de illis su

F stentatus est populus in secundo anno. Et tamen Isaiæ 37. dicitur: in secũdo anno pomis vescere. Potest tamen accipi pomum pro omni fructu, qui per seipsum nascitur: nam sicut poma nascuntur, & nõ seminantur, ita omnes fruges anni secundi natæ fuerunt sine seminatione. Vel poterat aliter dici, scilicet, quòd secundo anno solum comederit populus poma, idest, fructus arborum, sicut dicit Isaias, & satis concordat huic literæ, quia hic dicitur: comede, quæ sponte nascuntur, & tamen poma nascuntur sponte: quia non seminantur: magis tamẽ intelligendum est primo modo: vnde litera septuaginta interpretum significat illud. s. comede, q̃ prius seminaueras. s. in primo anno, antequam veniret Se
G nacherib in terram populus seminauerat, & vastatę fuerunt segeres per Assyrios, & postea mãserũt grana abscondita, quæ secũdo anno renata sunt. Alij autem exponunt aliter, scilicet, ꝙ primo anno nihil comederant Iudæi de eo, quod seminauerãt, sed solum de eis, quæ recondita erant in Ierusalem, & dicunt, quòd Hebræi præscientes aduentum Senacherib in terram congregauerunt de regionibus vicinis quidquid habere potuerunt ad sustentationẽ, & de istis comederunt anno primo: anno autem secundo comederunt de frugibus, quæ renatæ sunt, & hoc videtur concordare literæ: quia dicitur hic: comede hoc anno, quod repereris, idest, quod inueneris in vrbe reconditum, secundo anno, quæ spon
H te nascuntur. Et tamen hoc non conuenit literæ Isaiæ 37. vbi dicitur: comede hoc anno, quę sponte nascuntur, in secundo autem anno pomis vescere, sed sponte nata non sunt ea, quæ recondita erant. Item non est verisimile, ꝙ Hebræi præsciuissent aduentum Senacherib in terram suam, quia tunc non seminassent, cum vastãdę essent segetes p̃ exercitum Assyriorum, ideo exponendum est, vt supra. *Porro anno tertio seminate, & metite.* Scilicet, in isto anno essent securi, & poterant seminare, & metere, & vacare cuicunque agriculturæ. *Plantate vineas, & comedite fructum earum.* Scilicet, poteritis plantare vineas. i. de nouo ponere, quod est propriè plantare, vel plantate. i. colite, quia duobus annis præceden-
I tibus non coluerant eas: nunc autem colere debebant, & hoc magis consonat: qa dr̃: plantate vineas, & comedite fructũ earum, & tñ non comedit fructus vinearũ eo anno, quo plantant̃ sed multo post. Si aũt velimus accipere propriè plantationẽ, dicemus plantate vineas. i. de nouo ponite, & comedite fructum earũ. s. fructum earum, quæ plantatę sunt ab antiquo. *Et quodcunque reliquum fuerit de domo Iuda mittet radicem deorsum.* Istud potest intelligi dupliciter: vno modo de ipsis viris Iuda, & est litera p̃ metaphoram. Alio modo de vineis, & arboribus, & est litera sine figura. s. quodcunque reliquum fuerit de domo Iuda mittet radicem deorsum. i. pertransita ista tribulatione, quę infligetur per Senacherib
K prosperabuntur omnes Iudæi, quia nemo inquietabit eos, & tunc quod reliquum fuerit de domo Iuda. i. omnes, qui mãserint eo tp̃e de regno Iuda mittet radicem deorsum Hoc ponitur per metaphorã: quia sicut in terræ nascentibus tũc ipsa bona sunt, qñ rãdices habent profundas, quia possunt attrahere nutrimentum à multis partibus, & tunc faciunt fructum sursum: ita esset tunc de viris Iuda, quia essent in prosperitate sua magna, sicut arbores, qñ habent radices suas nimis profundas. Intelligitur etiã aliter. s. ꝙ viri Iuda facerẽt radices deorsum. s. ꝙ essent iam immobiles, & non concuterentur, & hoc cõsonat arbori habenti radices profundas: quia illa firmiter tenetur, & non potest eradicari impetu

tu ventorum. Et sic factum est nunc, quia mortuo Senacherib in breui deletus est principatus Assyriorum,& subuersa est Niniue, & tunc habuerunt pacem Hebręi,sic patet Naum primo .s.ecce sup montes pedes euangelizantis,& annunciantis pacem celebra Iuda festiuitates tuas, & redde vota tua, quia non adijcit vltra, vt pertranseat in te Belial vniuersus.n.interijt. Aliter potest exponi sine metaphora de terræ nascētibus & dr: Et quodcunq; relictū fuerit de domo Iuda i.omnes arbores.quæ relictę fuerint in terra Iuda post destructionē exercitus Assyriorum,qui multas succidit,& vastauit, mittet radices deorsum .s.firmabit radices suas. Et etiam quæ nouiter plantabātur,faciebant radices ꝓfundas, & dedit Deus oībus istis tam nouis, quā veteribus aliquam virtutē spetialē fructificandi, ita vt nūc plus fructificaret,q̄ à principio. Sic fuit de mulieribus,q̄ sustinebant probationem aquarum amarissimarū, quia si non erant pollutę multiplicabant prolē,quā quam prius non haberent illam, vt patet Nume.5. *Et faciet fructum sursum*. s.radicibus fixis in ꝓfundo necesse est, quòd fructus multis sursum,idest,in ramis generentur,& sic bene se habebunt arbores. Primus tamen sensus videtur esse melior, & consonat literæ seqnenti,scilicet. *De Ierusalem quippe egredientur reliquiæ*. Idest,non destruentur omnes,qui sunt in Ierusalem,quāquam putet Senacherib se posse omnes destruere,sed manebunt reliquiæ: qa populus iste, qui nunc est, manebit, & totus iste vocabatur reliquiæ,vt patet supra in litera,cum dicitur,quòd Ezechias misit ad Isaiam dicens:fac orationem,pro reliquijs,quæ repertę sunt.i. pro toto populo. *Et qui saluetur de monte Sion*. Idest, erunt aliqui, qui saluētur de monte Sion. Eadē sententia est,quia mons Sion & Ierusalem accipiuntur pro eodem,cū mōs Sion sit intra Ierusalem,sicut supra dicitur filia Sion,& filia Ierusalem pro eodem. *Zelus Domini exercituum faciet hæc*. q d.non fiet hoc in viribus vestris, quia vos nō possetis resistere regi Assyriorum, sed zelus Domini exercituum, quo ipse zelat pro gloria nominis sui,& ciuitate sua, & templo faciet hæc contra Senacherib superbientem contra Deum. *Quamobrē hæc dicit Dominus de rege Assyriorum*. Postquam posuit ea,quæ pertinebant ad Ezechiam. hic subijciuntur illa,quæ pertinent ad regem Assyriorum.s.qualiter puniendus esset, & prohibendus à Deo nocere Iudęis. *Non ingredietur vrbem hanc*. Scilicet,nō capiet eā, sicut ipse putat. *Nec mittet in eam sagittam*.i.non obsidebit eam ad hoc,ꝙ mittat sagittas cōtra eam per circuitum, vt ipsam capiat. *Nec occupabit eam clypeus*.i. non circundabitur clypeis per circuitum: clypei.n. sunt defensacula ipsorum, qui volunt obsidere vrbes, vt possint accedere securè ad muros elidendo iacula,quæ supra iaciuntur ab hostibus. *Nec circundabit eam munitio*. Vocantur munitiones quædam artificia turrium,& machinarum lignarum, quæ ponuntur ab hostibus in circuitu vrbium ad introeūdum in vrbes, & tales habebat Senacherib pro obsessione vrbium: nunc tamen non circundedit Ierusalem munitionibus: quia non potuit ponere obsidionem,cum non permissus fuerit à Deo illùc accedere: sed Isa.37.dicitur:nō mittet in circuitu eius aggerem: eadem sententia est, scilicet,non ponet ꝑ circuitum vrbis aggeres, & vocantur aggeres machinę,quæ circumponuntur vrbibus. *Per viam,qua venit,reuertetur*. Scilicet,reuertetur in terram suam, & ista fuit secunda reuersio:nam prius,cum esset Senacherib in Iudæa capiendo vrbes multas,& vellet ire ad obsidendum Ierusalem:Deus fecit,ꝙ audiret nuncium de Taraca rege Aethiopum,ꝙ veniret ad pugnandum contra eum, & recessit tunc de Iudea, supra in litera: iterum autem cum reuersus esset de Aegypto,voluit obsidere Ierusalem, & Deus fecit, ꝙ percuteretur exercitus suus ab angelo, & tūc recessit in terram suam. *Et ciuitatem hanc non ingredietur, dicit Dominus*.i.non poterit ingredi in ea,quia nō poterit ponere obsidionem, & pugnare contra eam. *Proteganque vrbem hanc, & saluabo eam propter me*.i.propter gloriam nominis mei: quia Senacherib dixit, quòd non possem liberare vrbem de manu eius, & & si nunc non liberarem eam putaret ipse certissimè, quòd me inuito cępisset illam, & præualuisset contra me, sicut præualuit contra Deos gentium: ideo vt non credat hoc, liberabo vrbem de manu eius. Etiam liberabo propter me,idest, propter cultum meum .s.quia in templo,quod est in Ierusalem ego color,& si traderet̄ ciuitas Senacherib, destrueret templum, sicut reges Assyriorum cremabant Deos gentium,supra in litera,& faceret, quòd non maneret amplius cultus meus in tēplo isto, sed adduceret gentes alienigenas,quæ habitarent in loco isto, & colerēt hic Deos suos,sicut gentes,quæ trāslatæ sunt de Assyrijs in Samariam,supra 17.non ergo tradam vrbem Senacherib, vt maneat hic cultus meus. Etiam liberabo propter me.i.ꝓpter Messiam,quem ego volo de gente ista suscitare: nam si Senacherib cępisset vrbem,transtulisset omnes de regno Iuda in Assyrios, & posuisset alias gentes ad habitandum in terra illa, sicut factum est de decem tribubus translatis in Assyrios, & sic non redirent viri de regno Iuda vnquam in terram suam: Deus tamen volebat,ꝙ redirent, vel ꝙ manerent ibi: qa quando Messias nasciturus erat de eis,oportebat,ꝙ Hebræi essent in terra illa, & lex maneret adhuc in vigore suo. *Et propter Dauid seruum meum*.i. ꝓpter merita Dauid.s.quia Deus ꝓmisit Dauid, ꝙ essent semper reges de semine eius,etiam si peccarent filij sui, & tamen si nūc traderetur ciuitas Senacherib trāsferentur Hebræi in Assyrios, & sic cessaret regnum Iuda omnino: noluit ergo Deus,ꝙ traderetur ciuitas. Ex hoc autem patet,ꝙ sanctior fuit Dauid, quā Ezechias,quia Ezechias nunc erat,& propter merita sua non fuit liberata vrbs, sed ꝓpter merita Dauid,quia multis annis præcesserat,ergo maiora erāt merita illius.

Quomodo fuit ista denunciatio de tribus annis data Ezechiæ in signum liberationis, & an præcessit istud signum liberationem Quæst. XIX.

QVAERETVR, quomodo dicitur hic,ꝙ fuit datum Ezechiæ in signū de tribus annis,quid comedere deberet: nam videtur, quòd hoc nō poterat esse signum illius liberationis, quā Deus facturus erat. Et primò,quia signum datur ad significandum, & ideo præcedere debet rem significatā, & tamen liberatio ciuitatis fuit ante istud, quod dicitur hic de istis tribus annis: quia infra dicitur,quòd nocte illa venit angelus Domini, & percussit exercitum Assyriorum. Secundò patet,quia signum,qđ datur,debet pertinere ad rem significatam, & debet ostendere illam necessariò, sicut dicitur de prophetis Deut.13.quòd ad hoc, ꝙ crederetur eis,debebāt ostendere signum.s per qđ appareret, ꝙ verū dicebant: idem Deut. 18. & tamen per ista, quæ dicuntur hic,non apparet aliquo modo,ꝙ necessariò euētura esset liberatio Ierusalem de manu regis Assyriorum: quia hic non est aliquod miraculum,quod sit signum illius, quod dicitur. Respondendum, ꝙ quidam volunt, ꝙ istud fuerit signum, & sic tenet

Ra.Sa.& Nicolaus,& ad hoc ponũt hic miraculũ.s. ꝙ postquam exercitus Assyriorum vastauit segetes Iudæorum corruerunt grana in terram, & de illis natæ sunt tot segetes, vt sufficerent ad sustentationem populi, & hoc sine aliqua cultura, & cura humana. et dicunt, ꝙ exercitus Assyriorum vastauerat arbores,& tamen Deus fecit illo anno nasci tot ramos, & fructus in tanta multitudine, vt possent inde sustentari Hebræi anno illo, sicut dixit Isaias anno secundo pomis vescere. Et sicut ista fuerũt miracula, & vidit ea Ezechias,ita certus debebat esse ꝑ illa,ꝙ Deus liberaret vrbem,& anno tertio possent plantare vineas,& seminare, & metere. Alio modo dicit Glo. ordi. ꝙ hic fuit signũ non quidẽ liberationis vrbis,sed fuit signum,ꝙ in tertio anno possent plantare, & metere,cùm ait: ego prædico tibi, quæ facies hoc anno,& secundo, vt cum videris ea completa, credes quæ dicta sunt de anno tertio.

Dicendum est tamen, ꝙ hic non accipitur ꝓpriè signũ,nec fuit istud signum liberationis vrbis Ierusalem de manu Assyriorum. Pro quo sciendum,ꝙ signa dicuntur esse aliqua miracula facta ad probationem rerũ,quæ prenunciãtur.& hoc propriè competebat prophetis: nam qñ aliquid prænunciabãt, non obligabatur populus credere eis, quousq; præmitterent aliquod signum,& tunc tenebatur populus credere,quia erat probatio necessaria.Nã signũ, quod propheta præmittebat, debebat esse miraculosum, & tamen miraculum non potest effici nisi à Deo: Deus autẽ non est testis falsitatis: ideo necesse est, ꝙ si propheta dicebat aliquod signum venturũ esse ad probationem prophetiæ suæ, & illud veniebat,qđ verum esset dictum prophetę. Ad hoc autẽ necesse erat, ꝙ signũ,quod præmittebatur esset miraculosum,quia aliàs non faceret probationẽ: nũc autem non erat necessarium signum Ezechiæ,si ipse credebat certissimè,ꝙ verba ista à Deo fuerãt dicta,& tamen si aliquo modo dubitabat, & volebat habere signum non esset signum istud sufficiens, qa non erat necessariũ, cum posset naturaliter de granis corruentibus nasci seges, & posset ꝑꝑ fertilitatẽ terræ nasci in magna quãtitate. Itẽ istud non est signũ; qa signũ dat ꝑ modũ assertionis.s.erit tale, vel non poterit esse tale. Istud autẽ datur per modũ precepti,vel consilij,aut instructionis. s. qualiter populus deberet sustẽtari duobus annis, quibus non posset seminare,& metere: ideo non fuit signũ. Probatio autem Ra.Sa.non est sufficiens: quia dato, ꝙ de granis cadentibus nascerentur segetes pro sustentatione anni, non esset hoc miraculũ, quia naturaliter poterat accidere: nam sic fiebat in quolibet anno septimo,in quo Israelitæ nõ seminabãt, nec metebãt, nec agros colebãt; & tñ nascebantur segetes multæ sponte, de quibus sustẽtabatur populus: Leuit.25.de arboribus quoq; dicendũ, ꝙ non succiderant viri Senacherib omnes arbores terræ iuda,sed multas vastauerãt,& ẽt eas,quas vastabãt, non plenè vastabant,& sic poterãt gigni poma anno sequẽti quibus vescerentur Hebręi. Cum aũt dr̃ hic: hoc erit tibi signũ: dicendũ, ꝙ accipitur signũ largè: nã in scriptura non vocantur signa semper ea, q̃ sunt ad significandũ, sed quæcunq; miracula vocantur signa: sic patet Exo.4.& 7.& 8. & vsq; ad 12. vbi vocantur signa illa miracula, q̃ faciebat Moyses corã Pharaone,& tñ illa non erãt propriè signa ad significãdũ aliquid,sed erant ad puniendũ Pharaonem. Sic ẽt accipitur in nouo testamẽto: Act.6.s. Stephanus plenus gratia, & fortitudine faciebat signa magna,& ꝓdigia in populo.i.miracula. Sed vocatur signum hic,quia erat aliqua res insolita, & magna,s.

Signa quę dicebant.

F ꝙ duobus annis sustentarentur nõ seminando, nec metẽdo,& dicendũ, ꝙ nõ fuit positum hic istud de tribus annis ad significandum aliquid,sed solum ad instruendum Ezechiã. s. qualiter se deberet habere tẽpore isto, quo esset in angustia, & denunciatũ est ei, ꝙ primo anno comederet de his, quæ reperiret in agris post vastationem factam ab Assyrijs, & secundo anno comederet de his, quæ nascerẽtur spõte.s.nõ seminata terra,nec culta, & pro maiori parte sustentaretur populus pomis. i. quibuscunque fructibus arborum: in tertio autem,quòd securè seminarent, & meterent.

Quare Deus dixit prædicta Ezechiæ. Quæst. XX.

G QVAERETVR vlterius, ad quid Deus dixit ista Ezechiæ, & quare dixit, ꝙ in tertio anno seminarent,& meterent,& in alijs non. Ad primũ dicendum,ꝙ hoc dixit Deus ad instructionem Ezechiæ,& populi sui:nam eo tempore, quo manebat Senacherib in terra essent Hebræi in angustia, quia non possent habere cibum sufficienter,nec possent seminare,& metere,quia si ipsi seminarẽt:hostes meterent,& perderent laborẽ,& semina; ideo nescirẽt Hebræi quomodo tempore illo, quo manebat Senacherib in terra, sustentarentur, & fortè desperarent se posse sustentari tunc:ideo Deus prædixit eis, qualiter sustentarentur, & per hoc faciebat eis duo H bona. Primum erat, quia instruebat eos quid facere deberent,quia fortè ipsi nescirent sic se sustentare illo tẽpore, nisi Deus instruxisset. Secundũ erat, quia per hoc certificabat eos, ꝙ possent isto tempore sustentari,ẽt si hostes manerẽt in terra,cùm diceret eis,quid facturi essent in istis tribus annis. Ad secundum dicendũ,ꝙ Deus dixit,ꝙ in primo,& secũdo anno non seminarent,nec meterent, quia nõ ꝑderat, eo ꝙ in primo anno iam transierat tẽpus seminandi immo segetes natæ erant, qñ venerũt Assyrij,& destruxerunt eas. In secundo anno non ꝑderat aliquid seminare,quia hostes manebãt in terra,& illi vniuersa vastarent. In tertio aũt anno iam hostes recessissent de terra, ideo poterat tunc semi- I nari,& meti,quia iam nullus impediebat eos, & nõ dictum est nisi de tribus annis, quia post tres annos non erant mansuri Assyrij in terra, & tunc iam scirent Hebræi quid deberent agere,nec oportebat,ꝙ sup hoc spãliter instruerent,sed facerent id, qđ solebãt facere in alijs annis,cũ nullus impediebat eos.

Factum est igitur. Hic ponit secundũ principale huius capituli.s.prænũciationis executio: nam Deus prænunciauerat de destructione exercitus Senacherib per Isaiam, & sic completũ est. s. *Factum est igitur nocte illa.* Non est referendũ ad illã noctẽ, quæ sequebatur post diem, in quo denunciata sunt ista ꝑ Isaiam,quia postea magno tempore mansit Senacherib in terra,vt dictum est præcedenti q.sed refertur K ad aliam noctem,in qua factum est hoc de qua inf. declarabitur. *Et venit angelus Domini.* Non apparet,an iste fuerit vnus vel plures, sed dicendum est, ꝙ fuerit vnus:qa dr̃ angelus Dñi singulariter, & ẽt dicit, ꝙ percussit, qa vnus sufficiẽter poterat facere istud. *Percussit in castris Assyriorũ cẽtum octoginta quinq; millia.* Erat.n.magnus exercitus Assyriorũ nimis cũ rex Assyriorum esset quasi monarcha Orientis. Nõ tamẽ mortui sunt omnes, qui erant in castris Assyriorũ, quia manserunt aliqui, pauci tñ, qui fugerũt cũ Senacherib. *Cumq; diluculo surrexisset, vidit õia corpora mortuorum.* Factum fuit istud per noctẽ, & insensibiliter: ita vt quanquã occisi fuerint oẽs isti in castris, non sentiretur aliquis motus, nec cognouit Senacherib

mortuos

mortuos esse aliquos vsque ad auroram, cum surrexit, & vidit corpora mortuorum per circuitum. *Et recedens abyt.* s. visis cadaueribus recessit in terram suam nō audens manere amplius in Iudæa: sed Isa. 37. dicitur, & surrexerunt mane, & ecce omnes cadauera mortuorum, scilicet, non solum Senacherib, sed etiam alij manebant viuentes in castris, & omnes illi surrexerunt diluculo. Et dicitur: Ecce omnes cadauera mortuorum .i. omnes viri bellatores, qui iacebant per diuersa loca castrorum, iam non erant viri, sed cadauera mortuorum. *Et reuersus est Senacherib.* Scilicet, in terram Assyriorum cessans ab omnibus bellis. *Et mansit in Niniue.* Erat Niniue metropolis regni Assyriorum, & ad illam iuit Senacherib. Cōtra istam prænunciauit Ionas, quòd euertenda esset, & tunc non euersa est, quia pænituit, vt patet Ione. 3. Postea autem prænunciata est per Naum prophetam euersio Niniue, & destructio regni Assyriorum. Patet Naum primo, & vsque ad tertium. *Cunque adoraret in templo Hesroch Deum suum.* Erat iste Deus Assyriorum, & cum Senacherib recessit de Iudæa, adorabat semel in templo Dei sui, & ibi occisus est. *Adramelech, & Sarasar filij eius percusserunt eum gladio.* Isti duo erant maiores natu inter filios Senacherib, & cum esset securus in templo Dei sui, insurrexerunt in eum isti duo filij sui, & occiderunt eum. *Fugeruntque in terram Armeniorum.* Terra Armeniorum non erat in regno Assyriorum: ideo fugerunt isti ad terram illam putantes, quòd ibi possent euadere, sed Isaiæ 37. dicitur, quod fugerunt in terram Ararath, sed idem est, quia terra Armeniæ vocatur Ararath. Græci autem eam prius Armeniam vocauerunt, & est multum Orientalis in Asia, & est terra nimis montuosa: habet enim de montibus altissimis totius orbis, vñ qñ fuit diluuiū requieuit Arca Noe super montes Ararath, vt patet Gen. 8. & non fuisset hoc, nisi terra illa haberet montes altissimos, & vocatur ibi Ararath, vel Armenia: ibi autem manet adhuc illa Arca Noe, scilicet, aliquę partes eius super montem illum excelsum, super quem sedit, de quo ibi declaratum est. *Et regnauit Assarhadon filius eius pro eo.* Iste erat minor alijs duobus, qui occiderant patrem, & tamē, quia illi fugerunt de terra, & facti sunt inhabiles ad regnandum propter occisionem patris regnauit Assarhaddon, qui succedebat in ętate, & subrogabatur eis in iure regni.

Senacherib à filijs suis occiditur.

An prædictum signum de tribus annis fuerit completum ante destructionem exercitus Assyriorum, vel post, & quanto tēpore post fuit percussus exercitus. Quæst. XXI.

QVAERETVR, an istud signum, quod ponitur hic completum fuerit ante destructionē exercitus Assyriorum per angelum, vel postea.

Aliquis dicet, quòd postea scilicet, completis tribus annis, de quibus hic dicitur: perierit exercitus Assyriorum, & redierit Senacherib in terram suā. Et patet hoc, quia istud ponitur hic, vt signum, & signum debet præcedere signatum, quia aliàs non est signum, nec est ad propositum eius, & tamen dicitur hic de tribus annis, ergo post illos tres annos fuit destructus exercitus Assyriorum.

Dicendum ꝙ hoc non stat, quia istud non fuit signum, vt declaratum est, sed fuit quædam instructio Ezechiæ: ideo arguendo ex natura signi nihil concluditur. Sed adhuc dicendum, quanquam accipiantur ista tanquam duo disperata, necesse est, ꝙ prius fuerit istud signum de tribus annis, quā exercitus Assyriorum percussus fuerit ab angelo. Et aliqs

4.19.

A dicet, quòd hoc patet, quia dicitur: factum est nocte illa, & sic referetur ad præcedentia, scilicet, ad tēpus, quo Isaias dicebat ista Ezechiæ, ita vt in nocte sequēti ad illum diem fuerit ista percussio. Sed hoc non stat: quia tunc potius probat contrarium, scilicet, ꝙ venerit illa plaga ante consumationē signi.

Dicendum autem, ꝙ percussio ista non fuit immediatè postquā Isaias prenunciauit istud Ezechię: qđ patet, qa Isaias dixit Ezechiæ, ꝙ anno primo comederet, qđ inueniret anno secūdo sponte nata, & tertio anno seminaret, & meteret: si tamen illico, vt dicta sunt ista verba per Isaiā, occisus fuisset exercitus Assyriorum. s. sequenti nocte, non diceretur Ezechiæ, ꝙ comederet anno illo, quod inueniret, B & sequēti anno spōte nata, & ꝙ nō seminaret vsq; ad tertium annum, sed in eodem anno seminarēt, & meterent cum iam nullus esset, qui posset impedire istud, & tamen posita est à Deo ista instructio: ergo videtur, ꝙ magno tempore post verba ista mā sit Senacherib in terra cū exercitu suo, & impediebat Hebræos seminare, & metere, & sic multo tpe post verba Ezechię fuit pcussus exercit⁹ Assyriorū.

Exercitus Assyriorum quanto tempore post denunciationem Isaiæ percussus fuit. Quæst. XXII.

QVAERETVR vlterius, quanto tēpore post istam denunciationem Isaiæ percussus fuit C exercitus Assyriorum. Respondendum, ꝙ non potuerunt esse plusquā tres anni, quod patet: qa tunc maneret Senacherib in terra illa, vel in propinquo plusquam tres anni, & sic non possent Hebræi seminare, & metere, quia impedirentur ab exercitu Assyriorum, nam saltem segetes natę vastarentur ab eis, & non prodesset seminatio. Et si dicas, quòd non obstante, ꝙ maneret exercitus Assyriorū in terra possent seminare Hebræi, & metere, dicetur, ꝙ tunc non oportebat, ꝙ diceretur eis, ꝙ anno tertio seminarent, & meterēt, & duobus annis præcedentibus nō: sed omnibus annis, quibus maneret in terra Senacherib, cessarent Hebræi à seminatione, & D messe, vel nullo anno illorum. Non potest etiam dici, ꝙ completum fuerit hoc primo anno, postq̃ dicta sunt ista verba, quia tunc solum prohiberentur Hebræi seminare anno primo, sed non secundo. Etiam non potest dici, quòd in principio anni secundi hoc factum fuerit, quia eodem modo posset seminari in ipso anno: nam licet esset in terra Senacherib tempore seminationis, non esset tempore messis, & sic posset meti anno ipso, & consequēter posset seminari. Recessit ergo Senacherib de terra post annum secundum inchoato iam tertio post seminationem, & ante messem. Quod patet, quia si in fine secundi anni percussus fuisset exercitus Assyriorum, & recessisset Senacherib de terra E non erat dubium, quin anno tertio deberet seminari, & meti: quia non erat aliquis, qui posset impedire, & non oportebat, quòd Deus diceret Ezechiæ, quòd anno tertio seminaret, & tamen dixit: ideo dicēdum est, quòd anno tertio tempore seminationis adhuc erat Senacherib in terra, & ideo si nihil diceretur Ezechiæ, putaret, quòd etiam illo anno mansurus esset in terra, & non auderent Hebræi seminare, dixit ergo, quòd seminarent, quia postea tempore messus non erat mansurus in terra, & sic non posset tunc impedire metentes, nec vastare segetes: mansit ergo Senacherib in terra vsque ad annum tertium post seminationem, & percussus est exercitus suus antequam segetes essent adultæ, quia aliàs vastarēt illas exercitus ante-

quam venirent ad maturitatem. De alijs autē annis sequentibus nihil dicitur, quia in illis non oportebat instrui Hebręos, sed facerent, quod faciebant alijs annis dum nullus impediebat eos.

Exercitus Senacherib ubi isto tempore trium annorum mansit. Quæst. XXIII.

QVAERETVR vlterius, vbi erat exercitus Assyriorum in istis tribus annis, vel ferè, qui fluxerunt ex eo tempore, quo Isaias dixit ista verba Ezechiæ vsque ad persecutionem exercitus, & fugam Senacherib in terram suam. Aliquis dicet, ꝙ erat in Aegypto, quia iuit illuc Senacherib ad pugnandum contra regem Aegypti, & contra Tharacā regem Aethiopum, vt patet supra in litera. Sed obijcietur, ꝙ maneret in terra Israel, qa Deus dixit Ezechię, ꝙ vsque ad tertium annum non plantarent, nec seminarent, sed comederent, quæ reperirent, si tamen non esset exercitus Assyriorum in terra non posset impedire seminationem, & messem, & sic in quolibet illorum annorū seminaretur, & meteret, ideo oportebat, ꝙ esset in terra ita, vt posset prohibere ista. Aliquis ergo dicet, ꝙ erat Senacherib toto isto tempore in terra Iudeę discurrens per diuersas vrbes ad capiendum eas, sicut patet præcedenti. ca. & supra in litera, & 2. Pali. 32. c. ꝙ Senacherib oppugnabat Lachis, & capta illa transiuit ad pugnandū contra Lobnam, & sic non possent viri Ierusalem, & alij, qui erant in terra Iudeę seminare, & metere. Sed dicendum, ꝙ hoc non stat: quia si Senacherib esset in terra Iuda quasi per tres annos iam venisset ad pugnandum contra Ierusalem, & tamen toto isto tempore non pugnauit cōtra Ierusalem, cū dicatur hic, ꝙ non circundaret vrbem munitionibus, nec mitteret sagittam cōtra eam, ergo nō erat in terra illa. Dicendum autem, ꝙ toto hoc tempore fuit Senacherib in Aegypto: nam Aegyptij rebellauerunt ei, & dimissa Iudæa iuit in Aegyptum, & pugnauit contra vrbem Pelusiū obsidens eam multo tempore. Et hoc valde conuenit literæ. Primò, quia dicitur supra ꝙ Senacherib oppugnabat Lobnam, & cùm audiret, ꝙ venirent contra eum Tharaca rex Aethyopię, iuit contra eum, & tunc misit epistolas ad Ezechiam, quæ habentur supra. Secundò patet, quia postquam recessit à Iudæa, nō fit mētio de illo in scriptura, & tamen si mansisset in Iudæa fecisset scriptura mentionem de factis eius, sicut fecit de alijs gestis eius ante istas epistolas missas ad Ezechiam. Tertiò patet, quia cum rex Senacherib manens in Iudęa pauco tempore cępisset multas vrbes, si nunc mansisset ibi per istos quasi tres annos, cępisset totam Iudæam, & hoc non subticuisset scriptura, & tamen nihil de hoc loquitur, ergo non fuit Senacherib in Iudęa isto tempore, sed fuit in Aegypto in obsidione Pelusij, & post istud tempus cum cessaret ab obsidione illa, accidit exercitui suo plaga, quæ habetur hic.

Senacherib vbi erat quando fuit percussus exercitus suus. Quæstio XXIIII

QVAERETVR vlterius, vbi erat Senacherib, quando percussus fuit exercitus suus ab angelo. Respondendum, ꝙ non apparet ex aliquo loco scripturæ: dicendum tñ, ꝙ adhuc Senacherib cōtinuabat bella extra terram suam, quia dicitur hic, ꝙ pꝰquam vidit cadauera mortuorum abijt in terram suā, ideo erat in Iudęa, vel in Aegypto, quia in his terris ipse nunc bella gerebat, & videbitur alicui dicendū, ꝙ in Aegypto facta fuit ista percussio: quod patet, primo, quia postquā iuit Senacherib in Aegyptum non apparet aliquid de reditu eius. Secundò, quia si redijsset in Iudęam obsedisset Ierusalem, & tamen hic dicitur, ꝙ non circūdaret eam munitionibus, nec mitteret contra illā sagittas, ergo non factum est in Iudæa, sed in Aegypto. Dicendum tñ, ꝙ hoc non est verisimile, primò quia in percussione istius exercitus manserunt multæ diuitiæ, cùm percussi fuerint centum octoginta quinque millia, & non posset Senacherib cum paucis, qui manebant cum eo portare ista in terram suā potissimè quia non auderet manere in spolijs, cùm inuasisset eum magnus timor dissipatis castris, ideo illico recessit. Nō est autem verisimile, ꝙ Deus vellet istas diuitias magnas relinquere Aegyptijs, sed potius Hebręis cum pro eis fieret istud miraculum. Secundo patet, & efficacius: quia ista percusio facta est à Deo ad gloriā nominis sui, cùm ipse dixerit hic, saluabo ciuitatem istam pp me, & tamen si in Aegypto inflicta fuisset ista plaga exercitui Assyriorum, putaretur, ꝙ istud euenisset accidentaliter, vel quòd illud fecisset Deus Aegypti, & non Deus Hebręorum: quia secundum positionem gentilium, quæ declarata est, supra 17. cuilibet terrę dabatur vnus Deus, & ille solus habebat potestatem in ea, & alij Dij nihil poterant facere ibi, & sic nullatenus crederetur, quod à Deo Israel factum fuerat, sed à Deo Aegyptiorum. Item crederetur, ꝙ pp peccatum, qđ committebat Senacherib pugnando cōtra Aegyptios eueniebat ei istud, & tamen eueniebat propter peccatum, quod committebat pugnando contra Hebręos, & blasfemando Deum ipsorum: ideo Deus vellet ostendere, quòd propter hoc erat; & tamen non ostenderet hoc, si veniret ista plaga super exercitum existentem in Aegypto: ergo non erat ibi, quando istud factum est. Tertiò patet, quia Deus faciebat istud miraculū, sicut omnia alia, vt laudaretur, & coleretᷓ ab Israelitis cultoribus suis, & tamen, si in Aegypto occideretur exercitus iste non apparet miraculum istud tantæ auctoritatis in conspectu Hebræorum: quia non putarent totaliter propter eos fieri, sicut si fieret in terra ipsorum: ergo factum est in Iudęa. Quartò patet ex historijs gentium: nam Berosus, qui Chaldaicam scripsit historiam dicit, ꝙ istud factum est cū Senacherib obsideret Ierusalem, & ponit numerum pereuntiū sicut hic. s. centum octoginta quinque millia, vt refert Iosephus 10. Antiqui. & sic tenendum est, ꝙ in Iudæa fuerit ista pcussio, & hoc tenet Historia scholastica, & Nicolaus, & omnes doctores nostri. Erodotus tamen Alicarnaseus historiographus dicit, ꝙ factum est hoc, dum obsideret Senacherib Pelusiū in Aegypto, sed non est attendendum ad dictū eius: quia in multis alijs errat in hac historia, vt infra in quadam quæstione declarabitur.

Ad primam rationem in contrarium dicendū, ꝙ quanquam scriptura nō faciat hic mentionem, ꝙ redierit Senacherib de Aegypto ad Iudæam, tamen tenendum est, ꝙ redierit: quia rationes in contrarium factæ hoc indicant, & sacra scriptura in quibusdam breuis est, & multa subticet, potissimè quando illa colligi possunt ex alijs dictis, sicut hic.

Ad secundam rationem dicendum, quòd non obsedit Senacherib Ierusalem, nec misit sagittas contra illam, & tamen in Iudæa facta est ista percussio: quia poterat in Iudæa fieri antequam inciperet Senacherib obsidere Ierusalem, sicut sequenti quæstione declarabitur.

Percussio hæc in quo loco Iudeę facta fuit. Q. XXV.

QVAERETVR vlterius, cùm ista percussio fuerit facta in Iudæa, in quo loco facta fuerit. Respondet Historia scholastica ꝙ facta est apud Ierusalem. s. Factum est post annum rediit Senacherib ab Aegypto, & cum vastasset Iudeam tandem obsedit Ierusalem, & tunc percussit angelus Domini castra Assyriorum. Sed Ra. Sa. dicit, quòd ista ꝑcussio facta est in quodam loco propinquo Ierusalem, qui vocatur Nobe, & hoc dicit: quia Isa. 10. dicitur: confortamini, adhuc dies est, vt in Nobe stet: & agitur ibi de Senacherib vastante Iudæam, istam positionem tenet Nicolaus, & improbat positionē Historiæ scholasticę dicens, ꝙ nō potuit esse ista ꝑcussio apud Ierusalem, quia in litera dicitur, ꝙ non mittet Senacherib sagittam contra vrbem, nec circundabit eam munitione. Sed dicendū, ꝙ istud nō concludit: ideo tenendum videtur, ꝙ apud Ierusalem facta est ista percussio, cum vellet Senacherib obsidere vrbem, & istud patet per Berosum scriptorem Chaldaicę historiæ, & refert illud Iosephus 10. Antiqui. Secundò patet, quia hoc aliqualiter colligitur Isa. 10. vbi ponitur de locis regni Iudæ, per quę transibat Senacherib, & in fine omniū illorum dicitur: agitabit manum suam super montem filiæ Sion collem Ierusalem, & subiungitur de vastatione exercitus eius. s. ecce dñator Dñs exercituū confringet lagunculam in terrore, & excelsi statura succidentur, & sublimes humiliabuntur, ergo videtur, ꝙ ista dissipatio fuit facta postꝗ accessit Senacherib ad Ierusalem secunda vice. Motiuū aūt Ra. Sa. nō habet colorem, quia tunc de quolibet alio loco, de quo habetur Isa. 10. cum ibi ponantur multa loca, per quæ transibat Senacherib: Etiam magis apparet ex litera, ꝙ factum fuerit apud Ierusalem, cum postquam dicitur de Nobe, subdatur de agitatione manus Senacherib super montē Sion, & illico ponitur de dissipatione exercitus. Ad rationem autē Nicolai dicendum, ꝙ non concludit: nam dato, ꝙ nō pugnauerit Senacherib contra Ierusalē, nec cirūdederit eam munitionibus: tamen apud eam erat quando perijt exercitus, eo ꝙ mox, vt accessit Senacherib prope Ierusalem, secuta est ista plaga.

Quid sentiant scriptores historiarum gentilium de ista percussione exercitus Senacherib. Et quomodo nimis errant historiographi gētiles circa historias sacrę scripturę. Q. XXVI.

QVAERETVR vlterius, quomodo fuit facta ista plaga super Assyrios. Respondēdum, ꝙ variè ponitur à sacra scriptura, & scriptoribus historiarum gentilium: nam Erodotus Alicarnaseus dicit, ꝙ iste rex Senacherib, in cuius exercitu fuit ista plaga, non erat rex Assyriorum, sed Arabum, & dicit, ꝙ cum obsedisset Pelusium ciuitatem Aegypti nocte quadam multitudo soricum, arcus, & arma reliqua comedit Assyriorum, & cum non haberet rex arcus exercitū à Pelusio reuocauit, vt refert Iosephus 10. Antiqui. Berosus autem, qui Chaldaicā scripsit historiā, aliter dicit. s. ꝙ Senacherib, qregnauit super Assyrios castrametatus est in omnē Asiā, & Aegyptum: reuersus autem Senacherib à prælijs Aegyptiacis ad Ierosolimam inuenit exercitū, quem ipse Rabsaci dimiserat in periculo pestilentiæ constitutum: Deus. n. morbum populo eius immiserat. Et in hoc Berosus rectè loquitur. Erodotus autem errat, quia dicit fuisse regem istum Arabum, & non Assyriorum. Secundò quia dicit factū fuisse hoc, dum obsideret Pelusium, & tamen factū

A est in Iudea, vt declaratum est præcedenti quæstione. Tertiò, quia dicit, ꝙ multitudo soricū comedit arcus, & tamen, nihil tale fuit. Quartò quia dicit obsidionem dissolutam esse ꝑ defectum armorum, & tamen falsum est, quia angelus Domini ferè occidit omnem exercitū. Istud tamen non est nouum, quia historiographi gentiū, quādo scribūt aliquam historiam, quę etiam est in sacra scriptura, multum discordant, sicut refert Paulus Orosius primo de Ormesta mundi. s. Trogum Pompeium historicum, & eius breuiatorem dixisse, ꝙ Moyses princeps Hebręorū fuit filius Ioseph, qui reuelauit somniorum expositionem Pharaoni. Et de exitu Hebræorum de Aegypto dicunt, quòd cum Aegy-
B ptij scabiem paterentur responso Deorum moniti Moysen cum alijs ęgris ne pestis ad plures serperet de terminis Aegypti pepulerunt. Alij aūt historiographi dicunt, ꝙ cū Hebręi egrederentur de Aegypto, & persequerentur eos Aegyptij compulsi tempestate aquarum in domum redierunt, sed omnia ista falsa sunt. Sic etiam Cornelius Tacitus ait, ꝙ Moyses dux exulum factus sacra Aegyptiorum furtim abstulit, quæ armis repetentes Aegyptij domū redire tempestatibus compulsi sunt, & multas alias vanitates, & mendacia Trogus Pompeius, & iustinus, & Cornelius Tacitus circa hanc historiam dicunt, de quibus Paulus Orosius vbi supra.

Dicendum ergo, ꝙ modus istius plagę fuit, quia
C Senacherib dissoluta Obsidione Pelusij de Aegypto rediens properabat in Ierusalem, & cùm accessit ad eam volebat disponere castra per circuitum ad obsidendum, & tamē ipsa nocte, qua fixit castra Deus misit angelum suum, & percussit centum octoginta quinque millia in castris, & sic nondum posuerat munitiones cōtra vrbem, nec incęperat pugnare: quia Deus præclusit ei viam ad hoc, & sic stat litera. s. ꝙ non mitteret Senacherib sagittam contra vrbem, nec circundaret eam munitionibus, sed adhuc in itinere erat rediens de Aegypto nondum bene locatis castris, quando istud accidit. Et huic sententiæ consonat, quod habetur Isa. 10. cū dicitur de percussione exercitus Senacherib. s. Suscitabit sup
D eum Dominus exercituum flagellum iuxta plagā Madian in petra Horeb, & virgā suā super mare, & leuabit eam in via Aegypti, & sic ista percussio fuit, quando erat Senacherib in via Aegypti. i. quando redibat de Aegypto nondum locatis castris.

Quis dies fuit iste, de quo dicitur: factum est in die illa. Quæst. XXVII.

QVAERETVR vlterius, quis fuit iste dies, de quo hic dr̄: factum est in die illa, & percussit angelus Dñi in castris Assyriorū. Dicendū, ꝙ non potest referri ad aliquid de præcedētibus: quia nō fuit percussio ista in nocte sequente ad diem, quo locu-
E tus est Isaias ista ad Ezechiam, sed postea per multū tēpus. Dicendū igitur, ꝙ hic fit relatio meditata, sicut cū dixit Magdalena: Si sustulisti illū, dicito mihi, & non exprimebat ibi de quo loquebat̄, sed referebat ad illud, qđ ipsa cogitabat: Ita hic propheta, q scripsit librū istū cognoscebat diem illū, & noctem qn̄ ista facta fuerūt & referebat se ad illū dicēs, factū est nocte illa. Potest aūt aliquo mō reduci ad præcedentia, quia supra dixit Isaias Ezechię, ꝙ in duobus annis cōmederet, qđ reperiret, & spōte nascētia, & in tertio anno sereret, & meteret, & nunc dicitur, quod factum est nocte illa. s. in qua cōsummatū est tempus illud à Deo præfinitum in anno tertio, & percussit angelus Domini in castris Assyriorum.

An Angelus, qui percussit Assyrios, fuerit bonus, vel malus. Quæst. XXVIII.

QVAERETVR de isto Angelo percutiēte, an esset bonus, vel malus. Respondendum, ꝙ indifferēter potest dici, quòd erat bonus, uel malus: nam aliquando angeli boni percutiunt malos, sicut duo angeli, qui iuerunt Sodomam percusserunt cęcitate viros vrbis, & ipsi postea subuerterūt vrbem: Gen. 19. & illi erant boni, quia venerunt prius ad Abraham: Gen. 18. Interdum etiam angeli mali puniunt malos, sicut fuit in Aegypto in inflictione plagarū: nā per angelos malos inflictæ sunt, vt patet Psal. 77. s. misit in eos iram immissiones per angelos malos. Mali etiam angeli interdum puniūt bonos: sic patuit de Satan, qui puniuit Iob, & tamē ille erat bonus: Iob primo, & secundo: aliquādo ēt boni angeli puniunt bonos, sic fuit de Dauid, q bonus erat, & tamen ab angelo bono perterritus est nimis, vt postea sanus non fuerit, vt patet 1. Parali. 21. s. non præualuit Dauid ire ad altare, vt ibi obsecraret Deum: nimio n. fuerat timore perterritus videns gladium angeli Domini, & tamen ille erat angelus bonus, cum vocetur angelus Domini, & tamen angelus malus non vocatur angelus Domini absolutè, sed cum aliqua determinatione, scilicet, angelus Dei malus, vel spiritus Dei nequam, vt patet supra 1. li. c. 16. hic ergo potest accipi, ꝙ fuerit bonus angelus, vel malus. Melius autem dicitur, ꝙ fuerit malus, quā bonus: quia esse ministrū Dei in inflictione penarum magis conuenit Dęmonibus, quā angelis bonis: ipsis autem bonis angelis competit ex conditione sua benefacere: angelis autem malis competit nocere, quia inuidi sunt, & in hoc delectantur: Deus etiam facit eos ministros suos in hoc: quia istud est opus imperfectum, & conuenit ministro paruę perfectionis, qualis est Dęmon. Si autem diceremus, quòd angelus bonus fuit, qui puniuit istos: videretur dicēdū, ꝙ erat Gabriel, vel Michael: quia Michael erat vnus de principibus primis Hebręorū: Gabriel etiā erat prin ceps eorū: nā isti duo fuerunt, qui pugnauerunt contra principē Persarū: Nam angelus princeps Persarū resistebat volens, ꝙ Israelitæ non recederent de captiuitate Babylonis: Gabriel autem princeps Hebræorum pugnabat, vt liberarent de captiuitate, & fuit ista pugna viginti vno diebus quousque venit Michael Archangelus vnus de principibus Hebræorum, & tūc præualuit Gabriel adiutus à Michaele, vt patet Dan. 10. sicut ergo illi duo pugnabant contra principem Persarum, quia resistebat Hebręis, ita nunc aliquis istorum percuteret exercitum Assyriorum aduersantem Iudęis. Et dicendum est, ꝙ iste angelus, siue bonus, siue malus fuerit, vnicus fuit, vt declaratū fuit supra, & ideo, quanquam rationabile esset, vt angelus malus mala faceret inferendo pœnam: tamē, qa iste vocatur angelus Domini hic, & 2. Paralipo. 32. magis vr̄ dicendum, ꝙ fuerit angelus bonus, & ꝙ fuerit Michael, vel Gabriel, quia angelus malus nō vocatur angelus Domini & quibusdam magis placet, ꝙ fuerit angelus malus, vt supra dixi.

Angeli mali, vt communiter faciūt plagas.

Quomodo Assyrij percussi fuerunt ab Angelo. Quæstio XXIX.

QVAERETVR vlterius, qs modus fuit, quo angelus Domini occideret istos Assyrios. Respondendum, quòd secundum Iosephum 10. Antiqui. fuit morbus quidam cum ait: Deus n. morbū populo eius immiserat, ita vt prima nocte eorū,

F q obsidebant, perirent centū octoginta quinq; millia viri cum principibus, & tribunis, propter hāc calamitatē Senacherib in nimio timore, & angustia constitutus de cuncta iam militia metuens fugit cū manu sua ad proprium regnū. Iste modus tamē nō est conueniens: qa ista percussio fuit violenta, cum dicatur, ꝙ angelus Domini ꝑcussit istos viros: morbus tū non est violenta mors. Itē ad causandū morbum, ꝙ angelus Dn̄i descenderet non oportebat: qa non potest angelus causare morbū, qui fit ex disproportione corporis: quia necesse istud causari naturaliter, vel à Deo. Ideo dici potest, ꝙ fuit modus ꝑcussionis hic, sicut in vrbibus Sodomorū, suꝑ quas angeli miserunt fulmina, & combusti sunt omnes de ciuitatibus illis, vt patet Luc. 17. Sed iste modus

G licet quibusdam videatur bonus, tamen nō est multum conueniens. Nam tunc cū fulmen missum naturaliter mittatur, cum iste angelus mitteret fulmina per castra Assyriorum, cremarentur oīa castra, & nihil maneret in circuitu, & tū falsum est: quia aliqui occidebantur, & aliqui non: nam Senacherib non occisus est, & quidam alij cū eo, & isti surrexerunt, & viderunt in circuitu suo oēs occisos: Isa. 37. ergo non fuit fulmen. Secundò patet, quia fulmen causat pœnam sensibilem, & cum cremarentur, Assyrij clamarent, & audiretur clamor per castra, & q nō cremarentur fugerent, & tū illi, qui manserunt viuentes, non senserunt quomodo alij occidebantur, nec sciuerunt aliquid factū fuisse vsquequo in

H aurora surgens Senacherib & qui cum eo erāt viderunt omnes mortuos in circuitu, & mirati sunt, & tunc recessit Senacherib in terram suam. Dicendū ergo, ꝙ ista percussio fuit facta nō ferro, nec aliquo instrumento materiali sensibili: quia tunc ad percussionem sequeretur dolor, & clamor in castris, & esset idem inconueniens, quod prius. s. quia fugerēt illi, qui non percutiebantur, sed fuit percussio ista ꝑ aliquem motum spetialem factum in corpore, per quem homo insensibiliter moriatur. Sic. n. fuit quādo angelus malus occidit primogenita Aegyptiorum, quia moriebantur, & non clamabant, & quēlibet illorum percutiebat angelus per se distincta ꝑcussione, quod patet Exo. 12. Nā de vna domo tran Respōsio Auctoris.

I sibat in aliam ad percutiendū, & non sequebat clamor percussorum, & poterat hoc esse per appositionem alicuius venenosi subitò occidētis, vel ꝑ tactū cordis cū aliquo nociuo: quia angelus potest subintrare porositates nostras, & introducere aliquod venenosum, & illico, vt cor tetigerit morieť animal, iste modus est valde conueniens, & tū secundum quosdam superaddendum est in ista percussione aliquid, per qđ corpora percussorū incinerarentur: qa sic vr̄ dici Isa. 10. cum agitur de pęna Senacherib. s. propter hoc permittet Dn̄s exercituum in pinguibus eius tenuitatem, & subtus gloriam eius succensa ardebit quasi combustio ignis. i. ꝙ sub vestibus, in quibus est gloria hominis. i. apparatus, & compo

K sitio arderet succensa. s. ꝙ caro crematetur, & vestes, & arma manerent illesa ab igne, & tamen an sic acciderit, non est manifestum: declarabitur autē ibidē. Sed tenendo, ꝙ corpora fuerint incinerata, & vestes, & arma non exuta fuerint: dicendum, ꝙ factum est istud per aliquod naturale appositum ab angelis in corpore cuiuslibet de exercitu, qđ prius ardebat, & postea cremabat, & per illud non solum caro, sed ēt vestes, & armamenta exuri debebant naturaliter: Deus tamen compescuit miraculosè vigorem ignis, ita vt non posset cremare vestes, & arma. Sic enim fuit quando erant tres pueri in medio ignis, & Deus fecit, quòd non cremarentur, nec etiam

etiam vestes eorum: Dan.3. Sic etiā fuit de rubo flamante, quem vidit Moyses, qui tamen non cremabatur Exod.3. hoc autem esset ad benefaciēdum Iudæis: quia Deus volebat locupletare eos diuitijs Assyriorū, scilicet, armis, & vestibus, & alijs bonis: ideo fecit, vt nihil cremaretur, nisi carnes ipsorum: etiam faceret hoc ad ostensionem miraculi: quia cū cremarentur carnes, & apparerent vestes, & arma incombusta, pateret manifestè, quòd à Deo fiebat.

Quare Senacherib non fuit occisus ab Angelo. Quæstio XXX.

QVAERETVR vlterius, quare Senacherib nō fuit occisus ab Angelo cum exercitu suo, sed redijt in terram suam. Respondendum, quòd hoc fuit ad inferendum ei maiorem pęnam: erat enim Senacherib peior omnibus viris suis, & volebat Deus eū punire acerrimè, & ad hoc fecit, quòd puniret multipliciter. Primo punitus est in damno magno, quod pertulit perdito exercitu, & in hoc affligeret nimis, cum videret se prius potentissimum regum, nūc autem subito omnia perdidisse, & ista afflictio esset ei quali mors. Secundò, puniretur in ignominia, quam sustineret in terra sua, cū iret illuc perdito toto exercitu ferè solus, & in hoc omnes subditi sui reputarēt eum ignominiosum, quia omnes reges Assyriorum augmentauerant honorem regni: iste autem solus perdiderat quidquid alij acquisiuerant. Tertiò puniretur in morte: quia post hæc in terra sua occidēdus erat: Quartò Deꝰ fecit hoc, vt mors sua esset durior: nam si moreretur cū exercitu suo percussus ab Angelo, ista mors non erat grauis, quòd tamen occideretur à filijs suis erat mors pessima, & hoc in duobꝰ. Primò: quia erat cum maiori pœna: illi, qui mortui sunt in exercitu ab Angelo non sentiebant pœnam, nec clamabant, sed moriebātur insensibiliter, ita, vt quanquam vnus esset propinquus loco alteri, qui occidebatur, nō sentiret an ille moreretur. Vnde Senacherib, & alij, qui cum eo euaserunt, nesciuerunt aliquos mortuos fuisse quousque diluculo surgentes viderunt omnes de castris mortuos esse, vt supra declaratum est. Senacherib autem doluit in morte sua, quia percussus est gladio à filijs suis. Secundò quia ista mors fuit in opinione hominum peior: nā Senacherib occisus est à filijs suis, à quibus tamē maximè diligi debuisset. Dicunt autem Hebræi de Senacherib, quòd, quando recessit perdito exercitu, solū manserunt cum eo decem viri, qui iuerunt cum eo in terram suam, & sic ibat ignominiosus. Dicunt ēt, ꝙ Deus rasit per Angelum suum caput, & barbā Senacherib ad ignominiam eius magnam, & tunc impletum est illud Isa.7: scilicet: In die illa radet Dominus in nouacula conducta in his, qui trans flumen sunt in rege Assyriorum caput, & pilos pedum, & barbam vniuersam. Esset autem hoc ad ignominiā magnam, sicut Hanon rex Ammonitarum rasit dimidiam partem barbę nuncijs Dauid, & pręcidit vestes eorum vsque ad nates, sup.2.lib.cap.10.

Filij Senacherib quare occiderunt eum. Quæst. XXXI.

QVAERETVR vlterius, quare filij Senacherib occiderunt eum. Respondet Historia Scholastica, quòd hoc fuit: quia maiores duo erant, qui occiderūt eum, scilicet, Sarasar, & Adramelech: minor autem erat Assaradon: Senacherib tamen designauerat eum successorem regni præteritis duobus maioribus, vel exhæredatis, in quo valde indignati sunt, & occiderūt patrem. Hoc autem erat verisimi-

A le: quia vt dicit Historia Scholastica Senacherib diligebat magis matrem Assaradon, quàm aliorū duorum, ideo proposuit eum in iure regni. Sic enim Roboam rex Iuda, cum haberet multos filios, & essent alij maiores natu, ordinauit Abiam in regem, quia diligebat matrem suam super alias vxores, 2. Paralipom.21. licet hoc Deus vetuisset, quia si haberet aliquis duas, vel plures vxores, scilicet, vnam odiosam, & alias non, & filius odiosæ esset primogenitus, non poterat facere filium alterius mulieris primogenitum, sed filio odiosæ tenebatur relinquere primogenituram: Deuterono.21. Nicolaus autem, & Ra.Sa. & multi alij tenent, quòd occisus fuit Senacherib à filijs suis: quia illi occiderunt eum timore mortis.

B Dicunt enim, quòd cum Senacherib redisset in terram suam minati sunt contra eum valde magnates regni sui, eo quòd per stultitiam eius, quia voluerat blasphemare de Deo Hebræorum, perierat ferè tota potestas Assyriorum, ideo cogitabāt occidere eū: ipse autem timens vouit Deo suo Hesroch immolare duos filios suos maiores, vt liberaret eum de manu seruorum suorum, quod intelligētes duo filij sui insurrexerunt in eum, & percusserunt eum in templo. Motiuum autem Nicolai, & Ra.Sa. est in duobꝰ. Primò: quia Senacherib erat nunc in templo adorās Deum suum, quando occisus est, & sic putat, quòd veniebat ad vouendum ei offerre duos filios suos. Secundum est: quia Gentilibus quibusdam erat consuetudo cremare filios suos igne in reuerentiā Deo-

C rum suorum: sic enim gentes Sepharnaim, quæ erāt de regno Assyriorum cremabant filios suos in igne ad honorem Adramelech, & Anamelech deorum suorum, supra 17. Sed istud non multum stat, quia si solum timerēt illi iuuenes mortem inferri sibi à patre suo, nō propter hoc occiderent eum, sed magis occultè fugerent, sicut postea fugerūt in terram Armeniorum, & non exponerēt se grauissimo periculo, occidendo patrem suum, quia poterant tunc capi, & occidi. Dicēdum ergo magis videtur, quòd Senacherib intulerat aliquam magnam offensam istis duobus filijs suis, & ipsi concitati nimis contra eū, occiderunt ipsum, siue ista offensa esset, quòd priuasset eos successione regni, siue aliquid aliud. Fugerunt

D autem isti duo filij Senacherib in Arath, quæ est pars Armeniæ campestris, & fertilis ad radicem montis Tauri, per quam fluit Araxes fluuius. Hæc autem de Senacherib facta sunt. Ierosolymitæ autem vidētes nullum esse in castris viuenrem, egressi sunt de vrbe, & spoliauerunt castra, in quibus repererunt diuitias multas gloriæ Assyriorum, & multa genera armaturæ, de quibus Ezechias factus est diues valde in auro, & argento, & lapidibus præciosis, & omni genere diuitiarum.

Senacherib quare non pugnauit cum reliqua parte exercitus contra Ierusalem. Quæstio XXXII.

E QVAERETVR vlterius, percussa quadam parte exercitus, quare Senacherib cum reliqua nō pugnauit contra Ierosolimitas, cum iam locauisset castra contra vrbem. Respondendum, quòd propter tria: primò, quia Senacherib habuit valde paucum exercitum residuum: nam dicūt Hebræi, quòd cum solis decem redijt in terram suam. Et dato, quòd plures essent, quia de hoc non constat, necesse est dici, ꝙ essent pauci, ita, vt cum eis non posset pugnare contra aliquam vrbem: quia Deus fecerat hoc, vt Senacherib non obsideret Ierusalem, vt patet supra in litera, & tamē si adhuc relinqueretur ei magnus exercitus, cum quo posset obsidere vrbem, forte obsidisset

set, & sic non liberarētur Hebræi ab illo incommodo, quod timebant, pauci ergo relinquerentur. Secūdum erat: quia dato, quòd relinqueret magnus exercitus, Senacherib non auderet ipse iam figere castra contra Iudæos timens grauiora mala: nam sciebat, quòd blasphemauerat Deum Israel dicens, quòd nō poterat liberare subditos suos de manu eius, sicut nec liberauerant alij dij gentium, & sciebat, ꝙ Ezechias confidebat nimis in Domino, & in adiutorio ipsius solius confisus nolebat tradere vrbē Senacherib cognosceret ipse, quòd Deus Hebræorum fecerat ei hoc malum, ideo nō auderet pugnare vltra cōtra cultores eius timens, quòd maiora mala ei inferrentur: timore ergo nimio inuasus fugit illico in terram suam. Tertium esset propter milites suos: nam G dato, ꝙ Senacherib in omnibus his insensibilis permaneret, & vellet adhuc pugnare contra Hebręos, nolent milites sui, qui remansissent: quia ipsi vidētes alios fuisse occisos à Deo, timerent sibi simile euenturum, si pugnarent, ideo nolent pugnare, quanquam iuberet Senacherib.

CAPITVLVM XX.

2. Paralip. 32. & Is. 38. IN diebus illis ægrotauit Ezechias vsque ad mortem: & venit ad eū Isaias filius Amos propheta; dixitque ei: Hæc dicit Dominus Deus.

Descripta in præcedentibus Ezechiæ ab hostibus liberatione, hic agitur de eius mirabili sanatione, & diuiditur in duo: quia primò ponitur prædicta sanatio: secundò ex sanitate præstita insurgēs elatio, ibi, *In tempore illo*. Prima in tres: quia primò ponitur Ezechiæ ad mortem dispositio, & mortis denunciatio: secundò eiusdem per orationem Ezechiæ facta dilatio: tertiò mirabilis sanatio. Secundum ibi. *Qui conuertit*. Tertium ibi. *Antequam*.

An sit ordo continuus, & immediatus. Quæstio I.

QVAERETVR circa primum an ea, quæ habentur hic, sint continuata ad præcedētia, & an fuerint facta immediatè post illa, vel interiecto aliquanto tempore. Ad primum dicendum, quòd est ordo continuus, sed pōt intelligi dupliciter ista continuitas: vno modo, quòd præcedentia fuerint inchoata, & consummata antequam inciperētur ea, quæ habentur hic, alio modo, quòd essent inchoata ante ista, dato, quòd non fuerint consummata ante illa. Primo modo accipiendo dicendum, ꝙ ista sunt continuata ad præcedentia, quia prius fuit bellū Senacherib contra vrbes Iuda, & misit Rabsacem contra Ierusalem, quàm fieret istud: & tamen non apparet an fuit destructus prius exercitus Assyriorum, quàm incideret ista egritudo Ezechiæ. Sic etiam patet ex ordine literæ Isa. 38. quia ibi ponitur sicut hic. Ad secundum dicendum, quòd patet responsio ex primo: quia necesse est immediatè post omnia præcedētia factum fuisse istud, vel quòd fuerit simul cū illo, scilicet, ꝙ cum maneret Senacherib in terra ægrotaret Ezechias, vt declarabitur infra: non potest autem dici, quòd post destructionem exercitus Senacherib aliquanto tempore fuerit istud: quia tunc sequeretur inconueniens, quod declarabitur sequenti quæstione.

F *An ægrotatio, & sanatio Ezechiæ mirabilis fuerit ante aduentum Senacherib, vel post percussionem exercitus eius. Quæstio II.*

QVAERETVR vlterius, an ista ægritudo Ezechiæ, & sanatio fuerit postquā exercitus Assyriorum recessit de terra, & occisus est, vel dum maneret in terra, vel antequam veniret Senacherib ad terram Iuda. Dicendum, quòd nō potest dici, quòd fuerit istud antequam veniret Senacherib in terram Iuda: quia tunc sequeretur, quòd Ezechias regnauisset minus, quàm viginti nouē annis, & tamen regnauit viginti nouem annis, supra 18. & 2. Paralipo. 29. Patet hoc: quia Senacherib venit in Iudam anno 14. regni Ezechiæ, supr. 18. Si verò prius accidisset ista sanitas, fuisset saltē ann. tertiodecimo Ezechię: & quia Ezechias vixit quindecim annis solum post istā sanationem: quia dicitur hic, quòd Deus addidit ei quindecim annos vitæ, essent simul viginti octo anni, & tamen regnauit viginti nouem annis: ergo nōdum facta erat illa sanatio. Tenet autem Historia Scholastica, ꝙ facta est illa sanatio, & ægritudo post destructionem exercitus Senacherib, vnde dicit, ꝙ ideo accidit ista ægritudo, quia Ezechias gratias Deo sufficienter non reddiderat pro beneficio præstito in liberatione de manu regis Assyriorum: idem etiam tenet Iosephus 10. Antiqui. scilicet: Ezechias inopinabiliter à terroribus liberatus gratificas hostias celebrauit, & non post multum graui languore detētus H à medicis equidem desperatus est. Dicendum tamē, ꝙ istud non stat: primò, quia infra in litera contrarium dicitur: nam cum Isaias veniret ad annunciandum Ezechię sanitatem dixit ei: Addam diebus tuis quindecim annos, sed & de manu regis Assyriorum liberabo te, & ciuitatem hanc; ergo nondum erat liberatus de manu Senacherib, nec fuerat ꝑcussus ab Angelo exercitus eius. Secundò patet, quia si fuisset post percussionem exercitus Senacherib, oporteret, ꝙ Ezechias regnauisset plusquam viginti nouem annis: & tamen non regnauit maiori tempore, sup 18. & 2. Paralipo. 29. Patet hoc: quia anno. 14. regni Ezechiæ venit Senacherib in terram Iuda, & postea misit bis nuncios ad Ezechiam, & Ezechias misit ei I semel munera, & post omnia hæc prædixit Isaias Ezechiæ quid deberet comedere in tribus annis præcedenti cap. & illis tribus annis mansit Senacherib in terra: nā alioquin non fuisset data illa doctrina Ezechiæ, sed in omnibus illis annis seminassent, & collegissent, vt declaratum est præcedenti cap. oportet ergo, quòd manserit Senacherib in terra tribus annis, vel quasi: & tunc aut accipietur, ꝙ annus quartusdecimus Ezechię, quādo venit Senacherib in terram, erat incipiens, vel consummatus: si autem consummatus, dabitur, quòd mansit Senacherib in terra vsque ad finem decimiseptimi anni regni Ezechiæ, & post hæc fuit ista ægritudo, & sanatio: & tamen post K istam egritudinem vixit Ezechias annis quindecim, vt patet in litera, & sic regnaret annis triginta duobus, quod falsum est. Si autē dicatur, ꝙ erat inchoās annus quartusdecimus Ezechiæ, quando venit Senacherib in terram, esset completus annus decimus sextus eius, quādo recederet de Iudæa perdito exercitu, & postea vixit Ezechias annis quindecim, ideo regnaret annis triginta vno, sed falsum est, quia solum regnauit annis vigintinouem. Dicendum igit, quòd ista ægritudo, & sanatio fuit postquam venit Senacherib in Iudęam, & antequam inde recederet, quod aliqualiter colligitur hic, & Isa. 38. nam dicit: in diebus illis, scilicet, quòd dum fierēt ea, quæ narrantur supra de Senacherib, facta est ista sanatio, & ægritudo.

ægritudo. Secundò patet hoc efficacius, quia nō potuit fieri antequam veniret Senacherib in terrā Iudææ: quia tunc sequeretur, quòd regnasset Ezechias minus, quàm viginti nouem annis, nec potuit post recessum Senacherib esse: quia tunc regnaret Ezechias plusquam viginti nouem annis, vt de vtroque inductum est: ergo fuit dum maneret Senacherib in terra. Dicendum autem, ꝙ istud fuit modico tēpore postquam venit Senacherib in terram Iudæ: nam oportuit, ꝙ fieret in fine anni quartidecimi, vel principio quintidecimi Ezechiæ, quia postea regnauit quindecim annis: & tamen omnes anni eius fuerūt viginti nouem: ergo tunc complebatur annus quartusdecimus regni Ezechiæ, & incipiebat quintusdecimus, & erat annus ætatis suæ trigesimusnonus. Quod patet: quia Ezechias vixit annis quinquagintaquatuor, scilicet, vigintiquinque annorum erat cum regnare cœpisset, & vigintinouem annis regnauit, supra 18 à quibus subtrahantur quindecim, quibus vixit post hanc ægritudinem, manebunt triginta nouem; & sic erat iuuenis valde Ezechias, quando moriturus erat, & ob hoc in cantico, ꝙ tunc fecit, dixit: Ego dixi in dimidio dierum meorum vadam ad portas inferi, idest, ego dixi, vel putaui, quòd morerer in medio ętatis meæ, scilicet, anno trigesimonono: nam rationabiliter viuere poterat annis octogiuta, vel septuaginta octo, cuius medietas erat trigintanouem. *In diebus illis ægrotauit Ezechias*. Scilicet, dum fieret ista, quæ narrata sunt præceden. cap. de Senacherib: nam pauco tempore post aduentum eius in terram Iuda facta sunt hæc, vt declaratū est præcedenti quæstione. *Usque ad mortem*. Idest, ita, vt nihil superesset nisi mors: quia ægritudo sua fuerat nimia, & desperabatur de vita eius ab omnibus medicis, & amicis, vt ait Iosephus 10. Antiquitat. *Et venit ad eum Isaias filius Amos propheta*. Scilicet, venit ex mādato Domini ad denunciandum sibi mortem. Iste Amos pater Isaiæ erat propheta sicut Isaias, licet nō fuit tam famosus, cum non habeātur dicta eius scripta. Patet hoc ex positione communi Hebræorum, scilicet, quod quādo in titulo alicuius prophetæ ponitur nomen patris eius, vel aui, aut aliorum maiorum, omnes illi fuerunt prophetæ. Hanc regulā confirmat Hieronymus in quodam prologo super Sophoniam, qui incipit tradunt Hebræi. Patet hoc magis Isaiæ 38. vbi vocatur Ezechias filius Amos prophetæ: Non tamen est intelligendū, quòd iste Amos fuerit ille propheta, qui ponitur in numero duodecim prophetarum minorum, sed alius: quia ille cū alijs literis scribitur apud Hebręos, quàm Amos pater Isaiæ, etiam quia ille Amos erat pastor, & rusticus de pastoralibus Thecuæ: Amos primo: & tamen Amos pater Isaię erat de genere regali, vt dicit Hieronymus in quodam prologo super Isaiam, qui incipit: nemo cum prophetas: & idem tenent Hebræi, dixitque ei. *Hæc dicit Dominus: Præcipe domui tuæ: morieris, & non viues*. Idest ex parte Dei dico tibi, ꝙ præcipias domui tuæ, idest, disponas de domo tua condendo testamentum: quia morieris, & non viues, i. certissimè crede te moriturum, & non credas, ꝙ poteris viuere, ideo non differas facere testamentum.

Aegritudo Ezechię vnde venerat, & an fuerit quia non dederit gratias Deo de liberatione Assyriorum, vel quia non accipiebat vxorem. Quæstio III.

QVAERETVR vnde venerat ista ægritudo Ezechiæ. Aliqui dicunt, quòd data fuit ei in pęnam, quia cum liberatus fuit de manu Assyriorum, non dedit Deo gratias quales impendere oportebat

F pro tanto beneficio. Hoc dicit Historia Scholastica, & subdit, ꝙ Ezechias animo elatus canticum non cantauit, sicut in huiusmodi rebus facere consueuerāt patres, & propterea ęgrotauit vsque ad mortem. Secundò patet 2. Paralipomen. 32. cum dicitur de Ezechia, quòd exaudiuit eum Dominus, sed non iuxta beneficia, quæ acceperat, retribuit: quia eleuatum est cor eius, & facta est contra eum ira, & contra Iudam, & contra Ierusalem. Dicendum tn̄, ꝙ istud non stat: quia in hoc præsupponitur, ꝙ prius deletus fuerit exercitus Assyriorum, quàm ægrotaret Ezechias: & tamē hoc falsum est, cum infra in litera dicatur contrarium, & declaratum est pręcedēti quęstione: nam sequeretur, quòd regnauisset Ezechias annis triginta vno, vel duobus, quod falsū est.

G Secundò patet, quia dicit, quòd non dedit Deo gratias pro isto beneficio, quia non est verisimile, quòd liberatus de tanto malo non referret Deo gratias. Tertiò patet hoc per Iosephum 10. Antiqu. qui ait: Ezechias inopinabiliter à terroribus liberatus gratificas hostias celebrauit Deo cum omni populo, & cognoscēs, quòd nulla alia causa hostes peremit, nisi diuina cōsolatio omni studio, & largitate vsus est circa Dei cultum. Nicolaus autem Ra. Sa. aliter dicūt, scilicet, quòd punitus fuit Ezechias, quia peccauerat, nolendo accipere vxorem: nondum enim acceperat eam, & per hoc volebat auferre continuationem progeniei Dauid, & relinquere regnum alieno

H hæredi, & hoc malum erat. Et probāt, quia ante hoc nullos habebat Ezechias filios, sed post hoc genuit Manassen. Sed dicendum, quòd ista positio non stat. Primò, quia præsupponit dubium: secundò, quia dicit falsum. De primo patet, quia dicunt isti, ꝙ Ezechias nondum acceperat vxorem. Istud tamen non apparet, & probatio sua non est sufficiens: quia quāquam non habuerit filios Ezechias vsque post istam sanationem, non sequitur, quòd non habuerit prius vxorem: quia contigit aliquem magno tempore habentem vxorē non posse gignere, & deinde post magnum tempus gignere de eadem, vel de alia. Secundò patet, quia istud nō erat verisimile, scilicet, quòd Ezechias anno trigesimonono vitæ suæ non haberet vxorem, quia ille, qui aliquando accepturus est

I vxores, si facultas ei adest, accipit eā ante talem ętatem, cum flos iuuentutis, & tempus conueniēs generandi pręcedat, & tamen isti reges accipiebant vxores: ideo non est credendum, quòd in tali ętate nondum accepisset Ezechias vxorē, nisi fortè dicamus, quòd proposuerat Ezechias seruare virginitatem ꝑpetuam. Sed istud nullo modo est verisimile. Primò, quia Ezechias non erat tantæ sanctitatis, quòd tale votum emitteret. Secundò, quia in ueteri testamento nunquam tale votum ab aliquo emissum fuerat, immo erat intentio omnium, quòd relinqueret semen super terram, & qui non relinquebat successores de stirpe sua putabatur infelix, quia erat nomen

Ezechias non vouit virginitatem.

K suum extinctum. Huic opinioni fauebat etiam Sacra Scriptura: nam si quis accepta vxore moriebāt sine liberis frater eius accipiebat vxorem ipsius, & gignebat ex ea filios fratri suo, qui pertinerent ad stirpem eius, Deuteron. 25. non ergo credendum erat de Ezechia, quòd vellet se priuare successione. Tertiò patet, quia dato, quòd Ezechias vellet nō accipere vxorem: viri de regno suo coegissent iam eum ad accipiendum, vt maneret proles regia, quę succederet in regno: ideo non est verisimile, quod isti dicūt. Secundum principale erat: quia isti dicunt falsum, scilicet, quòd peccaret Ezechias nō accipiendo vxorem: nam seruare virginitatem est maius bonum, q̄ tenere statum matrimonialem, 1. ad Corinth. 7. nemo

mo tamen prohibetur à maiori bono, immo exhortatur ad illud: nam dicit Apostolus ibidem, quòd q̃q̃ virginem tradere nuptui bonum sit: melius tamen est eam virginē manere, ideo potius mereretur Ezechias, quàm peccaret. Istud autem verum est, nisi esset præceptum de contrahendo: quia tunc propter obligationem precepti esset virginitas mala. Sic fuit in principio seculi quando Adam, & Heua soli erāt, & dixit eis Deus: Crescite, & multiplicamini: Gen. 1. Nam si vellent seruare virginitatem, perijsset genus humanum in eis, ideo obligabantur conuenire carnaliter propter necessitatem propagationis. Sic etiā fuit tempore diluuij: nam manebāt soli quatuor viri, & quatuor vxores eorum, scilicet, Noe, & tres filij sui, & quatuor vxores eorum: & si ipsi nolent vacare proli, periret genus humanum: ideo Deus obligauit eos ad conueniendum carnaliter, Gen. 9. dicens: Crescite, & multiplicamini: nunc tamen nō erat aliqua talis necessitas: quia genus humanum erat valde multiplicatum tam inter Gentiles, quàm inter Iudeos. Etiā non erat aliquod præceptum de accipiendo vxorem, ideo non peccaret non accipiēs vxorē, sed magis mereretur, sicut nunc maioris meriti est virginitas, quàm matrimonialis status. Nō ergo stat ista positio. Sed adhuc dicet aliquis, quòd stat præcedens positio Historiæ Scholasticę per id, quod habetur 2. Paralipom. 32. Dicendum, quòd non stat: quia ibi nō loquitur scriptura de liberatione Ezechiæ de manu Senacherib, sed de liberatione eius de ægritudine, & de hac liberatione non egit gratias, sed elatus fuit animo: quod patet: quia ibidem dicitur in diebus illis ægrotauit Ezechias vsque ad mortem, & orauit Deum, & exaudiuit ipsum, & dedit ei signū, sed non iuxta beneficia, quę acceperat, retribuit, qa eleuatum est cor eius. Aliter autem adhuc dicit Nicolaus, scilicet, quòd ista ægritudo data est Ezechiæ fortè sine aliqua culpa sua ad ostendendam gloriam Dei in eius mirabili liberatione. Sic patet de cæco nato, de quo Christus dixit: Ioan. 9. quòd non peccauit ille, nec parentes eius, vt cęcus nasceretur, sed vt manifestentur opera Dei in illo. Sed dicendū, quòd adhuc istud non est conueniēter dictum, quia Deus non infligit alicui pœnam, nisi pro peccato, & non est simile de cæco nato, & de Ezechia si pcussus fuisset à Deo: quia cæcus natus non recipiebat aliquod malum, quòd cęcus nasceretur: & tamen recipiebat malum Ezechias si nunc puniretur. Pro quo sciendum, quòd pœnæ directæ à Deo dantur pro peccatis: ideo quilibet à Deo pro peccato suo punitur, qa anima, quæ peccauerit, ipsa morietur: Ezech. 18. & propter hoc non puniuntur filij adulti pro peccato patrum à Deo de lege communi, sed filij paruuli, vt declaratum est supra 14. eo quòd filij magni per se sunt aliquid, & peccatum eorum est solum ipsorū, & pœna eis inflicta est ipsorum: ideo si punirentur pro peccato patrum esset iniustum: Filij autē paruuli nō sunt per se, quibus competat pœna, vel honor, aut vtilitas: quia nihil istorum sentiunt, aut iudicāt, sed ipsi sunt tanquam quædam partes patrum, vt ait Aristoteles 5. Ethicorum: ideo sicut pęna partis, vel bonum eius nō est ipsius, sed totius, ita pœna, vel bonū filij paruuli non est eius, sed patris: & sic Deus occidens, vel puniens huiusmodi paruulos non dicitur punire eos, sed patres in eis. Si autem paruuli sint in vtero nondum nati, immo non dū plenè formati, & sequatur aliquis defectus, vel malum in corpore eorum, non dicitur esse pœna ipsorum, quia ipsi non sentiunt, nec etiam sunt: non est etiam pœna patrum suorum, quia filius dum in vtero est, quia nō apparuit in lucem, non iudicatur tanquam aliquod

Nullus à Deo punitur sine culpa. In q 5.

Quō filij puuli puniunt pro peccatis parētum.

Cæcitas ī cæco nato an fuerit pœna aliqua.

F bonum patris, sicut fructus terræ, dum sunt in visceribus eius non sunt bona nostra, nec nos dicimus possidere illa quanquam simus domini agrorum, sed postquam apparuerint fructus incipiemus possidere eos. Quòd ergo sequatur macula, vel defectus in formatione fœtus, & hoc fiat à Deo, non est aliqua pœna parentum, cum nōdum ille fœtus sit aliquid suū, quia nondum apparuit in mundo: & sic nulli fit iniuria, vel irrogat pœna, quòd fœtus huiusmodi formetur defectuosus: & quia id, qd̄ non est pœna, non oportet, quòd sit pro aliquo peccato cum cæcitas causata in cæco illo à natiuitate non fuerit pœna eius, nec parentum suorum, non oportebat, q̄ peccasset ipse, aut parentes sui: nam si cæcitas illa fuisset

G pœna sua oportuisset, quòd ipse peccasset: si autē esset pœna parentū suorum oporteret, quòd ipsi peccassent: & tamen quia nullius pœna fuit, sine peccato cuiusquam causari potuit. Item patet hoc, quia ea, quę naturalia sunt, nō sunt pœnalia, vt, q̄ homo habeat caput, & pedes, & non habeat alas ad volandum, & non sit velocior alijs animalibus in cursu, & agilior ad saltandum, & excellentior in multis alijs perfectionibus non est pęna, sed natura: ideo nemo conqueritur de his, quanquam quilibet fortè desideraret contrarium, si possibile esset. Ita quæcunq; insunt rei à natiuitate sua, dicuntur, & naturalia, quia sunt principia essendi: ideo cum fuerit aliquis defectus istorum à natiuitate, magis vocabitur natura, q̄ pęna. Dicendum ergo, quòd si ille cęcus fuisset ex-

H cæcatus à Deo postquam fuit in virili ætate, illa esset pœna sua, & tunc non potuisset hoc accidere, nisi ipse peccasset: si autē excæcatus fuisset à Deo post exitum ab vtero in parua ętate, qui non esset capax rationis illa excęcatio esset pœna parentum, & nō paruuli, quia tunc ipse nihil sentiret, & quādo postea veniret ad adultam ætatem non iudicaret se tunc imperfectiorem esse, quàm aliquando fuisset, quia nunquā cognouisset se in meliori statu, & iudicaret hoc tanquam naturale sibi: esset tamen pœna parentū, qui aliquando gaudebant de filio sano, & postea tristarentur de illo excæcato, ideo tunc quanquam ad istam excæcationem nō oportebat, quòd paruulus iste peccaret, tamen impossibile erat, quòd fieret ex-

I cæcatio, nisi parentes peccassent, ita, vt mererentur excæcari filium, quòd autem in formatione sua in vtero cæcus efficeretur, non erat pœna sua, nec parentum suorum, vt declaratum est: ideo non oportebat, quòd infligeretur pro peccato suo, vel parentū: & tamen quia omnia, quę fiunt siue naturaliter, siue aliàs sunt à Deo præuisa, & pręordinata: Deus tamē non agit aliquid sine causa, ideo quando nulla alia causa fuit in talibus exorbitantijs à cōsuetudine naturæ, aget Deus saltem ad ostendendum gloriam suam, & perfectionem vniuersi: & sic fuit in cæco nato, de quo quærebant discipuli an peccasset ipse, vel parentes sui, vt cæcus nasceretur, & rectis-

K mè Christus respondit, quòd nec ipse, nec parentes sui peccauerant, sed vt manifestarētur opera Dei in illo, cæcus natus fuerat. De Ezechia autem non erat sic: quia ipse erat vir magnę ætatis, & q̄ ipse ægrotaret vsque ad mortem pœna magna erat eius: ideo non infligeret Deus ei illam pœnam supernaturaliter solum, vt ostenderetur gloria Dei in illo, sed propter aliquod peccatum, & consequenter ostenderetur gloria Dei in eo. Dicendum ergo videtur, quòd ista ægritudo prouenerat Ezechię naturaliter: nam sicut aliquando naturaliter moriturus erat, etiam si Deus non puniret eum, ita, & nunc fortè acciderat ei ille morbus, & Deus voluit liberare eum.

Quare Isaias missus fuit denunciare mortem Ezechię. Quæstio IIII.

QVAERETVR vlterius, quare Isaias missus fuit ad Ezechiā languentē denunciaturus ei, ꝙ moreretur. Respondendum, ꝙ fuerunt duo, vnū tamen fuit, propter quod Deus fieri voluit, & aliud ꝙ extra ostendebat id, quod erat vtilitas Ezechiæ: nā mittebat Deus Isaiam ad eum tanquam bene cōsulētem: nam Ezechias erat in tali ægritudine, de qua necesse erat mori, & ipse non credebat se omnino moriturum, quanquam formidaret mortem: ideo non curabat disponere de domo sua cōdendo testamentum, & tamen erat nimis necessarium in eo testamentum plusquam in alijs regibus, eo ꝙ non habebat aliquem filiū, qui succederet ei in regno: ideo debebat ipse sibi eligere successorem, & nominare eum, dum viueret: quia si moreretur non nominato successore, sequeretur magnum scandalum in regno. Ista causa quāquam erat extra apparens, & quā volebat ostendere Deus per Isaiam: tamen non erat ista causa motiua, quia Ezechias nō erat moriturus, nec erat necessaria dispositio de domo sua, sicut postea apparuit. Secūda causa, & motiua fuit, qa Deus volebat liberare Ezechiam à morte miraculosè: nā de illa ægritudine moriturus erat necessariò, nisi ei supernaturaliter succurreretur: & quia si Deus sanaret Ezechiam, & non mitteret ei ad dicēdum, quòd necessariò moriturus erat putaret Ezechias, ꝙ naturaliter sanabatur, & quòd non fuerat ægritudo sua ad mortem, & sic miraculum Dei non proficeret ad gloriam suam: & tamen miracula omnia, quæ facit principaliter sunt ad gloriam nominis eius, ideo misit Isaiam ad denunciādum Ezechiæ, quòd moriturus erat certissimè. Et tunc Ezechias orauit Dominum cum lachrymis, & exauditus est, redijtque Isaias illico ad denunciandum Ezechiæ, ꝙ non moreretur: & sic cognouit Ezechias, ꝙ liberatio illa fuit à Deo: & tamen quia non poterat mitti conuenienter Isaias ad nunciandum liberationem Ezechiæ, nisi nunciaret ei mortem ineuitabilem nunciauit sibi mortem.

Quare Deus non denunciauit Ezechiæ per Isaiam, quòd liberaret eum, sed quòd disponeret domui suæ, &c. Quæstio V.

QVAERETVR vlterius, cum Deus mitteret Isaiam ad denunciandum Ezechiæ aliquid, per quod cognosceret liberationem suam fieri à Deo, quare non misit ei ad dicēdum, ꝙ Deus liberaret eū de ęgritudine, & sic cognosceret Ezechias se à Deo liberari, & non mitteret ei ad dicendum, ꝙ disponeret domui suæ, quia moriturus erat. Respondendū, ꝙ hoc factum est propter multa. Primo: quia Ezechias ante hoc non credebat se moriturū, ideo nondum disposuerat domui suę condendo testamentū, & si nunc diceret ei Isaias, ꝙ Deus liberaret ipsum à morte, nesciret Ezechias, an aliàs moriturus erat necessariò: ideo non constaret ei, an ista liberatio esset miraculosa, & sic modicum afficeretur ad reddendum Deo gratias de hoc beneficio. Secundum erat, quia si denunciaretur Ezechiæ solum, ꝙ Deus eum liberaret ab ægritudine, non timuisset Ezechias, nec ad Dominum cōuersus fleuisset, vt exaudiretur; iam enim se ab infirmitate liberādum cognosceret: ideo debuit ei denunciari sola mors, vt sic timeret, & lugeret ad Dominum, vt exaudiret ipsum. Tertiū est, quia si non fuisset denunciata Ezechiæ mors, nō pu-

A tasset se fuisse in periculo magno in ægritudine illa, & sic non curaret petere signum à Domino de liberatione sua: & tamen in signo illo dato multùm apparuit gloria Domini, & plusquam in liberatione Ezechię, scilicet, quia fecit Deus retrocedere Solem per decem lineas, infra in litera: Deus tamen volebat hoc facere ad gloriam nominis sui, ideo fecit, vt taliter denunciarentur ista Ezechię, vt ipse vellet petere signum à Domino pro certitudine liberationis suæ, & datum est ei signum de retrocessione Solis. *Qui conuertit.* Hic ponitur secundum huius capituli, scilicet, mortis Ezechiæ per orationem suam dilatio: nam quindecim anni vitæ superadditi sunt ei. *Qui conuertit faciem suam ad parietem.* Erat Ezechias in

B lecto, & cum recessisset ab eo Isaias, prenūciatā morte eius, conuertit se Ezechias ad parietem domus, vt oraret: & fuit ista conuersio ad parietem, vt non impediretur orare ab astantibus, cum videret eos: et quia fortè erubescebat flere corā illis: & tamen nūc motus fuerat ad lachrymas. Etiam quia fortè templum Domini erat ad partem illam, contra quā erat paries, & voluit Ezechias orare contra templum: qa consuetudo erat Iudæis vbicunque essent, si nō possent ire ad templum, orare contra illud: sic enim dixerat Salomon preceden lib cap. 8. ꝙ quando essent Israelitæ extra terram illam, & orarent conuertendo faciem suam cōtra locum, in quo erat templum Domini, Deus exaudiret eos: & sic faciebat Daniel,

C dum esset in Babylone: nam apertis fenestris domus suæ cōtra Ierusalem flectebat genua sua tribus temporibus in die, vt patet Dan. 6. & quia nūc Ezechias non poterat ire ad templum, sicut si esset extra terrā illam cōuertebat vultum suum ad templum, quod erat contra parietem. *Et orauit Dominum, dicens.* Scilicet, orauit pro liberatione sua dicendo verba, quæ sequuntur. *Obsecro Domine, memento quomodo ambulauerim coram te.* Idest, oro Domine, vt tu attendas ad intētionem meam: ꝙ ego semper desideraui te colere, & in omnibus operibus meis ambulaui coram te, idest, non declinans à lege tua. *In veritate, & in corde perfecto.* Dicitur ambulasse in veritate, quia sequebatur legē secundum tenorem suum, & sicut ipsa verè significa- Oratio Ezechiæ pro sua liberatione.

D bat, scilicet, nō interpretabatur eam cauillosè ad faciendum eam leuiorem sibi, sicut aliqui interpretantur legem Dei, corrumpētes eam, vt inueniant subterfugia ad peccatū, quorum finis mors æterna est, & illi non dicuntur ambulare ad veritatem legis. Isto modo loquendi vtitur Apostolus ad Gala. 2 dicens: cum vidissem, quia non rectè ambulabāt ad veritatem Euangelij. Dicitur in corde perfecto ambulauisse, quia non claudicabat in duas partes aliquando colendo Deum, & aliquando idola, sicut dixit Elias omnibus Israelitis: Quousque claudicatis in duas partes? si Dominus est Deus, sequimini eum: si autem Baal, sequimini illum: præcedenti lib. cap. 18. Etiam dicebatur in corde perfecto ambulare, quia

E totum cor suum inclinabat ad Dominum: sic enim dixit Samuel ad Israelitas: si in toto corde vestro cōuertimini ad Dominū, auferte deos alienos de medio vestri Baalim & Astaroth, & præparate corda vestra Domino, & seruite illi soli. *Et quod placitum est coram te fecerim.* Idest, semper feci id, quod tu volebas, & hoc fuit in auferendo omnem idolatriam, quam introduxerat Achaz pater eius, & omnes reges Iuda præcedentes, quod nō fecerat tam plenè aliquis de regibus præcedentibus. Et fuit in hoc valde sollicitus: nam in principio regni sui, scilicet, primo anno, & mense primo antequam quidquam aliud ageret de dispositione regni abstulit omnem idolatriā, & non cessauit vsquequo plenè abstulit illam, & celebrauit

brauit festiuitates, inuitauitque idolatras de decem tribubus Israel ad colendum Dominum,& tandem ordinauit ministros cultus Domini, de quibus 2. Paralipom.29.& 30.& 31.& declaratum est supra 18. *Fleuit itaque Ezechias fletu magno.* Scilicet, fuerunt fortes lachrymæ ex magna deuotione,& feruore cordis, ideo exauditus est illico: nam non dixit, nisi ista verba,& exauditus est,& ideo antequam exiret Isaias mediam partem atrij Deus locutus fuit ei, vt veniret ad reuocandum sententiam.

An Ezechias peccauerit sic orando, & laudando se,& quomodo licet in oratione uti uerbis significantibus laudem,& quibus uerbis debemus orare. *Quæst. VI.*

QVAERETVR, an peccauit Ezechias sic orãdo. Aliquis dicet,quòd sic, quia Ezechias laudabat se,dicendo, quòd ambulauerat coram Domino in omnibus operibus suis: & tamen laudantes se in oratione sua peccant:sic patet Luc.18.de illo Pharisæo, qui stans apud se orabat, dicens: Deus, Gratias ago tibi,quia non sum sicut cęteri hominum,raptores,iniusti,adulteri: velut etiam hic publicanus:ieiunio bis in sabbatho,decimas do omnium, quæ possideo. Respondendum, quòd non peccauit Ezechias dicendo ista, sed potius meruit: nam si peccauisset Deus non exaudiuisset eum: & tamen dr̃ hic:audiui orationem tuam: idem Isa 38.& 2.Paralip.32.ergo non peccauit. Secundò patet, quia Deus fecit nunc miraculum famosum pro Ezechia,scilicet, quia fecit retrocedere Solem: Deus tamen non facit miracula ad preces peccatorum: Ioan.9.ergo non peccauit. Tertiò patet:quia ea, quæ ad bonum finẽ fiunt,si ipsa absolutè mala non sunt,meritoria sunt: & tñ ꝙ aliquis dicat bona,quæ fecit,non est absolutè malũ, sed ex intentione dicẽtis: Ezechias autem dixit nũc ista bona, quæ fecerat non mala intentione, sed ex feruore deuotionis. Quod patet,quia cum fletu magno dicebat illa,ideo non peccauit. Pro quo sciendũ

Oratio quid.

quòd oratio dicitur esse ascensio mẽtis in Deum in vocem prorumpens: meritum autem orationis nõ est in verbis,sed est in directione cordis nostri ad Dominum: & ideo verba non dicuntur, nisi inquantũ seruiunt ad ascensionem mentis. Et ob hoc si mens alicuius magis inflammatur in Deum per solam cogitationem sine voce,bonũ est ei, quòd non oret uocaliter, sed solum, quòd contempletur: si autẽ proferendo verba magis succeditur vtilius est verbo,& mente orare:& quia verba naturaliter habent quandam efficaciam mouendi animos, potissimè quãdo sunt artificiosè electa: nam in his est tota persuasio rhetorica communiter,vtilius est homini orare verbo,quàm solo corde:& tunc quia quidam homines sunt, qui succenduntur auditis, vel prolatis quibusdam verbis: alij verò auditis alijs, quilibet debet orare in verbis illis, per quæ mouentur viscera sua magis ad teneritudinem,& lamẽtum, vel ad quoddam desiderium excelsum: & quia quidam homines sũt, qui succenduntur, quando enarrauerint beneficia, quæ à Deo susceperunt debent orare enarrando illa, sic fuit de Iacob, qui orans Dominum, vt liberaret eum de manu Esau, ait:minor sum cunctis miserationibus tuis,& veritate,quam explesti seruo tuo. In baculo meo transiui iordanem istum,& nunc cũ duabus turmis ingredior; erue me de manu fratris mei: Gen.32. si autem aliquis magis succenditur reducendo in memoriam bona opera, quæ egit inquã tum Deus dedit ei gratiã ad faciendum illa, bonum est,quòd enarret perfectiones,quas Deus ei dedit,& bona opera, quæ egit,& talis est oratio Salomonis

Modus orandi.

F Sapientiæ 8.& 9.ita nunc fit hic:quia Ezechias incendebat magis enarrando bona,quæ fecerat,ideo orãdo enarrauit illa,& sic non peccauit, sed prudenter egit. Ad rationem incontrarium dicendum,quòd si Ezechias dixisset ista ad laudãdum se,præsumeret de sanctitate sua,& tunc peccaret, quia coram Deo p̃sumebat: nam coram Deo debet homo se humiliare, sicut dicit beatus Petrus: humiliamini sub omnipotenti manu Dei prima Petri, cap.2. & in tantum debet homo se humiliare, quòd reputet se quasi asinum coram Deo. Sic dixit Dauid Psal.73. Vt iumentum factus sum apud te,& ego semper tecũ,sed non dixit hoc Ezechias ad se laudandum,sed ad se incendendum in amorem Dei,& ad prouocãdum ad miserendum sibi,& cum magna cordis amaritudine.

Oratio facienda est cum humilitate.

G Cùm autem dicitur de illo pharisęo, qui se laudauit coram Domino,dicendum,ꝙ non est simile, quia ille laudabat seipsum,& dicebat cum intentione laudandi præsumens de sanctitate sua, Ezechias autem non pręsumebat. Secundo, quia ille pharisęus contemnebat,& vituperabat reliquos in oratione sua laudando seipsum,& Ezechias neminem vituperabat, sed solum enarrabat paruitatem cordis sui. Patet hoc ex verbis Christi:nam Luc.18 dicitur, quòd Christus dixit istam parabolam ad quosdam, qui in se confidebant tanquam iusti,& aspernebantur cæteros. Patet etiam ex verbis Pharisæi:nam dixit:gratias ago tibi Deus, quia nõ sum sicut cæteri hominũ

H raptores,iniusti, adulteri, velut etiã hic publicanus: ieiuno bis in Sabbatho, decimas do omnium, quæ possideo: non ergo fuit irrepræhensibilis Ezechias, sicut pharisæus ille.

Quare Ezechias fleuit fletu magno. *Quæst. VII.*

QVAERETVR vlterius, quare Ezechias fleuit fletu magno. Respondendum, quòd Ezechias sciebat,quòd Deus exaudiebat homines cõtritos corde,sicut dixerat Dauid Psalm.50 Cor contritum,& humiliatum Deus non despicies. Patebat ẽt hoc exemplo: quia Achab fuit pessimus inter reges Israel, præceden.lib cap.16 & 21.& Deus prænũciauit contra ipsum pœnas grauissimas per Eliam, qui

I humiliauit se,& induit sacco,& ieiunauit ambulans demisso capite,& Deus transtulit sententiam ab eo ad posteros: præcedenti libro, cap.21. ita nunc Ezechias volens placare Deum contritus est corde corã eo flens nimis,credens, quòd eum sic placaret. Alia causa fuit,quia dolebat nimis Ezechias,quòd in ætate tam florida raperetur, quia erat adhuc iuuenis:vnde ait: ego dixi in dimidio dierum meorum,vadam ad portas inferi: Isa.38 Tertio dolebat amarissimè, quia moriebatur,& non relinquebat filiũ,& iste dolor erat grauissimus in eo propter duo Primo ex cõmuni opinione Iudęorum:nam quãdo aliquis moriebatur,& nõ relinquebat posteros putabat se omnino mori,& tunc delebatur nomẽ suum:si autem

K dimitteret successores,non moriebatur omnino,quia manebat nomẽ suum in posteritate sua. Sic enim dicitur Ecclesiast:30. Mortuus est,& quasi non est mortuus pater eius: dereliquit enim filium similem sibi. Vnde Saul orauit nimis petens à Dauid, quòd non deleret posteritatem suam, ne deleretur nomen suum de domo patris sui,supra primo libro, cap.24. Secundũ erat speciale in Ezechia, quia ipse erat rex, & non relinquebat aliquẽ, qui succederet in honore,& potestate sua, sed oportebat, quòd transiret ad alienos. Quòd autem non haberet tunc Ezechias filium, patet: Manasses enim filius suus succedit ei in regno:& tamen, quando incępit regnare, erat annorum

norum duodecim, vt patet sequenti cap. & 2. Paralipo 33. vixit tamen Ezechias quindecim annis post istam sanitatem præstitã: ergo tribus annis post hoc genuit filium suum primogenitum, qui successit ei in regno: ante hoc autem nullum habuerat filium, vel si habuerat, iã non supererat, quia Manasses successit in regno, qui natus est post hanc ægritudinem: si tamen aliquis alius de filijs Ezechiæ prioribus tũc esset, non succederet Manasses, sed ille, qui esset maior natu. Pro hoc autem magis dolebat, quàm pro morte sua, sic ait Iosephus 9. Antiquit. scilicet, videbatur autem & alia angustia magna regi, eo, quòd filios nõ haberet, & quòd moriturus esset, desolatam relinquens domum, nec successorem sui generis habiturus. Dunque nimis in hac parte fatigaretur, rogauit Dominum, vt paruo ei tempore vitam concederet, donec filios habere posset, & non prius anima priuaretur, antequam fieret pater. Cui misertus est Deus, quia non dolebat, eo quòd priuandus esset bonis imperij, sed vt filios haberet, qui in eius principatum succederent. *Et antequam.* Hic ponitur tertium huius partis, scilicet, mirabilis sanatio, & diuiditur in tria: quia primò à Deo sanitas conceditur: secundò mirabiliter morbus opere Isaiæ expellitur ibi. *Dixitque Isaias.* Tertium signum mirabilius pro perfecta sanatione tribuitur ibi. *Dixerat autem.* Circa primum dicitur. *Et antequam egrederetur Isaias medium portæ atrij.* Atrium vocabatur aliquod palatium magnũ in domo regis, in quo conueniebatur ad iudicia. Et postq̃ Isaias nunciauit Ezechiæ, quòd moriturus esset, recedebat ab eo, & quòd nondum peruenisset ad exteriorem portã palatij regis, sed erat adhuc in medio atrij, Deus locutus fuit sibi, reuocando sententiam, in quo significatur velocitas Dei in remissione pœnæ, quando aliquis conuertitur: nam illico, vt Ezechias locutus fuit verba ista, scilicet: memẽto, quòd ambulauerim corã te in veritate, & corde perfecto, Deus remisit pœnam, & ideo nondum egressus fuerat Isaias de domo regis, quando iussit ei Deus, quòd rediret ad nunciandum, quòd non moreretur. *Factus est sermo Domini ad eum, dicẽs: reuertere, & dic Ezechiæ, duci populi mei.* Scilicet, Deus locutus est Isaiæ immutando eum propheticè iubens, vt iret ad Ezechiã ad denunciandum sententiam reuocatam. Et vocatur Ezechias dux populi Dñi: quia erat rex Hebræorum, qui erãt populus Dei. Sic & Saul vocatur dux populi Dei, supra primo lib. cap. 9. & 10. *Hæc dicit Dominus Deus Dauid patris tui.* Vocauit se Deum Dauid, licet esset Deus aliorum, eo ꝙ Dauid erat excellentior alijs regibus: etiam quia ipse magis placuerat Deo, q̃ cæteri. Sic enim Deus vocatur interdum Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob. Exod. 3. & Matth. 23. quia isti tres patriarchæ fuerunt excellentiores reliquis in veteri testamento, & eis factæ fuerunt ꝓmissiones. *Audiui orationem tuam, & vidi lachrymam tuam.* Scilicet, exaudiui eam ad faciendum, quod petis, & vidi lachrymam tuam, s. acceptando eam. Et ponitur lachryma pro multis lachrymis, sicut dicitur Exo. 8. Venit musca grauissima, i. multæ muscæ: & Psal. 77. Misit in eos cynomiam, i. cynomias multas: ponitur tamen Isa. 38. in plurali, s. Audiui orationem tuã, & vidi lachrymas tuas. *Et ecce sanaui te.* Idest, ex nunc sanaui te, vt iam moriaris, sicut aliàs necessariò moriturus eras. *Die tertio, ascendes templum Domini.* Idest, nũc eris curatus, licet non plenè, & tamen die tertio eris tam plenè curatus, quòd poteris ascendere in tẽplũ Domini, & ascendes illùc. *Et addam diebus tuis quindecim annos.* Scilicet, vita tua naturaliter nunc terminãda erat, & tamen ego addam tibi quindecim annos ex hoc. Et sic cognouit Ezechias tempus mortis suæ per quindecim annos prius. *Sed de manu regis Assyriorum liberabo te, & ciuitatem hanc.* i. tu solũ petisti, ꝙ liberareris à morte: Deus aũt ꝯcessit tibi plus, s. ꝙ ẽt eruat te de manu regis Assyriorũ. Ista est conditio Dei, quã cum sit liberalissimus, cum aliquis iustè petat, nõ solum dat ea, quæ petuntur, sed etiam ea, quæ non petuntur. Sic fuit de Salomone quando orauit Dominum pro sapientia. Nam non solum concessit ei sapientiam, sed etiam diuitias, & gloriam, præcedenti libro, cap. 3. Ex hoc autem patet, quod supra dicebatur, scilicet, quòd quando sanatus est Ezechias, nondum percussus fuerat ab Angelo exercitus Assyriorum, quia aliàs iam liberatus esset Ezechias de manu regis Assyriorum: sed dicendum est, sicut declaratũ fuit præcedenti cap. s. ꝙ modico tempore postquã venit Senacherib ad terram Iudæ dum adhuc maneret in ea factum est hoc. *Et protegam vrbem istam propter me.* Idest, propter gloriam nominis mei, scilicet, vt ostendam mentitum fuisse Senacherib, qui dixit, quòd non posset Deus liberare de manu eius Ierusalem. Etiam propter nomen meũ, idest, propter cultum, qui tribuitur nomini meo in templo isto. *Et propter Dauid seruum meum.* Scilicet, ille fuit maioris meriti, quàm alij reges: ideo omnia bona, quæ faciebat Deus regibus de stirpe Dauid, faciebat ꝓpter ipsum Dauid, & hoc quia promiserat ei, quòd manerent semper reges de stirpe sua: & tamẽ si tradita fuisset ciuitas in manu Senacherib, translati fuissent Iudæi in Assyrios, & cessasset regnum de domo Dauid.

Quomodo Isaias dixit Ezechiæ ex parte Dei: morieris, & non viues, cum tamen non fuerit. Quæstio VIII.

QVAERETVR vlterius, quomodo Isaias dixit ad Ezechiam ex parte Dei: morieris, & nõ viues, cum nõ fuerit postea sic factum. Respondendũ, quòd Deus præcognoscit omnia quales euentus habitura sint, & non potest aliqua res fallere cognitionem eius: & tamen circa prænunciationem, quam ipse facit per ꝓphetas considerãdum est: qđ si Deus prænunciaret res, sicut ipse cognoscit, necesse esset semper sic euenire, sicut prænunciaretur: & tamen non prænunciat semper eo modo, quo cognoscit: ideo aliquando id, quod ipse prænunciat, euenit, & aliquando non. Non tamen fallitur Deus in hoc: quã ipse scit qualem euentum res habitura est, & ipse ꝓnunciat eam sicut est: & ideo semper verum dicit, quãquam interdum videamus euenire aliter, quàm ipse dicit. Pro quo considerandum, ꝙ res põt multipliciter considerari: vno modo sicut est in cognitione Dei: & tunc est necessaria, nec potest deflecti euentus eius; quia quocunq; modo velimus rem variari, illo modo scit Deus an res varianda sit, vel non: alio modo consideratur res, prout est in principijs naturæ, sicut si loquamur de vita hominis extẽdenda, vel non. & de multitudine fructuum, vel sterilitate terræ: & isto modo res habet se determinata ad eueniendum sic, vel aliter: & tamen iste euentus põt permutari per causam superiorem. s. per Deum. Alio modo considerantur res prout sunt in merito, vel demerito nostro, s. ꝙ homo mereatur bonũ sibi tribui, vel malum sibi irrogari: & isto modo res est mutabilis, quia põt quę meretur postea demereri. Accipiendo primo modo res dicendum, ꝙ cum Deus prænũciat res sicut sunt in cognitione sua, nunq̃ permutãt euẽtus earum: & ista vocatur prophetia secundum diffinitionem Dei, vel secundum firmã scientiam eius, q̃ dicimus impermutabilẽ. Accipiẽdo secundo modo essendi res, si Deus secundũ illum modum loquatur, poterit permutari prophetia: vtpotè si aliquis an- Prophetia qñ potest mutari, & qñ non.

nus

nus naturaliter sterilis futurus est, & Deus prænũciet illud per prophetam, illud sic euenturum esset naturaliter: & tñ si Deus voluerit misereri hominibus faciet annum pluuiosum, & vberem, & tũc prophetia sua mutabitur: quia non prænunciauit sicut erat in cognitione sua, sed sicut erat res in suo principio naturali. Et iste modus fuit in p̄senti: s. ꝙ Ezechias naturaliter non poterat plus viuere, eo quòd illa ægritudo erat ad mortem: & sic prenunciauit Deus: morieris, & non viues. Sciebat tñ Deus, ꝙ non moriturus erat Ezechias, sed ꝙ doleret de peccato suo, vel oraret pro pœna sibi auferenda, & Deus sibi illam auferret, & ideo mutata est prænũciatio. Tertio modo accipiendo, dicendum ꝙ cum Deus prenunciat res, sicut se habent in merito, vel demerito nostro, ꝓphetia est valde mutabilis: nam qñ homo fuerit in bono statu, & secundum illum Deus disponit eum ad aliq̃ prosperitatem, p̄nũciabit sibi aliqua bona futura, & si peccauerit, frustrabit illa prophetia, & nõ eueniẽt ei bona, sed mala, licet sine cõditione bona promissa fuerint: si aũt fuerit aliquis in peccato, Deus iudicat de illo secundum illum statum, ꝙ est dignus tanta, vel tãta pœna, & prenunciabit ei illam euenturã, & si postea doleat de peccato suo, non eueniet p̄nunciatum: & de hoc intelligitur Iere. 18. s. repentè loquar de regno, & gente, &c. i. repente mutãtur prophetiæ illæ, sicut repentè mutantur merita, & demerita nostra. Et sic dicendum, ꝙ non est incoueniẽs, ꝙ euenerit istud aliter, quàm Deus prænunciauerit per Isaiam: quia ipse loquebat̃ de isto euentu prout erat in sua causa naturali: & tñ secundum causã naturalem moriturus erat Ezechias, ideo prænũciauit mortem Isaias, nec ꝓp hoc debet dici ꝓphetia falsa, quia nõ euenit, sicut ꝑ ipsam prenunciat̃: quia ad intentionem, ad quã prophetia dr̃, semper vera est: & tamen nos nescimus ad quam intentionem dicat̃.

Cum prophetia, quæ est de re secundum quòd est in cognitione Dei sit semper certa, & neccessaria, an expediat omnes prophetias esse de rebus, ut sunt in cognitione Dei. Quest. IX.

QVAERETVR vlterius, cum res prænũciata non sit euentura semper, sicut est in sua causa naturali, nec sicut est in merito, vel demerito nostro, & semper euentura est, sicut est in cognitione Dei, quare non sunt oẽs prophetię de rebus, sicut sũt in cognitione Dei, vt sic essent certissimę. Respondẽdum, ꝙ non fuit bonum oẽs prophetias esse secũdũ firmam Dei scientiam: quia si sic essent omnino essent inuariabiles, & tolleret̃ locus maioris meriti, & interdum daret̃ locus peccandi, vtpotè si Deus prenunciaret de aliquo homine, ꝙ euentura erant ei talia, vel talia bona, sciret istud esse necessarium, & nõ curaret vacare operibus bonis, quia sciret, ꝙ siue bonum, siue malum faceret, siue cresceret in virtute, siue maneret in eodẽ statu, semper erat necesse, vt euenirent bona prænunciata: & sic homines efficerent̃ pigri ad bonum, & etiam laxarent̃ ad malum. Cum autem prophetia dicitur secundũ meritum, vel demeritum nostrum, scimus, ꝙ põt mutari, & mutabitur mutato merito nostro: ideo tũc conanur benefacere, vt non varient̃ bona nobis promissa, & sic est tunc vtilis prophetia ad incitandũ nos in bono opere. Sic ẽt est de malo prenũciato: quia si illud esset necessarium, qñ prenunciatum esset ꝯ aliquem, nõ curaret ille orare Dñm, nec vacare bonis operibus, vt amoueret̃ illud malum sciẽs impossibile esse amoueri: ideo maneret semper in peccatis, & fortè declinaret ad peiora: cum autẽ credit, ꝙ malum p̄nunciatũ põt tolli ꝑ orationem, & ꝑ bona opera, conat̃ vt au-

F ferat̃ illud ꝑ bona opera: Ideo melius est ꝓphetiam esse mutabilem, q̃ immutabilem: vnde ipsi ꝓphetæ qñ prænunciabant mala ꝯ aliquas gentes ipsi consulebant illis, ꝙ humiliarent̃ coram Dño, & affligerẽt se, vt De⁹ misereret̃ illis. Sic patet de Ioele, c. 2. Et ita nunc Ezechias sciens prophetiã posse mutari, plorauit, & orauit deuotè, & mutata est. Sic ẽt in Niniuitis fuit, q̃ ieiunauerunt, & humiliauerũt se in sacco, & cinere: Ionæ 3. Quanq̃ ergo prophetiæ de reb. secundum, ꝙ sunt in cognitione Dei sint certiores, tamen vtiliores sunt, q̃ sunt de rebus, secundũ ꝙ sunt in causa naturali, vel in merito, aut demerito nr̃o, & decuit, ꝙ potius vteret̃ Deus talib. prophetijs, q̃ alijs: & istud verũ est qñ prophetię dicebant̃ ad illos, quo-
G rũ intererat, siue ad bonum, siue ad malum, qa tunc est locus incitationis ad bonum ꝑ tales ꝓphetias: qñ tamen p̄nunciatur vni genti bonũ, vel malum, qđ euenturum est alteri gẽti, de quo nihil pertinet ad illam, expedit, vt dicat̃ secundũ, ꝙ res est in Dei cognitione, & non secundũ merita, vel demerita nr̃a: quia sicut non pertinet ad vnã gentem consiliari de his, q̃ sunt agenda per aliã ab ea distantem, vt patet 3. Ethicorum, ita non pertinet ad vnam gẽtem mereri, vel demereri loco alterius, nisi nimis remotè, inquantũ vna põt orare pro alia: ideo in tali casu non expedit prophetiam esse mutabilem. De prophetijs aũt qũo aliquando in quibusdam materijs dantur vt cõiter secundum Dei cognitionem, & in alijs secundũ me-
H rita, vel demerita, declaratum est Deuteron. 18.

An Isaias crediderit Ezechiam certissimè moriturum. Quæ. X.

QVAERETVR vlterius cũ Isaias prænũciauit istud Ezechię, an sciebat, ꝙ mutandum erat, vel putabat, ꝙ certissimè euenire mors Ezechię. Respõdendum, ꝙ q̃q̃ prophetę intelligant ea, q̃ Deus loqtur ad eos, tñ non oportet, ꝙ ipsi sciant semꝑ an ea, q̃ Deus prenunciat ꝑ eos, sic inuariabiliter eueniẽt, vel sint aliquo modo variabilia: Sic patet de Moyse, cui Deus reuelauit, ꝙ non introiret in terrã Chanaã trãseundo Iordanem: Num. 27. & tñ post hoc orabat sępe Dñm, vt permitteret eũ intrare quousq; cũ Deus
I ꝓhibuit orare, Deut. 3. Ex hoc aũt euenit, ꝙ interdũ ꝓphetę putant aliq̃ prophetiam ꝑ eos dictam esse secundum cognitionẽ Dei: & tñ est secundum merita nr̃a, & interdũ putant, ꝙ est prophetia dicta secũdũ merita nr̃a, & est scd̃m firmam Dei cognitionẽ. De primo patet, quia ꝓphetia dicta ꝯ Niniuitas fuit secundũ demerita eorũ: & tñ Ionas, qui dixit illã, putauit ꝙ erat secũdũ firmam Dei cognitionem, vel aliquo modo credidit, ideo noluit manere in vrbe, sed egressus manebat extra aspiciẽs, qñ euerteret̃ vrbs, vt patet Ionę 3. & 4. De secũdo patet in Moyse, ad quẽ dicta est ꝓpheria scd̃m Dei cognitionẽ de non transeundo Iordanẽ, & putabat, ꝙ erat scd̃m merita, & demerita: ideo orabat semꝑ se permitti intrare quo-
K usque ꝓhibitus est, Deu. 3. Sic ẽt Samuel p̄nunciauit regnũ auferendum esse de stirpe Saulis, & erat ꝓphetia ista scd̃m Dei cognitionẽ, & ipse nesciebat: ideo orabat, & lugebat semꝑ pro Saule, quousque Deus ꝓhibuit lugere, sup. 1. lib. c. 15. & 16. de Isaia aũt dicẽdũ nunc, ꝙ ipse sciebat istã prophetiam posse dici secundum cognitionẽ Dei, & esset immutabilis, vel secũdum cõditionem naturæ, aut meritum Ezechię, & esset mutabilis. Dicendum tñ, ꝙ ipse nõ credidit eam dictam secundum merita Ezechiæ, vel cõditionem naturæ, nec etiam dubitauit, quo istorum modorum intelligeret: sed credidit certissimè, ꝙ intelligebatur secundum cognitionem Dei: & sic putauit mortem Ezechiæ necessariò euenturam. De primo patet,

patet: quia si sciuisset Isaias istam prophetiã dictã secundum conditionem naturę, vel merita Ezechię, & esse mutandã, qñ ipse prædixisset Ezechię: morieris, & nõ viues, nõ recessisset ab illo, sciens ꝙ ipse doleret, & Deus mutaret prophetiã: & tñ recessit ab illo tanq̃ credẽs, ꝙ nullũ remedium erat in hoc, ideo credidit eam immutabilẽ. Secundò patet: quia qñ Isaias recedebat ab Exechia, denunciata sibi morte, Deus locutus est sibi, vt rediret ad Ezechiã ad denũciandum, ꝙ viueret: & tñ si Isaias sciuisset istã ꝓphetiam mutandam, non oporteret, ꝙ Deus ei hoc notificaret nunc, sed mansisset Isaias apud Ezechiã: & qñ videret, ꝙ Ezechias dolebat, & flebat, denunciaret ei prophetiam mutatam, & ꝙ non moreretur. Quòd autem Isaias non dubitauerit qũo intelligeretur ista prophetia, patet: quia si dubitauisset, interpretaretur in saniorem partem, & consuluisset Ezechię, vt oraret Dñm, vt mutaret̃ ꝓphetia, sicut Ioel consuluit Iudæis, vt ieiunarent, & affligerẽt se, si fortè Deus misereretur, & auerteret ab eis pęnam, quã pronunciauerat: Ioelis 2. & tamen nõ consuluit Isaias Ezechię orare: ergo credidit, ꝙ prophetia erat secundum cognitionem Dei, & erat immutabilis.

Deus quomodo locutus est Isaiæ. *Quæstio XI.*

QVAERETVR vlterius, qũo Deus locutus est nunc Isaię, quando recedebat ab Ezechia. Respondẽdum, ꝙ pluribus modis poterat ei loqui, sicut declaratum est præcede. capi. & plures illorum possunt nunc conuenire. Primus erat, ꝙ Deus faceret apparere angelum in aliqua effigie, & loqueret̃ ei, & istud non erat nunc inconueniens: qa nõ appareret, ꝙ Isaias esset coram aliquibus, qui viderent angelum, & audirent vocem eius. Secundus modus erat, ꝙ Isaias audiret aliquam vocem loquẽtem ad se, & non videret effigiem loquentis: & etiã iste modus poterat nunc conuenire, si nullus esset præsens, qui audiret vocem istam. Tertius modus erat per immutationem phantasiæ, siue visionem imaginariam, qualis fit in somnijs, & q̃q̃ possibile sit hãc immutationẽ fieri aliqñ in vigilia, tñ rarissimũ est: ideo dicendũ ꝙ nõ erat hic iste modus. Quartus modus erat per solã immutationẽ intellectus in vigilia, q̃ fit aliqñ cum extasi, & aliqñ sine extasi: non est autem dicẽdũ, ꝙ hic esset extasis: qa extasis est ad reuelationẽ rerũ magnarum: hic aũt non erat aliquid magnum. Alius modus erat sine extasi, & iste est verisimilis: vnde licet quilibet aliorum possit poni, tñ iste verisimilius est: nam licet non appareat, ꝙ aliqui irent nunc cum Isaia, qñ locutus est ei Deus, satis verisimile est, ꝙ irent aliqui: quia erat vir honorabilis, & propheta, & multi comitarent̃ eũ: & tñ si aliqui irent cũ eo, nõ poterat poni nisi quartus modus reuelationis. s. per solã immutationẽ intellectus. sicut declaratum est præced. c. de locutione Dei ad Isaiã, cũ starent corã eo nuncij Ezechię: ideo iste modus tenendus est.

Plures modi qbꝰ loquitur Deus Prophetis.

Isaias quare non consuluit Ezechię, vt oraret Dominum pro liberatione. *Quæstio XII.*

QVAERETVR vlterius, quare Isaias nõ consuluit Ezechię, vt oraret Dñm, vt mutaret̃ ꝓphetia, cũ certũ esset, ꝙ ista prophetia secundũ se esset dubia, & poterat intelligi secũdum cognitionẽ Dei, vel secundũ merita, aut demerita Ezechiæ, vel conditionẽ naturę. Rñdendũ, ꝙ Isaias dubitare potuerat de ista ꝓphetia, an esset dicta secũdũ cognitionem Dei, vel aliàs sicut alij prophetę interdũ dubitabant de his, q̃ ipsi p̃nunciabant: & tñ non dubitauit quin intelligeret̃ secundũ cognitionẽ Dei: ideo

A sicut si intelligeret illo modo, esset immutabilis, & frustra esset orare, vel consulere cõtrariũ: quia erat ineuitabile: ita nunc credidit, ꝙ non erat opus cõsulere, vt oraret: quia credebat, ꝙ oratio illa nõ proficeret ad mutãdũ Dei propositum, sicut cũ Moyses sępe orauit, vt p̃mitteret̃ transire Iordanẽ: & tñ non exauditus est, cũ p̃nunciatum esset contrarium, sed prohibitus est orare: Deut. 3. Motiuum aũt Isaiæ ad credendũ hoc fuit duplex. Primum fuit ex modo reuelationis: quia Deus reuelauit Isaiæ mortẽ Ezechiæ per quẽdã modum valde determinatũ. s. pręcipe domui tuæ: morieris. n. & nõ viues, & sic putauit, ꝙ in oĩ casu moreret̃: secũdum fuit: qa Deus mouit

B cor Isaię, vt crederet prophetiã istã dictam fuisse secundum Dei cognitionem, & ꝙ non posset mutari, & ꝙ non dubitaret aliquo modo de illa. Istud autẽ fuit, vt Ezechias haberet maiorẽ locũ merẽdi: nã si credidisset Isaias prophetiã istã mutabilẽ, vel dubitaret de hoc, hortaret̃ ipsũ Ezechiã ad orandũ pro mutatione ꝓphetię. & tũc nõ esset tãti meriti orõ & lachrimę Ezechię, sicut nũc, qñ à seipso motꝰ est.

Quindecim anni, quos Deus addidit Ezechię, quomodo accipiuntur: & multa de radice viuendi. *Qõ XIII.*

QVAERETVR vlterius de quindecim annis vitæ, quos Deus addidit Ezechiæ, quomodo ac-

C cipiantur. Respõdendum est, ꝙ intelligitur istos annos additos esse secundum viam naturæ: quia non poterat naturaliter superuiuere: quidquid igitur postea vixit, fuit superadditum vitæ eius. Et non intelligit̃ secundũ Dei cognitionẽ: quia Deus præcognouerat Ezechiam victurum tanto tempore, quanto postea vixit, & nõ fuit aliquid superadditum cognitioni Dei: quia ipse semper sciuerat Ezechiam victurum istis quindecim annis cum reliqua vita transacta: & sic in rebus, vt sunt in cognitione Dei, non est additio, nec diminutio. Accipiendo tamen secũdum naturã fuisse factam additionem, potest dupliciter ĩtelligi: vno modo, ꝙ dicamus Ezechiam fuisse talis compositionis, & mixtionis, ꝙ non posset ei

D correspondere perihodus vitæ, nisi vsq; ad triginta nouem annos, etiã si non veniret accidentaliter aliquis morbus, alio modo, ꝙ Ezechias haberet maiorem perihodum vitę: vt pote, ꝙ posset viuere octoginta, vel nonaginta annis, nõ incidẽte aliquo morbo: & tñ nunc qa inciderat morbus grauis naturaliter moriturꝰ erat, nec poterat extendi vita eius, nisi miraculosè. Accipiendo primò modo, dicẽdum, ꝙ Deus propriè addidit quindecim annos vitę: quia complexio sua erat talis, secundum quã nullo morbo etiam incidente non poterat extendi vita in eo: ideo nunc ad hoc, ꝙ viueret istis quindecim annis, oportebat, vt Deus daret ei alium modũ cõplexionis mutando pristinam qualitatem, secundũ quem

E posset iam naturaliter continuari vita per quindecim annos. Accipiẽdo aũt secundo modo, dicẽdũ, ꝙ non superadditi fuerunt ꝓpriè vitę Ezechię aliquot anni, sed solũ fuit ablatũ impediens: nã si non accidisset iste morbus, posset vita Ezechiæ secundũ perihodum suã extendi vsq; ad octoginta, vel nonaginta annos, & nunc iste morbus incidens prohibebat: Deus autem abstulit illum, & mansit Ezechias potens viuere multo tempore naturaliter, etiam si non daretur aliqua qualitas specialis ad adiuuandũ complexionem suam, vt posset extendi vita in illo. Differentia autẽ istorũ duorũ modorũ apparet in rebus naturalibus: nam aliquando res naturales habent potentiam ad agendũ aliquid in certo gradu,

sicut caliditas ignis, quæ posset comburere in decē gradibus: si autem sit combustibile resistens in duodecim gradibus, non poterit fieri actio: si tñ postea ista caliditas adiuuetur ab alia ad hoc, ꝙ possit comburere illud combustibile, erit aliqua potentia collata isti caliditati ad agendum, quam non habebat: & ideo illa operatio non conuenit isti caliditati secundum naturam suam primā, sed per aliquid additū. Si tñ sit caliditas decem graduum, & sit cōbustibile resistens in duobus gradibus, & ponat̄ aliqđ ꝓhibēs cōburere. s. aliquid qđ medi et inter ignē, & cōbustibile: & tūc impossibile erit, ꝙ ignis cōburat, & ablato illo impedimento, cōburet & tñ propter hoc nō confert aliq̄ virtutē ipsi igni ad comburendum ille, qui aufert prohibens: qa secundū suā virtutē primā poterat hoc agere, nisi impediretur. Et sic nimis differunt isti duo modi: quia primus modus est maioris virtutis, q̄ secundus, & tamen quia neutrum istorum poterat fieri naturaliter. s. ꝙ daretur noua perihodus durationis alicuius, cōpleta periohodo, q̄ conueniebat sibi à natiuitate, vel ꝙ impedimētum vitæ impossibile euitari secundum naturam tolleretur, ideo quocunq; modo fuit miraculū. Cōsiderandū vlterius, ꝙ idē dubiū accidit de morte Ezechię. s. an mortuus fuerit: quia cōpleta est perihodus vitæ suæ, vel quia accidit aliquis morbus vitā abscindēs. Dicendū, ꝙ si ponamus primò modo fuisse additos quindecim annos Ezechiæ, pōt dici, ꝙ Deus dedit Ezechiæ talē virtutē in cōplexione, q̄ reformauit, ꝙ secundū illā posset extēdi vita quindecim annis: & dato, ꝙ non accideret aliquis morbus terminanda erat in quintodecimo anno. Alio modo poterat esse, ꝙ vita posset extendi plusq̄ quindecim annis: & tñ ꝙ Deus sciebat aliqđ impedimentū euenturū esse, ꝙ non duraret vita, nisi quindecim annis. Ponendo aūt secundum modū dandi istos quindecim annos, dicendū est, ꝙ Ezechias posset maiori tpe viuere, si nullus morbus accidentaliter eueniret: & tamē accidit aliquis morbus, per quē vita terminata est: & quia Deus sciebat, ꝙ accidere debebat iste morbꝰ post quindecim annos dixit se dedisse Ezechiæ quindecim annos vitæ. Dicendū aūt, ꝙ licet posset teneri alius modus supra assignatus. s. ꝙ non poterat extendi vita Ezechiæ, nisi ꝑ quindecim annos, ēt si nō incideret morbus, tñ rationabilius est tenere, ꝙ periodus cōpetens Ezechiæ erat ad magnum tp̄s post istam sanationē. s. ad quadraginta, vel quinquaginta annos: & tñ de istis non vixit, nisi quindeci: qđ patet: quia qñ aliquis viuit ꝑ totā perihodū suā, qđ forte in nullo reperit̄, non euenit ei aliquis morbus, q̄ naturaliter occidat, sed paulisper fit resolutio ī corpore, & debilitant̄ vires vegetatiuę, quo vsq; deducant̄ ad talē terminū, in quo iā non possint corpus vegetare ꝑꝑ paruitatē suā, & quia mixtū est iā multū impurū consumpto humido naturali, qđ habebat̄ secundum speciē à natiuitate. Et tunc oportet, ꝙ multo tpe ante mortē sit homo impotēs ad multas operationes, sicut q̄ viuūt plusq̄ centū annis magno tpe anteq̄ moriant̄ est in eis vita inutilis: si ergo fuisset cōpleta perihodus in Ezechia oībus istis qndecim annis fuisset impotēs, quasi vir grandi senio fractus, & sic esset ei vita molesta: ea tñ, q̄ Deus confert, sunt excellētiora, q̄ illa, q̄ naturaliter cōferunt̄: ideo esset Ezechias post istā sanationem robustior, q̄ prius, vel saltē tā robustus: & oēs operationes suę essent expeditę, sicut prius, ita vt esset vita ei iucūda, sicut est vita iuuenilis, vel virilis. Et sic patet, ꝙ Ezechias postq̄ sanatꝰ est, poterat viuere forte plusq̄ qnquaginta annis, si nullū īpedimētū ei accideret: & tñ ꝑꝑ morbum, sicut aliàs moriturus erat mortuus est.

F *An Ezechias potuisset mori ante quintumdecimum annum, ferro, vel aliquo casu, seu morte violenta. Quæstio XIIII.*

QVAERETVR vlterius, si poterat Ezechias mori ante istos quindecim annos aliquo casu. Respondendum, ꝙ non est dubitandum, quin data esset virtus Ezechiæ in corpore, per quam posset cōtinuari vita quindecim annis, sed dubium est, si morbus eueniens posset abbreuiare terminum illū, vel si posset accidere mors violenta, vt igne, vel ferro, aut aliàs. De primo dicendū, ꝙ etiam non est dubitādū, qa Deus poterat nunc dare corpori Ezechiæ tā plenam virtutē, ꝙ ante istos quindecim annos nō posset accidere aliquis morbus, cui non resisteret, & sic
G cōtinuaret̄ vita. De secundo aūt est dubiū: qa mors violenta potest sequi in quocunq;, licet sit bonæ cōplexionis, & erit impossibile resistere, nisi sit immortalis, vt per ignē, vel ferrum, vel aquā. Aliquis ergo dicet, ꝙ intelligebat̄ istud dictū Dei. s. ꝙ dabat Ezechiæ quindecim annos vitæ i. ꝙ non posset mori ante illos cōpletos nisi violenter occideretur. Si tamē istud dicat̄ cōcessio Dei, vr̄ modica, & nimis incerta: qa mors violēta poterat accidere multipliciter: iō ita esset incertus nunc Ezechias, si viuiturus esset saltē ꝑ annum, sicut si nihil ei diceret̄, ideo nō vr̄ sic dicendū. Aliquis ergo dicet, ꝙ non poterat mori Ezechias intra istos quindecim annos morte naturali,
H vel violēta: & sic esset sibi certa vita ꝑ totū istud tp̄s. Sed dicendū, ꝙ istud est durū: qa oportebat tūc Ezechiā esse immortalē, cū ista naturalia nociua nihil ei nocere possent: & tñ non est immortalis, q̄ aliquādo morit̄, sicut ipse postea mortuus est. Nisi forte dicat̄, ꝙ Deus concessit Ezechiæ tpe quodā dotē impossibilitatis. s. pro istis quindecim annis, qbus vixit ita, ꝙ nunc nō poterat pati, sicut si esset verè impassibilis: & tñ ꝑteritis illis abstulit istā dotē, & tūc potuit mori Ezechias, & mortuus est naturaliter. Sed dicēdum, ꝙ etiam istud satis durum est: quia Deus non consueuit dare alicui homini talem impassibilitatē quando viuit. Dicendum ergo, videtur aliter. s. ꝙ in istis quindecim annis Ezechias fuit passibilis, & po-
I terat mori quacunque morte violenta: & tamen Deus sciebat, ꝙ non accideret ei aliqua mors violēta, sed ꝙ post illos quindecim annos accideret aliquis morbus ei, per quem moreretur: & sic prænunciauit certissimè vitam Ezechiæ extendendam per quindecim annos, & ita erat securꝰ Ezechias, quòd quindecim annis viueret, & ꝙ nullo casu sibi mors eueniret, sicut si esset mors impossibilis, ita quòd ipse esset verè immortalis, & iste modus est conueniēs quia ponit certitudinem, & non præsupponit aliquod inconueniens, vel inconsuetum.

Quare sanitas Ezechię non fuit subito à Deo inducta, sed post tertium diem, & de differentia miraculorum noui, & veteris testamenti. Quæst. XV.

K QVAERETVR vlterius, quare sanitas ista, q̄ à Deo facta est, non fuit plena, ita vt illicò, vt Isaias diceret: sanaui te, surgeret Ezechias de lecto fortis sicut prius: nam non fuit perfectè sanus vsq; ad tertium diem cum Isaias dixerit eei: die tertio ascēdes in templum Domini. Aliquis potest dicere, ꝙ immediatè sanatus est Ezechias, ita ꝙ posset ascendere in templum Domini, vel facere quæcunq; alia opera sani, & tamen non ascēdit illuc vsq; ad diem tertium. Et istud vr̄ velle Ra. Sa dicēs, ꝙ illo die ascēdit in templum ad referendum gratias Deo pro destructione exercitus Assyriorū: qa tūc fuit destructꝰ. Sed

Sed dicendum est, ꝙ non potest stare, ꝙ immediatè sanatus fuerit: nam Isaias dixerat Ezechiæ ex parte Dei: ecce sanaui te, & subiunxit: die tertio ascendes in templum Domini, & post hęc interciderūt alia: nam Isaias posuit massam ficorum super vlcus. Si tamen ad verbum Isaię fuisset illicò sanatus Ezechias curatum esset vlcus eius, & non poneret Isaias massam ficorum super vlcus. Secundò patet: quia postq̄ Isaias posuit istam massam super vlcus quæsiuit Ezechias, vnde sciret, ꝙ posset ascendere in templū Domini die tertio: & tamen si esset sanatus perfectè nō peteret signum, immo ipse dixit, quod erit signum: quia Dominus me curauit. Tertiò patet: quia Deus dedit signum post hoc de retrocessione solis, & durauit illud signum plus quàm per vnam diem, & tamen significabat sanitatem præstandā, ergo nondū præstita erat. Quartò patet: quia si Deus sanauisset Ezechiam perfectè mox vt locutus est Isaias, superfluum esset dicere: die tertia ascendes in templum Domini: quia mox posset ascendere: ideo dicēdum, ꝙ vsq; ad diem tertium non fuit plenè curatus, nec potuit exire domum: tunc autem exiuit vadens in templum Domini. Cum autem quæritur, quare nō fuit sanatus perfectè illico cum sanitas ista præstita fuerit supernaturaliter: dicendum, ꝙ hoc fuit: quia Deus voluit facere differentiam miraculorum noui, & veteris testamenti: nā in nouo testamento erat perfectior status futurus, & viri perfectiores, & De' volebat eis concedere perfectiorem modum faciēdi miracula, quàm patribus veteris testamenti. Erat autem differentia perfectionis: quia mox vt orabāt isti, non fiebat miraculum, sed cum aliquandiu orauissent. Etiam non faciebant miracula, nisi pręmissis quibusdam cęremonijs. Patet hoc de Elia, qui quando petiuit pluuiam, septies orauit antequā veniret: præced. lib. cap. 18. & tamen patres noui testamenti ad primum verbum exaudiebantur, & fiebant miracula per eos, sicut patet de claudo sanato per Petrū vno verbo Act. 3. Patres etiam veteris testamēti faciebant cęremonias multas, antequam sequeretur miraculum, sicut patet de Elia suscitante filium Sareptanæ: nam ter orauit pro ipso, & ter incubuit super eum, & calefecit carnem eius incumbendo sup eum sup. 4 patres autem noui testamenti quādo suscitabant aliquos mortuos, non incumbebant sup eos ad calefaciendum carnem eorum, sed orabant, & illicò surgebant mortui, vt patet de beato Petro suscitante Dorcadem Act. 9. Ita nūc fuit in sanatione Ezechię: quia Isaias fuit minister huius, & voluit Deus, ꝙ non fieret illicò, sed per tres dies adhuc duraret inualetudo, & die tertio perfectè sanatus est. Aliter potest dici, ꝙ Deus noluit hic facere miraculum subitò: nam etiam aliquando factum est sic in nouo testamēto, sicut quādo Christus sanauit quēdam cęcum, qui non vidit mox perfectè, sed videbat homines tanquam arbores, & postea paulatim incępit videre quousque vidit plenè sicut cęteri: aliqn̄ autē sanabat illicò, sicut de paralitico, cui dixit: tolle grabatum tuum, & ambula: Ioan. 5. & etiā in veteri testamento aliquando fiebant miracula subito, sicut quando petiuit Elias ignem de cœlo super sacrificium: præceden. lib. cap. 18. & quando petiuit ignē sup quinquagenarios sup. 1. Sed istud rari' erat.

Dria miraculorū noui & vete. testa.

Quis fuit dies tertius, quo Ezechias ascendit in templum. Quæstio XVI.

QVAERETVR vlterius, quis fuit iste tertius dies, quo Ezechias ascendit in tēplū. Rñdet Ra. Sa. ꝙ fuit dies, quo exercitus Assyriorū percussus est ab angelo, & ipse sciens hoc ascēdit in tēplū Dñi ad referendum gratias pro illo beneficio. Sed dicendū, ꝙ non stat: nā necesse est, ꝙ ista sanatio Ezechiæ fuerit plus quàm vno anno, vel duobus ante percussionē exercitus Assyriorū: qđ patet: qa Senacherib venit in Iudæā anno quartodecimo regni Ezechiæ supra 18. & mansit ibi tribus annis, vel quasi, vt probatum est, præced. ca. per doctrinā datā Ezechiæ de nō seminando in duobus annis, sed in tertio: ideo oportet, ꝙ maneret Senacherib ī Iudæa, & Aegypto antequā percuteretē exercitus suus vsq; ad finē decimi septimi anni, vel quasi regni Ezechiæ, si accipit ann' quartus decimus, vt consummatus sup. 18. si autem erat incipiens, qn̄ venit Senacherib, oportet, ꝙ manserit ibi vsq; ad annū decimū sextū Ezechiæ, & tn̄ necesse est, vt ista sanatio Ezechiæ facta fuerit in fine anni quartidecimi sui, vel in principio quintidecimi: ergo fuit saltem duobus annis ante percussionem exercitus Assyriorū. Patet hoc, quia Ezechias vixit annis quindecim post istam sanationem, vt patet hic: & tamen tota duratio regni sui fuit solū viginti nouem annorum, sup. 18. & 2. Para. 29. ergo solum transierant de regno suo anni quatuordecim, quando facta est ista sanatio. Et sic tenendum est. De isto aūt tertio die dicendum, ꝙ fuit ille, in quo Ezechias perfectè sanatus est, & potuit ascendere ad tēplum Domini ad orandū, & referendū gratias pro sanatione, cum ante hoc non fuisset plenè curatus.

A B

Dixitque Isaias. Hic ponit secundū huius partis, ī quo mirabiliter morbus opere Isaię expelit, & dicitur. C *Dixitque Isaias: afferte massam ficorum.* Postq̄ prænunciauit ex parte Dei, ꝙ sanat' erat Ezechias, iussit afferri massam ficorum, vt cathaplasmaret eā sup vlcus, & sic curaretur. *Quam cum attulissent, & posuissent super vlcus, curatus est.* s. serui Ezechiæ posuerunt massam ficorū sup vlcus ex mandato Isaiæ: erat. n. quoddā apostema inflatum pestiferū, qđ necessariò mortē inflictur ū erat. Et dicitur, ꝙ sanatus est Ezechias nō quidē illicò, vt posita est massa ficorū, sed post tres dies, quia tunc potuit ascendere ad tēplū Domini. Vel dicitur, ꝙ curat' est. i. ꝙ cessauit dolor vlceris, & inflatio, quia prius dolor erat magnus, & inflatio.

D *An vlcus Ezechię sanatum sit naturaliter posita massa ficorum.* Quæstio XVII.

QVAERETVR, an istud vlcus sanatū est naturaliter posita massa ficorū. Aliquis dicet, ꝙ sic: qa Isaias iussit afferri massam ficorū, & poni sup vlcus: si tn̄ non sanaretē naturaliter, nō proficeret positio illa, & consequenter non iuberet illud Isaias: ergo naturaliter sanatus est Ezechias. Secūdò patet: qa ista sanatio facta est ꝑ successionē: nam post tres dies sanatus est: talis autem est operatio naturæ. Si verò supernaturaliter sanaretur, illicò fuisset sanatus, & non die tertio: ergo fuit naturaliter sanatus. Tertiò patet: quia dicitur, quòd cū posuissent massam ficorum super vlcus curatus est Ezechias: ergo à massa ficorum proueniebat sanitas.

E Rñdendū, ꝙ non fuit sanatus naturaliter ꝑ massam ficorū: nā si naturaliter potuisset sanari tā facili medicamēto, non esset morbus suus ad mortē: & tamen Deus dixit Ezechiæ: morieris, & non viues: ergo naturaliter non poterat euadere mortem ꝑ aliqđ medicamentū. Secundò patet: qa si ꝑ tale medicamētū potuisset Ezechias tā breuiter sanari cū ipse haberet medicos multos, qa rex erat apposuissent ei tale medicamentum: non tamen apposuerunt, sed de salute eius desperauerant omnes tam medici, quàm amici sui, vt ait Iosephus 10. Antiquita. ergo nō est sanatus naturaliter. Tertiò patet: qa Deus dixit Ezechiæ: audiui orōnē tuā, & vidi lachrimā tuā: &

& ecce sanaui te: ergo non fuit naturaliter sanatus; quia Deus tunc non diceretur sanare eum. Quartò patet: quia ad probationem sanitatis huius faciẽdæ, à Deo, datũ est signũ de retrocessione solis, & istud fuit in magnum miraculum, & nõ daretur ad probationem rei, quę naturaliter eueniret: quia talis nõ indigeret probatione: ideo supernaturaliter fuit. Quintò patet ex verbis Ezechiæ: nam dixit ad Isaiã, ꝙ erit signum: quia Dominus me curauit. Etiam ex verbis Isaiæ. s. hoc erit signum à Domino, ꝙ factur⁹ sit sermonem, quẽ locutus est: & tñ ille sermo fuit. Ecce sanaui te, ergo sanitas supernaturaliter fuit.

Rño ad primam in contrariũ. Ad primam rationem in contrarium dicendum, ꝙ si massa de ficubus non profecisset ad aliquid, nõ iussisset Isaias poni illam super vlcus Ezechiæ: & tamẽ non profecit ad sanandum, sed ad aliquid aliud, de quo dicetur sequenti quæstione.

Ad secundam. Ad secundam dicendum, ꝙ quãquam sanatus est Ezechias post tres dies, nõ sequitur, ꝙ fuit naturaliter causata sanitas, sed supernaturaliter fuit: quia in veteri testamento sæpe fiebant miracula cum quadam successione, sicut patet de suscitatione filij Sareptanæ: præceden. lib. cap. 17. & de suscitatione filij Sunamitis sup. 14. sic etiam de mundatione Naaman à lepra: nam septies lauit se in Iordane, priusquam mundaret̃ su. 5.

Ad tertiã. Ad tertium dicendum, ꝙ posita massa de ficubus, sanatũ est vlcus: & tñ non sequitur, ꝙ massa illa fecit hoc, sed Deus operatus est, qñ posita fuit illa massa.

Quare massa de ficubus posita fuit super vulnus Ezechiæ, cum eum non sanauerit. Quest. XVIII.

QVAERETVR vlterius, cum ista massa de ficubus non sanauerit Ezechiam, quare posuit illã Isaias super vulnus. Respondendum ꝙ, vt aliq volunt, istud fuit ad ostensionem maiorem miraculi: nam massa ficorum erat contraria sanationi morbi, ideo posita super vlcus potius grauaret ægritudinem augmentãdo eam, & ad hoc, ꝙ appareret maius miraculũ fecit illam poni super vlcus. Sic enim interdũ viri sancti volentes facere miracula ad ostẽsionem potentiæ Dei augebant ipsi aliquas grauitates, vt miraculũ esset magis notum. Sic fuit in Elia, quando orauit ad Dominum coram toto Israel in Carmelo, vt mitteret ignem super sacrificium suũ: nam fecit, ꝙ funderentur duodecim hydriæ aquæ super sacrificiũ per tres vices qualibet vice quatuor hydriæ, vt sic difficilius esset inflammari sacrificiũ: præced. lib. cap. 18. Sic etiam fuit in Elisæo, quando voluit sanare amaritudinem, & sterilitatem fontis Ierichontini: nam misit sal in aquas, & tamẽ sal potius causat sterilitatem, & amaritudinem: ideo quãdo aliqua ciuitas destruitur, vt sit in æternum sterilis, aratur, & spargitur in ea sal sicut factum est de vrbe Sichem: Iudi. 9. De ista sanatione aquarum patet sup. 2. Ita ergo hic posuit Isaias massam ficorum super vlcus, vt cum sanaretur appareret manifestius diuina operatio. Aliter posset dici, ꝙ Isaias fecit hoc secundum conditionem patrum veteris testamenti, qui qñ faciebant miracula præmittebant quasdã ceremonias, quæ licet viderentur conferre, nõ conferebant: sicut Elias ad suscitandum filium Sunamitis bis calefecit carnem suam: & tamẽ ista calefactio non proderat suscitationi, putabatur tamen ꝓdesse ab ipsis prophetis, vt declaratum est præce. lib. c. 17. & supra 4. vbi ponunt̃ motiua Eliæ, & Elisæi facientium hoc. Et sic Isaias Cathaplasmauit nunc vlcus massa ficorum tanquam istud proficeret: & tamen nullo modo adiuuabat, vel saltem non poterat tollere ægritudinem.

F *Dixerat autem.* Hic ponitur tertium huius partis, in quo signum mirabilius pro ꝑfecta sanatione tribuitur, & dicitur. *Dixerat autem Ezechias ad Isaiam, quòd erit signum: quia Dominus me curauit.* s. quãdo Isaias dixit Ezechiæ ex parte Dei: Ecce sanaui te: dixit Ezechias, quod erit signum, ꝙ Dominus sanauit me? i. disposuit me sanare. *Et quia ascensurus sum die tertio templum Domini.* Etiam prædixit Isaias. s. die tertio ascendens templum Domini, & addam diebus tuis quindecim annos, & quia videbatur difficile, ꝙ Ezechias, qui nunc erat in tanta ægritudine vsq; ad tres dies, posset perfectè sanus ascendere in templum Domini, petiuit etiam de hoc signum. *Cui ait Isaias: hoc erit signum à Domino.* i. istud, quod sequitur erit signum, qđ

Signũ sanationis Ezechię.

G Deus tibi dabit. *Quod facturus sit Dominus sermonem, quẽ loquutus est.* Iste sermo erat: audiui orationem tuam, & lachrimam tuã, & ecce sanaui te, die tertio ascẽdes templum Domini. Neutrũ autem istorum erat factum, & tamen probabatur sufficienter futurum esse per istud signum, quod dabatur. *Vis, vt ascendat umbra decem lineis, aut reuertatur totidem gradibus.* Intelligendum est ad hoc, ꝙ erat quoddam horologium positum ad solem, in quo erant factæ descriptiones horarum per lineas, & sciebantur ibi horæ diei per solem. s. quia qñ perueniebat vmbra ad talem lineam significabatur, ꝙ erant tot horæ, & nunc dixit Isaias ad Ezechiam: Vis vt ascendat vmbra decem lineis, idest, vt transeat per decem lineas vltra locũ, in quo

H est subito, vel vis, vt reuertatur totidem gradibus. i. vt retrocedat vmbra à loco, in quo est per decẽ gradus, & vtrunque erat miraculum magnum. *Et ait Ezechias: facilè est vmbra crescere decem lineis.* Quia hoc naturaliter fit, & quotidie. s. ꝙ si nunc fuerit vmbra in prima hora continuò cresceret ita, vt perueniat ad decimam horam, quæ erit decima linea. *Nec hoc volo, vt fiat.* Quasi dicat, cum hoc sit facilè non peto istud, sed contrarium, vt miraculum appareat. *Sed vt reuertatur retrorsum decẽ gradibus.* Scilicet, ꝙ vmbra reuertatur per decem gradus, vel lineas: ista retrocessio vmbræ est per motum solis: ideo petere vmbram, retrocedere, vel præire erat petere, quòd sol retrocederet, vel præiret modo inconsueto. *Inuocauit itaque Isa-*

I *ias propheta Dominum.* s. orauit ad ipsũ, vt faceret istud miraculum. *Et reduxit vmbram per lineas, quibus iam descenderat in horologio Achaz.* i. fecit, ꝙ vmbra retrocederet per decem lineas, quæ sunt decem horæ, & iam descenderat sol per illas decem lineas. i. iam transierat illas, & fecit, ꝙ reuerteretur iterum per illas. Ex quo apparet, ꝙ sol iam declinabat ad occasum, & erat hora diei decima, & fecit Deus, ꝙ sol retrocederet per illas decem lineas s. retrocedendo per spaciũ decem horarum in cœlo quousque rediret ad Oriẽtem, & tunc non mergeretur sub horizontem, sed rediret ad locũ, in quo prius fuerat successione naturali: & sic ter describeret sol in eadem die illas decem horas, & lineas. s. primò cum naturaliter moue-

Sol declinabat ad occasum.

K batur ab Ortu in Occasum: secundo quando cõtra consuetudinẽ redijt ab Occidente in Orientẽ. Tertiò qñ iterũ ab Oriente in Occidentem venit, vt cõpleret̃ dies illa, & iste tertius fuit motus naturalis, & in omnibus his non intrauit sol sub horizontẽ, sed manebat semꝑ suꝑ terrã, et dr̃: in horologio Achaz, i. ꝙ Achaz fecerat illud, & posuerat in palatio regis ad solem, vt per illud cognoscerentur horæ diei.

Quare Ezechias petijt signum à Domino, & an peccauerit. Questio XIX.

QVAERETVR, quare Ezechias petiuit nunc signũ, & an peccauit. Ad primũ rñdet Nicolaus, quòd

ꝙ non petiuit quasi dubitaret, sed ad ostendendum magis gloriam Dei per signũ, quod ostẽderet Deus. Iosephus tamen 10. Antiquit. dicit, ꝙ hoc fuit propter dubium: nam erat valde durum, & admirandũ hoc, quod dicebatur: ideo voluit habere certitudinem per signum: vnde ait: & dum hæc Dei mandata propheta dixisset propter nimietatem lãguoris, & ea, quæ inopinabiliter promittebantur non credens, signum aliquod, & indicium petijt, vt faceret Isaias, quatenus hæc dicenti sibi crederet, & à Deo missum verè crederet. Dicendum, ꝙ vterq; modus põt satis stare: nã modus, quem ponit Iosephus satis videtur conuenire literę: nam videtur dubitasse cũ dixerit, qđ erit signum: qa Dominus me curauit. Si autem teneatur alius modus, etiam est conueniens: quia Ezechias erat vir fidelis nimis, & non dubitaret de verbo Dñi per Isaiam, & sic non peteret signum tanquam ad certificationẽ: quia sine signo erat certus, sed vt magis manifestaretur gloria Dei: qa istud signũ esset aliqđ miraculũ magnũ, & ꝑ illud laudaretur Deus, sicut laudaretˉ ꝑ sanationẽ Ezechiæ. Item hoc verisimile est: qa Ezechias sciebat patrẽ suũ peccasse: qa noluit petere signũ à Dño: ideo ipse volebat petere data opportunitate, ne peccaret: patet hoc Isa. 7. nã dixit Isaias ad Achaz: pete tibi signũ à Dño siue in ꝓfundũ inferni, siue in excelsum supra: & dixit Achaz: non petã, & non tentabo Dñm. Et hoc faciebat: qa erat malus, & nolebat dare gloriã Deo petendo signũ ab ipso: ideo Isaias increpuit ipsum tanꝗ peccantẽ dicens: audite domus Dauid nunqd parũ vobis est molestos esse hominibus: qa molesti estis, & Deo meo? q. d. in hoc, ꝙ noluisti petere signũ à Dño fuisti molestus ei: quia dedisses ei gloriã petendo signũ: Ezechias aũt volebat oĩno dissimilis esse patri suo, & cũ ille renuerit petere signum fuit facilis Ezechias ĩ petẽdo, ne videretˉ nole dare gł̃iam Deo.

Ezechias an peccauerit petendo signum. Quæstio XX.

QVAERETVR de secũdo. s. an peccauit Ezechias petendo signũ. Respõdendũ, ꝙ nõ: quia si peccauisset nõ dixisset ei Isaias, ꝙ daretˉ signũ, nec oraret ꝓ illo: & tñ orauit, vt daretur signũ, quod petebat Ezechias, ergo non peccauit. Secundo patet: quia Deus dedit signum illud, quod petebat Ezechias: & tamen si peccaret in hoc, nõ dedisset ei Deꝰ signũ: quia Deus peccatores non exaudit: Ioann. 9. Patet ẽ hoc de Pharisæis, quando petiuerũt à Christo signum dicentes: magister volumus à te signum videre: q n ait illis: generatio mala, & adultera signũ quærit, & signũ non dabitˉ ei. Modus aũt, quo non peccauerit petendo signum, patet: quia aut petiuit illud, vt daret gloriam Deo, vel propter dubium: si primo modo non peccaret, sed potius meret̃: qa quæcunque fiunt ad laudem Dei, meritoria sunt: Si autem petiuit propter dubium etiam non peccabat vnde Iosephus 10. Antiquit. excusat Ezechiam, dicens, ꝙ ea, quæ vltra rationem sunt, & spe fortiora videntur huiusmodi rebus creduntur esse veracia. Hoc autem intelligendum est verum esse: quia quãquam Ezechias peteret signũ, non erat propter hoc infidelis circa diuina promissa: nam si non credidisset Deum posse facere istud, vel dubitauisset de hoc, & propter hoc petiuisset signũ, infidelis esset, & peccaret: & tamẽ non peteret propter hoc, sed quia nesciret an mitterebatur Isaias à Deo, vel ipse veniebat per se ad consolandum eum, & dicebat ista verba: cum autem ostenderet Isaias signum, appareret, ꝙ missus fuerat à Deo. De ista autem missione satis po

A terat dubitare Ezechias, nec peccabat dubitando: nam non obligabatur aliquis credere de aliquo, ꝙ propheta esset, vel ꝙ mitteretur à Deo, nisi probaret, & ista probatio non poterat fieri nisi per miraculum: & istum modum dedit Deus Israelitis ad cognoscẽdum prophetas, an essent veri, vel falsi. s. si signa ab eis prænunciata euenirent, vel non, Deuter. 13. & 18. quocunque ergo modo peteret Ezechias istud signum non peccabat.

Isaię an Deus prædixerit, quòd facturus esset signum pro liberatione Ezechiæ. Quæstio XXI.

B QVAERETVR, an Deus prædixerat Isaiæ, ꝙ facturus esset signum ad liberationem Ezechię prius quàm ipse diceret Ezechiæ: vis, vt ascẽdat vmbra decem lineis, aut vt reuertatur totidem gradibꝰ. Dicendum videtur, ꝙ antequam Isaias loqueretur ad Ezechiam de isto signo, Deus dixerit Isaiæ, ꝙ faceret vnum istorum signorum, quod eligeret Ezechias ad ostensionem sanitatis eius: & tunc Isaias dixit Ezechiæ an vellet, vt vmbra transiret decem lineas, vel retrocederet totidem: & hoc verisimile est, quia nõ auderet Isaias promittere Ezechiæ aliquod de istis duobus magnis signis, nisi sciret, ꝙ Deus vellet aliquod illorum agere. Sed tunc obijcietur: quia dicitur in litera, ꝙ inuocauit Ezechias Dominum, & reduxit vmbram per lineas, quibus iam descẽderat: si tñ sciret Isaias ante hoc, ꝙ Deus facturus erat
C istud signum, non oportebat, ꝙ oraret pro eo. Dicẽdum, ꝙ Isaias sciebat, ꝙ istud signum futurum erat, & nunc non orauit pro eo tanquam impetraret, vt fieret per orationẽ suam, sed orauit, vt illicò fieret, & appareret per hoc, ꝙ ad petitionem suam Deus faciebat, & nõ accidebat illud ex aliquo errore motus cœli, vel ex aliqua alia speciali causa: quia fortè poterat illud Deus agere, sed non pro hac causa, nec ad petitionem Isaiæ: & tunc non probaret signum istud, ꝙ Ezechias sanandus esset, ideo debuit ipse clamare ad Dominum, vt post vocem eius inciperet mox sol retrocedere, & appareret, ꝙ propter eũ faciebat Deus illud Simile autem est, quando Moyses
D faciebat miracula in Aegypto coram Pharaone: nã Deus iubebat ei facere illa, & dicebat ei qualiter faceret, & tamen quando illa faciebat extẽdebat manus suas ad Dominum, & orabat, vt sic appareret, ꝙ eo petente ista fierent, vt patet Exodi 7. & vsque ad decimum capitulum. Dicendum est autem, quòd postquam petiuit Ezechias signum Deus reuelauit Isaiæ, quòd promitteret vnum de istis duobus signis: nam interim, vt peteret Ezechias signum permutaret Deus cor Isaiæ illustrando mentem eius, & reuelaret ei, quòd deberet respondere: sic enim fiebat sæpe in Elisæo, vt colligitur supra 4. & ibi declaratum est. Sic etiam erat in apostolis: nam quando quærebatur aliquid ab eis, non debebant præcogitare quid responderent, sed tunc, quando quære-
E batur Deus illustrabat mentem eorum dando quid responderent Matth. 10.

Horologium Achaz, in quo transiuit sol, quale erat, & de figura sua, & de materia, Quæstio XXII.

QVAERETVR vlterius, quale erat istud horologium Achaz, in quo sol transiuit decem lineas, & quare vocatur horologium Achaz.

Respõdendum, ꝙ vocatur horologium Achaz, quia ipse illud fieri iusserat, & posuit in domo regis, vt per illud cognoscerentˉ horę ad solem. Dicũt aũt multi cõiter, ꝙ factum est istud horologium de ære

altaris holocaustorum, quod fecerat Salomō, quod erat æneum & magnum, & illud accepit Acham de templo Domini, & de laminis eius fecit horologiū. Hoc autem dicunt, quia supra 16. dicitur ꝙ Achaz fecit auferri altare holocaustorū de loco suo, & iussit ꝙ poneretur ibi altare deorum Damasci, quod ipse fabricauerat: & de alio altari dixit, ꝙ esset paratū ad voluntatē suam, idest ad faciendum de illo, quod vellet, & sic volunt quòd abstulerit illud de templo, & confregerit ad faciendum horologium. Sed non est verum, quia altare holocaustorum mansit in tēplo moriente Achaz, quod patet: quia Achaz clausit templum Domini, vt non fierent ibi aliquæ cæremoniæ, & mansit clausum ipso viuente. Ezechias autem in principio regni sui mense primo aperuit templum Domini 2. Paralip. 29. & tunc iussit sacerdotibus mundare templum ab immundicijs idolorum, & sequitur ibidem ꝙ dixerint sacerdotes: sanctificauimus omnem domum Domini, & altare holocausti, vasaq; eius, cunctanq; templi suppellectilem, quā polluerat rex Achaz, & ecce exposita sunt omnia coram altari Domini: ergo moriēte Achaz manebat altare holocaustorum in templo, & nō fecit de illo aliquid Achaz, nisi quòd abstulit de loco suo, & posuit in loco eius altare deorum Damasci. Sic enim de cæteris vasis fecerat: nam mare æneum deposuit de bobus, quibus sustentabatur, & luteres abstulit de basibus, & dispersit omnia per pauimentum, supra 16 de altari autem dixit, ꝙ esset paratum ad voluntatē suam, idest, quòd nihil in eo fieret, sed esset extra locum suum promptum ad quodcunq; Achaz vellet facere de illo: & tamen non incidit sibi in mentem, quòd faceret de eo aliquid, ideo mansit in templo. Vocatur ergo horologium Achaz nō quòd fecerit illud de ære altaris, sed quia ipse iussit illud fabricari de aliqua alia materia, & poni ad solem in palatio regis. Figura autem huius horologij erat ad modum Emispherij facti de ære vel de alia materia, & in centro illius erat quidam stilus surgēs in altum, qui vocatur gnomon, & à radice illius exibant lineæ facientes æquales angulos, & abscindentes æquales arcus de circunferentia illius emisphærij, erantque duodecim lineæ, quarum quælibet designabat vnam horam, sicut est in astrolabio, & per illas cognoscebatur quot horæ diei essent, scilicet, quando vmbra gnomonis perueniebat ad lineam aliquam designabat esse illum numerum horarum: & ibi si sol transiret decem lineas essent decem horæ, & si retrocederet decem lineis esset retrocessio decem horarum.

Figura horologij Achaz.

Quare Deus fecit solem retrocedere per decem lineas, siue decem horas. *Quæstio XXIII.*

QVAERETVR, quare Deus fecit nūc, ꝙ sol retrocederet decem lineis. Hebræi quidam dicunt, ꝙ Deus fecit hoc ad cōparandum sanctitatem Ezechiæ, & malitiam Achaz patris sui: dicunt.n. ꝙ propter malitiam Achaz dies, in quo ipse mortuus est diminutus fuit ab alijs diebus in decē horis, ideo nunc cū liberandus erat Ezechias à morte propter sanctitatem suā, dies creuit decē horis, & ad hoc retrocessit per decem lineas: & sic volunt, ꝙ quælibet linea faceret mediam horam, & fuerit retrocessio quinque horarum, & reuersio totidem. Sed dicēdū, ꝙ istud non stat: quia diminui diem decē horis erat tantum miraculū, sicut crescere decē horis, & istud est de maximis miraculis, & famosissimis: sicut igiē Deus nunc ostendit istud miraculum ad gloriā nominis sui de augmento diei, & scriptura illud expres-

F sit, ita si fuisset miraculū factū in diminutione diei moriēte Achaz scriptura illud expressisset, & tamē nihil expressit: ideo non est verisimile. Dicendum ergo, ꝙ Deus voluit in retrocessione solis ostēdere miraculum, & nō differebat an retrocederet sol modicum, vel multum: quia quantum ad potestatē miraculi æquale erat, ꝙ sol retrocederet per vnam horam, vel per decem; fuit tamen causa in generali, ꝙ retrocessio debuit esse magna ad hoc, ꝙ notabiliter appareret, & ab omnibus consideraretur. Nā si fuisset ista retrocessio per modicam horam, vel per modicum tempus multæ gentes essent, quæ non respicerent ad istam retrocessionem, & nō appareret eis miraculum factum esse, & sic maneret in occulto tā

G excellens miraculū: debuit ergo esse retrocessio magna, vt sic nulla gens esset, quæ nō aspiceret istud miraculum, & stupesceret de isto opere insolito. Alia causa fuit: quia tunc quando facta est ista retrocessio declinauerat sol ad occasum, & erat iam hora decima diei, & supererant duæ horæ ad complementum diei: voluit autem Deus, ꝙ rediret sol vsque ad orientem, & non mergeretur sub horizontem oriētalem, sed iterum rediret ab oriente in occidentem: & quia non poterat redire vsque ad orientem quin retrocederet per decem horas, voluit Deus, ꝙ retrocederet per decem horas. Alia causa fuit: quia Deus voluit, ꝙ omnes gētes viderent istam solis retrocessionem, & sic cognoscerent miraculum, & tamē nō

H poterant omnes gentes videre istam retrocessionē nisi sol retrocederet per magnum spaciū. Ad cuius euidentiam considerandum, ꝙ sol circuit totum cælum de puncto ad punctum in viginti quatuor horis, & paruo plus, & redit de pūcto horizontis ad eūdem punctum: & sic in tota terra, quæ est ab oriente in occidētem à principio habitationis vsq; ad finē, cum sit medietas totius sphęre, oportet ꝙ moretur sol duodecim horis, & sic citius erit sol in horizōte habitantium in oriente, quàm in horizonte habitātium in extremo occidentis per duodecim horas, & hoc propter longitudinem ciuitatum inter se. Sic enim ponit Ptholemæus in libro, quē vocauit Alegraphiam, vbi agit de ciuitatibus totius terræ, & po-

I nit longitudinem orientis ab occidente esse duodecim horarum. Si ergo retrocessisset nunc sol ꝑ duas horas solum, cū esset iuxta occasum, vt præsupponitur, non posset redire eleuando se tantum versus meridianum, vt illi, qui erant in oriente extremo possent videre illum retrocedere: cum autem retrocederet per decem horas vsq; ad horizontē orientalē necesse erat, ꝙ rediret ad horizontem eorū, qui erāt in extremo orientis: & sic cum aliquibus illorum esset iam nox surgeret sol per horizōtem occidentalem, & esset dies, & rursus rediret ad eundem hori-

K zontem, nec eleuaretur vsq; ad meridianum terræ ipsius: fuit ergo conueniens, ꝙ retrocederet sol saltem decem horis, & sic nulla gens esset in seculo, quæ non cognosceret istam retrocessionem solis, & istud erat valde conueniens.

Hęc retrocessio quomodo facta est. *Quæst. XXIIII.*

QVAERETVR vlterius de modo, quo factum est miraculum istud retrocessionis. Rn̄dēdum, ꝙ communis assignatio est, ꝙ sol pertransierit in illa die ferè vsq; ad occasum in regione Iudææ, quia transiuerant decem horæ diei, & supererant duæ: & ex tunc cępit sol retrocedere versus orientem, & redijt spacio decem horarum vsq; ad horizontē oriētalē, & nō ītrauit sub horizōtē, ne videreē esse nox: & cū illùc ꝑuenisset redijt iterū ab oriēte in occidē-

tem

tem per eandem lineam in alijs duodecim horis: & tunc fuit in loco illo, à quo prius cęperat retrocedere, & deinde perambulauit per duas horas, quã supererant, & tunc fuit in horizonte occidentali. Et secundum hoc viginti horę fuerunt, quibus sol motus est præter cursum naturalẽ eundo, & redeundo, & duodecim horæ fuerunt eiusdem diei. s. decem antequã inciperet retrocedere, & duæ postquam redijt ad locum, de quo cęperat retrocedere, & sic sunt simul triginta duæ horæ in eadem die artificiali. Istud autem est ponendo, ꝙ quælibet illarum linearum designabat vnam horam. Sed tunc videtur difficultas. s. quõ dixit Isaias Ezechiæ: vis vt ascendat vmbra decem lineis, aut reuertatur totidem gradibus: nã præsupposito hoc non posset stare. s. quia si sol retrocedere inciperet duabus horis ante occasum poterat videre Ezechias, quomodo retrocedebat: & tamen si descenderet decẽ gradibus non posset videre Ezechias quõ descendebat, nisi per duos gradus, siue horas: quia tot supererãt vsq; ad occasum solis: & ideo intraret sol sub horizontem, & nõ videret Ezechias, quõ transibat, nec sciret, an transibat decem lineis, vel viginti. Secũdo non stat: qa litera dicit, ꝙ debebat descendere vmbra decem lineis, vel retrocedere totidem, & sic siue retrocederet, siue descenderet appariturũ erat in vmbra horologij: & tamen postquam est sol sub horizonte, nulla vmbra est in horologio: ergo non poterat descendere vmbra decẽ lineis in horologio, si esset iam decima hora diei, & quælibet linea designaret vnam horam. Tertiò patet: quia non solum non poterat hoc esse existente sole duabus horis ante occasum, sicut ponitur, sed etiam in quacunq: alia parte cęli esset. Nam si esset in parte orientali duabus horis post ortum solis poterat descendere decem lineis in horologio. s. si ab illo loco transiret subito vsq; ad horizontem occidẽtalem: quia istud erat spacium decem horarum: & tamen non posset retrocedere tunc, nisi duabus horis: quia tanto erat eleuatus ab oriente: ergo non poterat stare istud in aliqua regione: nisi haberet illa lõgitudinem diei ad minus viginti horarũ. & esset sol in medio cœli in circulo meridiano ęquidistãs vtrique horizonti: terra tamen Iudææ, in qua istud factũ est, nunquam habet tantã magnitudinem diei: quia pro maiori parte est in tertio climate, & nõ ꝑuenit ibi maximus dies ad quatuordecim horas, & dimidiam: ideo non stat ista positio. Dicendum aũt videtur, ꝙ istę lineæ, vel gradus erant mediæ horæ, vel quartæ, & tunc tamen sol retrocederet decem lineis quinq; horarum spacio retrocedebat, & in alio spacio æquali redibat. Vnde dies iste esset maior solito decem horis: & tunc poterat fieri hoc modo, ꝙ Isaias loqueret̃ Ezechię in meridie, vel quasi: & cùm esset tunc sol in medio cęli poterat retrocedere spacio quinq; horarum ad orientem, vel transire subito contra occidentem spacium aliarum quinq; horarum, & nullo horũ modorũ introiret sub horizõtem orientalem, vel occidẽtalẽ: & sic appareret vmbrã in horologio semꝑ retrocedere, vel subito ꝑire: iõ iste modus tenẽdus est, q̃q̃ alius modus sit cõmunior, & sit ipsius Dionysij in epistola ad Policarpũ.

(margin: decem lineis nõ poterat esse decẽ horæ.)

Quomodo potuit assignari, quòd vmbra decem lineis in horologio retrocederet, vel ascenderet. Quæst. XXV.

QVAERETVR vlterius, quomodo potest assignari, ꝙ vmbra descenderet decem lineis in horologio, vel retrocederet totidem. Respondendum, ꝙ assignatio retrocessionis sicut facta est, facilis est: quia cum esset sol in aliqua parte cęli tendens

A versus occidentem, poterat retrocedere in eodem gradu velocitatis versus orientem, & sic appareret omnibus quomodo retrocedebat: de descẽsione autem non apparet facilè assignari. Nam historia scholastica dicit, ꝙ sol non debebat descendere, sed stare immobilis, vel retrocedere. Statio autem solis satis apparet quomodo fiat sicut facta est tẽpore Iosue. vt patet Iosue 10. & ob hoc dicit, ꝙ noluit Ezechias, ꝙ sol staret, sed ꝙ retrocederet: quia iam steterat tẽpore Iosue, & volebat nunc miraculum nouum. Etiam quia si staret alicubi posset ascribi causæ naturali. Sed hoc non stat: primò, quia dicit, ꝙ Isaias dedit electionem Ezechiæ, an sol staret, vel retrocederet: & tamen litera dicit, ꝙ dedit ei electionem, an
B descenderet vmbra decem lineis, vel reuerteret̃ totidem, vt patet hic, & Isaiæ 38. Secundò patet: quia dicitur hic, ꝙ sol retrocederet decem lineis, vel descenderet totidem: si autem vellemus dicere, ꝙ sol deberet stare, non diceretur de decẽ lineis: qa quandiu staret, semper esset vmbra in eadem linea: & tamẽ æqualiter ponitur hic de decem lineis in vtroq; casu: ergo in vtroque casu pertransibantur decem lineæ, & tamen non pertransitur aliquid nisi eundo, vel redeundo, ergo oporteret, vt in vtroq; casu moueretur sol. s. eundo, vel redeundo. Tertiò patet: qa Ezechias dixit, facile est descendere vmbra decem lineis, ideo nolo, quòd hoc fiat: si tamen acciperet̃ descensio vmbrę pro statione, non esset facile hoc:
C quia stetisse solem tempore Iosue de magnis, & famosissimis miraculis reputatur. Quartò non stat: qa dicit, noluit Ezechias, ꝙ sol staret: qa istud poterat ascribi causę naturali si alicubi staret: & tamen hoc non videtur verum: quia non est aliqua causa naturalis, quæ possit facere stare solem, vel aliqua corpora cęlestia, nisi fortè vellet dicere, ꝙ aliqui simplices poterãt hoc opinari. s. ꝙ in aliquibus locis esset virtus, quæ faceret stare corpora cęlestia sicut magnes atrahit ferrum, & facit illud pendere in aere: sed istud inopinabile est: quia non est aliquis locus, per quem nunc transeat sol, super quem aliàs non trãsiuerit, immo super quem nõ transeat quolibet anno: ideo sępe contingeret teneri solem. Vel si dicas,
D ꝙ aliquid naturale est vno tempore, quod non est alio, ideo vno tempore poterit teneri, quanquã non teneatur alio. Sed istud nõ est verisimile: quia in tot millibus annorũ aliàs contigisset illud esse, & sol teneretur, & tñ nulla gentiũ asserit solẽ aliqñ stetisse, ideo non erat verisimile, ꝙ aliquis tale opinaretur. Dicendũ ergo necessariò, ꝙ hic data est electio de retrocessione, vel de ꝓcessione, quæ vocatur hic descẽsio vmbrę, & vtroq; modo appareret in horologio. Fieret aũt præcessio isto modo, ꝙ si sol esset eleuat[9] ab horizonte orientali per duas horas, & trãsiuisset vsq; ad quartam lineam in horologio, ꝙ subito ꝑtransiret decem lineas. s. vsque ad quartam decimã. Et istud poterat dupliciter fieri: vno modo, ꝙ transi-
E ret sol per omnes istas lineas medias. s. ꝙ pertrãsiret per continuum in cęlo, & sic vmbra transiret ꝑ cõtinuum in horologio: & sic quasi in ictu oculi transiret vmbra per decem lineas. Alio modo potest intelligi, ꝙ Deus faceret, vt sol transiret ab oriẽte versus occidentem per spacium quinque horarũ, quasi subito: & si nunc apparebat vmbra in quarta linea in tempore illo medio, non videretur sol quousque esset in linea quarta decima, & nõ transiret vmbra per lineas medias, & tunc propriè diceretur ascendere vmbra: quia transibat à quarto in quartum decimum sine medio: & tamen vtroque modo est miraculum: quia non poterat fieri secundum cursum regularem cœli.

(margin: Euasio. / Confutatio. / Rño auc.)

Quid apparuit in alijs regionibus de ista retrocessione in diuersitate diei, & noctis, preter consuetudinem naturalis cursus solis. Quaest. XXVI.

QVAERETVR vlterius, qd apparuit in alijs regionibus de diuersitate diei, vel noctis pter istam retrocessionem solis. Respondendum, ꝙ non possumus certissime assignare quid acciderit in alijs partibus terræ, nisi sciremus quæ pars anni erat quādo facta est ista retrocessio, & quot horæ diei erant, quando facta est. De primo patet: quia quodam tēpore anni sunt dies valdè parui, & alio tempore valdè magni, & secundum diuersitatem istorum dierū poterat retrocessio solis facere diuersam apparentiam diei, & noctis in alijs regionibus: necesse est tamen dici, ꝙ illo tempore, quo facta est retrocessio erat dies plusquam decem horarum: quia aliàs non posset dari electio Ezechiæ, ꝙ vmbra retrocederet per decem lineas, aut ascenderet per totidem, cùm duæ lineæ faciant vnam horam, & dato, ꝙ esset sol in circulo meridiano quando daretur ei ista electio, non posset fieri, nisi distaret ab oriente saltem per arcum quinq; horarum, & ab occidente totidem horis, & sic essent saltem decem horę. Credendum est tamen, ꝙ essent dies magni in vere, vel æstate, cum sunt tredecim, vel quatuordecim horæ. Secundum etiam patet: quia si nesciremus qua hora diei hoc accidisset non iudicaremus quid proueniret in singulis regionibus: nā si esset sol magis propinquus Oriēti, quàm Occidenti fieret maior apparentia huius retrocessionis in regionibus orientalibus, quàm in occidentalibus, & è contrario. Dicendum tamen probabiliter, ꝙ sol erat circa meridianum circulum siue à parte Orientis, siue à parte Occidentis: quia retrocessio fuit per horas quinque. s. per decē lineas, & ascensio vmbrę debebat esse per totidem lineas, & non poterat hoc esse nisi esset sol propinquus meridiano: quia aliàs retrocedendo mergeretur sub horizontem Orientalem, & ascendente vmbra mergeretur sub horizontem occidentalem, & tunc nō appareret ascensio, vel retrogradatio vmbræ in horologio. Hoc autem præsupposito dicendum est, ꝙ in regionibus Orientalibus, quæ distarent à Ierusalem per longitudinem sex horarum, quæ faciunt de longitudine cœli nonaginta gradus appareret diuersitas ista. s. ꝙ quādo sol esset in meridiano Ierusalem esset in horizonte occidentali illarum regionum, vt patet intuenti duos circulos æquales intersecantes se super sphērā ad angulos rectos sphērales, & tunc cum inciperet retrocessio solis inciperet eleuari sol ab horizonte occidentali versus meridianum, & eleuaretur per quinq; horas, nec accederet ad meridianum: & sic viderent illę gentes totam retrocessionē solis: si autem essent aliquæ gentes orientales, quarū meridianus distaret à meridiano Ierusalem p octo horas. s. per cētum viginti gradus esset iam illis nox per duas horas antequā inciperet fieri ista retrocessio, & retrocederet sol per duas horas antequam videretur ab eis: & tunc veniret ad horizontem occidentalem ipsorum, & eleuaretur per tres horas sup terram versus meridianum, & rursus mergeretur. Terra autem illa, quæ distaret per duodecim horas à Ierusalem, quæ est medietas cęli, & habitabilis nō est, non videret aliquid de ista retrogradatione, cum sol solum retrocederet per quinq; horas: & ad hoc, ꝙ videretur ibi saltem modicum super horizōtem occidentalem oportebat, ꝙ retrocederet aliquid vltra sex horas. In regionibus autem occidentalibus: si aliqua distaret per sex horas dicendum, ꝙ ibi non

Idē poteris dicere de ecclipsi solis tēpore passionis Christi, & de statione solis tpe Iosuę.

F appareret manifestè ista retrogradatio: quia quando esset sol in meridiano Ierusalem esset ibi in puncto orizontis orientalis: ideo cum tunc deberet incipere dies, mergeretur sol sub orizontem, & non esset dies vsq; ad decem horas, quibus finiretur retrocessio, & reuersio solis. In regionibus autem occidentalibus, quæ distant à Ierusalem per tres horas integras sicut est Toletum, vel Salamantica, quæ distat per tres horas, & ferè septimam, esset alia diuersitas, scilicet, quia quando esset sol in meridiano Ierusalē esset hora tertia diei, & inciperet retrocedere sol, & appareret per tres horas retrocedens, quousq; mergeretur sub horizontem, & tunc retrocederet per alias duas horas, & rediret p totidem, & in istis qua-
G tuor horis esset nox: & sic esset vna dies trium horarum, & nox sequens quatuor horarū, & dies sequēs duodecim, vel plurium iuxta cursum naturalē consuetum. Habitis istis possumus de qualibet alia terra considerare quid ibi acciderit de diuersitate diei, & noctis, scita longitudine meridiani terræ illius à meridiano Ierusalem per habitudinem circulorum, qui sunt horizontes diuersarum terrarum se intersecantes.

An iste dies fuerit maior quàm dies, in quo stetit sol tempore Iosue. Quaestio XXVII.

QVAERETVR vlterius de magnitudine diei
H istius, in quo sol retrocessit, scilicet, an fuerit maior, quàm dies, in quo stetit sol tempore Iosue. Respondendum, quòd Dionysius in epistola ad Policarpum vult, ꝙ dies iste fuerit maior, quàm dies Iosue: quia dies iste fuit quasi triplicatus, & dies sub Iosue fuit duplicatus: nam vult, quòd iste dies habuerit triginta duas horas, scilicet, duodecim horas cursus sui naturalis, & viginti horas retrocedendo, & redeundo: nam dicitur hic, quòd retrocessit p decem lineas, & quælibet iudicatur vna hora, & sic fuerunt decem eundo, & decem redeundo. Sed ista positio quanquam sit viri clarissimi, tamen nō videtur probabilis, & est contra literam: nam ipse ponit retrocessisse solem per decem horas: necesse est tamē
I retrocessionem istam fuisse totam apparentem super terram cum vmbra retrocederet in horologio, quod non fieret sole existente sub horizonte: & tamen dicitur in litera, quòd Ezechias eligeret, an vellet, quòd sol retrocederet decem lineis, vel ascenderet totidem in horologio: & sic eo tēpore, quo Ezechias elegit retrocessionem potuerat eligere ascensionem, & tamen vtraque apparere debebat in horologio, vt litera dicit. Istud tamen est impossibile: quia tunc necesse esset, quòd in quocunque loco cęli esset sol distaret ab horizonte orientali, saltem decem horis, & ab horizonte occidentali totidem, & sic haberet dies illa naturaliter viginti horas, quod
K impossibile est accidere in tertio climate, vel principio quarti, vbi est Ierusalem: quia ad plus dies potest habere horas quatuordecim, & ita concedit Dionysius, quòd dies ille naturaliter esset horarum duodecim, sed retrocessio non poterat esse ad plus decem horarum in eundo, & redeundo, ideo secundū positionem Dionysij essent horæ viginti duæ in die illa, & tamen ipse concedit fuisse viginti quatuor horas in die Iosue, ideo maior esset. Nicolaus autem, & alij ponunt, ꝙ esset maior dies sub Iosue, & ad positionē Dionysij dicūt, ꝙ istę decē lineæ nō faciebāt decē horas, sed quinq;: & sic dies ille solū cresceret horis decem, & nō viginti, vt vult Dionysius, & sic esset dies viginti duarū horarū. Dicit tñ Nicolaus, ꝙ dies sub Iosue fuit horarū triginta sex, quia ille dies fuit

fuit duplicatus: & tamen ille dies naturaliter erat decem,& octo horarum, cum esset in solsticio æstiuali, & sic duplicatus haberet horas triginta sex. Sed hoc non stat,cum præsupponat Nicolaus diem aliquem posse esse in terra Chanaan horarum decē, & octo, quia dies maximus potest pertingere solū ad horas quatuordecim, ideo dies sub Iosue ad plus poterat esse horarum viginti octo. Alij autē dicūt, q̄ illæ lineæ, quæ erant in horologio continebant singulas horas, & durauit sol retrocedendo decem horis,& tamen redijt ad priorem locum in instanti, & sic fuit dies augmentatus super cursum naturalē decem horis. Sed ista positio non stat propter supra dicta, scilicet, quia non posset tunc Ezechias eligere,q̄ umbra descenderet, vel retrocederet in horologio,quia si posset retrocedere decem horis versus orientem, nō posset ire versus occidentem,nisi per duas horas, aut parum plus,quin occideret:& tamē retrocessio, vel ascensio vmbræ apparere debebat in horologio, ergo non poterat decem horis retrocedere,& illę decem lineæ non significabant decē horas,sed quinque. Dicendum ergo,q̄ dies sub Iosue fuit quasi duplicatus: dies autem sub Ezechia habuit decem horas super cursum solitum, & tamen non apparet ex hoc quis fuit maior dies. Si enim ambo dies fuissent in eodem tempore æquinoctij, vel solsticij, dicemus q̄ maior esset dies sub Iosue, vt pote tempore Iosue,si esset solsticium æstiuale, esset dies quatuordecim horarum & cum duplicaretur, esset vigintiocto: si autem dies sub Ezechia fuisset,tunc esset viginti quatuor horarum, scilicet, quatuordecim horarum secundum cursum naturalem, & decem horarum insuper augmentatarum. Si autem ambo essent tempore æquinoctij esset dies duodecim horarum, & cum duplaretur esset viginti quatuor, & sic esset sub Iosue. Et dies sub Ezechia esset viginti duarum horarū, scilicet, duodecim naturalium,& decem augmentarum. Sic etiam si esset dies hyemis,nam poterat tuc esse æqualis dies sub Iosue, & sub Ezechia, ut pote si esset in tēpore illo, in quo dies sunt decem horarum: nam tunc dies sub Iosue esset uiginti horarū, quia esset duplatus,& dies sub Ezechia esset totidem, scilicet,decem horarum naturalium,& decem horarum augmētatarum in retrocessione. Si tamen dicamus,q̄ fuerunt in diuersis tēporibus, poterit esse dies sub Iosue maior, quā dies sub Ezechia,& è cōtrario. De primo patet,quia si esset dies sub Iosue in solsticio æstiuali esset vigintiocto horarū:& si esset dies Ezechiæ in hyeme poterat esse viginti horarum,vt dictum est. De scundo patet,quia si esset dies Iosue in hyeme,quando sunt dies decem horarum esset uiginti horarum, & dies Ezechię si esset in solsticio æstiuali esset uiginti quatuor horarum,scilicet, quatuordecim naturalium, & decem augmentatarum,& excederet in quatuor horis. Ideo poterant esse isti dies æquales, vel poterat quilibet eorum esse maior alio. Dicendum tamen,quòd dies sub Iosue fuit maior, quod patet in duobus. Primò, quia Iosue 10. dicitur, quòd non fuit ante,nec post tam longa dies,ergo dies Ezechię non fuit tam longa. Secundò patet,quia dies sub Iosue fuit prope solsticium æstiuale, & sic esset vigintiocto horarum, uel quasi: & tamen dies sub Ezechia dato quòd esset in solsticio nō poterat esse maior, quàm vigintiquatuor horarum, scilicet, quatuordecim naturalium, & decem augmētatarum, ergo maior fuit sub Iosue. Quòd autem illa fuerit non longè à solsticio æstiuali, declaratum est Iosue decimo.

Responsio auctoris verissima.

Dies sub Iosue fuit maior.

A *An esset facile, vt dixit Ezechias, vmbram descendere. Quæstio XXVIII.*

QVAERETVR vlterius, quomodo dixit hic, Ezechias, q̄ facile erat vmbram descendere decem lineis,ideo nolebat,q̄ descenderet,sed q̄ retrocederet. Nam si facile erat,non erat aliquod miraculum: non erat tamen verisimile, q̄ proponeret Isaias Ezechiæ aliquid, quod non esset miraculum in signum sanitatis sibi conferendæ. Respondendū, q̄ non erat facile umbram descēdere decem lineis, sed miraculum magnū:& tamen diuersitas est, quia non intellexit Ezechias descensionem vmbræ, sicut accepit Isaias. Intellexit enim Ezechihas retrocessionem propriè descensionem autem vmbræ putauit,q̄ sol descenderet versus occasum,& sic descē
B deret umbra per lineas:& quia quotidie fiebat istud, q̄ sol inclinaretur ad occidentem, dixit Ezechias, facile esse descendere vmbram. Isaias autem aliter intellexit,scilicet, q̄ umbra descenderet,idest,transiret sol versus occidentem subitò per arcum quinq; horarum,quæ faciunt decem lineas vmbræ, & hoc siue videretur in transitu illo, siue non: & istud erat miraculum magnum, sicut retrocessio, ideo posuit Isaias electionem de retrocessione, vel descensione umbræ, non intellexit autem Ezechias, quia facile erat putare quomodo retrocederet sol, sed difficile erat intelligere istam descensionem ad hoc, quòd esset miraculum, nisi declaretur; ideo putauit eam
C non esse miraculum.

Quare Deus magis nunc fecit istud miraculum, quàm aliud. Quæstio XXIX.

QVAERETVR ulterius, quare potius Deus dedit istud miraculum nunc in signum sanitatis Ezechiæ, quàm aliud. Respondendum, q̄ sufficiebat, q̄ Deus ostenderet quodcunque signum,q̄d esset verè miraculum: uoluit tamen ostendere potius in cęlo,quàm in alia re ad ostendendum magnitudinem gloriæ suæ:quia si fieret miraculum in terra, uel in aqua, aut in alia re, non esset manifestum per totum orbem, sed solum in Ierusalem, ubi fieret,miraculum autem,quod fieret in cœlo:esset no
D tum in omni terra, quia omnes gentes uiderent solē retrocedere: & sic appareret magis potestas Dei, quàm aliàs. Et propter hoc Deus uoluit hoc ostendere potius in sole, quàm in luna, uel alijs planetis, aut stellis fixis, quia non est aliquod astrum ita notum, sicut sol faciens diem, & noctem per motum suum, ideo quanquam retrocederet luna, uel alia astra,non proficeret tantum,quia uel fieret per diē, aut per noctem:si per diem,non appareret illa retrocessio,cum tunc non uideantur astra:si autem fieret per noctē multi non considerarent, & sic non esset miraculum notum: Deus tamen faciebat ad notificandum,ideo debuit facere in sole. Sciendum autē, q̄ à multis diebus Deus uolebat facere istud miracu
E lum ad ostendendum gloriam suam. Ideo tempore Achaz uoluit illud ostendere,nam Isaias solicitauit Achaz,ut peteret istud signum dicēs: pete tibi signū à Domino Deo tuo,siue in infernum deorsum,siue in excelsum supra Isa. 7. signum tamē, quod fieri deberet in excelso,esset in retrocessione solis, uel statione,aut descensione umbræ.

Quod esset maius miraculum solem stare, aut retrocedere. Quæstio XXX.

QVAERETVR ulterius, quod erat maius miraculum solem stare, aut retrocedere, aut præcedere descendente subito umbra in horologio.

Respon-

Miraculũ tripliciter accipitur, & quomodo vnum dicitũ maius alio.

Respondendum, ꝙ miraculum potest accipi tripliciter, quantum ad præsens. Vno modo, ꝙ secundũ cursum naturæ insolitum est: alio modo pro eo, ꝙ per nullam potentiam fieri potest nisi per diuinam. Alio modo pro eo, ꝙ fieri potest à minori potẽtia, quàm diuina, & tamen cum magna difficultate. Primo modo dicendum, quod quodlibet istorum erat miraculum: nam stare solem erat insolitum, & contra cursum naturę, ideo erat miraculum, retrocedere etiam insolitum erat, & miraculum. Descendere etiam vmbram subito insolitum erat, et tamẽ statio solis erat minus miraculosa, quia semel illa fuerat, scilicet, tempore Iosue, & tamen retrocessio nunquam fuerat, nec transitus subitaneus solis. Secundo modo accipiẽdo nullum istorum erat miraculum, quia poterant fieri à potentia minori potentia diuina. Nam statio solis fieret per hoc, quòd Angeli mouentes cœlos cessarent: retrocessio autẽ fieret, si Angeli mouentes mouerent in partẽ contrariam, descẽsio autem subitanea solis fieret si Angeli mouentes mouerent velocius, quàm prius, & ad nullum istorum requirebatur potentia infinita, quia infinita potentia moueret in instanti, quod esset contra naturam motus. Tertio modo accipiendo aliqua istorum sunt maiora alijs: nam statio solis nullum miraculum est, quia nulla potentia requiritur ad hoc, ꝙ sol, aut quodlibet cęlum stet, sed solũ, ꝙ motores desinant mouere: cessare tamen à motu non est actus, sed priuatio, ideo non est virtus aliqua necessaria ad cessandũ motum cęli. Vnde licet motum cœli dicamus esse naturalem, tamẽ mirabilius est, ꝙ cęlum moueatur, quàm ꝙ stet, quia cœlum mouetur per potentiam impulsiuam Angelorum mouentium: & tamen ad hoc, ꝙ non moueatur solum requiritur, ꝙ illi desinant mouere: apparuit tamen tempore Iosue statio solis esse miraculum, eo ꝙ fuit contra solitum cursum naturæ, & non poterat fieri sine speciali mandato Dei ad Angelos mouentes. Retrocessio autem solis non est aliquid admirandum, nisi in quantum est insolita, quia non requiritur maior virtus ad hoc, ꝙ sol retrocedat, quã ad hoc, ꝙ moueatur ab oriente in occidentem. Nã cœlum cum sit formę sphæricæ æqualiter mobile est versus quancunque partem: nam potest esse motus ab Oriente in Occidentem, vel ab Occidente in Orientem, vel à Meridie in Septentrionem, vel à Septentrione in Meridiem. Et eadem potentia, quæ potest mouere cœlum ab Oriente in Occidentem, posset mouere à Septentrione in Meridiem: quod patet, quia non est cœlum maioris difficultatis in motu ab vna parte, quàm ab alia propter simplicitatem figuræ sphæricæ, & vniformitatem naturæ, scilicet, quia non est vna pars corporis cœlestis grauior, vel leuior, quàm alia: nec valet obiectio de polis, scilicet, ꝙ non posset moueri à Septentrione in meridiem, quia sunt ibi poli immobiles. Nam poli non sunt aliquę partes cęli repugnantes motui: sed sunt duo puncta signata in extremitate vnius lineę, & dicuntur esse in Meridie, & Septentrione, quia motus est ab Oriente in Occidentem: si tamen esset motus à Septẽtrione in Meridiẽ, essent poli in Oriẽte, & Occidente. Non est ergo maior difficultas moueri solem ab Occidente in Orientem, quod est retrocedere, quàm ab Oriente in Occidentem, quod est directè ꝓcedere. Immo si attẽdamus directè maioris potestatis est moueri solem ab Oriente in Occidentem, quàm ab Occidente in Oriẽtem, quia ad hoc, ꝙ moueantur ab Oriente in Occidẽtem requirũtur duo motus, scilicet, vnus motus naturalis solis, qui fit ab Occidente in Orientem ab vno Angelo mouente corpus solis cum suo ecentrico differente, & alius motus primi mobilis, quo rapiat cœlum solis cum alijs cœlis ab Oriente in Occidentẽ. Ad hoc autem, ꝙ moueatur ab Occidente in Orientem solum requiritur primus motus istorum, & cessabit motus primi mobilis. Ideo retrocessio non est mirabilis, nisi in quantum est insolita: & tamẽ quocunque modo se habeat mirabilior est, quàm statio, quia statio non requirit aliquam virtutem operantem, sed cessationem à motu: retrocessio autem requirit aliquam uirtutem motiuam. Transitus autẽ subitaneus solis ab Oriente ad Occidentem, siue descensio vmbræ requirit valde magnam potentiam, quia oportebat, ꝙ motus ille fieret quasi imperceptibiliter: & tamen sicut probat Aristoteles 12. Metaphisicæ, Angeli motores orbium sunt proportionati orbibus, & mouent eos in quanta uelocitate possunt, ita ꝙ si aliquis illorum Angelorum deberet mouere aliud cœlum maioris magnitudinis, nõ posset mouere illud in tanta volocitate, in quanta nunc mouet: & si deberet mouere aliud cœlum minoris magnitudinis moueret illud velocius, quã nunc mouet, & per hunc modum conseruatur vniformitas in motibus corporum cœlestium. Quòd ergo sol pertransiret quasi in ictu oculi id, quod pertransire debebat in quinque horis, requirebat potentiam motiuam plusquam millecuplo maiorem: & sic descensio umbræ esset ualde difficilis, & miraculosa plusquam statio, vel retrocessio, & tamen Ezechias non intellexit modum, ideo dixit facilè esse hoc, & petiuit retrocessionem tãquam difficiliorẽ.

F

G

H

Quis modus erat in motibus cęlestibus ad hoc, ut possit fieri transitus subitaneus solis. Quæstio XXXI.

QVAERETVR ulterius, quis modus erat ad faciendum ista, scilicet, retrocessionem, vel trãsitum subitaneum solis. Dicendum, ꝙ non esset idẽ modus pro vtroque, & tamen quidquid istorum fieret, non esset à Deo mouẽte, sed ab angelis, qui nũc mouent orbes, si enim quæramus, quomodo fieret transitus subitanæus solis ad occidentem, dicendũ ꝙ poterat fieri dupliciter: vno modo per motum primi mobilis solius: alio modo per motum solius ecentrici solis. Primo modo deberemus dicere, ꝙ sicut sol nunc mouetur naturaliter ab occidente in orientem à quodam Angelo mouente illum cum excentrico suo: & tamen rapitur ab Oriente ad Occidentem motu primi mobilis, ita tunc moueretur ab Occidente in Orientem, & tamẽ raperetur à primo mobili ab Oriente ad Occidentem. Considerãdum tamen, ꝙ proportio velocitatis motus naturalis solis ad motum suum raptus est, nunc quasi trecẽtecupla sexagecupla, quia quotidie mouetur sol ab Occidente in Orientem ferè uno gradu motu naturali, & interim rapitur à primo mobili ab Oriente vsq; ad Orientem iterũ una rotatione perfecta, quę est trecentorum sexaginta graduum. Tunc tamen si moueretur sol per arcum quinque horarum, qua si in ictu oculi versus Occidẽtem, oporteret, ꝙ proportio illius velocitatis ad istam esset plusquam millecupla: & tamen nunc est trecentecupla sexagecupla: ideo tunc esset proportio uelocitatis motus raptus ad motum naturalẽ, quasi innumerabilis: ideo necesse erat, ꝙ ad minus Angelus mouens primum mobile esset tũc maioris virtutis, quàm nunc, saltẽ millecuplo: & ad hoc necesse erat, ꝙ ponerẽtur mille Angeli, vel plures simul cum isto, qui nunc mouet primum mobile ad mouendum illud in tanta velocitate, ut sic posset rapere solem.

I

K

Secundus

Secundus modus est, ꝙ ponamus motum primi mobilis cessasse tunc, & ꝙ ille Angelus, qui nũc mouet solem cum suo excentrico ab Occidente in Orientem moueret illum tũc ab Oriente in Occidentem. Et non est inconueniens, ꝙ idem Angelus moueret idem corpus cœleste diuersis tẽporibus ad diuersas positiones, quia non repugnat hoc ex natura cęli, cũ sit figuræ sphęricæ, & ad quancũq; partẽ potest moueri, nec repugnat ex parte motoris, qa Angelus est ens intellectuale, & nõ est determinatus ad vnũ, sicut potentiæ naturales irrationales, quæ sunt ad vnũ: sed potest velle opposita, & cõsequenter poterit operari ad illa: & tũc ille Angelus moueret solẽ ab Oriente versus Occidentẽ: Et tñ manet adhuc difficultas. s. quomodo posset quasi subito mouere solẽ per arcũ quinq; horarũ. Ad hoc potest dici dupliciter, vno modo, ꝙ ille Angelus haberet virtutẽ ad mouendũ tã velociter, & tamẽ nunc nõ mouet, nisi per vnũ gradũ in vna die, eò ꝙ impedit̃ maximè motu primi mobilis rapiẽtis in contrariũ, qui est velocissimus motus: & tamen tũc cessaret motus primi mobilis, & non impediret̃ motus Angeli mouẽtis solẽ, & posset mouere in magna velocitate. Secũdus modus est, ꝙ moueret̃ cęlum istud simul à multis Angelis, vt si moueret̃ à mille Angelis, quia tunc moueret̃ in velocitate millecuplo maiori, & iste modus est ꝓbabilior: quia non est omnino verisimile, ꝙ vnus Angelus, q prius mouebat solẽ in parua velocitate, cũ impediebat̃, dato ꝙ nũc non impediret̃, moueret in velocitate plusquam millecuplo maiori.

Qualiter facta est retrogradatio, & quis fuit modus in motibus cęli. Quęstio XXXII.

QVAERETVR de secundo, cum nunc facta fuerit retrogradatio, qualiter facta est. Respondendũ, ꝙ poterat fieri dupliciter, sicut dicebatur de motu subitaneo præcedenti quæstione: vno modo potest dici, ꝙ facta est per motũ primi mobilis: alio modo, ꝙ facta est solũ motu Angeli mouẽtis cœlũ solis naturaliter. Primo modo dicendũ, ꝙ mouebat̃ tũc primũ mobile, sicut primus, & tñ contrario motu: nã prius mouebat̃ ab Oriente in Occidentẽ, tũc aũt moueret̃ ab Occidẽte in Orientẽ: & hoc, qa Angelus, q mouebat primũ mobile, ita poterat mouere ab Occidente in Orientẽ, sicut ab Oriẽte in Occidentẽ pp vniformẽ figurã cęli, & tñ tunc oportet dici, ꝙ mouerent̃ oẽs cęli medij ab Occidẽte in Oriẽtẽ: nã virtus rapiendi secũ alios cęlos, quæ deriuat̃ à primo mobili nõ potest deriuari, nisi per cõtinuũ: si ergo alij cęli, q sunt propinquiores primo mobili, quã cęlum solis, non raperent̃ ab ipso ab occidente contra Orientẽ, non posset rapi cęlũ solis cum non posset deriuari virtus sine medio, & esset tũc similis motus omnium cęlorum contra Orientẽ, sicut nũc est cõtra Occidẽtẽ: & sic motus naturalis, & motus raptus essent idem numero, & tunc necesse erat, ꝙ primum mobile non solum moueretur ab illo Angelo, à quo nunc mouetur, sed etiam à multis alijs simul ad hoc, ꝙ possent mouere cęlum illud in tanta velocitate. Secundo modo potest dici, ꝙ Angelus mouens cœlum solis moueret illud motu naturali ab Occidente in Orientem, & non raperetur à primo mobili, & tunc necesse est, ꝙ Angelus mouens solem, non esset unicus, sed multi simul, qui possent mouere in tãta uelocitate: & tũc potest dici, ꝙ simul cũ cęlo solis mouerentur alij cęli planetarũ, & stellarũ istarum contra Orientẽ, vel ꝙ non mouerent̃, sed manerẽt omnes cęli immobiles præter cęlũ solis, qđ moueretur ab Occidente in Orientẽ. Primus

A aũt modus istorũ duorũ melior est. s. ꝙ oẽs cęli mouerent̃ cõtra Orientẽ, sicut declarabit̃ sequẽti qõne.

An sol potuit concordare in motibus suis cum aliis planetis secundum Astrologos, & an, retrocedente sole, omnes alii cęli retrocesserint. Quæstio XXXIII.

QVAERETVR vlterius, quomodo potuit sol concordare in motibus suis cum alijs planetis secundum tabulas diuersarũ ærarum; & videtur, ꝙ sit impossibile, quia in illa retrocessione sol debuit necessariò deuiare à motu aliorum planetarum. Pro quo considerandum, ꝙ singulæ æræ de famosis in astrologia habent tabulas suas pro medijs moti-
B bus planetarum incipiendo à principio illius æræ: & ideo in quibuslibet ęris ponuntur radices motuũ planetarum, vt patet in tabulis regis Alfonsi; & in quibuslibet alijs. Ante Ezechiam autem non præcesserat nisi vna æra de famosis, scilicet, æra diluuij, cuius radix ponitur in tabulis regis Alfonsi: & computando secundum illam æram deberet reperiri error in motu solis comparando ad motum aliorũ planetarũ: quia in sole fuit retrocessio, & in alijs nõ: & tamen non reperitur: quia computando à principio æræ diluuij per radicẽ suam cõcordabit motus planetarum cũ æra Christi, ita vt si inquiramus medium motũ solis, & aliorum planetarum pro hodie secundum tabulas æræ diluuij, & tabulas æræ Chri-
C sti, reperiretur idem locus planetarum, & tamen nõ deberet reperiri idem: quia sol retrocessit die Ezechiæ, & post illum diem non habuit talem habitudinem ad alios planetas, qualem prius habebat.

Respondendum, ꝙ debet dici omnes cęlos tunc motos fuisse ab Occidente in Oriẽtem, sicut motus est sol: & tamen de primo mobili nõ est necesse hoc dici. Patet istud, quia in primo mobili non est aliqua stella, per quã cognoscamus ipsum, & sciamus quæ pars oritur, & quæ pars occidit, ideo siue mutetur, siue non. Non apparet in eo aliqua diuersitas. Videt̃ ergo magis dicendũ, ꝙ non motũ fuerit tunc cõtra Occidentẽ, sicut moueri solet, nec contra Orientẽ, sed ꝙ quieuerit: quia motus eius est ad rapiendũ om-
D nes alios cęlos ab Oriente versus Occidentem contra motũ suum naturalem, & tamen nunc non mouebantur ab Oriente in Occidentem, sed potius ab Oriente in Occidentem: ergo non erat necessarius motus eius, vel si aliquo modo mouebatur, moueretur ab Occidente in Orientem, sicut mouebantur alij cęli. Quod autem mouerentur alij sic, patet: quia aliàs totus ordo cęlestis perturbaretur: nã si in illis decẽ horis, quibus retrocessit mouebãtur alia astra ab Oriente contra Occidentem, illa quæ essent in coniunctione cum sole, essent in sequẽti nocte quasi in oppositione cum ipso, ex eo, ꝙ distarent ab ipso quasi per medium cęli: nam ista retrocessio durauit decẽ horis, & in horis duodecim oritur media pars cęli, scilicet, duodecim signa, eo ꝙ in uiginti qua-
E tuor horis oritur totum cœlũ una rotatione perfecta: & sic si in nocte præterita fuerat coniunctio lunæ esset in sequẽti nocte quasi plenilunium, cum distaret luna à sole quasi per diametrum cęli, & si præcedenti nocte fuerat plenilunium ipsa nocte intraret luna sub radios solis, & efficeretur nouilunium, & ista erat deordinatio cęli. Eodem modo si Mars Saturnus, & Iuppiter essent tunc in cõiunctione cũ sole, & essent in superiori parte sui epicicli sequenti nocte essent in oppositione, vel quasi, & tamen essent in superiori parte epicicli, & istud est cõtra omnem positionem astrologicã, & positionem necessariam: quia quandocunque isti tres planetę sunt in con-

coniuntione cum sole sunt in auge suorum epiciclorum, & cum sunt in oppositione sunt in opposito augis epiciclorum. Item sequeretur tertium incōueniēs, scilicet, ꝙ medius motus veneris, & Mercurij differrent à motu solis medio: & tamen secundum positionem necessariam Ptolomæi in Almagesti, & omnium astrologorum medius motus solis Veneris, & Mercurij sunt semper idem. Quòd autē essent tunc diuersi, patet: quia mouerentur planetæ illi cum zodiaco, & solus sol retrocederet, & toto il lo tempore quo retrocederet redirēt illi planetæ à sole, & sic differrent medij motus ipsorum, & consequenter non possent postea redire ad idem, quia isti tres medij motus sunt æquales, ideo si aliquādo distant per aliquantū spacium in æternum sic distabunt. Quartum inconueniens est, quia tunc sequeretur ꝙ si sol nūc esset in aliquo signo, antequam in ciperet retrocedere, ꝙ finita retrocessione esset in alio signo multum distanti, vt si retrocessio duraret sex horis, esset distantia solis à priori loco per sex signa, & quia fuit duratio per quinque horas esset sol in quinto signo à loco priori: vt pote si quando cæpit retrocedere esset in ariete finita retrocessione esset in virgine, & sic trāsiret sol illa quinque signa in quinque horis, quę alias transiturus erat in quinque mēsibus, & hoc est inconueniens. Quintū inconueniēs est, quia subito fieret de vere autūnus, vt pote, si esset sol tūc in ariete esset principium veris, & finita retrocessione esset in uirgine, & sic esset finis æstatis, & principium autumni. Sextum inconueniens est, quia sol necessariò exiret eclipticam, & consequenter nūquam rediret ad illā. Patet hoc, quia si in principio retrocessionis sol esset in ariete in fine retrocessionis esset in quinto signo ab ipso, & tamē duo puncta Zodiaci distantia per quinque signa impossibile est distare æqualiter ab æquinoctiali, sed primū, & septimum declinant æqualiter, vel duo puncta æquidistantia à capitibus solsticiorū, ideo si nūc esset sol in principio arietis, esset in æquinoctiali, & post quinque horas finita retrocessione, esset in principio virginis, & tamen principium virginis distat plusquam vndecim gradibus ab æquinoctiali, ergo cum sol ante retrogradationem esset sub ecliptica finita retrogradatione non esset sub illa. Et tunc nūquam posset redire ad eclipticam, sed intersecaret semper eclipticam faciendo caput, & caudam draconis, sicut cæteri planetæ, & omnia ista sunt absurda, & multa alia, quæ sequerentur: ideo non potest dici, ꝙ dum retrocedebat sol mouebantur reliqui cęli cum stellis suis versus occidentem. Nunc autē manet duplex modus s. ꝙ cęli omnes starent, dū sol retrocedebat p quinq; horas, & dū redibat per alias quinq;, & tunc nō sequebātur inconueniētia super assignata: quia licet eo tempore, quo fiebat retrocessio, sol distaret ab alijs planetis, & esset quędam deordinatio, tamen finita retrogradatione, & reuersione sol redijt ad habitudinem, quam prius tenebat cum alijs planetis: & sic nō fuit postea aliquis error in habitudine eorum: & tamen adhuc manet inconueniens, scilicet, quia tunc sol pertransiuit aliquid de Zodiaco motu naturali, & nihil pertrāsiuerunt alij planetæ, ideo esset differentia, & error in motu solis quantū potest sol moueri p decē horas in Zodiaco. Dicendum ergo alio modo, scilicet, ꝙ omnes cœli moti sunt ab Occidente in Orientem cum ipso sole in velocitate æquali cum ipso, & tunc mansit semper eadem habitudo, & nihil magis potuit moueri sol in Zodiaco, quàm cæteri planetæ proportionaliter: & isto modo factum est, quando Deus fecit stare solem tempore Iosue: nā non solū sol stetit, sed F etiā cætera astra: luna nāq; stetit, vt patet Iosue. 10. cum dixit Iosue sol contra Gabaon ne mouearis, & luna contra vallē Aialon, steteruntq; sol, & luna: & tamē statio lunæ non erat necessaria, sed stetit ipsa, quia etiā stabant cætera astra, vt declaratū est ibidē.

Tabula solis quomodo potest esse sine errore considerando per radicem diluuii. Quæstio XXXIIII.

QVAERETVR vlterius, quomodo potest sine errore esse tabula solis cōsiderando per radicem diluuij: nam accipiendo omnes annos, & dies à diluuio vsque huc, sicut cōtinetur in tabulis, & dā do vnicuiq; suum medium motum deberet esse error. s. per quantitatem decem horarū, quia istis decē G horis fuit sol retrocedēdo, & fuit dies maior, quā esse debebat, & tamen nos computamus omnes dies æquales, ergo deberet esse medius motus solis per il lam tabulam minor decem horis, quàm est per alias tabulas, cum per tabulas diluuij non superaddātur illę decē horæ ad annos, & menses, & dies. Respondendū, ꝙ si moueretur sol contra orientē, & omnes alij cęli contra occidentē sequeretur non solū istud inconueniens, sed etiam multa alia, quæ posita sunt præcedēti quæstione, & tū ibi probatū est, ꝙ nō mouebant tunc cęli cōtra occidentē. Si autē dicamus, ꝙ omnes alij cęli manebant immobiles quousq; sol redijt ad punctum, de quo inceperat retrocedere se- H quetur etiam inconueniens. s. ꝙ saltem quinque horæ, qbus sol redijt postquā desijt retrocedere superabundēt ad motū, qui reperit in tabulis: nā motus, quē faciebat sol, dum ibat ab occidente in orietem per quinque horas non faciebat diuersitatem, eo ꝙ tunc non mouebatur simul motu naturali, & motu raptus, sed postea in reuersione mouebatur simul motu naturali, & raptus, ideo in illis sex horis adderet super motū suum, quem prius habebat in Zodiaco. Dicendum, ꝙ non secutum fuit aliquod incōueniens, quia omnes cęli retrocesserunt cū sole, & redierunt cum eo, ideo in eodem pūcto Zodiaci, in quo tunc erat sol, fuit postea, & nō fuit aliquis error. Et non solū propter illud paucum tempus non I fuit secutus error, sed etiā si multoties fuisset facta retrocessio solis, & duraret dies triginta horis, vel plus non esset error: nam toto illo tempore nō mutarent planetæ loca sua in comparatione sui ipsorum adinuicem, & in comparatione eorum ad Zodiacum: sicut ergo, stante sole tempore Iosue, stetit totum cęlum, & non fuit secutum aliquod inconuenies: ita sub Ezechia retroced ente sole, retrocesserunt omnes cęli, & non potuit esse error in cōputatione Astrologorū, nec ēt in uariatione tēporis.

In tempore. Hic ponitur secundum principale huius c. scilicet: ex sanitate præstita Ezechiæ insurgens elatio, & diuiditur in duo: quia primò ponitur Ezechię elatio. secūdò elationis eius ab Isaia increpatio, K ibi. *Venit autem Isaias.* Circa primum dicitur. *In tempore illo misit Erodach Baladan filius Baladan.* Scilicet, in tempore, in quo ęgrotauit Ezechias, & in quo facta est retrocessio solis sanato illo: & uocabatur Merodach iste rex Babylonis: Baladan verò erat pronomen suum, vel cognomen, & uocabatur filius Baladan, ut denotetur origo sua. *Rex Babyloniorum.* Terra Babylonis erat sub potestate Asyriorum, & tamen nunc rex Babylonis recessit à rege Asyriorum. Hoc patet, quia Salmanasar rex Syriæ, qui trāstulit decem tribus de Samaria transtulit de Babylone gentem magnam ad habitandū in Samaria. sup. 17. Et tamē hoc nō potuisset, nisi Babylonij esset ei subiecti. Quòd autē nunc recessérint Babylonij à rege As-

ge Assyriorum, dicit Iosephus 10. Antiqui. & infra declarabitur. *Literas, & munera ad Ezechiam.* Scilicet, misit ei literas, in quibus significabat ei intentionē suam, & misit munera ad alliciendum eum. Sed Isa. 39. dicitur: Misit rex Babylonis libros, & munera ad Ezechiā: & idem est, quia cartulæ vocantur libri, & quæcunq; scriptura quantuncunq; parua vocatur liber. Sic enim petitiones, quæ fiunt in iudicio, quia in scriptis porriguntur, libelli appellantur. i. parui libri. *Audierat enim, quòd ægrotasset Ezechias.* Scilicet, rex Babylonis audierat ægrotasse Ezechiam, ideo misit ei munera, & literas ad consulendum ipsum. *Lætatus est autem in aduentu eorum Ezechias.* Scilicet, in aduentu nunciorum regis Babylonis lætatus est valde Ezechias, & ista lætitia fuit ex quadam elatione, scilicet, quia credidit se valde honorabilem, eo quòd rex Babylonis, qui erat potens, faceret mentionem magnam de ipso mittendo ei literas, & munera de terra, tam longinqua, sed Isa. 39. dicitur: audierat rex Babylonis, quòd ægrotasset Ezechias, & conualuisset. Et sic apparet, quòd mittebat ista munera postquam audiuit de sanitate eius, & non misit ad consolandum eum in ægritudine: quia non potuit scire de ægritudine eius antequā sanaretur, cum paucis diebus ægritudo durauerit. *Et ostendit eis domum aromatum.* Scilicet, Ezechias ostendit istis nuncijs regis Babylonis domum suam, in qua habebat aromata, & fortè ista erat domus saltus Libani, quam fecerat Salomon, quæ in parte inferiori erat lapidea, & frigida ad conseruandum aromata: in parte autem superiori erat lignea & calida ad conseruationē armorum, vel saltem sicca, vt declaratum est præcedēti lib. c. 7. de qua infra dicetur in quadam quęstione. *Et aurum, & argentum.* s. omne aurū, & argentum, qđ habebat in thesauris suis, vt in litera dicitur. *Et pigmenta varia, vnguenta quoque.* Pigmenta vocant species aromaticę siccę, quæ pertinent ad odorē, & ad cōdimenta saporū: vnguēta autē sunt humida mixta ex liquidis, & siccis, & ptinēt ad declarationē tactus: et ambo ista continent nomine aromatū, & seruabant in domo aromatū. *Et domum vasorum suorum.* i. domū, in qua habebat thesauros auri, & argenti: & ista nō differūt à præcedētibus, sed sunt sicut exponēs, & expositū: nam cū dicitur, q ostēdit illis domū aromatū intelligitur, q ostendit domū vasorū, in qua erāt omnia vasa auri, & argenti. *Et omnia, quæ habere poterat in thesauris suis.* Accipitur largè thesaurus non solū pro auro, & argēto, sed etiā pro omnibus diuitijs, vnde aromata cōputantur hic inter thesauros. *Non fuit uerbum, quod non mostraret eis Ezechias.* Idest, non fuit aliqua res in tota domo sua, quam non mostraret Ezechias nuncijs regis Babylonis, & accipitur verbum pro re, sicut sæpè accipitur in scriptura. sup. 1. lib. ca 3. & sup. 2. lib. ca. 1. *In domo sua, & in omni potestate sua.* Præciosiora, quæ habebat Ezechias, erant in domo sua, & illa ostendit nuncijs regis Babylonis: alia autem erant extra domū suam, & tamen in potestate sua. s. in regno suo, & in illa etiā ostēdit. per qđ intelligit, q non solū ea, quæ habebat Ezechias, sed ēt oīa preciosa, quæ erāt in regno suo vbicūq; essēt ostendebat nuncijs istis: & per hoc dicit Ra. Sa. q ostēdit Ezechias eis tabulas lapideas, quæ erāt in arca fœderis, & vnctionē sacerdotum, & regum, & alia secreta, quæ erant in templo, quæ non licebat alicui videre maximè gentilibus, & per hoc incurrit iram Dei: sed istud falsum est, vt inf. dicetur. *Venit autē.* Hic ponitur secundū huius partis, & primò ponitur Isaiæ increpatio, secundò Ezechiæ humilis responsio, ibi. *Dixit Ezechias.* Circa primum dicitur. *Venit autem Isaias propheta ad regem Ezechiam.* Istud fuit postquam

A ostendit Ezechias nuncijs regis Babylonis omnia, quæ habebat. Et sciendum, q non uenit Isaias quasi casu, uel solum uoluntate sua, sed mandato Dei, qui misit eum ad increpandum Ezechiam, & prænunciandum ei mala, quod patet: quia cum uenit ad eū locutus est illico ex parte Dei. *Dixitque ei: quid dixerunt uiri isti?* Non quæsiuit hoc Isaias quasi nesciret, quia sciebat quid fecisset, & quid illi locuti fuissent: sed dicebat vt haberet respōsum Ezechiæ, & sic posset increpare eum. *Aut, unde uenerunt ad te.* Etiam istud sciebat, sed quæsiuit, ut cum responderet Ezechias, quòd venerant de Babylone diceret ei Isaias: filii tui, & diuitiæ tuæ portabuntur illuc. *Cui ait Ezechias: de terra longinqua uenerunt de Babylone.* Babylon erat ter-
B ra longinqua respectu Ierusalem, & est aliquantulum septentrionalis respectu eius, sed magis est oriētalis. *At ille respondit: quid uiderunt in domo tua?* Sciebat hoc Isaias: & tamen quæsiuit istud, ut cum responderet Ezechias, q uiderant omnia, quæ erant in domo sua, diceret Isaias, quòd omnia illa portarentur in Babylonem. *Ait Ezechias: omnia, quę sunt in domo mea uiderunt.* Ostenderat enim illis quidquid præciosum habere poterat, & non solum in domo sua, sed etiam in terra sua, cùm dicatur supra, quòd nihil fuit in domo sua, nec in potestate sua, quod non ostenderet eis. *Nihil est, quod non mostrauerim eis in thesauris meis.* Quasi dicat, non solum uiderunt res meas, sed etiam nihil fuit de meis, quod non uiderent, qđ
C fuit ex magno gaudio, aut elatione. *Dixit itaque Isaias Ezechiæ: audi sermonem Domini.* i. quia sic fecisti, & male fecisti, audi sententiam Domini cōtra te. *Ecce dies uenient.* Scilicet, in propinquo sunt quando uenient mala, quæ prænuncio tibi: nam fuit istud tempore Ioacin regis Iudæ, & Sedeciæ successoris eius, qui translati sunt in Babylonem cum populo suo. inf. 24. & 25. *Et auferentur omnia, quę sunt in domo tua.* Scilicet, omnes thesauri, qui sunt in domo tua auferentur ab extraneis, quod factum fuit per Nabuchodonosor, quando transtulit Ioacim in Babylonem, & Sedechiam successorem suum, & postea Nabuzardan princeps exercitus Nabuchodonosor transtulit omnia, quæ reperit in Ierusalem inf. 24. & 25.

Isaię increpatio.

D *Et quæ condiderunt patres tui vsque ad diem hanc.* Idest, omnes thesauri, quos condiderunt, idest, congregauerunt, siue reposuerunt patres tui reges Iuda, auferētur, & ducentur in Babylonem: nam nihil de diuitijs mansit in Ierusalem, nec de uiris diuitibus, sed solum uiri pauperes agricolæ, & unitores. inf. 25. *Non remanebit quicquam, ait Dominus.* Idest, sicut nunc viderunt omnia, quæ erant in domo tua, & nihil mansit, quod non uiderent: ita nihil manebit in domo tua, quod non auferatur, & ducatur in Babylonem: & non erat sic in alijs uicibus, quia quanquam auferetur aurum, & argentum, quod erat in domo Domini, & in domo regis, tamen manebat aliquid. Sic enim fuit, quando Ioas dedit regi Syriæ aurum,
E & argentum, qđ inueniri potuit in domo Domini, & in domo regis. 2. Paralip. 24. sic etiam Amasias dedit regi Israel aurum, & argētum, quod inuentū est in Ierusalem, quando ille duxit eum vinctū sup. 14. & 2. Paralip. 25. Idem fecit Achaz regi Assyriorum Salmanasar. sup. 16. Idem ipse Ezechias regis Senacherib. sup. 18. & tamen omnibus illis uicibus manebat aliquid, quod reges sibi retinerent, nunc autem nihil mansit. *Sed, & de filiis tuis, qui egredientur ex te, quos generabis, tollent.* Non solum fuerunt ablati thesauri Ezechiæ, & ducti in Babylonem, sed etiam filij sui ducti sunt illuc, & non intelligitur de filijs immediatis Ezechiæ: quia ipse non legitur habuisse, nisi vnicum filium, scilicet, Manassen, & iste non portatus

fuit

fuit illuc, sed intelligitur de nepotibus, & pro nepotibus: nam filij & nepotes Iosiæ ducti sunt illuc, scilicet, Ioacin rex, & Sedecias, & postea geniti sũt alij in Babylone de semine regio, scilicet, Salathiel, & Zorobabel: fuerunt etiam alij de semine regio, sicut Daniel, Ananias, Azarias, Misael, qui translati sunt in Babylonem Danielis, idest. *Et erunt eunuchi in palatio regis Babylonis.* Accipiuntur hic eunuchi largè: quia eunuchus dicitur homo castratus ad custodiam mulierum, & isti, qui erant de semine regio Ezechię nõ fuerunt castrati, quando ducti sunt in Babylonem, sed erant eunuchi, idest, principes multum appropinquantes regi: sic enim accipitur Esther, 1. vbi aliquando ipsi principes, qui sedebant apud reges, vocantur eunuchi, & huiusmodi fuit ipse rex Ioacin, qui in Babylone mansit, & fuit valde acceptus Euilmeradach filio Nabuchodonosor: nã in primo anno, quo cæpit regnare, eduxit eum de carcere, & posuit eum in throno regis, & fecit thronum suum excelsiorem thronis omnium regum, qui erant in Babylone. inf. 25. Neemias quoque fuit de genere regio, & fuit ualde acceptus regibus Babylonis: nam ipse erat unus de illis, qui assistebant regi & propter eum permissum est, quòd ędificaretur Ierusalem, vt patet Neemie. 1. & 2. Esdrę 3. & 4. Sic etiam fuit Daniel, & Azarias, Ananias, & Misael, vt patet Danielis. 1. & isti fuerunt verè eunuchi regis Babylonis: nam dicitur, ꝙ Nabuchodonosor iussit principi eunuchorũ suorũ, vt introduceret de filijs Israel de semine regio pueros, in quibus nulla esset macula, qui possent stare in palatio regis, & de his fuerunt Daniel, Misael, Azarias, Ananias. *Dixit Ezechias.* Hic ponitur Ezechiæ humilis responsio: nam quanquã Isaias mala prænunciasset ei ex parte Dei, tamen ipse humiliter respondit dicens: *Bonus est sermo Domini.* Grauis erat iste sermo Ezechiæ, quia prænunciabãtur ei mala sua: & tamen dixit: bonus est sermo Domini ex humilitate pacienter tolerans, ꝙ super eũ mala uenirẽt, & in hoc Ezechias meruit, & placauit sibi Dominum: nã Deus volebat mittere iram suã super eũ, & super populũ suum illo tẽpore: & quia Ezechias humiliatus est, non misit pro tunc, sed distulit vsq; ad tẽpora pronepotũ suorum, sic patet. 2. Paralip. 32 cũ dicitur, ꝙ Deus noluit mittere iram suã super Ezechiã, et Iudã: & tamen non misit tunc, quia humiliati sunt corã Domino. *Sit pax, & ueritas in diebus meis.* Idest, qa Deus uult, ꝙ istæ pęnæ veniãt, quæ ab eo prænũciatæ sunt bonus est sermo eius. i. iustus, ideo rogo, ꝙ in diebus meis fiat pax, & veritas i. non mittat ista mala super populũ in diebus meis, & postea mittat illa, quando uoluerit, & dicitur fiat pax. s. ꝙ non ueniant hostes super populum me uiuente. & fiat ueritas. s. obseruẽtur promissiones Dei ad me: nã Deus promiserat ei aliquo tẽpore, ꝙ prosperaret dies eius & uolebat Ezechias nunc, ꝙ seruarẽt ista promissio faciendo uera uerba Dei non mittendo hostes. *Reliqua autem sermonum Ezechiæ.* Idest, omnia alia gesta eius: nam uocantur res factæ uerba, ut patet supra in litera. s. non fuit uerbum, qđ nõ mostraret eis Ezechias. *Et omnis fortitudo eius.* s. omnis fortitudo bellica, nam ipse fuit pugnator excellens. *Et quomodo fecit piscinam, & aquæ ductum.* Piscina vocatͣ lacus magnus, in quo congregantur aquæ, aquæductus est alueus, per quem deriuantur aquæ ab ipsa piscina ad alium locum. *Et introduxerit aquas in ciuitatẽ.* Scilicet, ipse fuit, qui introduxit aquas fontis Gion in Ierusalem per quendã aquæductum, & fecit piscinã magnã, in qua cõgregarentur. Fuit enim hoc tẽpore, quo Senacherib venit contra Ierusalẽ: nam consilio habito Ezechias cũ suis obturauerunt cunctos, fontes aquarũ, & riuos fluentes in medio terræ dicentes, ne ueniant reges Assyriorum, & inueniant aquarum abundantiam: & tunc obturauit Ezechias superiorem fontem aquarum Gion, & auertit eas de alueo suo per alium alueum, ut introirẽt per partem occidentalem vrbis Ierusalem. 2. Paralipo. 32. *Nonne hęc scripta sunt in lib. sermonum dierum regum Iuda?* Quasi dicat, omnia ista, & multa alia pertinentia ad Ezechiam scripta sunt in lib. sermonum regum Iuda: nam ibi continebantur particulariter omnia gesta regum Iuda magna, & parua. Quis sit iste liber declaratum est præcedenti lib. cap. 14.

Quando rex Babylonis misit nuncios ad Ezechiam.
Quæstio XXXV.

QVAERETVR, quando misit rex Babylonis nũcios ad Ezechiam. Aliquis dicet, ꝙ istud fuit dũ Ezechias ægrotaret: nã voluit consolari eum, & ad hoc misit ei munera, & literas ꝯsolatorias, & hoc significat litera, scilicet, misit literas, & munera ad Ezechiã: audierat enim quòd ęgrotasset Ezechias, & sic pro ægritudine releuanda misit ista. Sed dicendum, ꝙ non stat: nam non poterat scire rex Babylonis ægritudinem Ezechiæ, & mittere munera ad eum, antequam sanaretur, vt sic consolaretur: quia Babylon distabat nimis à Ierusalem, sicut dixit Ezechias ad Isaiam, de terra longinqua venerũt ad me de Babylone: ægritudo autem Ezechiæ modicum durauit, quia Deus curauit eum, ideo nõ potuit rex Babylonis cognoscere hanc ægritudinem, & mittere munera ad Ezechiam, dum esset in ægritudine, vt consolaretur. Secundo patet, quia rex Babylonis misit nũcios istos postquam contigit portentum in retrocessione solis. 2. Paralipo. 32. & tamen iam erat sanatus Ezechias, ideo non misit rex Babylonis nũcios ad consolandum eum in ægritudine. Tertio patet, & efficacius, quia Isaiæ. 39. dicitur, quòd rex Babylonis misit libros, & munera ad Ezechiam, audierat enim quòd ægrotasset, & conualuisset: ergo iam sciebat, quòd sanatus fuerat.

Sed adhuc manet dubium, an immediatè post sanitatem sibi datam à Deo miserit rex Babylonis ad Ezechiã nuncios, vel multo tempore post. Aliquis enim dicet, ꝙ misit illico post sanitatem præstitam Ezechię: nam si magno tẽpore postea misisset non diceretur: audierat enim ꝙ ægrotasset, quia ex hoc innuitur, ꝙ propter ægritudinẽ misit ei munera: & tamen si multo tẽpore postea mitteret, nõ pertineret ista missio ad ægritudinẽ. Secũdo patet, quia rex Babylonis misit nũcios istos ad Ezechiam inquisitores de retrocessione solis. 2. Paral. 32. & tamẽ ista retrocessio fuit dũ ęgrotaret Ezechias, et post tres dies perfectè curatus est. sup. in litera, ideo non multo tẽpore post ægritudinẽ istam misit nuncios. In cõtrariũ videtur, ꝙ miserit eos multo tẽpore post. s. plusquã per duos annos, vel tres: quia dicũt multi, ꝙ rex Babylonis recesserat nũc à rege Assyriorũ, quando misit nuncios ad Ezechiã, & hoc fuit sub Assaradon filio Senacherib, & tamen ille non regnauit vsq; ad tres annos, vel plus post ęgritudinẽ istã: ergo nõ fuit missio istorũ nunciorũ immediatè post ęgritudinẽ istã: istud declarabitͣ sequenti qõne. Secundò patet, quia quãdo misit rex Babylonis nũcios ad Ezechiã erat Ezechias in magna prosperitate, vt colligitͣ ex eis, quę habentͣ in litera, quia cũ magno gaudio ostẽdit illis nũcijs omnia preciosa, q̃ habebat in domo sua, & in tota potestate sua, & tamẽ illico post ægritudinẽ nõ erat in magna ꝓsperitate quia erat tũc in terra exercitus Assyriorũ cũ Senacherib, qđ patet: quia

Dubitatio

Ratio prima ex aduerso.

Secundo.

quia ista retrocessio solis facta est in anno quartodecimo Ezechię, quasi in principio, vt probatū est sup. in litera, & præcedēti c. & tunc Senacherib venit in terrā Iuda.s. anno 14. vt patet sup. 18. & tamen mansit Senacherib in terra tribus annis, vel ferè, vt declaratū est præcedenti c. ideo post sanationē Ezechiæ, & retrocessionē solis quasi per tres annos manebat Senacherib in terra, & tunc nō erat Ezechias in prosperitate, ergo duobus, vel tribus annis post sanationē Ezechiæ, accidit istud. Tertiò patet, quia dicitur hic, ꝙ ostendit Ezechias, nūcijs regis Babylonis omnes thesauros suos vasa auri, & argenti, & diuitias multas, & tamen non poterat habere Ezechias thesauros magnos tēpore sanationis suæ, quia tūc erat Senacherib in terra, & ipse miserat ad eum aurum multū, & argentum.s. triginta talenta auri, & trecēta talenta argenti. sup. 18. & non potuit soluere illa de thesauris suis: vnde fuit compulsus accipere laminas aureas, quas affixerat in valuis templi Domini. eo.c. ergo non potuit habere thesauros aliquos, quousque recederet Senacherib de terra, quod fuit quasi per tres annos post sanationem Ezechiæ. Quartò patet, quia significatur supra in litera, ꝙ Ezechias ostendit thesauros multos nuncijs regis Babylonis, & istos potuit habere Ezechias post percussionem exercitus Senacherib, quia tunc occisi sunt omnes Assyrij præter paucos, qui fugerūt cum Senacherib, manseruntq; omnes diuitiæ eorū in castris, quas diripuit Ezechias cum populo suo, cum essent castra apud Ierusalem, vbi percussus est exercitus, vt declaratum est præcedēti c. Dicendum, ꝙ vtraq; positio istorū satis potest stare: magis tamē videtur, ꝙ missi fuerint isti nūcij ad Ezechiā pauco tēpore post sanationē suam, cū adhuc maneret exercitus Assyriorū in terra propter rationes supra assignatas pro parte ista. Ad rationem primam in cōtrarium dici potest, ꝙ non apparet, an miserit rex Babylonis nūcios ad Ezechiam propter istam causam, & dato ꝙ miserit propter eā non apparet, an recesserit à rege Assyriorum tēpore Assaradon filij Senacherib, vel tempore Senacherib. Ad secundā dicendū, ꝙ quanquā esset Senacherib in terra tempore, quo uenerunt isti nūcij ad Ezechiam, erat Ezechias in magna prosperitate: nam licet aduersaretur ei Senacherib, tamen Deus promiserat ei certā liberationē de manu eius, quia in die, qua dixit ei per Isaiā, ꝙ liberaret eum de ægritudine, dixit etiam ꝙ liberaret eum de manu regis Assyriorum supra in litera: & ista spe confortatus videret sibi esse in prosperitate, potissimè, quia tūc exercitus Assyriorū recesserat de Iudæa in Aegyptū ad pugnandū contra Pelusiū, licet postea redierit in Iudęā, vt declaratū est præcedenti ca. ideo poterat esse Ezechias in aliquali prosperitate. Ad tertiū dicendum, ꝙ quanquā Ezechias non haberet tot thesauros quando uenerunt isti nuncij ad eū, sicut habuerant priusquā venirent Assyrij in terrā illā, & sicut habuit post recessum Assyriorū: tamē habuit thesauros multos: nam quando dedit Ezechias trecenta talenta argenti, & triginta talenta auri Senacherib. sup. 18 non dedit ei omnes thesauros regū ꝑdecessorū suorū, quia Isaias dixit hic, ꝙ omnes thesauri, quos congregauerat Ezechias, & patres sui regis Iuda ducerētur in Babylonē: si tamen Ezechias dedisset Senacherib omne aurū, & argentum quod erat in thesauris regū, quando dedit ei trecenta talē ta argenti, & triginta talenta auri, nō potuissent duci in Babylonē thesauri, quos congregauerāt reges Iuda, qui fuerant ante Ezechiā. Ad quartū dicendū, ꝙ licet maiores thesauros habuerit Ezechias post fugam Senacherib de terra, quàm prius, tamē aliquos habuit, dum maneret Senacherib ibi, & illos potuit ostendere nuncijs regis Babylonis. Secunda positio. s. ꝙ uenerint nuncij isti multo tempore post sanationem Ezechiæ, etiam satis rōnabilis est. s. ꝙ uenerint postquam Senacherib fugisset de terra, ideo ad rationes in contrarium poterit respōderi, quarum solutionem omitto propter breuitatem.

Quare rex Babylonis misit, nuncios, epistolas, & munera ad Ezechiam. Quæstio XXXVI.

QVAERETVR vlterius, quare misit nunc rex Babylonis nuncios, epistolas, & munera ad Ezechiam. Respondet Iosephus 10. Antiqui. & historia, scol. ꝙ misit nuncios petens ab Ezechia, vt esset socius eius, & amicus, quia fuerat tunc regnum Assyriorum solutū. Vnde dicit historia scolastica, ꝙ iste rex Babylonis recessit à rege Assyriorū tempore Assaradon filij Senacherib. Sed hoc non videtur, quia vt dictum est rex Babylonis misit literas ad Ezechiā pauco tempore postquam sanatus est, & tamen tūc regnabat Senacherib in Assyrijs, & regnauit postea quasi per tres annos: ergo non recessit rex Babylonis nunc à rege Assyriorum, vel si recessit, non recessit sub Assaradon, sed sub Senacherib. Quòd autem rex Babylonis aliquādo recesserit à rege Assyriorū, patet: quia ante hoc erat subiectus regi Assyriorum: nam Salmanasar, qui fuit prædecessor Senacherib, transtulit populum magnum de Babylone, ut habitarent in vrbibus Samariæ. sup. 17. ergo habebat tūc subiectos Babylonios. Postea autem regnum Assyriorum peruenit ad Babylonios: nam Nabuchodonosor fuit rex Babylonis, & ipse fuit princeps omnium regnorum orientis eo tempore, & tenebat monarchiam Asiæ, quam tenuerant reges Assyriorum, vt colligitur Hie. 27. Alij dicunt, ꝙ rex Babylonis misit nunc nuncios ad Ezechiam, ut honoraret eum: quia dignum putauit honorare uirum illū, quem dij honorabant. Habebant autem Babylonij solem in Deum: & quia retrocessit sol, quando ęgrotauit Ezechias, & sanatus est, quæsiuit rex Babylonis quid accidisset in terra tunc, propter quod sol retrocessisset, & dictum est ei, ꝙ tunc sanatus fuerat Ezechias: ideo putans, ꝙ propter illum accidisset ista retrocessio solis, voluit eū honorare muneribus, et epistolis, cum sol Deus suus eum honorasset, & istā causam ponit Historia scol. Alia causa & uerior est. s. ꝙ Babylonij erant periti nimis in astris: nā peritia astrorum in toto seculo cępit apud Babylones in caldęa, & apud urbem Memphis in Aegypto, ideo sapientes Babylonis uidentes, ꝙ sol retrocesserat, qđ nunquam visum fuerat accidere, & erat contra regulas motus celi, admirati sunt: & quia audierant tunc Ezechiā regem Iudæ ęgrotasse, & sanatum fuisse, solicitauerunt regem suum, vt mitteret nuncios ad Ezechiam, vt inquirerent de ista retrocessione, quomodo acciderat, & quare, & à qua uirtute potuisset fieri, sic patet, 2. Paralip 32. cum dicitur: attamen in legatione principum Babylonis, qui missi fuerant ad eum, ut interrogarent de portento, quod acciderat super terram dereliquit eum Deus. Respōsio auctoris.

An Ezechias peccauerit lętando se in aduentu nunciorum regis Babilonis. Quæstio XXXVII.

QVAERETVR vlterius, an peccauit Ezechias: quia lætatus est in aduentu nūciorum regis Babylonis, & quare lætatus est. Respondendum, ꝙ peccauit aliquo modo Ezechias, tunc non quidem solum, quia lætatus est: nam lætari per se nō est malū, sed

sed peccauit propter causam, propter quam lętatus est, & fuit hoc in duobus: primo in quadā elatione: nā eleuatum est cor Ezechiæ, quia honorabatā regibus magnis. s. quia rex Babylonis, qui erat potentissimis faciebat de eo mentionē magnā mittēs ad eum nuncios, & literas, & munera, & ista elatio peccatū erat: quanquam istud non multum imputaretur ei si aliud nō intendisset. Secundū fuit, quia ipse superbiuit de beneficio sibi à Deo præstito volens in illo gloriari. Nā rex Babyloniorū misit ad eum literas, et munera tanquā propter ipsum accidisset ista retrocessio solis, & ipse de hoc gloriatus est, quasi propter se fuisset, cum magis debuisset laudare Deum suum, qui magnificauerat eum faciendo miraculum tam famosum in sanatione eius. Iste autem duæ causæ erant illicitæ ad lætandum: ideo peccauit Ezechias, cum lætaretur propter has.

Ezechias an peccauerit ostendendo thesauros suos nunciis regis Babylonis. Quæstio XXXVIII.

QVAERETVR vlterius, an peccauerit Ezechias ostendendo thesauros suos nuncijs regis Babylonis. Aliquis dicet, ꝙ sic, nam Isaias venit ad increpandum eum propter hoc: & tamen non increpuisset, si non peccauisset, ergo peccauit in hoc. Secundò patet, quia dixit Isaias ꝙ omnia ista, quę viderant nūcij regis Babylonis transferrent in Babylonē: ergo uidetur ꝙ peccauerat ostendendo, quia dabat ei pęna s. ꝙ transferrent thesauri eius in Babylonē, & tamen pęna non datur à Deo alicui nisi pro peccato: Respondendum, ꝙ aliquo modo peccauit Ezechias ostendendo thesauros suos nuncijs regis Babylonis non quidē quasi faceret rem absolutè illicitam, sed quia non faciebat eam bono animo. Nā ostendere diuitias absolutè malum non est: immo poterat esse bonum, vtpote si Ezechias vellet lætificare nuncios regis Babylonis, & ad hoc ostenderet eis omnia, in quibus poterant lętari: huiusmodi aūt erat, ut uiderent thesauros Ezechiæ, & alias res preciosas, & pulchras: ideo ostendit illis quidquid preciosum fuit tā in domo sua, quā in omni potestate sua. Hoc autē erat rationabile, quia nuncij regis Babylonis venerant ad lætificandum Ezechiam: ideo ipse tenebatur lætificare eos uersa uice. Peccatum tamen fuit, quia Ezechias ostendit ista ad ostentationem sui, & superbiam: nam iam eleuatū fuerat cor eius cum uenerunt ad eum isti nuncij reputando se gloriosum: ideo conabatur de cætero opere gloriosus in omnibus, quæ posset, & ut appareret excelsus in oculis istorum principum Babylonis, & ipsius regis Babylonis, ostendit eis omnes thesauros suos, & & res preciosas, quas habebat, vt ipsi admirarentur, & referrent hoc regi Babylonis, & etiam ipse admiraretur de gloria Ezechiæ: istud autem peccatum erat, scilicet, quòd Ezechias uellet superbire de eo, quod à Deo sibi collatum erat, ideo reputatum est ei ad malum. Hoc autem accidit ei, quia Deus dereliquit eum tunc, vt tentaretur & peccaret: sic patet 2. Paralip 32. s. attamen in legatione principum Babylonis, qui missi fuerant ad eum, ut interrogarent de portento, quod acciderat super terram dereliquit eum Deus, ut tentaretur, & nota fierent omnia, quæ erant in corde eius.

Ezechias an peccauerit eisdem ostendendo domum aromatum. Quæstio XXXIX.

QVAERETVR vlterius, an peccauit Ezechias ostendendo nuncijs regis Babylonis domū aro-

F matum. Respondet Ra. Sa. ꝙ peccauit, & hoc, quia intelligit per hoc, ꝙ ostenderit Ezechias istis nūcijs vnctionē regū, & sacerdotū: nam dicitur, ꝙ ostendit eis pigmenta uaria, & unguēta, & etiā ꝙ ostenderit tabulas legis, quæ erāt in arca fęderis: & tamen ostēdere ista peccatum erat: nam non solum ostendere, sed etiā introducere illos in tēplum erat peccatum, cum essent gentiles, ut patet Ezechi. 43. s. sufficiant uobis omnia scelera uestra domus Israel, eo ꝙ inducitis filios alienos incircuncisos corde, & incircūcisos carne, vt sint in sanctuario meo, & polluant domum meam. Sed dicendum, quòd non est verū, quòd ostenderit ista Ezechias nuncijs regis Babylonis: nam si ostēderet eis tabulas, oportebat, vt introi-

G ret in sancta sanctorū, & aperiret arcā: & tamen hoc nulli hominum licebat siue laico, siue sacerdoti: nā in sancta sanctorum nullus introibat, nisi summus sacerdos, & iste solum semel in anno: Leui. 16. & ad Hebræ. 9. leuitis autem, & sacerdotibus minoribus, & laicis non solum non licebat introire in sancta sanctorum, sed etiam non licebat alicubi uidere arcam nudam, alioquin moriebantur: De leuitis patet Nume. 4. de laicis patet supra. 1. libr. capitu. 6. vbi mortui sunt de uiris Bethsames quinquaginta millia, quia uiderunt arcam: à fortiori ergo si Ezechias conaretur aperire illam ad extrahendum tabulas occideretur potius à Deo. Patet etiam hoc de rege Ozia, qui bonus erat: & tamen quia vsurpare vo-

H luit officium sacerdotum offerendo incensum corā Domino percussus est lepra, supra. 15. & 2. Paral. 26. & tamen ista transgressio erat maior, quā omnes aliæ transgressiones, quę fieri poterant contra cultū Dei, cum nulli hominū liceret aperire arcā fęderis, ergo occideretur Ezechias si istud fecisset: non ergo fecit. Secundo patet, quia si istud fecisset cum venit Isaias ad increpandum eum, quòd ostēdisset ea, quæ erant in domo sua regi Babylonis, magis increpuisset eum, ꝙ ostendisset ea, quæ erant in domo Domini, & tamen non locutus fuit de hoc, ergo nihil tale ostēdit Ezechias. Tertio patet ex verbis literæ, quia solū quæsiuit Isaias ab Ezechia de eis, quæ viderāt in domo sua s. quid uiderunt in domo tua? & etiam

I Ezechias solum dixit de eis, quæ uiderant in domo sua. s. omnia, quæ sunt in domo mea uiderūt, nichil est, qđ non mostraueris eis in domo mea. Dicendū, ergo, ꝙ non ostendit Ezechias aliquid nuncijs regis Babylonis in templo Domini, sed solum in domo sua, & in aliis locis prophanis, & ideo licet peccauerit, ut dictum est, quia non bono animo ostendit: tamen non peccauit in sola ostensione. Dicit autē historia scholastica, ꝙ quidā tradunt istam domū aromatū fuisse in templo Domini, & in hoc cōcordāt cū Ra. S. sed falsum est. Epiphanius autē historiographus ait de domo aromatū, ꝙ erat domus longissima, quā fecit Salomon iuxta descriptionem Dauid patris sui, & fecit occulti aditus compositionē lon- *Responsio auctoris.*

K gè à ciuitate, quæ deprehendi ab uniuerso populo nequiuit, pluribus quoq; sacerdotiubs ignota erat: illic posuit Salomon aurum, & aromata, quæ adducta fuerant de Aethiopia. In ea quoque erant postea sepulchra regum, & postea sepulchra pontificum, & postremo sepulchra prophetarum. Hoc secretum Dauid, & Salomonis Ezechias gentibus denudauit, & ossa paterna contaminauit ex præsentia prophanorum, & ab ipso die sterilis factus est. Ista tamen nō sunt omnino certa, potissimè, quia pręsupponit Epiphanius, ꝙ iam esset genitus Manasses filius Ezechiæ, cum dicat Ezechiam fuisse sterilem ex illa die: tamen non erat sterilis, si postea genuit: Manasses tamen natus est tribus annis post sanationem

Eze-

Ezechię; quia ille vixit quindecim annis postquam sanatus est, supra in litera, & tñ Manasses erat duodecim annorum, quando mortuus est Ezechias, & ipse cœpit regnare sequenti cap. & tamē isti nuncij regis Babylonis venerūt ad Ezechiam pauco tempore post sanationem suam, vt declaratum fuit supra: ideo non potuit effici ex illa die sterilis, potissimè, qa litera non tangit aliquid istorum. Item, & efficacius, quia ista assignatio domus aromatum facta per Epiphanium repugnat aliquo modo sacrę scripturę, qa dicit, ꝙ intra illam domum erāt sepulchra regum: & tñ non sepeliebant reges Iuda intra aliquā domum, sed in quodā horto in mōte Syon, sic patet de Ozia, 2. Paral. 26. cum dr̄, ꝙ sepultus est in agro regalium sepulchrorum: ergo erat ager, vel hortus, vbi sepeliebant, & nō domus clausa, & tecta. Item quia dicit, ꝙ ista domus erat ignota populo, & multis sacerdotibus, & tñ locus sepulchrorum regalium nō poterat esse ignotus populo, cùm totus populus veniret ad exequias regum, & ad tumulandum eos, vt colligit ex processu secundi libri Paralipo. Item patet qa dicit Epiphanius, ꝙ erant ibi sepulchra prophetarum: & tamen non habebant prophetę aliquem locū certum, in quo sepelirent, sed sepeliebantur in diuersis locis in terris suis, sicut declaratum est de quibusdā ipsorum supra 14. fuit ergo domus ista aromatum, non sicut scribit eam Epiphanius, sed fuit aliqua domus in palatio Ezechię, in qua conseruabātur Aromata pigmentorum, & vnguentorum, & quia ista pertinebant ad diuitias Ezechiæ, ostendit illa nuncijs regis Babylonis.

Quo peccato peccauit nunc Ezechias, de quo scriptura eum increpat. Quæstio XL.

QVAERETVR vlterius, quod fuit peccatū, quod fecit hic Ezechias. Respondendū secundum Ra. Sa. ꝙ fuit, quia introduxit Gētiles in domū Dñi ad ostendendum eis tabulas legis, & vnctionem regum, & pontificum, & alia, quæ erant in tēplo, vt dictum est præced. quæst. Sed dicendum, ꝙ istud falsum est, vt declaratum fuit ibi. Dicendum aliter, ꝙ fuit peccatum multiplex Ezechiæ: primum fuit ingratitudo quædam: quia cum Deus liberauerit ipsū ab ægritudine, & ostēderit miraculū famosum in retrocessione Solis ad liberationem eius debuerat magnas Deo gratias referre: & tñ nō retulit, de hoc, 2. Paralip. 32. f. ægrotauit Ezechias vsque ad mortem, & orauit Dominum, & exaudiuit eum, & dedit eis signum, sed non iuxta beneficia, quæ acceperat, retribuit, & istud est magnum peccatū, quia nihil est, qđ benefactores ad iram magis prouocet, q̄ beneficiorū ingratitudo. Secūdum fuit, quia superbiuit de beneficio sibi collato à Deo. Nam Deus sanauit eum miraculosè, & dedit signum in cęlo, & postea cū venerunt nuncij regis Babylonis ad honorandum eū, ꝓpter hoc ipse superbiuit, quasi ista euenissent pp suā dignitatem, & pertinerēt ad laudem eius: & tñ non pertinebant ad laudem eius, cū ipse nihil fecisset de hoc, sed tota laus Deo attribuenda erat, qui ex benignitate sua ista ostenderat. De hoc 2. Paralipom. 32. Sed non iuxta beneficia, quæ acceperat, retribuit, qa eleuatum est cor eius, & facta est contra eum ira, & contra Iudam, & Ierusalem, humiliatusque est postea, eo quòd exaltatum fuisset cor eius. Tertium peccatū fuit, quia voluit gloriari de diuitijs suis coram principibus regis Babylonis, vt etiam ipsi referrent hoc regi Babylonis, & ista gloriatio mala erat: Prouenit autem sibi hoc, quia cū in omnibus actibus suis prosperè egisset Deo adiuuante, nunc Deus

A dereliquit eū, vt ageret à seipso, & sic appareret quale erat cor suum, 2. Paralipom. 32. f. in omnibus operibus suis fecit prosperè, quæ voluit: attamen in legatione principū Babylonis dereliquit eum Deus, vt tentaretur, & nota fierent omnia, quæ erant in corde eius.

An diuitię Ezechiæ fuerint ductę in Babylonem, quia ostendit eas nuncijs. Quæstio XLI.

QVAERETVR vlterius, an propter hoc, quòd ostendit Ezechias diuitias suas nūcijs regis Babylonis, fuerint postea ductę in Babylonem. Aliquis dicet, quòd sic: quia Isaias dixit Ezechiæ: dies veniūt,
B & auferentur omnia, quæ sunt in domo tua, & quæ condiderunt patres tui vsque ad diem hanc in Babylonem, nec remanebit quidquam, vt patet in litera. Secundò patet, quia secundo Paralipom. 32. dicitur: humiliatus est Ezechias tam ipse, quàm habitatores Ierusalem, idcirco non venit super eos ira Domini in diebus Ezechię: ergo videtur, quòd pœnitentia Ezechię solum operata est, quòd nō veniret ira Dei super Iudam in diebus suis: ergo propter peccatum suum venit tempore filiorum suorum, simile patet de Achab rege Israel, qui peccauerat nimis contra Dominum, & Deus prænunciauerat ei mortē amaram, & alia mala: & tamen, quia doluit, & humiliauit se Deus transtulit ista ad tempora filij sui: præcedenti libro, cap 21.
C Respondendum, ꝙ non fuit captiuitas Babylonis, & translatio omnium diuitiarum Ezechiæ illùc ꝓpter peccatum ostensionis earum nūcijs regis Babylonis, quod patet, quia captiuitas Babylonis fuit magna pœna toti populo: ideo nō infligeretur, nisi pro valde magno peccato, vel pro multis: & tamen ostēsio diuitiarum Ezechiæ non fuit magnum peccatū, quia solum fuit ex quadam inani gloria, & elatione, quæ non computantur inter peccata grauissima. Secundò patet, quia captiuitas Babylonis nō solum fuit pęna stirpis Ezechiæ, sed etiam totius populi tribus Iuda, & Beniamin. Deus tñ non punit aliquem, nisi pro peccato suo, vel patrum suorum, & tamen non erat Ezechias pater omniū de populo: ideo non
D punirent pro peccato eius: & tamen puniti sunt, qa ducti sunt in Babylonem: ergo nō ducti fuerunt pp peccata Ezechiæ, sed propter alia. Tertiò patet, quia non solum populus, sed etiam ipsi, qui erant de stirpe regia non debebant duci in Babylonem pro peccato isto Ezechiæ, quia Deus non punit peccata patrum in filios, nisi vsque ad tertiam, & quartā generationem. Exo. 34. & Num. 14. & tamē illi, qui ducti fuerunt in Babylonem erant plus, q̄ in quarta generatione, computando ab Ezechia: quia erant in sexta, vel septima generatione: nam post Iosiam generatione quarta fuit facta translatio in Babylonē, vt colligitur infra 22. & 3. & tamen inter Ezechiam, & Iosiam fuerūt tres generationes; quia Ezechias genuit
E Manassen: Manasses aūt genuit Amon: Amon autē genuit Iosiam: Matthæ. 1. non fuit quarta generatio eorum, qui translati sunt in Babylonem, computando ab Ezechia, sed multo plures, accipiēdo singulos reges pro singulis generationibus. Quartò patet, qa translatio fuit facta pp peccata Manasse, & Amō, infra 22. & 23. Nam Deus volebat tpe Iosiæ facere istā translationem; quia tñ Iosias humiliauit se corā Domino, & fleuit, Deus trāstulit mala ista à tpibus suis: & tamē dixit, ꝙ complerent in posteris propter peccata, quæ fecerat Manasses: ergo illa fuerunt, ꝓpter quæ fuit facta translatio in Babylonem, & non propter ostensionem diuitiarum Ezechiæ.

Dicendum tamen, quòd Ezechias peccauerat nimis saltem in duobus istorū, scilicet, quia fuit ingratus beneficijs Dei, & quia eleuatū fuit cor eius vsurpans sibi illam gloriam, quam Deus habiturus erat ꝓ operatione miraculi, & volebat mittere iram suam sup Ezechiam, & populum, qui etiam cum eo superbierat: & tamen non misit aliquam pœnam in diebus Ezechiæ: quia Ezechias & populus pœnituerunt de hac offensa Dei. De hoc 2. Paralip. 32. scilicet, eleuatum est cor eius, & facta est contra eum ira, & cōtra Iudam, & Ierusalem, humiliatusque est postea, eo ꝙ exaltatum fuisset cor eius tam ipse, quàm habitatores Ierusalem, & iccirco non venit super eos ira Domini in diebus Ezechiæ: pro ostensione autem diuitiarum non erat infligenda ira Dei Ezechiæ, & populo suo: quia istud non reputabatur magnum peccatum inter alia.

Ad primam rationem in contrarium dicendum, quòd quanquam Isaias denunciauit Ezechiæ, quòd omnia, quæ ipse habebat ferrentur in Babylonem, & etiam filij sui non fuit ista pœna propter peccatū ostensionis diuitiarum: quia tunc solū dixisset Isaias ꝙ diuitiæ illæ ferrentur in Babylonem, & non dixisset de filijs, quia in ostēsione diuitiarum peccauerat Ezechias, & non in filijs, quia nullus ostenderat, nec etiam habebat adhuc aliquem, sed de hoc inf. dicet: sed fuit ista translatio diuitiarum propter alia peccata successorū Ezechiæ, scilicet, propter peccata Manasse, & Amon, & Ioachaz, & duorum Ioachin, & Sedechiæ, vt colligitur infra 23. & 24.

Ad secundam rationem dicendum, quòd propter peccatū Ezechiæ ventura erat ira Dei super ipsum, & super populum suum, & non venit in diebus suis, quia pœnituit, & tamē ista ira Dei, dato, ꝙ venisset in diebus suis, nō erat captiuitas Babylonis, sed aliqua alia pœna, vt declaratum fuit supra, nec est simile de Achab, & de Ezechia: quia Achab denūciata fuit pœna determinata, quæ euentura erat, & declarata fuerunt peccata, propter quę euentura erat, & illa eadem pœna translata fuit ad filium suum, præcedēti lib. cap. 21. & tamen de Ezechia non fuit sic, quia quanquam dictum est ei, ꝙ omnia ista ducerent in Babylonem: tamen nō fuit declaratum, ꝙ istud erat propter peccata sua, vel filiorum suorum, ideo nihil sequitur. Aliter potest dici, ꝙ quanquam captiuitas Babylonis euentura esset propter peccatū Ezechiæ, & Deus distulisset eam: tamen non eueniret, quia ostendit diuitias nūcijs regis Babylonis, sed quia fuit ingratus beneficijs Dei, & quia eleuatum est cor eius gloriando de eo, de quo Deus gloriari debebat, scilicet, de operatione miraculi, & de sanatione sua, qđ patet, quia 2. Paralip. 32. postquam ponūtur ista subditur: facta est contra eum ira Domini, & contra Iudam, & Ierusalem, ergo fuit ꝑ ista duo, & non ꝑ ostensionem diuitiarum, cum de illis nihil dicat ibi.

Quare Deus prænunciauit per Isaiam Ezechiæ diuitiarum translationem, cum non fuerit propter aliquod peccatum eius. Quæstio XLII.

QVAERETVR vlterius, cum nō fuerit facta translatio diuitiarum Ezechiæ in Babylonē ꝓpter aliquod peccatum Ezechiæ, quare Deus pręnūciauit ei per Isaiam, ꝙ omnia ista transferrentur in Babylonem. Respondendum, ꝙ istud fuit ꝑ quandam conuenientiam: nam Deus disposuerat, ꝙ oēs thesauri Ezechię, & omnium regum Iuda ducerētur in Babylonem quando fieret transmigratio tpe Nabuchodonosor: & quia ostensio diuitiarum cōueniebat huic trāslationi, s. ꝙ sicut nihil dimiserat Ezechias in thesauris, quod non ostēderet nuncijs regis Babylonis, ita nihil Babylonij dimitterēt de illis, qđ non trāsferrent in Babylonem: sic enim Deus interdum prænunciat aliqua mala contra aliquos, cū faciunt aliqua, quæ tamen non sunt causa promeritoria illorum malorum. Sic patet de Saule, cui cū nunciasset Samuel, ꝙ priuaretur regno Israel, & recederet ab eo, voluit eum tenere Saul, & arripiens extremitatem pallij eius, casu rupit eam, & tunc dixit Samuel ad Saulem, scidit Deus regnū Israel à te hodie, sup. 1. lib. cap. 15. & tamen manifestum est, ꝙ nō peccauit Saul, rumpendo particulam pallij Samuelis: quia non fecit hoc, vt offenderet eum: non enim intēdebat rumpere, sed tenere illum, ne recederet: & tū quia fuit simile, ꝙ Deus scinderet regnum Israel de manu Saulis, sicut scissa est particula pallij Samuelis dixit Samuel: scidit Deus regnū Israel à te hodie. Sic fuit hic: quia ostensio diuitiarum non fuit causa, vt ducerentur in Babylonem: quia tamen erat quędam cōuenientia, s. ꝙ sicut Ezechias ostenderat omnia Babylonis, ita aliqñ ipsi omnia portarent Deus fecit nunc prænunciari istam translationem. Et patet hoc, quia Isaias in prænunciando istam translationē seruauit omnino modum loquendi, quem tenuerat Ezechias: nam sicut Ezechias dixit omnia, quæ erāt in domo mea, viderunt: ita dixit Isaias: omnia, quæ sunt in domo tua, ducentur in Babylonem. Et sicut dixit Ezechias: nihil est, quod non monstrauerim eis in thesauris meis: ita dixit Isaias: nihil remanebit de eis, dicit Dominus.

Quare voluit Deus, quod denunciaretur ei ista translatio. Quæstio XLIII.

QVAERETVR vlterius, ad quid voluit Deus, vt pręnunciaret ista translatio diuitiarum Ezechiæ in Babylonem, cum nō pertinuerit ad tpa sua. Respondendū, ꝙ Deus voluit, ꝙ denūciaretur ei in pęnam: nam qñ audiret Ezechias, ꝙ omnia bona sua ducenda erant in Babylonem ab hostibus, & etiā filij sui seruituri erant ipsi regi Babylonis multum doleret, & iste dolor esset ei pœna pro peccato. Vnde sicut toleratio illius captiuitatis erat pœna: ita etiam dolor, qui sequeretur in Ezechia ꝑ istam denunciationem erat pœna, & quia nulla pœna à Deo infligitur, nisi ꝓ peccato, sicut captiuitas Babylonis fuit ꝑ peccatū eorum, qui captiui ducti sunt, ita ēt ista denunciatio fuit facta Ezechiæ ꝑ aliquod peccatum suum. Et sicut maior pœna fuit tolerare captiuitatem illam, q̄ dolor, quem nūc sustinuit Ezechias denunciata sibi ista captiuitate, ita oportebat, ꝙ maius fuerit peccatum, ꝑ quod translati sunt illi in Babylonem, q̄ peccatum Ezechię, ꝑ quod facta est ei ista denunciatio. Sciendum aūt, ꝙ Ezechias peccauerat in tribus, s. in ingratitudine, in superbia, in ostēsione diuitiarum, vt sup. declaratū est, & præcipuè in duobus primis: & Deus volebat ei inferre aliquam pęnā magnā, & ēt populo suo: & tū quia doluerunt, Deus non intulit pœnam, quam cogitauerat, 2. Paral. 32. & voluit inferre aliam pœnam minorem Ezechiæ, ne essent omnino peccata sua impunita, & istud fuit denunciando ei captiuitatem filiorū suorum in Babylone, & translationem diuitiarum suarum illùc. *Ezechias in tribus peccauit.*

De historia gestorum Ezechiæ, & quis fuerit ordo in gestis eius. Quæstio XLIIII.

QVAERETVR vlterius, de ordine gestorum Ezechię. Et dicendum, ꝙ quędam fuerunt gesta Ezechiæ antequam veniret Senacherib in terram Iuda, & alia postquam recessit: prima enim gesta

Ezechiæ

Ezechię fuerunt circa restaurationē cultus Dei deleti prędecentibus tēporibus,& ista inchoauit mēse primo regni sui, 2. Paralip. 29. & finiuit in eodem anno ante mensem septimum, eod. libr. cap. 31. de quibus enarratum est sup. 18. & habetur 2. Paralip. 29. vsque ad 32: Alia fuerunt gesta Ezechiæ veniēte Senacherib in terram Iuda, & ista fuerūt, quia parauit se ad resistendum ei, & confortauit populū, dando omnibus arma, & apparatus bellicos: 2. Paralip 32. tunc clausit Ezechias omnia capita fontium, & riuos terræ suæ, vt venientes Assyrij non inuenirent aquam in circuitu Ierusalem, & sic non possent ponere ibi obsidionem, eod cap. Tūc etiam clausit Ezechias superiorem fontem aquarum Gion, & conuertit alueum illarum: nam prius decurrebant illæ aquæ extra vrbem, & tunc fecit Ezechias aquęductum, vt venirent ad vrbem, & introirent partem occidentalē eius, fecitque piscinam, in qua reciperent aquę istę, 2 Paral 32. De hoc etiam Ecclesiast. 48 dicitur: Ezechias muniuit ciuitatem suam, & induxit in mediū ipsius aquam, & fodit ferro rupem, & ædificauit ad aquam puteum. Dicit autem Epiphanius historicus, ꝙ dū Senacherib rediret ab Aegypto, præmisit exercitum ad obsidendum Ierusalem, qui castrametatus est circa piscinam Siloe, vt aquis eius vterētur, eratq; piscina quasi communis: nam & ciues ad eam descēdere poterant, & hostes: orans autem Isaias obtinuit à Domino, vt cùm descenderent ciues ad piscinam, essent ibi aquæ sicut prius, & cum ascenderēt hostes ad illam siccarentur aquę, & ita fiebat: vnde mirabātur Assyrij vnde possent ciues habere aquam. Dicit etiam, quòd ad memoriam huius facti æternā aquę Siloe non iugiter, sed in certis horis adhuc ebulliūt, & in memoriam tanti miraculi populus gloriosè sepeliuit Isaiam apud piscinam Siloe, vt etiam orationibus eius post mortem indesinenter huius aquæ beneficio potirentur. Hoc etiam recitat Historia Scholastica: Gesta autem Ezechiæ post recessum Senacherib fuerūt in pace: nam cum nullo bellum gessit, sed magnificatus est nimis in diuitijs, & honore. De hoc 2. Paralipom. 32. scilicet: fuit Ezechias diues, & inclitus valde, & thesauros sibi plurimos congregauit argenti, & auri, & lapidis pretiosi aromatum, & armorum vniuersi generis, & vasorum magni precij: apothecas quoque frumēti, vini, & olei: & præsepia omnium iumētorum, caulasque pecorum, & vrbes sex ædificauit. Habebat quippe greges ouium, & armentorum innumerabiles, eo quòd dedisset ei Deus substantiam multam nimis. In omnibus operibus suis fecit prosperè, quæ voluit. Mortuus est autem cum esset annorum quinquagintaquatuor: nam vigintiquinque annorum erat cum regnare cępisset, & viginti nouē regnauit, sup. 18. & iste fuit finis Ezechię.

Epiphanius.

Mors Ezechiæ.

CAPITVLVM XXI.

DORMIVIT Ezechias cum patribus suis, & regnauit Manasses filius eius pro eo. Duodecim annorum erat Manasses, cū regnare cœpisset.

Descripto in præcedentibus regno Iuda sub Ezechia rege fideli, hic describitur idē regnum sub Manasse, & Amon vtroque rege infideli; & diuiditur in duas, quia primò agitur de tempore istorum duorū regum, quibus idola floruerunt: secundò de tempore Iosię regis, quo idola corruerunt, sequenti cap. Prima in quatuor, quia primò ponitur ipsius Manasse communicatio infidelis: secundò cōtra ipsum

A comminatio prophetalis: ibi. *Locutusque est Dominus.* Tertiò enarratio effusionis sanguinis, & mortis crudelis ibi. *Insuper, & sanguinem.* Quartò successio Amon Manasse similis ibi. *Dormiuitque Manasses.*

An sit ordo continuus, & immediatus. *Quæstio I.*

QVAERETVR circa primum, an ea, quæ habentur hic fuerint facta immediatè post præcedentia, & an sit continuus ordo istorum ad præcedentia. Respondendum, quòd ordo continuus est, quia præcedenti cap. agebatur de vita Ezechiæ: hic autem agitur de morte eius, & de regno filij sui Manasse: necesse est autem illa fuisse ante ista. Dicendum etiam, quòd ista fuerunt immediatè post illa:
B quia præcedenti cap. agitur de tota vita Ezechiæ, & hic agitur de principio regni Manasse: & tamen inter mortem Ezechiæ, & regnum manasse non fuit tempus medium, quia illico regnauit Manasses, vt mortuus est Ezechias.

Circa primum dicitur. *Dormiuitque Ezechias cum patribus suis.* Idest, mortuus est, sicut omnes patres sui reges Iuda, & mortuus est morte naturali, quæ vocatur dormitio. *Et regnauit Manasses filius eius pro eo.* Nullum alium habebat Ezechias filium, & istum etiam genuit postq̄ Deus sanauit eum miraculosè, & fact⁹ est rex pro Ezechia filius eius. *Duodecim annorum erat Manasses, cum regnare cœpisset.* Idest, habebat duodecim annos Manasses, quando cœpit regnare: sic dicitur,
C 2. Paralipo. 32. s. Duodecim annorum erat Manasses cum regnare cœpisset, & iste modus loquendi est sępe in scriptura: sic enim dicitur supr. 1. cap. 13. quòd filius vnius anni erat Saul cum regnare cœpisset: & tamen ibi debet intelligi metaphoricè, s. ꝙ ita erat mundus in corde suo, sicut puer vnius anni: nam secundum ætatem vir erat magnus habens filios, qui erant iam viri bellatores, vt patet de Ionatha, eod. cap. de Manasse tamen verè intelligendum est, ꝙ esset duodecim annorum quando cœpit regnare. Ex hoc autem patet, ꝙ Ezechias nullum habuerat filiū, quando fuit in periculo mortis, vel saltem nullum tunc habebat: nam Ezechias vixit annis quindecim, postquam sanatus est à Deo, pręcedenti cap. & tamē
D Manasses cœpit regnare, cum esset annorum duodecim: ergo tribus annis natus est post sanationē Ezechiæ, & nullus alius maior eo filius Ezechię tūc erat: quia aliàs ipse fuisset factus rex, & ob hoc dr̄, quòd quando Ezechias ægrotabat ad mortem, magis dolebat, quia non dimittebat filium, quàm quia moriebat̄, sicut vult Iosephus. 10. Antiq. *Et quinquagintaquinque annis regnauit in Ierusalem.* Nō fuit aliquis rex Iuda, qui tanto tempore regnasset: nā de reliquis, qui plus regnauit tenuit regnum quinquaginta duobus annis, scilicet: Ozias, supra 15. ante istum autem regnauerat alius quadragintavno annis, scilicet, Asa, præcedenti libro, cap. 15. Reliqui autem minori tempore regnabant: iste verò regnauit annis quinquaginta
E quinque, & dicitur, quòd regnauit in Ierusalem, qa ibi erat metropolis regni Iuda. *Nomen matris eius Haphsiba.* Ponuntur nomina matrum regū Iuda, & non Israel, cuius ratio declarata est supra 14. *Fecitque malum in conspectu Domini.* scilicet, coluit idola: nam istud erat malum regum Iuda, & Israel, & alia non reputabantur mala comparando ad istud, cum nihil sit, quòd magis Deo repugnet, quàm idolatria. *Iuxta idola gentium.* Idest, secutus est ritus idolorum gentium: habebant enim singuli dij gentium cæremonias suas, quibus colebantur à cultoribus suis, sic patet supra decimoseptimo, cū dixerunt Assyrij, ꝙ gētes translatæ in vrbe Samariæ nesciebant legitima,

Manasses multo tēpore regnauit.

Dd 2 idest,

idest, cæremonias Dei terræ illius, ideo miserat leones cõtra illos: & sic Manasses sequebatur ritum colendi conuenientem cuilibet idolo, vt omnes deos sibi placaret. *Quæ deleuit Dominus à facie filiorum Israel.* Scilicet: Deus destruxit idola gentium à facie filiorũ Israel, idest, in introitu eorum in terram Chanaã: nã Deus destruxit Chananæos in conspectu Israelitarum, scilicet, mittendo terrorem suum contra eos, vt non auderent stare ante faciem Israelitarum, & misit crabrones contra illos: vt eos fugarent, & occiderent multos ipsorum, Exod. 23. & Deuterono. 7. tradebat etiã Deus Chananæos vulnerandos in manus Israelitarum, sicut dicitur Iosue 11. scilicet, ego tradam omnes istos vulnerãdos in conspectu Israel: & quia quando Israelitæ occidebant Chananæos, et destruebãt idola ipsorum, Deus, qui delebat Chananæos, dicebatur etiam delere idola ipsorum: aliquãdo tamen Deus miraculosè sine operatione hominum delebat idola, sicut fuit in exitu Israelitarũ de Aegypto: nam quando percussit Deus primogenita Aegyptiorum: nocte, qua exiuerunt Israelitæ de Aegypto percussit idola Aegyptiorum destruẽs omnes statuas ipsorum ligneas, lapideas, vel metalinas, sic patet Nu. 33. scilicet, exierunt filij Israel in manu excelsa videntibus cunctis Aegyptijs, & sepelientib. primogenitos, quos percusserat Dominus: nam & in eorum dijs exercuerat vltionem: in terra tamen Chanaam non delebat Deus per se statuas, sed tradebat eas in manus Israelitarum delendas. *Conuersusque est.* Idest, conuertit se ad colendum magis idola, quia non solũ coluit illa, sicut colebantur à gentibus, sed etiam maiori affectione, & cultu illa honorauit. *Et ædificauit excelsa, quæ dissipauit Ezechias pater eius.* Vocantur excelsa quæcunque altaria existentia extra templum Salomonis: & istorum quædam erant in montibus, & collibus, & alijs locis excelsis: alia verò erãt in ciuitatibus: nam Achaz pater Ezechiæ fecerat altaria per omnes angulos Ierusalem, 2. Paralipo. 28. Omnia ista excelsa tam intra vrbes, quàm extra dissipauerat Ezechias, qui fuit magnus cultor Dei, & fecit, quòd solum offerretur sacrificium in templo: & tamen nunc Manasses ædificauit omnia illa excelsa, quæ dissipauerat Ezechias, vt in omnibus illis sacrificaret populus, & propter hoc erat peccatum Manasse grauius: nam si ista excelsa durauissent tempore regum præcedentium, & ipse continuasset sacrificium in eis, non peccasset tam grauiter. Vel si non fuissent aliquando ista excelsa ædificata, nec destructa, sed ipse de nouo illa ædificasset non fuisset tam culpabilis, quia nõ incidisset in factum tam damnatum. Nunc autem pater suus dissipauerat omnia illa excelsa tanquam contraria cultui Dei, & ipse restituit omnia illa tanquam licita, & meliora, quàm cultus Dei: peior ergo erat quantum ad hoc Manasses, quàm alij reges, qui antiquam idolatriam continuabant. *Et erexit aras Baal.* Cultus Baal cœpit in terra Israel sub Achab, quia Iezabel vxor eius fuit nimis deuota circa Baal habens quadringentos, & quinquaginta prophetas eius, omnibusque illis de mensa sua cibos tribuens: præcedenti libro, cap. 18. Postea autem iste cultus fuit in terra Iuda, quia reges Iuda fuerũt de stirpe regum Israel ex parte matrum, scilicet: Ochozias rex Iuda fuit filius Athaliæ, quæ erat filia Achab regis Israel, supra 8. & 2. Paralipom. 22. & tẽpore suo erat templum Baal in Ierusalem: nam Ioas filius eius docente Ioiada summo sacerdote destruxit templum Baal, & occidit Mathan sacerdotẽ eius, supra 11. & 2. Paralipom. 23. Deus autem oderat magis cultum Baal, quàm aliorum idolorum, quia magis præiudicabat cultui suo, & ob hoc incitauit Iehu ad occidendum totam domum Achab, qui introduxerat cultum Baal, & ad occidendũ omnes cultores Baal, supra 10. Et iste cultus cessauerat aliquo modo etiam in regno Israel: nam Ioram filius Achab abstulit statuas Baal, quas fabricauerat pater suus Achab, supra 3. Et in hoc fuit valde vituperabilis Manasses, qui idola valde odibilia Deo, & ab antiquo expulsa, etiam ab ipsis idolatris nunc nõ uiter reduxit, vt colerentur. *Et fecit lucos, sicut fecerat Achab rex Israel.* Lucus vocatur congregatio arborum densarum quando præ densitate locus obscurus redditur: ideo dicitur lucus quasi luce carens, vel lucus à lucendo per antiphrasim, quia nulla lux ibi est. Fiebant autem isti luci circa altaria idolorum in honorem ipsorum, quia ad cæremoniam cultus idolorum pertinebat istud. Exercebãtur enim tunc turpitudines in talibus locis post sacrificia finita: nam vacabatur ibi libidini, maximè in sacrificijs Priapi: & quia libido propter verecundiam in loco obscuro exerceri debet, plantabantur luci apud altaria: & si aliquando non habebatur lucus pro talibus libidinib⁹, fiebat domus subterranea obscura, in qua exerceretur idem: Et sic fuit in cultu priapi: nam mater regis Asa, scilicet, Maacha erat princeps in sacrificijs priapi, habebat specum subterraneam, & lucum, & omnia ista destruxit rex Asa: præcedenti libr. cap. 15. fuit autem tanti ardoris Manasses in colendo idola, quòd etiam intra templum Domini fecit lucos. Nã Iosias, qui fuit nepos eius fecit educi lucum de templo Domini, & cremari in torrente Cedron, inf. 23. Omnia tamen ista fecerant Manasses, & Amõ filius eius. Et dicitur, quòd fecit lucos, sicut Achab rex Israel: nam ille ad suasionem Iezabel vxoris suę plantauit lucum in Samaria, & fecit templum Baal, precedenti libro, cap. 16. & fit comparatio ad Achab: q̃a de illo dicitur, quòd fuit peior omnibus regibus Israel, & quòd non fuit aliquis ita venundatus ad faciendum malum, sicut Achab: præcedenti libro, capit. 21. *Et adorauit omnem militiam cęli.* Scilicet, inclinauit se coram illa flectendo genua, vel inclinando caput in reuerentiam deitatis. *Et coluit eam.* Scilicet, faciendo sacrificia, quia posuit altaria pro omni militia cœli in templo Domini: inf. 23. vocantur enim militia cęli omnia astra, scilicet, tam planetæ, quàm sydera fixa, & principaliter illa, quæ erant magna, & habebant aliquas figuras speciales, sicut sunt cõstellationes factæ ex multis stellis simul, sicut Arcturus maior, & arcturus minor, & Carpentarius, & Andromeda, Perseus, Corona, Ariadnæ, Orion, Pliades, & Hyades, & similes constellationes. Vnde principaliter colebant Solem, quia erat maximus inter omnia corpora cœli, & consecrauerunt ei currum cum quatuor equis, quem posuerunt in templo Domini: infra 23. Colebant etiam Lunam, quam vocabant reginam cęli: & mulieres quando faciebant panes coquebant ei placentas, & offerebant, putabãtque se recipere multa bona ab illa: Ieremiæ 44. Colebant ẽt duodecim signa Zodiaci: quia in istis sunt principalia sydera, & figurę, sub quibus decurrunt oẽs planetæ, per quorum motum fit omnis generatio in terra, vt ait Arist. 1. de generatione. Sic etiã de omnibus alijs constellationibus, & astris cognitis faciebant: quia inclinabant se coram illis, & offerebãt sibi sacrificia: Deus tamẽ vetuerat istud nimis: Deuteronom 4. scilicet, Caue, ne eleuatis oculis in cœlũ videas Solem, & Lunam, & oĩa astra cœli, & errore deceptus adores ea, & colas, quæ creauit Dñs Deus tuus in ministerium cũctis gentibus, q̃ sub cęlo sunt: ista positio venit à sapientibus, & astrologis, qui nõ erãt perfectè sapientes, & videntes quosdam effectus na-

Marginal notes: Manasses grauiter peccauit in cultu idolorũ. — Lucus q̃d. — Astra colebanť tempore Manasses.

Section letters: F, G, H, I, K

naturales, quos habebant corpora cœlestia super naturam elementalem, putauerunt illa corpora esse deos: potissimè, quia ex illis credebant primò deriuari virtutem, & illa non recipere ab aliquo alio, sed isti nimis errauerunt cum ponerent corporalia esse Deum. Rectius autem dixissent, vel saltem non tantum errauissent, si dicerēt spiritus motores orbium cœlestium esse Deos, quia cōditio perfectionis summæ magis conuenit spiritui, quàm corpori. Et fuit ista positio nimis inter Hebræos: quia habebant ipsi in circuitu sapientes astrorum, qui hoc asserebāt, scilicet: Aegyptios à parte meridiana, & Chaldæos, siue Babylonios ab Oriēte. *Extruxitque aras in domo Domini.* Idest, fabricauit altaria multa in templo pro tota militia cœli, & pro Baal, & alijs idolis: Deus tamē iusserat, ꝙ solum esset vnum altare in templo, & illud non debebat construi voluntate cuiuscunque, sed id, quod ab antiquo erat, s. fabricatum à Moyse, vel si aliquod aliud Deus nouiter fabricari iuberet, sicut fuit de altari, quod fabricauit Salomon, quando construxit templum, præced. lib. cap. 7. & 2. Paralipo. 4. nam illud mandato Dei factum est, quia nihil fecit Salomon in templo, cuius Deus non dedisset prius Dauid descriptionem, & figurā, vt patet 1. Paralip. 28. Postea autē non licuit alicui fabricare aliud altare præter id, quod fecerat Salomon, & propter hoc increpat nimis Achaz, qui abstulit altare illud de loco suo, & posuit ibi altare, quod construxerat pro dijs Damasci, sup. 16. & 2. Paralipo 28. Manasses autē multa altaria simul posuit, ideo plus peccauit. *De qua dixit Dominus: in Ierusalem ponam nomen meum.* Quasi dicat, peccatum graue erat, ꝙ Manasses posuisset altaria in templo Domini, cum Deus dixisset, quòd volebat nomen suum esse in Ierusalem, idest, quòd ibi esset templum ad inuocationem nominis sui, ꝓcedenti libro, capit. 11. & 2. Paralipom. 6. Ideo magis peccabat Manasses, ponendo ibi immunditias idolorum, quàm si poneret alibi.

Quare Manasses fuit tantum deditus idolatriæ super cęteros reges, cum non haberet patrem, qui eum incitaret ad hoc. Quæstio II.

QVAERETVR, quō Manasses fuit tantū deditus idolatriæ, cùm non habuisset ad hoc parentem eruditorem: nam Ezechias pater suus nō coluit idola, sed potius persecutus fuit ea super omnes homines, & destruxit totam idolatriam, 2. Paral. 29. & 30 & 31. Respondendū est, ꝙ hoc potuit esse suasione populi, vel aliquorum principum: nam erant semper aliqui inter Iudæos, qui desiderabant colere idola, eo quòd cultus idolorū erat delectabilior hominibus turpibus, quàm cultus Dei propter libidines, quę ibi exercebantur, & alias turpitudines: & qñ erant aliqui reges habentes zelum Dei, nō audebāt isti loqui, & cum erant aliqui, qui poterant faciliter conuerti ad idola persuadebant eis conuerti: sic fuit de rege Ioas, qui coluit Deum toto tēpore, quo vixit Ioiada summus sacerdos, sed illo mortuo, cū non haberet doctorem introeuntes principes Iuda ad regem adorauerunt eum, & ipse eorū obsequijs delinitus concessit, quod petebant. s. quod coleretur Baal, 2. Paral. 24. Ita fortè esset de Manasse, qui cępit regnare cū esset puer paruulus duodecim annorū: & satis verisimile ē, ꝙ principes custodes eius, & erudientes ipsum instruerent eum in hoc cultu, & ipse postea tenacissimè, & feruenter prosequeret istum modum viuendi. Sic etiam potest dici de Achab, qa ipse erat viginti annorum, quando cœpit regnare, supr. 16. Et fortè principes regni, qui erudiebant eū

Her. Hecolebant idola.

A suaserunt ei sic facere, & secutus est consilium eorū. Secundò pōt dici, ꝙ fiebat hoc ex quadam mala opinione, quam habebant Iudæi: nam plurimi illorum putabant, ꝙ si colerent idola euenirēt eis omnia ꝓspera: si aūt colerent Deum, non adiuuaret eos, sed traderētur manibus hostium: sic patet Iere. 44. cum ipse dixit ad mulieres Iuda, ꝙ non colerent reginā cœli, & responderunt, ꝙ non facerent, dicētes, sacrificauimus reginæ cœli, & libauimus ei libamina, sicut fecimus nos, & patres nostri, & reges nostri in vrbibus Iuda, & plateis Ierusalem, & saturati sumus panibus, & bene nobis erat, malunque non vidimus: ex eo autem, quo cessauimus sacrificare reginæ cœli, & libare ei libamina, indigemus omnibus, & gla-
B dio, & fame consumpti sumus. Fortè autem fuit huiusmodi opinionis Manasses, & ob hoc coluit idola putās, ꝙ possent ei benefacere, vel nocere. Et de hoc laudat Ezechias, sup. 18. quia dr̄ de eo, ꝙ in Dño Deo Israel sperauit. s. non sperauit in idolis, sicut sperabāt multi reges Iuda: nam sic fecerat Achaz, q dixit: dij regum Syriæ auxiliantur eis, quos ego placabo muneribus, & aderunt mihi, 2. Paral. 28.

Quis magis peccauerit Achaz, an Manasses, cum isti fuerint peccatores super omnes reges Iuda. Quæst. III.

QVAERETVR vlterius, quis magis peccauit Achaz, vel Manasses: nam isti duo fuerūt pec-
C catores nimis super omnes reges Iuda.

Respōdendum, ꝙ isti duo possunt comparari dupliciter, s. absolutè quantum ad omnia peccata, vel solum quantum ad idolatriā: si autem cōparentur quantum ad omnia peccata, dicendū, ꝙ magis peccauit Manasses, ꝗ Achaz: nam Achaz non increpat, nisi de idolatria, in qua nimis viguit sup. 16. & 2. Paralip. 28. Manasses autem præter idolatriam increpat nimis de homicidio: nā ipse repleuit Ierusalem sanguine vsque ad os, vt patet inf. in litera, & occidit ꝓphetas multos, inter quos dr̄ occidisse Isaiam, vt inf. declarabitur: & ideo dr̄ de eo: Insuper, & sanguinem innoxium fudit Manasses multum nimis donec impleretur Ierusalem vsque ad os absque peccatis suis,
D quibus peccare fecit Iudam, & ista peccata occisionis fortè præponderauerunt, vel æqualia fuerunt ad peccata idolatriæ. Si autem comparentur Manasses, & Achaz quantum ad solam idolatriam dicendum, quòd vterque fuit magnus idolatra: & tamen in hoc non apparet tam distinctè quis eorum magis peccauerit, sed videtur dicendum, quòd magis peccauerit Manasses.

Primò, quia Achaz continuauit idolatriam, quā introduxerant reges præcedentes, & superaddidit aliquid. Nam ante Achaz nullus abstulerat excelsa, sed primus, qui illa abstulit fuit Ezechias, sup. 18. Manasses autem non continuauit idolatriam ab alijs introductam, sed ipse de nouo illam introduxit: nam
E Ezechias abstulerat omnem idolatriā de terra, 2. Paralipom. 29. & 30. & 31. Iste autem reduxit omnem idolatriam destructam, & addidit aliquid super omnes reges, qui fuerunt ante eum: nam non fuit aliquod tempus, in quo tot idola colerentur, sicut in tempore Manasse, vt patet inf. 23. vbi enarratur idolatria Manasse, quam destruxit Iosias, & non legitur tanta idolatria in aliquo loco scripturæ.

Secundò, peccauit plus Manasses, quàm Achaz: quia quanto aliquis plura idola colit, tanto plus peccat: & tamen Manasses plura idola coluit, quàm Achaz: quia Achaz præcipuè increpatur, quòd multiplicauit altaria in omnibus locis Iuda, & in montibus, & collibus, & quòd fecerit altare dijs Dama-

ſci, precedenti cap. & 2. Paralipo.28. & tamen Manaſſes fecit oĩa iſta: nam multiplicauit altaria per totam terram, cum dicatur, ꝙ ipſe edificauit omnia altaria, & excelſa, quę diſſipauerat Ezechias pater eius: & tamen Ezechias non ſolùm deſtruxit altaria, quę fecerat Achab, ſed etiam, quæ facta erãt ab antiquo ab alijs regibus, & à populo: ergo Manaſſes omnia illa rectificauit, & conſequenter plura ille fabricauit, quàm fabricauerat Achaz. Inſuper multos deos coluit Manaſſes, qui nominantur hic, & infra 23. quos non coluit Achaz, vel ſaltem non dicitur de illis, ꝙ coluit eos Achaz: magis ergo fuit Manaſſes idolatra. Tertiò patet, quia Achaz clauſit templum Domini, vt non fierent ibi ſacrificia, & ſic non fiebant ibi ſacrificia Deo, nec dæmonibus, 2. Paralipom. 29. & manſit templum clauſum vſque ad primum mẽſem regni Ezechiæ, qui aperuit illud, & purgauit, & fecit ibi offerri ſacrificia, eo. cap. Manaſſes autem introduxit idola in templum Domini, & lucos, & fiebant ibi ſacrificia idolorum, & turpitudines libidinis in lucis: nihil tamẽ peius eſſe poterat, quàm talia fierent in templo Domini, ergo valde magis peccauit Manaſſes. Quòd autem luci, & ſtatuæ eſſent in tẽplo, patet infra 23. Quartò patet, quia captiuitas Babylonis fuit pœna, quam Deus dedit toti populo Iuda, & fuit maxima: & tamen infra 23. dicitur, ꝙ fuit data pro peccatis Manaſſe, & non dicitur pro peccatis Achaz, vel alterius regis, ergo magis peccauit Manaſſes, quàm Achaz.

Manaſſes an peccauerit plus, quàm omnes reges Iuda. Quæſtio IIII.

QVAERETVR vlterius, an peccauerit Manaſſes plus, quàm omnes reges Iuda. Rñdẽdum, ꝙ ſic, & patet hoc, quia peccatũ Manaſſe fuit in duob. ſcilicet, in occiſione, & ĩ idolatria, & in quolibet iſtorum exceſſit ipſe omnes reges Iuda. De occiſione patet, quia inter reges Iuda rari fuerunt, qui occiderẽt prophetas, ſed aliqui eorum incarcerarẽt eos, vel minarẽtur eis: ſicut fuit de Aſa, qui incarcerauit Anani prophetam, qui increpuit eum, 2. Paralipo.26. & Amaſiam increpuit, & comminatus eſt cuidam ꝓphetæ increpanti ſe, 2. Paralipom. 25. de alijs autem regibus præcedentibus in Iuda non legitur, ꝙ occiderint ꝓphetas, vel incarcerauerint eos, niſi de Ioas rege, qui lapidari fecit Zachariam prophetam filiũ Ioiadæ ſummi ſacerdotis, & fratres ſuos, quia increpabant eum de idolatria, 2. Paralipo. 23. De Manaſſe autem dicitur hic, quòd effudit ſanguinem innocẽtem multum nimis quouſque repleretur Ieruſalẽ vſque ad os, & inter iſtos occiſos dicuntur fuiſſe multi prophetæ occiſi, de quibus fuit Iſaias, vt infra dicetur, ideo valde plus peccauit ipſe in effuſione ſanguinis, quàm omnes reges Iuda. Secundum peccatum Manaſſe fuit idolatria, & in hoc etiam ipſe exceſſit omnes reges Iuda: nam nullus fuit, qui tantæ idolatriæ vacaret: nam inter reges Iuda, & Iſrael primus idolatra fuit Salomon, & tamen ipſe non tantũ peccauit in idolatria, ſicut Manaſſes, quia nõ poſuit idola in vrbe Ieruſalem, nec in templo, ſed extra vrbem fecit aliqua templa pro dijs vxorum, & concubinarum ſuarum, præcedenti libro, cap. 11. & 2. Paral. 10. Manaſſes autem introduxit idolatriam in templũ, & per totam terram Iuda, ideo magis peccauit. Roboam autem, & Abia etiã fuerunt idolatræ, ſed non fuit tanta eorum idolatria, præcedenti libro, cap. 14. & 15. Ioram autẽ filius Ioſaphat malus fuit in vtroque: nam occidit multos, & coluit multa idola, & tamen peior fuit Manaſſes in vtroque: nam Ioram ſo-

F lum occidit fratres ſuos, & quoſdam de principibus Iuda, 2. Paralipom. 21. & tamẽ Manaſſes repleuit Ieruſalem ſanguine vſque ad os. In idolatria quoque peior fuit, quia nullus tot abhominationes idolorũ introdũxit in templum Domini, ſicut Manaſſes, iõ ipſe fuit peior: nouiſſimè autẽ inter reges Iuda fuerunt peſſimi omnium Achaz, & Manaſſes, & Ioram filius Ioſaphat, & tamen inter iſtos tres poteſt dici Achaz minus malus, quia non fuit occiſor, ſicut Ioram, & Manaſſes, & inter Ioram, & Manaſſen peior eſt Manaſſes, quia ipſe ambos excedit in idolatria, & in homicidio. Item patet, quòd fuerit generaliter peior omnibus regibus Iuda: nam captiuitas Babylonis fuit inflicta Iudæis pro omnibus malis præteri
G tis, & tamen non dicitur illa inflicta pro peccatis alicuius regis, niſi Manaſſe: ergo ille fuit peior omnibus regibus Iuda.

An Manaſſes fuerit peior omnibus regibus Iſrael. Qõ V.

QVAERETVR vlterius, an fuerit peior Manaſſes omnibus regibus Iſrael. Reſpondẽdum, ꝙ non: pro quo ſciendum, quòd mala, in quibus peccauit Manaſſes, fuerunt duo principaliter, ſicut dicebatur preced. quæſt. ſ. homicidium, & idolatria, & in iſtis nõ fuit ipſe maior omnibus Iſrael. Et ad hoc intelligendum, ꝙ omnes reges Iſrael mali fuerunt: nã non fuit aliquis eorum, qui non coleret idola, vt pa-
H tet diſcurrẽdo à primo eorum, ſ. Ieroboam filio Nabath vſque ad vltimum, ſ. Oſeæ filio Ela. Nã de quolibet eorum dicitur, quòd fecit malum corã Domino colendo idola, & patet hoc præced. lib. à cap. 12. vſque ad finem ſimul, & à principio libri huius vſq; ad 17. cap. & tamen inter omnes iſtos reges duo fuerũt peſſimi, ſcilicet, Ieroboam, & Achab: Ieroboam quidem in idolatria: Achab verò in idolatria, & homicidio. De cæteris autem regibus Iſrael ſine dubio poteſt dici, ꝙ Manaſſes rex Iuda fuerit peior quolibet illorum, eo ꝙ nullus illorum magis idola coluit, q̃ Manaſſes, nec tantum ſanguinem innocẽtem effudit, vt patet de quolibet in prædictis locis. De Achab verò, & Ieroboam eſt dubiũ, an fuerit peior eis Ma-
I naſſes: fuit enim valde malus Achab in occiſione ꝓphetarum, & aliorum virorum ſanctorum: nam Iezabel vxor ſua auctoritate eius occidebat prophetas Dñi, quotquot inuenire poterat. Vñ Abdias diſpenſator Achab abſcondit tunc centum prophetas in duabus ſpeluncis, & pauit eos pane, & aqua propter timorem Iezabel, præcedenti libro, cap. 18. Occidit etiam Naboth, & filios eius, præcedenti libr. cap. 21. & ſup. 9. vnde quando Deus dixit ad Iehu, ꝙ deleret domum Achab, ait: vnxi te regem ſuper populum Iſrael, & percuties domũ Achab Dñi tui, vt vlciſcar ſanguinem ſeruorum meorũ prophetarum, & ſanguinem omnium ſeruorum Dñi. De idolatria autẽ Achab ẽt patet, ꝙ multa fuerit: nam ipſe multiplica
K uit idola in terra, & potiſſimè cultum Baal ſuper oĩa idola, & quantum ad hoc nondũ videtur, an peior fuerit Manaſſes, q̃ Achab, vel è cõtrario. Et dici poſ ſet, ꝙ fuiſſet peior Manaſſes, quia ille introduxit idolatriam in templum Domini: Achab autem nõ: & tamen dicendum eſt, ꝙ fuerit peior Achab: quia prę ced. lib. cap. 21. dr̃, ꝙ nõ fuit alter talis, vt Achab, qui venundatus eſſet ad peccandum. Secundò patet, q̃a peccauit Achab grauiſſimè, quia nõ ſolum colebat idola, ſed etiam cogebat oẽs Iſraelitas ad colendum Baal. ſ. ad incuruandum genua coram eo, & oſculandum manũ, vt colligitur preced. libr. c. 19. & ſi aliqui nolebant, occidebant, vel fugiebant de terra, aut abſcondebant ſe, ne cognoſcerent in tantum, ꝙ Elias propheta

Achab magis peccauit, q̃ Manaſſes.

propheta putauit de cultoribus Domini nullum relictum fuisse, nisi ipsum, eod. capit. cùm dixit: altaria tua suffoderunt, & sacerdotes tuos occiderunt, & relictus sum solus, & quærunt animam meam. Istud.n. fuit maximum peccatum Achab: Manasses tamen licet peccauerit nimis colendo idola, tamen nullum coegit ad colendum ea, ideo peior fuit Achab, quã Manasses. De Ieroboam etiam primo rege Israel dicendum, quòd ipse nõ fuit tam malus sicut Manasses in effusione sanguinis, quia non legitur effudisse sanguinem innocentem: & tamen in idolatria fuit peior, & peccatum suum in idolatria præponderauit ad peccatum Manasse in homicidio, & in idolatria: nullus enim tam malus fuit in idolatria, sicut Ieroboam, quia ipse fuit primus, qui coegit totum Israel recedere à lege Dei, & fuit causa totius idolatriæ, quæ postea exercita fuit ab omnibus Israelitis: vnde supra 17. Omnia peccata Israel attribuuntur Ieroboam. De eo etiam probauimus præcedenti libro, cap. 14. quòd fuit peior omnibus regibus Iuda, & Israel, & etiam quòd fuit peior omnibus hominibus, qui ante ipsum fuerant, ideo necessariò fuit peior, quàm Manasses: & sic Manasses fuit peior omnibus regibus Iuda sine exceptione, & fuit peior omnibus regibus Israel præter Ieroboã, & Achab, qui fuerunt peiores eo. *Et extruxit altaria vniuersæ militiæ cœli.* Idest, fecit altaria in templo Domini pro tota militia cœli: nam posuit imaginem Solis, & currus, & equos eius, & imaginem Lunæ, & imagines duodecim signorum Zodiaci in templo, & pro singulis fecit altaria, & offerebat eis incensum, & sacrificium. *In duobus atrijs templi Domini.* Scilicet, altaria pro sacrificijs, & imaginib. istius militiæ cœli fuerunt in duobus atrijs templi Domini: & ideo de ipso loco eduxit postea Iosias omnes istas imagines, quas posuerat Manasses, infra 23.

Ieroboam peior Achab.

Manasses fecit altaria in atrijs.

Quæ essent ista atria, in quibus fecit altaria Manasses. Quæstio VI.

QVAERETVR, quæ erant ista duo atria, in quibus fecit altaria Manasses. Respõdendum, quod ad euidentiam huius considerandum est in tẽplo Salomonis duas esse partes: vna erat clausa parietibus, & tecto, & ista vocatur propriè templum: alia autẽ erat clausa parietibus, sed non tecto, & ista vocatur atrium. Erat autem ista pars in circuitu tẽpli, & diuidebatur in quatuor partes, quæ vocabantur quatuor atria, quorum primum erat atrium sacerdotum, quod erat coniunctum portæ templi, & istud erat minus omnibus alijs, & vocabatur sic: quia ibi erant sacerdotes, & altare holocaustorum, & fiebant ibi sacrificia, & aliæ cæremoniæ. Ad istud atriũ non introibat aliquis, nisi esset sacerdos, & erat sanctissimum inter omnia atria. Secũdum atrium erat, quod vocatur atrium virorum mundorum, & istud erat maximum omnium, & ad illud conueniebant omnes viri ad orandum, & manebãt ibi cum sacerdotes facerent sacrificia, & celebrarẽt alias cæremonias legis. Tertium atrium erat mulierum mundarum, & istud erat tale, sicut præcedens, & conueniebant ad illud omnes mulieres Iudææ mundæ ad orãdum, & audiendum verbum Dei, & videndum fieri omnes cæremonias. Istud atrium erat ita magnum, sicut præcedens, vel quasi. Quartum atrium erat mulierum immundarum, & Gentilium, quæ veniebant aliquando ad templum Domini, vt orarent, sicut Salomon præsupposuit præcedenti libro, cap. 8. Et patet de illo eunucho reginæ Aethiopiæ, qui venit ad orandum in templo. Act. 8. & istud atrium nõ

In templo Salomonis duæ partes, & quæ atria.

A erat ita sanctũ, sicut alia tria atria, & ideo introibant in illud immundi, & Gentiles, qui tamen non poterant ingredi in alia atria: erant autem ista quatuor atria coniuncta, & solum diuidebantur pariete medio inter se, licet ab extra haberent quendam murum altissimum claudentem omnia ista quatuor atria, & erãt in illo portæ, per quas introibatur ad singula ipsorum. A parte autem interiori parietes, per quos distinguebãtur ista atria, erant parui, ita vt omnes, qui essent in tribus atrijs istorum possent videre sacrificia, & cæremonias, quæ fiebant in atrio sacerdotis, quia adhoc conueniebant in templum. De istis atrijs magis declaratum fuit præcedenti libro, cap. 6. & 7. Nunc autem dicitur, quòd in duobus atrijs templi posuit Manasses altaria, & potest intelligi de atrio sacerdotum, & de atrio virorum mũdorum, quia ista duo erant principalia atria, & in alijs non curauit ponere altaria.

B

Intelligendum etiam, quòd Manasses solum posuit altaria in atrijs, & tamẽ intra templum nullum posuit: hoc autem fuit, quia fortè voluit obseruare aliqualiter consuetudinem antiquam templi illius: nam quando ibi colebatur Deus nullum altare ad faciendum sacrificia erat intra templum, sed solum in atrio sacerdotum: in templo autem erat altare thymiamatum, in quo nũquam offerebatur aliquod genus sacrificij, Exod. trigesimo, sed solum introibat illuc vnus sacerdos quotidie ad offerendum thymiama, & incendendum lucernas, & sic Manasses fortè noluit nunc aliqua altaria esse ibi. Alia causa potuit esse propter timorem: quia fortè cum ante hoc pars illa semper fuisset secreta, & nunquam introiret illùc, nisi vnus de sacerdotibus timeret Manasses introire illùc, vel constituere ibi altaria. Tertia causa esse potuit propter pulchritudinem loci, quia templũ Domini interius totum erat opertum laminis aureis in tecto, & parietibus, & pauimento: si autem fierent ibi sacrificia pollueretur pars illa, quia oporteret illuc introduci oues, & boues viuentes, & iugulari ibi, & fundi sanguinem super altare, & multa alia, quæ non conueniebant tantæ munditię loci, & ista videtur fuisse causa potissima. Vnde quanquam multi de regibus Iuda polluerint templum Domini, introducentes idola, & auferentes cultum Dei inde, de nullo legitur, quòd posuerit altare, vel fecerit aliquid intra templum, sed omnia faciebant in atrijs. *Et transduxit filium suum per ignem.* Sic enim fecit auus suus Achaz: nam transduxit, siue lustrauit filios suos per ignem, supra 16. & 2. Paralipo. 28. de ista transductione, an solum esset transitus per medium ignis, vel esset crematio in igne, vel occisio, & postea crematio, non apparet: magis tamen dicendum est, quòd fuit crematio: nam Iosephus dicit fuisse holocaustum. Quare autem fiebat hoc, & quomodo, declaratum est supra 16. *Et ariolatus est.* Ariolari est facere cæremonias, quæ fiunt ad aras, & istud est, quando immolantur aliqua animalia idolis respicere venas eorum, & ex illis prædicere aliquid futurum: vt infra dicetur, & fuit iste ritus apud antiquos, & obseruauit eum Manasses: quia ipse per se aliquando obtulit sacrificia idolis, & inspexit venas animalium, iuxta cęremonias idolorum. Sic etiam Achaz per seipsum obtulit sacrificiũ idolis, & fudit sanguinem super altare, supra 16. & 2. Paralip. 28. *Et obseruauit auguria.* Dñr auguria obseruationes, q̃ fiunt ex motibus, & garritibus auium, per quę hoĩes putant se posse preuidere futura, & ab auium garritu auguria nominãtur, q̃q̃ iam nomẽ augurij sit extẽsum ad multas alias superstitiones, & ista auguria obseruauit Manasses, q̃a nõ attendebat, vt verita

Manasses nõ posuit altaria intra tẽplũ.

C

D

Manasses transduxit filium per ignem.

E

tem inquireret ꝑ prophetas Dñi, sed per auguria, & F
alias superstitiones gentium putabat se posse veritatem præscire. *Et fecit pythones.* Vocantur pythones illi, qui habebant aliquos spiritus familiares, vel inuocabant eos, vt responderent ad aliqua dubia, & istos iubebat lex occidi: Leui. 20. fecit tamen Manasses, ꝙ essent multi, vt per eos posset inquiri veritas occultorum. Vocantur autem pythones propriè dæmones respondentes: viri autem, qui habent eos, vocantur pythonici. Sic patet sup. 1. libr. cap. 28. cum dictũ est ad Saulem: est mulier in Endor, quæ habet pythonem, idest, spiritum familiarem, & tamen aliquãdo ipsi habentes illos vocantur pythones, & sic accipit hic. *Et aruspices multiplicauit.* Aruspices, & arioli idem sunt: nam arioli ab aris dicuntur, & aruspices quasi G
aspicientes in aris, & vtrique sunt illi, qui offerebãt sacrificia dæmonibus, & in venis animalium occisorum requirebant veritatem futurorum; iste modus fuit nimis vsitatus apud antiquos. Sic enim Oedipus rex Thebarum fecit inquiri in visceribus animalium quid futurum esset, quando erat magna pestis in terra sua, vt ait Seneca Tragedia quinta, cuius titulus est: Oedipus. Sic etiam Romani inquisiuerunt euentum belli Iulij Cęsaris, & Pompei, vt ait Lucanus lib. 1. de bello plusq̃ ciuili in fine. Erat autem magna ars inter Gentiles, quæ aruspicina vocabat: hãc enim docuit vir quidam nomine Teges, qui arando à quodam agricola repertus est subitò prosiliuisse de gleba, & eadem die aruspicinam docuit, & mortuus H
est. De hoc Aug. 18. de Ciuitate Dei, & Lucanus vbi supra. Nunc Manasses multiplicauerat aruspices, scilicet, vt per singula loca terræ suæ essent aliqui scientes istam artem, & quando facerent sacrificia scirẽt in visceribus animalium prænũciare futura, de hoc dr̃ infra 23. ꝙ Iosias deleuit aruspices, quos posuerãt reges Iuda ad sacrificandum in excelsis per ciuitates Iuda, & in circuitu Ierusalem. *Vt faceret malum coram Domino.* Idest, faciebat Manasses omnia ista ad faciendum malum coram Domino. i. displicebat ei. *Et irritaret eum.* Idest, prouocaret ad iram: non est intelligendum, ꝙ ad istum finem faceret Manasses omnia ista, vt offenderet Deum, quia nullus homo est quantuncũque malus, qui velit directè offendere Deum, sed I
est sensus, ꝙ faciebat ista, & per ea sequebatur offensio Dei, & ita ponitur sæpissimè in scriptura non ad dicendum causam finalem, sed consecutiuam.

> Aruspices & arioli idē sunt.

> Modus inquirẽdi veritatem futurorũ, & in venis animalium valde vsitatus apud antiquos.

Quare Manasses fecit pythones aruspices, & augures, & quare scriptura tam diligenter narrat de Manasse, quòd exercuit augurium, & aruspicinam, Quæst. VII.

QVAERETVR, ad quid Manasses faciebat pythones, & aruspices, & augures. Respondendũ, quòd hoc faciebat propter duo; primò, quia transiuit Manasses ad ritum gentium in sacrificijs, & cultum idolorum: ideo voluit imitari eas quantum ad K
omnia, sed Gentiles exercebant auguria, aruspicinam, & artem pythonicam, & alias superstitiones: ideo Manasses voluit omnia illa habere: erat autem connexum sacerdotibus gentium istas artes exercere, quia ipsi habebantur à populis tanquam prophetæ, & per omnes quærebatur consilium de futuris, ideo ipsi debebant vacare superstitionibus, per quas possent interdum opere dæmonum aliquæ veritates declarari, & sic populus deceptus maneret in cultu idolorum; erat autem de antiqua cæremonia, ꝙ illi, qui erant sacerdotes idolorum, essent aruspices, & exercerent pythonicam, & auguria, nec putabãt se posse habere plenè cultum idolorum nisi aruspices, & pythonicos haberent. Sic enim Iezabel, quæ colebat Baal habebat quadringentos quinquaginta prophetas eius, pręcedenti libro, cap. 18. ita nũc Manasses voluit habere aliquos exercentes omnes istas superstitiones, vt plenè haberet cultum idolorum. Secunda causa fuit, quia homines soliciti sunt pro futuris, ideo conantur quantum possunt scire illa, & ob hoc omnes gẽtes ab antiquo deceptæ sunt faciliter à dæmonibus, quia solicitè erant, vt scirẽt futura, & dæmones dederunt eis multas artes superstitiosas, ꝑ quas possent interdum cognoscere aliquas veritates, licet cum magno errore: & propter istas artes incœperunt colere dæmones, quia dæmones sic illas instituerunt, vt non possent exerceri, nisi exhibẽdo eis aliquem honorem. Iudæi autem inclinabantur sicut cæteræ gentes, ad sciendum futura, & quia insisterent istis superstitionibus, Deus dedit eis prophetas multos, per quos possent inquirere de occultis, & respondebant illi certius, quàm diuinatores ꝑ superstitiones suas: sacerdotes quoque in vestibus sacris respondebant de quibuscunque dubijs, quando applicabãt rationale, & Ephod, de quo Exo. 28. & supra primo libro, cap. 23. & 30. Et quia per istos habebatur responsio certior, quàm per diuinationes, nõ inclinabantur nimis Iudæi ad superstitiones istas. De hoc dicitur Numeri 34. scilicet: non est idolũ in Iacob, nec diuinatio in Israel, temporibus suis dicetur Iacob, & Israeli, quid operatus sit Dominus, idest, quanquam non habeant Israelitæ idola, nec diuinationes, nec auguria, tamen dicetur eis temporib. suis, idest, quandocunque petiuerint quid facturus sit Dominus, scilicet, dicetur hoc eis per prophetas, Manasses autem, quia recedebat à cultu Dei, nolebat habere prophetas Domini, nec inquirere aliqd ab eis, ideo volebat per alium modum scire futura, & ad hoc recurrit ad superstitiones gẽtium, scilicet, ad auguria, pythonicam, & aruspicinam. His enim vtebantur omnes gentes, quæ erant in circuitu terre Israel, & ab ipsis accipiebant doctrinam Israelitę: Sic dicitur Isa. 2. Repleti sunt, vt olim, & augures habuerunt, vt Philisthijm.

> Deus quare dedit Iudęis multos ꝓphetas potius q̃ alijs Gẽtibus.

Quare scriptura tam diligenter enarrat de Manasse, quòd exercuerit auguria, artem pythonicam, & aruspicinam. Quæstio VIII.

QVAERETVR vlterius, quare scriptura enarrat hic tam diligenter de Manasse, quòd exercuit auguria, & artem pythonicam, & aruspicinam. Respondendum, quòd voluit scriptura exprimere magnas iniquitates Manasse, & quia Deus detestatur nimis superstitiones istas, quibus vtebatur Manasses, scriptura diligenter expressit illas.

Pro quo sciendum, quòd Deus maximè detestatur idolatriam, quia nihil est, quod magis repugnet ei: & quia superstitiones istæ sunt pars idolatriæ, vel exercentur cum idolatria, & maximè ars pythonica, & aruspicina, ideo Deus abhominatur istas artes, sicut idolatriam, & iubebat puniri vtentes illis, sicut idolatras; sic patet Leuitic. vigesimo, vbi iussit occidi viros, aut fœminas habentes spiritum pythonicum. Generaliter etiam Deus prohibuit omnes superstitiones huiusmodi, quæ pertinebant ad dæmones, vt patet Deuteronom. decimooctauo, scilicet: Nõ inueniatur in te, qui lustret filium suum, aut filiam ducens per ignem, aut qui ariolos sciscitetur, & obseruet somnia: atque auguria, nec sit maleficus, nec incantator, nec pythones cõsulat, nec diuinos, nec quærat à mortuis veritatẽ; omnia enim ista abhominatur Dominus: gẽtes istæ, quarum possidebis terram, augures, & diuinos audiunt: tu aũt à Domino

no Deo tuo aliter institutus es. Manasses autem cir ca ista valde peccabat, & irritabat Dñm: ideo scri-ptura diligenter illa expressit, vt nos intelligamus Deum per ista nimis offendi, & caueamus illa. *Posuit quoque idolum luci, quem fecerat in templo Domini.* Posuit Manasses vnum idolum in luco, quem fecerat intra templum. Accipitur hic templum largè pro atrio, quia in vno de quatuor atrijs templi plantauit Manasses arbores magnas, & densas, vt obūbrarent locum, & vocabatur illa congregatio arborū lucus, & posuit intra lucū illum vnum idolum, & forte istud erat simulachrum Priapi. Quia lucus fiebat ad exercendum turpitudines libidinum in illo, finitis sacrificijs, & istud fiebat in sacrificijs Priapi potius, quàm aliorum Deorum: ideo consecrabantur B luci, & specus subterraneę ipsi Priapo, vt patet præcedenti. lib. c. 15. Poterat autem fieri commodè iste lucus in atrio templi: quia atrium non habebat tectum, sed solum parietes circundantes, sicut ortus, vel solarium, & istud fuit ad magnam dehonestatio nem templi Domini. s. ꝙ ibi fierent libidines, & plātaretur lucus. Potest autem dici, ꝙ istud idolū, qđ erat in luco, erat Baal: nam etiam plantabantur luci, vbi fiebant sacrificia Baal: sic patet præcedenti lib. c. 16. de Achab, qui fecit templum Baal in Samaria, & etiam fecit ei lucum. Secundo patet hoc, ꝗa in templo Domini posuit Manasses imaginē Baal, & militia cęli, vt patet hic, & c. 23. & non habeť de alijs idolis, ꝙ poneretur in templo, ideo videtur, ꝙ idolum luci erat Baal. *Super quo locutus est Dominus ad* C *Dauid, & ad Salomonem, & filium eius.* i. de templo isto dixit Deus ad Dauid, & Salomonem, ꝙ haberetur in magna reuerentia, & tamen Manasses deduxit illud ad maximam ignominiam ponendo ibi lucū, & idola. *In templo hoc, & in Ierusalem, quam elegit de cunctis tribubus Israel ponam nomen meum in sempiternum.* Deus dicebatur ponere nomen suum in Ierusalem. s. ꝙ fieret ibi inuocatio spetialis nominis sui potius, quàm in alijs tribubus Israel: nam in nulla alia vrbe terrę Israel fiebant sacrificia, aut aliæ ceremoniæ legis, nisi in Ierusalem. Et erat inuocatio ista in templo, ꝗa ibi erant omnia vasa ministrationis sanctæ, & ibi fiebant omnes cęremoniæ, & dicebatur esse in Ierusalem propter templum: nam in vrbe nullæ cęre- D moniæ cultus Dei fiebant, nisi illę, quæ in templo fiebant, & tamen ciuitas sancta dicebatur propter templum, quod in ea erat, & non in alia vrbe. *Et vltra non faciam commoueri pedem Israel de terra, quam dedi patribus eorum.* i. non faciam duci, nec permittam Israel in aliquam captiuitatem, sed manebunt firmiter in terra ista, quam dedi patribus eorum, sicut olim aduersarij persequebantur Israelitas, & captiuabant eos sic. *Tamen si custodierint opere omnia, quæ præcepi eis.* i. istud nō dico eis absolutè, sed solum si custodierint mandata mea: nam aliàs tradam eos gentibus, & captiui ducentur de terra ista. Et dicitur, si custodierint opere, quia aliqui custodiunt mandata Dei so- E lo verbo, dicentes se velle illa custodire, & recitando ea sępius, & tamen in opere nihil ponunt, & isti magis sunt increpabiles. Sic autem erant Iudæi: nā in voce colebant eum, sed nō in re. Sic patet Isa. 29. c. s. populus iste ore suo appropinquabit mihi, & labijs suis glorificabit me, cor autem eius longè est à me. Et hoc dixit Christus nimis conuenire Iudæis Matth. 15. dicens: hypocritæ, bene prophetauit Isaias de vobis dicens: populus hic labijs me honorat cor autem eorum longe est à me. *Et vniuersam legem, quam mandauit eis seruus meus Moyses.* i. custodiant oīa, quæ ego mandaui, & omnia, quæ mandauit Moyses seruus meus, & tunc faciam, ꝙ non moueantur

A de terra sua. Ponitur autē ista differentia, quia Deus mandauit quædam Israelitis per se. s. decem præcepta decalogi, quæ audierunt in monte Sinai, in voce tubę, & quanquam illa dicerentur ab angelis, vt patet ad Galathas 3. & tamen putabant Hebræi, ꝙ dicebantur per Deum, alia autem mandauit Moyses: nam omnia alia præcepta legis attulit Moyses ad Israelitas ex parte Dei: nam non audierunt alia verba à Deo post illa decē præcepta, vt patet Exod. 20. & Deut. 5. ideo Deus non dicitur præcepisse illa, sed Moyses. *Illi verò non audierunt.* i. quanquam Deus dixerit, ꝙ obseruarent præcepta eius, & non commouerētur de terra: tñ non audierunt. i. nō exaudie rūt ad hoc, ꝙ sequerētur illa. *Sed educti sūt à Manasse.* s. Manasses induxit illos ad colendū idola, & fecit, ꝙ peccarent cōtra Dominū, & intelligitur hoc de populo rudi, qui deceptus fuit à Manasse, eo, ꝙ sequebatur populus opera regis, & tamē de principibus secus est, ꝗa potius videtur, ꝙ principes deceperint Manassen, vt coleret idola contra consuetudinē patris sui, vt declaratum fuit supra in quadā quæstione. *Vt faceret malum.* s. vt colerent idola, & haberent augures, & pythones, & aruspices. *Super gentes, quas cōtriuit Dominus à facie filiorum Israel.* i. fecerunt malum plusquam gētes, quas Dominus destruxit introeuntibus Israelitis in terram. Istę fuerunt gentes Chananęorum, quæ habitabant prius in terra illa, & ad introitum Israelitarum disperditæ sunt.

Quando dictum fuit Salomoni à Deo, quòd nomen suum maneret in templo in æternum. *Quæst. IX.*

QVAERETVR, quando Deus dixit Salomoni de templo isto, ꝙ poneret nomen suum in illo, & ꝙ non commoueretur pes Israelitarum de terra sua. Responderi posset, quòd dictum fuit ei à Deo, sicut hic dicitur, & tamen non constat quando, vel quo modo, vel per quem ei dictum fuerit: sic enim multa alia referuntur in scriptura dicta esse, de quibus non apparet, vt dicta fuerint, vbi patet supra 2. lib. cap. 3. & ibi declaratum est. Aliter potest dici, ꝙ scriptura aliquādo allegat ea, quæ dicta sunt non per eadem verba, sed in sententia, & sic interdum non apparet vbi dicta fuerint, quia non est similitudo verborum. Sic patet in multis allegationibus, quas Christus faciebat de lege contra Iudęos, & etiā Apostoli faciebant, & ponuntur sępe in Euāgelijs, & Epistolis, sicut illud Matth. 15. & prima ad Corinth. 1. & 2. & multa allegat B. Ieronymus in quodam prologo super Parali. qui incipit: si septuaginta ītērpretum, & ita dici potest hic, ꝙ Salomoni dictum fuit hoc bis, quanquam non per talia verba qualia sunt hic, & semel dictum est ei dum ędificaret templum, quando Deus volebat confortare eū ad ędificandū, de quo præcedenti lib. c. 6. iterum autem dixit ei hæc viginti annis postquā cęperat ędificare tēplum. s. consummato templo, & domo regis, de quo eo. lib. c. 9. & vtraque vice istarum Deus dixit ei hoc non per aliquem prophetā, sed in somnijs apparuit ei, vt patet ibidem, & ibi declaratū est: sunt autem verba concordantia istis in sententia: nam prima vice eo. lib. c. 6. dixit Deus Salomoni: domus Hæc, quam ædificas, si ambulaueris in præceptis meis, habitabo in medio filiorum Israel, & non derelinquam populum meum Israel, & istud est, qđ dicitur hic, ꝙ si custodirēt præcepta Dei, faceret nō commoueri pedem eorum de terra, quam dederat eis, sed habitaret cum illis, sicut dicitur ibi. In secunda vice declaratum fuit hoc magis eo. lib. c. 9. vbi ponuntur multa verba de hoc significantia prosperitatem,

tatem Hebræorum, si colerent Dominum: & destructionem templi, & captiuationem ipsorum, si non colerent illum.

Quando, vel vbi prædicta verba fuerunt dicta Dauid. Quæstio X.

QVAERETVR ulterius, quomodo potuit Deus dicere Dauid, ꝙ in templo isto poneret nomen suum, & quando, vel vbi dixit ei. Aliquis dicet, ꝙ non potuit hoc dici Dauid: quia dum viuebat Dauid, nõ erat ędificatum istud templum, nec inchoatum, quia inchoatum est anno quarto regni Salomonis: præcedenti lib. cap. 6. Dicendum, quòd Deus dixit Dauid de templo isto: nã Dauid proposuit ędificare templum Domino, & Deus iussit ei, ꝙ non ędificaret, sed ꝙ filius suus ędificaret, & tunc dixit de templo illo, ꝙ poneret nomen suum ibi: vnde & ipse Dauid parauit omnes expensas ꝓ domo Domini, vt Salomon ędificaret eã. vt patet 1. Paralipo. 22. & 28. & 29. & ipse accepit à Deo omnem descriptionem, & figuram templi, & omnium vasorum eius, omniumque, quæ in templo fabricanda erant, vel ordinanda & sic tradidit illa Salomoni, vt nihil ille ageret, nisi iuxta exemplar sibi datũ. 1. Paralip. 28. ideo Deus diceret tunc Dauid de isto tẽplo quomodo nomen suum ibi ponendum erat.

Ad secundum dicendum, ꝙ Deus dixit istud Dauid quando ipse voluit primo ędificare templũ Domini, de quo supra 2. lib. c. 7. nam ibi dicitur, ꝙ Salomon ędificaturus erat templum, in quo esset nomẽ Domini sicut dicitur hic. Et etiam dicitur: ponam locum populo meo Israel, & plantabo eum, & habitabo cum eo, & non turbabitur amplius. Et hoc est quod dicitur hic. s. ꝙ Deus faceret non commoueri pedes Israelitarum de terra, quam Deus dederat patribus eorũ, de hoc etiam 1. Paralipo. 22. & 28.

An fuerit verum dictum Dei, quòd pes Israelitarum non commoueretur amplius de terra eis tradita, etiam si non peccauissent. Quæstio XI.

QVAERETVR vlterius, quomodo est verũ, ꝙ pes Israelitarum non commoueretur amplius de terra eis tradita: nam postea commotus est cum ducti sunt in Babylonem, & ante hoc ductæ sunt decem tribus in Assyrios, supra 17. & 18.

Respondendum, ꝙ hoc dictum fuit cum conditione, ut patet in litera. s. ꝙ si Israelitæ colerent Dominum, & hoc non fecerunt, quia decem tribus habitantes in Samaria multum peccauerunt in idolis, & quanquam Deus mitteret prophetas eis, vt corrigerentur, non audiebant eos, sed potius occidebant vsque ad diem, quo translati sunt in Assyrios, supra 17. duæ quoque tribus regni Iuda idem fecerunt: nam coluerunt idola & postea translatæ sunt in Babylonem, & hoc fuit propter peccatum Manasse, qui coluit idola, & decepit populum s. quia propter eum populus recessit à Deo, & ideo dicitur hic: Manasses decepit populum, quia inf. 23. dicitur, quòd propter peccata Manasse Deus noluit auerti à furore suo, quanquam Iosias fuisset bonus, sed fecit, vt transferretur Iuda in Babylonem. Sed dicetur, dato, quòd Israelitæ coluissent Dominum, non erat semper mansura lex Moysi, quia post Christi aduentum lex noua danda erat. Dicendum, ꝙ etiam si nũquam peccauissent Israelitæ in idolatria, vel alio crimine lex vetus cessatura erat post aduentum Messiæ, & sic esset alius status Hebræorum, & tamen semper esset id, quod dicitur hic, scilicet, ꝙ Israelitæ non commouerentur de terra sua, sed manerẽt ibi

Si Hebræi nõ peccassẽt an fuisset facta mutatio aliqua veniẽte Messia.

F in sempiternum, & iste populus fuisset specialis populus Dei: etiã si conuerterentur Gentiles ad Christum, & tenuissent Iudæi conuersi quendam principatum in Ecclesia, vt declaratum est supra 20. ca. 7. & præcedenti lib. capit. 6. & 9. quia tamen Iudæi se peccauerunt, commoti sunt de terris suis, & etiam postquam conuersi sunt ad Christum non tenuerunt principatum in Ecclesia, sed Apostolus in Epistola ad Rom. ostendit Gentiles, & Iudæos ad Christum conuersos non debere contendere de principatu, quia neutri fuerunt immunes à culpa, ita ut aliquibus ipsorum super alios debeatur principatus. De hoc in quodam prologo super Epistolã ad Rom. qui incipit: primum quæritur, & ponuntur G reprehensiones Gntilium ad Rom. 1. & reprehensiones Hebræorum ad Rom. 2.

Quare dicatur, quòd Israelitæ fecerunt malum super gentes, quas contriuit Dominus, & non super alias Quæstio XII.

QVAERETVR vlterius, quare dicitur hic potius, ꝙ Israelitę fecerunt malũ super gentes, quas cõtriuit Dominus à facie filiorum Israel, quã super alias gentes. Respondendum, ꝙ hoc fuit propter multa: primò, quia licet omnes gentes idolatriæ vacarent: tamen Chananæi plusquã omnes gẽtes: Ideo ad significandum magnitudinẽ idolatriæ H Israelitarum dicitur, ꝙ fecerunt malum plusquam omnes gentes, quas deleuit Dominus de conspectu ipsorum. Quòd autem essent peiores Chananæi, q̃ cæterę gentes in idolatria, & reliquis turpitudinibus, patet: quia cum Deus vellet Israelitis exeuntibus de Aegypto dare aliquam terram, in qua habitarent, & ad hoc oportebat, ꝙ expelleret habitatores eius inde, & non poterat hoc fieri, nisi propter peccatũ, & tamen expulit Deus potius Chananęos, quàm alias gentes de terra sua: ideo videtur, ꝙ illę potius peccauerunt, quàm aliæ gentes. Quòd autẽ propter peccatum expulsi fuerint Chananęi de terra sua, patet Gen. 15. cùm Deus vellet dare Abrahæ terram Chanaan dixit: ꝙ non daret immedia- I tè, sed post quadringentos annos, quia nondũ erãt completæ iniquitates Amorrhęorum vsque ad tẽpus illud. Item patet, quia Sap. 12. dicitur de gentibus istis, ꝙ non erant corrigibiles, ideo Deus exterminauit eas, & introduxit Israelitas in terram illã: vnde dicitur semen illud esse maledictum à principio. Item patet hoc, quia quando Deus vetabat aliquas turpitudines dicebat: omnes istas exercitationes fecerunt accolę terrę, qui fuerunt ante vos, & polluerunt eam: cauete ergo, ne uos similiter euomat cum paria feceritis, sicut euomuit gentes, quæ fuerunt ante vos. Quando etiam Deus vetabat idolatriam, dicebat gentes terræ illius obseruasse idolatriam, & omnes superstitiones diuinorum incanta- K torum, augurum, aruspicum, & magorum. Sic dicitur Deut. 18. s. gentes istę, quarum possidebis terrã, augures & diuinos audiunt, & sic Deus ponit exẽplum in istis gentibus potius, quàm in alijs, tanquã istę fuerint peccatrices super cęteras. Secundũ fuit quia Israelitæ prohibiti erant spetialiter cauere cęremonias istarum gentium: ideo sequendo ritũ earum, potius peccabant, quàm sequendo ritum aliarum gentium. De hoc Deut. 12. s. quando disperdiderit Dominus Deus tuus gẽtes à facie tua, ad quas tu ingrederis possidendas, caue ne imiteris eas, postquam fuerint te introeunte subuersæ, & requiras cęremonias earum dicens: sicut coluerunt gentes istę Deos suos, ita & ego colã: non facies simile Domino

Chananæos fuisse expulsos ꝓpter peccata sua.

mino Deo tuo. Tertium fuit ad significandum magnitudinem peccati Israelitarum, quia ipsi didicerunt idolatriam à Chananæis, & tamen magis coluerunt idola, quàm Chananęi, & tamen Chananæi coluerunt idola super omnes homines, & implicuerunt se immundicijs, & superstitionibus: ideo peccatum Israelitarum fuit maius peccato omniũ gentium. Quòd autẽ peccarent Chananęi plusquã cęterę gentes patet Deut. 12. cum dicitur de eis: omnes abhominationes, quas aduersatur Dominus fecerunt Dijs suis offerentes filios, & filias comburentes igni. Quartũ fuit, quia scriptura recitat ista peccata Israelitarum tanquam promeritoria captiuationis, quæ postea secuta est, & quia Deus dixerat, ꝙ cauerent Israelitæ ab immundicijs, & idolatria, ne euomeret eos terra, sicut euomuerat Chananęos, q habitabant in ea propter execrationes istas: Leuit. 18. voluit nunc dicere de Chananęis ad significandum, ꝙ sicut gentes illę expulsæ fuerant de terra propter abhominationes istas, ita expelli debebant Iudæi, quia similes, & maiores faciebant, & ista est causa principalis, quare dicitur, ꝙ offenderunt Deũ plusquam Chananæi, & iustificatur nimis ista pęna inflicta Iudæis: quia non solum Iudæi merebantur expelli de terra, si peccarent plusquam Chananæi, sed etiam si peccarent minus, quia Deus magis punire debebat peccata in Israelitis, quàm in alijs gentibus, eo ꝙ Israelitæ susceperant legẽ à Deo, & non aliæ gentes, & sic dicitur Amos. 3. s. tantummodo vos cognoui ex omnibus cognationibus terrę idcirco visitabo super vos omnes iniquitates vestras.

Locutusque est. Hic ponitur secundum huius capituli. s. comminatio prophetalis facta contra Manassen, & totum regnum Iuda, & dicitur. *Locutusque est Dominus in manu seruorum suorum prophetarum.* Multi ꝓphetæ erant tempore Manasse, quanquam scriptura non faciat expressam mentionem de illis, & per istos mittebat Deus ad increpandum Manassen, & ipse non audiebat: ideo postea misit ad pronunciandum sententiam contra totam Iudæã de captiuatione eorum in Babylonem. *Dicens: quia fecit Manasses rex Iuda abhominationes istas pessimas.* Refertur hoc ad omnia supradicta. s. quia posuit idola in templo, & imagines totius militiæ celi, & plantauit ibi lucum, & habuit augures, & diuinos, & pithones. Vocantur autem pessimę abhominationes, quia non sunt alia maiora peccata, cum omnia ista sint partes idolatriæ, quæ maximè Deo repugnat. *Super omnia, quæ fecerunt Amorrhæi ante eum.* q. d. peccatum suũ fuit maximum, quia nõ solũ peccauit, sicut Amorrhei, qui præcesserant eum, sed etiam plusquam illi erant maximi peccatores inter omnes gẽtes, vt declaratum est præcedenti quæstione. *Et peccare fecit Iudam in immunditijs suis* Scilicet, non solum ipse peccauit, sed etiam fecit peccare populum, nõ est autem intelligendum hoc, ꝙ ipse cogebat aliquos colere idola sicut coegit Ieroboam rex Israel: præcedenti lib. c. 12. & Achab cogebat Israelitas adorare Baal, vt colligitur c. 19. & ibidem declaratum est: sed quia rex erat populus volebat imitari eũ, vt mereretur gratiam suam: ideo ipse dicebatur fecisse, vt peccaret populus, & dicitur in immũditijs suis i. in idolatria: quia idola, & ceremoniæ idolorum vocantur immunditiæ. Deu. 7. s. tanquam spurcitiam detestaberis idolum, & velut inquinamentum, ac sordes abhominationi habebis: quia anathema est. *Propterea hæc dicit Dominus Deus Israel.* Ista est sententia, quã Deus nunc protulit contra Israelitas propter peccatum Manasse: quia ipsi cõsenserunt ei. *Ecce ego inducam mala super Ierusalem, & Iudam.* Scilicet, inducã

A bella, & captiuitates: nam ex hoc tempore vsque ad captiuitatem Babylonis semper fuerunt viri Iuda in aduersitatibus, & bellis. *Vt quicunq; audierit tinniant ambæ aures eius.* i. tanta erit aduersitas, quam inducã, ꝙ quicunq; audierit pauebit, & istud est, ꝙ tinniant aures: quia tinnire aures est propter timorem, & ꝓpter vocem fortẽ contremiscere facientem: sic. n. dicitur supra 1. lib. cap. 3. Ecce ego facio verbum, in Israel, ꝙ quicunq; audierit timent ambę aures eius, & erat illud de deletione domus Heli, & captiuatione archę, vt patet eo. lib. cap. 4. & 5.

B *Quæ mala induxit Deus propter peccatum Manasse, & quomodo erat iustum, quòd propter peccatum Manasse captiuarentur Hebræi in Babylonem multo tempore. Q. XIII.*

QVAERETVR, quæ fuerunt mala ista, quæ Deus induxit propter peccatum Manasse. Respondendum, ꝙ propter ista peccata Manasse venerunt multa mala super Iudam: ferè. n. omnia, quæ euenerũt postquam ipse peccauit vsque ad captiuitatem Babylonicam fuerunt propter peccatũ eius, & principaliter fuerunt duo. Primum fuit, ꝙ ipse Manasses captiuatus fuerit: nam venit exercitus regis Assyriorum contra Manassen, & captiuũ duxit eũ in Babylonẽ. 2. Paralipo. 33. Secundũ fuit ipsa captiuatio populi in Babylonem: nam ipse meruit, vt illuc ducerentur, ꝙ aũt primum venerit ꝓpter ista peccata sua, patet eo. cap. nam dicitur: locu-
C tus est Dominus ad eum, & ad populũ suum: & attendere noluerunt: idcirco superinduxit eis principes exercitus regis Assyriorum, ceperuntque Manassen, & vinctum cathenis, atque compedibus duxerunt in Babylonẽ, de secundo patet: nam inf. 23. dicitur, ꝙ quãquam Iosias fuerit bonus non auersus fuit Dominus ab ira furoris sui propter irritationes, quibus prouocauerat eum Manasses: dixit itaq; Dominus: etiam Iudam auferam à facie mea, sicut abstuli Israel, & proijciam ciuitatem hanc, quã elegi Ierusalem, & tamen istud intelligitur de captiuitate Babylonis, possunt ergo intelligi hic omnia mala, quæ Deus induxit super Iudam propter peccata
D Mannasse, & potissimè intelligitur de captiuitate Babylonis: quia dicitur hic, ꝙ quicunque audierit tinniant ambę aures eius, & tamen in omnibus malis inflictis propter peccata Manasse non fuit aliqđ tã terribile, sicut ꝙ trãsferret populus in Babylonẽ.

An iustè fecerit Deus populum captiuari propter peccata Manasse. Quæst. XIIII.

QVAERETVR vlterius, quomodo Deus fecit captiuari populum propter peccata Manasse, vel alia mala: nam istud videtur irrationabile: quia Deus punit quemlibet pro peccato suo: cum dicatur: anima, quæ peccauerit ipsa punietur. Ezech. 18.
E & quod plus est, Deus punit filios pro patribus vsq; in tertiam, vel quartam generationem: Exo. 34. & Num. 14. & tamen populus Iuda non erat de stirpe Manasse: ideo non debebat captiuari, nec sustinere alia mala pro Manasse. Aliquis dicet, ꝙ punitur aliquando populus pro peccatis regis, & rex pro peccatis populi: sicut fuit de populo, qui percussus est peste propter peccata Dauid, supra 2. lib. c. 24. & 1. Paralipo. 21. Dicendum tamen, ꝙ non est verum aliquando ꝙ pro solis peccatis regis puniatur populus, vel pro solis peccatis populi puniatur rex, sed quia interdum peccata vnius sunt peccata alterius, vel coniunguntur, puniuntur quidã pro alijs: vt pote, si rex peccat in aliquibus peccatis publicis, illud

peccatum

Quō populus punitur pro rege.

peccatū est regni: qa poterant, qui in regno sunt ꝓhibere istud regi, & non prohibent, peccata etiā populi sunt peccata regis: qa rex est rector populi sui & pertinet ad eum corrigere & emendare, & punire, quæ malè fiunt in regno suo: ideo si populus negligit admonere regem, & arcere eū à delictis suis peccat, & iam peccata regis sunt peccata populi ꝑ approbationem, & sic quando punitus fuerit populus propter huiusmodi peccata propriè punietur ꝓ peccatis suis, & tamen dicetur punire pro peccatis regis in quantum punitio ista ortum habet à peccato regis. s. quia populus consentit peccatis regis, sic etiam de rege, quando non corrigit peccata populi: quia tunc peccat omittens facere id, quod tenetur facere: & sic punietur pro peccatis suis, & tamē dicitur puniri pro peccatis populi, vt assignatū est, & sic fuit de Dauid, & de populo suo, quāquam de hoc latius responsum est supra 2. lib. c. vlti. ita nunc poterat dici, ꝙ populus consensit peccatis Manasse: ideo punitus est. Dicendum tamen, & melius, ꝙ populus ductus est in Babylonem, & passus est omnia alia mala, non quidē propter peccata Manasse: sed propter peccata sua. s. quia populus colebat idola sicut Manasses, & exercebat omnes alias immunditias, vt patet 2. Paralip. 33. s. locutus est Dn̄s ad Manassen, & ad populum illius, & attendere noluerūt: ergo non solum fuit inobediens sermoni Domini Manasses, sed etiam populus, dicitur tamen, ꝙ venerunt ista mala propter peccata Manasse, eo ꝙ peccata populi, propter quæ populus punitus est habuerunt ortum à peccato Manasse: quia ipse fecit, ꝙ populus coleret idola: cum dicatur hic, & 2. Paralipo. 33. ꝙ Manasses seduxit viros Iuda, vt facerent malū: *Et extendam super Ierusalem funiculum Samariæ.* i. puniam Ierusalem sicut puniui Samariam, per Ierusalē intelligitur hic totum regnum Iuda, & per Samariā intelligitur totum regnum Israel. s. decem tribuū, & hoc, quia Ierusalem erat metropolis regni Iuda, & Samaria erat Metropolis regni Israel, & accipitur ista litera, secundum methaphorā. s. ꝙ sicut ędificatores domorum extendunt funiculū super terram ad capiendum magnitudinem ędificiorum: ita quando Ierusalem caperetur à Caldęis mensuraretur ciuitas ad destruendum, sicut mensurabatur ad ędificandum: nam destructus est murus, & domus Domini, & domus regis, vel accipitur largè comparatio de funiculo ad occisionem, & pœnam infligēdam: quia quęcunque mensura pęnę vocatur vnus funiculus, & mensura boni, vel liberationis vocat̄ vnus funiculus: sic accipitur supra 2. lib. cap. 8. cum dicitur, ꝙ percussit Dauid Moab, & mensus est eos funiculos coęquans terrę: mensus est autem Duos funiculos vnum ad occidendum, & vnum ad viuificandum, dicitur autem esse funiculus Samariæ super Ierusalem: quia sicut Deus tradidit Israelitas habitantes in Samaria in manus hostium, vt traderentur captiuitati, & irent in Assyrios: ita viri de regno Iuda, cuius Metropolis erat Ierusalem ducti sunt in manus Caldęorum, vt ducerentur in Babylonem. *Et pondus domus Achab.* i. ponam super Ierusalem pōdus domus Achab, vocatur pondus quęcunque pęna à Deo inflicta, & sic quandocunque prophetę p̄nunciant aliquod malum contra aliquam gentem dicunt onus, vel pondus Domini contra talem gentem: sic dicitur Isa. 17. s. onus Damasci, & ecce Damascus desinet esse ciuitas, & Isa. 19. onus Aegypti, & Isa. 21. onus deserti maris, & 23. onus vallis visionis, & onus tyri, sic etiam est modus loquendi in ꝓphetis minoribus: quorum aliqui incipiunt onus, sicut patet Naum. i. s. onus Niniue: & Abachub. i. s.

F onus, quod vidit Abachub, & Zachariæ. 9. & 12. & Malachię. 1. & in multis locis: de pondere. n. Achab patet supra 9. cum dixit Iehu, ꝙ Deus leuauerat super eum hoc onus. i. imposuit super eum istam pœnam. fuit. n. pœna domus Achab, ꝙ deleta fuit tota posteritas eius præcedenti lib. c. 21. & supra 9. & 10. ita fuit de Ierusalem: quia Deus sententiauit cōtra eā, ꝙ semel tota destrueretur, & transferrēt̄ur habitatores eius in Babylonem. *Et delebo Ierusalem sicut deleri solent tabulę.* Hic vocantur tabulę paruę ceratę, in quibus consuetudo fuit ab antiquo scribere, & quando quis volebat alia scribere planabat tabulas auferens omnes literas priores ita, vt non maneret aliquod signum præcedentis scripturę, & ista

G est perfecta deletio. Ita fuit in regno Iuda: quia omnes habitatores eius translati sunt de illo quibusdā euntibus in Babylonē: alijs vero euntibus in Aegyptum, vt patet infra vlti. c. & Iere. 44. *Delens vertam, & ducam crebrius stylum super faciem eius.* Iste est modus delendi literas tabularum ceratarum. s. ꝙ ducatur, & reducatur stylus super tabulas quousque planetur cera tabularum, & non maneat effigies, aut vestigium aliquod priorum literarum. In Hebręo dicitur, ꝙ Deus deleret Ierusalem, sicut tergitur scutella, & idē est: qa si scutella bene tergi dēat oportet quòd manus, vel tersorium super eam sępe ducat, & reducatur sicut stylus ducitur super tabulas, vocatur autem stylus ipsum instrumentum ferreum,

H vel ęneum ad scribendum in tabulis, ꝙ habet quandam partem planam, vel rotundam ad delendum literas, & aliam acutam ad scribendum eas, & propter partem acutā vocatur stylus. Sic accipit Arist. 2. Top. dicens, ꝙ comparatio æquiuoca est, vt si dicatur, stylus est acutior voce, vel econuerso. *Dimittam verò reliquias hæreditatis meæ.* i. quāquam delere volo Ierusalem, tamen non penitus omnes peribunt, sed dimittam reliquias, iste reliquię fuerunt illi, qui iuerunt in Babylonem, & redierunt post septuaginta annos in Ierusalem, licet non redierint omnes, qui iuerunt, quia multi de illis voluerunt manere in Babylone, & in alijs regionibus, & ex tunc cępit dispersio tribus Iuda, & Beniamin per multas ter-

I ras. Et nisi fuisset propter istas paruas reliquias, quæ redierunt in Ierusalem, perijsset in ęternum regnū Iuda, & non fuissent postea Iudæi vna gens, sed essent dispersi per orbem. Et de hoc intelligitur illud Isa. 1. nisi Dominus exercituum reliquisset nobis semen, quasi Sodoma fuissemus, & quasi Gomorrha similes essemus. s. nō mansisset de nobis aliquod vestigium, sicut nec mansit de Sodoma, & Gomorrha, cuius non mansit, nec ipsa terra, sed submersa est, & factum est ibi mare mortuum, de quo declaratum est Iosue 12. *Et tradam eum in manu inimicorum eius.* Istud fuit sæpè post peccatum Manasses, & primo ipse traditus est in manus principum regis Assyriorum, & ductus est in Babylonem 2. Paralipo. 33.

K postea verò Iosias traditus est in manu Pharaonis regis Aegypti, & sagitta occubuit inf 23. & 2. Parali. 35. Deinde Ioachaz fili⁹ Iosiæ traditus est in manus eiusdem Pharaonis, & cum regnasset tribus mensibus, incarceratus est, & ductus est, extra terram suā, & alius in regem institutus est infra 23. & 2. Paralip. vltimo: deinde Ioachin captus à Nabuchodonosor translatus est in Babylonem cum multis de regno suo infra 24. ad extremum autem Sedecias, cū omnibus ferè de regno Iuda ductus est in Babylonem, & cessauit esse regnum Iuda septuginta annis: fuitque terra deserta, infra 25. & 2. Paralip. vltimo. *Eruntq; in vastitatem, & in rapinam cunctis aduersarijs suis.* Idest, vastabuntur ab omnibus aduersarijs suis, & rapien-

rapientur bona ipsorum, nec poterunt se defende- A
re: ideo quanquam esset Iosias rex optimus: tamen propter peccata Manasse nō potuit se defendere ab hostibus suis, sed quando pugnauit contra Pharaonem occisus est ab illo, infra 23. & ista erat pęna cōmunis, qua Deus puniebat Israelitas, quando peccabant contra ipsum faciendo, ꝙ non possent resistere hostibus suis quanquam ipsi essent valde multi, & hostes essent paucissimi: Leui. 26. Sic. n. fuit de rege Ioas, qui cum multitudine valde magna exiuit contra regem Syrorum, & tamen captus est ab eo, quia recesserat à Deo. 2. Paralipo. 24. Et non solum hoc, sed etiam Deus incutiebat tantū timorē Israelitis, vt nullo modo auderent resistere hostibus, sed etiam ipsi fugerent interdum nullo pugnante: Leuit. 26. s. Qui remanserint de vobis dabo pauorē in cordibus eorum, terrebit eos sonitus folij volantis, & ita fugient quasi gladium, cadent nullo persequēte, & corruent singuli super fratres suos quasi bella fugientes nemo vestrum audebit inimicis resistere peribitis inter gentes: simile Deut. 28. *Eo quòd fecerunt malum coram me.* i. hostes non haberent potestatem istam cōtra Israelitas, nisi recessissent à Deo, & Deus in pœnam tradidisset eos manibus hostium. *Et perseuerauerunt irritantes me.* q. d. non misi in eos istā pœnam præcipuè, quia peccauerūt, sed quia in peccato suo perseuerauerunt: nam Deus mittebat quotidie prophetas cōtra Israelitas, vt recederent à peccatis suis, & conuerterentur ad ipsum, & nolebant, sed potius prophetas occidebant, ideo cum peccatum eorū esset incorrigibile, Deus tradidit eos hostibus. *Ex die, qua egressi sunt patres eorum ex Aegypto vsq; ad diem hanc.* i. peccatum eorum fuit continuatū valde, & iteratum: nā cępit à die, qua exierūt de Aegypto, & durauit vsque ad tempus, quo traditi sunt in potestatem Caldęorum, vt ducerentur in Babylonem. Non est autem intelligēdū, ꝙ ex die, qua exierunt de Aegypto vsque ad diem, qua ducti sunt in Babylonem, durauerit peccatum ipsorū, ita quòd semper peccarent, sed fuit peccatum illorum ex illa die vsque ad diem hanc, quia ex tunc vsque ad captiuitatem Babylonicam nunquam fuerunt plenè emendati: Nā si aliquando recedebant à peccato, denuo in illud redibant, & sic fuit semper quousq; ducti sunt in Babylonem: vnde videbantur semper mansisse in peccato eodem. Dicitur autem, ꝙ à die, qua exierunt de Aegypto cęperunt peccare: nā illico tentauerūt Dñm super mare rubrum murmurantes. s. quare educti essent de Aegypto, & ꝙ melius fuerat mori in Aegypto, quàm in solitudine Exod. 14. & sępè postea murmurauerunt, & vitulū fabricauerunt, & alia mala fecerūt: vnde dixit Moyses ad illos: contempsistis imperium Domini, & nō credidistis ei, sed semꝑ fuistis rebelles à die, qua nosse vos cępi: Deut 9. de peccatis autem, quæ fecerūt Israelitæ in deserto quadraginta annis, patet ex discursu Leui. & libri numerorum. De peccatis aūt, quæ fecerunt tempore Iosue, patet Iudi. De peccatis verò, quæ fecerunt tempore omnium iudicum, patet ex discursu libri Iudicū à cap. 3. vsque ad finē. De peccatis verò factis tempore regū, patet in istis quatuor libris, & sic non fuit aliquod tēpus, vel status ab exitu de Aegypto vsque ad captiuitatem Babylonicam, in quo Israelitæ non peccarēt, & Deus non mitteret eis prophetas increpantes.

Iudæi semper mali fuerūt, & rebelles Domino.

Insuper. Hic ponitur tertium huius c. s. enarratio effusionis sanguinis factę à Manasse, & mortis crudelis, & dicitur. *Insuper & sanguinem innoxium fudit Manasses multum nimis.* s. nō solum peccauit Manasses colendo idola, & habendo augures, aruspices, & pithones, sed etiam auxit peccatum suū effundendo multum sanguinem innocentem. s. occidendo multos prophetas, & alios viros iustos. Et dicitur: insuper, quia in hoc excessit Manasses peccata aliorum regum: nam alij reges idolatrę, vt communiter peccabant solum in idolatriā, & superstitionibus eius, & tamen non in occisione prophetarum, quia non legitur de aliquo rege Iuda, ꝙ occiderit aliquē prophetam, nisi de Ioas, qui occidit Zachariam prophetam, & sacerdotem, & fratres eius 2. Paralipom. 24. *Donec impleretur Ierusalem vsque ad os.* Modus loquendi hyperbolicus est. q. d. tantum sanguinem effudit in Ierusalē, ꝙ videbatur repleta vsque ad summū. Et sic dicimus, ꝙ voces pertingunt ad cęlum, quan- B
do magnę sunt iuxta illud Alexandreidis lib. 3.

Aurea fœmineus perstrinxit sydera clamor.

Idest, clamor fœminarum perueniebat vsque ad sydera. Et dicitur: vsque ad os, ex eo, ꝙ postquam illuc cibus, vel potus peruenerit effundetur ita in quibuscunque rebus capacibus quando iam nihil capere possunt dicūtur repleti vsque ad os, & sic erat de Ierusalem, in qua effusus fuerat valde multus sanguis *Absque peccatis suis, quibus peccare fecit Iudam.* i. effusio illa sanguinis fuit ꝑpter alia peccata magna idolatriæ, per quæ fecit peccare Iudam. s. ꝙ ad imitationem suam tracti sunt populares, vt colerent idola. *Vt faceret malum coram Domino.* i. istud peccatū fuit idolatriæ, ad quod induxit Manasses Iudā: nā istud C
erat peccatum, quod apud Deum magis cēsebatur *Reliqua autem sermonum Manasse, & vniuersa, quę fecit.* i. alia verba, & gesta Manasse, quæ multo plura erant non habentur hic, sed in alijs libris. *Et peccatum eius, quod peccauit.* Accipitur peccatum pro multis. s. pro peccato idolatriæ, & superstitionum, & homicidij, vel potest accipi peccatum specialiter pro quodam peccato valde magno. s. pro occisione Isaiæ, quem quidam occisum putant à Manasse, sed primus sensus melior est: nā dato, ꝙ ipse occiderit Isaiam non accipietur hic peccatum pro illo solo, sed pro omnibus peccatis eius. *Nonne hæc scripta sunt in li. sermonum dierum regum Iuda?* q. d. omnia ista scripta sunt in libro illo, quia ibi scripta sunt particulariter omnia gesta D
regum Iuda tam bona, quàm mala.

De historia operum Manasse, & quis fuit, & de omnibus gestis eius. Quæst. XV.

QVAERETVR circa ordinem operum Manasse, & temporum suorum. Respondendum, ꝙ Manasses à principio regni sui malus fuit circa idolatriam plusquàm omnes reges, qui fuerunt ante ipsum, habuitque omnia genera superstitionum. s. augures, pythones, & aruspices, & alia genera vanitatum, & cū in his perseuerasset multo tēpore, Deus mittebat ad eum prophetas, vt recederet à peccatis suis & ipse noluit, nec populus sibi subiectus, sed po- E
tius occidebat increpantes se, & sic effudit multum sanguinem innocentem. Post hæc autem Deus misit quendam prophetam, qui prædiceret regnū Iuda tradendum in captiuitatem Babylonis propter peccata Manasse. Et cum etiam per hoc Manasses non corrigeretur, Deus misit contra eum principes regis Assyriorum Babylonis, & pugnantes contra Iudæos cęperūt Manassen dolo, vt ait Iosephus. 10. Antiqui. & eum vinctum duxerunt in Babylonem, cunque ibi mansisset aliquanto tēpore cognouit Deum cęli, & sciuit, ꝙ ipse inflixerat ei has calamitates, quia recesserat ab ipso, & tunc doluit Manasses, & ingemiscens orationem deuotissimam fudit ad Dominum, quæ habetur 2. Paralipo. vltimo,

& tunc

& tunc Deus exaudiēs eum fecit, ꝙ reduceretur in terram suam à rege Babylonis. Reliquum autē tēpus vitę Manasse fuit conuersationis laudabilis: nā studuit quantum potuit conuerti ad Dominum, & abstulit de templo Domini omnia Idola, & imunditias, quas ibi posuerat, & coluit Dominum secundum legem Moysi ostendendo tam religiosę conuersationis effectus, vt multi de viris bonis studerēt eius effici imitatores, vt ait Iosephus 10. Antiqui. Fuit etiam post hęc vtilis reipublicę: nam ędificauit
Cap 4. murum Ierusalem extra ciuitatem Dauid ad occidentem Gion ab introitu portæ piscium per circuitum vsque ad Aphel, & quia erat locus ille in valle, exaltauit murum nimis, constituit etiam custodias vrbis, & principes in cunctis ciuitatibus Iuda, ne hostes iam possent eum capere incautum, sicut prius.
Cap. 4. De his omnibus 2. Paralipo. 33. & Iosephus 10. Antiqui. & sic mansit Manasses vsque ad finem vitæ, q annis sexaginta septem vixit, quorū duodecim egerat cum regnare cępisset, & quinquaginta quinque regnauit, supra in litera, & 2. Paralip. 33. Et iste fuit exitus vitę eius: nam habuit finē laudabilem, licet pessima exordia habuisset.

Manasses quare fudit tantum sanguinem innocentem. Quæstio XVI.

QVAERETVR vlterius, quare Manasses effudit tantum sanguinem innocentem, ita vt dicatur hic: repleuisse Ierusalem sanguine vsq; ad os. Respondendum, ꝙ hoc poterat fieri dupliciter; vno modo, ꝙ Manasses non solum esset idolatra, sed etiam cupidus, & vt raperet possessiones quorūdā, quærebat occasionem contra eos, & occidebat ipsos, vt sic possideret sine lite. Sic.n. fecit Achab, q occidit Naboth, & filios suos, vt acciperet vineam eius: præced. li. c. 21. & sup. 9. Secūdo pōt dici, ꝙ hoc faciebat Manasses, quia erat idolatra, & malus: ideo occidebat viros bonos colentes Dominum, q increpabant ipsum: nam Deus mittebat ad eum multos prophetas admonentes, & prænunciantes mala, & quia repugnabant intētioni Manasse, verisimile est, ꝙ occideret eos: nam multi alij de regibus præcedentibus, qui nō erant tam mali, sicut Manasses increpuerunt, & punijuerunt prophetas Domini, quia increpabant eos: sic fuit de Asa, qui ferè in omnib⁹ bonus fuit, & tamen ipse incarcerauit Anani ꝓphetam quia increpuit eum 2. Parali. 16. Amasias quoque rex Iuda non fuit omnino malus, & tamen ipse increpuit nimis, & comminatus est cuidam prophetæ, ꝙ occideret eum, quia admonebat ipsum 2. Paralip. 15. Ioas quoque rex Iuda occidit Zachariā prophetam filium Ioiadę summi sacerdotis, qa increpabat eum, & principes super cultus idolorum 2. Paralipo. 24. & hoc satis apparet verisimile, quia cum Manasses peior esset alijs regibus, & magis effectus ad idolatriam, magis doleret quando increparetur, & consequenter citius occideret prophetas ad se missos, quàm alij reges. Hoc tenet Iosephus x. Antiqui. dicens: nam spernēdo Dominum ad hoc vsque peruenit, vt omnes Hebræorum iustos occideret, neque prophetis parceret, quorum singulos quotidiè perimebat, & eorum sanguine Ierosolymorum plateas irrigabat. Idem tenet Historia scholastica & hoc verum est, licet etiam præcedens causa aliquid potuisset conferre.

An Manasses tot occiderit, vt diceretur repleuisse Ierusalem sanguine vsque ad os. Quæst. XVII.

QVAERETVR vlterius, quomodo poterat Manasses tot occidere, vt diceretur repleuisse
F Ierusalem sanguine vsque ad os. Respondendum secundum Iosephum, ꝙ hoc fiebat ex contemptu Cap. 3.
Dei: nam dicit Antiquitatum. lib. 10. ꝙ spernendo Deum ad hoc vsque peruenit, vt omnes Hebręorū iustos occideret. Sed dicendum, ꝙ quanquam verū sit, ꝙ Manasses contemnebat Deum, quando faciebat ista: tamen non erat contemptus Dei causa motiua ad faciendum hæc, sed aliquid aliud.

Ideo dici potest, ꝙ occidebat valde multos Manasses propter duas causas assignatas præcedenti q. prima erat propter cupiditatem: nā occidebat eos, quorum possessiones desiderabat, & quando occidebat aliquem non solum illum, sed etiam cognationem suam totam delebat, vt non superesset aliquis, qui vellet mortem occisoris vindicare. Sic.n.
G fuit de Achab, qui pro vinea perita à Naboth, & negata, non solum occidit eum, sed etiam omnes filios suos, supra 9. cap. Aliter potest dici, & melius, ꝙ occidebatur ista magna multitudo, quia erant omnes viri iusti, & increpabant Manassen, & tunc potest dici dupliciter: vno modo, ꝙ Deus mittebat multos prophetas ad Manassen, & omnes illos occidebat, & præter istos erant multi alij viri iusti, qui habentes zelum legis increpabant regem, & ipse occidebat illos, & sic magna multitudo erat occisorum: sed aliquis dicet, cum aliqui increparent Manassen, & occiderentur ab eo, quomodo alij audebant resistere ei, & increpare ipsum? Dicendum, ꝙ
H erant aliqui viri habentes zelum legis, & cōtempta morte opponebant se regi ad increpandum eum, & occidebantur ab ipso: sic.n. erat de Machabęis, qui quāquam pauci essent, exponebant se morti ꝓpter zelum legis, vt patet in 1. & 2. Machab. per totum. Secundò potest dici, ꝙ hoc fuit, quia Manasses voluit occidere omnes viros iustos, dato, ꝙ non increparent eum, & istud odium causatum erat propter aliquos viros bonos, & iustos, & prophetas, qui increpauerant Manassen, & ipse tunc habuit exosos reliquos similes, & quanquam non increparent eū occidebat illos: sic enim videtur fuisse de Iezabel vxore Achab regis: nam prophetæ Domini increpuerant prophetas idolorum, & propter hoc
I ipsa faciebat inquiri quotquot prophetas inuenirę posset, & occidebat illos, vt colligitur præced. lib. c. 18. & istud concordat nimis intentioni Iosephi 10. Antiquit. s. ꝙ Manasses spernendo Deū ad hoc peruenit, ut omnes Hebræorū iustos occideret, nec prophetis parceret, quorum singulos quotidie perimebat. Tertiò potest dici, ꝙ quāquam illi, qui redarguerunt Manassen non fuerunt multi, tamen ipse pro quolibet occidebat multos: quia cum quis increparet eum occidebat ipsum cū tota cognatione sua: sic enim fuit de rege Ioas, quem Zacharias propheta increpuit pro idolatria, & ille fecit illum lapidari, & omnes fratres suos 2. Paralipom. 24. & hoc mo
K do occideret Manasses plurimos, ita vt diceretur repleuisse Ierusalem sanguine vsque ad os.

An Manasses occiderit Isaiam, & quomodo opinio communis errat. Quæst. XVIII.

QVAERETVR vlterius, an Manasses occiderit Isaiam. Respondendum, ꝙ communiter tenetur tam à doctoribus Latinis, quàm Hebręis, ꝙ Manasses occiderit Isaiam. Motiuum autem eorum est propter multa simul collecta. s. quia Isaias prophetauit à tempore Ozię regis vsque ad tēpus Ezechiæ, & tamen sub tempore Manasse non prophetauit, ideo putant, quòd tunc occisus fuerit à Manasse: insuper autem est motiuum, qđ Manasses erat

erat malus, & mittebantur ad eum prophetę, & occidebat illos cum dicatur hic, ꝙ effudit sanguinem innocentem multum, & quia Isaias erat maximus inter prophetas illius temporis, cum vocetur magnus per excellentiam Ecclesiastici. 48. ideo verisimile est, ꝙ illum occiderit. Nam certum est, ꝙ ipse increparet Manassen cum esset magnus zalator cultus diuini. Respondendum est, ꝙ quanquā ista motiua non sufficienter probēt fuisse Isaiam occisum à Manasse: tamen communis positio est, ꝙ ab eo occisus fuerit. Sic.n.tenet Ieronymus in lib. de Illustribus viris, & Isidorus in lib. de Ortu, & obitu patrū. Sic etiam omnes doctores posteri Latinorū & Hebræorum: dicitur.n.in Thalmud Hebræorum in quodam lib. qui dicitur: Iebamoth, ꝙ Manasses occidit Isaiam faciens eum serrari. Cuius modus fuit: dicunt.n. ꝙ Isaias erat de nobili genere s. patruus ipsius Manasse: ideo non audebat Manasses occidere eum sine causa, sicut alios ꝓphetas, & viros bonos, ideo inquisiuit contra eum ex lege occasionem: nā Isaias dixit, ꝙ vidit Dominum sedentem super solium: Isa. 6. Moyses tamen dixerat, ꝙ non posset homo videre Deum, & viuere Exod. 33. ideo iussit occidi eum tanquam hereticū, & cū vellet occidere eū, Deus aperuit quādam cedrum, quæ miraculosè recepit intra se Isaiam, & ad tale miraculum non fuit conuersus ab insania sua Manasses, sed iussit serari cedrum, & cum cedro sectus est Isaias in duas partes: Historia tamen scholastica dicit aliter, ꝙ occidit Manasses omnes prophetas, Isaiam quoq; auum maternum, vel affinem suum sera lignea per medium serrari fecit: qui dum in principio sectionis angustiaretur, petijt sibi dari aquā, vt biberet, & cū nolent ei dare Dominus de sublimi misit aquam, & expirauit, nec tamen carnifices destiterunt à serratione. Ob hanc autem missionem aquæ vocatū est nomen loci Siloe, qđ interpretatur missus, nec sepelierunt eum in sepulchro prophetarū, sed sub quercu Rogel iuxta transitum aquarum, quem fecerat Ezechias in memoriam miraculi, quod Dominus ostenderat in aquis illis ad preces Isaiæ. Aliā tamen causam huius sepulturæ assignat Epiphani⁹, vt infra dicetur. Aliter tamē adhuc dicitur in quodam paruo prologo super Isaiam, qui incipit: Isaias in Ierusalē. s. Isaias in Ierusalē nobili genere ortus est, ibiq; ꝓphetauit sub Manasse rege sectus in duas partes occubuit, sepultusque est sub quercu Rogel iuxta transitum aquarum, quas olim Ezechias rex iacto obstruxerat puluere. Motiuum etiam commune est, qa ad Hebr. 11. dr̄: lapidati sunt, secti sunt, & exponitur à multis sectio de ipso Isaia, qui sectus occubuit. Dicendum autem, ꝙ de loco sepulturæ Isaiæ non est dubitandū, quin sepultus fuerit apud fontem Rogel sub quercu, quæ est apud fontem, licet causam sepulturæ diuersimodè assignant: Nam Epiphanius dicit hoc factum fuisse ad memoriam miraculi Isaiæ precibus facti in aquis loci illius, qđ declaratum est præcedenti cap. in quæstione.

Isaias quo modo fuit occisus.

Isaias vbi fuerit sepultus, & quare.

Quidā autem alij volunt hoc fuisse, quia Isaias ductus est ad occidendum ad locum illum, & ibidem sepultus est: de ipsa tamen morte eius, an fuerit violenta per Manassen, vel naturalis non constat, quia tamen positio communis est, satis rationabile erat hoc teneri, nisi aliquid obstaret. Mihi tamen vr̄ dicendum, ꝙ nō occisus fuerit à Manasse, immo nec potuerit occidi ab illo, & ratio est, quia Isaias mortuus est anteq̄ inciperet regnare Manasses. s. viuente Ezechia, qđ patet: quia de quolibet propheta ponuntur tpa regum, sub quibus prophetauit in titulo suo, vel prophetę præcedentis, & dr̄ ꝓphetare aliquis ꝓpheta postquā incipiebat prophetare, vsque quo moreretur, & tamen de Isaia dr̄ Isa. 1. ꝙ ꝓphetauit tpe Oziæ Ioathan Achaz, & Ezechiæ regum Iuda, & non ponuntur alij reges, ergo sub Ezechia mortuus est Isaias, alioquin diceretur, ꝙ ēt prophetauit tēporibus Manasse, & tamen nō ponitur Manasse in titulo suo. Si autem velles tenere, ꝙ occisus fuit à Manasse, necesse est, ꝙ dicas ꝙ reges illi, q̄ ponuntur in titulo ꝓphetarū, non fuerunt omnes illi, quorū tpe prophetæ vixerunt, sed illi, sub quibus reuelatio eis facta est, & ideo si contingeret, ꝙ aliqs propheta ante mortem suā p decem, vel viginti annos cessaret à prophetia, nō diceretur ꝓphetasse sub tempore ipsorum regum, qui regnarent in istis

Opin. auctoris de morte Isaiæ contra omnes doctores.

B viginti annis: ideo si in istis annis regnarent duo, vel tres reges, nullus istorū poneretur in titulo ꝓphetæ illius, & sic dicetur de Isaia, ꝙ ipse habuit visionem propheticā tempore Oziæ, Ioathan, Achaz, & Ezechiæ, & postea tempore Manasse non habuit aliquā visionem: ideo quanquā regnauit non ponitur in titulo eius Manasse. Sed dicēdum, ꝙ ista positio falsa est: nam tunc sequeretur, ꝙ qn̄ aliquis propheta solum prædixit vnam rem, quā non potuit p̄dicere, vel habere reuelationem illius, nisi tēpore vnius regis, ꝙ non posset poni in titulo eius, nisi vnus rex: & tn̄ istud est falsum: quia regula est vera, quam ponunt Hebrei, & ponit Ieronymus in duobus prologis super Ioelem, ꝙ quandocunq; in titulo alicuius

C ꝓphetę non ponuntur tempora regū, sub quib⁹ ꝓphetauit debet intelligi, ꝙ prophetauit sub illis regibus, sub quibus prophetauit propheta precedens, in cuius titulo ponuntur tēpora aliquorū regū, & sic Abdias, & Ionas debēt poni sub tēporibus Oseę, scilicet, sub rege Ozia, Ioathan, Achaz, & Ezechiā, & tamen non potuerunt isti ꝓphetasse tpe diuersorum regum: quia ꝓphetia vnica est, cum Abdias solum ꝓphetauerit vnicam rem contra Edom; & ēt Ionas vnicam rem prophetauit s. solū de destructione Niniue: ergo non potuit ista reuelatio fieri sub quatuor regibus, sic patet de Ioele reducendo ad tēpora Osee, quia Ioel non habet reges in titulo, & tn̄ Ioel solum duas res ꝓphetauit. s. destructionē terrę

D per bruchū, & locustam vsq; ad tertium capitulū, & missionē Spiritus sancti in 3. c. & tn̄ Ieronymus dicit in duobus prologis super Ioelem, ꝙ prophetauit sub illis quatuor regibus, sub quibus Osee. Patet etiā hoc de Naum, & Abachub, qui ponūtur sub tēporibus Micheę. s. sub Ioathan, Achaz, & Ezechia, vt patet Micheę. 1. & tn̄ Naum vnicā rē p̄dixit. s. destructionē Niniue, & Abachub vnicā rem ꝓphetauit. s. destructionē Babylonis, ideo non poterant isti ꝓphetare sub diuersis regibus. Dicendū ergo, ꝙ nō dr̄ ꝓphetare aliquis solum sub illis regibus, sub quibus reuelatio prophetica fit, sed sub oībus illis, quorum tpe viuit postq̄ incipit ꝓphetare. Et ratio est, quia postq̄ aliquis semel prophetauit semper voca-

E tur propheta vsq; ad mortē, & nunq̄ dr̄ cessare prophetare, quanq̄ actus ꝓpheticus non semp maneat, nec habitus, sicut dr̄ Num. 11. de duobus viris, ꝙ sedit sup eos spiritus ꝓphetiæ, & prophetauerūt, nec vltra cessauerunt, & ita necessariò debet dici de Isaia, ꝙ dr̄ ꝓphetasse sub istis quatuor regibus, quia cępit ꝓphetare sub primo illorum, & vixit vsque ad vltimū. s. vsq; ad Ezechiā. Si aūt vixisset tpe Manasse aliquanto tpe diceret, ꝙ ēt ꝓphetauit in diebus Manasse, & tn̄ non dr̄, ꝙ prophetauit nisi tpe Ozię, Ioathan, Achaz, & Ezechiæ: ergo viuebat adhuc Ezechias, quando mortuus est Isaias, & consequenter non potuit occidi à Manasse, nec ēt occisus fuit ab aliquo rege, qa Ezechias, cuius tēpore mortuus

est

est erat rex sanctus,& ꝓnr non occideret Isaiã ꝓphe F tam, potissime cum ipse denunciasset ei multa bona,& orasset pro ipso,vt patet supra 19. & præcedẽti c.& 2.Parali.32.& Isa.37.& 38.opinio aũt de morte Isaię per Manassen hortũ habuit à quibusdã Hebræis,qui non satis experti erant in cognitione historiarum: potissimè cum Iosephus auctor certissimus,qui antiquitatẽ Iudaicam diligenter conscripsit, nihil tale dixerit, & iste modus arguendi contra Ieronymum sufficiens est,quia sic ipse arguit cõtra B.Augustinũ,& quosdã alios de septuaginta cellulis Alexandriæ pro septuaginta interpretibus dicens,ꝙ Iosephus nihil tale retulit,vt patet in prologo eiusdem super Gen.q incipit: Desiderij mei: motiuum aũt positũ in principio quæstionis nõ est sufficiens,quia illud procedit presupposito,ꝙ Isaias viueret tempore Manasse, & tamen falsum est, cùm non potuit vsque illuc viuere.

Dormiuitque. Hic ponitur quartum huius capituli, scilicet,successio Amon Manasse similis: nam sicut fuit malus pater,ita fuit malus filius,& dicitur. *Dormiuitque Manasses cum patribus suis.* i. mortuus est, sicut omnes patres sui. *Et sepultus est in horto domus suæ in horto Ozan.* i.sepultus fuit in domo sua,in quodam horto, qui vocabatur hortus Ozan.

Mors Manasse.

An Manasses sepultus fuerit in horto Ozãm. Q. XIX.

QVAERETVR, quomodo potest stare, ꝙ sepultus fuerit Manasses in horto Ozan, quia sepultus est in domo sua,vt patet 2.Paralip.33. ergo non fuit sepultus in horto Ozan. Item patet hoc, quia Iosephus 9.Antiq.dicit, ꝙ inter reges Iuda solus Ozias sepultus est in hortis: ergo Manasses non fuit sepultus in horto Ozan, sed in sepulchris regalibus. Respondendum est,ꝙ Manasses sepultus est in ciuitate Dauid,in qua sepeliebantur alij reges:tamen non fuit sepultus in eodem loco spetialiter,in quo alij reges,scilicet,in eodem sepulchro.

Ad primã obiectionem.

Secundo.

Pro quo sciendum, ꝙ Dauid separauit in castro montis Sion, vbi erat domus regis, & templũ Dñi, quendã agrũ, vel hortũ, in quo sepelirentur reges, & iste hortus erat in quadam parte domus regis:fecerat autem ibi sepulchrum magnũ, in quo sepelirentur oẽs reges, & gñaliter sepeliebantur reges in loco illo,& in sepulchro fabricato à Dauid, & tunc dicebãtur sepeliri in ciuitate Dauid,& in sepulchris regum: cum aũt erat aliquis rex malus valde populus priuabat eum honore regali in morte.s.nõ exhibens ei exequias funeris honorabiles, sicut alijs regibus. Etiam non sepeliebat eum in eodẽ sepulchro, in quo erant alij reges, sed sepeliebatur in ciuitate Dauid in illo horto, in quo erat sepulchrũ magnũ regum per se in aliquo sepulchro, quod ei fiebat,vt non videretur tanti honoris,sicut ceteri, cũ nõ fuisset bonus, sicut illi, & ita fuit de Iorã filio Iosaphat rege Iudę,qui valde malus fuit:nam occidit fratres suos, & multos principes Iuda, & fuit valde idolatra,ideo populus non fecit ei secundum morẽ exequiarum regalium, nec sepeliuit eum in sepulchro regum,sed sepultus est in ciuitate Dauid extra sepulchrum illud 2.Parali.21. Sic etiam Ioas malus fuit, quia fuit idolatra,& occidit prophetas, & sepultus est in ciuitate Dauid, sed non in sepulchro regũ eo. lib.24.c.ita etiã fuit de quibusdam alijs regibus. De Manasse autem sic dicendum est, ꝙ fuit malus tam in idolatria,quam in occisione innocentũ, ideo populus noluit eum sepelire in sepulchro regum: sepeliuit tñ ipsum apud sepulchrum regum in ciuitate Dauid.s.in horto illo,in quo erat sepulchrũ regum.

F Et cum dicitur hic,ꝙ sepultus fuit in domo sua, verum est,quia vocatur domus sua palatium regis, & intra illud erat quædã pars agri, vel horti,in quo Dauid fabricauerat sepulchrum magnum pro regibus,& nullus extra agrum illud sepultus fuit quãtuncunq; malus esset, sed solũ erat dña, quia boni sepeliebant in ipso sepulchro ędificato à Dauid, & valde mali sepeliebantur circa illud sepulchrum,in ipso agro,vel horto,& dr̃ hic, ꝙ sepultus est in horto domus suæ,& idem est: quia in domo regis erat ille hortus, in quo sepeliebantur reges, & in eo sepultus fuit Manasses, & vocatur hortus Ozam, nõ ꝙ esset hortus extra mõtem Sion, & domum regis, cũ dicatur,ꝙ sepultus fuit in horto domus suę: sed, G quia iste hortus vocabur hortus Ozam, & in ipso horto sepeliebantur omnes reges, licet quidam in sepulchro Dauid,& alij extra. Simile patet de Ozia, de quo dr̃ supra 15.ꝙ sepultus est in ciuitate Dauid & 2.Paralipo.26 dicitur, ꝙ sepultus fuit in agro regalium sepulchrorum, eo ꝙ esset leprosus, & ille ager est,qui vocatur nũc hortus,in quo sepultus est Manasses in domo sua. Sicut dr̃ 2. Paralipo.33.s.in in palatio regum: nam eadẽ domus erat regis Manasse,& omnium regum Iuda præcedẽtium, & intra illud palatium erat hortus, in quo Dauid fabricauerat sepulchrum pro regibus, & in illo horto sepultus est Manasses,& vocatur hortus Ozan. Et sic idem est sepeliri Manassen in domo sua, vel in hor- H to domus suę, qui dicitur hortus Ozan.

Ad secũm.

Ad secundum dicendum, ꝙ nõ fuit solus Ozias de regibus Iuda sepultus in hortis, sicut dicit Iosephus 9. Antiqui. quia etiam Manasses sepultus est in hortis suis,sed est sensus,ꝙ Ozias sepultus est in eodem horto,in quo erant alij reges, cũ dicatur 2. Paralipo.26.ꝙ sepultus est in agro regalium sepulchrorum,sed fuit magis distans sepulchrũ suum à sepulchro regum, quod construxerat Dauid, quàm alia sepulchra facta pro quibusdam regibus malis extra sepulchrum illud, sicut fuit de Ioram, & Ioas Manasse,& Amon. *Et regnauit Amon filius eius pro eo.* Successit ei,qa erat filius legitimus, & fortè nullus alius erat filius Manasse. *Viginti duorum Annorum erat Amon, cùm regnare cœpisset.* Genuit enim eum Manasses pa- I ter suus cum esset quadragintaquinque annorum, quia ipse vixit annis sexagintaseptem, vt declaratũ fuit supra. s.duodecim antequam regnaret,& quinquagintaquinque postquam cępit regnare, de quibus subtrahantur viginti duo anni, quos egerat Amon, quando cępit regnare, manebunt anni quadragintaquinque, quos habebat Manasses quando genuit Amon. *Et duobus annis regnauit in Ierusalem.* Pauco tempore regnauit,quia malus fuit, & dicitur regnasse in Ierusalem, quia ibi erat metropolis regni Iuda. *Nomen matris eius Messalemeth.* Ponitur nomen matris Amon, quia sic ponuntur nomina matrum K omnium regum Iuda, quod non fit de aliquo rege Israel. Iosephus aũt 10. Antiq.dicit ꝙ mater Amon erat Masselinis,sed multum deuiat Iosephus in nominibus proprijs, quando vult vertere illa ex Hebræo in formam Latinam: Hieronymus aũt magis secutus fuit radicem Hebraicam,vt non videretur deuiare ab Hebræo. *Filia Harus de Ieteba.* Iste Harus erat aliquis vir nobilis, quia aliàs Manasses rex non accepisset filiam suam in vxorem, Ieteba autẽ nomen ciuitatis est in sorte Iuda. *Fecitque malum in conspectu Domini.* Scilicet,coluit idola,quia istud erat malum,quod faciebant reges Iuda, & Israel, & vocatur malũ spetialiter, quia idolatria est peior omnibus peccatis. *Sicut fecerat Manasses pater eius.* Fuit enim Manasses valde malus, & Amon filius suus non

non deuiauit ab eo in malis, deuiauit tamen in bonis: quia Manasses licet à principio fuerit valde malus, postea tamen conuersus ad Dominū fuit vir bonus, & laudabilis. 2. Paralip. 33. Amon autem nunq̄ recessit à via mala, per quā ire cęperat: sic enim dicit eo. c. fecit malū in conspectu Dñi sicut fecerat Manasses pater eius, & non est reueritus faciē Dñi, sicut reueritus est Manasses pater eius. *Et ambulauit in omni via, per quam ambulauerat pater eius.* Intelligitur quantum ad mala, quia in bonis non imitatus fuit eum, vt dictum est, & imitatio fuit in malis: quia Manasses posuerat idola in domo Domini, & lucum, & cum conuersus est omnia ista fecit educi de templo. 2. Paralipo. 33. Amon autem reduxit omnia ista in tēplum Domini: nam Iosias postea abstulit idola, & lucos de templo Dñi. inf. 23. & tamen nō potuisset educere inde aliquid, nisi Amon reduxisset omnia ista, quia Manasses abstulerat de tēplo Dñi omnē idolatriam, quā posuerat. 2. Paralip. 33. *Seruiuitque immunditijs.* Idest, idolis, quæ vocantur immunditiæ, vel sordes: Deu. 7. s. Non infers quidpiam ex idolo in domum tuam, ne fias anathema, sicut & illud est, quasi spurciciam detestaberis, & velut inquinamentum, ac sordes abhominationi habebis, quia anathema est. *Quibus seruierat pater eius.* Omnia enim idola coluit Amon, quæ coluerat Manasses. 2. Paralipo. 33. s. fecit Amon malum in conspectu Domini, sicut fecerat Manasses pater eius, & cunctis idolis, quę Manasses fuerat fabricatus, immolauit, atque seruiuit. *Et adorauit eas.* Idest, adorauit immunditias. s. idola, & ponitur adoratio pro inclinatione capitis, & quacunque alia reuerentia, quam exhibebat Amon idolis. Seruire autem ponitur pro oblatione sacrificiorum, & quibuscunque alijs cæremonijs cultus. Nam non solum Amon inclinabat se coram idolis, sed ēt impendebat eis omnem cultū debitū Deo. Sic dicitur: 2. Paralipo. 33 & cunctis idolis, quæ Manasses fuerat fabricatus, immolauit, atque seruiuit. *Et dereliquit Dominum Deum patrum suorum.* Scilicet, nō coluit eū, nec seruauit aliquid de lege eius, & tñ erat Deus patrū suorum. i. qui benefecerat patribus suis educendo eos de Aegypto, & tradendo sibi terram Chanaan. *Et non ambulauit in via Domini.* Scilicet, non seruauit legē eius, quia via Domini vocat̄ lex sua. Et vocat̄ via Dñi dupliciter: vno modo, quia ipsa est, ꝑ quā in Deū peruenire possumus, & non est alius modus, per quē possimus peruenire in Deum, nisi per legem eius: alio modo vocatur via Domini lex sua, quia ipse iussit, ꝙ ambularemus in illa, & ꝙ non declinaremus ad dexteram, aut ad sinistram: Deut. 4.

Quare Amon tam pauco tempore vixit, & quare Deus abbreuiat interdum vitam bonorum, & malis sæpe vitam extendit. Quæstio XX.

QVAERETVR, quomodo Amon vixit tam pauco tempore: nā erat viginti duorū annorū, cū regnare cępisset, & regnauit solū duobus annis. Aliquis dicet, ꝙ maiori tempore regnauit. s. duodecim, & sic erat triginta quatuor annorū, cum mortuus est: sic enim dr̄ in Biblia septuaginta interpretū. Dicendum tñ, ꝙ non vixit nisi duobus annis in regno, vt patet hic, & de dicto septuaginta interpretū seq. q. dicetur. Et istud fuit, quia quanquam Amon potuisset regnare magno tempore, si permitteretur tamen pauco tēpore regnauit, quia occisus fuit à seruis suis: erat enim valde malus, quia sequebat̄ totā viā patris sui Manasse: ideo Deus fecit, ꝙ occideretur tradens eū in manu seruorū suorum: & istud conuenit viris malis, quia viri sanguinum, & dolosi

A non dimidiabunt dies suos: Psal. 54. boni autem magno tēpore viuunt. Sic enim dicitur: Exo. 20. & Deuteronom. 5. ꝙ qui honorauerit patrem, & matrem, erit longæuus super terram, & eo. li. c. 23. dicitur: numerum dierum tuorū implebo, & loquebat̄ Deus de Iudæis, quādo obseruarent legē suam, quia tunc nō veniret super eos pestis, aut gladius, vel aliud corrumpens, sed viuerent magno tempore. Sciendum tamen, ꝙ Deus quanquā secundum merita attendēdo deberet dare vitæ longitudinem bonis, & breuitatē malis; tamen interdū variat: quia aliquādo breuiatur vita bonorum, & vita malorum: & aliquādo vtrorūq; vita extendit. Quòd enim vita bonorū extendat̄, nō est aliquid speciale, quia ipsi merent̄. Et ēt
B Deus interdū longā eis vitā confert, vt longè uiuēdo multa bona expleant, quæ in uita breuiori explere nequiuissent. Etiā quia per eorum absentiā Ecclesia Dei magnum patitur detrimentum: ideo Deus consulens vtilitati Ecclesiæ suæ vitam bonorum interdum prolongat. Sic enim erat de beato Paulo, qui dicebat se desiderare mortem, vt gauderet cum Christo: & tamē dixit: quòd necesse erat manere in carne propter eos, quibus prædicabat, ut haberet aliquem fructum in eis: ad Philip. 1. Sic etiam dixit beatus Martinus cum esset in articulo mortis: Domine si adhuc populo tuo necessarius sum, non recuso laborem. Interdum autem Deus abbreuiat dies bonorum, & istud est speciale, quia ipsi deberent regula- Bonorum vita quare breuiatur.
C riter esse longęui super terram: Deus tamē fecit hoc propter bonum ipsorum, & hoc dupliciter: aliquando enim Deus scit de quibusdā bonis, ꝙ licet bonā voluntatem habeant, tamen habent fortes passiones, & si diu vixerint vincentur à passionibus, & declinabunt à bonitate: Deus autem nolēs, ꝙ bonitas eorum pereat, tollit eos de terra, iuxta illud Sap. c. 4. scilicet: placens Deo factus dilectus viuēs inter peccatores translatus est raptus est, ne malitia mutaret intellectum eius, aut ne fictio deciperet animam illius: fascinatio enim nugacitatis obscurat bona, & inconstantia concupiscentię transuertit sensum, siue malicia: consummatus in breui expleuit tempora multa: placita enim erat Deo anima ei⁹. Pertinet
D autem hoc ad Dei bonitatē, vt cum ipse sciuerit aliquem virum bonum, qui aliquando succumbet passionibus, nisi tollatur de terra, ꝙ auferat eum, vt moriatur in rectitudine cordis, iuxta illud. inf. ad Corint. 10. Fidelis autem Deus est, qui non patietur vos tentari vltra id, quod potestis, sciens, ꝙ ille non posset vllo modo tolerare passiones, & permitteret eū viuere in tempore illo, in quo passionibus succumberet. Quòd autem Deus aliquem virum bonū sic cito auferat de terra, non est pœna illius, sed potius est, qa Deus diligit eū: sic patet, Sap 4. s. placita enim erat Deo anima eius: propter hoc properauit educere illum de medio iniquitatum: Et cum cōtingit aliquem virum bonum sic cito mori, non dicit̄ vixisse
E pauco tēpore, sed fuisse longæuus, quia in paucis diebus fecit opera multorū tēporū, ideo dicet̄ vixisse multis tēporibus. Sic dicitur Sap. 4 s. consummatus in breui expleuit tempora multa. i. opera multorū temporum in breui. i. in pauco tempore. Secundū, ꝑꝑ qđ Deus interdum breuiat vitā bonorum est cōpatiendo eis, quia si magno tempore uiuerent visuri erāt multas angustias, & ut non videāt illas Deus abbreuiat dies ipsorum: sic enim fuit de Iosia: nam Deus volebat inducere mala super Ierusalem, scilicet, captiuitatē, & angustias magnas, & fecit ꝙ moreretur Iosias cito, quia erat vir bonus, ut non uideret ista, & hoc Deus sibi dabat in gratiam: sequenti. c. & 2. Paralip. 34. scilicet, Colligeris ad sepulchrum

tuum in pace, vt non videant oculi tui omnia mala, quę inducturus sum super locũ istum. Tertiũ, propter qđ Deus abbreuiat dies bonorum est, quia si viuunt superuẽtura sunt eis magna supplicia, quæ fortè non poterunt tolerare, ideo à fide recederent, & ob hoc Deus abbreuiat dies virorum bonorum, vt non succũbant in aduersitate illa: sic patet, Matt. 29. Nisi abbreuiarentur dies illi, non salua fieret omnis caro, sed propter electos breuiabuntur: Hoc autem erit propter tribulationẽ magnam: quia dicitur ibi: Erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi vsq; modo, nec fiet: Idem Mar. 13. & Luc 21. & sic tunc breuiabitur tẽpus persecutionis, & etiã vita quorũdam electorũ, ne in persecutione illa succumbant. De malis autem dicendum, ꝙ interdũ vita sua breuiatur, & interdũ prorogatur. De abbreuiatione dicẽdũ, ꝙ fit propter duo. primo quia ipsi merentũ vitã breuiari: nã si viri boni ꝓpter custodiã præceptorum merentũ esse longæui super terrã: Exod. 20. è contrario viri mali, quia nõ custodiũt legẽ debent pauco tempore viuere, & sic dicitũ Psal. 54. Viri sanguinum, & dolosi non dimidiabunt dies suos. Et sic fuit de Amon, qui non dimidiauit dies suos: nam cum esset viginti quatuor annorũ, mortuus est: & tamen viginti quatuor anni non est medietas dierum vitæ hominis, sed anni quadraginta, vel quasi. Sic patet de Ezechia, qui cum denũciasset ei Isaias mortẽ, fecit canticum, dicens: ego dixi in dimidio dierum meorũ vadam ad portas inferi .i. in dimidio dierum meorũ moriar: Isa. 28. Et tamẽ tunc erat Ezechias annorum triginta nouem, vt probatum fuit præcedenti .c. Secũdum, propter quod breuiatur vita malorum est, vt non noceãt: quia aliqui mali desiderant nocere bonis, & si Deus permitteret illos magno tempore uiuere, nimis nocerent: ideo Deus compatiens bonis aufert malos de terra: sic enim patet de Antiocho rege, qui disposuerat destruere vrbem Ierusalem, & reddere illam sicut sepulchra mortuorum .s. congeriẽ sepulchri Iudæorum, & tũc Deus percussit eum insanabili plaga cũ iret festinus contra Ierusalem, & mortuus est. 2. Macha. 9. sic etiam fuit de Pharaone, qui mala multa Iudæis intulerat, & plura inferre parabat cum persequeretur eos per mare rubrum, & Deus conuertit mare super ipsum, & perijt cum exercitu suo: Exo. 14. Quòd autem vita malorum interdum prolongetur accidit ꝓpter duo. Primũ est, quia Deus spectat malos, vt pęniteant: nã quidã mali sunt, de quibus Deus ex malis bonos viros & excellẽtes factus est, sicut de Paulo Ecclesię persecutore fecit vas electionis, & doctorẽ gentium: Act. 9. & ad hoc Deus non vult quosdã malos occidere dũ sunt in peccato, sed ꝓlongat vitã eorũ, vt aliquãdo conuertantũ: sic dicitũ Isa. 30. ideo expectat nos Deus, vt misereatũ nostri .i. expectat nos magno tẽpore, quanquã simus in peccato, vt misereatũ nostri aliquando .s. qñ boni esse voluerimus. Sic ẽt ad Ro. 2. dicitur: An diuitias bonitatis eius, & patientiæ, & longanimitatis contẽnis, & ignoras qm̃ benignitas Dei ad penitẽtiã te adducit? Sic enim fuit de Manasse, qui malus fuit super omnes reges Iuda, vt supra declaratum est: & tñ ipse regnauit plusquã cęteri .s. quinquaginta quinq; annis. sup. in litera, & nullus regũ tam diu regnauit in Iuda, vel Israel: Expectabat autẽ eum Deus ad pęnitentiã, quia aliquãdo bonus futurus erat: & sic factũ est, quia postea conuersus ad Dominũ fuit vir laudabilis. 2. Paralipo. 33. Secundum, propter quod prolõgatur interdũ uita malorũ est, quia Deus facit eos ministros iustitiæ suæ contra alios malos, vel contra bonos: nam sicut dęmones sunt ministri iustitię Dei

Malorũ vita interdũ abbreuiatũ.

Vita malorũ prolongatur interdum.

F interdum inferendo pęnas in hoc seculo, & semper in futuro, ita & viri mali efficiũtur ministri Dei, & vt non cesset ministerium illorum Deus prolongat vitam ipsorum. Fiunt autem ministri, tam contra bonos, quã contra malos, contra bonos quidẽ, vt si aliqui boni sunt imperfecti, qui aliquid cõmiserũt aliquãdo Deus mittit super eos punitorẽ, vt sic deleant peccata præterita toleratione pęnarũ, vt ꝑfectiores in virtute efficiantũ per exercitiũ eius, sicut patet de Iob, & de multis alijs. Contra malos autem ratio manifesta est, quare constituantur ministri pęnarum, quia ipsi puniri merentur, & sic Deus cõtra eos ministros dat pęnarũ hic, & in futuro seculo. Sic ẽt põt dici de Manasse, ꝙ cũ malus esset Deus ꝓlongauit uitã ipsius ad experientiã uirtutis bonorũ: nam ipse effudit sanguinẽ innocentem multum nimis, vt patet in litera, & sic multi uiri boni eo ministro, ad palmã martyrij peruenerunt. Amon autem filius suus malus erat, & subito raptus est, quia fortè peior efficiẽdus erat, & redundaret in perniciem bonorum, quibus Deus compati volebat, quia nimis afflicti fuerant sub Manasse.

G

Quomodo Amon in tam parua ætate potuit gignere filium cum in vigesimoquarto anno mortuus sit. Quæstio XXI.

H QVAERETVR vlterius, quomodo Amõ potuit gignere filium in tã parua ætate, nã Iosias fuit filius eius, qui regnauit eo moriẽte, & erat octo annorũ cũ regnare cæpisset seq. ca. & tamen Amon in 24. anno mortuus est. Respondent quidã, ꝙ maiori tempore regnauit Amon .s. duodecim annis: sic enim habet Biblia septuaginta interpretum, & tũc esset Amon trigintaquatuor annorum, quãdo moreretur, & gigneret Iosiam, cum esset viginti sex annorum. Dicendum tamen, ꝙ Amon non regnauit nisi duobus annis, & mortuus est anno. 24. vitæ suæ vt dicitur hic. Sed aliquis dicet, ꝙ potest concordari litera ista cũ Biblia septuaginta interpretum, ut si fortè regnauerit Amon annis duodecim, & tamen litera ista omiserit decem: & poterat esse ratio, quia

I fortè Amon vixit duobus annis benè, & illi computantur in regno: decem verò annis malè vixerit, & illi subticentur: sic enim dicit Nicolaus de Saule, ꝙ regnauit annis quadraginta: Act. 13 & tamen sup. 1. lib. c. 13. dicitur ꝙ regnauit duobus annis, & vult ipse, ꝙ regnauerit annis duobus innocẽter, & reliquo tempore insolenter, ideo reliquum tempus subticetur. Sed dicendum, ꝙ istud non stat: quia nunquam subticentur anni alicuius regis propter malè regnasse, sicut probatum est. sup. 8. & ita non subticentur aliqui anni Amon, quibus malè regnauerit. Secundò patet, quia quando anni alicuius regis mali subticentur propter malitiam in aliquo loco scripturæ

K in alio loco exprimuntur, ne ignorẽtur, vt vult Nicolaus, & tamen de Amon non exprimitur in alio loco scripturæ ꝙ regnauerit maiori tempoee, quia sicut dicitur hic, quòd regnauit annis duobus, ita dicitur 2. Paralipom. 33 & etiam Iosephus, qui tempora emendat, quando est varietas in scriptura dicit. lib. 10 Antiqu. ꝙ vixit Amon annis uiginti quatuor, & duobus illorum regnauit: ideo non est dicẽdum, ꝙ maiori tempore regnauerit. Ad dictum autem septuaginta interpretum dicendum, ꝙ illi non sic transtulerunt, sed postea translatio eorum vitiata est nimis errore librariorum. Sic enim vult Hieronymus in quodam prologo super librum Parali. qui incipit: Sic septuaginta interpretũ pura, & vt ab eis in grecũ versa esset editio ꝑmaneret: Et postea

Iosephus.

sequi-

Trãslatio 70. interpretũ vitiata. sequitur, quomodo corrupta est, & tot sunt exẽplaria, quot codices: quia quilibet pro voluntate sua addidit, vel subtraxit, aut mutauit, & sic faciliter ponerentur duodecim anni, vbi erant duo. Item ista corruptio maximè est in numeris: vnde Gen. 5. vbi ponuntur numeri annorum singulorum posterorum Ade per lineam Seth, deuiat nimis Biblia septuaginta interpretum à nostra, & à litera hebraica superaddens cuilibet hominum annos multos super eos, quos ponit litera hebraica, vt ibidem declaratum est. Item August. qui præfert Bibliam septuaginta interpretum translationi Hieronymi, vt patet 18. de ciuitate Dei, & nimis conatur eã defendere ab omnibus impugnantibus, dicit eam vitiatam fuisse quãtum ad numeros errore librariorum, qui circa numeros parum diligentes sunt, vt patet 15. de Ciuita. Dei, ideo licet in cæteris attenderemus circa Bibliã septuaginta interpretum: tamen circa numeros de illa curandum non est, cum omnes eã asserant vitiatã. Cum autẽ dubitatur, quomodo potuit Amon in tã parua ætate gignere Iosiã, dicendum, ꝙ non erat parua ætas, quia decẽ, & sex annorũ erat Amõ, quãdo genuit Iosiã: nã ipse vixit vigintiquatuor annis. s. viginti duobus antequã regnaret, et duobus postq̃ regnare cæpit. Iosias verò erat annorum octo, quando cæpit regnare mortuo Amon sequen. c. qui subtrahantur de uigintiquatuor annis Amon manebunt decem, & sex: & tamen in tali ætate homo potens est gignere, vnde iura hominem puberẽ dicunt anno quartodecimo, & tunc potest contrahi matrimoniũ: in quo tñ est realis translatio potestatis corporis; & requiritur, ꝙ contrahens sit potẽs ad copulã, quia aliàs ius includeret contradictionẽ. s. obligãdo hominẽ ad reddendum debitum contracto matrimonio, quãdocunq; petatur, & dans potestatem contahẽdi in ætate, in qua crederet hominẽ impotentem ad copulã. Item patet hoc, quia Achaz minoris ætatis erat, quando genuit, quia vix compleuerat annum quartumdecimum, quando genuit Ezechiã: nã ipse vixit solũ annis trigintasex. s. viginti antequã regnaret, & decẽ, & sex post quã cæpit regnare. sup. 16. & tñ Ezechias filius eius, qui cæpit regnare illico post mortẽ patris erat vigintiquinq; annorum: quando cepit regnare. sup. 18. & sic erat ad plus Achaz annum quartumdecimũ incipiens quando genuit Ezechiam, vt declaratum est ibidem.

Respon- sio aucto. ad principale quæsitum.

An Amon fuerit peior patre suo Manasse. Quæst. XXII.

QVAERETVR vlterius, an Amon fuerit peior, quã pater suus Manasses, vel æqualiter malus, aut minus malus. Respondebit aliquis, ꝙ peior fuit Amon, quàm Manasses, quod patet: quia 2. Paralip. 33. dicitur: & non est reueritus Amon faciem Dñi, sicut reueritus est Manasses pater eius, & multo maiora deliquit. Secũdo patet, quia pẽnę infligunt à Deo pro peccatis: ideo secundum differentiã peccatorũ debet inferre pẽnas: & tñ Deus intulit Amõ pẽnã magnã, quia fecit ꝙ occideretur à seruis suis, & nõ fecit hoc de Manasse sed mortuꝰ est in pace: ergo magis peccauit Amon. Tertiò patet, quia grauitas peccati est perseuerare in peccato, sed istud habuit Amon super Manassen, quia Manasses peccauit, & postea pęnituit: Amon autẽ non pęnituit, sed in peccato suo mortuus est: sic dicitur 2. Paralip. 33. & non est reueritus Amon faciem Domini, sicut reueritus est Manasses pater eius.

Prima rõ. Secunda ratio. Tertia rõ. Peccati grauitas.

Respondendum, ꝙ valde magis peccauit Manasses, quã Amon, qđ patet: quia inf. 23. dicit, ꝙ quanq̃ Iosias fuerit bonus, Deus nõ auersus est à furore suo

A contra Iudã propter irritationes, quibus ꝓuocauerat eũ Manasses. & inf. 24. dr̃: factum est verbum Dñi contra Iudã, vt auferret eũ corã se propter peccata Manasse vniuersa quæ fecit, & ꝑꝑ sanguinem innoxium, quẽ effudit: & tñ non fit mentio aliqua de peccatis Amon: ergo maiora fuerũt peccata Manasse, cum ꝑꝑ illa translatus fuerit populus in Babylonẽ, quàm peccata Amon propter quæ non refertur aliquod malũ inflictũ Hebræis. Confirmatur hoc: qa si peccata Amõ fuissent saltẽ æqualia peccatis Manasse, potius debuisset captiuari regnum Iuda propter peccata Amon, quàm Manasse, & hoc propter duo. Primò, quia Manasses peccauit, & postea pęnituit: Amon autem nũquam pęnituit: ideo si ista peccata
B secundũ se ipsa essent æqualia, cum de peccatis Manasse aliquid subtraheretur propter pęnitẽtiã eius, & peccatis Amõ aliqua grauitas adderetur propter eius impænitentiam, efficerentur valde maiora peccata Amon, quã Manasse. s. subtrahendo istis, & addẽdo illis, & tunc potius deberẽt Hebręi puniri propter peccata Amon, quia essent maiora. Secũdò patet, quia Deus punit peccata patrũ in filios solũ vsq; ad quartã generationem: Exod. 34. & Numeri. 14. & non extenditur vltra punitio. Ideo quãto fuerit aliqua persona in progenie propinquior ipsi superiori peccanti, tanto magis poterit puniri pro peccatis eius, cum magis pertineat ad illũ, quàm illi, qui magis distant in linea parentali: sed sic fuit de Amon,
C quia magis propinqui fuerunt ei illi, qui ducti sunt in Babylonem, quàm Manasse patri suo: ideo si peccata fuissent æqualia amborum, potius diceretur, ꝙ ducti sunt Hebræi in Babylonem propter peccata Amon, quã propter peccata Manasse: & tñ dicit, ꝙ fuit hoc propter peccata Manasse: ideo ipse grauius peccauit, q̃ Amon. Pro quo considerandum ꝙ Manasses peccauit in duobus. s. in idolatria, & in effusione sanguinis, & in vtroque istorum magis peccauit, quàm Amon. De effusione sanguinis patet, quia dicitur de Manasse, ꝙ effudit sanguinem innocentem multum nimis, ita vt impleretur Ierusalem usque ad os. sup. in litera, & inf. 24. & 2. Parali. 33. de Amõ autem non dicitur hic, aut alibi, ꝙ effuderit aliquẽ
D sanguinem innocentem, nec etiã effudit illum, sed peccatum suum fuit solum in idolatria: effusio tamen sanguinis facta per Manassen fortè fuit maius peccatum, quàm idolatria per eum exercita: nam licet genere suo idolatria sit grauior homicidio, & omnibus peccatis: tamen propter multitudinem sanguinis effusi, poterat esse grauior culpa homicidij, quam idolatriæ, & sic credendum est fuisse. Signum huius est, quia quando nominantur peccata Manasse, potius exprimitur de effusione sanguinis, quàm de idolatria, vt patet hic, & infra 24. & 2. Paralipome. 33. idolatria autem fuit peccatum commune Manasse, & Amõ: & tamen adhuc in illa magis peccauit Manasses, quia ipse fuit primus, qui in-
E troduxit idola & lucos in templum: nam ante eum non fuerat aliquis rex, qui saltem lucos plantasset in templo, licet aliquam paruam inmunditiam idolorum posuisset ibi, sicut fecit Achaz. 2. Paralipom. 29. Amon autem fecit istud habens exemplum à patre suo: ideo non tam grauiter ipse peccauit. Secundò peccauit grauius in idolatria, quia maiori tempore durauit in illa: nam solum durauit in idolatria Amon duobus annis, scilicet, postquam cæpit regnare, quia prius uiuente patre suo Manasse non poterat idolatrare, quia Manasses tunc erat bonus: & tamen ipse Manasses durauit in idolatria multis annis, quia à principio regni sui cœpit idolatrare, & regnauit annis quinquaginta quinque, & non multo

Manasses magis peccauit quã Amon.

multo tẽpore ante finem regni sui ad Deũ conuersus est: peccata tamen tanto sunt grauiora, quanto diuturnius infelicem animã detinent alligatã. Tertiò peccauit plus Manasses in idolatria, quam Amõ, quia de Manasse dicitur hoc, ꝙ seduxit Iudam, vt coleret idola: idem etiam. 2. Paralipo. 33. & tamen de Amon non dicitur hic, aut alibi, ꝙ seduxerit Iudã: præstare tamen alicui occasionem peccandi, vel inducere ad peccandum graue peccatum est: ideo peccatum summi sacerdotis cæteris paribus iudicabatur grauius alijs peccatis in veteri testamento: quia ipso peccante, peccabant reliqui de populo, & dicebatur ipse facere delinquere populum: Leui. 4. Non solum ergo Manasses peccauit plusquam Amon, sed etiam Ioram filius Iosaphat peccauit plusquã ille: de Achaz verò, an peccauerit plusquam Amõ, vel è cõtrario nõ satis apparet: quia vterq; multum peccauit, & peccata amborum fuerũt in idolatria.

Ad primã rationẽ in contrariũ. Ad primam rationem in contrarium dicẽdum, ꝙ Amon multo plura peccauit, quàm Manasses nõ quidem, ꝙ peccata Amon fuerint verè maiora quã peccata Manasse, aut plura numero: quia ualde maiora fuerunt peccata Manasse peccatis omnium regum Iuda, vt declaratum est supra in quadam quæstione: sed dicitur hoc propter quasdam circunstantias aggrauantes, quæ fuerunt in peccato Amon, & non in peccato Manasse. Prima fuit quia Amõ peccauit, & nunquam cõuersus fuit ad Dominum: Manasses autem peccauit & conuersus est, perseuerantia tamen in delicto aggrauat ipsum. Secunda fuit, quia Amon sciuit, ꝙ pater suus propter peccata captiuus ductus fuerat in Babylonem, & postea quia orauit Dominum reductus est in terram suam, & fuit bonus, & sic debuisset ipse facere: & tamen cognoscens hoc non curauit de cultu Dei, sed reduxit totam idolatriam, quam pater suus abstulerat. 2. Paralipo. 33. Manasses autem non habuit prædecessorem, qui propter idolatriam punitus fuisset, & postea conuerteretur ad Dominum: ideo maius incentiuum habuit Amon adhoc quòd nõ coleret idola, quàm Manasses, & sic in quibusdam alijs fuit grauitas peccati sui, in quibus nõ fuit grauitas peccati Manasse: & tamen istud non tollit, quin fuerint multo plura, & maiora peccata Manasse, quàm Amon.

Ad secundum. Grauitas pęne temporalis nõ arguit grauitatem peccati. Ad secundum dicendum, ꝙ inflictio pęnarum æqualium, vel inæqualium nihil probat: nam uerũ est, ꝙ Deus non infert pęnam nisi pro peccato: & tamen non sequitur, quòd pro peccatis inæqualibus semper dantur à Deo pœnę inæquales, & pro peccatis æqualibus pœnæ æquales: nam istud uerum est in alio seculo: quia ibi puniuntur omnes, qui in peccato decesserunt, & secundum differentiam peccatorum in magnitudine est inæqualitas pœnæ: intantum, quòd si quis sciret pœnam duorum existentium in inferno. s. quantum inter se differret etiam si nesciret peccatum illorum cognosceret per hoc, quis eorum cum grauioribus peccatis decessit, & in qua proportione, s. an cum peccato duplo, vel triplo maiori. Hic tamen non apparet aliquid de habitudine peccatorum inter se per comparationem ad pœnas: quia licet verum sit, ꝙ Deus nullum puniat hic, nec in futuro sęculo nisi pro peccato: tamẽ aliqui sunt, qui grauiter peccauerunt: & non puniũtur hic aliqualiter, sed reseruãtur pęnæ eorum pro futuro seculo, alij autem sunt, qui grauissimè peccauerunt, & puniuntur hic: tamen leues pęnæ eis infliguntur, & residuæ pro futuro seculo reseruãtur: alij verò sunt, qui parum peccauerunt, & omnes pęnæ eis debitæ infliguntur hic, ita vt nihil maneat tolerandum in futuro seculo: ideo continget aliquem,

F qui in paucis peccauerit puniri hic grauius, eo qđ peccauerit in multis, & sic non accipitur conueniẽs argumentum ad probandum æqualitatem uel inæqualitatẽ peccati ex pęnis quæ hic infligunt à Deo.

Ad tertiũ. Ad tertium dicendum, ꝙ uerum est, ꝙ aliqua grauitas fuerit in peccato Amon, quæ nõ fuit in peccato Manasse: & tamen non sequitur, ꝙ fuerit simpliciter maius peccatum Amõ, quia hoc esset uerum, si unica circunstantia aggrauaret peccatum solũ: & tamen multæ sunt, quæ illud aggrauant. *Tetenderunt autem ei insidias serui sui.* Scilicet, postquã regnasset annis duobus Amon serui sui insidiati sunt ei, vt occiderẽt ipsum. *Et interfecerunt regem in domo sua.* Scilicet, interfecerunt eum secure, quia fortè erat in lectulo, Amõ à seruis interfectus.
G quãdo occisus est: sic enim duo viri latrones occiderũt Isboseth regẽ, dum esset in lecto suo in meridie. sup. 2. lib. c. 4. Ioas quoq; rex occisus est à seruis suis, dum esset in lectulo suo. 2. Paralipo 24. *Percussit autem populus terræ eos, qui coniurauerant contra regem Amon.* Scilicet, non erat aliquis de stirpe Amon, qui posset vindicare sanguinem eius, quia filius suus Iosias paruus erat, scilicet, octo annorum, sequenti. c. ideo populus terræ condolens iniustæ morti regis, occidit occisores eius. Et dicitur, ꝙ occidit eos, qui coniurauerant, quia aliqui de seruis Amon inter se fecerant fędus, & promiserant ꝙ se inuicẽ adiuuarent ad occidendum regem: & quia ista promissio erat firmata iuramento, & erat ad malum vocatur coniura-
H tio. *Et constituerunt sibi regem Iosiam filium eius pro eo.* Nõ enim erat alius de filijs Amon, quia fortè nullum alium genuerat, vel saltem iste erat maior reliquis: quia Amon erat decẽ, & sex annorum non completorum, quando genuit Iosiã: & ante hoc non est uerisimile, ꝙ alios genuisset propter paruitatẽ ætatis, licet possibile esset, ꝙ genuisset: ꝙ autem esset tunc Amon decẽ, & sex annorum non cõpletorum, patet, quia uixit uiginti quatuor annis solũ, ut patet in litera, de quibus debent subtrahi octo, quos egerat Iosias, quando cœpit regnare seq. ca. manebunt. 16. anni Amon in natiuitate Iosiæ, de quibus subtrahãtur nouem menses, quibus esset in utero, manerent quindecim anni Amon, quando gigneret Iosiam.
I *Reliqua autem sermonum Amon, quæ fecit.* Accipiũtur sermones pro rebus, quia aliàs nõ diceretur, quæ fecit, sed quæ dixit. *Nonne scripta sunt in libro sermonum dierum regum Iuda?* Q. d. ibi scripta sunt omnia particulariter, cũ ibi ponerentur omnia gesta regũ Iuda, siue famosa, siue infama. & licet in duobus annis, quibus solũ regnauit, pauca gesta eius essent, quæ scribi possent: tamen saltẽ tota idolatria sua scriberetur particulariter. s. quomodo reduxit totã idolatriã, quam abstulerat pater suus: sic enim de ipso Manasse scriptum erat: nam in libro illo posita fuerunt omnia verba prophetarũ, qui ueniebant ad admonendum eũ, & quomodo ædificabat in diuersis locis altaria, lucos, & statuas antequã ageret pęnitentiam, ut pa-
K tet. 2. Paralipom. 33. *Sepelieruntq; eum in sepulchro suo in horto Ozam,* Sepulchrum pro Manasse, & Amon filio eius fuit in horto Ozã, & ibi ambo sepulti sunt. *Et regnauit Iosias filius eius pro eo.* Quia non erat alius, ad quem magis pertineret ius regnãdi, quàm ad ipsum quia filius erat regis, & etiam primogenitus.

Quare Deus permisit Amon occidi à seruis suis. Quæstio XXIII.

QVAERETVR, quare Deus fecit, vel permisit ꝙ occiderẽt Amon à seruis suis. Respondendũ, ꝙ Deus nõ fecit, ꝙ serui Amõ occiderẽt ipsum: qa facere erat iubendo, vel cooperando. s. inclinando tota-

totaliter animũ seruorũ Amõ ad occidendũ ipsum: ita ꝙ nullo mõ contrariũ posset eis apparere bonũ: nã isto modo excusarentur homines in singulis acti bus malis: quia sic non efficeret homo malum, sed Deus per hominẽ illud faceret. Sed fuit permissio: Deus enim permisit, ꝙ Amõ traderet in manus ser uorum suorum, & ista permissio nõ fuit sine causa. Nã non solũ requiritur causa ad hoc, ꝙ Deus malũ homini infligat, sed ẽt ad hoc, ꝙ homini infligi permittat. nã Deus est rector uniuersi per suã prouiden tiã, & si ipse mala fieri permitteret, dato ꝙ ad illa nõ adiuuaret, omnia perirent. Quia si dęmones permit terent à Deo agere quidquid mali cogitant omnes homines, subito occiderẽt potissimè, quãdo scirent eos esse in peccato mortali: mali etiã homines multa mala, quæ cogitant efficerent nisi Deus illa prohi beret: ideo dicendum ꝙ Deus prohibet infinita mala fieri, quę aliàs fierent per malam voluntatẽ dęmo nũ, & malorũ hominũ: & ista prohibitio est non per mittere. Fit autẽ duobus modis. Primò per hoc, ꝙ Deus compescit potestatem aliquorũ: nam dato ꝙ dęmones mala velint contra nos, impediuntur tamẽ ab Angelis bonis, qui potentiores sunt, & sic cessat eorũ mala operatio, licet nõ cesset mala voluntas. Sic etiam homines mali multa volũt contra bonos, vel cõtra alios malos: & tamẽ sæpè prohibent ꝑ Angelos impedientes eos, sicut Aegyptij impediti sunt ꝑcutere Israelitas apud mare rubrũ ꝑ Angelũ, qui interposuit nubem tenebrosam inter vtrunque exercitũ, ita vt Aegyptij non possent videre Israelitas: Exod. 14. Sic etiã Angeli percusserũt cæcitate Sodomitas, vt non introirent domum Loth ad inferẽdum violentiã. Gen. 19. idem de percussione Syrorũ, ne caperent Elisæum sup. 6. Secũdò modo Deus non permittit mala fieri. s. cohibendo voluntatẽ, vt si aliquis homo vellet mala facere, & posset, Deus in terdum uoluntatem eius immutat, vt mala non uelit. Sic enim Deus immutauit voluntatẽ Assueri, vt non occideret Esther introeuntẽ ad se sine iussione regis: Esther. 15. cũ dicitur: conuertit Deus spiritum regis in mansuetudinẽ. Quòd ergo Deus permittat aliquod malũ fieri contra aliquẽ in sua vniuersitate, cuius ipse rector est, nõ est sine causa, accipitur autẽ causa ex demeritis illius, cõtra quẽ Deus aliqua permittit: quia sicut ꝑ se mala inflicturus erat alicui ꝓ peccato, ita permittit, ꝙ Angeli mali, & hoĩes mali volẽtes mala possent efficere, qđ volunt; & tunc nõ adiuuat, sed solum non impedit malã voluntatem istorum, quã aliàs impediturus erat, si non peccaret ille, contra quem Deus permittit mala fieri. Sic etiã fuit in Amon, cuius serui coniurauerunt inter se, vt occiderent eũ pro aliqua speciali causa, vt fortè, qa ipse offendit illos, & desiderabant uindictam occidendo ipsum: Deus tamen non erat permissurus, vt illi possent occidere eum, quanquam uellent, & insidiarentur sibi, nisi quia peccauerat nimis grauiter Amon contra Deum in idolatria: permisit ergo seruis suis vt occiderent eum, non impediendo ipsos. Simile fuit de occisione regis Ioas: nam serui sui cõ iurauerunt contra ipsum, & Deus permisit eis, ꝙ occiderent eum in vltionem sanguinis Zachariæ filij Ioiadæ, & fratrum eius, quos occiderat iniustè. 2. Paralip. 24. Sic etiam est de multis alijs, quos Deus permittit cadere in manus hostiũ, vel in alia mala propter causam istam. Sic fuit de Amasia, qui permissus est cadere in manus Ioas regis Israel. 2. Paralipo. 25. & tamen si serui Ezechiæ coniurassent contra ipsum ad occidendum eum, Deus non permisisset, quia Ezechias, cum esset bonus, non merebatur tradi in manus seruorum suorum.

Quibus duobus modis Deus mala ne fiant prohibet.

An serui Amon peccauerunt ipsum occidendo. Quæstio XXIIII.

QVAERETVR vlterius, an peccauerunt serui Amon occidendo ipsum, aliquis dicet, ꝙ non, quia Amon erat vir pessimus, & merebatur mortẽ propter idolatriã frequentatã, ideo occidendo illũ non agebãt iniustè. Rñdendũ, ꝙ peccauerunt serui Amõ grauissimè occidendo eũ. Primò, quia ad hoc, ꝙ aliquis iustè occidat alium requiritur iurisdictio: & tamen isti serui non habebãt iurisdictionẽ super regẽ Dominum suum, ideo peccabãt. Secundò peccauerunt, qa malo modo eum occiderunt. s. per cõiurationẽ, & etiam per insidias: nã in domo sua occi derũt ipsum, & tñ dato ꝙ haberent causam ad occi dendũ, peccarent occidẽdo ꝑ insidias, & carebãt oĩ immunitate locorũ: Exod. 21. Tertiò peccauerunt, quia non habebant iustã causam ad occidendum ipsum: nã licet mererẽt mortẽ Amon quãtũ ad Deũ: tñ non merebãt illã in conspectu hoĩum istorũ, qa ipse nõ grauauerat eos ꝑ hoc, sed solũ Deum offendebat in idolatria. Quartò peccauerũt, quia occiderunt isti Dñm, & regem populi: & tñ occidere Dñm est sicut occidere patrẽ: nam sicut tenetur filius patri, quia multa bona ab eo recepit: ita & seruus Dño, vel subditus ꝑlato. Nã per hoc ꝙ aliquis ab alio regitur, & gubernatur, recipit ab eo maxima bona: ideo Arist. 5. Ethi. dicit ꝙ nõ possunt vrbes satisfecere bonis rectoribus suis in aliquo temporali, qđ præstent, sed debent eis impendere honorem, & gloriam prò bono regimine, quia ista sunt maxima bona, quę potest impendere politia. Quintò peccauerunt, quia offenderunt totum regnum in hoc: nã rex est pastor populorum, & pater sicut dixit Homerus in Iliade, & recitat Arist. 8. Ethi. qui tamen occidit patrẽ alicuius, non solũ offendit occisum, sed ẽt filiũ occisi. ita ẽt occidendo regẽ offendebant omnes de regno cum salus totius regni pendeat ex rege gubernante omnes iustè, & pacificè. Ad rõnem in contrariũ dicendũ, ꝙ quanquã Amon mereretur occidi: tñ isti nõ iustè occidebãt eũ, quia ad hoc ꝙ aliquis iustè occidat aliũ non solũ requiritur, ꝙ sit iusta causa occisionis, sed etiã sit recta uoluntas, & sufficiens iurisdictio: quocunq; enim istorum deficiente occisio iniusta est. Sic autẽ erat hic, quia isti nõ habebant rectũ finẽ, cum nõ occiderent eum aliquo bono zelo, sed ꝓpter uindictã, uel aliàs. Etiã non habebãt iurisdictionẽ, quia ꝑsonæ priuatæ non habent iurisdictionẽ super regẽ, potissimè quia iste rex nõ faciebat aliquid in ꝑiudiciũ regni, propter qđ deberet priuari regno, & tollebatur à regno: & sic isti occiderunt eum tanquã personæ priuatę. Qđ patet, quia in domo sua, & secretè occiderũt eum, ideo peccauerũt grauissimè.

Ratio obligationis subditorũ erga superiores.

Populus an peccauerit occidendo istos seruos occisores Amon. Quæstio XXV.

QVAERETVR vlterius, an peccauit populus occidendo istos occisores Amõ. Aliquis dicet ꝙ sic, quia non habebat iurisdictionem populus ad occidendũ quẽquam: & tñ occidere sine iurisdictione peccatũ est. Respondendum, ꝙ populus non peccauit occidendo istos, quia hic cõcurrebant omnia, quæ requirebantur ad iustã occisionẽ, ideo iustè occidebantur. Primum erat ipsa causa occidendi, & ista erat nunc, quia isti merebantur mortem, & si aliquid grauius morte reperiri posset, qa occiderãt regẽ, & Dñm suum in præiudiciũ totius populi. Secundũ erat recta intẽtio ad occidẽdũ & ista fuit hic, qa popul' occidit istos, qa occiderãt regẽ, & istud motiuum

Quæ requiruntur ad iustam occisionem.

uum erat iustum & laudabile. s. ne tam graue delictum maneret impunitum. Tertium erat. s. iurisdictio. s. quia licet quælibet persona priuata de populo nō haberet iurisdictionē ad faciendū istud: tamē totū regnum, vt cōitas, vel tota vna ciuitas habebat iurisdictionē ad istud: potissimè, quia nūc vacabat regnum, & residebat iurisdictio in communitatibus sicut mortuo episcopo ea, quæ iurisdictionis sunt, pertinēt ad capitulū Ecclesię, nisi sit datus aliquis visitator, quia tūc pertineret ad eū administratio, maximè quia, quanquā dr̄ hic, ꝙ populus terræ occidit istos occisores regis, nō est intelligendū, ꝙ totus populus conuenerit ad iubendum istud, sed iudices, qui manebant mortuo rege, sententiarent. Nam siue rex moreretur, siue viueret, erat quædam congregatio septuaginta seniorum, quibus præerat summus sacerdos, & istis competebat iurisdictio ordinaria ex lege Deu. 17. & istud collegium vocabatur domus consilij, vel iudicij & nunquam vacabat istud collegium, quia morientibus quibusdam substituebantur alij, & sic semper erant iudices, & isti habebant iurisdictionem tam in ciuilibus, quàm in criminalibus: siue essent capitalia, siue minora iudicia. Nam ad eos pertinebat iudicare inter lepram & leprā, causam, & causam, sanguinē, & sanguinē: Deūt. 12. ideo isti possent occidere licitè istos occisores regis: Et cum dicitur, ꝙ populus terræ occidit illos, intelligendum est, ꝙ populo promouente, occisi sunt, licet sententia non fuerit populi, sed istorum iudicum de domo iudicij. Vel dicitur, ꝙ populus terrę occidit illos, quia non fuit aliquis de genere regio, qui vindicaret istam mortē regis, sed alij, qui erant de populo hoc fecerunt. s. illi iudices. Ad rōnem in contrariū patet respōsio ex dictis. s. quia populus, q occidit istos habebat iurisdictionē ad occidendum.

Considerandū vlterius, ꝙ non solū populus licitè egit occidēdo istos, sed etiam laudabiliter, immo si non egisset peccauisset propter duo. Primò, quia populus retinebat tunc iurisdictionem: pertinet autem ad officium iudicis punire malefactores, & si omittit, peccat mortaliter: ita ergo si tantum maleficium relinqueretur impunitum, populus, qui poterat de iure, & debebat punire peccaret. Secūdum erat, quia tenebantur omnes de regno uindicare iniuriā illatā regi suo quatenus iustè poterant, & omittendo uindicare contemnebāt regem suū, & peccabant: ideo obligabantur nō contemnere, sed diligenter operā dare, vt occiderent istos occisores. Considerandū ulterius, ꝙ nunc populus puniuit istos occisores: quia non fuit aliquis de stirpe Amon, qui iustè posset eos punire, sicut qn̄ Ioas rex occisus est à seruis suis, filius suus Amasias in principio regni occidit seruos suos, qui occiderāt patrē suum. sup. 14. & 2. Paralipo. 25. eo ꝙ Amasias erat tunc uir. s. uiginti quinq; annorum, & tamen de Amon non manserat nunc nisi Iosias, qui erat octo annorum, quando cæpit regnare, sequenti. ca. & quia ipse non poterat vindicare mortem patris, populus vindicauit illam.

Amon an fuerit sepultus cum alijs regibus. Quęst. XXVI.

QVAERETVR vlterius de sepulchro Amon, an sepultus fuerit in ciuitate Dauid cum alijs regibus Iuda. Respondendum, ꝙ sepultus fuit in eodē sepulchro, in quo pater suus Manasses, vel saltem in eodē loco, quia dicitur de Manasse. sup. in litera, ꝙ sepultus est in horto domus suæ in horto Ozā, & de Amon dicit hic, ꝙ sepelierunt eū in sepulchro suo in horto Ozam. Dicēdū etiam ꝙ sepultus fuit in ciuitate Dauid, qa iste hortus erat in palatio regis, ut declaratū fuit. sup. in quadā quæstione & domus regis erat intra vrbē Dauid, & in isto horto erat sepulchrū magnum, qđ fecerat Dauid pro omnibus posteris suis, qui regnarent, & nō fuit sepultus Amon in sepulchro illo, qa fuit malus rex: ideo licet sepultus fuerit in horto illo, in quo erat sepulchrū regū, non tamē in sepulchro regum, & uideretur iste minoris dignitatis esse, quā alij reges, qui in sepulchro illo erāt. Et dicitur: in sepulchro suo. i. in sepulchro patris sui Manasse: nam secundum morem iudaicū sepulchrum patris erat sepulchrum filiorum. Et patet, ꝙ ibi sepultus fuerit, quia de utroq; dicitur hic, ꝙ sepultus est in horto Ozam. Secundò patet, quia 2. Paralip. 33. ponitur sepulchrum Manasse, & illico
G subditur de morte Amon: & tamen non ponitur, vbi sepultus fuerit, quod est contra consuetudinem scripturæ: quia in libro ipso de quolibet rege dicitur, vbi sepultus fuerit, ex quo innuitur, quòd fuit sepultus in illo sepulchro, quod dicebatur esse sepulchrum patris sui Manasse.

CAPITVLVM XXII.

OCTO annorum erat Iosias cum regnare cæpisset, & triginta vno anno regnauit in Ierusalem. Nomē
H matris eius Idida filia Hadaia de Besecath.

Descripto in præcedentibus regno Iuda sub Manasse, & Amon regibus Iuda, qui fuerunt ualde infideles: hic describitur regnum Iuda sub Iosia, qui fuit rex valde fidelis, & diuiditur in duo. Primò ponitur qualiter ipse per omnia iustè vixit: secundò qualiter populum ad id induxit, sequenti. c. Prima in tres secundū, ꝙ intentio deuota Iosiæ erga Deū in tribus apparuit. Primò ī restauratione tēpli Dñi: secūdò in formidatione diuini iudicij, ibi. *Narrauitq; Saphā.* Tertiò in inquisitione diuini cōsilij, ibi. *Et præcepit Helcię.*

An ordo continuus sit, & immediatus. Quæstio I.

I QVAERETVR circa primum, an sit ordo continuatus ad pręcedentia, & an ea, quæ habentur hic, fuerint facta immediatè post illa, vel interiecto aliquāto tēpore. Ad primum dicendum, ꝙ est continuus ordo: quia supra agebatur de regno Manasse, & Amon prædecessorū Iosiæ: hic autē agitur de regno Iosiæ: & tamē Iosias non potuit regnare illis viuētibus, & illi necessariò regnauerūt ante Iosiā, ideo ordo continuus est. Ad secundū dicendū, ꝙ ista fuerūt immediatè post illa, & nō fuit aliquod tēpus intermediū: quia supra dicitur de regno Amō, & hic de regno Iosiæ, & tamē inter Iosiā, & Amon nullus fuit rex, quia Iosias factus est rex pro Amon patre suo: pręcedenti. c. ideo non fuit aliquātum tempus
K mediū. Circa primū dicitur. *Octo annorum erat Iosias cū regnare cæpisset.* Paruulus cępit regnare, eo ꝙ pater suus Amon in tenera iuuentute occisus est. s. cū esset annorum uigintiquatuor, ut patet præcedenti. c. & sic erat Amon quasi decem, & sex annorum cū genuit Iosiā. *Et triginta vno anno regnauit in Ierusalem.* Et sic vixit Iosias annis triginta nouem. s. octo antequam regnaret, & triginta uno postquam cępit regnare: regnasset enim maiori tēpore, cū esset ualde iuuenis, nisi quia occisus est à Pharaone sequenti. ca. & dicit regnasse in Ierusalē, quia ibi erat sedes regni Iuda. *Nomen matris eius Idida.* Ponunt nomina matrū oīum regū Iuda ad significandam dignitatē suam, ut non solū sciantur nomina patrū suorum, sed ēt matrū.

Filia

Filia Hadaia. Iste Hadaia fuit vir nobilis in regno Iuda, quia alias non accepisset rex Amon filiam eius in vxorē. *De Besecath*. Ista est quedā ciuitas in sorte Iuda, quæ vocatur Baschat: Iosue 15. & est apud vrbē Lachis, vt patet ibidē, & in illa occisus est rex Amasias sup. 14. & 2. Paralipo. 25. *Fecitque quod placitum erat coram Domino*. Istud fuit in duobus, scilicet in aufferēdo mala, quæ alij fecerāt, & per se faciēdo bonū: nā ipse abstulit omnem idolatriā, quam introduxerat populus, & reges præcedentes, vt patet sequenti. ca. & post hæc studuit seruare legē Dei, vsq; ad vnguē, & ista duo placebant Deo. *Et ambulauit per omnes vias Dauid patris sui*. Idest, secutus fuit Dominum ex toto corde suo sicut Dauid: nam Dauid fuit nimis solicitus ad honorandum Dominū, vt patet ex illis, quæ fecit quando transtulit arcam fœderis de domo Obededon in domū suā. sup. 2. li. c. 6. ipse etiā parauit omnes impensas ad ædificandū tēplum Domini, & dedit illa Salomoni, & hortatus est ipsum, vt viriliter ageret in ædificādo tēplum. 1. Paral. 22. & 28. & 29. ipse quoq; ordinauit omnia officia sacerdotū, & leuitarum qualiter ministrare deberent determinatis temporibus in diuersis officijs. 1. Paralipo. 23. & vsque ad vigesimum sextum. Ita fuit Iosias diligēs valde circa cultum Dei: & primo in excludendo idolatriā, qđ erat potissimum: deinde in reparatione templi Domini, vt patet hic, & sequenti. c. Et cū dicitur, ꝙ ambulauerit per omnes uias Dauid intelligitur quantum ad bona, in quibus imitatus est eum Iosias, & nō in malis: nam quædam mala fecit Dauid s. adulteratus est cū Bethsabee, & occidit virū suum Vriam. sup. 2. lib. c. 11. & numerauit populum eo li. c. ultimo. & 1. Paralipo. 21. Iosias autē non legitur in aliquo fuisse reprehensibilis. Nam dato ꝙ in aliquo peccasset, quia non est homo in terra, qui faciat bonū & nō peccet, sicut dixit Salomon præcedēti li. c. 8. & 2 Paralip. 6. tamē scriptura nō enarrat aliquod peccatū eius, & dicitur Dauid pater Iosię, quia fuit Iosias de progenie eius, licet multum distet Dauid à Iosia. *Non declinauit ad dextram, nec ad sinistram*. s. secutus fuit omnia opera Dauid bona, & non declinauit aliquo modo ab eis. Sic enim dicitur de lege, ꝙ nō debet homo declinare ad dexterā, nec ad sinistrā, sed facere sicut in lege scriptū est. Et ponitur de Dauid, quia ipse fuit tanquā mensura perfectionis inter reges Iuda, & Israel, & ideo quādo considerandū est de aliquo rege Iuda quante perfectionis fuerit cognoscendum est hoc per habitudinē ad Dauid. s. an modicū, vel multum immitaretur eum, quia ex maiori imitatione argueretur maior sanctitas. *Anno autem decimo octauo regis Iosiæ*. Hic ponitur opus primum bonum, quod ostēdit Iosias respectu Dei, scilicet, in restauratione templi, quanquā alia fuerint priora, ut patet 2. Paralip. 34 & inf. declarabitur in quadā quæstione de ordine gestorū Iosiæ. Et dicitur anno 18. s. regni eius, & non ætatis eius: & sic erat annorū. 26. Iosias, quando fecit istud: si tamen vellis intelligere de anno 18. ætatis eius non resisto. *Misit rex Saphan filium Assia filij Messulam scribam templi Domini*. Voluit Iosias ædificare ea, quæ perierant in templo Domini in anno 18. regni eius, qui erat annus 18 regni, & non etatis: ut 2. Paralipom patet 34. & debebat fieri ista ædificatio, uel restauratio de pecunijs templi, & quia omnia, quæ erant in tēplo erant sub dispositione summi sacerdotis, cum Deus iussisset ei habere curam de toto sanctuario: & quòd omnes sacerdotes, & leuitæ ministrarent ad mandatum eius. Numeri. 3. & 18. misit Iosias ad summum sacerdotem, vt ipse colligeret pecuniam templi, & iuberet fieri istā restaurationem. & ad hoc misit scribam templi

Iosias ambulauit p vias Domini.

A nomine Saphan ad sacerdotem suum: erat autem iste Saphan vir honorabilis, & erat scriba tēpli, idest, scriba publicus eorū, quæ fiebant in tēplo, sicut capitula ecclesiarum cathedralium habēt tabelliones, qui cōscribunt tractatus factos in capitulo, Et ponūtur noīa patris, & aui istius Saphan: quia illi erāt viri notabiles & cogniti in populo: & uocatur alio noīe iste pater Saphan. s. Helcias. 2. Paralip. 34. quia aliqui hoīes sunt binomij, vel trinomij: sicut patet de Petro, & de Iacob, & de rege Ochozia: quia Petrus uocaт Petrus, & Simon Ioānis, & Bariona, & Cephas: & Iacob vocatur Iacob, & Israel: & Ochozias vocatur Ochozias, Ahazias, & Ioachan: ut declaratum est. sup. 8. & 9. *Dicens ei ualde ad Helciam sacerdotem magnum*.
B Scilicet, quia ad illū pertinebat administratio pecuniæ, quæ erat in templo Domini & omniū aliorū, vt dictū est. *Ut conflctur pecunia, quam collegerunt ianitores à populo, & quę illata est in templum Domini*. Conflare significat duo. s. congregare, uel conuertere unū in aliud per resolutionē. primo modo accipitur hic. s. ꝙ pecunia conflaretur. i. congregaretur tota pecunia, quæ erat in tēplo Domini, vt ex illa fieret ędificatio, & restauratio in tēplo, & nō debebat cōflari. i. liquefieri, & cōuerti in aliquid aliud: quia pecunia expendenda erat hic in fabros, & in alios artifices: vt patet in litera. Secūdo modo accipitur pro liquefacere, & conuertere sicut cū aurum, vel argentum liquefit in fornace, vt assumat aliā figurā, & etiā quan
C tum ad istum modū ferrū, & calibs, & alia metalla, quæ nō liquefiunt, dicunt conflari, quādo calefiunt in igne: & tunc sunt facilius maleabilia: sic accipitur Isa. 2. s. Et conflabunt gladios suos in uomeres, & lāceas suas in falcēs. Et Michææ. 4. dicitur: Et concidēt gladios suos in uomeres, & hastas suas in ligones. Et sic idem est conflare, & concidere. Tertio modo potest accipi conflare pro deputare per liquefactionē: & sic fornax, in qua liquefiunt metalla dicitur conflatorium, & aurum & argentum dicuntur cōflari. i. depurari in igne. Sic accipitur Mala. 3. s. Ipse enim quasi ignis conflans, & quasi herba fulonum: & sedebit conflans, & emundans argentum, & purgabit filios Leui, & colabit eos quasi aurum, & argentum.
D Accipitur autē hic conflare primo modo pro congregare: ut dictū est: & dicitur de pecunia, quę illata est in tēplum Domini, quia fiebat istud opus de pecunia oblata ab illis, qui transibant ad numerū ultra uiginti annos: & reliqua pecunia, quę gratis offerebaт. Et accipiebatur ista à ianitoribus tēpli: quia erāt quidā sacerdotes apud portas tēpli, & gazophylatia, q recipiebāt pecunias istas & ponebant in gazophylacijs: ut patet, sup. 12. & inf. dicetur. *Deturque fabris per præpositos domus Domini*. Scilicet, pecunia, quæ inuenta fuerit in gazophylacijs tēpli, detur præpositis per summum sacerdotem, cui soli licebat aperire gazophylacia, & præpositi dent illam fabris. & fabri dent eam ad necessitates restaurationis templi: isti præpo
E siti erant quidam uiri notabiles, de quorum fide nō dubitabatur, & præponebantur operibus tēpli, & illi iubebant fieri ea, quæ oportebat restaurari: & pręsidebant operantibus. Fabri vocantur non solum qui operantur in ferro, sed omnes artifices manuales, qui operantur super materiā duram percutiendo: & sic vocātur quidam fabri ferrarij, & alij fabri lignarij: & sic erat hic Nam tignarij: idest, qui cædebant ligna, & lapidum cæsores, & fabricatores ferri uocantur simul fabri *Qui distribuant eam his, qui operantur in templo Domini*. s. pecunia distribui debebat à fabris per illos, q operabanт in restauratione tēpli: nā fabri accipiūtur hic pro singulis magistris aliquorū officiorū, qui vocanт architectonici, vel architecti:

Conflare multa significat.

& isti habebant sub se alios manualiter operātes ad mādatum ipsorum. Talem autem se dicit apostolus fuisse respectu aliorum prędicatorum, qui erant eo minores, cū ait: Vt sapiēs Architectus fundamentū posui. Isti Architecti accipiebant pecunias à præpositis, & distribuebant eas ad duo. s. ad emendū materias necessarias pro restauratione tēpli, & ad dandū ipsis operarijs pro laborē. *Ad instaurāda Sartatecta templi.* Idest, ad reædificādum ea, quæ destructa sunt. Vocantur enim Sartatecta emendationes, vel renouationes destructorum: & dicūtur Sartatecta de sarcio, sarcis, qđ est reędificare, vel renouare. Et accipiūtur sartatecta largè non pro reparationibus, sed pro rebus, quæ reparatione indigent. *Tignarijs videlicet, & cęmentarijs, & his, qui interrupta componunt.* Dicuntur tignarij cęsores lignorum: quia tignus est lignum lōgum ad operiendum domum in tecto positum: & generaliter omnes cædentes ligna, tignarij appellantur. Dicuntur cęmentarij ædificatores parietum, vel qui aperiunt fundamenta parietum, vt de nouo ponantur fundamenta domorum, quę cementa appellantur. Vocantur componentes interrupta illi, qui restaurant parietes, quorum partes corruerant, vel ruinosæ erant, & illi, qui tecta cadentia renouāt, & quascunque alias partes restaurant, quæ erant interruptæ, idest, ex parte manebant, & ex parte corruerant, & omnibus his dabantur pecunię de tēplo. *Et vt emantur ligna, & lapides de lapidicinis ad instaurandum templum.* Idest, non solum distribuebantur istæ pecuniæ pro laboribus operantium, sed etiam ad emendum inde materias. s. ligna, & lapides de lapidicinis: quia ista necessaria erant pro restauratione. *Veruntamen non supputetur eis argentum, quod accipiunt.* Scilicet, detur fabris ista pecunia à præpositis, & tamen nō supputetur, idest, non detur in certo numero, ita ꝙ teneantur reddere rationē expensarum de tota pecunia, quā acceperunt. Et vocatur argentū generaliter pro quacunque moneta. *Sed in potestate habeant, & in fide.* i. in potestate istorum fabrorū sit expendere illā pecuniā in emendo materias quascunq; voluerint pro restauratione tēpli, & in fide eorū sit. s. ꝙ non teneant reddere rationē expēsarū, & probare omnia, quæ expenderint: sed credāt eis in fide sua: ideo præpositi operū dabant istis fabris pecuniā quantā volebant ad emendū materias, & dandū operarijs: & cū expendissent illā petebant rursus pecuniā, & dabāt eis, nec petebatur ab ipsis, quomodo expēdissent pecuniā priorem. Et ita fuit tempore Ioas regis cū reædificaretur tēplum: nam dabatur pecunia præpositis operum, & tractabant illam in fide, nec fiebāt eis ratio expensarum. supra 12. & secundo Paral. 24.

An Iosias fuerit melior, quàm Dauid. Quæstio I I.

QVAERETVR de Iosia an fuit melior, quàm Dauid, vel non. Aliquis dicet, ꝙ sic: nā Iosias nūquā legitur peccasse. De Dauid aūt legit sępe, ꝙ peccauerit. s. in adulterio Bethsabee in occisione Vriæ, in numeratione populi. sup. 2. lib. c. 11. & 24 & 1. Paralip. 21. melior ergo fuit Iosias. Secundò patet, ꝙ saltē Iosias fuerit tā bonus sicut Dauid: quia dicitur, ꝙ ambulauit ꝑ omnes vias Dauid, & sic fecit tot opera bona quot Dauid: & tamē æqualitas bonitatis aliquorū duorum est ex æqualitate, uel inæqualitate operū suorū bonorū, ideo Iosias erat æqualiter bonus cū Dauid: si autē velimus cōcludere, ꝙ erat melior iungent istę duę rationes. s. ꝙ Iosias fecit oīa bona, quæ fecit Dauid, & non peccauit in aliquo sicut peccauit Dauid: ergo melior fuit ipso. Respōdendū, ꝙ Dauid fuit melior, quàm Iosias. Primò patet, quia
F Dauid ponitur tanquā mensura in bonitate omniū regū Iuda: s. ꝙ per cōparationē ad eū cognoscat bonitas omniū regum: & tamen semper ipsa mēsura perfectionis aliquorū est excellentior illis, qui cōparant secundū illā mensurā: & tamē de Iosia dicitur hic, ꝙ ipse fuit secutus vias patris sui Dauid in omnibus: ergo Dauid fuit melior, quā Iosias, cū per cōparationē ad illū cognoscat bonitas Iosiæ. Secundò patet, quia propter merita Dauid fuit datū regnum oībus de posteritate sua ēt si peccarent: vt patet. sup. 2. li. c. 7. & nō potuit Iosias tantū mereri: quia seq. c. dicit, ꝙ licet Iosias fuerit bonus nō fuit Deꝰ auersus à furore suo, sed transtulit populū in Babylonē ꝑꝑ peccata Manasse, ergo maiora erant merita Dauid.
G Patet ēt hoc, qa aliquādo Deꝰ uoluit auferre regnū posteris Dauid: sicut fuit tēpore Roboā, & Abiæ: & tēpore Iorā filij Iosaphat: quia fuerūt isti pessimi reges: ꝑcedēti li. c. 15. & sup. 8. & tñ dr̄, ꝙ nō abstulit regnum propter Dauid, ut maneret ei lucerna in Ierusalem. Ipse ergo fuit maiorū meritorum, quàm Iosias: quia merita sua profecerunt vsque ad multas generationes ad hoc, ꝙ non auferretur regnum posteris suis, & tamen merita Iosiæ non profecerunt nisi pauco tēpore, qa pauco tēpore post mortē eius trāslatus est populus in Babylonē. Ad primā rationē in contrariū dicendū, ꝙ illa non est sufficiens: qa licet Dauid aliquādo peccauerit, & Iosias nunquā, potest Dauid esse ꝑfectior, quā Iosias, qa perfectio non attē
H dit solū in hoc, ꝙ aliquis peccauerit, vel nō peccauerit: sed in multitudine bonorum operū: nā si aliquis nunquā peccauit, et tñ pauca bona opera egit: & aliꝰ peccauit aliquādo, & egit ualde multa opera bona, manifestū est perfectiorē esse secundum primū. Sic fuit de Dauid, qui licet aliquādo peccauerit: habuit tñ multo plura opera bona, quā Iosias: ideo melior fuit quā Iosias, qui non legit peccauisse. Ad secūdū cū dicit, ꝙ Iosias fecit tot opera bona, quot Dauid; negandū est. Et qñ dicitur, ꝙ ambulauit per oēs uias eius, & nō declinauit ad dextrā, nec ad sinistrā: dicēdū, ꝙ non sequitur ex hoc: sed solū, ꝙ secutus fuerit Iosias exemplum Dauid in omnibus operationibus suis: potuit tamen Dauid multo plures operationes
I bonas facere, quàm Iosias: licet ille non declinaret à via eius: & quando cnnfirmatur, quia Dauid peccauit, & Iosias non, & insuper Iosias fecit tot bona, quot Dauid: ergo fuit melior: iam responsum est negandum esse, ꝙ fecerit tot bona Iosias sicut Dauid.

De historia Iosię, & quis fuit ordo omnium gestorum eius. Quæstio I I I.

QVAERETVR vlterius, quis fuit ordo gestorū Iosię. Respōdendū, ꝙ Iosias assumptus est ad regnum in parua ætate, cum esset octo annorum: & quia illa ętas adhuc non est capax discretionis perfectæ non cępit Iosias aliqua opera regalia facere in
K principio regni sui sicut cæpit Ezechias: nam Ezechias primo anno, et primo mēse regni sui cępit purgare idolatriā de tēplo Domini, & de tota terra regni sui, & consumauit istud ante septem menses: ut patet 2. Paralip. 29. & declaratū est. sup. 18. hoc autē fuit, quia Ezechias erat tunc vir perfectæ ętatis. s. annorum 25. quādo cæpit regnare. eo. c. & erat habilis ad faciendū, quęcunq; bona. Iosias autem erat octo annorū, ideo quāquā nō fuerit minoris zeli erga cultū Dei, quā Ezechias: tñ nihil fecit à principio regni sui, sed mansit per octo annos reliquos nihil faciēs, quia quasi non erat sui iuris: & hoc tempore uiri de regno suo colebāt idola, & manebāt adhuc idola in tēplo, q̄ posuerat pater suꝰ Amō. ipse verò Iosias nec videba-

videbatur tunc colere idola, nec Deum: non quidē colebat Deum: quia nō auferebat idola de templo, quibus ibi manentibus, nō poterat Deo aliquis cultus diuinus impendi. Etiam non colebat idola: quia cum tunc paruæ ætatis eſſet circa cęremonias religionis non attendebat. Deinde octauo anno regni ſui, qui erat annus 16 ętatis ſuæ cępit colere Dominum ſ. cępit inclinari ad requirendum legem Dei, & quid agendum eſſet ſecundum eam: & tamen nōdum auferebat idola de tēplo, vel de terra: ſed quodam leui cultu colebat Dominum, & perſeuerauit in hoc ſtatu annis quatuor. ſ. vſq; ad duodecimū annum regni ſui. De hoc 2. Paralip. 34. octauo anno regni ſui cum adhuc eſſet puer cępit quærere Dominū Dauid patris ſui: deinde anno duodecimo regni ſui, qui erat annus vigeſimus ætatis ſuæ cū iam eſſet diſcretus cępit ſeruare legem vſque ad vnguem, ideo in eodem anno excluſit omnem idolatriā, quæ erat in templo. ſ. lucos, & ſtatuas, & altaria idolorū: & poſtquam purgauiſſet Ieruſalem ab Idolis, purgauit etiam totum regnum tollens omnes aras, q̄ fuerant in vrbibus, & in montibus, & deinde tranſiuit ad ciuitates quorundam Iſraelitarum de decem tribubus, qui remanſerant in terra effugientes captiuitatem Salmanaſar, & purgauit totam terram illorū ab idolis, & occidit ſacerdotes idolorum, & cremauit oſſa eorum ſuper altaria, fecitq; omnia pertinentia ad excluſionem idolatriæ, quæ habentur ſequenti cap. & tamen an fuerint facta in vno, vel in pluribus annis, non apparet. Quibus conſummatis ante annum 18. regni ſui iuſſit mitti præcones per terrā Iuda, & Beniamin, vt venirent ſinguli ad offerendū pecuniam in templum. ſ. pecuniam, quam tenebantur dare tranſeūtes ad numerum; & ſi quam aliam ſpontè offerre vellent. Tunc venit totus Iuda, & Beniamin, & obtulit pecunias in templo Domini, quę receptę fuerūt per ianitores templi, ſ. per quoſdam ſacerdotes, qui erāt apud Ianuam atrij ſacerdotum, & ipſi ſuſcipiebant omnem pecuniam, & ponebant eam in gazophylatio: & factum fuit hoc vſq; ad 18. annum regni Ioſiæ, qui erat ętatis ſuæ annus vigeſimus ſextus: & tunc cum multa eſſet pecunia miſit Ioſias ad Helciam ſummum ſacerdotem, vt de pecunia, quæ erat in domo Domini fieret reſtauratio templi: & incępta eſt anno decimo octauo Ioſiæ: & tunc cum pecunia educeretur de arcis templi inuētus eſt liber quidam, qui miſſus eſt ad Ioſiam, & tūc ſcidit veſtimenta ſua: vt patet inf. in litera: & tamen ante illud anno decimo octauo regni Ioſiæ menſe primo fecit Ioſias Phaſe honorabile, quale nunquā fuerat factum temporibus regum: vt patet 2. Paral. 35. Deinde per aliquanta tempora continuauit Ioſias templi reſtaurationē, & multiplicauit cultum Dei. Deinde anno trigeſimoprimo regni eius, qui erat annus trigeſimusnonus ętatis ſuæ proceſſit ad bellum contra Pharaonem regem Aegypti, & ſagitta percuſſus occubuit iuxta vrbem Mageddo: vt patet ſequenti cap. & 2. Paralipo. 35. Iſte fuit ordo geſtorum Ioſiæ in ſumma: & tamen non fuit idem ordo, qui ponitur hic in litera. Nam prius ponitur ędificatio, & reſtauratio templi, & inuentio libri in hoc capitulo: & ſequen. ca. ponitur deſtructio idolatrię facta per Ioſiam, & celebratio Phaſe: prius tamen Ioſias excluſit totam idolatriam de templo, & de terra, quam ædificaret, & reſtauraret templum. Quod patet. Primò quia 2 Paralipom. 34 dicitur, ꝙ anno duodecimo regni Ioſiæ mundauit Ieruſalem, & Iudam ab excelſis, & lucis ſimulachris, & ſculptilibus, & confregit ſculptilia, & ſuccidit lucos, & combuſſit oſſa ſacerdotum idolorum: & iſta ſunt omnia, q̄

ſias vo- reſtau téplū

A recitantur ſequenti cap. reſtauratio tamen templi, quæ habetur hic, facta fuit anno decimo octauo regni Ioſiæ: vt patet hic & 2. Paralipo. 34. ergo per ſex annos fuit inchoata deſtrūctio idolorum, quæ habetur ſequenti cap. antequam fierent ea, quæ habētur hic de reſtauratione templi. Secundò patet: quia 2. Paralipo. 34 dicitur. Igitur anno decimo octauo regni ſui mūdata iam terra, & templo Domini, miſit Ioſias Saphā ſcribam, vt inſtauraret domum Domini. Ergo omnia, quæ habentur ſequenti ca. de expulſione idolatriæ fuerunt facta ante iſta. Tertiò patet: quia Ioſias fuit magnus cultor Dei: nō erat ergo veriſimile, ꝙ tanto tempore permitteret manere idola in domo Domini. ſ. vſque ad decimū octauū an-
B num regni ſui, qui erat vigeſimus ętatis ſuæ: ideo prius auferret, & ſic fuit: quia anno duodecimo regni ſui, q erat annus vigeſim⁹ ætatis ſuæ cępit iſta facere 2. Paralipo 34. Quartò patet: quia Ioſias anno decimooctauo regni ſui reſtaurabat templum, & iſtud erat, vt placeret Deo, & coleret ipſum corde perfecto: & tamen nō poterat ipſum aliqualiter dignè colere manentibus idolis in templo Domini: ideo non eſt credendum, ꝙ Ioſias aliquid faceret ptinens ad perfectionem cultus Dei, antequam excluderet idolatriam: & ſic factum eſt: Ordo tamen mutatus eſt hic: cum prius fuerint ea, quæ habētur hic, quàm quæ habentur ſequenti cap. Conſiderādum vlterius, ꝙ in computatione iſtorū temporum eſt
C varietas: nam Ioſephus. 10. Antiqui. & Hiſto. ſcholaſtica, quæ eum ſequitur, referunt iſtos annos ad ætatem Ioſię, & non ad regnum. ſ. ꝙ eſſet Ioſias octo annorum, quando cępit quærere Dominum, & eſſet duodecim annorum quando deſtruxit idolatriam. Sic enim ait. Erat Ioſias natura benignus, & ad virtutem viriliter præparatus in ſtudijs regis Dauid intentus: cunque ad duodecimum ætatis veniſſet annum, pietatem, & iuſtitiam in ſe mirabilem demonſtrauit: cunctum nanque populum correxit, & monuit, vt derelicta idolorū ſecta, quaſi non eſſent dij, colerent Deum, & opera ſimul maiora patrum, in quibus deliquerant velut ſenior emendabat. Dicendum tamen, ꝙ intelligūtur iſti anni de regno Ioſiæ,
D & non de ætate eius. Nam 2. Paralipom. 34. dicitur: octauo anno regni Ioſiæ cum adhuc eſſet puer cępit quærere Deum Dauid patris ſui, & duodecimo anno poſtquam regnare cęperat mundauit Iudam, & Ieruſalē à ſimulacris, & poſtea dicitur, ꝙ decimo octauo anno regni ſui reſtaurauit templū: motiuū tamen Ioſephi fortè eſt: quia dicitur ibidem: octauo anno regni Ioſiæ, cum adhuc eſſet puer cępit quærere Dominum: erit tamen propriè puer ſi accipiatur annus octauus ætatis eius. Dicendum tn̄, ꝙ non eſt ſufficiens motiuum, cum ſcriptura dicat contrariū. Potiſſimè, quia in anno decimoſexto ętatis ſatis iudicatē aliquis puer, cùm non ſit cōpletę diſcretionis.

E *Quare Ioſias nunc reſtaurauit tempulm, & quantum tempus tranſierat ab alia reſtauratione facta ſub Ioas. Quæſtio IIII.*

QVAERETVR vlterius, ad quid nunc fecit Ioſias iſtam reſtaurationem templi. Reſpondēdum, ꝙ hoc fecit: quia temporibus regum pręcedentium fuerat templum male tractatum: Nam Manaſſes fuit rex peſſimus, qui regnauit quinquaginta annis: & Amon poſt eum, & iſti non curabant de templo Domini, cum potius vilificarent illud, introducentes illùc idola, & plantantes ibi lucos: & hoc tēpore aliqua pars ædificiorum templi interrupta eſt, & corruit: ideo Ioſias nunc voluit illam reſtaurare, cum

cum esset vir perfectè deicola. Ex eadem enim causa facta est restauratio templi tempore Ioas regis. Nam ante ipsum fuerant quasi tres reges Idolatræ, s. Ioram filius Iosaphat, & Ochozias filius Ioram, & Athalia regina, quę fuit post eos: & tempore horum templum Domini destructum est quantum ad aliquas partes: & potissimè quia Athalia spoliauerat illud multis donarijs, vt ornaret tēplum Baalim. De diuitijs templi Domini 2. Paralipo. 24. Secunda causa fuit propter lōgitudinem temporis: egebat enim iam templum restauratione aliqua: quia à multis tēporibus non legitur fuisse facta aliquam restaurationem. s. à vigesimo tertio anno regis Ioas vsq; ad annum decimumoctauū regni Iosiæ: & istud fuit tēpus annorum. 235. Nā Ioas regnauit annis quadraginta, sup. 12. & incepta est restauratio anno vigesimotertio regni sui eod. cap. & sic manebant decem & septē anni de regno eius. Deinde regnauit Amasias annis vigintinouem, sup. 14. Ozias verò annis quinquagintaduo sup. 15. Ioathan autem annis 16. eod. ca. Achaz verò annis totidem sup. 16. Ezechias autem annis vigintinouem, sup. 18. Manasses verò annis quinquagintaquinq; præced. c. Amon autem duobus annis eod. cap. Iosias verò annis 18. antequā inciperet restaurare: vt patet hic, & 2. Paralipo. 34. & sunt simul anni 235. & tamen elapso tanto tempore restauratione egebat templum. Hoc autem adhuc cōfirmatur: quia Achaz, qui fuit rex valde malus destruxit aliqua in tēplo Domini: ipse enim abstulit altare de loco suo, & luteres de basibus suis, & mare ęneum de bobus, & dispersit ista, & alia vasa per pauimentum sup. 16. & 2. Paralipom. 28. sic ergo credendum est, ꝙ aliqua damna intulerat ædificijs templi quæ egebant reparatione. Ezechias autem quanquā fuit bonus rex, & purgauit idolatriā: tamen non legitur, ꝙ restaurauerit aliquid in templo, vt patet sup. 18. vsque ad vigesimum & 2. Paralip à 29. vsque ad 33. ideo egebant iam restauratione aliqua ruinæ, quę essent in templo Domini.

Restauratio templi quomodo facta est, & quis ordo fuit in ea. *Quæstio V.*

QVAERETVR vlterius, quomodo facta est ista restauratio templi. Dicendū, ꝙ ante annū 18. regni Iosiæ Deus dedit ei in mentem, ꝙ vellet restaurare templum sicut dederat in mentē regi Ioas, ꝙ restauratet illud tempore suo. Et tūc potest dici, ꝙ ipse misit per regnum Iuda leuitas, vt colligerent pecuniam, quæ dabatur templo à transeuntibus ad numerum: nam à 20. annis, & supra dabat quilibet dimidium siclum: quia incipiebat tunc esse ī numero virorū: vt patet Exo. 30. vel potest dici, ꝙ iussit rex edici per totum regnum suum, vt omnes qui transierant ad numerum venirent ad templum, & offerrent ibi precium quod tenebantur secūdum legem. Hoc autem faceret Iosias: quia temporibus Amon, & Manasse prædecessorum suorum nō seruabatē lex, sed colebantur idola: ideo nullus veniret ad offerendum dimidium siclum, quem tenebatur dare quando transiret ad numerum: & sic quia Manasses regnauerat annis 55. & Amon annis duobus, in quibus non fuerat lex custodita, & in isto tempore transierant multi ad numerum deberetur multa pecunia templo, ita vt tempore Iosiæ possent fieri magnæ expensę de illa. Fecerat etiam Iosias publicari per regnum, ꝙ ipse volebat restaurare nunc tēplum Domini: ideo ꝙ omnes volentes gratis dare aliquam pecuniam, venirent, & offerrēt: & tūc multitudo videns zelum regis ad cultum Dei, veniebat

F in Ierusalem de omnibus partibus regni, & offerebat pecuniam sacerdotibus, qui erant ianitores: & isti erāt apud gazophylaeium templi, & pecuniam oblatam mittebant in gazophylatium: & cū repleretur, educebatur inde, & per manū sacerdotis magni ponebatur in alijs ęrarijs secretis templi, vt rursus repleretur gazophylatium. Et hoc sępe factum est. Fuit autem iste modus vsquequo collecta fuit pecunia multa in anno 18. regni Iosiæ: & tunc ipse iussit summo sacerdoti, ꝙ de illa pecunia fieret restauratio templi. Sic enim aliqualiter factum est tēpore Ioas regis, qui primus fecit restaurationem: nā ipse iussit sacerdotibus, & leuitis, ꝙ discurrerent per totum regnum, & colligerent pecuniam à transeū-

G tibus ad numerum ad sartatecta templi, & illi neglexerunt hoc facere vsq; ad annum 23. regni Ioas. Et tunc ipse posuit edictum, ꝙ omnes venirent de regno ad templum, & offerrent pretium, quod tenebantur, & qui vellent insuper sponte offerrent, & fecit gazophylatium, in quo poneretur pecunia, & illud replebatur sæpe 2. Paralipom. 24. & in hoc fuit differentia illius restaurationis ad istam: quia in illa quotiescunque repletum esset gazophylatiū veniebat summus sacerdos, & scriba regis, & portabant gazophylatium coram rege, & effundebant pecuniā coram illo, & dabatur præpositis operum, & illi distribuebant eam per fabros, & reducebatē gazophylatium in locum suum: & sic fiebat quotidie, cū ha-

H beret pecuniam multam, & interim fiebant opera 2. Paralipom. 24. Nunc autem non portabatur gazophylatium coram rege, sed cum plenum esset summus sacerdos effundebat pecuniam de illo, & ponebat in alijs ęrarijs templi reducebatque gazophylatium in locum suum, & sic impleuit multa ęraria de pecunia. Post hæc autem misit Iosias ad summū sacerdotem, vt de pecunia illa faceret restaurari tēplum, vt patet hic, & 2. Paralipom. 34. Considerandum, ꝙ duo modi faciendi istud fuerunt. Primus, ꝙ leuitę tempore Iosię discurrerint per totū regnū, & congregauerint pecuniam, quæ deabatur à transeuntibus ad numerum Secundus, ꝙ positio edicto concurrerint multi de regno, & gratis obtulerint

I pro reparatione templi: & quia ista pecunia accepta fuerit à ianitoribus templi, qui erant apud ęrarium. Secundus modus ponitur hic in litera. s. vt cōfletur pecunia, quæ illata est in templum Domini, quā collegerūt ianitores à populo, & istum modum solum ponit Iosephus 10 Antiquit. dicens misit in totam prouinciam Iosias iubens, ꝙ quicunque vellent, aurum, & argentum deferrent ad reparationem templi pro sua voluntate, atque virtute. Primus tamen & secundus modus simul colliguntur 2. Paralip. 34. cum dicitur, acceptanque pecuniam, quæ illata fuerat in domum Domini: & quàm congregauerāt leuitę, & ianitores de Manasse, & Ephraim tradiderūt in manibus eorum, qui præerant operarijs in domo

K Domini. Et sic alia fuit pecunia, quæ illata fuit in tēplum Domini: & alia, q̄ collecta fuit à leuitis de Manasse & Ephraim. Nam pecunia illata in templum fuit illa, quæ ducebatur à popularibus in templum, & recepta à ianitoribus ponebatē in gazophylatio. Pecunia autem, quàm collegerunt leuitæ à populo fuit illa, quàm ipsi discurrentes per totum regnum collegerunt ab his, qui transierant ad numerum. Et istud significat litera hic, cum dicitur: vt conflet pecunia, quæ illata est in templum Domini, quā collegerunt ianitores à populo: & tamen non tam clarè ponitē hic, sicut 2. Paralip. 34. eo ꝙ deberet dici pecunia, quæ illata est in templū, & quā collegerunt ianitores à populo: & tamen deficit illa coniunctio.

Conside-

Pecunia colligebatur ad duo in téplo.

Considerandum vlterius, ꝙ ista pecunia colligebaꞇ ad duo. Primum erat, vt restaurarentur ea, quæ corruerant, vel destructa fuerant de templo. Nam quidam reges idolatræ destruxerant quasdam domos templi: & istæ nunc ædificatæ fuerunt 2. Paralip. 34. s. at illi dederunt eam artificibus, & cęmentarijs ad continuationem domorum, quas destruxerant reges Iuda. Secundum erat ad emendum inde aliqua ornamenta, & vasa pro templo Domini: quia verisimile est, ꝙ reges idolatræ accepissent multũ de thesauris templi, & ornamentis ad vsus suos, cum ipsi contennerent Deum, & cęremonias legis, & ad restaurandum numerum illorum vasorum, & ornamentorum templi, oportebat nũc colligi pecuniã: sic enim fuit tempore Athaliæ reginæ, quæ fuit idolatra, & accepit donaria de tẽplo Domini ad ornandum templum Baalim: & ista fuit causa quare Ioas fecit colligi pecuniam à populo: vnde dixit sacerdotibus, quibus iubebat colligere pecuniam: Athalia impijssima, & filij eius destruxerunt templũ Domini, & de vniuersis, quæ sanctificata fuerant templo Domini, ornauerunt phanum Baalim. Sic credendum est, ꝙ fecerit Manasses, & Amon reges idolatræ ante Iosiam: ideo tempore Iosiæ necessaria erat collectio pecuniæ saltem pro vasis, & ornamentis templi, quæ oblata fuerant.

Quomodo facta fuit conflatio pecuniæ inuentæ in domo Domini. Quæstio VI.

QVAERETVR vlterius de conflatione pecuniæ inuenta in domo Domini quomodo fuit facta. Respondet Iosephus 10. Antiqui. ꝙ Iosias misit ad Heliacim sacerdotem iubens, vt pecuniæ, quę remanserant conflarentur, & fierent inde crateres, & libatoria, & fialæ ad ministerium Dei. Et sic vult, quòd ista conflatio pecuniarum esset liquefactio earum in fornace, vt reducerentur in massam, & inde fierent vasa ad ministrationem templi.

Dicendum tamen, quod ista litera non videtur concordare huic sensui: quia dicitur: conffetur pecunia, quæ illata est in templum Domini, deturque fabris ad emendũ ligna, & lapides: & tamen ad emẽdum ista non debebat pecunia conflari, idest liquefieri, sed retinere caracterem suum, & figuram: quia certum pondus auri, vel argenti magis valet, quando habuerit caracterem monetæ, quàm cum fuerit redactum in Massam.

Aduertendum igitur, quòd ista litera est breuis: & ideo obscura, & implicat duas operationes tanquam vnam Fuit enim collecta prius pecunia à populo, quousq; desijt populus offerre, & facta est tũc fabricatio, & distributa est pecunia per fabros operũ ad emendum materias pro ædificatione, & ad dandum operarijs: & de isto loquiꞇ hic litera: & ad hoc fuit conflata pecunia, idest, congregata. Finita autẽ restauratione templi, adhuc manebat multa pecunia de hac, quę collecta fuerat: & iussit rex, quòd ista pecunia conflaretur, idest, liquefieret in fornace, & redigeretur in Massam, vt inde fierent vasa necessaria pro tẽplo Domini. Et istud ponit Iosephus vbi, sup. nam primo ponit restaurationem, deinde pecuniam residuam dicit fuisse conflatam ad faciendum vasa: & hoc etiam colligitur 2. Paralipom 34. Nam prius ponitur restauratio templi, & postea sequitur argentum, quod repertum est in domo Domini cõflauerunt, datunque est præfecto artificum, & diuersa opera fabricantium, idest, data est ad faciendum diuersa vasa ex illo.

A

Qui essent præpositi operum, & quod esset officium eorum. Quæstio VII.

QVAERETER vlterius, qui erant isti præpositi operum, & quod erat officium ipsorum. Respondẽdum, ꝙ ad istos præpositos pertinebat accipere pecuniam à summo sacerdote, & dare eã fabris operum ad emendum materias pro restauratione, & ad satisfaciendum operarijs laborantibus ex illa, vt patet hic, & 2. Paralip. 34. secundum opus ipsorum erat, ꝙ ipsi iubebant quid fieri deberet, & erant presentes cum fierent opera, vt diligenter fierent: & vrgebant operarios ad solicitè faciẽdum: sic patet 2. Paral. 34. s. ꝙ præpositi vrgebant opus. Sciẽ-

B

dum autem, ꝙ isti præpositi erant de leuitis. Erant autem tres familiæ leuitarum. s. Merarite, Gersonitę, Caathitę: & de istis tribus ponebantur præpositi. Erant autem quidam præpositi super illos, qui faciebant opus: & isti erant Iabath, & abdias de filijs Merari, & Mossolam, & Zacharias de filijs Caath. Alij erant prępositi super illos, qui portabant onera ad varios vsus, & erant scribę, & magistri de leuitis ianitoribus. Et omnes isti erant scientes canere organis 2. Paralipom. 34. & ponitur hoc, vt quidam volunt: quia isti leuitæ canebant organis, quando operarij laborabãt vt interdum releuarent eos à labore per hanc delectationem armoniæ.

C *Helcias summus sacerdos quis fuit. Quæst. VIII.*

QVAERETVR vlterius, quis erat iste Helcias summus sacerdos: de quo hic diciꞇ, & quis erat Saphan scriba. Dicendũ ad primum, ꝙ iste Helcias erat quidam vir laudabilis summus sacerdos pater Eliacim, qui fuit postea summus sacerdos, de quo prophetauerat Isa. 22. dicens. Sobna pręposiꞇus templi duceretur extra terram illam: & tũc succederet ei Eliacim filius Helcię, & ipse haberet totum honorem templi Domini. Alij tñ volunt, ꝙ iste Eliacim, de quo prophetauit Isaias. fuit ille, quem misit Ezechias ad respondendum Rabsaci, sup. 18. de hoc tamen magis declarabitur Isa. 22. Ad secundum de Sa-

Helcias summus sacerdos quis fuit.

D

phan scriba templi dicendum, ꝙ ille erat vir quidã honorabilis, qui vocabatur scriba templi secũdum Iosephum 10. Antiq. i scriptor munimentorum, siue historiarum, quæ reponebantur in templo. Vel potest dici, ꝙ erat scriba templi i scribebat tractatꝰ, qui fiebant in templo, sicut in capitulis ecclesiarum sunt scribæ, qui scribũt acta in capitulo: & sic potest intelligi dictum Iosephi. Nam cum iste scriberet ea, quę gerebantur in templo inter sacerdotes, scilicet, contractus, & alia acta, dicebatur scribere munimẽta, siue historias: quia ista pertinent aliquo modo ad historias cum historia sit conscriptio rei gestę.

An benè fecerit Iosias, quòd non peteretur ratio expensarum à fabris. Quæstio IX.

E

QVAERETVR vlterius, quare iussit Iosias, ꝙ daretur pecunia fabris operum, & tractarẽt eã in fide: nec petereꞇ ab eis ratio expensarum: & an benefaceret in hoc Ad primũ dicendũ, ꝙ Iosias fecit hoc exemplo priorũ: nã prima restauratio tẽpli facta fuit sub rege Ioas, & summo sacerdote Ioiada: & tunc non petebaꞇ ratio expensarũ à fabris, sed in fide sua tractabant pecuniã sup. 12. & 2. Parali. 24. ita ergo nunc Iosias voluit, ꝙ in fide fabrorũ pecuniæ tractarentur. Ad secundum dicendũ, ꝙ melius fuisset, ꝙ poneret ratio expensarũ cũ ipsis fabris operũ, qa tũc esset cõsciẽtia securior, cũ hic tractaret Iosias

rem

rem alienam.s.pecuniam tēpli:& si negligenter tractaret,ita vt aliquid periret propter negligentiā suā tenebatur ipse,quod non fieret si expenderet de re sua:quia tunc siue periret aliquid, siue non, rationē reddere alicui non teneretur:non ponere tamē rationē expensarum erat occasio ad hoc, ꝙ fieret magna fraus in opere: ideo malū videbatur non ponere rationē. Dicendum tamen, ꝙ non peccauit Iosias in hoc:quia scriptura non increpat eū,quanquā referat istū actū eius. Et fuit hoc propter duo. Primò quia isti fabri operū,qui expendebant pecuniam,electi fuerant valde fideles,de quorū fide dubitari non posset:ideo videbatur superuacaneum ponere rationem cum eis. Secundum fuit:quia dato,ꝙ aliquod peccatum esset in hoc:tñ Iosias rationabiliter mouebatur:quia sequebatur exemplum virorum bonorum:nam Ioiada summus sacerdos erat vir sanct⁹: vt colligitur sup.11.& 12.& 2.Paralip.23.& 24.Ioas quoq; rex fuit valde bonus toto tempore,quo vixit Ioiada,sup.12.& 2.Paralip.24. & tamen isti duo fecerunt:primò,ꝙ fabri operum nō redderent rationē expensarum, sed in fide tractarent pecuniam : ideo rationabiliter sequebatur Iosias exemplū illorum. Et dato,ꝙ illi peccassent,habebat Iosias iustam ignorantiam,quæ excusaret eum à peccato. De hoc tamen declaratum est magis sup.12. *Dixit autem Helcias pontifex ad Saphan scribam.* Iste Saphan venerat ex parte regis ad Helciam pontificem. *Librum legis reperi in domo Domini.*i.reperi in templo vnum librum legis. Hoc dicebat Helcias,vt iste liber ferretur ad regem, sicut postea fecit Saphan. *Dixitque Helcias: volumen Saphan.*s. dedit ei, vt legeret, & vt portaret ad regem. *Qui & legit illud.*s.antequam portaret ad regē: & propter hoc, ꝙ ipse legit aliqua in illo, quæ erant cōtra statum populi,tulit illud ad regem, vt coram eo legeretur si fortè rex aliquid agere vellet super hoc. *Venit quoque Saphan scriba ad regem.* s. postquam detulit mandata eius ad Helciam, accepit librum, & rediit ad regem. *Et renunciauit ei quod præceperat.* i. nunciauit regi,quomodo fecisset ea,quæ præceperat dicendo Helciæ,ꝙ conflaretur pecunia. *Et ait: conflauerunt serui tui pecuniam,quæ reperta est in domo Domini.* Hoc dixit Saphan:quia prius quàm ipse rediret ad regem conflauit Helcias summus sacerdos totam pecuniam,quę erat in templo simul cum ipso Saphan scriba, & cū omnia facta fuissent,retulit ea Saphan ad regem. Et intelligitur istud de conflatione pecuniæ.i.de liquefactione argenti, & auri ad hoc,ꝙ inde fierent vasa. Et dicitur:cōflauerunt serui tui pecuniam.i.Helcias summus sacerdos.& ego, qui sumus serui tui conflauimus pecuniam reducendo eam in Massam argenti,& auri. *Et dederūt,vt distribueretur fabris ac præfectis operum templi Domini.* Hic necessariò debet intelligi duplex conflatio pecuniæ.s.vna,quæ fuit congregatio eius ad hoc,ꝙ fierent inde opera templi: & de hoc intelligit ista litera.s.dederunt eam fabris, ac præfectis. Alia fuit conflatio.i.liquefactio pecuniæ,vt fierent inde vasa: & de hoc intelligit clausula præcedens.s.conflauerunt serui tui pecuniam.i. liquefecerunt eam. Aliter potest dici,ꝙ ista clausula tota ptinet ad eundem sensum.s.ꝙ pecunia conflata fuit.i. liquefacta,& tradita fuit fabris,& præpositis.s.vt de illa fierent vasa: & isto modo etiam potest intelligi litera sup.s.confletur pecunia, quæ illata est in templū Domini: & tamen ibi necesse est intelligi, quòd propter pecuniam illam,quæ liquefacta est ad faciēdū inde vasa,fuerit alia pars pecuniæ tradita fabris, vt emerentur inde materiæ ad reædificationem tēpli: & ista pecunia non conflata est.i.liquefacta. Et dicitur,ꝙ conflata est pecunia inuēta in domo Do-

Liber q.dā repert⁹ in domo Domini.

F mini: quia quidquid inuentum fuit ibi nunc de pecunia conflatum est. s. non solum pecunia illa, quæ oblata fuerat nunc à populo : sed etiam quidquid auri,& argenti repertum est in templo Domini ab antiquo conflatum est nunc ad faciendum vasa. Sic enim vult Iosephus 10. Antiquit.dicitur etiam, ꝙ data est præpositis,& fabris:quia data fuit ista pecunia conflata præpositis operum templi per manum Helciæ,& illi dederunt eam fabris:& accipiuntur hic fabri solum pro aurificibus, & argentarijs, qui de argento illo,& auro conflato faciebant vasa.

Narrauitq;. Hic ponitur secundū huius cap.in quo ostenditur deuotio Iosiæ in formidatione diuini iudicij:nam postquam audiuit verba legis,& commi-

G nationes territus est,& timuit Dominum tanquam potentem inferre ista,quæ comminabatur,& dicit. *Narrauitque Saphan scriba regi.*s. postquā narrauit quomodo impletum fuerat præceptum regis,subiunxit de libro illo,qui inuentus fuerat in templo. *Librum dedit mihi Helcias sacerdos.* Ipse Helcias sacerdos.i.summus sacerdos inuenerat istum librum,& dedit eum Saphan scribæ,vt ferret ad regem. *Quem cum legisset Saphan coram rege.* Subintelligēdum est,ꝙ Iosias, cùm esset nimis deuotus desiderauit scire quid contineretur in libro isto,& iussit Saphan, ꝙ legeret. *Et audisset rex verba libri legis Domini.*s. audiuit attentè verba illius libri, in quo continebatur lex Domini data ꝑ Moysen. *Scidit vestimenta sua.* Audiuit enim in libro il-

H lo multa mala super Israelitas, quando non custodirent legem Dei.s ꝙ ducerentur in captiuitatem, & vidit,ꝙ prædecessores sui præuaricati fuerāt legem Dei:ideo timuit, ꝙ in breui venirent omnia mala, quæ erant in libro legis super populum : & ob hoc præ dolore scidit vestimēta sua:quia modus erat antiquorum in signum doloris scindere vestes. Simile patet sup.18.& 19.& sup.2.lib.cap.1.& 3.

Liber inuentus in domo Domini quis erat. *Quæst. X.*

QVAERETVR,quis erat iste liber,qui inuētus est in domo Domini. Aliquis dicet,ꝙ Deus misit per angelum suum aliquem librū,in quo con-

I tinerentur mala,quæ ventura erant super Hebreos in breui propter peccata sua : & posuit angelus illū librum in aliquo loco templi Domini, vt inueniretur ab Helcia summo sacerdote, & postea ostenderetur regi. Dicendum tamen, ꝙ hoc non stat: quia iste liber non fuit nouiter conscriptus : sed erat aliquis de libris legis Moysi:quod patet,quia dixit Helcias:librum legis reperi in domo Domini:& iterum dicitur:cum audisset rex verba libri legis Domini. Et iterum : non audierunt patres nostri verba libri huius,vt facerent omne, quod scriptum est nobis. Simile etiam patet 2.Paralipo.34.manet tamen dubium quis liber legis erat ille. Et dicēdū, ꝙ lex Moysi est in quinque libris eius, qui omnes sub vno volu-

K mine ab Hebræis tenentur, & vocantur thora, siue humas.i.Quinarius,vel penthateucus nomine Greco : vt ait Ieronymus in ꝓlogo galeato, qui incipit: viginti duas esse literas. Dicendum tamen,ꝙ nō potest intelligi de primo libro illorū.s. de genesi : quia ibi non continetur lex, sed historia. Non etiam de Exodo:quia quanquam contineanī ibi aliqua præcepta:tamen maior pars eius est historia. Secundò patet:quia in libro, quem legit Iosias continebātur maledictiones,quæ euenturæ erant super declinantes à cultu Dei:& tamen in Exodo non continētur maledictiones, non potest etiā intelligi de libro numerorum:quia ille totus historicus est, nisi ꝙ aliquādo ipsis historijs permiscentur aliqua præcepta.

Secundò

Secundò patet: quia in libro numerorum nõ ponuntur aliquę maledictiones non obseruantium legem:& tamen in libro, quẽ legit Iosias multa erant. Manent autem duo libri. s. Leuiticus,& Deuteronomiũ, quibus cõpetere potest: nam leuiticus est lex, cum non contineantur in eo aliqua historica, sed solum præcepta. Etiã in leuitico sunt maledictiones non obseruantium legem, & benedictiones obseruantium: Leui 26. liber quoque Deute. legalis est: qa ferè nullam cõtinet historiam nisi in prologo suo, & in fine,& omnia alia sunt præcepta. Etiã ibi sunt maledictiones: nam non est aliquis liber legis, ĩ quo sint tot maledictiones sicut in Deute.& incipiunt à 27. cap.& durant vsq; ad 31 & potissimè in 28. cap.

B Dicendum tamen, ꝙ iste erat liber Deute.& non Leuitici: quod patet. Primò, quia dixit Iosias: nõ audierunt patres nostri verba libri huius, vt facerent omne, quod scriptum est nobis:& tamen in Leuitico rara sunt, quæ pertinent ad totum populum, sed ponuntur cęremonię sacerdotum, & leuitarum in officijs suis: ideo vocatur Leuiticus à Leuitis: oportet ergo, vt intelligat̃ de alio libro, in quo esset scripta lex pertinẽs ad totũ populũ, & istud est in Deut. quia ibi ponitur quidquid pertinet ad totum populum. Secundò patet: quia 2. Paralipo. 34. dicitur: reperit Helcias sacerdos librum legis Domini per manum Moysi.i. librum legis datæ per Moysen: lex tamen Moysi propriè solum est in Deuter. vnde Deutero. 38. dicitur: de ipso libro Deuter. ꝙ illa lex, vel fędus, secũdum quod pepigit Deus cum filijs Israel præter illud fœdus quod pepigit in Ooreb. Tertiò patet, quia quãdo loquimur de lege Dei indistinctè intelligitur de libro Deuter. eo ꝙ ipse erat principalior alijs libris legis in multis, & ꝑtinebat magis ad eruditionem populi: nam aliqua iussa sunt de ipso Deuter. quæ non iussa sunt de alijs quatuor libris legis: nam iussit Deus, vt cũ Israelitæ introirent in terram Chanaan, describerent Deuterono. super lapides magnos calce complanatos Deuter. 27. & sic factum est: nam Iosue 8. dicitur, ꝙ scripsit Iosue super lapides Deutero. legis Moysi, quod ille digesserat coram filijs Israel. Item de solo Deutero. iussum est, ꝙ quando rex constitutus esset, acciperet sibi Deuter. legis à leuitis, & legeret in eo omni tempore: Deut. 17. de solo etiam Deuter. dictum est, ꝙ conuenientibus omnibus Israelitis in loco sanctuarij anno septimi remissionis legeretur coram eis Deuter. vt patet Deutero. 31. sic ergo intelligendum est hic, ꝙ iste liber fuerit solum Deuterono. & repertus est in vno volumine, lectusque fuit coram rege.

Iste liber quomodo inuentus est. Quæstio XI.

QVAERETVR vlterius, quomodo iste liber inuentus est. Respondendum est secũdũ Ra. Salo.& Nico. ꝙ Achaz erat idolatra pessimus,& cremauit omnes libros legis, vt nõ appareret vnde posset redargui idolatria sua:& aliqui sacerdotes abscõderunt tunc librum Deuter. in aliqua ruptura muri templi:& cum nunc fabricarentur ea, quæ corruerant inuentus est liber in ipso muro. Sed ista positio non stat: quia dicitur hic & 2. Paralipo. 34. ꝙ Helcias reperit istum librum in domo Domini: si tamẽ iste liber inuentus fuisset in muro restaurando inuẽtus fuisset ab operarijs,& non ab Helcia, qui non operabatur, nec etiam præerat, vel assistebat operarijs. Secundò patet: quia non est verisimile, ꝙ Achaz combusserit omnes libros legis: & ex tunc manserit ille liber absconditus in muro templi: nam non legitur de Achaz, ꝙ aliquid tale fecerit. Etiã dato, ꝙ Achaz

A fecisset istud tempore Ezechię restaurarentur libri legis: cum Ezechias fuerit vir valde deicola. Etiam quia tunc erat Isaias propheta eminens in prophetia, per quẽ restaurati fuissent libri legis, si destructi essent ab Achaz. Aliquis autem dicet aliter. s. ꝙ inuenit Helcias istum librum in latere arcæ fœderis: nã liber Deuter. erat positus in latere arcæ, vt maneret ibi in testimonium, vt patet Deuter. 31. & de ipso loco acciperet,& mitteret regi. Sed dicendum, ꝙ hoc nõ stat. Primò, quia dicitur, ꝙ Helcias reperit librũ: & tamen reperire, vel inuenire est cum alicui occurrit res à casu, vel ab intentione, vt pote quia quærebant eam: & tamen nesciebat locum illius: nã sciẽs locum rei non dicitur inuenire eam, sed accipere, et tamen Helcias sciebat in latere arcę esse, Deutero. immo totus Israel hoc sciebat: quia sic scriptũ erat: Deuteron. 31. ideo non diceretur inuenire, si de loco illo acciperet. Secundò patet, quia Helcias nõ auderet accipere librũ de latere arcę: nã ad hoc oportebat, quòd ipse introiret in sancta sanctorũ, vbi erat arca, & tamen non licebat summo sacerdoti introire illuc, nisi semel in anno in die propitiationis: Leuitic. 16.& ad Hebre 9. ideo non introiret illùc: quia aliàs moreretur. Tertiò patet: quia dato, ꝙ introiret Helcias in sancta sanctorum, non auderet accedere ad arcam, vt aperiret eam ad educendum librũ: immo nec auderet tãgere eam: quia timeret mortem: nã positus erat modus summo sacerdoti quo introiret in sancta sanctorum. s. ferẽdo coram se prunas, C & thymiama, vt vapor surgens de prunis operiret vultum eius,& nihil videret: Leui. 16 & dicitur ibi, ꝙ si aliter faceret, moreretur & tamen nõ erat permissum sacerdoti tangere arcam, cum illud sit præter cęremonias, quæ habentur ibi: ideo moreretur summus sacerdos si tangeret arcam, vel aperiret: & hoc erat verum nisi quando mouendum esset tabernaculum de loco suo: quia tunc introibat summus sacerdos cum minoribus in sancta sanctorũ, & velabant arcam, vt traderent eam portandam leuitis: Num. 4.& tamen iam non habebat locum illud: qa postquam fuit arca posita in tẽplo Salomonis, nunquam debuit inde mutari.

D Dicendum igitur, ꝙ modus inueniendi fuit: quia Helcias sacerdos mandato regis inquirebat omne aurum,& argentum, quod erat in templo Domini ad conflandum illud in Massam, vt inde fierent vasa:& dum quęreret per omnes arcas templi, inuenit in quadam arca librum istum quem nesciebatur ibi esse: istud innuitur 2. Paralip. 34 cum dicitur: cunq; offerrent pecuniam, quæ illata fuerat in templum Domini, reperit Helcias sacerdos librum legis. Idẽ etiam vult Iosephus 10. Antiq dicens: proferens autem Eliacim pontifex aurum, inuenit librum sacrũ in templo repositum, quem simul eijciẽs dedit scribæ Saphæ. Et quia sic inuenit præter intentionẽ, venit sibi in mentem, vt mitteret illum ad regem.

E

Quare Helcias misit hunc librum regi. Quæst. XII.

QVAERETVR vlterius, ad quid mittebat Helcias istum librum ad Iosiam: quia Iosias habebat eum: nam Deut. 17. dicitur, ꝙ quando rex cõstitueret̃ acciperet Deuter. legis Moysi à leuitis,& legeret in eo omni tempore: ergo Iosias haberet illũ: quia post suam coronationem daretur ei.

Secundò, quia Deuter. dabatur cuicunque regi: nam regi Ioas datus est, quando fuit vnctus in regẽ. Nam dicitur, quòd dederunt testimonium, siue librum legis in manu eius sup. 11 & 2. Paralipom. 23. dicitur, quòd dederunt ei legem tenendam.

Aliquis

Aliquis respondebit, ꝙ fortè in Iosia non fuit seruata ista cęremonia: & sic nunquam viderat Iosias librum illum. Sed istud non stat: quia soli reges idolatrę, & mali respuebant cęremonias legis: & tamē Iosias fuit valde deicola, ideo non respueret eam. Aliquis dicet aliter. s. ꝙ quanquam esset Iosias rex bonus: tamen erat paruæ ætatis, quando vnctus est, s. annorum 8. vt patet in litera: & quia non intelligeret cęremoniam istam, fortè non fuit in eo seruata. Sed dicendum, ꝙ hoc non stat: quia quāquam esset valde infans, qui vngebatur in regem, obseruanda erat ista cęremonia: nam rex Ioas minor erat, q̄ Iosias: quia erat 7. annorum, quando vnctus est sup. 11. & 12. & 2. Paralipom. 23. & tamen posita fuit lex in manu eius 2. Parali. 23. à fortiori ergo poneretur in manu Iosię, q̄ erat annorū. 8. q̄n ꝯstitutus est ī regē.

Rñsio auctoris. Dicendum ergo, ꝙ ista cęremonia videtur obseruata fuisse in Iosia: tamē non sequebatur ex hoc, ꝙ ipse sciret quid esset in libro legis Domini: nā quando ponebatur liber legis in manu regū paruulorū, qui vngebantur non ponebatur in manu ipsorum, vt tunc acciperent illum, & ex tunc legerent in eo: sed fiebat ad obseruandum cęremoniam quādam, quæ fiebat in vnctione omnium regum: & sic quanquā obseruata fuisset ista cęremonia in Iosia: tamen postea non videret librum legis: ideo quando nunc exhibitus fuit sibi miratus est. Et patet, ꝙ ipse nesciret, quid continebatur in lege Dei: nam nunc, quando audiuit verba legis, scidit vestimenta sua, & timuit nimis: si tamen ipse iam sciret quid contineretur in libro illo, non miraretur: quia non erat illud aliquid insolitum: & sic non est dubitandum, quòd Iosias nunq̄ viderit librū legis: nec etiā audiuerit q̄d contineretur in eo. Et hoc sciebat Helcias: ideo quādo inuenit librū legis, misit illū ad regem tanquam aliquid nouum, de quo gauderetur, vel stupesceret.

Ad quid Helcias misit istum librum, cum multi eum haberent. Quęstio XIII.

QVAERETVR vlterius, dato, ꝙ Iosias nō habuisset penes se librum legis post vnctionem suam ad quid mittebat Helcias librū ad ipsum: vel quomodo dicitur hic, ꝙ Helcias reperit librū legis. Nam videtur, ꝙ istud sit aliquid superfluum: quia liber legis erat aliquid commune inter Hebræos, cū per illum regularentur, & viuerent: & quia paruus erat, multi possent habere eum: & potissimè in templo essent multi de his, sicut ī qualibet ecclesia sunt multi libri: non ergo poterat inueniri liber legis: q̄a multi erant ibi, de quibus sciebat̄, vbi erant. Responderi potest dupliciter: vno modo, ꝙ nullus liber legis erat in templo, nec in ciuitate: nisi ille, q̄ casu repertus fuit: ideo missus est ad regem. Aliter potest dici, ꝙ multi alij erant in templo: & per totam terram Israel penes personas priuatas: & tamen nunc repertus fuit iste liber in quadam arca tēpli, in qua non putabatur esse: ideo tanquam aliquid speciale missus est ad regem. Iste secundus modus est sine difficultate si satisfaceret: quia secundum eum præsupponitur, ꝙ multi essent libri legis tam in templo, q̄ in populo: & istud videtur satis verisimile: nam satis difficile est, & quasi incredibile, ꝙ in tēplo Domini, & in toto populo non esset aliquis liber legis. Videtur tamen dicendum, ꝙ non sit iste modus conueniens. Primò, quia si multi alij libri legis essent in tēplo, & in populo: dato ꝙ iste præter intentionē inueniretur in templo, non tantum curaretur de eo, ꝙ summus sacerdos mitteret illū ad regē: ideo vr̄, ꝙ nullus alius liber legis erat in tēplo, aut ī populo.

F Secūdò patet, quia si multi alij libri legis essent in templo, & in populo potuisset habere penes se aliquem Iosias, & cognouisset quid continebatur in lege Dei: & tamen nunquam sciuerat, quid continebatur in illa: & ob hoc nunc nouiter audiens verba legis, scidit vestimenta sua, quæ nō scidisset si aliquā do saltem semel audiuisset verba legis. Tertiò patet, quia si libri legis multi essent in templo, & in populo essent sapientes multi in lege Dei, & aliq̄n prædicatum fuisset verbum legis, & audiuisset Iosias, quæ erat pęna non obseruantium legem. Quod patet: quia per singula sabbatha legebat̄ in synagogis quędam lectio de lege, & de prophetis: vt patet Actuū. 13. & 15. & post hoc si erat ibi aliquis vir sapiens, qui

G posset proponere verbum exhortationis ad plebē, prædicabat: vt patet Act. 13. & sic si fuissent aliqui sapientes legis toto illo tempore, quo regnauit Iosias vsque ad 18. annum regni sui, qui erat annus 26. ætatis suæ, audiuissent aliquando Iosias aliquē prædicantē de lege, & sciret quæ pœnæ infligendæ erāt non obseruantibus legem, & tñ nunquam audierat: quod patet: quia nunc quando audiuit, admiratus est, & scidit vestimenta sua, quod non fit nisi pro re insolita: ergo nunquam audierat prædicari aliquid de lege Dei. Satis ergo videtur dicendum, ꝙ nunc non erat aliquis liber legis nisi ille, qui inuentus est Rñsio auctoris. per Helciam in templo præter illum, qui erat in latere arcę fęderis, ad quam nullus hominū audebat

H accedere. Fuerat autem hoc factum: quia fortè tempore Manasse perierant omnes libri legis. Et hoc verisimile est: quia ipse fuit pessimus omnium regum Iuda tam in idolatria, quàm in occisione innocentum, & fortè, vt non esset aliqua scriptura, per quā posset increpari cremauit omnes libros legis: & quia Manasses regnauit multo tempore. s. 55. annis præcedenti cap. & post eum Amon duobus annis interim mortui sunt omnes, qui ante Manassen erant sapiētes in lege: & postea successores non habuerunt libros, per quos instruerentur in lege Dei, & sic erant ignorantes, nec sciebat aliquis legem Dei plenè: & ob hoc non poterat quisquam prædicare. Et sic factum est, ꝙ Iosias nunquam audiuisset ea, quæ con-

I tinebantur in libro legis, quanquā pauca essent vsq; ad diem, quo ductus est liber iste ad eum. Sed obijcietur, ꝙ sacerdotes nescirent cęremonias sacrificiorum, & aliorum pertinētium ad cultum diuinum: cum omnia ista contineantur in lege. Respondendum, ꝙ sacerdotes sciebant cęremonias officij sui, & leuitæ cęremonias officiorum suorum non quidem per legem, sed per assuetudinem: quia quotidie exercebāt ministeria sua, & non poterant obliuisci cęremoniarum suarum: & sic multi, qui nunquam viderant librum legis, scirent cęremonias: sic enim dicit Aristo. 1. Aethicorum, ꝙ virtutes sunt permanentiores disciplinis, i. nō possūt virtutes tradi obliuioni, sicut disciplinæ. Et hoc quia virtutes habent

K continuum exercitium in actu nostro: & tñ disciplinę non habent continuū actum, cū non continuè speculemur. Sic erat de cęremonijs sacerdotalibus, & leuiticis respectu benedictionū, & maledictionū legis: q̄a cęremonię non poterāt tradi obliuioni ꝑꝑ assuetudinem. Benedictiones aūt, & maledictiones nō cadebant sub assuetudine: cū non esset aliquid agibile, vel factibile, sed speculabile: ideo tradebantur obliuioni: & sic nemo sciebat illas nunc: & etiā ipse Iosias nunquam audiuerat illas: & propter hoc nouiter audiēs exterritus est, & scidit vestimēta sua.

Et præcepit. Hic ponit̄ tertiū huius capituli, in quo ostendit̄ deuotio Iosię ad Deū in inquisitione diuini consilij. Nā postq̄ timuit verba legis misit ad cōsulendum

lendum Dminum super hoc:& dr̄. *Et præcepit Helciæ sacerdoti*.ſ. ſacerdoti magno. Iſte.n. fuit precipuus illorum, quos rex miſit ad conſulendum Dominū ꝓ ſe. Subintelligendum eſt, ꝙ Helcias non venit ad regē, quando Saphan tulit librū. Nam dixit Saphan: Helcias dedit mihi librum: ſed poſtquā rex audiuit verba libri, & ſcidit veſtimenta ſua, Helcias venit ad eū audiens, ꝙ ſcidiſſet veſtimenta ſua. Vel fortè rex miſit pro illo, vt quæreret aliquid ab eo: quia ipſe inuenerat librum, & volebat ſcire, quomodo inueniſſet: vel quia erat ſacerdos magnus, & volebat petere ab eo conſilium ſuper hoc. *Et Ahicam filio Saphan*. Iſte Ahicam erat filius Saphan ſcribę, & erat familiaris regis, & vir honorabilis. *Et Achobor filio Micha*. Iſte Achobor erat etiam alius familiaris regis, & vocatͣ alio nomine Abdon filius Micha 2. Paralip. 34. quia erat binomius ſicut multi alij. *Et Saphan*. Iſte erat Saphan ſcriba: & ſic nominatur 2. Paralip. 34. Saphā ſcriba. *Et Aſaię ſeruo regis*. Iſte Aſaias erat quidā nimis familiaris regis: ideo ſpecialiter vocatur ſeruus regis: & ſic etiam vocatur 2. Paralipo. 34. ſic etiam de multis alijs per excellentiam prædicantur nomina cōmunia: ſicut patet in Dauid, qui habebat ſex vxores in Hebron, & ponitur quem filium acceperit de qualibet illarum: & in fine dicit, ꝙ ſextus filius eius erat Iethraan de Egla vxore ſua ſup. 2. lib. cap. 3 & 1. Paralipo. c. 3. dicens. *Ite, & conſulite ſuper me*. i. ite ad ſciēdum conſilium Domini, vel determinationē ſuam ſuper me. Audiuerat.n. Ioſias verba legis, & maledictiones prænunciatas contra violatores: & quia tēpore predeceſſorum ſuorum fuerat lex violata, & nondum fuerant inflictę illę pęnę prænunciatę, putabat, ꝙ nunc tēpore hoc infligendę eſſent, ideo iuſſit, ꝙ irent ad conſulendum Dominum quid determinaret de eo.ſ. an determinaret delere ipſum cum populo ſuo, vel an vellet miſereri. *Et ſuper populo, & ſuper omni Iuda*. i. conſulite de ſtatu populi ciuitatis huius. Nam illa erat præcipua in toto regno: quia erat ſedes regni: & etiam erat ibi tēplum Domini: ideo ſpecialiter quærēdum erat de vrbe illa.ſ. Ieruſalem. Etiam ſuper toto Iuda.i. ſuper omnibus alijs vrbibꝰ regni Iuda conſulendus erat Dominus quid de illis diſponeret. *De verbis voluminis iſtius, quod inuentum eſt*. i. verba libri huius ſignificant nobis mala euentura: quia nos, & patres noſtri non cuſtodiuimus legem Domini, ideo conſulite Deum, an omnia mala, quę in iſto libro prænunciantur, euentura ſint, an nō, & ſi euenient, quando erunt. *Magna enim ira Dei ſuccenſa eſt contra nos*. Iſta ſunt verba Ioſię. Ipſe enim putabat, ꝙ Deus eſſet valde iratus contra omnes Hebræos, q̄ tunc erant propter peccata prædeceſſorum. Et dicitur: ira ſuccenſa: quia ira per modum ardoris procedit, cum dicamus, iram eſſe ſuccēſſionem ſanguinis circa cor, & in Deo ponimus iram, ſicut in homine, licet in eo nulla ſit. Et tamen 2. Paralipo. 34. dicitur: magnus enim furor Domini ſtillauit ſuper nos.i. ſtillaturus eſt. Stillare enim pertinet ad aquam. Et ſic ſignificatur ira per modum ignis hic: cum dicatͣ: magna ira ſuccenſa eſt, & ſignificatur per modū aquæ, cū dicitur: magnus furor Domini ſtillauit ſup nos: & vtrunque competit iræ Dei: primum competit ex conditione ſua: quia ira ſecundum ſe eſt ardēs. Secundum competit ei in quantum à Deo venit ſuper nos: quia ſicut pluuia dicitͣ ſtillare: quia ab alto cadit ſuper nos, ita ira Dei: quia mittitur ſuper nos de cœlo: dicitur ſtillare. *Quia non audierunt patres noſtri verba libri huius, vt facerent omne, quod ſcriptum eſt nobis*. Loquitur Ioſias de Manaſſe, & Amon prædeceſſoribus ſuis, qui fuerunt valde peccatores in idolatria, & non cuſtodierūt aliquod præceptum de his, quæ

A erant in lege. Et dixit: omne, quod ſcriptum eſt nobis.i. quod ſcriptū eſt ad hoc, ꝙ nos faciamus. *Ierunt itaque Helcias ſacerdos*.i. ſummus ſacerdos. Ponuntur hic omnes illi, qui ſupra ponebātur: nam omnes iſti iuerunt ad cōſulendum Dominum pro Ioſia, & ponitur Helcias tāquam principalis ipſorum, eo ꝙ ipſe erat ſummus ſacerdos, & alij erant tanquam comitantes ipſum. Sic dicitur 2. Paralipom. 34.ſ. abijt igitur Helcias, & hi, qui ſimul à rege miſſi fuerant, et ſic ipſe ſolus nominatur tanquā vadens, & alij tanquam comitantes. *Ad Holdam prophetiſſam vxorem Sellum*. Iſta Holda erat mulier prophetiſſa famoſa tempore illo, ideo miſit rex ad illam. Et dicitur, ꝙ erat vxor Sellum ad notificandum eam per virum ſuū:

B & hoc: quia vir ſuus erat vir nobilis, & famoſus ī populo, vt ait Ioſephus 10. Antiq. *Filij Thecuę filij Araas*. Thecua nomen viri eſt, qui vocatͣ Thecuath. 2. Parali. 34. aliquando tamen Thecua eſt nomen terræ, vel regionis: & ſic dicitur, ꝙ Amos erat de paſtoralibus Thecuæ, vt patet Amos. 1. & ſup. 2. lib. ca. 14. dr̄ ꝙ miſit Ioab Thecuam, & adduxit inde mulierē ſapientem. Ponuntur aūt nomina patris, & aui Sellū: quia iſti duo erant viri famoſi. *Cuſtodis veſtium*. Refertur ad Sellum, qui erat cuſtos veſtium.ſ. ipſe erat leuita, & habebat ſub miniſtratione ſua veſtes ſāctuarij: nam quibuſdam Leuitis tradebantur Theſauri cuſtodiendi, & alijs veſtes, & alia diuerſa pertinētia ad ſanctuarium, vt patet 1. Paral. 9. & 26. *Quę habitabat in Ieruſalem in Secunda*: i. in ſecunda clauſura. Erant

C enim tres muri in Ieruſalem, qui diſtinguebant tres partes vrbis, primus erat murus caſtri montis Sion, & intra iſtum murum nihil erat niſi templum Domini, & palatium regis, & dicebatͣ eſſe in prima clauſura. In ſecundo muro erat clauſa quædam pars ciuitatis, in qua morabantur prophetæ, & ſacerdotes, & viri nobiles. Tertius murus erat murꝰ exterior vrbis, & intra iſtū erat reliqua multitudo populi. Holda autem prophetiſſa habitabat in ſecunda clauſura vbi erant ſacerdotes, & prophetæ. *Locutique ſunt ad eam*.ſ. narrauerunt ei verba legis. *Et illa reſpondit eis*. Habebat enim ſpiritum propheticū, & illico reſpōdit. *Hæc dicit Dominus Deus Iſrael*.ſ. iſta, quæ ſequuntur,

Mœnia Ierusalēquō diſpoſita.

D ſunt verba Dei. *Dicite viro, qui miſit vos ad me*. Iſta ſunt verba Holdę prophetiſſę: quia cum vellet incipere verba Dei, dicens: Hæc dicit Dominus, redijt ad loquendum à ſeipſa.ſ. dicite viro, qui miſit vos ad me, ideſt, regi Ioſiæ: & vocauit eum virum non loquendo ei, vt regi ad ſignificandum, ꝙ humiliari debebat, & non eleuari, vt rex mereretur miſericordiam à Deo. *Hęc dicit Dominus: Ecce ego adducam mala ſuper locum hunc*.ſ. ſuper Ieruſalem, vbi fiebat nunc iſta quæſtio: & non ſolum ſuper eum, ſed etiam ſuper alia loca terræ Iuda: quia ferè omnes de regno Iuda ducti ſunt in Babylonem, cum non manſerint niſi pauperes, & agricolę, & vinitores in terra, vt colligitur infra. 25. & tamen ſuper Ieruſalem venerunt plura

E mala, quàm ſuper alia loca propter diuturnam obſidionem, & occiſiones ibi factas, & vaſtationem vrbis. *Et ſuper habitatores eius*.ſ. quia ducentur in Babylonem, & quia multi morientur fame, vel bello anteq̄ ducantur illuc. *Omnia verba legis*. i. ego adducam omnia mala, quæ ſcripta ſunt in verbis legis, ſ. Deuter. 28. & Leui. 26. *Quæ legit rex Iuda*. i. q̄ fecit corā ſe legi: quia non legit Ioſias librum illum, ſed Saphan ſcriba legit coram eo: ſupra in litera, & ſic dicitur 2. Paralipom. 34. ſ. adducam ſuper locum iſtum cuncta maledicta quæ ſcripta ſunt in libro, quem legerunt coram rege Iuda. *Quia dereliquerunt me*.ſ. non obſeruantes legem meam. *Et ſacrificauerunt dijs alienis*. Iſtud erat peccatum maximum, & communiſſimum in

populo,

populo, propter quod populus ducendus erat in captiuitatem: & vocantur dij alieni. s. quia non introducti sunt à Iudæis, vt essent dij, sed ab alijs gẽtibus. *Irritantes me in cunctis operibus manuum suarum.* i. prouocauerunt me ad iram in omnibus operibus suis: quia omnia opera istorum erant mala. s. tam in idolatria, quàm in homicidio, & in cęteris peccatis: sic enim dicitur Isaię. i. manus vestræ sanguine plenæ sunt. i. omnes operationes vestræ sunt plenę immunditia. *Et succendetur indignatio mea in loco hoc, & non extinguetur.* Loquitur ad modum humanum: quia ira procedit per modum caloris, & quandiu ira manet, dicit̃ succensus calor, vel ignis, & quando ira cessat, dicit̃ extingui. Et dixit Deus: & non extinguetur. i. non cessabit, in quo significauit, quòd quãquam multi orarent pro populo Israel, ne traderetur in captiuitatem, non cessaret furor Dei contra eos. Sic enim dicitur Ieremię 14. Noli orare pro populo isto in bonum, cùm ieiunauerint, nõ exaudiam preces eorũ: & si obtulerint holocausta, & victimas, nõ suscipiã ea: quoniam gladio, & peste, & fame ego consummam eos. Et dato, ꝙ essent sanctissimi viri, qui orarent tunc pro Iudæis non exaudirentur preces eorum. Sic patet Ieremiæ 15. s. Dixit Dominus ad me: si steterint Moyses, & Samuel coram me, nõ est anima mea ad populum istum: eijce illos à facie mea, & egrediantur. Simile Ezechielis 14. & ad literam fuit facta succensio in Ierusalem: quia Nabuzardã princeps militię Nabuchodonosor cremauit templum Domini, & domum regis, & omnes domos Ierusalem infra 25. *Regi autem Iuda, qui misit vos, vt consuleretis Dominum sic dicetis.* In præcedentibus ostenderat mala, quæ ventura erant super populum: hic autem dicitur quid de his pertineret ad regem. *Et dicit Dominus Deus Israel pro eo, quòd audisti verba voluminis,* idest, quia deuotè audiuisti verba libri legis. *Et perterritum est cor tuum,* idest, timuisti, ꝙ ista mala, quæ prænunciabantur hic, euenirẽt. *Et humiliatus es coram Domino.* Ista humiliatio fuit quia scidit vestimenta sua, & doluit ꝓ tantis malis, & orauit, ne Deus inferret illa. *Auditis sermonibus contra locum istum, & habitatores eius.* s. in libro legis audiuisti maledictiones contra locum istum. s. ꝙ destrueretur, & contra habitatores eius, ꝙ ducerẽtur in captiuitatem. *Quòd videlicet fierent in stuporem, & in maledictum.* s. continebatur in libro illo, ꝙ habitatores loci huius fierent in stuporem. i. ꝙ tanta mala Deus infligeret super eos, & populum istum, ꝙ quicunque videret desolationem, stuperet quo modo tanta mala euenire potuerunt, vel propter qd euenerunt. Dicebantur etiam fieri in maledictum. i. poni in forma maledictionis. s. ꝙ tanta mala eis euenirent, ꝙ quicunque vellet maledicere alteri, diceret: Maledicat tibi Dominus, sicut maledixit Ierusalẽ, & habitatoribus eius: vel, destruat te, sicut destruxit Ierusalem, & habitatores eius. *Et scidisti uestimenta tua, & fleuisti coram me.* Ista pertinebant ad pęnitentiam: nam scindere vestes signum magni doloris est: flere autem in viris adhuc est maior dolor, in quibus non possunt esse lachrymæ faciles, & fallaces sicut in fęminis, quæ aliquando flent nihil dolentes. q. d. propter hęc, quæ fecisti, non venient ista mala super te, vel tẽpore tuo, sed postea: & si non doluisses, tu quoque punitus esses cum reliquis. *Et ego audiui, ait Dominus.* s. ego audiui gemitum tuum, & pœnitentiam, & acceptaui, vt tu non puniaris cum reliquis. *Idcirco colligam te ad patres tuos,* idest, faciam te mori morte naturali, & per hoc colligam te ducendo ad locum, in quo sunt patres tui, scilicet, alij antiquiotes te, q iam mortui sunt. *Et colligeris ad sepulchrum tuum in pace,* idest, duceris ad sepulchrum in pace, scilicet, non

F videndo aliqua mala istorum. Illi autem, qui videbunt, erunt in aduersitate magna: quia potius vellẽt iam vita esse defunctos. *Vt non videant oculi tui omnia mala, quæ inducturus sum super locum istum.* Scilicet, quanquã nunc audias, quòd multa mala inducenda sunt super locum istum, & ex hoc affligaris, tamẽ maxime affligereris, si videres oculis tuis: quia tunc oporteret, quòd ipse Iosias duceretur captiuus in Babylonem, cum esset rex si tempore suo captiuitas fieret: ideo Deus dilatauit mala ista ad aliud tempus, vt nõ videret illa Iosias, vel fecit, quòd moreretur Iosias citius, quàm aliàs moriturus erat, vt non videret mala ista, quãdo euenirent. Et dicit̃ de malis inducẽdis super locũ istũ. i. sup Ierusalẽ: qa licet sup oĩa loca re-

G gni Iuda mala inducẽda forent: maiora inducenda erãt super Ierusalem, quàm super alia, vt dictum est.

Iosias quare misit ad consulẽdum Dominum per prophetissam, & non per alios prophetas. *Quæst. XIIII.*

QVAERETVR, quare misit nunc Iosias ad consulendum Dominum per Holdam ꝓphetissam, & non misit ad consulendum per Ieremiã, & per alios prophetas: nam Ieremias tunc erat.

Aliquis dicet, ꝙ hoc fuit: quia Holda erat famosior in prophetia, quàm Ieremias, & alij prophetę. Sed dicendum, ꝙ non stat: quia Ieremias fuit de quatuor principalibus inter omnes prophetas, & habe-

H tur liber eius magnus. De Holda autem nihil habet̃ scriptum: ideo famosior fuit prophetia Ieremiæ, q̃ Holdæ prophetissæ. Aliquis dicet aliter, quòd quãquam Ieremias fuerit famosior quàm Holda: tamẽ nondum cęperat prophetare tẽpore hoc: ideo missum est ad consulendũ Holdam. Sed dicetur falsum esse: quia Ieremias cępit prophetare anno tertiodecimo Iosiæ, vt patet Ieremiæ, idest, istud autem accidit anno decimo octauo Iosiæ, vt patet supra in litera, & 2. Paralipom. 34. ergo iam prophetauerat Ieremias saltem per annos quinque. Aliquis poterit ad hoc respondere, ꝙ Ieremias cępit prophetare anno tertiodecimo regni Iosiæ, qui erat vigesimus prim⁹

I ętatis suæ, eo ꝙ Iosias erat octo annorum quando cępit regnare, sup. in litera, & istud accidit anno 18. Iosiæ, scilicet, anno decimooctauo ętatis suæ, & sic per tres annos esset istud antequam inciperet ꝓphetare Ieremias. Sed dicendum, quòd non stat: quia annus decimus octauus Iosiæ, in quo accidit istud, erat regni sui, & non ętatis suę, vt probatum fuit supra, & patet 2. Paralipom. 34. vbi dicitur, quòd anno decimo octauo regni sui conflata est pecunia, & inuentus est liber: ergo iam cęperat prophetare Ieremias per quinque annos.

Alij ergo dicunt aliter, quòd quanquam cępisset prophetare, tamẽ erat adhuc iuuenis, & modicę auctoritatis, ideo recursum est ad Holdam: sic enim tenet Histo. scholastica.

K Sed hoc nõ videtur: quia cum prophetasset quinque annis, esset iam prophetia sua famosa. Respondet ergo aliter Ra. Sa. & Nicolaus secundum positionem Hebræorum dupliciter: vno modo, quòd Iosias voluit habere à Domino responsum misericordię, & quia mulieres sunt clementiores viris, misit ad consulendum Dominum per mulierem. Alio modo dicunt, ꝙ Ieremias non erat tunc in terra Iuda, sed iuerat ad terram Assyriorum, vbi decem tribus erant captiuatæ, vt admoneret eas, ne recederent à lege Domini, quanquam essent in terra aliena. Vel fortè iuerat ad prædicandum quibusdam reliquijs decem tribuum, quæ manserant in terra, & effugerant manus regis Assyriorum: vt ille non

recederent

recederent à Domino. sic. n. ipse Ieremias scripsit populo Iuda ducto in Babylonem, ne à Deo recederent, vt patet Iere. 29. Sed dicendum, quòd prima solutio istorum nihil est, quia non est in potestate prophetæ blandè, vel durè respondere, sed sicut Dominus voluerit per eum reuelare, ita loquetur, sicut dixit Balaam ad Balach regem Moab Num. 22. & 24. scilicet, si dederit mihi Balach plenam domum suam argenti, & auri, non potero immutare verbum Domini Dei mei, vt plus, vel minus loquar. Ni fortè propheta vellet mentiri pronunciãs bona, cum Deus reuelaret ei mala, & talis respõsio mala erat. Immo interdum dato ꝙ prophetæ velint dicere contrarium eius, quod reuelatur eis, nõ possunt. Sic fuit de Balaam, cui Deus reuelabat, ꝙ Hebræi non essent maledicendi, & ipse Balaam conabatur maledicere eis, & cũ cõuerteretur ad maledicẽdum, Deus cogebat eum bñdicere. Num. 23. & 24. Non ergo eligeret Iosias potius responsionẽ Dei per fœminam, quàm per virum. Secunda responsio quãquam non appareat manifestè falsa, tñ non est satis probabilis. s. ꝙ Ieremias iret in terram tam longinquam extra terrã suam ad gentes illas, quas sciebat à Deo abiectas, & ad eum nunquam redituras. Nam si Ieremias sciens ꝙ populus Iuda, de cuius origine ipse erat, rediturus erat ad Dominũ aliquando, & reuersurus in terram suam post septuaginta annos, & ipse prophetauerat Ieremiæ 25. noluit ire in Babylonẽ cũ eis ad confortandos eos, vt manerent in lege Dei quanquam daretur ei optio, an iret in Babylonem, vel maneret in terra: quia sic iusserat Nabuchodonosor ipsi Nabuzardã. s. tolle eum, & pone super illum oculos tuos, nihilque ei mali facias, sed vt volueris sic facias ei Iere. 39. à fortiori non est credendum, ꝙ iret in terram Assyriorum, quæ distãtior est à Ierusalem, quàm Babylon, & gens illa non pertinebat ad Ieremiam, sicut gens de regno Iuda. Etiam illi nunquam reuersuri erãt ad Dominum, & in terram suam, sicut viri de regno Iuda: non est ergo ista responsio conueniens.

Dicendum igitur, ꝙ Iosias non misit ad consulẽdum Dominum per Ieremiam, quia illa die, qua legit Iosias librum legis, & misit ad consulendũ non erat Ieremias in vrbe, sed esset in alio loco regni Iuda: Et hoc satis verisimile est, quia Ieremias nõ habebat originem de Ierusalem, nec habitabat ibi, sed in vrbe Anathot, vt patet Iere. 1. ideo quanquã aliquando esset in Ierusalem, erat per accidens. Regulare autem erat, ꝙ esset in Anathot loco suę originis, & domicilij. Consulta est ergo Holda propter absentiam eius.

An Holda responderit illico nuncijs Iosiæ, vel post aliquantum tempus. Quæstio XV.

QVAERETVR vlterius, an ista Holda rñdit nũcijs Iosiæ illico, vt venerunt ad eam, vel post aliquantum tempus expectata à Deo reuelatione. Respondendum, ꝙ vtroque modo fieri poterat: nã quibusdam prophetis Deus reuelabat quid responDere deberent illico, vt interrogarentur, & in præsentia illorum, qui interrogabant mox respondebant. Sic erat de Elisæo: nam mox vt tres reges inquisiuerunt consilium Domini super aqua ad bibẽdum, fecit Elisæus canere coram se citharistam, & illico facta est super eum manus Domini, & respondit sup. 3. sic etiam cum multoties aliàs quæreretur mox respondebat, vt patet sup. 2. & 4. & 5. & 6. aliquando autẽ Deus non reuelat prophetis, quod respondere debent illico, sed post aliquot dies: sic

A enim fuit quando reliquiæ regni Iuda consuluerũt Ieremiam, vt responderet eis ex parte Dei, an expediret sibi descendere in Aegyptum, & ipse cõtinuè orabat Dominum, & tamen non respondit ei vsq; ad decem dies, vt patet Ier. 42. Dicendum tamen, ꝙ licet vtrunq; potuisset esse in muliere ista: tamẽ primum fuit. s. ꝙ respõdit illico, vt interogata est. Qđ patet, quia dixit: dicite viro, qui misit vos ad me: & postea sequitur quomodo illi redierunt ad Iosiam, & nunciauerunt ei verba Holdæ: si tamen non respondisset illico, ipsi venissent prius ad Iosiam, quã Holda respõderet. Itẽ colligitur hoc ex litera: quia non apparet hic, ꝙ intercideret aliqua mora in respondendo, sed illico, vt q̃siuerunt isti nuncij Iosiæ
B respõdit Holda eis, & sic ẽt colligitur 2. Paralip. 34.

Quis modus fuit respondendi Dei per prophetissam. Quæstio XVI.

QVAERETVR vlterius, quis modus respondendi Dei fuit nunc per istam prophetissam: nã potest fieri reuelatio Dei ꝑ effigiem apparentẽ, & loquentem, vel per vocẽ auditã sine effigie, vel ꝑ immutationẽ phantasiæ in sopore, vel ꝑ illustrationẽ intellectus in vigilia, & in estasi vel ꝑ illustrationẽ sine estasi vel per ĩmutationẽ phãtasiæ sine sopore. Dicendũ, ꝙ non fuit hic primus modus: q̃a tunc apparuisset aliquis angelus in effigie sumpta, & loqueret, & ille videret non solũ ab Holda, sed ẽt ab
C inquisitoribus, & audirẽt vocẽ eius, & sic pro illa vice nõ magis ꝑphetaret Holda, q̃ nuncij Iosiæ, & tñ hoc falsum est, q̃a ipsa prophetauit, & nõ ipsi. Item quia non erant isti digni videre angelũ in effigie humana: quia tales visiones paucis apparent, & electis à Deo. Secundus modus etiam non stat: quia eodẽ modo sequeretur omnes istos nuncios esse prophetas pro illa vice: quia propheta est, qui reuelationẽ à Deo accipit immediatè: & tamen isti tam immediatè recipiebant istam reuelationem sicut Holda. Item non videbantur isti digni audire vocem angelicam, sicut nec videre effigiem eius. Item & efficacius patet, quia si angelus locutus fuisset ad Holdã
D astantibus istis, ipsi audirent verba eius, & non oportebat, ꝙ Holda repeteret illa: & tamen Holda locuta fuit omnia ista verba ad nuncios Iosiæ dicens: Hæc dicit Dominus &c. vt patet hic & 2. Paralipo. 34. ergo non fuit facta reuelatio per aliquam vocẽ auditam sine effigie apparente. Tertius etiam modus non fuit: quia ille est in sopore, vt præsupponitur: & tamen Holda non accepit nunc responsionẽ in sopore, sed in vigilia: quia cum isti nuncij Iosiæ consulerent Dominum per illam in præsentia eorum respondit. Quartus etiam modus non fuit: q̃a quandocunque accidit estasis, rapitur anima, & cessat ab omnibus operationibus animalibus, & ferè ab omnibus operationibus naturalibus, & corpus
E viribus destitutum, vel vt exanimatum cadit in terram, & apparet mortuum, sicut fuit de beato Paulo, qui per tres dies sic mansit: Act. 9. tale autem nõ decebat fieri in Holda prophetissa: quia erat coram viris, & casus eius in terrã videretur diminuere honorem prophetiæ: quia talis casus fit in arrepticijs, & potissimè, quia erat fœmina: & inhonestum valde est fœminam cadere in conspectu virorum, ne aliquid de corpore eius nudetur.

Item patet: quia reuelatio in estasi non fit, nisi qñ reuelabilia sunt magna, quæ intellectus noster aliter comprehendere non valet, nisi totus ad illa feratur, & consequenter cesset operatio aĩę circa corpus, sicut fuit in B. Paulo arcana verba, quæ nõ

licet homini loqui 2. ad Corinth. 12. & ad istam reuelationem faciendam raptus est in estasin ita vt nesciret, an in corpore, vel extra corpus esset, vt patet ibidem, & tamen ista reuelatio facta ad Holdā erat de paruis rebus, quæ poterant apprehendi à quolibet intellectu paruo: ergo non fieret in estasi. Sextus modus etiā non fuit: quia immutatio Phantasiæ, quæ fit in vigilia, vel sopore est ad hoc, ꝙ comprehendantur aliquę res visę: nam phantasia magis se habet ad iudicandas ipsas figuras, quæ consistunt in quantitate, quàm aliquid aliud: ideo eis, q̄bus fit reuelatio per soporem, & immutationem Phantasiæ de figuris, & rebus quasi visis fit, vt patet de Daniele, qui dixit: Aspiciebā in visione noctis, & ecce quatuor venti cęli pugnabant, & quatuor bestiæ ascendebant de mari. Et multæ aliæ visiones ponuntur: sic Dan. 7. & 8. De immutatione autem phantasię in vigilia patet in B. Stephano, qui dixit: Ecce video cęlos apertos, & Iesum stantem à dextris Dei, & tamen manifestum est, ꝙ ista erant in visione imaginaria, quia realiter non poterant esse cęli aperti. Nec etiam Christus poterat esse sedens à dextris Dei, cum ipse sit Deus, & non sit alius Deus separatus ab ipso, ad cuius dextram ipse posset sedere: nam quanquam quælibet trium personarum sit Deus non sunt tres Dij, sed vnus, nec apparent tres personæ separatę, ita vt vna videretur sedere hic, & alia ibi, sed quælibet est in alijs: ita. n. dixit Christus: ego in patre, & pater in me est: Io. 14. & tamē Stephanus dixit, ꝙ vidit Christum stantem à dextris Dei: Act. 7. ergo erat visio imaginaria, & fuit de re visibili. Hic tamen non fuit facta reuelatio ad holdam de aliqua re visibili: quia non dixit: vidi tale, & tale, sed fuit de aliqua re purè intelligibili, quia dixit: talia, & talia eueniant huic populo, & Iosiæ: ergo non fuit per immutationem phantasiæ.

An visio, q̄ B. Stephanus vidit cęlos, apertos, fuerit realis, vel imaginaria.

Dicendum ergo ꝙ non potuit esse hic conuenienter nisi quintus modus reuelationis, scilicet, per illustrationem intellectus in vigilia sine estasi, & sine immutatione phantasiæ, & in isto modo fit reuelatio prophetis quandocunque sunt in præsentia aliorum, & tunc nō fit aliqua immutatio in eis exterius, nec alij vident quomodo Deus reuelet aliq̄d tunc prophetis, sed putāt, quòd ista, quæ respondēt iam aliàs sciuerint, vel à Deo receperint prius reuelationem, & ita fuit nunc in Holda: quia præsentibus istis nunciis Iosiæ, Deus reuelauit ei responsionem, & respondit, quæ habentur hic.

Si Iosias non doluisset propter verba legis, an Deus induxisset captiuitatem Babylonicam tempore suo. Q. XVII.

QVAERETVR vlterius, si Iosias nō doluisset, quando audiuit verba libri legis, an Deus induxisset captiuitatem Babylonicam tēpore suo. Aliquis dicet, ꝙ non: quia pœna non datur à Deo nisi pro peccato, & tamen ante hoc non peccauerat Iosias, sed secutus fuerat Deū in toto corde suo excludens idola de terra, vt patet 2. Paralipo. 34. ergo non venirent mala ista eo viuente.

Respondendum, ꝙ si quando Iosias audiuit verba legis nō scidisset vestimenta sua, & fleuisset, Deus induxisset captiuitatem Babylonicam tēpore suo, & ipse duceretur captiuus in Babylonem sicut ducti sunt duo reges Iudæorum. s. Ioacim, & Sedecias infra 24. & 25. Et patet hoc, quia dicitur hic: pro eo, ꝙ audisti verba voluminis, & ꝑteritū est cor tuū &c. colligam te ad patres tuos, vt non videant oculi tui mala, quæ inducturus sum super locum istum: ergo ista fuit causa, quare non venerunt mala tempore Iosiæ, & consequenter si ista causa non fuisset, venissent mala tempore suo.

F Ad rationem autem in contrarium dicendum vno modo, ꝙ Iosias peccaret, non dolendo auditis verbis voluminis: nam ipse ante hoc nesciebat q̄d erat, ad quod obligabantur Iudæi respectu Dei, & ideo nesciebat an prædecessores sui multum offendissent Deum: nunc autem videbat quantum offenderant eum, & ista mala euentura essent ꝑpter hoc: ideo debuit ipse dolere ꝑpter duo. Primò propter offensam Dei, quia nimis offensus fuerat à p̄decessoribus Iosię. Quicunq; tñ videt offensas Dei manifestas, & non dolet de illis saltē in corde suo, peccat mortaliter. Secundò debebat dolere, quia putabat malum euenturum toti populo propter peccata prædecessorum, & tamē tenebatur compati destructioni vniuersali gētis suæ. Si igitur auditis verbis legis nullo modo doleret, peccaret: quia non faciebat id, ad quod tenebatur. Et sic quanquam toto tempore præterito benè egisset, nunc peccaret in hoc, & mereretur mortem, vel saltem videre afflictionē illam. Aliter potest responderi, ꝙ quanq̄ Iosias non peccauisset, induceret Deus afflictionem illam tempore suo, quia illa veniebat pro peccatis patrum suorum. s. Manasse, & populi cum eo, vt patet supra in litera, & sequenti cap. & infra 24. & ita puniti fuerunt aliqui videntes mala captiuitatis illius, & non peccauerant. Sic fuit de Ieremia, quia vidit multa mala. s. mortem Iosiæ, de qua nimis plā xit, & fecit lamentationes, quæ habentur in libro therenorum, quod patet 2. Paralipo 35. vidit etiam captiuitatem Babylonicam, & quomodo ciuitas rupta est, & combusta ab hostibus, & totus populus ductus est in captiuitatem: nam illo tempore durabat, vt patet Ier. 1. & 39 vsque ad 44. & tamen ipse non peccauerat, quia ex vtero sanctificatus est: vt patet Ie. 1. Tertiò potest dici, ꝙ quanquam Iosias nō peccaret nunc non dolendo pro volumine legis, nec etiam puniretur pro peccato patrum suorum posset puniri pro peccato suo. Nam licet Iosias nō legatur peccasse: tamen probabile est, ꝙ peccauerit: quia non est homo, qui faciat bonum, & non peccet, vt dixit Salomon præcedenti lib. cap. 18. & 2. Paralipo. 6. scriptura tamen non recitat aliqua peccata sua: quia scriptura non curat de aliquo recitare, nisi peccata grauissima, sicut est idolatria, & homicidium, & cum abstineret Iosias ab istis, quāquā in multis alijs communibus peccaret, lex non curaret dicere eum peccasse, & tamen pro istis peccatis mereretur pati afflictionem, videndo destructionem populi, & captiuitatem Babylonicam: nunc autē fecit actum quendam valde meritorium. s. ꝙ fleuit, & scidit vestimēta sua, & humiliatus est corā Dño: ideo Deus dedit ei hoc priuilegium, ꝙ non videret mala inducenda super populū, q̄ aliàs visurus erat.

G

H

I

K

Iosias an meruerit mori in pace ex eo, quòd perterritum est cor suum. Quæstio XVIII.

QVAERETVR vlterius, quomodo dr̄ hic: ꝓ eo, ꝙ perterritum est cor tuum colligeris ad se pulchrum tuum in pace, ut non videant oculi tui mala, & sic innuit, quòd meruit in hoc, & propter istud Deus liberauit eum, ne videret mala, & tamē videtur, ꝙ non potuit mereri per hoc, quia meritū consistit in actu voluntario cum debitis circunstantijs facto. Terreri autem est passio, nec est vllo modo in potestate nr̄a, quia ēt si nolim terrebor si res mihi vr̄ terribilis, & dato, ꝙ velim terreri, & timere, non potero, si res non apparet mihi timēda: nullus

lus ergo meretur per hoc, ꝙ terretur, nec etiam demeretur, & tñ hic dicitur, ꝙ ꝑꝑ hoc non erat uisurus Iosias mala: ergo innuitur, ꝙ merebatur. Rñderi potest vno modo, ꝙ Iosias non meruit in hoc, ꝙ perterritū est cor eius, nec ꝑꝑ hoc liberatus est à malis, vt non videret illa, sed ꝑpter alia, quæ ponuntur simul liberatus est. Nam dr̃ hic: pro eo, ꝙ audisti verba voluminis huius, & perterritum est cor tuum, & humiliatus es coram me, & scidisti vestimenta tua, & fleuisti, non videbunt oculi tui mala, & tamē manifestum est, ꝙ in humiliatione, & fletu, & scisione vestium merebatur: ideo dato, ꝙ non mereretur in hoc, ꝙ perterritum est cor eius, liberaret̄ à malis ꝑpter alia, quæ simul ponuntur. Sed adhuc obijciet, ꝙ meruit: quia si non meruisset in hoc, nihil ageret ad liberationē Iosiæ, ꝙ perterritū esset in cor eius, & tunc poneretur superfluè hic, cū nihil ageret, & ita posset dici, quia comedisti panem non videbunt oculi tui mala, & istud falsum est, & ridiculum.

Respondendum, ꝙ quāquā non mereret̄ in hoc, ꝙ territū est cor eius, tamen aliquid agebat, ꝙ terreretur ad liberationē suam: quia non liberatus est, nisi quia humiliatus est coram Dño, & fleuit, & scidit vestimenta sua, & in his meruit, & tñ non egisset ista, nisi perterritum fuisset cor eius: quia si non credidisset ista, nec timuisset mala euentura, quanquā diceretur in libro legis, non humiliasset se, nec fleuisset: ideo perterritum esse cor præbuit causam, & omnia ista, & sic quanquā in illo non meruit Iosias: tñ, quia præstitit causam merendi ponitur cum cæteris, in quibus meruit, & istū sensum vr̃ litera secuta, quia posuit terrorē istum ante alia sicut cā ponit̄ ante effectū. Secundò potest rñderi, ꝙ meruit Iosias in terrore isto: nam iste terror non fuisset causatus in Iosia nisi credidisset verbis legis: nam si putaret illa verba esse inania, non formidaret aliquā pęnam euenturā propter præuaricationē legis, & tñ credidit vera esse verba legis: ideo timuit mala, quę in ea prænunciabantur, & tamen credere verba legis esse vera erat opus meritorium, cum multi non crederēt verbis prophetarum, sicut dixit Isaias: Domine quis credidit auditui nostro, & brachiū Dñi cui reuelatū est? Isa. 53. & ad Ro. 10. sic ēt dixit rex Iosaphat ad seruos suos: Credite Domino vestro, & securi eritis: credite prophetis eius, & cuncta vobis euenient prospera 2. Paralip. 20. & in fide magnum meritum est cū per fidem iustificetur homo. Sic patet ad Ro. 10. s. credidit Deo Abraham, & reputatū est ei ad iustitiam: meruit ergo Iosias in hoc, ꝙ territum est cor eius, quia terror iste ex fide ꝓueniebat.

Tertiò pōt rñderi, ꝙ non est in potestate nostra non terreri, qñ aliquid apparet terribile, nec ēt possumus terreri, quāquam velimus quando aliquid apparet non terribile, & tamen est in potestate nr̃a, ꝙ id, quod apparet terribile faciamus nō apparere terribile, & etiam ꝙ id, quod non apparet terribile appareat terribile. De primo patet, quia mors terribilis est, & cuique naturaliter videtur terribilis, & tamen voluntas nr̃a pōt iubere intellectui, vt iudicet mortem non esse terribilem propter aliquē bonum finē. Et sic erat in martiribus, qui ex desiderio vitæ ęternę iudicabant mortē non esse terribilem: immo amplectebantur eā tanq̄ delectabilē: sic patet de Apostolis Act. 5. cum dr̄ibant gaudētes Apostoli à conspectu consilij: quoniā digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati, & tñ manifestum est, ꝙ in illis phantasia iudicabat mortem esse amaram, & intellectus hoc idem: sed voluntas iubebat intellectui iudicare mortē propter talē finē esse delectabilem. Et sic est in potestate nostra facere, ꝙ aliquid appareat nobis non terribile, quod terribile est. De secundo patet, quia aliqua sunt, q̄ non apparent de se terribilia, quia nō cognoscitur in eis aliquid durum, sicut est de pęnis inferni, vel de quibuscunque malis euenturis hominibus post mortē propter peccatum: quia naturaliter nō apparet determinatè maximè hominibus vulgaribus, ꝙ pœnę sint post mortē: ideo non apparet aliquid terribile status peccatorum post mortē, ꝙ ergo alicui appareat status ille terribilis est in potestate nr̃a, qa potest credere, si voluerit pœnas esse post mortem, & tunc necessariò timebit pœnas illas esse terribiles. Simile apparet quātū ad articulos, quos credimus, quia naturaliter non habent aliquam euidentiam: ideo intellectus non assentit eis s̄m se: sed ad hoc, ꝙ assentiat, oportet, ꝙ voluntas iubeat intellectui, ꝙ credat, & tunc intellectus credit: non quia inclinatur, sed quia credere iubetur, & quantum ad hoc dr̃ intellectus captiuatus propter Deum: sic enim dicit Apostolus secundæ ad Cor. 10. s. captiuantes omnem intellectū in obsequium Christi. Et quantum ad hoc fides meritoria est: quia ex volūtate ꝓcedit priusquam ex intellectu, & sic est in potestate nostra facere, ꝙ aliquid appareat terribile, vel non, & sic fuit in Iosia, quia ipse credidit verba legis esse uera, & propter hoc territus est, & tamen non appa rebat an verum esset, ꝙ istę pœnę euenturæ essent, nisi quis credere vellet: credere aūt voluntariū est, & sic erat in ptāte Iosiæ, ꝙ terreretur, uel nō, & qa voluit terreri rōnabiliter de eo, ꝙ timendū erat meruit, & sic ponit̄ tanq̄ unū de operib⁹, in qb⁹ meruit.

[Margin: potesta nr̃a est, terribi- appeat non terri- bile, & è contra.]

Quomodo Deus fecit, quòd Iosias non vidit mala, quæ euentura erant super populum. *Quæst. XIX.*

QVAERETVR vlterius, cum Deus fecerit, ꝙ Iosias non videret mala, quæ euētura erāt super populum, quomodo hoc fecit. Respondendum, ꝙ poterat dupliciter fieri: vno modo prolongando terminum malorum futurorū: alio modo abbreuiando vitā Iosiæ. De primo patet, vt si Deus inflicturus fuisset propter peccata populi mala illa, quæ continebantur in lege hoc tempore, quo Iosias consuluit Dñm, & sic videret Iosias illa, & extēdit ista mala ad aliud tēpus. s. ꝙ eueniret post viginti vel triginta annos, vt sic essent post mortem Iosiæ. De secundo patet, vt si Iosias viuere debuisset octuaginta annis, quia tunc videret mala ista, quæ euentura erant: quia non acciderunt post tēpus istud nisi quasi post triginta annos. Quod patet, qa qñ fuit facta ista quęstio ad Dñm, erat annus 18. regni Iosię, vt patet in litera, & sic supererāt tredecim anni de regno eius, cum regnauerit annis triginta vno, sup. in litera, & post eum regnauit Ioachaz tribus mensibus sequēti ca. deinde regnauit Ioacim vndecim annis e. c. deinde regnauit alius Ioacim tribus mēsibus inf. 24. & postea regnauit Sedechias annis 11. e. cap. qui simul sunt anni trigintaquinque, & dimidius. Et sic si Iosias vixisset annis trigintaquinque, post hoc vidisset captiuitatem Babylonicam: erat autem Iosias nūc vigintisex annorum, qui erat decimus octauus annus regni sui, & ipse erat octo annorum, quando cępit regnare: vtrunq; patet in litera, & sic colligēdo istos annos fuerunt à natiuitate Iosiæ vsq; ad captiuitatē Babylonis anni sexaginta unus, & dimidius ferè, & ideo si Iosias uixisset annis octoginta, uel saltem septuaginta, quibus poterat faciliter uiuere, uidisset necessariò captiuitatē Babylonicam. Et sic poterat Deus abbreuiare uitā eius, faciendo ꝙ nō uideret illā, & hoc, qa uixit solū annis

nis triginta nouem, scilicet, octo annis antequam regnaret, & triginta vno anno post, vt patet supra in litera. Dicendum autem, ꝙ quanquā quilibet istorum modorū fuerit possibilis, tñ primus eorū fuit verus. Quod patet, quia Deus volebat facere bonū Iosiæ, quia meruerat flēdo, & humiliādo se, si tñ Deus faceret, ꝙ non videret mala ista abbreuiando vitam suam, grauaret eum: quia pœna quædam est abbreuiatio vitæ, cū naturaliter nihil sit magis desiderabile, quàm viuere, eo ꝙ viuere viuentibus est esse: ipsum tñ esse est absoluta pretiosum. Itē patet hoc, quia istud esset aliqualiter verisimile, si Deus immediatè post mortē Iosiæ vellet inducere captiuitatē Babylonicā, & tamen nō induxit eam illico; quia postea fuerunt quatuor reges. s. Ioachaz, & Ioachin, & Sedechias, infra 24. & sequenti c. et quia post mortem Iosiæ vsque ad captiuitatem Babylonicam fuerūt viginti duo anni saltē, vt patet computando tēpora istorum regum: si igitur Deus abbreuiaret vitam Iosiæ solū, vt non videret captiuitatē Babylonicā sufficiebat, ꝙ moreretur Iosias vno anno, vel duobus ante illam captiuitatem, & tamen mortuus est ante illam viginti duobus annis: ergo non fuit abbreuiata vita sua, vt non videret captiuitatē Babylonicam, sed fuit tp̄s illorum malorū dilatatū: quia si non doluisset Iosias, vt doluit de malis istis, induxisset Deus captiuitatē fortè duobus, vel tribus annis postquam apparuit iste liber, & quia doluit dilatauit Deus euentum istorum malorū vsque ad annos triginta sex ferè post inuentionem libri istius: vt non solum non videret Iosias ista mala, sed etiā vt mala cito venientia non offuscarent memoriā fęlicitatis eius: nam Arist. 1. Ethicorum c. pronepotum autem fortunas: quærēs an bona, vel mala euenientia nepotibus, vel ꝓnepotibus mortui, vel amicis eius augeant, vel diminuant fęlicitatem defuncti, dicit nimis differre, an ista eueniant immediatè post mortem pauco tempore, vel multo post, & sic fuit hic magnum tempus intermedium, vt infortunia euenientia pronepotibus non viderentur offuscare fęlicem vitam Iosiæ.

Iosias quomodo pacificè moreretur, cum tamen occisus fuerit in bello. Quæst. XX. I

QVAERETVR vlterius, quō dicitur hic, ꝙ Iosias colligeretur ad sepulchrum suum in pace cū non fuerit pacificè mortuus, sed in bello occisus est à Pharaone: sequenti c. & 2. Paralipo. 35. Respondet Nicolaus vno modo. s. ꝙ iuit in pace, idest, securus de sua fęlicitate, & est sensus, ꝙ Iosias collectus est ad patres suos. i. ad viros bonos, q erāt in sinu Abrahæ: quia ibi erant aliqui de patribus Iosiæ. s. Dauid Iosaphat, & Asa, & Manasses, & quidā alij, & quandocunque aliquis decedit in peccato & condemnatur ęternaliter, non vadit securè ad sepulchrū suum, & quia Iosias bonus erat, securè iuit illùc. K Sed ista responsio non cōuenit literæ: quia ista est per allegoriam, & litera loquitur in sensu historico. Secundò patet, quia propter ista, quæ habentur hic. s. quia fleuit Iosias, & scidit vestimenta sua collectus est in pace, & tñ dato, ꝙ non fecisset ista, & vidisset captiuitatē Babylonicam, poterat colligi securè ad Lymbum sanctorū, si moreretur in caritate: ideo de hoc non loquitur hic scriptura. Tertiò patet, quia responsio Dei debebat esse ad propositū eorū, de quibus quærebat Iosias: aliàs. n. esset sicut rñsio stulti, & tamen Iosias quærebat de malis, quæ prænunciabantur in lege; an euentura essent super eum, & super populū: ergo de illis debebat Deus re-

F spondere, an euenirent super eum, vel non. Quartò patet ex adiuncto: qa Iosias misit ad cōsulendū Dominum pro se, & pro Ierusalem, & pro toto Iuda, vt patet hic in litera, & 2. Parali. 34. & tñ de populo prænunciatū est, ꝙ euenirent mala, quæ erant in lege super illum: ergo oportet, ꝙ rñsio pertinēs ad Iosiam significaret, an illa mala super eum euenirent, vel nō sicut super populū. Quintò patet, quia Deus voluit hic facere differentiā in rñsione de statu populi, & de statu Iosiæ, quod patet, quia primò dr̄ de populo: ecce ego adducā mala super hunc locū. Et postea dr̄: regi autem Iuda, qui misit vos, vt consuleretis Dn̄m sic dicetis, & sic apparet, ꝙ erat differētia, & tamen si intelligatur ista collectio Iosiæ in pace G de securitate vitæ ęternæ non erāt diuersę rñsiones, quia quilibet eorū, qui ductus est in captiuitatē Babylonicam, & vidit oīa mala temporis illius potuit ire securus ad Lymbum sanctorum, si moreretur in charitate: ergo oportet, ꝙ ītelligatur de pace tēporali & non de securitate vitę ęternę. Sextò patet, quia Deus dixit: colligā te ad p̄res tuos, & colligeris ad sepulchrū tuum in pace, ut nō videāt oculi tui mala, quę inducturus sum super locū istum, & tñ ad hoc, ꝙ videret, vel non videret Iosias mala ista nihil faciebat, ꝙ securè iret ad vitā ęternā, quia siue videret, siue non, poterat ire securè illuc: ergo necesse est intelligi de pace tēporali per quam tollitur ꝙ videret afflictionē Iosias in malis populi sui. H Septimò patet quia isto modo intelligendo reuelaret Deus Iosiæ certitudinē salutis suæ, sed istud nō consueuit Deus alicui reuelare, nec decet: quia daretur homini occasio ad faciendū malum, vel ad hoc, ꝙ esset tepidus in bono, cum certissimè sciret se saluādum: cum aūt incerti sumus, conamur per virtutū continua incrementa saluari. Aliter rñdet historia scolastica dicens, ꝙ nō intelligit̄ hoc de pace regis, quia ipse à Pharaone occisus est, sed de pace populi. Hoc autē non multum vr̄: quia Deus rñdebat hic de statu regis, & non de statu populi. Dicendum igitur, ꝙ Iosias mortuus est in pace. s. non videndo aliqua de illis malis, quæ Deus inflicturus erat Iudæis, & hoc patet in lr̄a, q̄ dr̄: colligeris ad sepulchrū tuū in pace, vt nō videant oculi tui oīa mala, quæ inducturus sum super locū istum, & dicebatur pax respectu tantorū malorum, quæ euentura erāt super Hebræos, quanta nunq̄ euenerant; ita vt fierent in stuporem, & maledictū, & sic q̄q̄ Iosias moriturus esset in bello, & istud erat pœna, & infortuniū: tñ ga mala, q̄ euentura erāt super Hebræos valde maiora erant, q̄ ꝙ moreret̄ aliquis in bello: iō Iosias, q̄q̄ moreretur in bello, dicebat̄ mori in pace: quia per hoc excusabat̄ videre mala maxima, & ista fuit positio omnium rectè sentientiū, ꝙ melius sit alicui mori fortiter in bello, q̄ videre destructionē gentis suæ, & religionis suæ. Sic. n. dixit Iudas Machabæus viris suis: Melius est nobis mori in bello, q̄ videre mala gentis nostræ, & sanctorū, vt patet 1. Machab. 3. immo melius est aliquē mori viriliter in bello, quā perdere aliqd de honore suo: sic dixit Iudas Machabæus, cum dixerunt ei viri sui, ꝙ fugerent, quia pauci erāt: absit istā rem facere, ut fugiamus ab eis, & si appropiauit tempus nostrū, moriamur in virtute, ꝓpter fratres nr̄os, & nō inferamus crimē glorię nr̄ę 1. Macha. 9. sic ēt dicit Apostolus: melius mihi mori est, q̄ ut gloriā meā qs euacuet. i. honorē meum auferat 1. ad Corint. 9. si tñ Iosias vidisset mala ista, oportebat, ꝙ ipse duceretur in Babylonē captiuus, & teneretur in carcere, sicut fuit de Ioachin, & Sedecia regibus Iuda, qui incarcerati fuerunt in Babylone, infra 25. Melius ergo multo erat Iosiæ mori in bello

Respōsio Auctoris.

Melius est mori, q̄ videre destructionem sue religionis, vel gētis.

bello

bello, quam videre mala ista, & non solum propter
omnia ista, sed etiam propter destructionem tẽpli,
quod combustum est, & diruptum vsque ad terrã,
& tamẽ si istud malum etiam solum fuisset, potius
debuisset Iosias velle mori in bello, q̃ videre talem
destructionem: sic.n. patet de Tito, qui licet gentilis
esset, hoc opinabatur: nã q̃n capta Ierusalem crema
ret templum, & sacerdotes timentes mortẽ, & fati-
gati laboribus, & ęrumnis peterent sibi donari vitã
iussit illos occidi Titus dicens eos esse degeneris ani
mi, qui templo, & numini pereunti cuperent super
uiuere: vt ait Iosephus lib. 6. de bello Iudaico. Sic ẽt
Anchises pater Aeneæ antiquus Troianus loquẽs
ad Aeneam volentem ipsum liberare de vastatio-
ne Troiana, ait.

Absit vt excisa possim superuiuere Troia.

Vt ait Virgilius 2. Aeneidos. De ista ergo pace, quę
erat non videre mala, locutus est Deus.

*Vbi habetur in lib. legis, quòd fierent in stuporem, & male di-
ctum habitatores Ierusalem. Quæst. XXI.*

QVAERETVR vlterius, vbi habebantur ista
in lib. legis, quæ Deus dixit hic. s. ꝙ fierent in
stuporem, & in maledictum habitatores Ieru
salem, quia Deus dicit illa fuisse in libro, quem legit
Iosias, vt patet hic. Aliquis dicet, ꝙ hoc habetur ꝑ-
cedenti lib. c. 9. s. si abieritis post Deos alienos, & ado
raueritis eos, auferam Israel de superficie terrę, quã
dedi eis, & tẽplum, quod sanctificaui nomini meo,
eritq; Israel in prouerbium, & in fabulã cunctis po
pulis, & domus hæc erit in exemplũ, oĩs, qui transie
rit per eam stupebit, & sibilabit, & dicet: quare fecit
Dñs, sic terræ huic. Sed dicendum, ꝙ hoc non stat:
primò, quia illud scriptum erat in lib. legis, vt patet
hic, & tamen libri isti regum non sunt libri legales,
sed prophetales, cũ solum quinque libri Moysi vo-
centur legales, vt ait Hieronymus in prologo Ga-
leato, & sic ẽt Hebręi dicunt vocantes solos libros
Moysi Thora. i. legem: libros aũt regũ vocant Ne-
uiijm i. ꝓphetales. Secũdò patet, q̃a dato, ꝙ vellemus
vocare libros istos legem largè, tamen non erãt tũc
scripti: quia scripti fuerunt per Ieremiam post ca-
ptiuitatem Babylonis, vt declaratum est in prologo
præcedentis libri. Tertiò patet, quia in libro illo, in
quo erat istud, erant scripta præcepta: nam dixit Io
sias: quia non audierunt patres nostri verba libri hu
ius, vt facerent omne, quod scriptũ est nobis, & tñ
in istis libris regum non continentur aliqua præce-
pta, ergo non intelligitur de his. Quartò patet, quia
liber iste, quem legit Iosias erat liber Moysi, vt patet
2. Paralipo. 34. & tamen libri Moysi non ponuntur
nisi quinque legales, ergo non fuit iste liber regum.

Aliquis dicet, ꝙ ista verba habẽtur Leui. 26. cũ di
citur: abhominabitur vos anima mea in tantum, vt
vrbes vestras redigam in solitudinem, & deserta fa-
ciam sanctuaria vestra, nec recipiam odorem vltra
suauissimum, disperdamque terram vestram, & stu-
pebunt super eam inimici vestri, cum habitatores
illius fuerint. Sed dicendum, ꝙ non stat, quia iste li-
ber legis, quem Iosias legit, fuit liber Deut. vt decla
ratum est supra 10. non potest intelligi de Leuitico.

Dicendum igitur, ꝙ ista habentur Deut. c. 29. cũ
dicitur: Et sedeant super eo maledicta omnia, quæ
scripta sunt in hoc volumine, deleatq; nomen eius
sub cęlo, dicetq; sequens generatio, & filij, qui na
scentur deinceps, & peregrini, qui de longe vene-
rint videntes plagas terræ illius: quare fecit sic Do-
minus terræ huic, & quæ est ira furoris eius immẽ-
sa? De hoc etiam Deut. 28.

A CAPITVLVM XXIII.

ET renunciauerunt regi, quod di-
xerat. Qui misit, & congregati
sunt ad eum omnes senes Iuda, &
Ierusalem: ascenditque rex templum Do-
mini, & omnes viri Iuda vniuersi.

Descripto in præcedentibus qualiter Iosias quã-
tũ ad se rectè dixit hic, subsequenter subditur quali-
ter populum ad rectè viuendum induxit. s. faciẽdo,
vt obseruarent legem, & diuiditur in tria. Quia pri
mò ponitur Iosiæ vita laudabilis: secundò eiusdem
mors lamentabilis, ibi: *In diebus eius*. Tertiò successio
B prolis dissimilis, ibi: *Tulitque populus*. Prima in tres se
cundũ, ꝙ reductio populi ad Deũ manifestata fuit
in tribus: primò in fęderis renouatione. Secũdò in
idolatriæ destructione, ibi: *Et præcepit Rex Helciæ*.
Tertiò in Paschali celebratione, ibi. *Reuersum est*.

*De ordine, & continuatioue sequentium ad prædicta.
Quęstio I.*

QVAERETVR circa primũ, an ea, quæ ha-
bentur hic, fuerint facta post præcedentia cõ
tinuato ordine, & an fuerit immediatè post illa.

Respondendũ, ꝙ hic continentur multa. s. de fę-
dere, & destructione idolatriæ, & celebratione Pha
C se, & morte Iosiæ, & duorum regum successione. Si
autem quæratur quantũ ad aliqua, quæ habentur
hic, dicendũ, ꝙ plurima eorũ, quę sunt hic, fuerunt
post præcedentia: vnicum aũt est hic, quod fuit an-
te præcedentia. s. destructio idolatriæ istius: nã prius
destructa fuit idolatria, q̃ inueniretur liber legis, &
fieret reædificatio templi. Reliqua tñ, quæ habẽtur
hic, fuerunt post præcedentia: vt patet de fœdere,
quod habetur in principio literæ: nam dr̃, ꝙ retule-
runt nuncij verba prædicta Iosiæ, & ipse misit, & cõ
gregauit omnes senes Iuda, & legit librum istũ, qui
inuentus fuerat coram eis, & tunc fecerunt fœdus
de obseruando legem. Idem patet 2. Paralipo. 34.
celebratio autem Paschalis facta est anno 18. regni
D Iosiæ 2. Paralipo. 35. & in ipso anno reædificata est
domus Dñi, & inuentus est liber, de quo dicebatur,
vt patet præcedenti ca. de morte aũt Iosiæ manife-
stum est, ꝙ fuerit postea, quia illa fuit anno 31. regni
sui, & cum ipse totidem annis regnauerit præceden
ti. c. & tamen inuentio libri, & ea, quæ habẽtur præ
cedenti c. fuerunt facta anno 18. regni Iosiæ, ut pa-
tet ibidem, ergo posterius fuit mors. Patet ẽt de suc
cessione duorũ regum. s. Ioachaz, & Ioachin, q̃a illi
fuerunt post Iosiã. Aliquis aũt dicet, ꝙ ẽt destructio
idolatriæ, quæ hr̃ hic, fuerit post pręcedentia: quod
apparet ex ordine literæ, & tñ semper standũ est or-
dini literæ, quousq; constet, ꝙ non est iste ordo rerũ
gestarum, qui in ea hr̃. Secundò patet, quia valde cõ
E uenit rõni iste ordo. s. quia Iosias auditis sermonibus
legis voluit colere Dñm, & fecit fœdus cũ populo
& tunc verisimile est, ꝙ ad ꝑfectè colendũ Deũ vel-
let ipse destruere totã idolatriã. Sed dicendũ, ꝙ fal-
sum est, q̃a 2. Parali. 34. ponuntur tp̃a, quibus Iosias
faciebat hæc, & dr̃, ꝙ anno octauo regni sui cũ ad-
huc esset puer cœpit q̃rere Deũ Dauid, & duodeci-
mo anno postquam regnare cęperat mundauit Iu-
dã, & Ierusalem ab excelsis lucis simulacris, & scul-
ptilibus, & postea sequitur, ꝙ anno 18. regni sui mũ
data iam terra, & templo Dñi, fecit restaurari tem-
plum, & inuentus est liber: necesse est igitur, ꝙ ista
destructio idolatriæ fuerit ante præcedentia.

Ad rationem primam in contrarium dicendum quòd hic receditur ab ordine literæ, quia alius locus scripturæ cogit ad hoc.

Ad secundum dicẽdum, ꝙ quanquam videatur rationabile, ꝙ Iosias destruxerit idola post præcedẽtia, non est rationabile, cum falsum sit. Verum est tamen, ꝙ cum nunc Iosias desideraret colere Deũ plusquam prius, reperto illo libro legis, si idola superessent in terra ille destruxisset ea nunc, quia tñ destruxerat iam non poterat nunc destruere:, est ergo hic quædam mutatio ordinis naturalis, & seruatur ordo artificialis: nam secundum ordinem naturalem debuisset prius poni destructio idolatriæ, & postea inuentio libri, & restauratio tẽpli, deinde fędus cum Domino, vt tamẽ omnia, quę similia sunt, ponantur simul mutatus est ordo naturalis in artificialem, & tamen 2. Paralipo 34. obseruatur ordo naturalis in ista historia. Circa primum dicitur: *Renunciauerunt regi, quod dixerat*. s. isti nuncij Iosiæ, qui iuerant ad Holdam prophetissam retulerũt Iosiæ oĩa verba eius tam de statu populi, quàm de statu regis. *Qui misit & congregati sunt ad eum omnes senes Iuda, & Ierusalem*. i. post hæc misit Iosias ad vocandum omnes seniores populi, & venerunt omnes seniores de toto regno Iuda, & de Ierusalem. Aliquis dicet, quare dicitur de Iuda, & Ierusalem: quia Ierusalem comprehẽditur nomine Iuda cum esset de regno Iuda. Respondebit aliquis, ꝙ hoc fit, quia Ierusalem non erat ĩ sorte Iuda, sed in sorte Beniamin, vt patet Iosue 18 ideo nominato Iuda adhuc oportuit nominari Ierusalem. Sed dicendum, ꝙ non stat, quia aut accipitur hic Iuda pro toto regno Iuda, vel pro tribu Iuda: si primo modo non oportet nominari Ierusalem postquam nominatus est Iuda: quia Ierusalem est pars regni Iuda, cum regnũ Iuda comprehẽdat tribum Iuda, & Beniamin: si secundo non sufficit, ꝙ nominetur Iuda, & Ierusalem: sed deberet nominari Iuda, & Beniamin, vel deberet nominari Iuda, & Ierusalem, & deinde reliqua terra Beniamin.

Dicendum igitur, ꝙ accipitur hic Iuda prout significat regnum, & non tribum, & sic non oporteret nominari Ierusalẽ, quia subintelligebatur sicut pars in toto, quia tamen Ierusalem erat ciuitas notabilior in regno Iuda, cũ esset sedes regni facta est mentio spetialis de ea: sic. n. obseruamus in multis locutionibus: nam decanus est vnus de capitulo, & tamen quando loquimur, dicimus decanus, & capitulum per se nominantes decanum, qa præcipuus est in capitulo. Sic etiam dicimus rector scholasticus, & vniuersitas talis studij, & tamẽ rector, & scholasticus personæ sunt de ipsa vniuersitate. *Ascẽditq; rex templum Domini*. s. ad faciendum fędus cũ toto populo, vt obseruarent legem. *Et omnes viri Iuda, vniuersique, qui habitabant in Ierusalem cum eo*. Iuerunt omnes isti, quia cum omnibus eis facturus erat rex pactũ, vt seruarent legem Dñi, & dicitur, ꝙ venerunt oẽs viri Iuda, & tamen soli seniores venerant, vt patet in litera, sed dicitur hoc: quia in illis senioribus venientibus de singulis vrbibus repręsentabatur status totius populi: quia isti habebant vocem omniũ. Dicitur etiam ꝙ venerunt omnes viri Iuda, & habitatores Ierusalem distinguendo viros Ierusalem cõtra omnes viros Iuda, cum tamen sint pars eorum ex ratione supra assignata. *Sacerdotes, & prophetæ*. Sacerdotes erant principales personæ, ad quos pertinebat hoc propter ministerium sacrum. Erant ẽt ibi prophetæ multi: nã eo tempore erat propheta Ieremias præcipuus omnium prophetarum temporis illius: nam ipse cępit prophetare anno tertiodecimo Iosiæ: Iere. 1. & istud factũ est anno 18. Iosię,

F quia tunc inuentus est iste liber, ꝓpter quem factũ est fędus, vt patet præcedenti c. tunc erat Sophonias propheta, qui prophetauit in diebus Iosiæ, ut patet Sopho. 1. erat ẽt tunc olda prophetissa, præcedẽti c. erant ẽt multi alij prophetæ, qui erant minus famosi: ideo non habemus noĩa eorum in scriptura: sic. n. patet præcedẽti lib. ca. 18. nã cum Iezabel occideret ꝓphetas Dñi, Abdias abscondit centum ꝓphetas in speluncis, & tñ de tẽpore illo non habemus nomẽ alicuius ꝓphetæ expressum, nisi nomen Eliæ: nam Elisęus propheta postea fuit. s. eleuato Elia de inter homines: tunc. n. requieuit spiritus Eliæ in eo, sup. 2. vel potest dici, ꝙ vocantur hic prophetæ ipsi leuitæ, & ideo ponuntur post sacerdotes: sic. n. ponũtur

G semper leuitæ post sacerdotes tanꝗ minores in gradu, & apparet hoc. Primò, quia 2 Paralipo. 34. vbi ponitur ista historia dicitur: ascendit rex domũ Domini, & omnes viri Iuda, & habitatores Ierusalem sacerdotes, & leuitę, vbi dicitur hic, ꝙ ascenderunt sacerdotes, & prophetæ. Secundò patet, quia leuitę dicuntur prophetæ, eo ꝙ cantores domus Dñi erãt oẽs leuitæ, & tamen cantores dicebantur prophetare, & esse prophetæ, eo ꝙ canebant laudes Dei in varijs organis: sic patet. 1. Paralipo. 25. s. Dauid, & magistratus segregauerunt in ministeriũ filios Asaph, & Heman, & iditum, qui prophetarent in citharis, & psalterijs, & cymbalis, & iterum dicitur, ꝙ erant iuxta regem prophetantes, & sæpe eo. c. dicitur, ꝙ

H isti leuitæ caneates prophetabant. *Et omnis populus à paruo vsque ad magnum*. Vocatur hic populus reliqua multitudo promiscua mulierum, & paruulorum. Et dicitur: à paruo vsque ad magnũ intelligendo de paruulis, qui erant capaces rationis: nam reliquos introducere in templum onerosum erat, & inutile. *Legitque cunctis audientibus omnia verba libri fęderis*. Scilicet, rex legit: potest tamen intelligi, ꝙ legit. i. iussit legi: sic. n. dicitur præcedenti c. ego adducã mala super locum istũ omnia verba legis, quæ legit rex Iuda, & tñ non legit rex, sed Sapham scriba legit corã rege, vt patet ibidẽ, & sic dicitur 2. Paralipo. 34 cuncta maledicta, quæ scripta sunt in libro, quem legerunt coram rege Iuda. & tñ ibidẽ dicitur, ꝙ rex le-

I git nunc omnia verba voluminis coram populo. Et vocatur iste liber fęderis, vt aliqui volunt: quia tũc rex fecit fędus cum populo, vt obseruaret oĩa verba libri huius, vt patet hic. Aliter tñ põt dici, & melius, ꝙ vocatur liber fęderis: qa qñ data est lex Moysi, quæ continebatur in illo libro confirmata fuit fędere: nã iste liber erat Deut. & sicut lex Moysi data in Exodo confirmata fuit fędere, vt patet Exod. 24. ita lex Deut. data in terra Moab confirmata fuit fędere, vt patet Deu. 28. s. hæc sunt verba fęderis, quæ præcepit Dominus Moysi, vt feriret cũ filijs Israel in terra Moab præter illud fœdus, quod cum eis pepigit in Horeb, & sic vocaretur liber fęderis, dato ꝙ nunc non fieret fędus de seruando leges eius. *Qui*

K *inuẽtus est in domo Domini*. Helcias sacerdos inuenit illum, & misit ad regem præcedenti c. *Stetitque rex super gradum*. Iste gradus fuit quædam basis alta duobus, vel tribus cubitis, sup quã stetit Iosias, vt appareret altior reliquo populo, & audirẽtur verba eius ab omni populo. Sic enim fecit Salomõ in die, qua dedicatum est templum: nam stetit super quandã basim altam ad loquendũ, vt dr̃ Paralipo. 6. s. si quidem fecerat Salomon basim ęneam, & posuerat eã in medio basilicę habentem quinq; cubitos longitudinis, & quinque cubitos latitudinis, & tres cubitos altitudinis, stetitque super eam flexis genibus. Vel potest intelligi, ꝙ erat Iosias sup thronũ suũ, q erat in templo: nam in tẽplo Dñi erat qdã thronus

factus

factus pro regibus, in quo reges vngebantur, & ibi sedebant diebus illis, quibus ibant ad templum, & hic videtur, ꝙ erat nunc Iosias: quia 2. Paralipo. 34. dicitur: stans Iosias in tribunali suo percussit fœdus coram Domino, & tribunal illud vocatur gradus: sic enim patet supra 11. & 2. Paralipo. 23. quia sup. 11. dicitur, ꝙ vidit Athalia regem stantem super tribunal, & 2. Paralip. 23. dicitur, ꝙ vidit regē stantē super gradum. *Et percussit fędus coram Domino.* s. fecit pactum de ambulando in lege Dei. Et pōt dupliciter intelligi, vno modo, ꝙ rex esset ibi tanꝙ Deus acceptaret obligationē totius populi. s. ꝙ populus obligaret se regi nomine Dei ad seruandū legem Dei. Alio modo potest intelligi, ꝙ rex erat hic nomine totius populi, qa cùm ipse esset princeps totius populi repręsentaret sufficienter personam totius populi, & promitteret Deo, ꝙ ipse cum toto populo obseruarent legem eius, & iste fuit modus: nam inf. in litera dicitur: acquieuit populus pacto, & tamen si populus faceret istud pactum regi nomine Dei, non diceretur acquiescere, sed facere: quia acquiescere consentire est: iō oportebat, ꝙ rex faceret istud pactum cum Deo nomine totius populi, & tunc totus populus consentiret, vt firmaretur contractus. *Vt ambularent post Dominum.* Istud est, quod promittebat rex nomine populi. Est aūt ambulare post Dominum sequi vias eius: via aūt Dñi est lex eius, & sic promittebant obseruare legē, & declaratur hoc cū subditur. *Et custodirent præcepta eius.* s. præcepta moralia, quæ sunt in decalogo, & multa alia præter decalogum, quæ sunt in varijs libris legis, & sunt de iure naturæ, quia dependent ab ipsa rōne sine aliqua lege iubente, & sunt multa: de his Leui. 19. sicut illud non mentiemini: non decipiat vnusquisque proximum suum: non facies calumniam proximo, nec opprimes eum, & multa alia. *Et testimonia.* Aliqui vocant testimonia ipsam narrationem scripturæ, ꝑ quam Deus testatur se aliquid fecisse, vel facturum: & sic tota historia de creatione mundi in Genesi ꝑtinet ad testimonia. Sed hic non accipiuntur sic testimonia: quia testimonia illo modo sunt assertiones aliquarum veritatum, & pertinent ad solū intellectum, nec sunt illo modo agibilia, & tamē testimonia, vt hic accipiuntur, sunt aliquid pertinēs ad regulationem operationis, cum sint sub fędere, & isti promisserint se seruare illa. Alio modo accipiūtur testimonia pro quibusdam præceptis, quæ data sunt ad testificādū aliqua opa, quæ Deus fecit: sic. n. est de obseruatione Sabbathi, quia datum fuit istud præceptū ad significandum, ꝙ Deus creauerat cęlum, & terrā in sex diebus, & in septimo die requieuit ab omni opere, & ob hoc benedixit illi diei. s. iubens illum esse solennem, vt patet Gen. 1. & Exod. 20. & 31. sic etiam sunt alia præcepta inter cęremonialia, quæ dantur ad significandum aliquas perfectiones Dei, vel aliqua bona, quæ à Deo recipimus: sicut patet de datione decimarū Mala. 3. & de fructu arborum anni quarti dando Deo, vt patet Leui. 19. Aliter potest accipi testimonium pro præcepto, in quo Deus testificatur se daturum aliqua bona, si obseruetur, vel comminatur aliqua mala, si nō obseruatur. Sic. n. est de honore patris, in quo ꝓmittitur vitæ longæuitas, & in accipiendo nomen Dñi in vanum, in quo dicitur non esse impunitum, qui sic acceperit: Exod. 20. & Deut. 5. Sic etiam de præcepto miserendi ꝓximis, in quo multa bona promittunt: Isa. 58. & in præcepto dandi decimas, in quo ꝓmittitur terræ vbertas: Mala. 3. & sic de alijs. sic etiam iuristæ distinguūt diuersa nomina constitutionū dicentes quasdam esse sanctiones, & alias decreta, &

Quæ vocantur testimonia, & cęrimonię in lege.

Triplex genus cōstitutionum apud iuristas.

A alias interdicta, & sic de multis, eo ꝙ quædā simpliciter præcipiunt: aliæ aūt præcipiunt, & irritant cōtra factū: aliæ verò faciunt hæc, & insuper pœnam adiungunt non facienti, vel ꝯfacienti, & istis duob⁹ modis possunt hic accipi testimonia. *Et cæremonias.* Istæ sunt cęremoniæ pertinentes ad ritum colendi Deū. Et istarū quędā erāt in cultu immediato Dei, scilicet, circa sacrificia, & oblationes, & obseruationes festiuitatum. Aliæ autem sunt pertinētes ad cultum Dei magis remotę, & sunt in communicatione populi. s. in modo vestiū, & in abstinētia à diuersis cibis, & in varijs purificationibus ab immunditijs. Primæ istarum erant quasi omnino sacerdotales. Secundæ autem pertinebant tam ad populum, B ꝙ ad sacerdotes, & de oībus hr̄ per totū Leuiticū, & Deutero. Et pauca sunt in libro Exodi, & numerorū: de præceptis aūt iudicialibus dicendū, ꝙ illa intelligūtur per ꝓcepta gn̄aliter, in quibus includūtur moralia, & iudicialia. *In omni corde, & in tota anima.* Idē sunt agere ex toto corde, & ex tota aīa, sed ponuntur ista ad exaggerādum. s. vt significet maximus affectus, & efficacia circa cultū Dei. Sic enim dicitur Deu. 6. & Matth. 22. s. diliges Dn̄m Deum tuū ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua, & Christus etiam dixit: ex tota mēte tua. Vel potest accipi per cor ipsa voluntas, & ꝑ animam ipse intellectus: quia istę duæ potētię sunt, per quas fiūt omnia opera humana, vt patet 6. Ethi C corum in principio, & per istas duas solū possumus colere Deum. Et tunc colemus eum ex tota aīa, & toto corde, siue toto intellectu, & voluntate quando quidquid intellexerimus esse bonum eligemus agere, & quid intellexerimus esse malum elegimus fugere, & in hoc est maxima perfectio, & ob hoc dicunt Doctores nostri, ꝙ nō completur istud præceptum in via, sed in patria. De hoc tn̄ alia erit speculatio Matth. 22. *Et suscitarent verba fęderis huius.* i. etiā ꝓmisit rex, ꝙ populus suscitaret verba huius fęderis. i. verba, quæ continebantur in libro illo, qui vocatur liber fęderis ex causa assignata. Est autem suscitare aliquid eleuare iacēs, vel omissum ad vsum reducere, sic autem erat de verbis legis huius, quia à D principio obseruata fuerant, postea autem tempore regum idolatrarum omnino recesserant ab istis præceptis: nūc autem si faceret ea Iosias obseruari diceretur suscitare ipsa. *Quę scripta erant in libro illo.* s. omnia præcepta scripta erant in libro legis, qui inuentus est in domo Domini. *Acquieuit autem populus pacto.* Scilicet, rex nomine totius populi protulit verba pacti obligando se, & populum Deo, & tunc populus acquieuit pacto approbādo illud: quia fortè omnes vna voce dixerunt oīa, quæ rex dixit: faciemus. Sic enim fuit quando Deus voluit dare legem populo in monte Sinai: nam Moyses dixit populo, si volebant seruare præcepta Domini: & dicitur: respondit vniuersus populus simul cuncta, E quæ locutus est Dominus, faciemus: Exod. 19. iterū etiam in confirmatione eiusdem legis, cum Moyses recitaret denuo verba legis, etiam quæreret an populus consentiret, dicitur: respōdit cunctus populus vna voce: omnia verba Domini, quæ locutus est, faciemus: Exod. 24.

Quare Iosias fecit vocare omnes seniores Iuda, & quare potius seniores, quàm alios. *Quest. II.*

QVAERETVR, ad quid Iosias fecit nūc vocari oēs seniores de regno Iuda. Respondendum vno modo, ꝙ fecit vocari eos ad habendū cōsilium cum eis, quia nunc inuentus fuerat liber in

domo Domini, & respõsum fuerat sibi per prophetissam de statu populi, quomodo Deus iratus erat populo, & ꝙ ĩducturus erat mala super ipsum: ideo voluit habere consiliũ cum omnibus de regno suo, quid super hoc fieri deberet, & ad hoc congregauit omnes seniores regni: quia isti sunt, ad quos magis pertinet consulere in dubijs, quia sunt prudentiores iuuenibus propter longam experientiam: nam dicit Arist. 6. Ethicorum iuuenes posse esse mathematicos, sed non sapientes, nec prudentes, & hoc quia ista requirunt experientiam magni temporis, quæ in iuuenibus non est, & subdit, ꝙ dictis quorũdam seniorum in agibilibus ẽt sine probatione credendum est, sicut conclusionibus demonstratis.

Aliter potest dici; ꝙ vocati fuerunt isti seniores ad faciendũ fœdus. Nam rex determinauerat apud se, ꝙ faceret obseruari legem Dei, & ad hoc, ꝙ poneret pactum cum toto populo de obseruando illam: voluit igitur vocare populum ad assentiendũ pacto, & quia non poterãt omnes de regno tã viri, quàm fœminę magni, & paruuli congregari, fecit vt venirent aliqui nomine omnium. Et quia non erant aliquę personę maioris auctoritatis in populo, quàm seniores, fecit de singulis vrbibus, & locis venire seniores, & illi conuenienter repręsentabãt personam totius populi. Vocantur autem seniores non illi, qui simpliciter erant maiores ętate omnibus alijs: quia interdum propter ętatis magnitudinem homines desipiunt: sed dicuntur seniores viri in ętate matura, qui prudentia, & auctoritate graues sunt, & à toto populo venerabiles: sic. n. vocantur homines ꝓpriè senes: sic patet Sap. 4. s. cani sunt sensus hominum, & ętas senectutis vita imaculata: senectus. n. venerabilis non diuturna nec numero annorum computata. Credendum ẽt, ꝙ nunc vocauit rex omnes principes totius regni, & existẽtes in aliquibus dignitatibus, & cum eis seniores, & iudices, quia isti perfectè repręsentant vniuersitates populorum: sic n. fuit quando Iosuę voluit facere fœdus inter populum, & Deum: nam tunc vocauit oẽs principes, & iudices, & magistros terræ Israel, vt patet Iosue 24. s. cõgregauit Iosue oẽs tribus Israel in Sichẽ, & vocauit maiores natu i. seniores, ac principes, & iudices, & magr̃os, steterũtq; ĩ ꝯspectu Dñi.

Quare Iosias voluit facere fœdus istud cum populo. Quæstio III.

QVAERETVR vlterius, ad quid volebat Iosias nunc facere fœdus istud. i. quid mouebat eũ. Dici potest vno modo, ꝙ fecit hoc ad obuiandũ iræ Dei. Nam nunc Deus erat iratus contra populum, quia prædecessores eorum non obseruauerãt legem, ideo putabat Iosias, ꝙ obseruando illã diligẽter posset auerti ira Dei, & placaretur. Sed obijcietur, quia Deus prænũciauit certissimè euentura mala, quæ scripta erãt in lege super populum, & ꝙ succenderetur indignatio sua, & non extingueretur: præcedenti c. ideo non curaret conari ad auertendum iram Dei. Respondendum, ꝙ non obstantibus verbis Holdæ prophetissę, poterat Iosias credere, ꝙ Deus posset auerti à furore suo, si placaret obsequijs. Et hoc qa quanquã Deus prædiceret aliquid euenturum, nesciebatur an diceret secundum merita eorum, ad quos loquebatur, vel secundum firmam scientiã suam: nam si primo modo erat variabile, si secundo modo, non variaretur. Ideo q̃q̃ Deus prænunciaret mala contra aliquã gentẽ, non ꝑꝑ hoc credebatur firmiter illa esse euẽtura, sed putabant posse auerti per pęnitentiã. Sic fuit de Niniuitis, Iona prædicante, ꝙ post quadraginta dies Niniue subuerteretur: audientes autem Niniuitę dixerunt: quis scit si conuertatur, & ignoscat Deus, & reuertatur à furore irę suę, & non peribimus? Ionę 3. Et ob hoc fecerunt pęnitentiã, & non venerũt mala super eos. Sic etiam fuit in multis alijs gentibus: immo, & ipsi prophetæ, qui prænunciabant mala contra eos consulebãt eis, ꝙ pęniterẽt, si fortè auerteretur Deus: sic. n. patet de Ioele, qui prænunciauit terram duarum tribuũ brucho, eruca, locusta, & ęrugine vastandam: & tñ postea per modum cõsilij dixit: Quis scit si cõuertatur, & ignoscat Deus, & relinquat post se benedictionẽ? Et tunc dixit: ꝙ omnes ieiunarent, & flerent, & sic Dominus auersus est ab ira sua: Ioelis 2. Et dato, ꝙ diceretur alicui prophetæ, ꝙ certissimè euenturũ erat malũ cõtra aliquam gentem, adhuc interdum nesciebat ille propheta, an sic futurũ esset, & orabat, vt nõ eueniret. Sic fuit de Samuele, qui ꝓnunciauit ꝯ Saulẽ, dicẽs: Scidit Dñs regnũ Israel à te hodie, & tradidit illud proximo tuo, & postea subdidit, ꝙ istud erat immutabile, cum ait: porrò triumphator in Israel non parcet, & pęnitudine non flectetur: nec. n. homo est, vt agat pœnitentiam, supra 1. lib. c. 15. & tamen per omnia hæc ipsemet Samuel, qui ista prænunciabat non putabat sic certissimè euenturum, vnde postquam hæc denũciauit, adhuc orabat quotidie pro Saule, & lugebat: ne Deus eum priuaret regno, vt patet eo. c. s. verũtamen lugebat Samuel Saulem quoniam pęnitebat Dominum, ꝙ constituisset eum regẽ, & cõtinuauit istũ fletũ, vsquequo Deus iussit Samueli, ne fleret pro Saule, quia omnino abiectus erat, eo. lib. c. 16. Nunc tamen non erat dictũ per tantam certitudinẽ, ꝙ euẽtura essent ista mala sup̃ populũ: ideo poterat credere Iosias Deũ posse auerti per pœnitentiam populi. Secundò potest dici, ꝙ dato, ꝙ crederet Iosias Deũ nõ posse auerti à furore suo, sed ꝙ euenirent omnia mala prænũciata, tamen volebat inire fœdus, vt lex seruaretur, ne maiora euenirent mala: nam si propter peccata prædecessorum Deus parabat nũc populo punitionem magnã, quanto magnis, si nũc populus audiẽs maledictionem legis non curaret obseruare illam: quia tunc grauius deberet puniri, quàm aliàs puniẽdus erat. Tertiò põt dici, ꝙ hoc fecit Iosias ꝓpter se: nam dato, ꝙ crederet verbum Dei contra populũ non posse mutari: tamen de ipso Deus dixerat, ꝙ sepeliretur in pace, & non viderent oculi sui mala, quæ inducturus erat super locũ illum: quia fleuerat, & sciderat vestimenta sua auditis verbis: præcedenti lib. Si ergo nunc contemneret nõ curans obseruare legem, quæ continebatur in eo, vel si nõ induceret populum, & compelleret ad obseruãdum cum pertineret ad officium suum, timeret, ꝙ Deus induceret omnia mala temporibus suis, quæ inducturus erat contra Ierusalem, eo ꝙ iam non manebat in innocentia priori, in qua erat quando Deus ei promisit bona: nam sicut mutatur prophetia cõtinens pœnam, si ille, contra quem dicitur, recedat à peccato suo, ita mutatur prophetia enuncians bona alicui, si ille recedat à puritate vitę, quam prius tenebat: nam tunc Deus dicitur agere pęnitentiam de bono, quod facere promisit: Ieremię 18. Quartò potest dici, ꝙ istud fecit Iosias, etiam si nihil crederet mutandum de his, quę prænunciata erãt contra populum, & de se: nam Iosias erat vir deicola, & sciebat, quòd Deus offendebatur nimis non custodiendo legem eius: ideo etiam si nihil sibi proficeret, conaretur facere illam obseruari.

Quid

Quid profuerit Iosias cum populo facere tale fœdus. Quæstio IIII.

QVAERETVR vlterius, quid proficiebat, ꝙ Iosias faceret fœdus cum populo de obseruanda lege Dei: nam etiam sine isto fędere erat populus obligatus legē custodire, ideo inutile erat fœdus facere. Respondendum, quòd fecit Iosias fœdus, quia putabat esse nimis vtile. Primò, quia licet haberent obligationem ad seruandum legem, tamen maior obligatio adhuc causari poterat, & ista erat per fœdus initum, & dum magis obligarentur ad seruandam legem, magis desiderarent illam seruare, & magis peccarent si eam nō seruarent, ideo propter istud desiderium seruandi magis vtile erat facere fœdus. Secundò dicendum, quòd vtile erat fœdus, quia Israelitæ cum essent rudes modicum attendebant ad obligationem, quæ inducta erat super eos à prædecessoribus suis obligātibus se, & posteros ad istam legem: etiam non attendebāt ad obligationem inductam ex volūtate Dei, scilicet, quia Deus voluit obligatos esse Israelitas ad istam legem, & nullam aliā gētem voluit obligare. Et istud erat, quia istę obligationes inductæ fuerant sine consensu eorum, & ipsi non videbant quomodo aliquis plenè obligaretur non consentiens: & sic putabant obligationem illam de obseruanda lege, quæ causaretur per voluntatem ipsorum esse maximam, & ista esset faciendo fœdus, quia in fœdere non solum fiebat promissio de obseruando aliquid, sed etiam fiebant quædā cæremoniæ ad confirmandum promissionem, & non poterat firmior obligatio esse ad aliquam rem, quā cum illa teneretur fœdere. Et ob hoc conueniens erat nimis fieri fœdus de obseruanda lege. Tertiò dicendum, ꝙ vtile erat, quia quandocunque Israelitæ faciebant fœdus cum Domino de aliqua re seruanda, & postea transgrederentur, Deus puniebat eos grauissimè, & non puniebat præcipuè, quia agebant contra legem, quanquam esset transgressio legis, sed quia agebant contra fœdus. Sic patet de fœdere, qđ factum est tempore Sedechię, & violatum fuit: nam Deus dixit, quòd mitteret mala super omnes illos, q fecerant fędus, & violauerant: Ierem. 34. & tñ transgressio illa erat contra legem, scilicet, de non reducendo in seruitutem fratres suos Iudæos post septimum annum, & sic peccarent faciendo illud, etiam si non esset fœdus interpositum: & tamen solum dixit Deus, ꝙ puniret illos, quia transgrediebantur fędus, non dicens de lege. Vtile ergo erat legem fœdere confirmari. Et ex hoc insurgebant duo: primum erat, quòd quanquam Deus dando legem Israelitis obligaret eos ad custodiam eius, tamen volebat insuper, quòd facerent fœdus cum eo de obseruanda lege. Sic enim fuit, quādo data est lex in monte Sinai, & suscepta est, Exod. 20. voluit Deus, ꝙ adhuc fieret fędus de obseruatione illius, & Moyses fecit fœdus loco Dei cum toto populo, & aspersit sanguinem super totum populum ad confirmationem fœderis, Exod. 24 Sic etiam fuit de lege Deutero. quæ fuit secunda lex: nam Deus iussit, quòd illa confirmaretur fœdere cum data est in campestribus Moab: Deuteronom. 28. scilicet: hæc sunt verba fœderis, quod pcepit Dominus Moysi, vt feriret cum filijs Israel in terra Moab præter illud fœdus, quod cum eis pepigit in Oreb. Secundū erat, quòd quando erant aliqui principes deuoti, & videbant populum recedentem aliqualiter à lege ad hoc, ꝙ vellet obseruare illā faciebant, ꝙ populus faceret fœdus de obseruando eam in toto, vel quātum ad aliquem articulum specialē, in quo populus magis delinquebat. Patet hoc

A de Iosue, cuius tempore aliqualiter declinauerat populus ad idolatriam, saltem occultè, & errauerunt contra quædam præcepta legis, vt patet Iudi. 2. & ob hoc induxit populum, vt facerent fœdus de obseruando legem Domini, & fecerunt, vt patet Iosue vltimo, sic etiam fuit de Asa rege Iuda, qui fuit rex bonus: nam ipse primo purgauit terram idolis, & deinde fecit fędus de obseruanda lege cum toto populo Iuda, & cum multis aduenis de terra Israel, vt patet 2. Paralipom. 15. scilicet: & intrauit ex more ad corroborandum fędus, vt quærerent Dominū Deū patrum suorum in toto corde, & in tota anima sua: si quis autem nō quæsierit Dominum Deum Israel

B moriatur à minimo vsque ad maximum à viro vsque ad mulierem: sic etiā rex Sedechias fecit fœdus cum toto populo super quodam articulo legis obseruando. Nam præceptū erat, ꝙ nullus teneret seruum Hebræorum vltra septimum annum remissionis, & tunc dimitteretur liber: Exod. 21. & Deute. 15. Tempore autem Sedechiæ Hebręi opprimebāt seruos cogentes eos manere in seruitute in æternum, & super hoc Sedechias cum toto populo fecerūt fędus, ꝙ quilibet dimitteret seruum suum Hebræum liberum, & ꝙ nunquam reuocaret eum in seruitutem, & ꝙ si postea haberent aliquos Hebræos in seruos dimitterent eos liberos anno septimo: Iere. 34. postea tamen istud fœdus violauerunt, & Deus cōminatur pœnam, vt patet ibidem.

C Sic autem fecit nunc Iosias, quia lex Dei à multo tēpore omissa fuerat, & fecit, ꝙ populus obligaret se fœdere ad obseruandum illam: habuit autem Iosias maiorem causā faciēdi istud fœdus, quàm alij reges propter duo: primò, quia nunquam tam omissa fuerat lex Dei, sicut à prædecessoribus suis, s. Manasse, & Amon: ideo ad hoc, ꝙ reciperet aliquam firmitatem obligationis in cordibus Iudæorum, necessarium videbatur fieri fędus. Secūdum erat, quia non solum lex nunc omissa fuerat, sed etiam obliuioni tradita. Nullus enim sciebat, quæ esset lex Dei, vel quid contineretur in illa, eo ꝙ nullus liber legis tunc erat quousque inuentus est liber iste anno. 18. regni Iosiæ, & etiam nullus

D erat sapiens in populo, qui sciret dicere omnia, quæ continebantur in libro, vt declaratum est præc. cap. ideo fuit nunc nimis necessarium fędus.

Quare venit totus populus ad templum cum rege ad faciendum fœdus. Quæstio V.

QVAERETVR vlterius, quare venit totus populus cum rege ad templum ad faciendum fœdus. Respondendum, ꝙ propter multa: primò, quia istud fœdus fiebat in fauorem Dei, quia per hoc populus se obligabat ad seruandum legem Dei, & acquirebatur ius Deo contra istos se obligātes. Ad hoc tamen, ꝙ alicui quæratur ius ex obligatione alterius, oportet, ꝙ ipse sit præsens, & acceptet, vel alius loco

E eius, per quem possit ei acquiri, & quia Deus videbatur esse specialiori modo in templo, quàm in alijs locis conuenientius fieret fœdus in templo, quàm alibi: & sic dicitur in litera, ꝙ stetit rex super gradum, & percussit fędus coram Domino. Secundum erat, & principale, quia in fœdere fieri debebat aliqua cęremonia effusionis sanguinis, & quando duo fœdus faciunt, super vtrunque sanguis funditur, vt vterq; obligatus videatur: & quia non erat aliquid, super quod aspergeretur sanguis fœderis, nisi in tēplo, debuit in templo fieri. Sic enim factum est in fœdere, quod Moyses fecit cum populo de obseruando legem in monte Sinai: nam occidit vitulos, & sanguinem

nem

nem eorum fudit in crateras,& deinde partem illius F
aspersit super populum,& partem super altare,& su per librum legis, vt patet Exod.24.& ad Hebræos 9. & hoc erat, quia populus erat tanquam vnus fœderans,& Deus erat alius,ideo sparsus est sanguis super populum: & quia non poterat super Deum spargi, cum esset incorporeus, sparsus est super aliquid repræsentans illum,s.super altare suum, & super librũ legis suæ. Ita ergo nunc, quia nõ erat extra templũ aliquid, quod posset Deum repræsentare debuit fieri in templo fœdus, vt ibi esset aliquid, quod repræsentaret eum, & in eo fierẽt istæ cæremoniæ. Tertium erat ad hoc, quòd populus magis timeret, & vellet obseruare legẽ: nam propter locum sacrum,in quo fiebat fœdus crederent, ꝙ si non obseruarent fœdus peccarent magis,quàm si alibi facerẽt, & Deus G
infligeret eis maiorem pœnam,& sic proficiebat nimis fieri in templo. Sic etiam quando aliqui iurare debebant in veteri testamẽto super aliqua causa, vt magis formidarent,& dicerent veritatem ducebantur in templum,& iurabant coram altari; & tunc si quis falsum iuraret, maior pœna veniebat super eum,quàm si alibi iuraret, vt patet præceden.libro, cap.8. & 2. Paralipom 6. Sic etiam obseruat hodie Ecclesia, ꝙ quando aliquibus indicitur purgatio super crimine obiecto; de quo sunt infamati, & debet stari iuramento eorum compelluntur iurare super reliquias sanctorum,vel super sepulchra eorum,aut super altaria. Sic enim patet in Decretis,2.quæst.4. de H
quibusdam, qui compulsi sunt iurare super corpus Beati Petri in cap.habet hoc proprium:& in cap.mennam. Quidam etiã alius coactus est iurare super sepulchrum Beati Apollinaris,vt patet ibidem in cap. qua de causa. Quartum erat propter honestatem. & conueniẽtiam actus, quia iste actus pertinebat ad Deum ideo honestius, & conuenientius fieret in tẽplo Domini,quàm in alio loco:& ob hoc quãdo aliqui principes faciebant similia fœdera de seruanda lege cum populo faciebant illa in templo Domini: sic patet Iosue, qui fecit fœdus coram Domino, & dicitur, quòd scripsit omnia verba fœderis in volumine legis. & tulit lapidem grandem, posuitque eũ sub quercu quæ erat in sanctuario Domini, & dixit I
ad omnem populum: en lapis iste erit vobis in testimonium, ꝙ audieritis verbum Domini: sic etiam Asa quando fecit fœdus cum populo de seruando legem, illud fecit in templo, vt patet 2. Paralipo.15. scilicet,& intrauit ex more ad corroborandum fœdus,scilicet:intrauit in templum:nam ibidem in litera ante hoc fit mentio de altari,& templo Sic etiam fuit de Sedechia, quando iniuit fœdus cũ Domino: nam in templo fecit illud,vt patet Iere.34.scilicet,& iniuistis pactum in conspectu meo in domo, in qua inuocatum est nomen meum super eam. Ita igitur nunc Iosias voluit fœdus facere in templo. K

Quare congregati sunt omnes tam magni, quàm parui. Quæstio VI.

QVAERETVR vlterius, quare omnis populus à paruo vsque ad magnum congregati sunt ad faciendum fœdus.

Respondendum, ꝙ in fœdere causabatur obligatio ad obseruandã legem, & tamen omnes, qui erãt præsentes debebant vocari ad hoc, ꝙ se obligarent, aliàs, qui non vocarentur, non videbantur obligari per pactum, quod alij facerẽt, quanquam possent obligare successores suos,qui non poterant esse præsentes huic obligationi. Et quia istud fœdus erat de obseruanda lege, cuius obseruatio pertinebat tã ad viros,q̃ ad fœminas, tã ad magnos,q̃ ad paruulos: dũ tñ essent capaces rationis,debebãt vocari ad istud fœdus à magno vsq; ad paruũ.Secunda causa fuit,quia ꝯsuetudo erat, ꝙ quando fierent talia fœdera vocarẽtur omnes tam magni,quàm paruuli: ideo voluit nũc Iosias obseruare illam: patet autem,ꝙ esset ista consuetudo:nam quando Moyses fecit fœdus cum populo de seruando legem, Deutero. omnes vocauit, vt patet Deuteronom.29.scilicet:Custodite verba huius pacti, & implete ea. Vos statis hodie cuncti coram Domino Deo vestro principes vestri, ac tribus,& maiores natu, atque doctores, omnis populus Israel liberi, & vxores vestræ, & aduenæ, qui tecum morantur in castris.Sic etiam patet de fœdere, quod fecit Iosue: nam totus Israel congregatus est, vt patet Iosue vltimo. Sic etiam fecit Asa, quando iniuit fœdus:nam vocauit omnes tam viros, quàm fœminas, & omnes promiserunt seruare legem, vt patet 2.Paralipo.15.scilicet:si quis non quæsierit Dominum Deum Israel moriatur à minimo vsque ad maximum à viro vsque ad mulierem. Et sic congregauit nunc omnes Iosias. Tertia causa fuit,quia nũc legendus erat liber legis: & tamen quãdo legebatur ille liber, Deus iubebat, quòd essent præsẽtes omnes tam viri, quàm fœminæ: Deuterono.31.scilicet, post septem annos remissionis conuenientibus cunctis filijs Israel in loco, quẽ elegerit Deus tuus,leges verba legis huius coram omni Israel audientibus eis, & in vnũ omni populo congregato,tam viris,q̃ mulieribus paruulis,& aduenis,qui sunt intra portas tuas.

Quare Iosias fecit coram toto populo legi librum legis. Quæstio VII.

QVAERETVR vlterius,quare fecit Iosias nũc legi librum legis coram toto populo.

Respondẽdum, ꝙ hoc fuit propter duo: primum fuit, vt omnis populus audiret legem Dei,& adisceret eam: nam Deus iubebat, ꝙ de septem in septem annis anno remissionis cõgregaretur totus Israel ad audiendum librum legis, Deuteronom.31. Nunc tamen erant iam multi anni, quibus nunquam fuerat lectus liber legis,immo nesciebat populus qualis esset lex Dei,quia non habebant aliquem librum, per quem scire possent quousque inuentus est iste liber in templo, vt declaratum est, præcedenti cap. nunc ergo quanquam non esset annus septimus remissionis,fecit cõgregari populum,& legi librum legis coram omnibus, quia iam multum tempus erat,quod non fuerat lectus. Secũdum fuit, quia nunc volebat Iosias, quòd totus populus faceret fœdus cum Domino de obseruando legem:ideo ne ignoranter fœdus facerẽt nescientes ad quid se obligabant,debuit eis legi prius tota lex, vt scirent quid esset, quod obligabantur facere.

An tantum seniores congregati sunt, vel omnes tam magni, quàm parui. Quæstio VIII.

QVAERETVR vlterius, cum dicatur hic, ꝙ omnis populus à paruo vsque ad magnũ ascendit ad templum Domini ad faciendum fœdus, quomodo dicitur, ꝙ vocauit Iosias omnes senes Iuda, in quo innuitur, ꝙ soli seniores conuenerunt ad fœdus. Respondendum, ꝙ Iosias fecit congregari de omnibus vrbibus regni Iuda seniores,& non vocauit mulieres, nec paruulos: & tamen de vrbe Ierusalem,in qua fiebat fœdus istud conuenerunt ad fœdus omnes tam viri,quàm fœminæ,tam magni,q̃ paruuli.Et quando dicitur hic,ꝙ ascendit omnis populus

à paruo

à paruo vsque ad magnum, nõ intelligitur de populo totius regni Iuda, sed solum de populo Ierusalē. Ratio autem diuersitatis fuit: quia si de toto regno potuissent commodè congregari omnes viri, & fœminę, magni, & paruuli sine magnis laboribus, & expensis, debuissent cõgregari, vt firmius fieret fœdus: quia tamen ista fieri non poterant sine magna difficultate, venerunt soli seniores, qui repręsentarent personas omnium communitatum, & populorum regni Iuda. Et quia cum in Ierusalem fieret istud fœdus possent conuenienter congregari de toto populo viri, & fœminæ magni, & paruuli sine aliqua difficultate, conuenerunt omnes. Istud etiam obseruatum est in cõgregatione populi facta sub Moyse ad faciendum fœdus: nam licet conuenissent illùc masculi, & fœminæ, magni, & paruuli de toto populo, non venerunt illi, qui consueuerãt portare aquam in castra, & ligna, quia isti non poterant commodè conuenire, scilicet, quia interim non esset, qui prouideret populo de istis necessarijs: sic dicitur Deuteronom. 29. vos statis hodie cuncti coram Domino Deo vestro principes vestri, ac tribus, & maiores natu, atq; doctores omnis populus Israel, liberi, & vxores vestræ, & aduenę, qui tecum morantur in castris exceptis lignorum cæsoribus, & his, qui portant aquas, vt transeas in fœdere Domini Dei tui.

Quæ cęremonię fuerunt seruatę in isto fędere. Quæstio IX.

QVAERETVR vlterius, quæ cæremonię seruatæ fuerunt in isto fœdere.

Respondendum, quòd in quocunque fœdere, quod fiebat inter Deum, & homines, interueniebant illa, quæ interueniebãt in fœderibus humanis. Inter homines autem cum fiebat fœdus, primò ponebatur promissio de faciendo aliquid, vel non faciendo: deinde iurabatur super illa re: postea verò ad maiorem cõfirmationem occidebatur aliquod animal, & fundebatur sanguis eius super vtrunque paciscentē, vel diuidebatur animal in duas partes, & ambo paciscētes transibãt inter diuisiones illius animalis ad significandum, quòd quicunque illorum violaret illud fœdus diuideretur sicut animal, & effunderetur sanguis eius. De hoc Paulus Orosius lib. 5. de Ormesta mũdi. Istę autem cæremoniæ obseruabãtur in quocunque fœdere, quod faciebat populus cum Domino: nam primum erat ipsa promissio, quia promittebat populus seruare legem totam, vel aliquem articulum eius, super quem fiebat fœdus: sic enim patet Deuteronom. 29. & Iosue vltimo, & 2. Paralipo. 15. In istis tribus fœderibus promisit Deo populus seruare totam legem. In fœdere autem facto sub Sedechia promisit populus seruare præceptum de nõ tenendo seruos Hebræos in seruitute vltra septimum annum remissionis: Iere. 34. Secundum erat iuramētum, quod intercedebat in fœdere: sic enim patet in fœdere facto sub Moyse, Deuteronom. 29. scilicet: vt transeas in fœdere Domini Dei tui, & in iureiurãdo, quod Dominus Deus tuus hodie percutit tecũ. Sic etiam fuit in fœdere, quod fecit Asa cum populo de seruanda lege: nam dicitur: iurauerunt que Domino voce magna in iubilo. Et iterũ dicitur: In omni enim corde suo iurauerunt. Sic etiã fiebat in omnibus alijs pactis, quãquam in aliquibus eorum subticeantur aliquæ cæremoniæ, quia multa fiunt, quæ subticentur in scriptura. Tertiũ erat occisio animalis, & ista fiebat dupliciter: nam aliquando occidebatur animal, & transibat populus inter diuisiones, vel Deus: aliquãdo autem occidebatur animal, & aspergebatur solum sanguis animalis super Deum, & po-

…o fie- …t fœdus.

A pulum nemine transeunte inter diuisiones. De primo patet Gen. 15: nam ibi dicitur, quòd pepigit Deus fœdus cum Abraham, & ad hoc diuisit Abrahã vacam in duas partes, & capram in duas partes, & arietem similiter, & posuit eas altrinsecus, & postea trãsiuit quædam flamma deambulans inter diuisiones, & illa erat loco Dei: nam cum Deus esset incorporeus, & non posset transire, dedit flammam, quæ trãsiret loco sui: sic etiam fuit in fędere facto sub Sedechia: nam diuisus fuit quidam vitulus in duas partes, & totus populus transiuit inter diuisiones vituli, Ierem. 34. De secundo patet: quia quando factum est fœdus inter Deum, & populum in datione legis sub Moyse, occisi fuerũt vituli & sanguis fusus est in cra-
B teras, & aspersus est partim super populũ, & partim super altare, & super librum legis loco Dei, vt patet Exod 24. & ad Hebræ. 9. Fiebant etiam quædam alię cæremoniæ ad solennitatē, scilicet, quia totus populus clamabat magna voce, & clãgebat buccinis, vt significaretur assensus cum lætitia: sic patet de fœdere facto sub Asa, 2. Paralipo. 15. s. iurauerunt que Domino voce magna in iubilo, & in clangore tubæ, & in sonitu buccinarũ omnes, qui erant in Iuda cum execratione: in omni enim corde suo iurauerũt, & in tota voluntate sua quęsierunt eum, & inuenerũt. Nunc autem in fœdere facto sub Iosia fuit primum, scilicet, promissio, quia promisit rex, quòd populus ambularet post Dominum, & custodiret præcepta
C eius, & testimonia, & cæremonias, & suscitarent verba fœderis. De iuramēto autem, & de occisione animalium non apparet certissimè: tamen dicendũ est, quòd fuerint facta: quia istę erant cæremoniæ fœderis necessariæ, sine quibus non erat fœdus & tamen hic dicitur, ꝙ erat fœdus: ideo omnia ista interuenerunt. Item patet, quia si ista non interuenissent, esset nuda promissio, & tamen fœdus, & promissio nuda differunt: sed hic dicitur, ꝙ fuit fœdus, ergo interuenerunt omnia hęc: scriptura tamen nõ curauit enarrare illa per singula propter duo: primò, quia istæ cęremoniæ sæpè ponũtur in alijs locis allegatis in quęstione ista: scriptura autem non curat repetere, quæ dicta sunt: secundò, quia nomine fœderis veniunt
D omnes istæ cæremoniæ enarratę: ideo dicendo, ꝙ factũ est fędus nõ oportet, ꝙ enarrentur istę cęremonię.

Et præcepit rex. Hic ponitur secundum huius cap. s. de idolatriæ destructione, & dicitur. *Et pręcepit rex Helciæ pontifici.* Iste erat, qui inuenit librum præcedēti cap. *Et sacerdotibus secundi ordinis.* Idest, sacerdotibus minoribus. *Et ianitoribus.* Isti erant leuitæ, qui constituti erant, vt custodirent portas sanctuarij, scilicet, portas atriorum: nam templum ipsum propriè dictum non habebat nisi vnam portam in parte orientali, & illam non custodiebat aliquis leuita, quia per illam nullus intrabat, nisi vnicus sacerdos quotidie ad cremandum thymiama, & disponendũ lucernas in candelabro, sicut fiebat in tabernaculo Moysi:
E Exod. 30. & intrabat bis in die, scilicet, in aurora, & vespere, eod. cap. sic etiam patet de templo Salomonis: nam Zacharias pater beati Ioannis Baptistæ erat sacerdos, & sorte introiuit offerre incensum in templum, & introiuit solus, vt colligitur Lucæ 1. cum dicitur, ꝙ sorte exijt, vt ipse poneret incensum: etiam dicitur, ꝙ tota multitudo erat expectans Zachariã extra templum. Etiam dicitur, ꝙ Gabriel apparuit ei, & locutus est, & tamen si alij fuissent cum eo non apparuisset ei Angelus Domini: erãt igitur leuitæ solum custodientes portas atriorum per circuitum ad quatuor ventos cœli, & ipsi habebant officium claudendi, & aperiēdi, & etiam manebant semper apud portas, dum essent apertæ prohibentes, ne quis introiret

Iussit Iosias omnia idola, & eorum vasa destrui.

troiret ad locum ei vetitum, scilicet, ꝙ fœminæ nō intrarent ad atrium virorum, nec viri ad atrium fęminarum, nec immundi ad atrium mūdorum. Isti autem ianitores erant diuisi per certa loca atriorum templi, & tempora ministrationis suæ. De his 2. Paralipom. 9. & 26. præcepit autem rex istis eijcere de domo Domini idolatriam, quia ad istos pertinebat ex officio, cum isti essent ministri templi Domini. *Vt projceret de templo Domini omnia vasa, quæ facta fuerant Baal.* Baal colebatur nimis à Manasse, & ab Amon: ideo posuerant in templo Domini statuam eius, & altare, & lucum pro ipso, & multa vasa ad ministrationem eius, & omnia ista iussit nunc Iosias excludi de templo. Et vocantur vasa generaliter statuæ, & altare, & omnia alia, quæ pertinebant ad ministrationem Baal. *Et in luco.* Fecerat Manasses lucum pro cultu idolorum in templo Domini, vt patet supra 21. & posuerat ibi multa vasa pertinētia ad cultum Baal, & postea quidem fecit Amon, & nunc ista fuerunt expulsa de templo. *Et vniuersæ militiæ cœli.* Vocantur militiæ cœli multitudo astrorū, & principaliter planetæ, & constellationes magnæ cum duodecim signis Zodiaci, & omnia ista coluerunt Manasses, & Amon, supra 21. & fecerunt eis altaria, & vasa ad colendum. Vocatur autem militia cœli, quia mouentur stellæ per cœlū in multitudine magna, sicut mouetur congregatio exercitus. *Et combussit ea foris Ierusalem in conualle Cedron.* Non combussit ea in vrbe ꝓ suam immmunditiam, sed extra vrbem in conualle Cedron. Ista erat quædam vallis apud torrentē Cedron per quam fluebat torrens. Est autem iste torrens circa Ierusalem apud hortos ciuitatis, & apud illum expectauit Dauid exercitum suum exeuntem de vrbe, quando fugiebat à facie Absalonis, sup. 2. libro, cap. 15. iste etiam est torrens, quem Christus trāsiuit, quando iuit ad hortum, in quo captus est, vt patet Ioan. 18. *Et tulit puluerem eorum in Bethel.* scilicet, cōbustis omnibus istis immundicijs idolorum, assumpsit puluerem eorum, & duxit in vrbem Bethel, quę est in sorte Beniamin: Iosue 18. vel forte erat alia Bethel, quæ pertinebat ad tribum Ephraim, de quo declaratum est præcedenti libro, cap. 12.

Diuersi ordines, seu gradus sacerdotum, & qui essent secundi ordinis. Quæstio X.

QVAERETVR, qui erant isti sacerdotes secundi ordinis de quibus hic dicitur.

Respondendum; quòd multipliciter accipi possunt: vno modo, quòd essent duo ordines, vel gradus sacerdotum. Nam erat vnus sacerdos, qui erat maior omnibus, & vocatur summus, & iste erat in primo ordine, quia omnibus præerat: omnes autem alij erant in secundo ordine, & isti vocabantur sacerdotes minores, & sic est sensus, ꝙ iussit Iosias hoc Helciæ sacerdoti magno, & sacerdotibus secundi ordinis, scilicet, sacerdotibus minoribus. Alio modo accipiuntur sacerdotes secundi ordinis, scilicet, ꝙ essent tres ordines sacerdorum, & in primo ordine erat solus sacerdos magnus: in secundo autē erāt vigintiquatuor sacerdotes, qui erāt principes vigintiquatuor sortium sacerdotalium. In tertio ordine erant omnes sacerdotes præter summū sacerdotē, & vigintiquatuor principes. Pro quo sciendum ꝙ Dauid ordinauit Deo inspirante officia sacerdotū, & leuitarum aliter, quàm Moyses ea ordinauerat, & ad hoc fecit duos summos sacerdotes de duabus lineis Aarō, scilicēt, Sadoc de domo Eleazari, & Abiathar de domo Ithamar, quanquam postea non mansit, nisi vnus illorum, quia Salomon priuauit Abiathar, & omnes successores suos sacerdotio, prædecēti libro, cap. 2. Diuisit autem Dauid totam multitudinem sacerdotum in vigigintiquatuor partes, & cuiuslibet partis erat vnus princeps, & ille vocabatur de secundo ordine: reliqui autem illius partis vocabantur de tertio ordine. Isti verò ministrabāt per vices, scilicet, quòd quælibet sors istarum ministraret vna hebdomada, scilicet, à sabbatho in sabbathum, & in die veneris cessabat sors illa ministrare, & veniebat illa sors, quæ incipiebat ministrare die sabbathi. De hoc supra 11. & 2. Paralipom. 23. & sic in medio anno finiebāt omnes istę vigintiquatuor sortes ministrationes suas, & redibant ad principium. Et tunc erit sensus, quòd Iosias iussit Helciæ, & principibus illarum sortium sacerdotalium, scilicet, vigintiquatuor sacerdotibus, quòd excluderent idola de templo. Tertio modo potest accipi, quòd istę vigintiquatuor sortes, vel vices sacerdotum ministrantiū vocarentur vigintiquatuor ordines: & sicut vocatē vna prima sors, secunda, tertia, & quarta, & vsq; ad vigesimamquartam, vt patet 1. Paralipo. 24. vbi ponitur ista diuisio, ita vocarentur vigintiquatuor ordines, & secunda sors vocaretur secūdus ordo sacerdotum: Iste autem secundus ordo erat, qui vocabatur Iedei: quia prima sors vel ordo erat Ioiarib, vt patet eod. cap. & quia fortè tempore, quo factum fuit istud fœdus ministrabat secunda sors, vel ordo sacerdotalis, dicitur, quòd iussit hoc rex Helciæ, & sacerdotibus secundi ordinis. Primus tamen modus melior est.

Vasa idolorum quare combusta sunt extra Ierusalem, & puluis positus in Bethel. Quæstio XI.

QVAERETVR vlterius, quare ista vasa idolorum combusta sunt extra Ierusalem. Respondendum, ꝙ omnia, quæ pertinebant ad idolū erant immunda; vt patet Deuteronom. 7. & sæpè vocantur immunditiæ idolorum quæcunque pertinentia ad idolatriam, supra 17. & 21. Deus autem iusserat talia omnia cremari: nam tam idola, quàm idolatrę cremari debebant. De idolis patet Deuteronom. 7. f. sculptilia eorum igne combures, non concupisces argētum, & aurum, de quibus facta sunt: sic enim fecit Dauid, quando pugnauit contra philisthæos, & cœpit Deos eorum in bello: nā fecit illos exuri, 1. Paralip. 14. De idolatris autem patet Deut. 13. vbi iubētur ciuitates idolatrarum cum ipsis idolatris, & omnibus, quæ in eis erant, comburi. Et quia omnia ista erant immundiciæ non debebant cremari in loco mundo, quia efficeretur locus immundus ꝓ illa, eo ꝙ relinqueretur ibi aliquid de cinere ipsorum: sic. n. erat de vitula rufa, quæ erat immunda cum polluerent tam gentes, & cremantes eam: Numeri 19. ideo Deus iubebat, ꝙ nō occideret in castris, sed extra occideret, & crematetur, vt patet ibidem: ita igitur de istis vasis idolatrię: quia si cremarent in Ierusalē efficerent vrbem immundam, ideo debuerunt cremari in loco immundo extra vrbem: & quia forte conuallis Cedron erat locus immūdus, vt pote si ibi effundebantur stercora, & alię res immundæ, & cum iam non posset locus ille esse magis immundus per contactum cuiuscunque rei immundæ conueniens erat ibi cremari ista idola.

Iosias quare tulit puluerem istorum idolorum in Bethel. Quæstio XII.

QVAERETVR vlterius, quare Iosias tulit puluerem istorū idolorum combustorū in Bethel.

Dicen-

Dicendum, ꝙ Bethel fuit locus maximę idolatrię, ideo voluit Iosias puluere illum. Pro quo sciẽdum, ꝙ Ieroboam primus rex Israel post diuisionẽ regni traxit totum populum ad idolatriam, & ad hoc fecit duos vitulos aureos, quorũ vnus erat in Bethel, & alius in Dan, præcedenti libro, cap. 12. & ad ista loca veniebat populus Israel, vt coleret vitulos: erat tñ in Bethel templum pręcipuum. Nam ibi facta est solennitas prima, & magna in dedicatione vitulorũ, & tunc rex per seipsum obtulit sacrificia, & incensum super altare Bethel: pręcedenti libro, cap. 12. & 13. & postea tempore omnium regum Israel fuit præcipuus locus sanctificationis in Bethel, vt patet Amos 7. cum dixit Amasias sacerdos Bethel ad Amos prophetam: qui vides gradere, fuge in terrã Iuda, & comede ibi panem, & ibi prophetabis, & in Bethel nõ adijcies vltra, vt ꝓpheteś, quia sanctificatio regis est, & domus regni est. Et quia Iosias habebat nimis exosam idolatriam voluit vilificare valde locum illum, & contaminare: ideo tulit illuc puluerem istorum idolorum, vt spargeret illum super altaria Bethel, & super sepulchra sacerdotum, & aliorum idolatrarũ ad contaminandum ea: sic enim patet infra: nam ꝓsecutus fuit valde Iosias locum Bethel aperiendo sepulchra mortuorum, & cremando ossa illorum sup altare, quod non fecit in aliquo alio loco terræ Iuda, vel Israel, vt colligitur ex litera. De ista autem vrbe Bethel non est dubitandũ, quin fuerit illa, in qua fecit Ieroboam altare, & posuit vitulum aureũ: præcedenti libro, cap. 12. & tamen dubium est, an esset ista ciuitas Bethel, quæ erat in tribu Beniamin Iosue 18. vel esset aliqua alia in sorte Ephraim, vel alterius tribus Israel. Et si dicatur, quòd erat Bethel de tribu Beniamin, dicetur, quòd nõ possidebatur à tribu Beniamin, quia tribus Beniamin erat de regno Iuda: & tamen Ieroboam, qui erat rex Israel erat Dominus illius vrbis, cum faceret ibi templum, & altare, & poneret vitulum aureũ, & etiam fuit iste locus possessus postea per omnes reges Israel: quia tẽpore Amos dixit Amasias sacerdos, ꝙ erat sanctificatio regis, & domus regis in Bethel: Amos 7. & etiã videtur possessus iste locus postea à Samaritis: nam sacerdos, q missus est ad erudiẽdum Samaritas, in cęremonijs legis habitauit in Bethel, vt patet sup. 17. quid ergo de isto loco verum sit, declaratum est præc. lib. cap. 12.

Quis posuit idola in templo. Quæstio XIII.

QVAERETVR vlterius, quomodo poterant esse ista idola in templo, vel quis posuerat ea. Aliquis dicet, quòd posuit ea Manasses: quia sup 21. dicitur, quòd posuit in templo Domini aram Baal, & vniuersæ militiæ cęli, & posuit ibi lucum, & alias immunditias idolorũ. Sed obijcietur, quòd nõ erant nunc in templo idola, quæ posuerat ibi Manasses, qa Manasses fuit à principio malus, & fecit istas abhominationes: & tamen postquam cõuersus est ad Dominũ abstulit deos alienos, & simulachra de domo Domini: aras quoque, quas fecerat in mõte domus Domini, & in Ierusalem, & proiecit omnia extra vrbem, vt patet 2. Paralipo. 33. Responderi potest dupliciter: vno modo, quòd quãquam Manasses postquam conuersus est, abstulerit idolatriam, quã prius fecerat: tamen non abstulit totam, sed manserũt aliquæ partes idolatriæ, quas non abstulit Manasses. Aliter potest dici, ꝙ quanquam Manasses abstulisset omnia idola, & immunditias eorum, quæ fecerat in templo Domini: Amon filius eius posuisset similia idola in templo, & etiam ipse ædificasset lucum ibi: patet hoc supra 21. & 2. Paralipom. 33. scilicet, quòd

A Amon ambulauit in omnibus vijs Manasse pr̃is sui, & coluit, atq; adorauit oĩa idola, quæ ille adorauit.

Dicendum tamen, secundum veritatem, quòd aliqua idola, vel pertinentia ad idolatriam manserant in templo ex tempore Manasse: alia verò nouiter fecit filius eius Amon. Patet hoc, quia duo altaria erãt in atrijs templi Domini, quę fabricauerat Manasses, & abstulit illa nunc Iosias, infra in litera: plurima tñ istorum idolorum, & vasorum suorum, quæ in templo nunc erant, posuerat Amon reducendo ad illũ statum, quẽ aliquando habuerant, dum viueret Manasses. Et patet hoc, quia cum Manasses doluerit de peccato, & abstulerit idola de templo Domini, & de Ierusalem: credendum est, ꝙ pauca reliquerit, quæ *Rñsio auctoris.*
B modicum pertinerent ad idolatriam, quia aliàs inutile erat quædam auferre, & alia non: & sic ferè omnia idola, & apparatus eorum posuit Amon in templo, quæ nunc per Iosiam ablata sunt inde.

Et deleuit aruspices. Vocantur aruspices illi, qui occidunt animalia ad sacrificium idolorum, & deinde inquirunt euentus futurorum per cõsiderationem venarum, & viscerum animalium, de quibus declaratum est supra 21. *Quos posuerant reges Iuda ad sacrificandum in excelsis.* Manasses autẽ posuerat aruspices multos in terra, supra 21. & tempore Amon filij sui manserunt, quia Amon secutus est viam Manasse, eod. c. Et istos occidit nunc Iosias, quia peccabant in duobus: primò, quia colebant idola, & faciebant eis sacri
C ficia in altaribus diuersis. Secundò, quia erant superstitiosi, scilicet, quia conabantur inquirere occulta in visceribus animalium, & omnes huiusmodi sup̃stitiones à Deo reprobatę erant: Deuteron. 18. & iubebantur isti occidi: Exod. 32. scilicet: Maleficos non patieris viuere. Et vocanẽ malefici omnes huiusmodi superstitiosi. Isti autẽ aruspices erant tanquam ꝓphetæ idolatrarum, quia ab istis inquirebant idolatræ veritates rerum absconditarum, sicut fideles inquirebant à prophetis. *Per circuitum Iuda, & in circuitu Ierusalem.* Ista excelsa erant per circuitum Iuda, idest, per totam terram Iuda in circuitu, tam in vrbibus, q̃ in montibus, & collib. extra vrbes: sic patet sup. 17. & 18. & 2. Paralipom. 28. erant etiam in circuitu Ie-
D rusalem, scilicet, per omnes colles, & montes in circuitu eius, & etiam erant in vrbe altaria multa: nam Achaz posuerat altaria in omnibus angulis Ierusalem, 2. Paralipom. 28. *Et eos, qui adolebant incensum Baal.* Idest, etiam istos occidit, scilicet, non solum offerentes sacrificia, sed etiam offerentes incensum occidit, quia in vtroque erat idolatræ occidendi erant, Deuteron. 13. & 17. *Et Soli, & Lunæ, & duodecim signis.* Istis ẽt offerebatur incensum, & sacrificia: soli autem tanq̃ præcipuo inter omnia corpora cœlestia, & qui maximè putabatur esse Deus propter magnitudinem, & fulgorem, & effectum, atque vtilitatem maiorem in terra, vnde ipse putabatur tanquam rex cœli, quẽ Gẽtiles coluerunt Phebum, vel Apollinem, vel Ti-
E tanem appellantes. Luna autem secundo loco post Solem colebatur: quia post Solem non est in cęlo aliquod corpus, quod maioris appareat quantitatis. Etiam effectus eius maior est in terra in immutationibus singularum rerum, vnde vocabatur regina cęli, quasi Sol esset rex, & ipsa regina: & offerebãt ei mulieres Hebræorũ libamina: nam quandocunque conficiebant panes ex pasta separabant aliquam placentã ad offerendum reginæ cœli, & per hoc putabant, ꝙ eueniebat eis prosperitas omnium rerum, & abũdantia, & pax: & quando non offerebãt libamina putabant se propter hoc affligi, & incidere in calamitates, quæ eueniebant eis. Vnde quanquam Ieremias prohibuit eis ex parte Dei istud facere: dixerunt, ꝙ non *Gẽtiles Solem Apolinũ Phebum Titanẽ appellabant.*

non cessaret offerre libamina reginæ cœli, vt patet. Ierem. 44. Colebant etiam Hebræi duodecim signa cœli, quę sunt in Zodiaco, scilicet, Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo, Libra, Scorpio, Sagittarius, Capricornus, Aquarius, Pisces. Et ista circundãt totum cœlum, & vocantur Zodiacus. Colebantur autem ista duodecim signa à Gẽtilibus propter duo: primò, quia per ista discurrunt septem planetæ, per quorũ motum fit omnis generatio, & corruptio in terra, & sicut colebant planetas, ita etiam colebãt signa duodecim, quę sunt domicilia eorum. Secundò quia pulchriores stellæ totius cœli, & cõstellationes maiores sunt in istis signis secundum lõgitudinem, & latitudinem. De istis autem signis perfecta consideratio ad astrologum pertinet. *Et omni militiæ cęli.* Etiam coluerunt Iudæi omnem aliam militiam cœli, idest, reliquas stellas, quia omnes stellæ à Gẽtilibus vulgaribus, & à poetis dij putabantur: & sic Hebræi, qui sequebantur ritus eorum putauerunt, & offerebant eis sacrificia, & incensum, sicut dijs. *Et efferri fecit lucum de domo Domini foras Ierusalem.* Manasses plantauerat à principio lucum in templo Domini, vt patet supra 21. & tamen credendum est, ꝙ ipse postea eduxit eum inde, quando cõuersus est ad Dominũ: cũ dicatur 2. Paralip. 33. quòd abstulit de domo Domini deos alienos, & simulacra: ideo quanquam aliquid ibi reliquerit, vt patet infra in litera non videtur concedẽdum, ꝙ aliud reliquerit, nisi ea, quæ exprimuntur, scilicet, duo altaria: de reliquis autẽ pertinentibus ad idolatriam dicendum videtur, quòd Amon filius eius ea posuerit ibi, cum secutus fuerit omnes vias priores Manasse, & iste lucus eradicaturus fuit: nam erant arbores magnę plantatę in atrijs domus Domini ad exercẽdum ibi libidinem, vt declaratũ est supra 21. *In conualle Cedron, & combussit eum ibi.* scilicet, ductus fuit lucus ad conuallem Cedron, scilicet, omnes arbores cum radicibus suis, ita, vt nihil maneret in templo Domini de illis, & combustæ sunt in conualle Cedron, quia ille locus erat immũdus, & arbores luci erant immundę, & si in alio loco cremarentur fieret locus immũdus: iste autem cùm esset immundus non poterat magis pollui, ideo ibi conuenienter cremarentur ista, sicut supradictũ est. *Et redegit in puluerem.* scilicet, crematus est totus iste lucus, ita, vt non maneret de eo, nisi cinis. *Et proiecit super sepulchra vulgi.* Idest, super sepulchra hominum pauperum, & infimorum dispersus est cinis iste.

Cinis luci cremati quare proiecta fuit super sepulchra vulgi, & an in hoc præiudicauit eis. Quæstio XIIII.

QVAERETVR, quare factum est hoc: nã videbatur fieri quędã iniuria sepulchris, cũ spargeretur super ea cinis iste, qui erat immundus, & polluebat locum, in quo spargeretur, maximè, qa erat cinis de idolatria sumptus. Responderi potest dupliciter, vno modo, vt quidã volunt, ꝙ fecit Iosias hoc in pœnam ad vilificandum sepulchra illa, eo ꝙ ista erant sepulchra idolatrarum, & conuenienter spargebatur super ea cinis de idolatria. Sic etiam Iosias fecit quibusdam alijs idolatris, scilicet, quia aperuit sepulchra ipsorum, & combussit ossa sua super altaria idolorum, infra in litera. Aliter potest dici, ꝙ fecit hoc Iosias non in pœnam, sed quia nulli præiudicabat: nam verum est, quòd locus, in quo spargerẽ iste cinis esset immundus propter immunditiam cineris: ideo si spargeretur super aliquem locum mũdum esset quoddam præiudicium: & tamen sepulchra erant aliquid immundum: quia quicunque tãgeret ossa mortuorum, vel sepulchra, erat immun-

F dus, & oportebat eum lustrari: Numeri 19. & sic nõ poterat esse aliquid immũdius humano sepulchro: & sic quanquam aliud immundum poneretur in illo non propter hoc fiebat magis immundum. Hoc modo non præiudicabatur sepulchris vulgi, quanq̃ super illa cinis idolatriæ spargeretur, & ista videtur melior positio, quàm præcedens: nam si dicamus, ꝙ propter idolatriã spargebatur cinis iste super sepulchra, oportebat, quòd omnes, qui ibi sepulti essent, iudicarent idolatræ: & tamen istud non erat conueniẽs, quia licet multi essent idolatrę, aliqui essent, q coluissent Dominũ, & potissimè, quia ista sepulchra erant ab antiquo: & tamen ab antiquo multi fuerũt in Ierusalem de populo, qui colebant Deum: immo

G tempore Ezechiæ omnes colebant Dominum, & tẽporibus quorundam aliorum regum præcedẽtium. *Destruxit quoque ædiculas effœminatorum, quæ erant in domo Domini.* Idest, in atrijs templi erant quædam paruæ domus, in quibus erant viri effœminati: & quia iste vsus erat turpissimus, destruxit ædiculas eorum, vt non maneret aliqua memoria turpis facti. *Pro quibus mulieres texebant quasi domunculas luci.* Potest intelligi vno modo, quòd Iosias destruxit ædiculas effœminatorum, & loco illarum mulieres texebant domunculas, idest, faciebant tentoria de lino texẽdo, vt in illis exerceretur turpitudo. Sed iste sensus non conuenit: quia tunc diceremus, quòd postquam Iosias destruxit istas ædiculas, faciebant mulieres aliq̃d

H æquiualens texendo: sed istud est falsum: quia Iosias abstulit idolatriam, & turpitudinem plenè de terra, & nõ pateretur, ꝙ mulieres postea facerent aliquid simile ei, quod ipse destruxerat. Sed dicẽdum, quòd mulieres texebant de lino tentoria similia domũculis pro illis effœminatis, & ponebantur ista tentoria in luco, vt aliquãdo essent ibi effœminati, & ob hoc vocabantur quasi domunculæ luci.

Effœminati qui dicebantur, & de ritu sacerdotum Deæ Berecyntiæ. Quæstio XV.

QVAERETVR, qui erant isti effœminati. Respondet Nicolaus secundum opinionem quorundam, ꝙ erant isti sacerdotes idolorum, qui vocabantur effœminati, eo quòd genitalibus carebant:

I quia illa sibi abscindebant. Ista positio nõ est satis cõueniens, vt infra declarabitur: & tamen si vellemus tenere eam, deberemus dicere, quòd isti erant sacerdotes cuiusdam deæ, quæ vocabatur Berecyntia, siue Mater deorum, aut Bona dea: & sacerdotes huius castrabantur: nam in die solennitatis eius multi abscindebant sibi genitalia, & incipiebant furere, & ꝑcutiebant se gladijs, & lanceolis ad effusionem sanguinis: & vocabantur isti sacerdotes Gali, de quibus ait Augustinus 2. & 6. de Ciuitate Dei. Motiuũ autem eorum erat propter sacerdotem quendam nomine Athis, quẽ valde dilexerat Berecyntia, & ius-

K serat ei, quòd nullam aliam fœminam diligeret: & quia semel cum alia eum reperit, habuit eũ exosum, & tunc ipse furore, & tædio stimulatus abscidit sibi genitalia, dicens: appareant partes, quæ nocuere mihi: & ad honorem huius rei, quæ valde placuit Berecintiæ sacerdotes eius incidebant se, & incipiebant furere: De his Ouidius 2 lib. Faustorum, & Augustinus 6. de Ciuitate Dei. Abscisis tamen genitalibus vir est vt fœmina, ideo vocatur effœminatus.

Dicendum tamen, quòd non intendit hoc litera, sed effœminati vocantur viri patientes sodomiticè, vt fœminæ: quod patet, quia isto modo accipitur pręcedenti libro, cap. 14. & in alijs locis, & dictio ista significat libidinem sodomiticam. Confirmatur hoc,

Vitium sodomiticũ nimis viguit inter Hebræos.

hoc, quia istud vitium nimis fuit inter Hebręos tempore regũ: vnde Isa. 2. cap. redarguuntur de hoc. s. augures habuerunt, vt Philisthijm, & pueris alienis adhęserũt. Item patet hoc magis, quia aliàs fuit etiam hoc inter Hebręos, scilicet, pauco tempore ante Machabęos tempore Iasonis summi sacerdotis: nam dicitur 2. Mach. 4. quòd ausus est Iason sub ipsa arce tẽpli gymnasium constituere, & optimos quosq; ephęborum in lupanaribus ponere. Et idem locus erat nunc: quia istæ domunculæ erãt in domo Domini: ideo accipiuntur effœminati pro sodomiticè patiẽtibus. Itẽ patet, quia dicitur, quòd mulieres texebant pro istis effœminatis quasi domunculas luci: & tñ lucus erat ad vacãdum ibi libidini: ideo effœminati sodomitæ erant. Modus autem erat, quia isti habebant B domũculas in atrijs templi Domini, in quibus vacabant libidini turpissimæ: & tamen quodam tempore, scilicet, finitis sacrificijs debebant esse in luco ad eandem libidinem: & quia talia non possent publicè sine immensa verecundia perpetrari fiebant tentoria in luco, in quibus essent illi effœminati ad eandẽ libidinem, & pro his mulieres texebant quædam tẽtoria de lino, in quibus abscondebantur isti effœminati. *Congregauitque omnes sacerdotes de ciuitatibus Iuda.* Potest intelligi vno modo, quòd congregauit illos ad faciẽdum honorificè istam destructionem idolatrię. Alio modo intelligitur, quòd erant multi sacerdotes dispersi per vrbes Iuda, & faciebant sacrificia in diuersis locis, & omnes istos congregauit, vt iam nõ C facerent sacrificia in vrbibus illis, sed solum in Ierusalem, vbi erant templum Domini, quia lex iubebat quòd solum sacrificaretur in ciuitate, quã Deus elegerat: Deuteronom. 12. & iste sensus magis cõuenit literæ. Considerandum autem ꝙ sacerdotes erãt dispersi per regnum Iuda in diuersis vrbibus: nã à principio Deus dederat eis vrbes quadraginta octo, in q̃bus manerent, & istæ erant dispersæ per omnes tribus Israel: qa de qualibet tribu suscipiebant aliquas, vt patet Iosue 21 & 1. Paralipom. 6. & sic manserũt dispersi per omnes tribus ab introitu Israelitarum in terram Chanaan vsque ad diuisionem regni tẽpore Roboam: nam tunc omnes sacerdotes, & leuitæ, qui erant per totam terram Israel, dimiserunt omnia loca, in quibus erant, & venerũt in terram Iuda, D vt patet 2. Paralip. 11. & sic manebant dispersi ꝑ omnes vrbes terræ Iuda, vsque ad diem istũ, quo Iosias congregauit eos, vt venirent omnes in Ierusalem. *Et contaminauit excelsa vbi sacrificabant sacerdotes.* Excelsa vocantur altaria, siue sint in montibus, siue in vallibus. Cõtaminare autem est prohibere sacrificare in illis tanquam in immundis, & sic dicitur Leuit. 13. ꝙ sacerdos mundabit aliquem leprosum, vel contaminabit eum, idest, iudicabit eum mundum, vel iudicabit leprosum. Vel potest dici, quòd contaminauit eam, scilicet, realiter polluendo, vtpotè si spargeret ossa mortuorum super illa, sicut cremauit ossa mortuorũ super altare Bethel, infra in litera, vel fortè sparsit aliquos cineres de idolatria super ista altaria, sicut sparsit cineres super sepulchra vulgi, supra in litera: primus tamen modus melior est, scilicet, ꝙ vetuit Iosias ibi sacrificare. E *De Gabaa vsque ad Bersabee.* Scilicet, omnia altaria contaminauit, quę erant inter Bersabee, & Gabaa. Sũt autem ista duo loca in extremitate regni Iuda: nam Bersabee erat in extremitate meridiana eius versus Aegyptum: Gabaa autem erat in extremitate aquilonari. Et est Gabaa in extremitate sortis Beniamin, in qua occisa fuit mulier leuitæ vexata libidine, Iudi. 19. de ipsa etiam ciuitate fuit Saul primus rex Iudæorum, vt patet supra 1. lib. cap. 10. & non ponunẽ nunc Dan, & Bersabee,

A qui consueuerunt poni, vt termini terrę istius, vt patet supra 1. lib. cap. 3. & supra 2. lib. cap. 17. & 24. & in multis alijs locis: & hoc quia Bersabee, & Dan sunt termini totius terræ Chanaan, in qua erant duodecim tribus: hic autem solum ponũtur termini regni Iuda, in quo erant duę tribus, scilicet, Iuda, & Beniamin: ideo nõ sunt idem termini, sed Bersabee est terminus ex parte Iuda, & Gabaa est terminus ex latere sortis Beniamin. *Et destruxit aras portarum.* Idest, destruxit altaria, quę erant apud portas: erant enim aliqua altaria apud portas ciuitatis ad partem aquilonarẽ, & vocabantur altaria portarum. *In introitu ostij Iosiæ principis ciuitatis.* Idest, ista altaria erant apud introitũ domus Iosiæ, qui erat princeps ciuitatis, scilicet, Ierusalem. Et vocabatur princeps, non quòd esset Dominus: quia Iosias rex erat Dominus ciuitatis, sed qa fortè habebat officium honorabilissimum in ciuitate, vt si erat præses, vel exercebat aliquẽ alium magistratum in vrbe. Sic enim dicitur præcedenti lib. cap. vlt. Tollite Michæam, & maneat apud Amon principem ciuitatis. Et iste Iosias vocatur Iosue in Hebræo, & facilis erat corruptio in tali nomine, siue in litera nostra, siue in Hebræa. Erant autem istę aræ apud ostium Iosię: quia per diuersas partes ciuitatis erant altaria constructa, sicut erat tempore Achaz, qui fecit sibi altaria in vniuersis angulis Ierusalem, vt patet 2. Paralip. 28. *Quod erat ad sinistram partem ciuitatis.* Scilicet, ostium domus Iosię erat ad sinistram partem ciuitatis, pars anterior ciuitatis vocatur oriẽtalis, & meridiana est dextra, aquilonaris sinistra, & occidentalis posterior: iste est modus accipiendi positiones in locis nostris: & sic erant ista altaria apud quandam portam aquilonarem vrbis. *Veruntamen nõ ascendebant sacerdotes excelsorum ad altare Domini in Ierusalem.* Tollit dubium, quia dixerat litera, ꝙ congregauit Iosias omnes sacerdotes de vrbibus Iuda, & contaminauit excelsa, iubendo, ne vltra immolarent in eis: ideo putaretur, quòd vltra deberẽt immolare in templo, & tamen dicitur, quòd isti, qui erãt sacerdotes excelsorum prius non permittebantur accedere ad altare Domini, vt ministrarent in illo. *Sed tantum comedebant Azyma in medio fratrum suorum.* Idest, solũ permittebantur comedere panes Azymos, qui pertinebant ad alios sacerdotes. Et per prohibitionem accessus ad altare intelliguntur omnia officia sacerdotalia prohibita eis, de quibus quę; & quot sunt declaratum est Numeri 18. circa prin. Et per hoc, quòd comedebant azyma intelligũtur etiam omnia alia iura sacerdotalia, de quibus dabatur istis pars, & non ministrabant. Quæ autem sint iura sacerdotalia, declaratum est Numeri 18. tam in litera, quàm in commento. Intelligendum autẽ est, ꝙ isti sacerdotes excelsorum erant sacerdotes Dei, scilicet, ꝙ offerebãt sacrificia Deo verò in excelsis: & sic non peccabant, nisi quia mutabant locum: si autem fuissent sacerdotes dæmonum, non solum nõ permissum fuisset eis accedere ad altare, sed etiam non permissi fuissent viuere: nam Iosias occidit idolatras: quia supra in litera dicitur, quòd deleuit aruspices, & eos, qui adolebant incensum Baal, & Soli, & Lunæ.

Quare Iosias non occidit sacerdotes omnium excelsorum. Quæstio XVI.

QVAERETVR, quare Iosias nõ occidit istos sacerdotes excelsorum: nam dato, ꝙ non sacrificarent idolis merebanẽ mortem, quia faciebant ꝯ legem sacrificando extra locum illum, quẽ Deus elegerat, cum in illo solum sacrificandum esset Deu. 12. Aliquis dicet, ꝙ verum est, quod isti agebant contra legem

legem, & tñ non ideo sequit̃ eos reos esse mortis in iudicio seculari, quia non pro qualibet transgressione legis infligebatur mors à iudice, & sic non debebat occidere Iosias istos. Sed dicẽdũ, ꝙ non stat: quia Leu. 17. dicitur, ꝙ quicunque immolaret extra atriũ tabernaculi erat reus sanguinis, sicut si sanguinẽ effudisset: & tamen qui sanguinem effundebat occidebatur à iudice, ergo etiam isti occidi debebãt à Iosia pro isto delicto. Respondendum, ꝙ in sacrificãtibus in excelsis extra tẽplum erat differentia: quia quidã sacrificabãt ibi dęmonibus, & alij sacrificabant ibi Deo vero. Primi peccabant dupliciter, primò, quia colebãt idola: secundò, quia extra sanctuariũ offerebant sacrificia. Secundi peccabãt in vno. s. quia non offerebant in loco debito. Primi autẽ peccabant cõtra ius naturę inquantum colebant idola, & contra cęremonialia, in quantum offerebãt sacrificium extra templum: ideo peccatum istorũ erat irremissibile: & sic Iosias nõ pepercit eis, sed occidit omnes colentes Solem, & Lunam, & Baal, & offerentes ei incensum. Secundi autem peccabant solum cõtra cœremonias legis: ideo licet mererẽtur mortem de rigore legis: tamen miserendũ eis fuit, quia bono animo agebant, & soli Deo offerebant. Ratio autem potissima, quare non occidit eos Iosias, fuit, quia cõsuetum erat ab antiquo, ꝙ immolaretur Deo extra tẽplum in varijs locis. vnde in tempore omnium regũ præteritorum vsque ad Ezechiã manserant excelsa quanquam multi reges boni fuerant: s. Asa, & Iosaphat, & Ioas & Amasias, & Ozias, & Ioathan; & tamen de quolibet istorum dicitur, ꝙ non abstulit excelsa, & ꝙ populus adhuc immolabat in excelsis, vt patet præcedenti libro, cap. 15 & sup. 12. & 14. & 15. longa ergo consuetudo cum quadam bona intentione quãquam non sufficeret omninò ad excusandum istos, tamen inclinauit Iosiam ad hoc, quòd nõ occideret eos, & solum puniuit ipsos in hoc, quòd non permisit eos accedere ad altare.

Iosias an iustè priuauerit eos sacerdotali administratione. Quæstio XVII.

QVAERETVR, an Iosias iustè puniuit istos, priuãdo eos omni administratione sacerdotali. Aliquis dicet ꝙ non: quia isti erant sacerdotes, & competebat eis ex progenie sua, vt ministrarent: ideo vel isti fecerant aliquod delictum, propter quod merebantur priuari ministratione, & tunc debebant occidi, & non solum priuari: si autem nullũ tale fecerant, non debebant priuari ministratione. Respondendum, ꝙ Iosias iustè priuauit istos administratione: nam in eo fuerũt tria, quæ requiruntur ad hoc, ꝙ aliqua pœna iustè infligatur. scilicet, iurisdictio sufficiens, & recta intentio, & iustitia: de iurisdictione patet: nam in veteri testamento reges habebant iurisdictionem plenam super sacerdotes, sicut super laicos, nec erat aliqua differẽtia iurisdictionis. Patet hoc, quia Iosue erat princeps populi, & Eleazar erat summus sacerdos: & qñ Iosue factus fuit princeps populi, iussit Deus, ꝙ Eleazar obediret ei, & ad mandatum eius ingrederetur, & egrederetur. Itẽ patet hoc clarius de Salomone, q erat rex bonus à principio: & tñ tũc ipse priuauit Abiathar summũ sacerdotẽ sacerdotio in ęternum, & totã progeniẽ suam, & relegauit eum in Anathoth iubens, ne veniret in Hierusalem, & dixit ei, quòd occidisset eũ, nisi quia laborauerat in omnibus, in quibus laborauerat Dauid præc. lib. cap. 2. Et sic habebat Salomõ iurisdictionẽ super summum sacerdotem in omnibus tam ciuilibus, q̃ criminalibus vsque ad sñiam sanguinis: à fortiori ergo haberet iurisdictionẽ super alios sacerdotes minores. Et sic Iosias habebat iurisdictionem sup quoscunque sacerdotes ad priuandum eos administratione, vel infligendum quascunque alias pœnas, dum tñ haberet causam iustam ad hoc. Secũdum erat recta intentio, & ẽt ista fuit in Iosia, & ipse desiderabat punire peccatores: isti autem sacerdotes peccauerant: quia sacrificauerant extra locum debitum: ideo iustum erat eos puniri, & hoc volẽs Iosias priuauit eos administratione. Tertium erat causa iusta, & ista ẽt fuit in Iosia: nam isti sacerdotes sacrificauerant extra templum, & pp hoc merebantur mortem de rigore legis: Iosias autem ex quadã benignitate, & propter quãdam causam supra positam temperauit pœnam legis: & sic potuit quancunque minorem pęnam infligere: sic autem erat priuatio administrationis, potissimè, quia non priuabant̃ iurib. sacerdotalibus, sed comedebant de iuribus aliorũ sacerdotũ, q ministrabant: & sic erat parua pęna: iõ potuit Iosias nõ solũ istã, sed ẽt maiorẽ pęnã infligere.

Tria requisita, vt pęna iustè infligatur.

An Iosias iustè egerit relinquendo eos comedere de iuribus sacerdotalibus, & de differentia punitionis in officio, & beneficio inter sacerdotes veteris testamenti, & noui. Quæstio. XVIII.

QVAERETVR vlterius, an iustè fecit Iosias priuãdo istos administratione, & dando eis, qđ comederẽt de iuribus sacerdotalibus. Aliquis dicet, ꝙ non iustè egit, quia beneficium conceditur alicui propter officium: & tñ isti nõ poterant habere iã ministrationem sacerdotalem: ideo nec debebat relinqui beneficium recipiẽdi iura sacerdotalia. Secundò patet, quia grauabant̃ in hoc alij sacerdotes: nã alij, qui nunquam peccauerant, cogebant̃ ministrare, ad hoc, ꝙ perciperent fructus: & tñ isti, qui peccauerãt, recipiebant fructus, & nõ ministrabant: & sic grauabantur alij, qui debebant ministrare loco eorum, & nõ percipiebant fructus ipsorum: & erat maius grauamẽ, q̃ beneficiatis, vel canonicis, vbi sunt pbendæ distinctæ: quia siue vnus ministret, siue non, alius nõ põt percipere fructus prębẽdę eius: & tñ in veteri testamento inter sacerdotes nõ erant distinctę pbẽdę, sed erãt iura indiuisa, & ministrantes accipiebãt illa: nõ ministrantibus aũt nihil dabat̃, de quo declaratũ est Leuit. 6. & sic cum isti sacerdotes nõ ministrarẽt habituri erant alij, q ministrabant oĩa iura. Ideo cum Iosias faceret, ꝙ alij ministrarẽt, & isti perciperẽt iura integra, grauabat illos. Itẽ videbat̃ esse melior cõditio eorũ, qui peccauerant q̃ eorum, qui nõ peccauerãt: nam isti, qui peccauerãt percipiebant iura integra sacerdotalia, & nõ cogebant̃ ministrare: q aũt nõ peccauerant cogebant̃ ministrare ad hoc, ꝙ fructũ reciperent: ideo illi meliorem conditionem habebant quod esse non debet. Item vr̃, ꝙ non infligebat̃ aliqua pœna istis pro peccato, sed potius liberabant̃ ab onere: nam percipere fructus est vtilitas: ministrare autem est onus, & isti liberabantur ab onere concessa sibi vtilitate, quod iniustum videtur.

Primũ argumentũ.

Secundũ argum.

Tertiũ argum.

Quartum argum.

Respondendum, ꝙ Iosias iustè egit relinquendo istis iura sacerdotalia, q̃q̃ priuaret eos administratione: ratio aũt huius fuit: qa leuitę & sacerdotes nõ habebant aliud, de quo possent viuere, nisi de iurib. prouenientibus ex administratione: nam sine his nullũ patrimoniũ habebant, aut alia iura. Quod patet, qa Deus iusserat sacerdotibus, & leuitis, ꝙ ipsi nõ haberẽt aliq̃ partem hęreditatis inter reliquos Israelitas, sed Deus debebat esse pars eorum, s. iura, q̃ proueniebant eis pp Deum: Numeri 18 & Iosue 13. & sic nõ acceperunt isti aliquas sortes terræ, quas possent colere

lere,& ex iure sustentari, sed tota terra hæc data est alijs tribubus: ipsis verò sacerdotibus,& leuitis datę sunt solū ciuitates ad habitādū, nō habentes territoriū, in quo posset esse cultus terrę, sed solū suburbana parua ī circuitu ciuitatis ad alēda pecora: Numeri 35. si ergo priuarent isti iuribus sacerdotalibus cū nō haberent aliunde, de quo viuerēt, nec ēt licebat eis emere possessiones, cū in terra Israel nō transferretur possessio de vna tribu in aliam: Num. vlt. non haberent alium modū viuēdi, nisi per mēdicationē, qđ esset in magnā ignominiam status sacerdotalis: ideo concessit eis iura, q̄q̄ nō ministrarent. Secunda causa fuit: quia Iosias reperit simile in lege: nam Leuit. 21. dr̄, ꝙ qn̄cunq; esset aliquis de semine Aaron, qui haberet aliq̄ maculā, vt si esset claudus, vel cęc⁹, vel paruo, aut grandi,& torto naso,& fracto pede, vel manu, gibus, vel lipus,& sic de cęteris, non accederet ad altare, nec ad alias ministrationes sacerdotales:& tn̄ vesceretur panibus qui offerebant̄ in domo Dn̄i. Ita ergo isti poterant prohiberi administrare,& concederet̄ eis participare iuribus sacerdotalibus. Et quasi erat causa similis: nam illi vetabant̄ ministrare pp̄ aliquam maculam, q̄ habebant, nec sic ministrantes redderent ministeriū Dn̄i contemptibile:& tamen ita erat de istis sacerdotibus, qui sacrificauerant in excelsis: quia per hoc aliquo modo vilificati fuerant offerentes extra locum debitum cōtra prohibitionem legis,& si ministrarent, videret̄ ministeriū eorū pollui pp̄ peccatum istud: ideo nō permittebantur ministrare. Et est simile ad quasdā irregularitates quas incurrunt sacerdotes nostri: nā si aliquis semel efficiat̄ infamis ex aliquo delicto, dato, ꝙ postea ꝑfectè pęniteat,& sit melioris vitę, quā prius non permittet̄ ascēdere ad aliquas dignitates ecclesiasticas, nec ꝓmoueri ad ordines, quos non habet: ita in istis: nam iam abolitum erat peccatum eorum,& tamen in opinione populi erant lęsi: quia se infamatos reddiderant,& contemptibiles sacrificādū extra locū debitū: ideo non debebat eis permitti ministratio:& tamen permittebantur iura fructuū.

Ad primā obiectionem. Aliqs pōt priuari officio, & n̄ benefic. o. Ad primam rationem in cōtrarium dicendum, ꝙ quanquam det̄ beneficium pp̄ officium, tamē aliquis de iure interdum priuatur officio, qui non priuatur beneficio. Pro quo sciēdum, ꝙ finis beneficij est officium:& ideo si antequam conferatur beneficium,& officium appareat de aliquo, ꝙ est inhabilis ad officium: vt si habet aliquod impedimentum, pp̄ quod ad nullū ordinem ecclesiasticum minorē, aut maiorem promoueri potest, non conferetur ei aliquod beneficiū: & tunc est verū generaliter, ꝙ vbicunq; non potest esse officium, non poterit esse beneficium: & tamen si semel aliquis susceperit beneficium,& officium potest priuari officio, ita ꝙ non priuet̄ beneficio,& ē conuerso. Patet hoc, si quis sacerdos mutiletur, vel leprosus efficiatur, aut incurrat alia, per quæ non potest ministrare, vel non sine scandalo: nā tunc non permittit̄ ei officiū,& tamē habet beneficiū: ita quodammodo erat hic: quia in istis erat q̄dam irregularitas, quam incurrerant ministrando extra tēplū,& iam non poterant sine scādalo ministrare in tēplo Domini: ideo non ꝑmittebantur ministrare:& tamen concedebatur eis percipere fructus. Sed obijcietur, ꝙ nō stet: qa aliquis priuat̄ officio,& non beneficio qn̄ euenit aliquis cas⁹, in quò non potest ministrare, vel saltē non sine scādalo,& casus ille, vel impotentia non est delictum, nec prouenit ex delicto, sicut in sacerdote excęcato, vel leproso facto,& sic de cęteris: & tn̄ hic proueniebat impotentia administrationis ex delicto. s. qa isti sacerdotes ministrauerant extra templū: ideo si-

A cut in ecclesia homicidę,& periuri,& similes nō possunt ministrare,& ēt beneficio priuantur: ita isti debuerunt priuari simul officio,& beneficio. Respondendū, ꝙ nō debuerunt priuari officio,& beneficio, sed solum officio. Et hoc pp̄ duo: primò, qa licet isti peccauerint offerendo extra tēplum: tamen peccatū suum fuit aliquo modo excusabile, vt sup. declaratum est in quadam quęstione: ideo potuerunt eis permitti iura: & sic fortè magis priuabant̄ nunc administratione propter scandalum, quàm propter delictum, quanquam vtrunque fuit causa. Secundò patet: quia non erat penitus similis modus in veteri testamento priuandi aliquos administratione,& iuribus, vel concedendi eis ista,& in ecclesia no-

B stra. Nam in ecclesia non permittetur aliquis ordinari si cęcus est, nec dabitur ei aliquod beneficiū: quia ministrare non potest:& sic generaliter in omnibus, quibus aduenit impotentia, vel ineptitudo ad ministrandum antequam conferat̄ eis beneficium: & tn̄ in veteri testamento, dato, ꝙ aliquis de semine Aaron nasceretur claudus, vel cęcus, aut habēs alia impedimenta, percipiebat iura sacerdotalia,& non poterat ministrare: Leuit. 21. nec fiebat hoc solū pp̄ pietatē. s. quia isti propter impedimenta ista non poterant aliter victū quęrere. Nā habentes tortum nasum, vel grandē, vel paruū, aut impetiginem ī facie, nō impediuntur quærere victum: & tn̄ isti non poterant ministrare,& dabant̄ eis iura sacerdotalia. Le-

C uit. 21. Ad secundā dicendum, ꝙ q̄q̄ videret̄ aliquo modo grauari,& grauarent̄: tn̄ non erat verū grauamen: qa sicut nemini facit iniuriā, q iure suo vtitur: ita nō grauat̄ aliquis, cum imponitur ei id, quod de lege debet tolerare: & tn̄ secundum legē poterant multi percipere iura sacerdotalia non ministrando,& alij ministrabant: ideo non grauabantur isti: quia suscipiebāt iura,& ministrabāt, vt patet in casu Leuit. 21.& tn̄ casus de istis sacerdotibus, q ministrauerant extra tēplū, erat similis, vt sup. declaratū est: iō ēt nō grauabant̄ alij, ꝙ isti ꝑciperēt fructus,& nō ministrarēt. *Ad secundam.* Ad tertiū dicēdū, ꝙ n̄ erat melior cōditio peccātiū, q̄ non peccātiū: nā q̄q̄ isti ꝑciperēt iura,& nō ministrarēt, nō erāt melioris ꝯditionis, q̄ illi, qui

D ꝑcipiebāt iura,& ministrabāt: nā si concederet̄ hoc eis in priuilegiū essent melioris conditionis:& tn̄ dabat̄ sibi in pęnā. s. qa cēsebant̄ īdigni ministratione: ideo peioris cōditionis erant. *Ad tertiū.* Ad quartā dicēdū, ꝙ infligebat̄ istis aliqua pęna. Et qn̄ dr̄, ꝙ cōsequebant̄ vtilitatē,& excusabant̄ ab onere: dicēdū, ꝙ si isti excusarent̄ in priuilegiū, vt dictum est, esset eis reuelatio,& nō pęna: & tn̄ priuabant̄ administratione,& nō excusabant̄, vel releuabant̄,& ista erat eis magna pęna. *Ad quar.* Nā cū essent inter cęteros sacerdotes,& liceret alijs accedere ad altare: ipsi verò tanq̄ indigni nō ꝑmitterent̄ accedere, erat magnus rubor,& pęna. Secūdò patet, qa nō solū auferebat̄ istis onus, sed ēt emolumētū, intelligēdo noīe emolumēti honorē,

E & ꝓuentus Nā ī administratione sacerdotali erat honor magnus, qa nimis reputabant̄ Deo familiares, qui accedebāt ad altare: ꝙ ergo priuaret̄ aliquis ista administratione erat priuare eū honore,& erat magna pęna. Sic patet si aliquis habeat administrationē alicuius dignitatis, ī qua administratione vtatur aliquibus insignijs,& honorē accipiat: si interdicat̄ sibi administratio, quanquam concedantur omnia, quæ aliàs obuētura erant propter istam administrationē, pęna quędā est: sic. n. patet in ep̄is, qui qn̄ delinquūt, nisi sint crimina grauissima dato, ꝙ sint cōtumaces, primò īterdicit eis ingressus ecclesię,& postea interdicit̄ sacerdotale ministeriū,& deinde ab officio suspenduntur,& deinde grauatur cēsura: & tamen

tamen in illis omnibus non priuantur aliquo beneficio, vel vtilitate, sed solum administratione, vel officio: & tamen ista est pęna grauis in eis, vt patet de his de offi. dele. c. quia pontificali lib. 6. ita ergo erat in his sacerdotibus. *Contaminauit quoque Thopheth, quod est in conualle filij Ennom.* Ista contaminatio fuit ꝑ phibitionem s. vetando cõsecrari filios, vel filias Iudęorum per ignem. Considerandum aũt, ꝙ Thopheth erat quidam locus apud Ierusalem in quadam valle, & dicebatur esse filij Ennom: quia forte possessio illa pertinebat ad aliquem filium Ennom. Erat aũt iste Ennom vir famosus, ideo ponit̃ nomen patris, & non filij quanquam possessio esset filij, & non patris, & in ista valle erat factum aliquod templum, & altaria posita pro idolo Moloch, & consecrabantur ibi filij iudæorum, vel filię ipsi Moloch per ignem. Et poterat hoc fieri duobus modis: vno modo, ꝙ fieret ignis, & transiret aliquis per medium ignis in reuerentiam illius idoli: & tunc diceretur lustrari per ignem. Alius modus erat, ꝙ cremarẽtur paruuli Iudæorum ad honorem illius idoli. Et modus erat: qa Moloch erat idolum cupreum, & inane, & succendebat̃ à parte interiori donec inflammaret̃, & tunc ponebatur paruulus in manibus eius, & cremabat̃: & vt non audirentur voces puerorum morientiũ à parentibus, sacerdotes pulsabant tympana, & alia vasa musica, & hoc cõsonat nomini: qa Thopheth interpretatur in Hebræo tympanum: & sic sacerdotes dicebant pueros illos translatos ad fęlicitatẽ deorum, & parentes decipiebantur, putantes, ꝙ filij eorum nõ cremabantur, sed transferebantur ad deos. Et hoc vult Ra. Sa & alij Iudæi, & Nicolaus, & multi de nostris, & satis est rationabilis positio. Tamen Iosephus dicit 9 Antiq. ꝙ isti immolabantur in holocaustum idolis, & sic magis videtur, ꝙ iugulabantur, & cremabantur: & sic qũocunq; stet, dicendum est, ꝙ isti occidebant̃, & non transibãt solũ per ignẽ. Hoc enim patet Leui. 18. & 20. s. non dabis de semine tuo idolo Moloch. i. non dabis ei de filijs tuis, & tamen istud idolum, cui offerebant̃ paruuli in Thopheth, erat Moloch: ideo dabantur ei filij Iudæorũ: & tamen si solum transirent per ignem, & non occiderentur nec lęderentur, non darentur ꝑ hoc idolo Moloch: quia quod donatur alicui manet apud donatarium, & transit in potestatẽ eius: ergo isti paruuli dabantur idolo Moloch. s. offerebantur ei in sacrificium, & hoc acceperãt Hebræi à gentilibus: nã multi gentilium filios suos diis offerebant cremantes in igne propter illos: sic patet su. 17. s. hi, qui erãt de Sepharnaim comburebant filios suos igni Adramelech, & Anamelech dijs Sepharnaim. *Vt nemo consecraret filium suum, aut filiam per ignem Moloch.* s. interdixit consecrationem istam: nam multi decepti à sacerdotibus Moloch. s. ꝙ haberent magnam fęlicitatem in oĩbus rebus suis, si aliquẽ de filijs suis immolarent Moloch tradebant illos, vt immolarentur, & ista erat consecratio per ignem: quia res aliqua consecratur quando efficitur pertinens ad Deum cum prius esset prophana: & ita erat de istis paruulis, qui tradebantur idolo, vt immolarentur propter honorem suum: & dicebãtur consecrari per ignem: quia cremabãtur, vt dictum est. Erat autem iste Moloch Deus filiorum Amon, vt patet præced. lib. ca. 11. & inf. in litera. fecerat autem Salomon vnum templũ isti Moloch propter honorẽ vnius de vxoribus suis, quæ erat de terra Amon: præced lib. c. 11. *Abstulit quoque equos, quos dederant reges Iudę soli.* i. abstulit equos istos de loco suo: reges. n. Iuda, qui fuerant idolatræ. s. Manasses, & Amon dederãt equos soli, & isti erãt dublicè ad honorem solis, & illos abstulit Iosias. *In*

F *introitu templi Domini.* i. isti equi erãt iuxta introitum templi. s. quia pendebant ibi, vt viderẽtur ab oĩbus. *Iuxta exedram Nathanmelech eunuchi, quæ erat in Pharurim.* Exedra est camera vel domus, & istud nomen est vsitatum 1. Paralipo. 9. & 28. & in alijs locis, & maxime in Ezechiele iuxta finem: vnde leuitæ dicebantur esse in exedris ad custodiẽdum thesauros domus Domini: erat autem ista exedra Nathanmelech apud templum, & iuxta illã erant equi: vocat̃ aũt iste Nathanmelech eunuchus: quia fortè erat factus eunuchus à rege, vel ab aliquo principe ad custodiam fœminarũ. *Currus autem solis combussit igni.* Erant. n. lignei, & combussit eos. Dicebatur autem iste Nathanmelech esse in Pharurim: quia erat quidam locus terrę
G Iuda, in quo forte ipse habebat domicilium.

Equi solis qui erant, & quare gentiles dederunt soli quadrigam, & Lunæ bigam. *Quæstio XIX.*

QVAERETVR de istis equis solis, quid erãt? & respondet Ra. Sa. ꝙ erant animalia vera, & erat currus quidam, cui iungebantur, erantq; ad honorem solis: vnde dicit, ꝙ quolibet mane oriente sole equitabat aliquis super currum illum, & equos & currebat versus orientem quasi iret ad obuiandum soli in reuerentiam eius. Sed istud non videtur verisimile: quia omnes cęremonię idolatrię, quę fuerũt apud Iudæos deriuatę sunt à gentibus: & tamen nõ reperitur in historijs gentium, vel apud poetas talis
H cęremonia, quanquam reperiantur alię cęremonię idolatrię, quas faciebant Iudæi: potissimè qa Ra. Sa. & alij Iudæi sunt valdè imperiti circa historias Gentium, & ritus, cum nihil de libris poeticis aut historijs gentium aliqñ legant, & sic nesciunt assignare modum istarũ cęremoniarum gentilium. Nicolaus aũt s̃m expositores nostros & Histo. schol. dicit istos equos fuisse pictos, & attribuebant̃ soli ad honorẽ eius. Simile ẽt patet in Historia quatuor coronatorum, qui ꝑꝑ hoc cogniti sunt christiani esse & occisi sunt: qa noluerũt fabricare currus, & equos solis de marmore. Dicẽdũ tñ, ꝙ modus est, ꝙ gẽtiles dabant soli vnũ currũ & quatuor equos, & istos suspendebãt corã eo, vel ponebat̃ ipse sup currũ, q trahebat̃ à
I quatuor equis: & ita reges Iuda in honorẽ solis dederũt ei quatuor equos, & currũ, & posuerunt eos in atrio tẽpli apud portã tẽpli: nã ibi colebat̃ Sol, & Luna, & duodecim signa cęli, vt patet in lr̃a, iõ in loco, vbi coleret̃ sol, essent insignia eius. s. currus suus, & equi. Rõ aũt quare attributi sunt quatuor equi soli, venit à Philosophis, & fuit ꝑꝑ duo. Primò ꝑꝑ quatuor ꝑtes diei: iõ ꝯditiones illarũ quatuor ꝑtiũ iposuerũt noĩa equis solis: nã vocant̃ isti equi Eous, Aethous, Pyrous, Phylogeus, Eous interpretat̃ rubeus, & ꝑtinet ad primã ꝑtẽ diei: qa in ortu solis plerũq; apparet sol rubeus. Aethous interpretat̃ palẽs: qa in scḋa ꝑte diei incipit pallere, vel albere: nã in principio diei ꝑꝑ vapores multos grossos, & siccos, q sunt
K circa superficiẽ terrę apparet sol rubeus ꝑꝑ variã reflexionẽ radiorũ in vaporibus illis. Cũ aũt eleuatus fuerit aliquãtulum à terra: qa nõ obstãt vapores, est lux solis cãdida, vel pallida. In tertia aũt ꝑte diei vocat̃ sol Pyrog. i. ardẽs sicut est in meridie, vel paulo ante, & post. In quarta ꝑte diei vocat̃ sol Phyloge⁹, i. amator terre: qa iã declinat ad illã descẽdẽs ad horizõtẽ. Ista quatuor noĩa equorũ solis ponũt poetæ, & alij scriptores ex hac causa. Scḋa rõ est quatuor equorũ solis ꝑꝑ quatuor ꝑtes anni: nã sol motu suo facit quatuor ꝑtes anni, q̃ sunt quatuor tẽpora distincta in cõplexionibus. Sic ẽt lunę dat̃ currus, & duo eq: iõ cursus solis vocat̃ quadriga ꝑꝑ quatuor equos, & currus Lunę vocat̃ biga ꝑꝑ duos equos, & attri-

Quare soli attributi sũt quatuor equi.

attribuunt sibi duo eq pp duas qualitates lunę quas A haber causare in istis rebus naturalibus. s. humiditatē,& frigiditatē. Oēs ergo gentes, q̄ coluerunt solē, istū ritū ei seruauerūt:& sic fecerūt Iudęi imitantes ritus Gentium. Et patet, ꝙ sic se haberent isti equi: quia dr̄ in litera, ꝙ reges Iuda dederant istos equos soli in introitu templi: quia ibi omnia pollueren: sed erant equi lignei, vel lapidei, aut metallini de aliqua materia preciosa: & hoc patet, q̄a dicitur, ꝙ reges Iuda illos dederant soli: ad reges aūt ptinet dare magna munera,& erāt isti equi pēdentes apud portā tēpli, vel positi ī aliquo loco venerabili ad hoc, ꝙ populus intueret̄ eos & coleret, sicut colebat solē.

Lunę qua re attribuunt duo equi.

Sol quare dicebatur esse apud exedram Nathanmelech eunuchi. Quæstio XX. B

QVAERETVR vlterius, quomodo dicebantur isti equi esse apud exedram Nathanmelech eunuchi. Respondit Historia scho. ꝙ hoc dicitur, q̄a sol erat, sicut eunuchus: eunuchi enim si ex tenera ętate castrati sint nō pilescūat in barba, & ideo sunt semper tanquam pueri: ita enim sol pingebat̄ tanquam puer sine barbis, & verum est, ꝙ sic pingebat̄ apud gentiles, & sic etiam describunt eum poetæ. Ratio huius est: quia sol quotidie oritur, & occidit, & sic semper est puer: & sic volebat Hist. schol. ꝙ ista exedra, apud quam erāt equi esset solis propter causam supra assignatam eunuchi nominati. Dicendū tamen, ꝙ non accipitur eunuchus pro sole, sed pro quodam viro, qui vocabatur Nathāmelech, & apud C domum suam erant isti equi, cum esset exedra sua apud portam templi: & vocatur ille eunuchus: quia fortè castratus fuerat, vt dictum fuit sup. & dictum est, ꝙ combussit Iosias currus solis igni, & de equis nihil dicitur: quia fortè equi erant metallini, & non poterant comburi: quia liquefieret in igne sicut aurum, & argentum, sed alio modo destruxit illos: ipsos autem currus, quia erant lignei cremauit. *Altaria quoque, quæ erant super tecta cęnaculi Achaz, quę fecerant reges Iuda.* s. destruxit altaria, q̄ erāt in cęnaculo Achaz, Erant autem ista altaria extra templum in domo regis Achaz: & non dicitur, ꝙ fecerat ea Achaz, sed ꝙ fecerū t ea reges Iuda: isti fuerūt Manasses, & Amō, qui super oēs alios reges fuerunt idolatrę, & posue- D runt ista altaria in cęnaculo Achaz i. in quadam domo sua: nam cęnaculum nomen generale est ad q̄cunque domum, & potissimè ad domos amplas, & liberas, in quibus possunt poni menses ad cibos sumendos: & non est dicendum, ꝙ ista altaria facta fuerint per alios reges, quàm per Manassen, & Amon: quia tūc oporteret, ꝙ fuissent ante Ezechiam, cum Ezechias fuerit pater Manasse, & tunc diceremus, ꝙ Exechias non abstulit illa altaria, quanquam essent fabricata tempore suo: & tamen supra. 18. dicitur, quòd ipse abstulit omnia excelsa, & purgauit idolatriam de terra, ideo dicendum est, quòd Manasses, vel Amon ista fecerint post mortem Ezechiæ, & posuerint ea, vel construxerint in quodam cęnaculo, E quod dicebatur cœnaculum Achaz: quia ipse illud fecerat, vel propter aliam causam. *Et altaria, quæ fecerat Manasses in duobus atrijs templi Domini, destruxit rex.* Scilicet, destruxit Iosias aliqua altaria, quæ fecerat Manasses in duobus atrijs tēpli: de istis altaribus patet sup. 21. & ibi habetur in quibus atrijs, de quatuor atrijs templi facta sunt. *Et cucurrit inde, & dispersit cinerem eorum in torrentem Cedron.* Scilicet, puluerem istorū altarium dispersit in torrente Cedron, & cremauit currus solis, & cinerē eorū dispersit in eodē torrēte: & dr̄: cucurrit inde. i. exiuit de tēplo ducens oīa ista extra ciuitatē ad proijciēdū ea in torrentē Cedron.

Manasses an dimiserit aliqua altaria in domo Domini per ipsum fabricata. Quæstio XXI.

QVAERETVR, quomodo Manasses dimisit aliqua altaria in templo Domini de illis, quæ ipse fabricauerat: & videtur, quòd non dimiserit aliqua: quia 2. Paralipo. 33. dicitur, quòd abstulit deos alienos, & simulachra de domo Domini postquam egit pœnitentiam, & proiecit omnia extra vrbem: ergo non māserunt ibi aliqua altaria de illis, quæ ipse fecerat. Secundò patet, quia Manasses conuersus est ad Dominum, & acceptauit Deus pœnitentiam eius, & vixit postea laudabiliter, quę omnia apparēt 2. Paralipom. 33. si tamen ipse dimitteret aliquā idolatriam, potissimè in templo Domini nō posset placere Deo: ergo nihil dimisit. Respondendum, quòd Manasses repleuerat templum Domini idolis, & altaribus, & alijs immundicijs: postquam verò pœnituit, abstulit idola, sed non altaria: quod satis colligitur 2. Paralipo. 33. cum dicitur, quòd abstulit deos alienos, & simulachra de domo Dñi, & aras, quas fecerat in monte domus Domini: & tamen non dicitur, quòd abstulit altaria, quæ fecerat in templo. Vel potest dici aliter, quòd abstulit Manasses altaria illa sed non penitus: nā manserunt aliqua vestigia eius, & illa abstulit Iosias. Sic enim dicitur de serpente æneo, quem destruxit Ezechias: nam dicitur, quòd manserant quædā frustra illius serpentis, & illa contriuit Iosias: & ideo dicitur in prologo Sophoniæ ꝓphetæ, ꝙ Iosias destruxit serpentem ęneum, quem fecit Moyses: sic enim ait: Histo. scho. & sic non putaret Manasses peccare relinquendo aliquas partes illorum altarium in templo, cum iam non proficerent ad vsum idolatriæ, vel dato, quòd mansissent altaria in tēplo: tamen quia non sacrificabatur in eis, putabat Manasses, quòd nō offendebat Dominum in hoc, & ideo non curaret auferre illa.

1. Ratio.

2. Ratio.

Ad primam rationem in contrarium dicendum, quòd 2. Paralipom. 33. dicitur, quòd Manasses abstulit simulachra de templo Domini: & tamen non dicitur, quòd abstulerit inde altaria, & sic manserunt ibi, & abstulit illa Iosias. Secundò potest responderi, quòd Manasses destruxit altaria, quæ fecerat in templo Domini tamen reliquit ibi aliqua vestigia eorū, quæ non curauit auferre: quia illa iam non erant altaria, sed partes altarium, & tamen Iosias, quia fuit nimis zelator circa cultum Dei, & diligens in extirpando idolatriam abstulit etiam illas reliquias, vt nihil pertinēs ad idolum maneret in domo Domini.

Ad primā rationem in principio.

Tertiò potest dici, quòd Manasses destruxit altaria, quæ fecerat, & illa postea restaurauit Amon filius eius in eodem loco, vbi prius fuerant: & ideo q̄quam ista altaria, quæ nunc destruxit Manasses essent verè facta ab Amon: tamen dicuntur facta à Manasse, eo quòd Manasses prius illa fecerat, & super reliquias eius ædificauit Amon: & istud etiam est satis verisimile: quia Amon restituit omnia idola in templo, quæ fecerat pater suus, & postea destruxerat, vt patet supra vigesimoprimo, iuncto. Paralipome. 33. Nam ambulauit Amon in omnibus vijs Manasse patris sui, & coluit omnia idola, quæ ille coluit: & tamen Manasses destruxit idola, quæ fecerat, & eduxit ea de templo Domini secundo Paralip. 33. nunc aūt Iosias inuenit templum Domini implētū idolis similibus illis, quæ fecerat Manasses, vt patet comparando ea, quæ habentur hic ad ea, q̄ habentur supra 21. ergo Amon fecit oīa ista idola, q̄ nūc erāt in tēplo, & sic ipse fecit currus, & equos solis, quos nunc cremauit Iosias, & dicit Histo. schol.

quòd facti sunt isti currus ad repræsētationem ablationis Eliæ ab hominibus: nam currus igneus, & equi ignei acceperunt ipsum, & raptus est ab Eliseo, supra secundo, & ideo ad significandum, ꝙ sol, qui Deus erat secundum eos abstulisset sic Eliam ab hominibus, fecerunt ei currum, & equos. Ad secundā rationem dicendum, ꝙ Deus acceptauit pœnitentiā Manasse, & ipse in toto corde suo redijt ad Dominum, & tamen non abstulit omnia altaria, quæ fecerat, sed nec propter hoc impedit, quin haberet rectam intētionem Manasses: quod patet ex dictis, scilicet, quia Manasses abstulit omnia idola, quæ posuerat in templo: altaria autem non abstulit: qa nō putabat se offendere Deum, ꝙ manerēt ibi altaria: dum tamen nullus in eis immolaret, & ipse prohiberet immolationē. Sic enim fuit de duabus tribubus, & dimidia, quæ fabricauerunt altare magnum apud Iordanem, & nouem tribus, & dimidia volebant pugnare contra eas putantes, ꝙ vellent illud altare ad immolandum: & quia dixerunt, ꝙ non volebant ad immolādum, sed esset ibi in signum, permiserunt illud manere, & non pugnauerunt: vt patet Iosue 22. & tamen si illicitum esset manere altare, non permisissent illud manere. Ita autem fuit de Manasse: nam postquam ipse redijt ad Dominum, nunquam immolauit in illo altari: sed dicitur 2. Paralipom. 33. quòd istaurauit altare Domini, & immolauit super illud victimas, & pacifica, & laudem; & etiam prohibuit immolari in altaribus illis: nam dicitur ibidem: pręcepit inde, vt seruirent Domino Deo Israel: & sic non putabat se peccare quāquam non destrueret altaria.

Aliter potest dici, ꝙ destruxit altaria illa, ita vt nō manerent, nisi aliquæ paruæ reliquiæ, & tamen postea Amon restaurauit altaria illa, & sic non peccabat Manasses: quia non relinquebat altaria in tēplo.

Aliter potest dici, ꝙ quanquam reliquisset in tēplo Domini altaria Manasses, vel etiam aliquid qđ pertineret ad idolatriam, dum iam nō exerceretur idolatria ibi, non putaret se peccare, nec etiam peccaret: sic enim fuit de Ezechia, qui valde bonus erat, & tamen reliquit templa idolorum, quæ fabricauerat Salomon: nam non destruxit ipse illa, sed Iosias, vt patet in litera: & tamē destruxit Ezechias reliquā idolatriam, & etiam abstulit excelsa sup. 18. sed non peccauit, non destruendo templa illa idolorum, vt ibi declaratum est: à fortiori ergo non peccaret Manasse dimittendo ista altaria in templo Domini, cū iam non exerceretur in eis idolatria. Aliter potest dici, ꝙ Manasses fortè reliquit ista altaria ī templo, & sacrificabant aliqui Deo in illis, & non putabat Manasses hoc esse peccatum: nam sic permisit, ꝙ immolaretur Domino in excelsis 2. Paralipom. 33. Modi tamen supra assignati meliores sunt.

Excelsa quoque quę erant in Ierusalē. Hic ponitur qualiter destruxit Iosias templa illa, quæ fecerat Salomō pro dijs vxorum suarum: & vocantur excelsa: quia omnia altaria, vel templa præter templum Domini, vocantur excelsa. Et dicitur, ꝙ erāt in Ierusalem non quidem intra vrbē: quia in monte Oliueti erāt, vt patet in litera, & præced. li c. 13. & mons Oliueti distat à Ierusalē per mediā leucā, siue per mille passus, qui sunt iter sabbathi vt patet Act. 1. sed dicunt esse in Ierusalē: quia erant circa vrbē, & nomine vrbis aliqñ comprehenditur territorium: aliqñ autem sola continentia murorum. *Ad dextram partem montis offensionis.* i. erant ista excelsa, vel templa ad dextram partem montis Oliueti: nam sic colligitur præc. lib. ca. 11. s. ꝙ ædificauit Salomon templa vxoribus suis in monte, qui est ꝯ Ierusalē, & ille est mons Oliueti:

F & erant ista templa in illo monte ad dextrā partem eius: vocatur autem mons offensionis, vt vult Nicolaus: qa Salomon offendit Dominum, qñ fecit templa in illo monte. Dicendum tamen magis est, ꝙ vocabatur mons offensionis. i. scandali: quia scandalizabantur nimis Iudæi videntes illa templa, quæ fecerant ibi Salomon, & multi eorum inclinabantur ad colendum idola. *Quæ ædificauerat Salomō rex Israel.* Aedificauit illa, vt placeret vxoribus. Habebat enim vxores alienigenas, & illę volebant colere deos terrarum suarum, dum essent in terra Israel, & ad hoc instabant apud Salomonem, ꝙ faceret eis templa ꝓ dijs suis, & fecit illa in monte Olíueti, de quo præc. cap. 11. vocatur Salomon rex Israel, & non vocatur G de Iuda sicut omnes, qui nunc erant: quia quādo Salomon regnauit erat regnum indiuisum, & dominabatur omnibus tribubus Israel: postea autem diuisum fuit tempore filij eius Roboam. *Astaroth idolo Sydoniorum.* Astaroth, vel melius Astarhtē erat dea Sydoniorum, & erat Iuno maxima dearum. s. soror & vxor Iouis, & colebatur à Sidonijs, de quo declaratum est præceden. lib. cap. 11. *Et Chamos offensionis Moab.* Chamos erat idolum Moab: vnde Moabitæ vocabantur populus Chamos. i. illius Dei, qui dicit̄ Chamos: Nume. 21. Et vocatur Chamos offensionis Moab. i. Chamos erat idolū, per quod Moabitæ offendebant Dñm: nam colendo illum offendebant Deum verum. Vel intelligitur aliter. s. ꝙ Chamos H erat Moab. i. Deus terrę Moab, & erat offensionis. i. erat, per quem Israelitæ offenderant Dominum. s. quia aliqui Israelitarum offenderant Dominum colendo illum, vel Salomon offenderat Dominum fabricando ei templū, & faciendo ei sacrificia: vel erat offensionis. i. scandali Israelitarū: quia Israelitæ scādalizabātur tempore Salomonis videntes tēplum illius, vel videntes eum coli, sed prima expositio est melior. *Et Melchom abhominationis filiorum Amon.* Iste Melchom erat Deus Ammonitarum, & vocat̄ aliquando Moloch, vt patet præced lib. ca. 11. & sup. in litera, & aliqñ vocatur Melchom sicut hic, & 1. Paralip. 20 & iste erat, cui Israelitę offerebāt filios suos per ignem. Et dicitur Melchom abhominationis fi- I liorum Ammon. i. ꝙ Melchom erat idolū, propter quod Ammonitæ erant abhominabiles Deo. s. colēdo illū. vel propter quod faciebant abhominabilia. s. sacrificia, & alios ritus, quos Deus odit. Vel potest intelligi, ꝙ Melchom erat filiorum Ammon. i. Deus deorum, & erat abhominationis. i. propter quem Israelitæ erant abhominabiles Deo: quia isti idolo offerebant filios suos per ignē sup. in litera, & ista erat magna abhominatio, & ponit inter abhominationes Dei, quas fecerūt Chananæi: Leuitici 18. *Polluit rex.* s. vetuit in loco illo immmolari tanquam in polluto. Vel polluit spargendo ossa mortuorum super loca ista, vt patet in litera. *Et contriuit statuas.* s. statuas omnium istorum idolorum, quæ vsque tunc mane- K bant in templis illis. Contriuit autem eas, & cremauit: quia sic Deus iubebat: Deuter. 7. *Et succidit lucos.* apud ista templa erant luci plantati iuxta consuetudinem idolatrarum: quia in illis lucis vacabatur libidini finitis sacrificijs idolorū, & aliquando celebrabantur ibi cęremoniæ idolorum. De his autem magis declaratum est præcedenti libro cap. 15. *Repleuit loca eorum ossibus mortuorum.* Exhumauit enim Iosias aliquos de idolatris, & sparsit ossa eorum in locis, vbi fuerāt illa templa, & luci: Hoc autem erat, quia volebat Iosias locum illum polluere, ita quòd nullus Israelita accederet ad eum. Hoc autem esset, qa ossa mortuorum erant immunda, & vbicunque essent polluebāt locū, & tangentē: sic patet Nu. 19. &

ista

ista contaminatio proficiebat ad duo. Primò ad vilificandū locū illū, in quo fuerat idolatria: nā nō poterat esse vilior, q̄ ꝙ repleretur ossibus mortuorum. Secundò propter Israelitas, vt non rediret ad eū ad faciēdū aliquas cęremonias idolatrię: qa pollueren tur tangētes ossa mortuorū, vel locū, in quo erant.

Quare Josias sparsit puluerem altarium idolatrię in torrente Cedron, & an voluit per hoc polluere aquas. Q. XXII.

QVAERETVR, quare Iosias sparsit puluerē altarium idolatriæ in torrente Cedrō, vt patet in litera. Dicendum secundum quosdam, ꝙ hoc fecit: quia ipse torrens Cedron erat immundus, sicut supra diximus de cōualle Cedron, in qua fuit cinis multus idolatriæ sparsus, vt patet sup. in litera. Sed hoc non stat: quia tunc diceremus, ꝙ non liceret Israelitis accipere aquam de torrente illo ad aliquem vsum: quia accipiendo eam polluerentur, cum esset immunda: & tamen istud est irrationabile: quia illa aqua poterat proficere vrbi ad multas necessitates, cum laberetur apud mēnia vrbis: potissimè, quia terra illa est nimis egens aquis, & ob hoc tenetur aqua in cisternis ad necessitates humanas, vt declaratum est sup. 19. Aliquis autem dicet aliter s. ꝙ puluis iste fuit sparsus in torrente Cedron ad polluendum illum, sicut ossa mortuorum sparsa fuerunt super loca templorum idolorum, & lucorum suorum, vt essent immunda vt patet in litera, & etiam super altare Bethel combusta fuerunt ossa mortuorum ex eadem causa, inf. in litera. Sed dicendum, ꝙ non stat: primò, quia ista positio est irrationabilior, quā præcedens s. ꝙ Iosias vellet aquas torrentis Cedrō, quæ aliàs erant mundæ facere immundas: & tamen ille erāt nimis necessarię vrbi propter causam dictam: ideo non intenderet polluere illas, sed potius si illę pollutę essent procuraret, vt essent mundæ. Secundò non stat: quia aquæ non poterant esse immūdæ: nam Leuit. 11 c. dicitur de morticinis, & alijs rebus immundis, ꝙ si caderent super quancunq; rem facerent eam immundā, & tamen si caderent super fontes, vel cisternas aut quascunq; aquarum congregationes non polluerentur, ideo etiam si nunc istæ immunditiæ idolorum spargerent̄ in torrente Cedrō non essent immundæ. Dicēdum ergo, ꝙ Iosias sparsit istas immunditias in torrente Cedron. i. apud torrentē. s. nō sup aquā, sed in aliquo loco iuxta aquas, & ille locus esset immundus, & istud concordat literę præcedenti. Nam supra dicitur, ꝙ cōbussit Iosias vasa Baal, & Solis, & Lunæ in conualle Cedron. i. in quadam valle, per quam labitur torrens Cedron, & in illo loco nunc sparsi fuerunt isti pulueres, & dicitur, ꝙ sparsi fuerunt in torrente Cedron. i. in cōualle torrentis Cedron. Aliter potest dici, ꝙ sparsit istos pulueres Iosias in torrēte Cedron: quia in quocūq; loco spargerentur, facerent illum immūdum, cum ipsi essent immundi: aqua aūt nō potest pollui quāquam fundantur super eam quæcunque immunda secundum legem, vt patet Leu. 11. vt ergo nullus locus pollueretur per istorum puluerum aspersionē effusi sunt in torrentem Cedron, qui non polluebātur p aspersionem, sed præcedens modus verior est.

Aliquis tamē dicet adhuc aliter ꝙ Iosias fecit hoc ad hoc, ꝙ imitaretur Moysen Nam Moyses destruxit vitulum, quem fabricauerāt Israelitæ, & sparsit pulueres eius in aquam: Exod. 32 & Deut. 9. Sed dicendum, ꝙ nō stat: quia Moyses habuit iustam causam faciendi hoc: quam non habuit Iosias: quia ipse voluit scire, qui erant illi, qui peccauerant in vituli fabricatione, & ad hoc combussit illum, & redigēs

A in puluerem sparsit in aquā, & coegit Israelitas inde bibere: Exo. 32. & hoc fuit, vt cum biberent, appareret aliquod signum in quolibet peccante, vt pote, ꝙ aqua illa inflaret vētrem eius, vel faceret aliud signum apparens, & sic ipse posset occidere peccatores: nunc tamen nihil tale erat: ideo non spargeret Iosias illas immūditias idolorum in aquam ad hoc, quòd imitaretur Moysen. Potissimè quia si hoc voluisset, omnes illas immunditias sparsisset in torrente Cedron: & tamē puluerem primum idolatriæ tulit in Bethel, & deinde puluerem alterius partis idolatrię posuit in conualle Cedron, & patet vtrunque in litera: ideo non est dicēdum, ꝙ aspersit in aquam ex hac causa, sed potius, ꝙ nihil de hac īmundicia fu B dit in aq̄ Cedron, sed in conualle Cedron apud aq̄.

An Josias peccauerit destruendo illa templa, quæ fecerat Salomon. Quæstio XXIII.

QVAERETVR vlterius, an peccauit Iosias destruendo templa, quæ fecerat Salomō, vel si peccasset, si non destruxisset illa. Aliquis dicet, ꝙ peccauit, qa Ezechias fuit rex nimis dilectus Deo, & destruxit idolatriam, & tamen non destruxit ista templa, ergo peccauit Iosias destruendo illa. Dicendum, ꝙ non peccauit Iosias faciēdo hoc, sed potius meruit: quod patet: primò quia Iosias laudatur hic plusquam omnes reges pręcedentes, cum dicatur, C ꝙ non fuit aliquis de regibus Iuda similis ei, qui sic coleret Deum in toto corde suo iuxta legē Moysi. Secundò patet: quia Eccle. 49. dicitur, ꝙ propter Dauid Ezechiam, & Iosiam omnes reges Iuda peccatū commiserunt, ergo non peccauit Iosias. Tertiò patet, qa Iosias fecit aliquid, quod lex iubebat. s. destruere idolatriam, vt patet Deu 7 ideo potius esset Deo gratus, quàm peccaret. Quartò patet, quia Ezechias non destruxit illa templa, & oportuit ipsum excusari ad hoc, ꝙ ostenderetur, ꝙ non peccauerat, vt declaratum est sup. 18. ergo Iosias destruēdo illa faciebat actum laudabilem. Ad rationem in contrarium dicendum, ꝙ Ezechias non peccauit, & non destruxit illa: tamen non sequit̄, ꝙ peccauit Iosias destruē D do illa, sed sequitur aliter. s. Ezechias non peccauit, & non destruxit: ergo Iosias non tenebatur destruere illa: & tamen multa sunt, ad quæ non tenemur, q̄ tamen si fecerimus, perfectio magna est. Aliter potest dici, ꝙ Ezechias non peccauit in hoc: quia excusatur, vt declaratum est sup. 18. id tamen, quod excusatione indiget, malum est: quia bonum à se ipso placet sine aliqua excusatione, sed potius ipsum nos ad se ipsum attrahit: Iosias autem fecit id, quod nō indigebat excusatione: ideo melius fecit, quàm Ezechias. Ad secundum dubium dicendum, ꝙ dato, ꝙ Iosias nō destruxisset templa illa Salomonis, posset excusari sicut excusatus fuit Ezechias sup. 18. fortè tamen non habebat tam sufficientem excusationē E Iosias, sicut Ezechias: quia ante Ezechiā nullus rex abstulerat omnia excelsa, & idolatriam, & cum ipse fuerit primus fortè populus non consentiret ei, ꝙ omnia destrueret: quia nimius rigor à principio videretur scandalosus: Iosias tamen habuerat ante se alios, qui destruxerāt idolatriam, & excelsa: nā Ezechias omnia ista destruxerat: Manasses aūt quanquā non destruxit excelsa, abstulit tamen idolatriam 2. Paralipom. 33. Etiam populus non repugnaret aliquo modo nunc Iosiæ: quia fecerat fœdus de seruādo legem Dei: & tamen lex iubet idola destrui Deuteronom. 7. Ideo populus faueret ei, & sic non videretur satis excusabilis Iosias, si nō auferret omnem idolatriam, & destrueret templa, quæ fecerat Salomon.

Iosias an peccasset si non destruxisset tēpla idolorum.

mon. Vnde videret peccare si non desereret, quanq̃ non peccauisset Ezechias non destruendo illa.

Insuper & altare, quod erat in Bethel. Hic ponitur destructio idolatriæ in regno Israel: nam omnia, quæ supra ponuntur, pertinent ad idolatriam destructā in regno Iuda. Et dicitur primo de altari Bethel destructo: istud enim erat altare, quod fabricauerat Ieroboam quando posuit vitulum aureum in Bethel & ipse ascendit super altare ad offerendum incensum, & diuisum est altare ī duas partes, & effusus est cinis, & manus Ieroboā exaruit, vt patet p̄ce.li.c.13. *Et excelsū, quod fecerat Ieroboā filius Nabath.* Pōt accipi excelsum p̄ tēplo, ī quo erat istud altare, & Ieroboā fecit vtrunq;.s.tēplū, & altare, & est sensus, ꝙ tā tēplū, q̃ altare destruxit Iosias. Vel potest accipi excelsum pro ipso altari, & tunc erit repetitio sentētiæ, & vocatur excelsum: quia illud erat magnum. Iste Ieroboam fuit primus rex Israel post diuisionem regni, & vocabatur filius Nabath ad differentiam alterius Ieroboam regis Israel, qui fuit filius Ioas, & regnauit tempore Oziæ regis Iuda, vt patet, supra 14. *Qui peccare fecit Israel.* s. fecit vitulos aureos, & coegit populum, vt coleret illos, & vt non iret ad colendū Dominum in tempore Salomonis præced.lib.c.12. de isto dicitur specialiter, ꝙ peccare fecit Israel, qa non fuit alius rex ante istum, qui cogeret populum ad colendū idola. Etiam quia idolatria ab eo introducta semper mansit, vnde imputatur totum malum, quod fecerunt Israelitæ ipsi Ieroboam, su.17. *Et altare illud excelsum destruxit, atque combussit, & comminuit in puluerem.* Vocatur istud altare excelsum p̄ excellentiam: quia erat maius omnibus alijs altaribus terræ Israel, & fuit istud primum altare, super quod primum sanctificatum est sacrificium vitulo aureo in die, qua fecit Ieroboam solennitatem ei, & ascēdit ipse in altare ad offerendum thymiama præced. lib.cap.13. Et ista magnitudo erat: quia vnus vitulus aureus erat in Bethel, propter quem debebat esse altare excellentius, & omnia alia pertinentia ad ritū sacrificiorum. Istud altare destruxit Iosias, & cōbussit: quia fortè erat lapideū, & cremauit lapides eius, vt soluerentur in calcem, & ideo dicitur, ꝙ comminuit illud in puluerem.s.per combustionem. *Succiditque lucum.* Iste lucus erat factus apud altare illud: quia consuetudo gentiliū erat plantare lucos apud altaria, & Hebræi sequebantur ritum gentium: ideo vbicunque erant aliqua altaria solennia idolorum erant luci apud illa altaria: & sic erat in Bethel. *Et cōuersus Iosias vidit ibi sepulchra.* i. cum conuerteret se Iosias ad respiciēdum per diuersa loca, vidit sepulchra non longe ab illo altari: & fortè quando ipse cōuertebat se, inquirebat, an videret aliqua sepulcha, quorum ossa cremaret super istud altare. *Quæ erant in mōte.* Mons erat iuxta altare illud in Bethel, & in monte illo erāt sepulchra sacerdotum, & prophetarum: ideo de ossibus ipsorum combussit Iosias multa sup altare: Quod patet, quia Iosias accepit de ossibus istorum sepulchrorum ad cremandum super illud altare: & tamen ibi cremanda erant ossa sacerdotum, & prophetarum idolorum: præcedenti libro capit.13. *Misitq; , & tulit ossa de sepulchris, & combussit ea super altare.* Voluit enim Iosias polluere altare illud Bethel, & ad hoc voluit super illud ossa mortuorum cremare: quia nihil immundius est, quàm ossa mortuorū, vel sepulchrum, & similia pertinentia ad mortuos: & quia vidit sepulchra illa propinqua esse, iussit ossa exhumari de illis, & cremari super altare. Sciendum etiam, ꝙ Iosias cremauit super altare illud aliquos sacerdotes viuentes, & insuper ossa mortuorum, quanquam hic solum fiat mentio de ossibus

F mortuorum, & patet hoc: quia sic prænunciatum fuerat die prima, qua factum est sacrificium super illud altare, præce.li.c.13.s.hęc dicit Dominus: altare altare, filius nascetur domui Dauid Iosias nomine, & immolabit super te sacerdotes excelsorum, qui nunc in thura succendunt, & ossa hominum incendet super te. Item patet hoc, quia infra in litera dicitur, ꝙ occidit vniuersos sacerdotes excelsorū, qui erant ibi super altaria, & combussit ossa humana super ea. *Et polluit illud.* Potest ītelligi, ꝙ polluit.i.posuit interdictum, ne quis in eo sacrificium faceret sicut impolluto. Vel magis debet intelligi, ꝙ polluit illud realiter.s.cremando ossa mortuorum super illud, & occidendo sacerdotes ibi, & istud uerius est: nam
G istud altare destructum est, & in puluerem redactū: ideo non poterat aliquis in eo postea immolare. Et sic non oportebat, ꝙ poneretur præceptum de nō immolando, cum istud esset impossibile: vnde nec dicetur pollutum per præceptum, sed per realē cremationem ossium super illud. *Iuxta verbum Domini, quod locutus est vir Dei.* i. fecit Iosias iuxta prophetiā, q̃ dixerat vir Dei, qui venit de Iuda ad Ieroboam die prima, qua sacrificatum est vitulo aureo in Bethel, & ille prænunciauit, ꝙ occidendi erant sacerdotes excelsorū super istud altare, & cremanda erant ibi ossa humana præcedenti lib. cap.13. & iste propheta à leone occisus est eod.ca. *Qui prædixerat verba hæc.* i. prænunciauit ille omnia ista, quæ nūc faciebat Io-
H sias super altare Bethel, & alia altaria idolorum. *Et ait: quis est titulus iste, quem video?* Titulus est aliquod signum positum super sepulchrum.s.aliquis lapis eleuatus, per quem cognosceretur cuius erat sepulchrum illud, & sic consueuerunt vocari signa sepulchrorum. Sic enim dicitur Gene. 35. s. erexit Iacob titulum super sepulchrum eius: hic est titulus monumenti Rachel vsque in præsentem diem. *Responderuntque eis ciues illius vrbis.* Erat enim nunc in Bethel, & quærebat ab habitatoribus loci illius cuius esset sepulchrum istud. *Sepulchrum est hominis Dei, qui venit de Iuda.* Istud sepulchrum erat duorum. s. illius prophetæ, qui venerat de regno Iuda, & alterius p̄phetæ mali, qui deceperat eum, vt manducaret in
I Bethel: nam propheta mal9 fecerat istud sepulchrū pro se, & sepeliuit in eo prophetam, qui venerat de Iuda occisum à leone, & iussit filijs suis, ꝙ sepelirēt eum in eodem sepulchro cū viro Dei: præced.lib.c. 13. & sic factum est: nunc autem manserunt ossa sua intacta propter ossa viri Dei, & viri Bethel, nō dixerunt, ꝙ esset istud sepulchrum illius prophetæ mali, qui deceperat alium, sed nominauerunt illud à digniori.s.ꝙ esset sepulchrum viri Dei, qui venerat de Iuda. *Et prædixit verba hæc, quæ fecisti super altare Bethel.* i. ipse prænunciauit omnia, quæ tu nūc egisti.s.ꝙ cōbusturus esses ossa super altare, & occisurus sacerdotes. *Et ait: dimittite eum, nemo commoueat ossa eius.* s. multi erant tunc præcepto Iosiæ exhumantes ossa huma-
K na de sepulchris ad cremandum ea super altare, & cum perueniretur ad illud sepulchrum, iussit ꝙ nemo tangeret ossa illius. Hunc enim honorem detulit ei propter duo: primò, quia vir bonus fuerat, & ipse solum persequebatur idolatriam, & idiolatras. Secundò, quia ille prædixerat omnia, quę nunc agebat Iosias: ideo vt daret auctoritatem facto suo non debuit ossa eius exhumare. Et intacta manserunt ossa illius cū ossibus prophetæ, qui venerat de Samaria: duo prophetæ erant in eodem sepulchro: malus enim propheta erat ille, qui habitabat in Bethel, & venerat de Samaria.i.de vrbe Samariæ, & alius propheta bonus, qui venit de Iuda ad p̄nunciādum ea, q̃ fecit nūc Iosias in Bethel, & ille propheta manus

Titulus q̃d sit.

fecit

fecit ſepeliri virum Dei in ſepulchro ſuo, vt ꝓpter illum non commouerentur oſſa eius: quia ipſe pręcognouit omnia iſta mala, quæ futura erant, & p̄dixit illa filijs ſuis præced. li. ca. 13. & dr̄, ꝙ venit de Samaria iſte propheta, non quidē de illa Samaria, quæ fuit metropolis regni Iſrael: qa illā cōdidit Amri pr̄ Achab rex Iſrael in mōte Samariæ: præced. lib. c. 16. ſed alia fuit Samaria prior, de qua erat iſte ꝓpheta. Sic declaratum eſt eod. lib. cap. 13. & 16. *Inſuper & omnia phana excelſorum.* Phana vocant̄ templa: excelſa vocant̄ altaria, & Ioſias deſtruxit oīa templa, in quibus erāt altaria idolorum. *Quę erant in ciuitatibus Samarię.* Samaria accipitur pro illa ciuitate, q̄ erat metropolis in regno Iſrael, & oēs ciuitates decem tribuū vocabantur ciuitates Samarię, & in illis erant multa templa, & altaria, quæ omnia deſtruxit Ioſias. *Quę fecerant reges Iſrael.* Omnes reges Iſrael fuerūt idolatræ, & non fuit in eis ſicut in regibus Iuda: nam in regibus Iuda erant aliqui boni, & alij mali: & tamen in regibus Iſrael nullus fuit, de quo non dicatur, ꝙ fecit malum coram Domino: ideo quilibet multiplicabat idolatriam ſuper præcedētes, & potiſſimè ipſe Achab, qui fuit totaliter deditus idolatrię inſtigāte vxore ſua Iezabel, vt patet præced. lib. c. 16. & 21. *Ad irritandum Dominum.* Non faciebant reges Iſrael altaria, vt Dominum irritarent: quia nullus homo intendit per ſe, & directè Deum irritare, ſed facit aliqua, per quæ Deus irritatur, & ſic, ad, non ſignificat hic finem, ſed conſecutionem. *Abſtulit Ioſias.* ſ. deſtruxit tam phana, quàm excelſa. i. altaria, & templa. *Et fecit eis ſecundum omnia opera, quæ fecerat in Bethel.* ſ. cremauit oſſa mortuorum ſup oīa illa altaria, & occidit ſacerdotes ſuper ea, & poſtea cremauit ipſa vſquequo reduceret in cinerem: quia ſic fecerat ī Bethel, vt patet ſupra. *Et occidit vniuerſos ſacerdotes excelſorum.* Manebant enim vſq; ad diem illum aliqui ſacerdotes idolorum in diuerſis altaribus, & templis terræ Samarię, & quoſcunq; illorū inuenit nunc Ioſias occidit: quia erant idolatrę, & iſtud erat peccatum grauiſſimum, & inſuper erant nimis ſcandaloſi, qia propter ipſos populus inducebatur ad colendum idola. *Qui erant ibi ſuper altaria.* Poteſt intelligi dupliciter. Vno modo, ꝙ occidit vniuerſos ſacerdotes ſuper altaria, quæ erant ibi. i. quæſiuit Ioſias oēs ſacerdotes, quos potuit inuenire in templis, & vrbibus, & occidit illos ſuper altaria. Aliter poteſt intelligi, ꝙ occidit omnes ſacerdotes, qui erant ibi ſuper altaria. i. cremauit oſſa humana ſuper altaria, & deſtruxit illa, & occidit omnes ſacerdotes, qui erant ibi ſuper altaria. i. qui erant principes, & cuſtodes altariū. Vterq; ſenſus ſatis conuenit, ſed primus magis: quia prædixerat vir Dei, ꝙ Ioſias occiſurus erat ſacerdotes excelſorum ſuper altaria, & etiam, ꝙ cremaret ibi oſſa humana: præced. lib. c. 13. & tamen dicitur hic, ꝙ fecit in omnibus vrbibus Samariæ ſicut fecerat in Bethel ergo etiam occidit ibi ſacerdotes ſuper altaria. *Et combuſſit oſſa humana ſuper ea.* ſ. ſup oīa altaria Samariæ cōburebat oſſa humana ad vilificandum ipſam idolatriam, quæ ibi exercita fuerat, & ad cōtaminādū loca, vt deinceps nullus ad talia loca accederet.

An Ioſias peccauit cremando oſſa humana.
Quæſtio XXIIII.

Obijcitur Primo.

QVAERETVR, an peccabat Ioſias cremādo oſſa humana. Aliquis dicet, ꝙ ſic: quia agere cōtra pietatem naturalem peccatum eſt: & tamen cremare oſſa humana eſt contra pietatem naturalem, ergo peccaret Ioſias cremando illa. Idem à ſimili patet, quia ex pietate quadam naturali corpora huma-

A na ſepelimus, & non ſepelimus corpora beſtiarum, etiam non permittimus lacerari illa à canibus: ſi qs autem relinqueret corpora inſepulta, vel traderet illa canibus, non eſt dubium, quin peccaret: ita ergo exhumando cadauera, & cremando illa peccatum erit: Item patet hoc, quia quicunque contemnit carnem ſuam, peccat: quia Iſa. 58. dicitur: cum videris nudum, operi eum, & carnem tuam ne deſpexeris, cadauer tamen eſt, vel fuit caro noſtra, & realiter effigiem humanam tenet: ideo ſi quis cōtemnat illud cremando, vel exhumando, vel lacerando, aut beſtijs tradendo peccabit: & quia Ioſias cremauit cadauera, peccaret. Reſpondendum ꝙ Ioſias nō peccauit: quia ſcriptura laudat eum de his omnibus, quæ

Secundo.

B egit dicens, ꝙ non fuit aliquis rex ſimilis ei: & tamē ſi peccaſſet in hoc, vituperaſſet eum. Ad ſciendum tamen quomodo Ioſias nō peccauit conſiderādum eſt, ꝙ Ioſias fecit hic duo. ſ. exhumauit oſſa mortuorum, & cremauit ea ſuper altare. Quantum ad cremationem dicēdum, ꝙ Ioſias poterat excuſari multipliciter. Primò, quia cremare oſſa mortuorum abſolutè non eſt malum, immo iſte erat honor, q̄ impendebatur funeri apud antiquos. ſ. ꝙ cremarētur cadauera, & cineres reſeruarentur in ſepulchris, aut in quibuſdam vrnis: & ſic vſq; hodie manent cineres Iulij Cęſaris Romæ in quadam vrna magna ſup lapidem altiſſimum, qui vocatur Acus ſancti Petri. Et ſic non eſſet malum cremare oſſa iſtorum mor-

Mos antiquorū in cremādo defunctos.

Hæc Pyramis nunc in plateā S. Petri, Sixti V. P. M. iuſſu trāſlata, loco cineris, ſanctę Crucis vexillum ſuſtinet.

C tuorum, ſed etiam honor. Secundò poſſet excuſari: quia in quibuſdam terris, in quibus conſuetudo eſt ſepelire cadauera, interdum cremātur oſſa mortuorum ad effugandum aerem peſtiferum, & animalia venenoſa: Sic. n. dicit Ioannes Beleth in ſuo rationali paruo dans cauſam, quare in vigilia ſancti Ioānis per noctem cōſueuerunt fieri magni ignes per oīa loca, & reſpondet, quòd hoc fit ad imitationem antiquæ conſuetudinis: nā conſueuerant antiquitus ꝑ tp̄s illud cremari oſſa mortuorum ad effugandum aerem peſtiferū, & animalia nociua, & loco illorū fiūt nunc ignes de alijs rebus. Dicendum tamen, ꝙ licet iſtę duæ excuſationes aliquo modo videantur valere, tamen non valent. Primò, quia ꝙ cremētur

D cadauera, eſt honor in terra illa, in qua conſuetudo eſt ea cremari, & non ſepeliri, & tamen in terra, in qua conſuetum eſt illa ſepeliri, magnum dedecus eſſet illa cremari. Sic autem erat in terra Iſrael: quia conſuetum erat ſepeliri cadauera, & non cremari: ideo malum videbatur. Secundò patet: quia ſi iſta cadauera non eſſent ſepulta, & cremarentur ad ſequendum conſuetudinem quarundam terrarū poterat aliquo modo excuſari: & tamen, ꝙ poſtquam ſepulta erant exhumarentur, dedecus erat: & ſic fecit nunc Ioſias. Tertiò patet: qa dato ꝙ aliquis actus bonus ſit, ſi tamen alicui fiat ad contumeliam malus erit, quanto magis ſi malus eſt, & fit ad contumeliam: & tamen Ioſias cremauit iſta oſſa ad cōtumeliam illorum, qui erant idolatræ faciendo oſſa eorū

E confringi, exhumari, & cremari, ergo malum erat. Quartò patet: quia quādo venit Ioſias ad ſepulchrū viri Dei iuſſit, vt nullus moueret oſſa eius, ſi tamen cremare illa eſſet aliqđ bonum, potius cremaſſet illa, quàm oſſa aliorum: & tamen iuſſit abſtineri ab illis: ergo pęnale erat cremare illa. Quintò patet: quia quando Ieroboam offerebat incenſum ſuper altare Bethel, miſit Deus prophetam qui prænunciauerat, quòd ſuper illud altare occidendi eſſent ſacerdotes, & cremanda oſſa humana: præced. lib. capit. 13. ſi tamen iſtud non cenſeretur pœna non prænūciaſſet illud Deus contra peccantes, ergo cēlebatur pœna magna. Sextò patet: quia ꝓpheta malus iuſſit

filijs suis, ꝙ sepelirent eum cum viro Dei, vt ossa sua defenderetur à combustione propter ossa viri Dei, vt colligitur præced. lib. c. 13. ergo ille arbitrabatur dedecus esse cremari ossa mortuorum. Aliter ergo dicendum, ꝙ Iosias non peccauit quāquam cremare ossa mortuorum esset pęnale: quia ipse fecit hoc in pęnam idolatrarū ex iusta causa. Et patet primo de exhumatione: nam ecclesia ponit istam pęnam, ꝙ si ossa excommunicatorum cognoscantur, exhumanda sunt: isti tamen erant peiores excommunicatis: quia erant idolatrę, & idolatria est maximum peccatū, ideo adhuc iustius poterant isti exhumari, quàm hęretici, vel excommunicati. Secundò patet, quia Deus pręnunciauerat, ꝙ Iosias ossa mortuorū cremaret super altaria Bethel: & tamen non poterant cremari, nisi exhumarentur: ideo licebat ei exhumare illa. Tertiò patet hoc quantū ad crematione͂m ossium mortuorum: quia Deus fecit Iosiā executorem in hoc, cum prænunciasset, ꝙ Iosias crematurus erat ossa mortuorū super altaria Bethel: præc. lib cap. 13. & tamen faciendo id, cuius Deus fecerat eum ministrum, non peccabat, sed potius merebatur: ideo non peccabat cremādo illa. Quartò patet: quia Iosiæ licebat hoc ex officio suo: nam ipse erat rex, ad quem pertinebat punire omnia delicta, & licet regulariter delictū extinguatur in morte: tamē quædam delicta sunt, quæ cum morte non extinguntur: sed post mortem proceditur ad punitionē eorum quātum modo humano puniri possunt. Sic enim est, si quis post mortem detegatur fuisse hæreticus, vel hæreticos instituerit hæredes: nam de crimine illius ageretur post mortem, & extimulabit̄: & tamen idolatria maius peccatum erat, quàm hæresis: ergo post mortem poterat agi ad vindictā de illo: & illud esset, ꝙ exhumarentur idolatræ, & confringereatur ossa eorum, vel cremarent̄, aut dispergerentur.

Iosias nō peccauit cremando ossa humana.

Ad primā rationem. Ad primam rationem in contrariū dicendum, ꝙ verum est: ꝙ in terra illa, in qua consuetum erat cadauera sepeliri contra naturalem humanitatem erat exhumari illa, & cremari, & sic erat in terra Iudæorū: & tamen illa, quæ sunt de naturali pietate, possunt alicui denegari propter delictum: nam nihil est magis contra naturalem pietatem, quā hominem occidi: & tamen propter delicta homo occiditur: ergo à fortiori alia pęnalia, quæ minus sunt contra pietatem naturalē infligentur propter delicta: & sic fuit in illis idolatris, quarum ossa exhumata sunt.

Ad secundam. Ad secundum dicendum, ꝙ cōtemnere carnem nostram peccatum est: & ista est causa, quare sepelire mortuum est vnum de operibus pietatis: & tamen sicut viuenti potest propter delictum pœna infligi, ita moriens potest priuari sepultura, vel si sepultus fuerit poterit exhumari: & tunc non dicimur contemnere carnem nostram: quia illud non fit in contemptum, sed in pęnam peccati.

Iosias an peccabat faciendo exhumare corpora mortuorum, quia sic polluebantur. *Quæstio XXV.*

QVAERETVR vlterius, quomodo Iosias iubebat aliquibus exhumare corpora mortuorū: quia per hoc polluebantur: nam quicunque tetigisset mortuum, vel ossa iam arida, aut saltem sepulchrum, erat immundus: Numeri 19. & tamen non debebat ipse iubere immundiciam. Item videtur, ꝙ peccabat: quia lex vetabat immunditiam: & ipse iubebat illam sustinere. Respondendum, ꝙ illi, qui exhumabant ossa mortuorum, & cremabant ea super altaria, immundi erant, & non poterāt accedere ad sanctuarium nisi aspergerent̄ aqua lustrationis, Nu-

F meri 19. & tamen Iosias non peccabat iubendo illis, ꝙ extumularent ossa, nec ipsi peccabant extumulando. Pro quo considerandum, ꝙ immunditiæ illę, quæ erant secundum legem Moysi, erant irregularitates quædam corporales, secundum quas ꝓhibebantur aliqui accedere ad sanctuariū, & ad quascunq; res sacras: & tamen non erant peccata mortalia, nec venialia, immo in quibusdam eorum erat meritum, vt patet in sepeliendo mortuos. Quicūq; enim sepeliebat mortuū polluebat̄: Nume. 19. & tn̄ meritorium erat sepelire mortuos: vnde Tobias de hoc maximè laudat̄: vt patet To. 1. immo interdū erat de necessitate, ꝙ aliqui pollueren̄t: & si non polluerent̄, peccarēt grauissimè. Sic patet de filijs respe

G ctu parentū: quia tenent̄ sepelire eos, & impendere quencunq; alium honorem, & tn̄ sepeliēdo eos polluebantur: si tamen pollutio ista peccatū esset, nunq̄ lex, aut ratio naturalis obligaret aliquem pollui: qa nec pro patre, nec pro quouis peccare nobis licitū est. Dicendum igit̄, ꝙ in casu isto est sicut interdū est in excōmunicatione: nam cogitur quis interdum esse excommunicatus: & si non vult sustinere excōmunicationē, peccat mortaliter: vt pote siquis sciat inter se, & vxorem suam esse gradum consanguinitatis impedientis matrimoniū: & nolit reddere debitum, & ad petitionem vxoris excommunicetur, nisi reddat debitum, Ecclesia iubet, ꝙ sustineat sententiam excommunicationis, & non reddat debi-

Cogit̄ qs interdū sustinere excōicationē aliter mortaliter peccaret.

H tum: vt patet extra de resti. spo. c. literas. & de sen. ex cōmu. c. inter alia: si autem iste nolet sustinere sentē tiam excommunicationis, redderet debitū: & tunc peccaret mortaliter: quia contra conscientiam agebat. Item nūc si quis patrem suum sepeliret, pollueretur: si autem nolet pollui, non sepeliret eū, & tūc peccaret mortaliter: ideo obligatio erat interdum ad hoc, ꝙ quis pollueret̄: & sic dicēdum, ꝙ ista pollutio causata in sepeliendo mortuos nō erat peccatū, sed potius erat meritoria. Istud autem verum est, nisi in illis, qui prohibiti erant à lege. Pro quo sciēdū, ꝙ quāquam lex declararet istas esse pollutiones: tn̄ nullā earū vetabat absolutè, sed solū vetabat pollutos introire in tēplum, vel aliqualiter ad res sacras

I accedere: qa alioquin morerentur. Leui. 15. ideo q̄q̄ pollueren̄t: dum tn̄ non accederent ad res sacras, nō peccabant. Istud aūt verū est in oībus popularibus, & leuitis: secus aūt in sacerdotibus: nā sacerdoti magno erat vetitū pollui in aliquo mortuo, etiam si esset pater, vel mater: ideo si vellet pollui non solum incurrebat pollutionē: sed ēt peccabat agēs ꝯ prohibitionē legis, Leuit. 21. sacerdotibus aūt minoribus vetitum erat pollui in aliquo nisi in patre, & matre, & in filio, & filia, & in fratre, & sorore, quæ non tradita fuit viro, Leui. 21. in his ergo sex polluebatur si sepeliret illas: & tamen non peccabat: quia vtebatur cōcessione legis: in cęteris verò polluebatur, & peccabat: qa agebat ꝯ legem prohibentē. Ad rationem

K primā in cōtrarium dicendū, ꝙ quicunq; tetigisset ossa mortuorū, vel sepulchra polluebat̄, & Iosias iubebat ministris suis, ꝙ effoderent sepulchra, & tāgerent ossa, & in hoc polluebant̄: tamen nō peccabāt: quia pollutio illa non semp inducit peccatum, sed interdum est meritoria: & sic erat hic: nā Iosias zelo Dei agebat istud cremando ossa idolatrarū super altaria idolorum, & ad hoc cooperabantur ei ministri sui: ideo non peccabant, sed merebātur: & patet hoc magis: quia isti nō solū erant ministri Iosię, sed potius ministri Dei: qa Deus dixit per prophetā, ꝙ super istud altare Bethel cremarent̄ ossa idolatrarū, & occiderent̄ sacerdotes: pręce. lib. c. 13. & isti ministrabant ad illud effodiendo, sepulchra, & exhumando

Ad primā rōnem in cōtrariū.

do ossa, & illa sup altaria cremēdo, ideo merebant. Ad confirmationē cum dr̄, ꝙ lex vetabat istas pollutiones. & Iosias illas pcipiebat. Dicendū, ꝙ lex non vetabat, sed solū ostendebat, q̄ erant pollutiones, & vetabat pollutis intrare in sanctuarium, & non vetabatur aliquibus absolutè pollui, nisi sacerdotibus: & tamen nullus istorum effodientiū sepulchra erat sacerdos, cum multos populares haberet Iosias ministrantes sibi in hoc: ideo non faciebat contra prohibitionem legis, nec peccabat ipse, aut extumulantes ossa. Sciendum vlterius, ꝙ isti, qui extumulabant mortuos mandato Iosiæ non peccabant: & tamen polluebātur: Iosias autem nec peccabat, nec polluebatur: quia ipse non tangebat ossa mortuorum, nec sepulchra: pollutio tamen solum causabatur per cōtactum. Si autem fuisset peccatum pollui non solū, qui faciebant, peccarent & pollucrentur, sed etiam qui iubebat alijs pollui poll eretur: & tamē nō erat peccatum, sed quædam irregularitas contracta per contactum sine peccato: ideo qui realiter non tangeret non pollueretur. Simile est de irregularitatibus Ecclesiæ: quia quædam contrahuntur sine peccato, & consulens, vel iubens in illis non contrahit irregularitatem, sed solus faciens, sicut est bigamia, quæ sine peccato contrahitur: ideo si quis consulat alteri, vel iubeat incurrere bigamiam, non erit ipse bigamus, sed ille solum, qui de facto diuidit carnem suam in plures matrimonialiter. Aliæ sunt irregularitates, quas interdum incurrimus cum peccato, sicut homicida est irregularis, & etiam qui iubet homicidium fieri incurrit irregularitatem.

Iosias quomodo potuit cremare ossa mortuorum in Bethel, & Samaria, cum istę vrbes non tenerentur ab Israelitis.
Quæstio XXVI.

QVAERETVR vlterius, quomodo potuit Iosias exhumare mortuos in Bethel, & cremare ossa super altare, & occidere ibi sacerdotes, & in omnibus vrbibus Samariæ: & videtur, ꝙ non poterat, quia istę vrbes iam non tenebantur ab Israelitis, cū omnes decem tribus pertinentes ad regnum Israel translatæ fuissent per Salamanasar, & Theglatphalasar in Assyrios, vt patet, sup. 15. & 17 & 18. & nunc gentes alienigenæ, quæ venerant de quinque prouincijs habitabant in terra illa. sup. 17. Aliquis dicet verum esse, ꝙ omnes decem tribus translatę fuerant in Assyrios, & non manserant aliquę de illis tribus in terra illa, sed omnes erāt de alienigenis, quos transtulerat Salmanasar, & tamen Iosias subiecerat sibi terram istam: & ideo potuit in terra istorum Samaritarum destruere omnia altaria, & occidere sacerdotes, & exhumare ossa mortuorum. Sed dicendum, ꝙ hoc non stat: primò, quia præsupponitur, ꝙ viri de omnibus decem tribubus translati fuerint in Assyrios & falsum est: quia aliqui manserunt in terra illa; sic patet 2. Paralipo. 35. cum dicitur, ꝙ fecerunt filij Israel, qui reperti fuerant Phase cum Iosia: ergo supererant aliqui de illis tribubus. Item patet, 2. Paralipom. 34. cum dicitur: abstulit Iosias cunctas abhominationes de vniuersis regionibus filiorū Israel, & fecit omnes qui residui erant in Israel seruire Domino: ergo aliqui residui erant in Israel. Item patet hoc clarius eo. c. cum dicitur, ꝙ leuitæ, & ianitores congregauerunt pecuniam in domum Domini de Manasse, & Ephraim, & vniuersis reliquijs Israel, & ab omni Iuda, & beniamin: ideo reliquiæ aliquæ erant de istis tribubus. Secundò patet, quia quā do Iosias vidit sepulchrum viri Dei in Bethel quæsiuit à ciuibus loci illius: quod est sepulchrum, quod

A video? & illi dixerunt: sepulchrum est hominis Dei, qui venit de Iuda, & prædixit omnia, quæ fecisti, ut patet in litera. Si tamen omnes Israelitæ ducti fuissent in Assyrios, & mansissent soli alienigenæ in vrbibus Samariæ non possent illi scire quorum erant sepulchra illa, quia ipsi pauco tēpore ante hoc translati fuerant in terram illam. sup. 17. & non habuerunt aliquos, qui enarrarēt eis statum regionis illius: ideo nescirent ipsi quorum erant sepulchra, nec Iosias hoc quæreret ab eis, sciens, ꝙ ipsi non poterant hoc scire, & tamen Iosias quæsiuit, & illi responderunt: ergo non erant de Samaritis, sed de Israelitis, qui manserant in terra illa. Tertiò patet, quia Iosias exequebatur nunc ea, quæ Deus prædixerat de cre-
B matione ossium, & occisione sacerdotum super altaria, & tamen istud prænunciatum fuerat in pœnā contra Israelitas, qui colebant uitulos: ergo tempore eorum debebat impleri: nā nulla pęna erat si impleretur hoc tempore aliarum gētium, quę nō pertinerent ad Israelitas. Quartò patet, quia quod dicitur, non est verisimile, scilicet, quia Iosias subiecerit sibi populos Samaritarum, & in vrbibus eorum fecerit hæc: nam non legitur de Iosia, ꝙ talia bella fecerit: & tamen si fecisset, cùm ista essent magna, scriberentur. Aliquis ergo dicet aliter, scilicet, ꝙ Israelitæ aliqui manserunt in terram de illis decem tribubus post captiuitatem factam per Salmanasar, quia de istis reliquijs loquebatur Ezechias. 2. Paralip 30.
C quando misit nuncios per totam terram Israel, qui dicerent Israelitis, vt venirent ad colendum Dominum in Ierusalem, scilicet: filij Israel reuertimini ad Dominum, & reuertetur ad reliquias, quæ effugerunt manus regis Assyriorum. Sed dicendum, quod non stat, quia illæ reliquiæ, de quibus loquitur ibi Ezechias nō fuerunt reliquię post captiuitatem Salmanasar, sed reliquiæ captiuitatis Theglathphalasar. Pro quo sciendū, ꝙ Theglathphalasar fuit rex Assyriorum, dum regnaret Phacee in Israel, & Ioathā, & Achaz in Iuda, & ipse cæpit captiuare Israel, & tulit duas tribus, & dimidiam, quæ erant vltra Iordanē, & partem tribus Nephtalin, in Assyrios. sup. 15. c. & 1. Paralipo. 5. Et tunc manserunt quasi septē
D tribus in regno Israel, quæ erant reliquiæ. Post Theglathphalasar fuit rex Assyriorum Salmanasar, & ipse regnauit tempore Achaz, & Ezechiæ, transtulitque reliquos Israelitas cum rege eorum Osee in Assyrios, & tunc desijt Israel esse regnum. sup. 17 & 18. & tunc manserunt aliquæ reliquiæ, licet paucæ. Cū autem Ezechias dixit, ꝙ conuerteretur Deus ad reliquias, quæ effugerant manus regis Assyriorum, dixit de primis reliquijs, quæ manserunt post captiuitatē Theglathphalasar, & istæ reliquiæ fuerunt quasi septem tribus, & non potest intelligi de reliquijs, quæ manserunt post captiuitatem Theglathphalasar: quia misit istud Ezechias ad dicendum anno primo regni sui in prin. anni, quando fecit Phase: vt patet. 2. Paralipo. 29. & 30. & tamen Salmanasar capti-
E uauit Israelitas anno 6. regni Ezechiæ, vt patet, sup. 18. ergo nondum erant reliquiæ, nisi de captiuitate Theglathphalasar. Secundò patet, quia si aliquæ reliquiæ manserunt post captiuitatem factam per Salmanasar, illæ fuerunt paucæ, quod patet: quia Israelitæ non habuerunt postea regem: & tamen. 2. Paralipo. 30. dicitur, ꝙ Iosias misit nuncios in vniuersum Israel de Bersabee vsque Dam: & tamen ista duo loca sunt termini totius terræ Chanaan, & fuerunt super termini eo tempore, quo manebant Israelitę in terra sua: vt patet. sup. 1. lib. ca. 3. & sup. 2. lib. ca. 17. & vlt. & preced. lib. ca. 4. ergo in tota ista magnitudine terræ adhuc habitabant aliqui Israelitæ temporæ, quo

quõ Ezechias misit nuncios istos: & tamen post captiuitatem factam per Salmanasar, cum quinq; gentes alienigenarum translatæ per Salmanasar repleuerint ferè totam terram Samariæ, non poterant Israelitæ habitare à Bersabee vsque Dan. Locutus fuit ergo Ezechias ad reliquias, quæ effugerant manus Theglathphalasar, & non ad reliquias, quæ effugerunt manus Salmanasar. Dicendum ergo, ꝙ cum Salmanasar pugnasset contra Samariam multo tẽpore, tandem cæpit eam, & transtulit Osee regem Israel cum populo suo in Assyrios. Manserunt autem paucissimi de Israelitis in terra, ita ꝙ non fecerunt postea regem super se propter paucitatem. Modus autem fuit, quia fortè aliquæ ciuitates erant in regno Israel, quæ nondum captæ fuerant, quando Samaria capta est: & quia capiendo Samariam captus est rex, nõ curauit vlterius Salmanasar pugnare contra reliquas ciuitates, quæ manebãt de regno Israel, sed abstulit secum regem ferè cum toto populo manentibus paucis vrbibus, quæ non traditæ fuerunt ei, & istę vrbes erant in confinibus regni Iuda. Aliter potest dici, ꝙ Salmanasar cæpit omnes ciuitates regni Israel, & tamen aliqui Israelitę fugerunt tempore illius belli, & captiuitatis de regno Israel in terram Iuda, vt ibi euaderent: & postquam rex Assyriorum recessit de terra illa ferẽs secum captiuitatem redierunt ipsi in vrbes suas. & habitauerunt in illis, quæ erãt prope regnum Iuda, vt sic melius possent defendi ab hostibus fauore regni Iuda: & istud est verisimilius. Fuerunt autem isti, qui manserunt, vt in plurimum de tribu Ephraim, & de tribu Manasse, & de Zabulõ, & Nephtalim: de reliquijs verò pauci manserunt: ideo de istis expresse fit solũ mentio tempore Iosiæ. 2. Paralipo. 34. scilicet: congregauerũt pecuniã leuitæ de Manasse, & Ephraim, & vniuersis reliquijs Israel. Dicendum igitur, quòd potuit Iosias faciliter cremare ossa mortuorum super altaria, & occidere sacerdotes in Bethel, & ĩ alijs vrbibus Samariæ, quia manserant aliquæ reliquiæ post captiuitatem Salmanasar: & illæ subiectæ erãt ei, & in terra ipsorum leue erat ei facere quod vellet: & quando communiter dicitur, ꝙ abstulit Salmanasar omnes decem tribus Israel in captiuitatẽ accipitur largè secundum modum loquẽdi scripturæ, scilicet, quia pauci viri manserunt, de illis decem tribubus, dicuntur nulli mansisse. Sciendum vlterius, ꝙ adhuc inter istos paucos, qui mãserunt de Israelitis erant aliqui idolatræ, & manebat ille ritus antiquus immolandi in Bethel, & in alijs locis, & tunc Iosias discurrit per terram istarum Israelitarũ, & occidit sacerdotes idolorum super aras, & cremauit ibi ossa mortuorum, vt dicitur hic. Ad rationem in contrarium cum dicitur, ꝙ omnes istę ciuitates Samariæ tenebantur ab alienigenis, quos transtulerat Salmanasar: Dicendum non esse verum, quia aliqui Israelitæ manserant in terra, & tenebant quasdam ciuitates terræ Samariæ, & in illis fecit Iosias istud: & quando dicitur hic, ꝙ faciebat hoc in omnibus vrbibus Samariæ intelligendum est solum de ciuitatibus, quæ tenebantur ab istis Israelitis. De ciuitatibus autem alienigenarum nihil fecit Iosias.

An Iosias peccauerit occidendo sacerdotes Israelitarum propter idolatriam, cùm non viderentur esse sue iurisdictionis, sed Samaritanorum.

Quæst. XXVII.

QVAERETVR vlterius, an Iosias peccauit occidendo sacerdotes in terra istorum Israelitarũ propter idolatriam, & cremando ossa, & polluendo altaria. Aliquis dicet, ꝙ non peccauit, imo laudabiliter egit Iosias in hoc: quia idolatria peccatum erat, & idolatræ digni erant morte: ideo cum occideret eos Iosias, benè ageret. Respondendum secundum quosdam, ꝙ male agebat, quia occidebat aliquos sine iurisdictione: & tamen istud peccatum est. Et cõfirmatur hoc, quia gentiles idola colebant, & tamẽ non licebat Israelita pugnare contra aliquos gentiles ad occidẽdum eos, quia erant idolatræ: nã Deus prohibebat Israelitis pugnare contra aliquos nisi cõtra illos, qui habitabant in terram eorum. Item patet clarius, quia si aliquando contingeret, ꝙ Israelitæ haberent iustam causam pugnandi contra aliquam gentem, quæ non esset de terra Chanaan, si illa reciperet Israelitas in pace, & aperiret portas, seruiebant sub tributo: & si non aperiret, & caperetur bello occidebantur soli viri bellatores: Deut. 20. & tamen si propter idolatriam liceret, contra istos pugnare, in nullo casu permittendi erant viuere, sed ipsi, & omnia, quę ad eos pertinebant, occidi & cremari debebant: quia ista erat pęna idolatrarum: Deut. 13. & 17. ideo non licebat pugnari contra gentiles propter idolatriam: & tamen sic erat de istis Israelitis, qui non pertinebant ad regnum Iosiæ: ergo non poterat licitè occidere aliquos eorum propter idolatriam. Dicendum tamen hoc non obstante, ꝙ Iosias non peccauit: sed potius meruit occidendo istos sacerdotes, & destruendo altaria in terra ipsorum: quia scriptura laudat eum nimis super omnes alios reges propter ista, quæ egit: ideo meruit valde. Hoc autem est, quia poterat ipse agere licitè istud in terra Israelitarum. Ad rationem in contrarium dicendum, ꝙ non est simile de Israelitis respectu gentiliũ, sicut de Iosia respectu Israelitarum: nam non licebat Israelitis occidere gentiles propter idolatriam, & tamen licebat Iosiæ occidere Israelitas propter hoc. Dissimilitudo autem est in tribus: primò, quia Iosias acceperat à Deo potestatem specialem ad faciendum istud in Bethel, & in alijs vrbibus Samarię, cum prædixisset illud vir Dei de ipso Iosia: præced. lib. c. 13. ideo non solum licebat hoc Iosiæ facere in terra Israel, sed etiam si Deus prænũciasset hoc modo de illo, ꝙ faceret istud in terra gentilium nõ peccaret faciendo, sed mereretur, quia per hoc habebat iurisdictionem. Secundum est, quia non est similitudo de gentili, & de Israelita: nam gentiles non acceperant legem Dei, sed Israelitæ: ideo solum Israelitæ puniendi erant, quando agerent cõtra legem: sic enim dicitur Amos 3. ad Israel tantummodo vos cognoui ex omnibus cognationibus terræ: idcirco visitabo super vos omnes iniquitates vestras, idest, puniam vos, & non alias gentes: à fortiori ergo iudices inter Israelitas non poterant punire gẽtiles pro idolatria, vel quacunque legis transgressione, & poterant punire Israelitas: sed isti, in quorum terra faciebat ista Iosias, erant Israelitæ: ideo magis licebat ei ibi facere, quàm in terra gentilium. Tertia ratio, & potissima erat, quia Iosias habebat iurisdictionẽ super istos: nam non solum non peccabat puniendo eos, sed potius peccaret non puniendo, cum essent de regno suo, vt inf. declarabitur. sequenti q. & ad eum pertinebat corrigere, & punire omnia delicta, quæ fiebant in regno suo. Ita etiam esset de gentilibus: quia si Israelitæ haberent aliquos gentiles totaliter sibi subiectos, scilicet, in seruos compellebant illos, ad seruandam legem Dei tenebantur circuncidere eos, & facere quòd seruarent omnes cæremonias legis: sic patet Exod. 12. scilicet: omnis seruus empticius circuncidetur.

Licuit Iosię occidere Israelitas ꝑpter idolatriã, & non gentiles.

Quare

Quare Israelitæ, qui manserunt post captiuitatem factam per Salmanasar non constituerunt sibi regem.
Quæst. XXVIII.

QVAERETVR vlterius, de istis Israelitis, qui manserunt de tribu Ephraim, & Manasse, & Simeó, & Nephtalim, & habitauerũt in vrbibus Israel post captiuitatem factam per Salmanasar. 2. Parali. 34. quare non constituerunt sibi regem: nam post captiuitatẽ factam per Theglathphalasar, qui transtulit quosdã Israelitarũ in Assyrios adhuc habuerunt Israelitæ regẽ. s. Phacee, & postea Osee, vt patet sup. 15. & 17. Respondendũ, ꝙ non habuerũt aliquẽ regẽ super se, nec causi sunt illũ cõstituere. Primò propter metum gentiũ vicinarum: quia si constituerẽt regẽ, essent per se vnus populus, & gentes vicinæ infestarent eos, & cum essent pauci, non possent resistere, & perirent: ideo maluerunt esse sine rege, & adhærere alicui aliorum populorum. Secundum fuit specialiter propter regnum Iuda: nam ante hoc regnum Iuda, & Israel erant duo regna diuisa, quæ prius fuerãt vnum regnũ tempore Dauid, & Salomonis, & postea reges Iuda pugnabãt contra regnũ Israel, quia vtrũq; regnũ pertinebat ad eos, cũ prius vtrunq; pertinuisset ad Dauid, & ad Salomonẽ, de quorũ stirpe isti erant: & tñ toto tẽpore præterito Israelitę, qui multi erãt resistebant regibus Iuda, & manebãt duo regna diuisa, nunc autẽ erant pauci Israelitæ, & non possent resistere viris Iuda, ideo gratis, & sine bello subiecerunt se eis, & non cõstituerunt super se regem. Tertium fuit specialiter propter regẽ Assyriorum: nam ipse captiuauerat reliquos Israelitas, & si isti nunc regem constituerent pugnaret contra eos: quia per hoc innuerent, ꝙ volebant recuperare totam terram, quam perdiderant contribules sui: & tunc cum pauci essent non possent resistere, & ducerentur in terram Assyriorum, sicut alij Israelitæ: ideo voluerunt se vnire regno Iuda, vt essent de regno illo, & tunc si rex Assyriorum vellet pugnare contra illos rex Iuda defenderet eos, cũ essent de regno suo, & alias non adiuuaret eos contra Assyrios, vel contra alias gentes. Quartum fuit, quia hac vice rex Israel cum toto populo ferè translatus est in Assyrios. sup. 17. ideo residui nõ ausi sunt constituere regem: prima tamen vice non ductus est rex Israel in captiuitatem, sed solum duæ tribus, & dimidia, & parũ plus: rex tamen earum, scilicet, Phacee mansit in terra. Ratio autem, quare in prima captiuitate adhuc Israelitæ tenuerunt regem, fuit duplex: prima quia non translatus est rex in captiuitatẽ, sed quædam pars populi, ideo etiam si non constituerent regẽ habebant regem, & tamen in ista secũda captiuitate per Salmanasar nõ habebant regẽ, nisi constituerent illum, quia translatus fuerat in Assyrios. Secunda causa fuit, quia post primam captiuitatẽ mansit in terra populus multus s. tribus septẽ ferè, & istę poterant resistere regno Iuda, & cuicunq; alteri genti impugnãti: ideo noluerũt adhærere alicui gẽti: sed voluerũt esse vnus populus, & vnum regnũ distinctũ ab alijs, sicut prius: nunc autẽ quia mãserunt pauci Israelitæ, subiecerunt se regno Israel, & erãt iam tanquã pars regni Israel, & propter hoc leuitæ, tempore Iosiæ colligebant pecuniam ad restaurationẽ templi de tribu Ephraim, & Manasse, Simeõ, & Nephtalim sicut de terra Iuda, & Beniamin. 2. Paralipom. 34. & hoc nunquam fiebat tempore, quo Israel fuit per se regnum. Ob hoc etiam Iosias nunc cũ purgaret terrã Iuda, & beniamin, quæ erãt de regno suo, purgauit etiam terram Manasse, & Ephraim & Simeon, & Nephtalim occidẽdo sacerdo-
A tes, & cremando ossa mortuorũ super altaria, vt patet hic, & 2. Paralip. 34. Patet etiam hoc, quia quando faciebat Iosias omnia ista in Bethel occidebant ei viri Bethel, & assistebant ei: nam quando ipse quæsiuit cuius erat sepulchrum illud, quod videbat: responderunt ei ciues loci illius, ꝙ erat sepulchrum viri Dei, qui venerat de Iuda. Sciendum autem, ꝙ omnes istæ tribus, vel partes tribuum, quæ manserant subiectę regno Israel post captiuitatem factam per Salmanasar tenuerunt ritus suos colendi idola, sicut prius vsque ad Iosiam, qui reformauit cultum Dei in terra illa occidendo sacerdotes idolorum, & polluendo altaria.

B *Quare Deus non compleuit mala contra altare Bethel, & contra idolatras ante captiuitatem.*
Quæstio XXIX.

QVAERETVR vlterius, cum Deus prænunciasset mala contra altare Bethel, & contra idolatras præced. lib. c. 13. quare non cõpleuit illud, dũ manebant Israelitæ in terra, sed nunc cõpleuit post captiuitatem factã per Salmanasar, quando paucissimi manebant de regno Israel. Aliquis dicet, ꝙ hoc fuit, quia Deus prędixit ista futura esse per Iosiã, vt patet præced. li. c. 13. & tñ Iosias non regnauit in Iuda vsque ad tempus istud, in quo iam fuerat facta captiuitas per Salmanasar, ideo non potuit prius com-
C pleri. Sed dicendum, ꝙ ista non est causa: quia Deus sicut prædixit ista futura esse per Iosiam, ita potuit prædicere ea esse futura per aliquem alium de regibus Iuda, qui esset ante captiuitatem, quæ facta est per Salmanasar. Dicendum igitur, quòd non fuit completum istud ante captiuitatem factam per Salmanasar propter multa: primò quia ante tempus illud non poterat fieri sine bello magno virorum de regno Iuda, & Israel: quia ante illam captiuitatẽ semper fuit rex in Israel, & ille potentior erat, quã rex Iuda propter multitudinem populi: post captiuitatem autem factam per Salmanasar subiecti fuerunt Israelitæ regno Iuda, & sic potuit tunc fieri sine bello: ideo tunc facta est punitio ista idolatrarũ,
D & destructio altarium. Secunda causa fuit, quia ante captiuitatem illam factam per Salmanasar Israelitæ erant idolatræ, & Deus puniebat eos multipliciter quousque ad vltimum fecit illos transferri captiuos in Assyrios, ideo non oportebat istam pęnã tunc dari, quia multę aliæ infligebantur: nunc autẽ post captiuitatem illam adhuc isti Israelitæ pauci, qui manebant, colebant idola sicut prius: ideo debuit nunc infligi ista pœna potius, quàm prius cum iam non essent captiuandi vlterius isti, qui manserant per regem Assyriorum. Tertia causa fuit, quia potius merebantur hanc pœnam isti Israelitæ, qui manserunt post captiuitatem, quàm illi, qui prius fuerunt, quia potius isti peccauerunt, quàm illi: nã
E isti viderunt omnia mala, quæ Deus intulerat Israelitis propter idolatriam, & illi, qui captiuati fuerũt, non viderant omnia, cum isti viderint duas captiuitates, quarum terrore debuissent saltem timere Dominum, & recedere ab idolatria: & tamen nec sic recesserunt, ideo magis contumaces erant isti, quàm priores, unde potius ipsi merebantur sustinere pęnã illam, quam Deus prænunciauerat, quàm priores.

Iosias quare non occidit alios idolatras nisi sacerdotes.
Quæstio XXX.

QVAERETVR vlterius, quare Iosias non occidit alios idolatras, nisi sacerdotes inter istos Israeli-

raelitas cum, constet multos fuisse idolatras de eis, quia si soli sacerdotes fuissent idolatræ non essent iam ipsi sacerdotes, nec custodes templorum, quia nullius essent sacerdotes, sed essent priuati cultores idolorum, & tamen erant sacerdotes, & custodes templorum, vt patet in litera: ergo multi alij colebant idola. Respondendum, ꝙ tempore, quo Iosias occidit sacerdotes istos, erant multi in populo colẽtes idola: nam etiam totus Iuda, & Beniamin colebat idola, & ante Iosiam fuerant duo reges nimis idolatræ, scilicet, Manasses, & Amon. sup. 21. & 2. Paralip. 33. & isti deceperant populum, vt coleret idola. sup. 21. Ita igitur cum nullus esset, qui corrigeret excessus residuorum de Israel, colerent illi idola, sicut prius quousque Iosias reformaret errores eorũ, & sic fuit. Dicendum tamen, ꝙ Iosias noluit occidere omnes idolatras, quia hoc modo ferè nullos dimisisset de residuis de Israel: quia omnes isti coluerant idola etiam paucos, vel nullos dimisisset de tribu Iuda & Beniamin, quia etiam ferè omnes illi coluerant idola tempore Manasse, & Amon. Velle autem extirpare totum regnum pro peccato non erat iustum alicui homini, sed soli Deo hoc licebat. Potissimè quia iste error habuit causam à principibus temporis illius, quo factus est. Secundum fuit, quia si Iosias voluisset omnes peccantes aliquãdo in idolatria occidere, cum ferè nullus esset, qui aliquando non peccasset in idolatria, omnibus esset mors communis: ideo repugnarẽt omnes Iosiæ, & sic nihil posset facere: vnde non solum non posset punire idolatriam in omnibus, sed etiam in nullo posset punire. Fuit ergo melius, ꝙ cessaret Iosias ab isto rigore legis, quæ pro tunc non poterat totaliter executioni dari, nec decebat, & corrigeret aliqualiter illum, scilicet, puniendo magis delinquentes: Et quia sacerdotes fuerunt, qui magis in hoc delinquebant: quia non solum ipsi peccabant, sed etiam alios ad peccandum inducebant, & cæremonias idolatriȩ totius populi ipsi exercebant, ipsos solos occidit Iosias super altaria exterrens reliquos à cultu idolorum per occisionem istorum. Tertium fuit, quia Iosias agebat istud propter Dei prænunciationem, & tamẽ Deus solum dixerat, ꝙ occideret Iosias sacerdotes super altaria idolorum, & cremaret ibi ossa humana: precedenti. lib. ca. 13. ideo non occidit alios, nec debuit. Prima tamen, & secunda ratio meliores sunt.

Iosias quare petijt de sepulchro viri Dei cuius esset, & non alterius. Quæstio XXXI.

QVAERETVR vlterius, quare Iosias, quando erat in Bethel quæsiuit de sepulchro viri Dei cuius illud esset, & non quæsiuit de aliquo alio. Respondet R. Sa. ꝙ hoc fuit, quia Iosias miratus est videns sepulchrum illud, eo ꝙ ex vna parte pullulabant herbæ pulchrȩ odoriferȩ, & suaues, ex alia autem pullulabant herbæ amaræ fœtidæ, & spinosæ, & nouitate rei miratus quæsiuit. Motiuum Ra. Sa. est: quia cum in isto sepulchro essent duo prophetæ vnus bonus, & alius malus propter ossa vnius pullularent herbȩ malæ. Sed hoc non est satis firmum, sed est figmentum Ra. Sa. sicut ipse multa alia fingit. potissimè q̃a dato, quòd ex vna parte sepulchri nascerentur herbæ bonæ, & ex alia herbæ malæ, non erat admirandum: quia sæpissimè hoc accidit bonas & malas herbas loco propinquare. Aliter respondet Nicolaus, scilicet, ꝙ quæsiuit rex, eo ꝙ erat titulus fortè excelentior titulis aliorum sepulchrorum: nam propheta malus iusserat sepeliri ossa sua cum ossibus viri Dei, vt propter ossa viri Dei non commouerentur

Respõsio Ra. Sa. reijcitur.

Respon. Nicol.

F sua, vt præcedenti. lib. cap. 13. & ibi declaratum est, & ad hoc, vt cognosceretur sepulchrum viri Dei, & non effoderetur: verisimile erat, ꝙ poneret propheta ille aliquem magnum titulum excellentiorem titulis aliorum sepulchrorum, & Iosias videns titulũ istum insigniorẽ quæreret potius de isto sepulchro, cuius erat, quàm de alijs. Et ista responsio est conueniens. Aliter tamen potest adhuc dici, ꝙ Iosias quęsiuit de illo sepulchro cuius erat, & non de cæteris: quia Deus inclinauit eum ad quærendum de isto sepulchro, & non de alijs: ratio huius fuit duplex. prima fuit, quia Deus voluit honorare prophetam illũ bonũ, vt non cremarentur ossa eius, cum ossibus idolatrarum: nam Iosias iusserat effodi illa sepulchra, G quæ erant in monte, vt ossa eorum cremarentur super altare Bethel, & si non cognouisset esse illa ossa viri Dei, fecisset effodi illa, sicut ossa aliorum: qđ patet, quia quando dictũ est ei, ꝙ erat sepulchrum viri Dei, dixit: dimitte eum, nemo cõmoueat ossa eius: ergo videtur, ꝙ aliàs intendebat commouere illa. Et quia non erat iustum ossa eius cõmoueri cũ ossibus idolatrarũ, & cremari, inclinauit Deus Iosiam, vt quæreret cuius erat sepulchrum illud. Secũdum fuit, quia Deus voluit, ꝙ Iosias sciret istud opus, qđ nunc faciebat, acceptum esse Deo: sciret autem hoc si cognosceret, ꝙ Deus prænũciauerat istud per prophetam: ideo fecit, ꝙ declararetur ei, ꝙ ista prænunciata erant à Domino, cum dixerũt ciues Bethel: H sepulchrum est hominis Dei, qui uenit de Iuda, & prædixit uerba hæc, quæ fecisti super altare Bethel. Iosias autem quanquam faceret ista bono zelo, scilicet, propter legem, tamen nesciebat, an ista Deus iussisset, vel prædixisset: nunc autem cognoscens, quòd Deus illa prædixerat confirmaretur magis in actu suo, & gauderet: ideo voluit Deus ꝙ quæreret cuius erat sepulchrũ illud, vt responderent ei viri Bethel, ꝙ erat illius prophetæ, qui prædixerat omnia ista.

Alia resp.

Quantum tempus fuit inter prænunciationem factam per virum Dei, & ipsam cremationem. Quæst. XXXII.

QVAERETVR vlterius quãtum tempus fuit I inter prænunciationẽ factã de occisione sacerdotũ, & crematione ossium super altare Bethel per virũ Dei, & executionẽ eius per Iosiam. Respondet Iosephus. 10. Antiq. & Hist. sco. ꝙ fuerunt anni trecẽti, & quadraginta vnus. Dicendũ tamen, ꝙ fuerũt anni trecẽti quinquaginta octo, vel quasi: qđ patet, quia illa prȩnunciatio fuit facta prima die, qua Ieroboã dedicauit altare Bethel vitulo aureo præced. li. c. 12. & 13. & illud factum est in prin. primi anni regni sui, quia hoc fecit, vt non irent Israelitæ ad templum Domini in Ierusalẽ, & conuerterentur ad Roboã, & tamen si transisset saltẽ vnus annus de regno K Ieroboã, in quo non fecisset vitulos aureos iuissent illo tempore saltem ter Israelitæ ad templum in Ierusalem, & tamen Ieroboam preccauit vt non irẽt faciẽdo vitulos, ergo in principio regni sui factum est: & tamen ipse, & Roboam rex Iuda cȩperunt regnare eadem die qua fuit facta diuisio regni, ideo in prin. regni Roboam facta est prænunciatio, & tamẽ à primo anno regni Ieroboã vsque ad decimũ octauum annum regni Iosiæ, in quo facta sunt hæc, vel paulo ante hoc fuerunt anni trecenti quinquaginta octo: ergo isti fuerunt inter prophetiam, & executionem. Patet hoc, quia Ieroboã regnauit annis decẽ & septem, præc. lib. c. 14. Abias vero annis tribus. eo. lib. c. 15. Asa autẽ annis quadraginta vno, eo. c. Iosaphat verò annis vigintiquinque. eo. lib. c. vlt. Iorã autem annis. 7. sup. 8. Ochozias autẽ anno vno. eo. c.

Atha-

Athalia autem annis sex. sup. 11. Ioas verò annis quadraginta. sup. 12. Amasias verò annis viginti nouē. sup. 14. Ozias verò annis quinquaginta duobus. sup. 15. Ioathan verò annis decem, & sex. eo. c. Achaz autem annis decem, & sex. sup. 16. Ezechias verò annis viginti nouem. sup. 18. Manasses autem annis quinquaginta quinque. sup. 21. Amon verò annis duobus. eod. cap. Iosias verò annis decem, & octo, antequam faceret istud, qui simul sunt anni trecēti quinquaginta octo. Quòd autem Iosias fecerit hoc anno patet: quia 2. Paralip. 34. dicitur, ꝙ Iosias anno duodecimo regni sui cœpit mundare Iudam, & postea mundauit terram Israel, & deinde dicitur, ꝙ anno decimo octauo regni sui purgauerat iam omnē terrā Iuda, & sic consummata erat tota purgatio anno decimo octauo. Item patet hoc clarius hic in litera, quia dicitur, quomodo combussit ossa super altare Bethel, & sequitur: reuersus est in Ierusalem, & præcepit omni populo dicens: facite Phase Domino: ergo mox vt reuersus est in Ierusalē purgata Bethel, & terra Israel fecit Phase: & tamen Phase fuit factū anno decimo octauo regni Iosiæ. inf. in litera, & 2. Paralip. 35. ergo in anno 18. Iosiæ vel paulo ante fuerunt occisi sacerdotes super altare Bethel. Sic etiam ait Iosephus 10. Antiq. scilicet: post hæc Iosias profectus est ad cunctos Israelitas, qui captiuitatem, & seruitium effugerant Assyriorum, eisque suasit, vt impios actus, & honores Deorum extraneorum relinquerent, & maximum, patriumque Deum colerēt.

Reuersusque. Hic ponitur tertium huius partis, scilicet, de Phase celebratione, & dicitur. *Reuersusque est Ierusalem*. Scilicet, postquā occidit sacerdotes Bethel super altare, & cremauit ibi ossa mortuorū, & purgauit totam terram Israelitarum, reuersus est in Ierusalem, tanquam iam nihil ei superesset purgandum. *Et præcepit omni populo, dicens: facite Phase domino Deo vestro*. Scilicet, hoc præcepit omni populo, qui habitabat in terra sua, quia omnes Israelitę tenebantur ad cæremonias legis, quarum vna erat celebratio Phase. Quicunq; enim non obseruaret istam cęremoniam si non haberet legitimum impedimentum, vtpote quia esset immundus tēpore Phase, vel in peregrinatione longinqua, periturus erat de populo: Num. 9. *Secundum quod scriptum est in lib. fœderis huius.* Referebat se Iosias ad librum illum, qui inuentus fuerat in tēplo, quia nō habebant aliquid aliud, per quod dirigerentur in agendis. Et dixit: secundum, ꝙ scriptum est in lib fęderis huius, idest, obligamini facere Phase: quia scriptum est in lib fęderis, idest, in libro, quem promisistis obseruare pro lege. Erat autē istud præceptū in libro illo, quia iste liber erat Deut. & Deut. 16. habetur de celebratione Phase, & azimorum. *Nec enim factum est Phase tale.* Idest, tam solenne, in quo tanta expenderentur, vel ꝙ fieret cum tanta deuotione sicut istud. *A diebus iudicum, qui iudicauerunt Israel.* Idest, post dies iudicum vsque ad tempus Iosię non fuit factum tale Phase: an tamen factum fuerit aliud excellentius tempore iudicum nō dicitur, sed infra declarabitur: & tamen 2. Parali. 35. dicitur: nō fuit Phase simile huic in Israel à diebus Samuelis prophetæ. Et idem est, quia Samuel propheta iudex fuit: immo ipse fuit vltimus iudicum: quia post eum illico gubernauit populum Saul, quem ipse Samuel vnxit in regem: præced. lib. c. 10. Quòd autē Samuel fuerit de iudicibus, patet: quia ponitur inter iudices, quos Deus dedit Israelitis. eo. li. c. 12. ponitur etiam ad Hebræos. 11. *Et omnium dierum regum Israel, & regum Iuda*. Idest, etiam in omnibus diebus regum Iuda, & Israel non fuit factum tale Phase. Possunt accipi reges Israel dupliciter: vno modo pro illis, qui fuerūt

Celebrauit fecit Iosias Phase Domino.

A reges totius Israel ante diuisionem regni. s. pro Dauid, & Salomone. Posteri autem fuerunt reges Iuda solum: & tunc est sensus, ꝙ quanquam Dauid, & Salomon fuerint rages gloriosi: tamen non fuit tēpore eorum, nec successorum suorum regum Iuda factum tale Phase sicut tēpore Iosię. Aliter possunt accipi reges Israel pro regibus decem tribuum, postquā diuisum est regnū Iuda à regno Israel. Et tunc est sensus, ꝙ quanquam reges Iuda essent idolatræ: tamen ibi obseruabantur aliquæ cæremoniæ legis, & inter illas erat Phase: & tamen etiā in regno ipsorum nunquam fuit celebratum Phase tam honorabile, sicut tempore Iosiæ. *Sicut in octauo anno Iosiæ regis factum est Phase istud domino Deo in Ierusalem.* Alia festa
B Phase fecerat fortè Iosias ante hoc, vel saltem post hoc cum iam sciret legem Dei obligantem quolibet anno facere Phase, & tamen post istud Phase vixit Iosias tredecim annis, quia istud factum est anno decimo octauo, & ipse regnauit triginta vno annis: pce. c. & sic fecerat adhuc Iosias tredecim Phase, sed nullū fuit ita solēne, sicut istud, qđ factū est anno 18.

Quare Iosias fecit nunc Phase solenne, potius quàm alio tempore. Quæstio XXXIII.

QVÆRETVR, quare Iosias fecit nunc Phase. Respondendū, ꝙ causa præcipua, quare fecit Iosias Phase fuit præceptū legis, per qđ obligabātur
C Israelitæ quolibet anno facere Phase: & tamen manet adhuc dubiū quare nō fit mentio de alio Phase Iosiæ, nisi de isto: & quare istud fuit excellentius factū, quàm alia Phase, quæ ipse celebrauit. Respondēdum, ꝙ non fit mētio de alio Phase Iosiæ, quia ante hoc forte Iosias nūquā celebrauerat Phase in decē, & octo annis regni sui, eo ꝙ ignorabat legē, cum nō haberet aliquem librū legis Domini quousque inuētus est vnus per Helciam: præced. c. Et ideo nunc cœpit celebrare Phase, & obseruare alias cæremonias legis: & ideo sic dicitur, ꝙ celebrauit nunc Iosias Phase quasi nūquam ante hoc celebrasset: quia post hoc planū erat, ꝙ celebraret illud quolibet anno ex mādato legis: ideo non fit mentio de alijs Phase, quæ
D postea celebrata sunt per ipsum. Alia ratio fuit, quia inter omnia Phase, quæ celebrauit Iosias, istud fuit excellentius: & tamen semper debet fieri nominatio ab excellentiori. Sic enim fuit in rege Ezechia: nam ipse cum esset vir deicola, quolibet anno celebraret Phase, & tamen solū fit mentio de vno Phase celebrato ab ipso. 2. Paralip. 30. cum autem quæritur, quare fuit istud Pascha excellentius cæteris. Dicendum, ꝙ fuit propter lætitiam magnam restaurationis cultus diuini: nam ante hoc tota terra Iuda, & Israel vacabat idolatriæ, & per Iosiā in sex annis præcedentibus, vel in quinque, scilicet, ab anno duodecimo regni sui purgauerat totum regnum Iuda, & terram Israel, & nunc anno decimo octauo re
E gni sui in principio exclusa omni idolatria de terra propter magnum gaudium conuocauit totum populum, & fecit celebritatem magnā Phase: sic enim fuit de Ezechia: nam in primo anno regni sui purgauit omnem idolatriam de templo Domini, & de terra Iuda, quam Achaz pater suus & alij priores introduxerant, & cōsummata ista purificatione fecit Pascha 2. Paralip. 30. Fuit tamen differentia inter celebrationem Phase Ezechiæ, & Iosiæ: nam Iosias celebrauit Phase tēpore statuto, scilicet, quartadecima die primi mensis: vt patet 2. Esdre. ca. 1. Ezechias autem mutuauit tempus: quia mense secūdo die quartadecima mensis celebrauit Phase. 2. Paralipom. 30. Ratio differentiæ fuit, quia istud fuit primo anno

Quare nō fit mentio de alio Phase Iosie, quàm de isto.

Quare istud Phase fuit excellentius alijs.

regni Ezechiæ, & ipse cæpit purgare domum Domini, & terram Iuda in principio regni sui, & antequam compleretur purgatio, fuit dies quartadecima mensis primi, in qua celebrandum erat Phase: & quia lex vetabat celebrationem Phase in hominibus immundis: vt patet Nume. 9 distulit celebrationem ad diem quartam decimam mensis secundi, & tunc celebrauit, vt dictum est.

Phase illud quare vocatur excellentius alijs. Q. XXXIIII.

QVAERETVR vlterius, quare dicitur istud Phase solennius alijs. Respondendum, ꝙ multipliciter pōt vocari aliqua festiuitas celebrior alia. Vno modo: quia magis abstinetur in ea ab oī opere, quàm ī alijs: & sic dicimus de sabbatho, quod erat celebrius alijs festiuitatibus, eo ꝙ ī eo abstinebatur ab omni opere, & in alijs festiuitatibus solum abstinebatur à seruilibus: nam in alijs solennitatibus poterat parari cibus, sicut patet de Phase Exod. 12. & Leuit. 23. in sabbatho autem non solum nō poterat parari cibus, sed etiam nec poterat succēdi ignis Exo. 35. sic etiam dicimus primum, & septimum diē Phase celebriores esse alijs: quia in his abstinebat ab opere seruili, in alijs autē non abstinebatur: vt patet Leuit. 23. & Ioan. 7. accipiēdo isto modo non erat istud Phase excellentius alijs: quia non erat sub maiori necessitate obseruationis, quàm alia Phase. Secundò modo potest dici vna festiuitas celebrior alia in quātum fiunt plures cęremoniæ ad illam, quàm ad aliā: & sic qualibet festiuitas inter Hebræos erat maior, quàm sabbathum: quia ad quamlibet requirebantur plura sacrificia, & oblationes, quàm in sabbatho, vt patet Nume. 28. & 29. vbi ponūtur sacrificia, & oblationes singularum festiuitatū: & isto modo non erat istud Phase excellentius alijs: quia cęremoniæ omnium festiuitatum Phase æquales erant.

Festiuitas alia dicitur celebrior alia multipliciter.

Tertio modo pōt vocari vna festiuitas alia maior inquantum ad eam conueniunt plures ad solennizandū eā, quā ad aliam: & isto modo non fuit Phase Iosię excellentius alijs, sed potius è conuerso: quia tempore Dauid, & Salomonis, quando totus Israel erat vnum regnum conueniebant omnes in Ierusalem ad celebrandum Phase, & tunc esset excellentius. Quarto modo dicitur festiuitas vna excellentior alia: quia cum maiori magnificentia, & gaudio celebrat, & isto mō fuit Phase sub Iosia excellētius, q̄ Phase sub alijs regibus: qa plura ipse expendit erogando populo in isto Phase, q̄ expēderent alij reges.

An sit verum, quòd non fuerit celebrandum tale Phase ante Iosiam. Quæstio XXXV.

QVAERETVR vlterius, quomodo est verum ꝙ non fuit tale Phase celebratum ante Iosiam tempore regum, & iudicum, sicut ipse celebrauit. Respondendum, ꝙ accipiendo excellentiam festiuitatis in magnificētia eius, qui facit illam fuit maior festiuitas sub Iosia, quàm sub alijs, eo ꝙ non fuit aliquis rex, qui tanta impenderet populo ad celebrationem Phase sicut Iosias. Et non fuit hoc quasi Iosias esset locupletior alijs regibus, vel esset magnificentior & liberalior corde: nam utrunq; eorum habuit Salomon, dū bonus fuit, plus quā Iosias. De diuitijs aūt satis patet, quia nō fuit aliquis rex tā diues sicut Salomon, vt patet præced. li. c. 3. & 10. vnde fecit, ꝙ argētū in diebus suis nullius precij esset, sed prębuit multitudinē argēti in Ierusalē sicut aceruos lapidū, & multitudinē cedrorum, sicut sicomorum, quæ gignuntur in cāpestribus, præced. li. ca. 10. & 2. Paral. 1. De liberalitate autē, vel magnitudine cordis patet præced. li. c. 4. s. dedit Deus Salomoni latitudinē cor

F dis, sicut arenā, quæ est in littore maris, sed fuit magnificentior Iosias erga populū nunc, quā Dauid, & Salomō, & alij reges, eo ꝙ causa incidit tēpore suo, quæ nō incidit tēpore aliorū regū. s. quia ipse correxit vitia aliorū, et purgauit idolatriā de terra. Et ad hoc ꝙ incitaret populū ad gaudendū in cultu Dei, debuit magnificè se habere erga oēs pascēdo eos in solēnitate Phase: et in hac plura ipse dedit, quā alij reges: ideo fuit omnibus magnificentior. Si aūt accidisset istud tempore Dauid, vel Salomonis magnificentius ipsi se habuissent, quā Iosias ad populū, quia ambo erāt ditiores, quā Iosias, & potissimè Dauid, qui ditior erat, et uir ualde deicola, & tñ non fuit tēporibus suis aliqua purgatio idolatriæ postquā fieret celebratio Phase: ideo non fuit aliquod Phase tā solēne, sicut tēpore Iosiæ tēporibus præcedentiū regū.
G

Sed de Ezechia dubitabitur, an Phase factum primo anno regni sui fuerit excellentius, quā Phase Iosiæ; quia de illo dicitur. 2. Paralip. 30. facta est grandis celebritas in Ierusalē, qualis à diebus Salomonis regis Israel in ea vrbe non fuerat. Respondendū, ꝙ isti duo reges fecerūt Phase excellētiora, quàm omnes alij reges Iuda, & Israel, & causa faciendi istud festū tā solenne fuit in ambobus eadem. s. quia Ezechias purgauerat omnem idolatriā, quæ fuerat tempore Achaz patris sui, & aliorum regum, & propter gaudium istius purgationis, & reformationis cultus diuini fecit Phase solenne nimis, in quo magnificè se
H habuit ad omnes de regno suo, & de regno Israel cōuenientes in Ierusalem ad celebritatem. 2. Paralipo. 13. Iosias quoque reformauit cultum Dei auferendo idolatriam, & similiter se habuit magnificè ad populum in celebratione Phase: & tamen magnificentius se habuit Iosias: quia de Ezechia dicitur, ꝙ non fuit talis celebritas in Ierusalem à diebus Salomonis. 2. Paralipo. 30. de Iosias autem dicitur hic, ꝙ non fuit tale Phase celebratum temporibus regum Iuda, & Isra el, nec etiam à diebus iudicum. Secundò patet, quia plura impendit Iosias populo, quàm Ezechias: quia Ezechias præbuit populo mille tauros, & septem millia ouium. 2 Paralipo. 30. Iosias autē præbuit triginta millia ouium, & tria millla boū.
I eo. lib. ca. 35. & 20. Esdre. cap. primo.

An differat dicere à diebus iudicum, non fuisse factum tale Phase, & dicere à diebus Samuelis. Q. XXXVI.

QVAERETVR vlterius, qūo dr̄ hic, ꝙ à diebus Iudicum non fuit factū tale Phase: qa 2. Paralip. 35 dr̄ à diebus Samuelis. Respondendū, ꝙ idē est: nam qñ dr̄ à diebus iudicum intelligit̄ à fine dierum iudicum: vltimus tñ iudicum fuit Samuel: qa post ipsum cęperunt reges, quorū primus fuit Saul, quem vnxit Samuel, sup. 1. lib. cap. 10. dicit aūt Hist. scho. ꝙ putaremus istā differentiā fuisse factam per errorem, nisi quia Iosephus ponit idē, & verum est,
K ꝙ Iosephus 10. Antiquit. dicit, ꝙ non fuit tale Phase factum ex temporibus Samuelis ꝓpheta. Sed hoc non est recipiendū: quia ēt sine auctoritate Iosephi apparebat hoc non fuisse per errorē scriptorū, vel translatoris: quia tā in Hebręo, q̄ in litera nostra dr̄ de tpe Samuelis Et confirmat̄ hoc: quia non solum dicitur hoc 2. Paralipom. 35. sed etiam 2. Esdre ca. 1. ratio etiam satis declarat hoc, cum idem sit nō fuisse à diebus Samuelis, vel à diebus iudicum, cùm Samuel fuerit vnus de iudicibus.

An tempore iudicum fuerit factum Phase tam excellens, vt istud. Quæstio XXXVI.

QVAERETVR vlterius, quomodo est verū, ꝙ nō fuit tale Phase factum à diebus iudicum.

Nam

A Nam videtur, ꝙ non fuerit etiam factum Phase excellentius tēpore iudicum, & tamen litera innuit, ꝙ fuerit factū Phase excellentius tēporibus iudicū, quā tēpore Iosiæ. Rñdet Histo. sco. & Nicolaus, ꝙ tēpore Samuelis fuit factū Phase aliquod excellētius, quā illud, qđ fuit sub Iosia, & tñ nō scribunt omnia, quæ facta sūt: & sic illud solēne Phase subticuit scriptura. Dicendū tñ vr̄, ꝙ non fuerit aliquod Phase tā excellens aliquādo factū, sicut illud, qđ fuit anno decimo octauo Iosiæ regis, & hoc siue tempore regū, siue iudicū, siue Iosuę, siue Moysi. Et patet hoc, quia istud Phase non dr̄ excellentius alijs propter aliam causam, nisi quia magnificentius se habuit erga populū Iosias in isto Phase, quā alij reges in alijs Phase: & tamen tēpore iudicum non fuit aliquis in toto Israel, qui tam magnificè se haberet erga populum in Phase, sicut se habuit Iosias: ideo non fuit aliqđ Phase tempore iudicum tā celebre. Hoc patet ex duobus. Primò, quia nunquam fuit talis causa celebrationis tempore iudicum. Nam nunc non celebrauit Iosias istud Phase tam magnificè, nisi quia tunc purgauit totam terram idolis, & reformauit cultū Dei: & tamen tempore iudicum nulla facta est reformatio cultus Dei, & purgatio idolatriæ, sed tempore cuiuscunque iudicis colebant Israelitæ Dominum, & mortuo illo redibant ad idola: Iudi. secundo. Et iste processus fuit tempore omnium iudicū, vt patet ex discursu totius libri Iudicum. Secundum fuit, qa ad hoc, ꝙ Phase celebraretur magnificentius, quàm tempore Iosiæ, oportebat, ꝙ esset aliquis tempore iudicum, qui posset plura populo tribuere ad solēnitatem Phase, quàm tribuit Iosias s. plus quàm triginta millia pecorum minutorum, & plus quā tria millia boum: nam totidem dedit Iosias in celebratione Phase. 2. Paralip. 35. & 2. Esdre. 1. & tamen tempore iudicum nunquam fuit aliquis vir tam potens in Israel, qui tantas diuitias haberet, cùm ipsi iudices pauperes essent, quia non recipiebant aliqua tributa à populo, sed erant sicut priuatæ personæ: vt declaratum est in prologo libri iudicum. & sup. 1. li. c. 8. Reges autem fuerunt viri potētes, & diuites nimis, quia accipiebant tributa à populo eo. ca Dicendum ergo, quòd nūquam fuit in Israel celebratum Phase tale, sicut sub Iosia, & hoc vult significare scriptura, cùm dicit, ꝙ non fuit tale à diebus iudicum, vel à tempore Samuelis. Nam si aliquis dubitaret, an aliquod Phase excellentius, quàm istud celebratum fuisset, aliquando non dubitaret, nisi de tempore regum, quia reges fuerunt viri potentes, & aliqui fuerunt locupletiores, quàm Iosias, sicut Dauid, & Salomon, & etiam Saul, qui regnauit super totum Israel: & ideo de istis poterat dubitari: De iudicibus autē, & de Iosue, & Moyse nemo poterat rationabiliter dubitare, eo ꝙ non fuit tunc aliquis vir tā diues, qui posset tam magnificè celebrare istud festū, sicut Iosias: etiam si apponeret omnes vires suas. Et quia tēpora regum cęperunt à Samuele exclusiue, siue à diebus iudicū, qđ idē est, dicitur, ꝙ non fuit tale Phase factū à diebus Samuelis. Si autē fuisset aliqua rō dubitandi de tēporibus iudicum, diceret simpliciter, ꝙ nunquā fuit factum tale Phase, siue tēpore iudicū, siue regum. *Sed & phythones, & ariolos.* Hic repetitur aliquid de destructione idolatriæ; & non est credendum, ꝙ Iosias destruxerit aliquam idolatriam post celebrationem Phase, quia prius purgauit totā idolatriam de terra, sed mutatur ordo, & repetitur eadē res sępè. Vocant phythones spiritus familiares, qui respondent hominibus ad quesita, & interdū vocant pythones ipsi habentes spūs illos, & ita accipit hic. Vocant arioli, vel aruspices, qui occidūt animalia in sacrificio idolorum, & postea in visceribus illorum inquirunt aliqua signa, per quæ iudicant de futuris: & dicuntur arioli ab aris, vel aruspices, quia in aris aspiciunt. i. in visceribus animaliū positis super aras. De his dictum est sup. 21. & de occisione istorū dixit. sup. in litera. *Et figuras idolorum.* i. statuas: istas. n. abstulit de templo, quia erat ibi imago Baal, & equi, & currus solis, & imagines duodecim signorū, & totius militiæ celi. sup. in litera. *Et immunditias, abhominationes, quæ fuerunt in terra Iuda, & in Ierusalem abstulit Iosias.* Vocant immundititę ipsa idola, & oīa, quę pertinēt ad cultū idolorum: quia tanquā sordes ista estimanda sunt: Deut. 8. Et sic abstulit Iosias altaria idolorū, & uasa pertinentia ad cultū eorum quæ erant in tē-

B plo: & istę erant immūditiæ prę;ter imagines. Abhominationes autē vocant aliqua peccata grauissima, quæ non erant idolatria, sicut scelus sodomiticū. Et istud ēt erat inter Israelitas, qn̄ colebant idola: sic patet præced. li. c. 14. ubi dr̄, ꝙ effæminati fuerunt in terra, i. viri qui cognoscebant sodomiticè, & ita fuit tēpore Iosiæ. Nā ipse abstulit effęminatos de domo domini, sicut dr̄ in litera: destruxit ædiculas effęminatorū, quæ erant in domo dñi, pro quibus mulieres texebant quasi domūculas luci. *Vt statueret verba legis.* i. vt confirmaret ea: lex enim qn̄ non seruat non est firma: quia parū prodest iura cōdere, nisi sit qui tueatur. Cum aūt obseruat lex, dr̄ statui, i. firmari: qa tūc habet vigorē suū. *Quæ scripta sunt in libro, quem inuenit* Effęminati qui sint.

C *Helcias in domo domini.* i. volebat Iosias obseruare omnia uerba libri illius, quem inuenit Helcias in tēplo dñi: præce. c. & quia in illo iubetur destrui idolatriā: Deu. 7. & ēt idolatras: Deu. 13. & 17. Volebat destruere Iosias oīa idola. *Similis autem illi non fuit ante eum rex.* Ista est magna laus Iosiæ. s. ꝙ non fuerit aliquis rex similis ei in oībus, qui præcesserāt: de quo inf. declarabitur. *Qui reuerteretur ad dominum in omni corde suo, et in tota anima sua.* Idem est tota anima, & totum cor, nisi velimus accipere animam pro intellectu, & cor pro voluntate, de quo magis declaratum est supra in litera: reuersus est autem Iosias ad Dominum, quia ante eum erāt reges peccatores, & etiam tempore suo vsq; ad annum duodecimū regni sui peccabat popu-

D lus, & tunc ipse cæpit auferre idolatriam de terra, & cōpleuit anno 8. 2 Paralipo. 34. & istud est, in quo excessit Iosias alios reges: quia aliqui de alijs regibus reuertebātur ad Dñm, & tñ non tam perfectè, sicut Iosias. *Et in vniuersa virtute sua.* i. secundum totas vires suas: Istud fuit in quo maximè excessit Iosias alios reges: nam quanquam multi aliorum reuersi sunt ad Dominum, tamen nullus reuersus est totis viribus nisi Iosias: & patet hoc, quia alij reges quāquā auferrent idolatriam, tñ non auferebāt excelsa: Sic patet de Asa, qui fuit primus eorum, qui conuersi sunt ad Dñm, & abstulit sordes idolorum de terra, & tñ excelsa nō abstulit, sed immolabat populus in excelsis: præced li. c 15. sic etiā Iosaphat, & Ioas, & Amasias,

E Ozias, & Ioathas aliqn̄ boni fuerunt, & tñ de eis dr̄, ꝙ non abstulerūt excelsa præced. li. c. vlti sup. 11. & 14. & 15. Ezechias quoque fuit melior omnibus his, quia destruxit idolatriā, & abstulit excelsa, quæ nō abstulerant alij reges. sup. 18 & tñ non egit oīa, quæ potuerat cōtra idolatriā, quia nō destruxit templa, q̄ fecerat Salomō pro dijs vxorū suarū, sed Iosias destruxit illa, vt patet hic in litera: ideo Iosias ī tota virtute sua fecit cōtra idolatriā, qđ potuit. & vt reuerteret ad Dñm: nullus autem aliorum regum tātum fecit. *Iuxta omnem legem Moysi.* i. nullus fuit, qui sic impleret totam legem Moysi, sicut iste Iosias, quia lex Moysi iubebat destrui idolatriam: Deut. 7 & non immolari, nisi in loco, quem Dominus elegisset. Deutero.

tero. 12. & ista duo fecit Iosias destruendo idola, & auferendo excelsa, & nullus alius regum hoc complete egit: ideo non fuit aliquis, qui sic ageret iuxta omnem legem Moysi. *Neque post eum surrexit similis illi.* Istud planum est, quia post Iosiam vsque ad captiuitatem Babilonis fuerunt solum reges quatuor, scilicet, Ioathas, & Ioacim, & alius Ioacim, & Sedechias, vt patet in litera, & seq. c. & omnes illi fuerunt mali, quia dicitur de eis, ꝙ fecerunt malum coram Domino: ideo non possunt comparari propriè Iosię.

Iosias an habuit ante se, vel post regem similem sibi.
Quæstio XXXVIII.

QVAERETVR, quomodo est verum, ꝙ non fuerit aliquis similis Iosię in regibus, qui ante eũ fuerũt; & in regibus, q fuerũt post ipsum, Rũdendũ est ꝙ verum est, ꝙ fuerit melior omnibus: nam aut cõparatur regibus, qui fuerunt ante eũ, vel qui fuerunt post eum: si regibus qui fuerunt post eum, manifestũ est, quia non fuerunt nisi quatuor reges post ipsum, & oẽs mali, vt dictum est: si autem cõpareť regibus, qui fuerunt ante eũ, dicendum ꝙ aut cõparatur ad Dauid, & Ezechiam, aut ad alios: si enim ad alios, manifestũ est, ꝙ melior fuit omnibus, quia Iosias nõ peccauit, & oẽs isti peccauerunt: quia Eccles. 49. dicitur: præter Dauid, Ezechiã, & Iosiã, omnes reges Iuda peccatum cõmiserũt. Si autẽ cõparetur ad Dauid, dicendum, ꝙ melior fuit Dauid, quã Iosias, vt probatum est præce. c. & sup. 18. & tamen præter probationes illas adhuc apparet, quia hic non diciť simpliciter, ꝙ fuerit Ezechias melior alijs, vel ꝙ nõ fuerit aliqs ei similis, sed ꝙ nõ fuit aliquis ei similis, qui sic reuerteretur ad Dñm. Et hoc verũ est etiã respectu Dauid: nã licet Dauid fuerit melior, quã Iosias: tamen non est reuersus ita ad Dominum, sicut Iosias: quia reuersio accipitur hic pro reformatione cultus diuini, quam reformationem non fecit Dauid, eo ꝙ tempore suo nõ declinauerat populus ad idola, & fecit eam complete Iosias: ideo secũdũ hoc nõ potest comparari Iosias Dauid, cùm Iosias reformauerit plenè, & Dauid nihil reformauit, quia opus nõ fuit, & tamẽ si opus fuisset, fortè reformasset perfectius, quàm Iosias. Potest ergo solum comparari Iosias per hoc ad illos reges, quorum tẽporibus fuit idolatria, & nõ ad illos, quorum tempore nihil fuit: & quia tempore oium regum post Dauid fuit idolatria aliqua ad omnes illos, cõparatur Iosias per hoc. Si autem comparetur Iosias ad Ezechiam, dicendũ, ꝙ fuit melior eo in isto, quod ponitur hic, scilicet, ꝙ non fuit aliquis, qui sic reuerteretur ad Dominũ, sicut Iosias: nam Ezechias non reuersus est tã plenè sicut Iosias: quia Iosias abstulit omnia excelsa, & destruxit totam idolatriam: Ezechias autem non: quia reliquit templa, quæ fecerat Salomon pro dijs vxorum suarum, & illa destruxit postea Iosias, vt patet sup. in litera, si autem quæratur, an simpliciter fuit melior Iosias, quàm Ezechias, dicendum, ꝙ non apparet ex hac litera, quæ solum loquitur quantum ad reuersionem ad Dominum: & potest stare, ꝙ quãquam Iosias excesserit Ezechias in hoc, ꝙ Ezechias excederet eum in multis alijs: & sic simpliciter melior esset Ezechias, quàm Iosias: maximè quia sup. 18 dicitur de Ezechia ꝙ post eum non fuit similis ei de cunctis regibus Iuda. Dicendum tamen, ꝙ Iosias fuit simpliciter melior, quàm Ezechias, vt declaratum est eo. ca. *Veruntamen non est auersus Dominus ab ira furoris sui magni.* Idest, quanquam fuerit Iosias valde bonus, non fuerunt merita sua tanti valoris apud dominum, ꝙ propter eũ Deus placaretur regno Iuda,

F & non infligeret mala, quæ prænunciauerat. *Quo iratus est furor eius contra Iudam.* i. Deus habuit magnum furorem contra Iudam. i. contra totum regnum Iuda, ita vt vellet disperdere illud. *Propter irritationes, quibus prouocauerat eum Manasses.* Idest, istud fuit propter magnas offensas, quas fecerat Manasses contra Dominum irritando eum, idest, concitando ad irã. Iste enim peccauit super omnes alios reges, & fuerunt peccata sua in duobus, scilicet, in idolatria, & in effusione sanguinis: quia effudit sanguinem innocentem multum nimis, ita vt impleret Ierusalem vsque ad os. sup 21. *Dixit itaque Dominus: etiam Iudam auferam à facie mea, sicut abstuli Israel.* Scilicet, propter peccata Manasse Deus dixit, idest, firmiter proposuit,

G vel, Dixit, idest, per prophetas suos denunciauit, ꝙ auferret Iudam à facie sua, idest, faceret duci regnũ Iuda in captiuitatẽ, sic vt abstulit Israel, idest, sicut fecit ꝙ duceretur in captiuitatem Israel, idest, decem tribus, & cogitandum, ꝙ Deus Israel fingitur tanquam manens in terra Chanaan, quam dederat possidendam Israelitis: & ideo quicquid erat in terra illa erat coram facie Domini, & quando aliquid ducebatur de terra illa in aliam, dicebatur auferri à facie Domini, & quia Deus fecit duci decem tribus de terra illa in Assyrios, quæ vocantur regnum Israel, & fecit duas tribus, quæ vocantur regnum Iuda transferri in Babylonem, dicitur ꝙ abstulit ista duo regna, vel duas gentes à facie sua: & dicitur ꝙ sic auferret Deus regnum Iuda: sicut abstulerat regnum Israel à facie sua: &

H tamen sicut non dicit omnimodam similitudinem, quia Israel ablatus est de terra sua nunquam rediturus: viri autem de regno Iuda translati sunt in Babylonem redituri post septuaginta annos: Ierem. 25. sed fuit aliqua similitudo, scilicet, quòd Israel translatus est de terra sua, & etiam Iuda de terra sua. Iste modus loquendi, qui fundatur super fictione, qua consideramus Deum, ut manentem solum in terra Chanaam, vel specialiter ibi conuenit sacræ scripturæ: quia Deut. 11. dicitur: terra, ad quam ingredieris possidendam, montuosa est, & campestris de cęlo expectans pluuias, quam Dominus Deus tuus semper inuisit, & oculi illius in ea sunt à principio anni vsque ad finem eius. *Et proijciam ciuitatem hanc, quam elegi Ierusalem.* Idest, ego elegi

I Ierusalem de omnibus vrbibus Israel, vt esset nomẽ meum in ea. sup. 21. & 2. Paralipo 6. & tamen proijciam eam non curãdo de ipsa, sed permittendo tradi in manus hostium. *Et domum hanc, de qua dixi: erit nomen meum in ea.* Idest, etiam proijciam domum istã, idest, templum, de quo dixi, ꝙ esset nomen meum in illo, idest, quòd inuocaretur nomen meum in eo: præcedenti. lib. c. 11. & 2. Paralip. c. 6. q. d. non solum Deus traditurus erat in manibus hostium ciuitatẽ propter peccata Israelitarum, sed etiam templum: & sic fuit, quia combustum fuit templum à Chaldæis, & disruptum usque ad solum. inf. 25. & istud

K erat mirãdum, quòd Deus vellet domum suam tradere in potestate hostium propter Israelitas, & tamen fecit, quia sic prædixerat Salomoni præceden. lib c. 10. quòd si Israelitæ colerent Dominum, viuerent in prosperitate, alioquin ciuitas illa, & domus traderentur hostibus, & destruerentur, ita ut nihil maneret in eis, & fierent in sibilum, & stuporẽ omnibus transeuntibus per terram illam. *Reliqua autem verba Iosiæ, & vniuersa, quę fecit.* Scilicet, reliqua dicta, & gesta Iosię non habentur hic, sed in alia libro. *Non ne hæc scripta sunt in libro verborum regum Iuda?* Quasi dicat, in libro illo scripta sunt cum alijs gestis omnium regum Iuda.

An

An viri Iuda ducti fuerint in captiuitatem propter peccata Manasse, & an hoc iustum esset. Quæstio XXXIX.

QVAERETVR, quō Deus abstulit Iudam à facie sua ducēdo in captiuitatem pp peccata Manasse: nā istud vr̄ iniustum: quia nō debet aliqs puniri, nisi ꝓ peccato suo, vel aliqn̄ filij pro patribus, & tn̄ peccatū Manasse nō erat peccatum populi, nec erat Manasses pr̄ populi: ideo non erāt puniendi Israelitę pro eo, ita, vt ducerent̄ in captiuitatem. Rn̄dendū ꝙ viri Iuda non ducti sunt in captiuitatem pp peccata Manasse, quasi solus Manasses peccauisset, & meruissent peccata sua captiuatiōe totius populi: qđ patet: primò ex ratione assignata. Secundò patet: qa Manasses peccauit, & postea cōuersus est ad Dn̄m, & Deus acceptauit cōuersionem suam, & liberauit eū de periculis, & reduxit de captiuitate in terrā suam, 2. Paral. 33. Tertiò patet, quia qn̄ Iosias misit ad cōsulendum Dn̄m per Holdā prophetissam, & ꝓnunciata est captiuitas populi, nō fuit peccatū Manasse positum ꝓ causa, sed peccata populi: ꝑced. c. s. ego adducam mala sup̄ locum hunc, & habitatores eius, quia dereliquerunt me, & sacrificauerunt dijs alienis. Dicendum igit̄, ꝙ causa captiuationis Babylonicæ fuerunt peccata oīum Iudęorum, siue regū, siue popularium à multo tempore vsque ad diē, quo facta est captiuitas: nā Deus mittebat prophetas ad eos, vt reuerterent̄ ad eū, & nolebant, sed continuabāt peccatum suum: ideo pp longam contumaciā Deus induxit captiuitatē super Iudam: & sic nō solum dederunt causam huius peccata illorū, qui captiuati sūt, sed ēt peccata antiquorum, qui inceperant irritare Dn̄m. Pro quo sciendum, ꝙ q̄q̄ illi, qui ducti sunt in Babylonem merebant̄ illuc duci, tn̄ non fuerunt ducti solum pp peccata sua: quia licet illi, qui ducti sūt illuc offendissent Deum tam grauiter, sicut offenderūt: si tn̄ nulli de ꝑdecessoribus eorum recessissent à lege Dn̄i, nō īduxisset Deus captiuitatem sup̄ ipsos: quia Deus nō infligit pęnā illico, vt meremur. Et sic fuerunt isti, qui captiuati sunt peioris conditionis, q̄ patres sui pp peccata patrum suorū: nam pp peccata sua merebant̄ duci in Babylonem: sed non ducti fuissent, quia Deus expectasset eos ad pœnitentiam: peccata aūt patrum suorum fecerūt, ꝙ iam Deus nō expectaret amplius, cū patres suos expectauisset diutius. Cum aūt dr̄, ꝙ iniustum erat istos puniri ꝓ pectis Manasse: dicendum est, ꝙ si pp peccatum illius ducerent̄ captiui, & ipsi nihil peccauissent, iniustū erat: quia tn̄ ipsi peccauerāt, ita vt mererent̄ captiuari, & ēt patres eorum peccauerant ꝑter peccata Manasse: ideo nō erat iniustum, ꝙ captiuarent̄. Sed adhuc dicet aliquis, ꝙ iniustum erat, qa si Manasses, & patres istorū nō peccauissent, dato, ꝙ peccauissent ipsi, nō ducerent̄ in captiuitatem: ideo pp peccata illorū ducti sunt in captiuitatem, & sic grauabantur. Rn̄dendum, ꝙ peccata Manasse, vel patrū istorum, q ducti sunt in captiuitatē non fecerunt, ꝙ ducerent̄ in captiuitatē, sed ꝙ nō expectarent̄ à Deo amplius. Si. n. pp peccata illorum captiuarent̄, punirentur directè pp peccata aliena, & haberēt iustam causam querelę: tn̄ non fuerunt directè puniri pp peccata aliena, cum ipsi mererent̄ duci in captiuitatē: ideo q̄q̄ Deus minus nūc expectaret eos, q̄ aliàs expectaturus erat, non habebant causam querelę, & dato, ꝙ non peccauissent patres eorum, dum tn̄ ipsi peccauissent, ita, vt mererētur captiuari, & Deus non expectaret eos, non poterant cōqueri, quia ꝙ Deus expectet aliquē postq̄ peccauit benignitatis est, & non rigoris: nemo aūt conqueri pōt de alio, ꝙ nō benefaciat ei, sed con

Iudęi qua re captiuati fuerūt.

Peccata ꝑdecessorū quid noceant posteris.

A queri potest, si iniustè lędat: subtractio ergo beneficij diuini facta est istis pp patres suos, & hoc non erat iniustum, cum pp peccata sua ipsi mererent̄ puniri. Cum autem dr̄ de Manasse, ꝙ pp peccata sua Dn̄s non est auersus à furore suo: non est intelligendum, ꝙ pp peccata sua solum Deus nō expectauerit istos Israelitas amplius ad pœnitentiam, sed ēt pp peccata aliorū regum, vel popularium ꝑcedentium: qa tn̄ peccata Manasse fuerunt maiora peccatis aliorū, vt declaratū est s. 21. exprimit̄ potius Manasses, q̄ alij.

Quomodo propter peccata Manasse noluit Deus auerti à furore suo, cum iam remissa essent. Quæstio XL.

B QVAERETVR vlterius, quō dr̄ hic, ꝙ pp peccata Manasse noluit Deus auerti à furore suo: nam iā peccata Manasse remissa erant, qa ipse orauerat ad Dn̄m, & exaudiuerat eum, & reduxerat de captiuitate, & postea semper coluit ipsum, 2. Paral. 33. Rn̄dendum, ꝙ Manasses peccauerat nimis pp quod merebat̄ puniri in se, & in posteritate sua, & in fautoribus, & illis, qui consenserunt peccatis eius: & cū ipse doluit de peccato promeruit, vt Deus remitteret sibi pœnam quātum ad personam suam, & istam remisit: non tn̄ meruit, vt remitteret̄ pœna debita posteritati suæ, vel fautoribus eius, & ista mansit semp: & quantum ad hoc dr̄, ꝙ Deus non est auersus à furore suo pp peccata Manasse, i. quantum ad illas pœnas, quas pro peccatis eius infligere debebat posteritati suæ, & genti, Simile etiam fuit de Achab rege

C Israel: nam ipse peccauerat nimis ꝯ Dn̄m, & prenunciauerat Deus contra ipsum mala multa: præceden. lib. cap. 21. doluit tamen, & pœnituit super hoc: ideo Deus transtulit pœnam peccati sui ad tempora filij eius, vt patet ibidem. Cōsiderandū vlterius, ꝙ istud, quod hic dr̄ de auersione iræ Dei pōt specialiter intelligi q̄tum ad progeniem Manasse: nam dr̄, ꝙ q̄q̄ Iosias bonus esset, tn̄ Deus non auersus est à furore suo, q. d. Deus iratus erat toti ꝓgenie regali propter peccata Manasse patris eorum: & quia Iosias erat nepos eius etiam iratus erat contra ipsum, & nō potuerunt merita Iosiæ auertere iram Dei, ita, vt iratus esset progeniei regali: quia maiora erāt demerita Ma-

D nasse quantum ad malum, quàm merita Iosiæ quantum ad bonum: ideo non potuit iste placare totam irā Dei, sed solum placauit Deum pro seipso, s. vt ipse non videret mala ista, quæ infligenda erant super Ierusalem: præced. cap. & tamen ꝓ filijs suis non potuit placare, qa super illos venerūt angustiæ: & istud generale erat. Nam quando Deus determinauit punire aliquam gētem, vel progeniem, aut locū: dato, ꝙ sint aliqui boni in loco, vel gente illa non liberantur reliqui pp orationes illorum: quia etiā nec filios, nec filias pn̄t liberare à pęna, sed ipsi soli liberant̄: sic patet Eze. 14. s. si gladiū induxero super terram, & dixero gladio: transi p terram, & interfecero de ea homi-

E nē, & iumentum, & fuerūt in medio eius isti tres viri, Noe, Daniel, & Iob, non liberabunt filios suos, nec filias, sed ipsi soli liberabunt̄. Hoc aūt dato, dicendum, quòd propter peccata Manasse non fuit punita nisi progenies sua regalis: & peccata ista fecerunt, quòd non exaudiretur oratio Iosiæ. Aliter potest dici, quòd propter peccata Manasse populus punitus est, accipiendo largè peccata Manasse, scilicet, non illa, quæ ipse fecit, sed illa, quæ fecit populus ad imitationē eius, vel, vt placeret ei: & quia tēpore suo populus magis peccauit, q̄ tempore aliorum regum: & causam huic ꝑbuit peccatum Manasse: quia s. 21 & 2 Paralip. 33 dicitur: quòd viri Iuda non audierunt prophetas, sed seducti sunt à Manasse, vt facerent

malum super oẽs gentes quas contriuit Dñs à facie filiorum Israel: dñr Israelitæ pp peccata Manasse offendisse Dñm magis, q̃ propter peccata aliorum: qa tñ ista peccata non erant Manasse, sed populi ipse populus punitus est: & sic est sensus, ꝙ indignatio Dei non erat præcipuè pp peccata, quę fecerat Manasses, sed pp peccata, quæ fecerat totus populus ad imitationem eius: nam ista magna, & multa erant. *In diebus*. Hic ponitur secũdum principale huius c. s. Iosiæ mors lamentabilis: nam occisus est in bello, & dicit. *In diebus eius*. i. in diebus Iosiæ. *Ascẽdit Pharao Nechao rex Aegypti contra regem Assyriorum*. Aliqui volunt, ꝙ Nechao sit nomen cõe apud Hebręos, & significat claudum, s. ꝙ iste Pharao, qui nunc iuit ad pugnandũ esset claudus: & tñ non ponitur, nisi vt nomen ꝓpriũ: & sic accipit illud Iosephus 10. Antiq. dicẽs: Nechaos vbi nos dicimus Nechao. Sciẽdum aũt, ꝙ reges Aegypti habebant istud nomen cõe, s. Pharao, quod est nomen dignitatis, vt rex, vel imperator: & tñ habebãt noĩa propria specialia: & sic vocabat̃ iste rex Nechao: tarissimè tñ exprimunt̃ nomina ipsorum: immo, vt quidã volunt, nullius regis Aegypti nomen proprium exprimit̃, nisi huius: sed falsum est, qa sup. 17. ponit̃ nomen alterius regis Aegypti, q vocabatur Sua. Sic. n. erat apud Romanos, vbi oẽs imperatores vocabant̃ Cæsares, vel Augusti: & tñ habebant noĩa propria. s. Iulius, Octauianus, Tyberius, Claudius. Sic etiã reges Iudææ multo tpe vocati sunt Herodes, & insuper habebant alia noĩa propria. Iste rex Aegypti volebat pugnare ꝯ regem Assyriorum: quia principatus Assyriorum iam debilitabat̃ insurgẽtib. Babylonijs ꝯ eos, & alijs gentibus. Volebat igr̃ Pharao occupare monarchiã, quam tenebãt Assyrij, & ad hoc prius voluit pugnare ꝯ Syriam, q̃ subiecta erat regi Assyriorum. *Ad flumen Euphratem*. i. volebat pugnare apud flumen Euphratẽ. Transit. n. Euphrates ꝑ latus aquilonare terræ Chanaã: & ideo ponitur in terminis terræ illius, vt patet Genes. 15. s. à fluuio Aegypti vsq; ad flumẽ magnum Euphratẽ dabo semini tuo terram hãc. Simile Deute. 11. & Iosue 1. transit ẽt iste fluuius ꝑ terram Syriæ: & ideo cũ iret Pharao ad pugnandum ꝯ Syriam ibat ad pugnandũ ad Euphratẽ: nam Syria est in latere aquilonari terrę Chanaã, nec est aliquod mediũ in terra Chanaan, & Syriæ. *Et abijt rex Iosias in occursum eius*. Sciens enim Iosias, ꝙ Pharao vellet transire ad pugnandum contra regem Syriæ per terram suã, parauit se ad bellũ, & exiuit ei obuiã in vrbe Magedo. *Et occisus est in Magedo cum vidisset eum*. Scilicet, occisus fuit Iosias in Magedo à seruis Pharaonis: qa quidã percussit eũ sagitta, & mortuus est, 2. Paral. 35. & 2. Esdre 1. Et dr̃: Cum vidisset eum, i. cũ cępisset pugnare. Accipitur. n. videre pro pugnare. Sic. n. dicit Amasias rex Iudæ ad Ioas regem Israel: veni, & videamus nos. i. pugnemus, & videamus qs est fortior, sup. 14. & iterum dr̃: ascendit Ioas rex Israel, & viderunt se ipse, & Amasias, i. pugnauerũt. Et etiam dr̃: cum vidisset eum, q. d. ꝙ non durauit bellũ diu, sed illico, vt inceptum est percussus fuit Iosias sagitta, & mortuus est, & cessauit bellum. Et dr̃, ꝙ mortuus est in Magedo. i. percussus est ibi ad mortem: tñ non expirauit ibi, sed ductus est in Ierusalem, & ibi mortuus est, vt colligitur 2. Paral. 35. & 2. Esdre, c. 1. vt quidam volunt, sed falsum est, vt infr. patet: est autem Magedo quędam ciuitas in sorte Manasse, vt patet Iosue 17. & Iud. 1. & habebat nunc Iosias terram illam sibi subiectã, eo quòd Israelitæ, qui manserant post captiuitatẽ factam ꝑ Salmanasar non cõstituerunt regem super se, sed vniti fuerunt regno Iuda: & quia ista loca tenebant̃ ab illis pertinebant nunc ad Dñm Iosię, & ibi pugnauit ꝯ Pharaonem. *Et portauerunt eum serui sui mortuum de Magedo*. s. quia cito post plagã mortuus est, & fuit ductus à seruis suis: sic. n. fuit de Achab rege Israel, qui cũ pugnaret ꝯ Syriam percussus est à sagittarijs, & mortuus est in bello, ductusque fuit in Samariam ad sepeliendũ: præcedẽ. libro, cap. vlt. *Et pertulerunt in Ierusalem*. Vt sepeliret̃ ibi: quia ibi erant sepulchra regum. *Et sepelierunt eũ in sepulchro suo*. Idest, in sepulchro regum, in quo sepeliebantur omnes boni reges Iuda: sic dicitur 2. Paral. 35. s. sepultus est in mausęolo patrum suorum.

Quæ erat causa belli.

Iosias occisus a seruis Pharaonis Nechao.

F

An Iosias peccauerit pugnando contra Pharaonem, & quare pugnabat. Quæstio XLI.

G QVAERETVR, an Iosias peccauit pugnãdo ꝯ Pharaonẽ, & quare pugnauit. Aliquis dicet, ꝙ peccauit: quia Pharao monuit eum, ne pugnaret ꝯ ipsum, 2. Paralip. 35. Nam ait: quid mihi, & tibi rex Iuda? non aduersum te hodie venio, sed ꝯ aliam pugno domum, ad quam me Dñs festinanter ire pręcepit: desine aduersum Deũ facere, qui mecum est, ne interficiat te. Secundò patet, quia nõ solum admonuit Pharao Iosiã rationabiliter, sed ẽt Iosias noluit obedire verbis Dñi, & istud peccatũ erat: patet eo. c. quia dixit Pharao, ꝙ Dñs mittebat eũ ad pugnandũ ꝯ Syriam: & iterũ ait: desine aduersum Deũ facere, q mecum est, ne interficiat te, & sequitur noluit Iosias reuerti, sed pręparauit ꝯ eum bellum, nec acquieuit

H sermonibus Nechao ex ore Dei. Rñdendum, ꝙ non peccauit Iosias egrediẽdo ad bellum ꝯ regem Aegypti. Pro quo sciendũ, ꝙ vt ait Iosephus 10. Antiquit., rex Aegypti castra posuit ad Euphratẽ, vt ꝯ Medos, & Babylonios dimicaret: habebat. n. desideriũ, vt regnaret in Asia. Histo. aũt Schol. dicit, ꝙ rex Aegypti audierat regem Assyriorũ debilitatum, quia Medi, & Babylonij à monarchia eius discesserant. Etiã existimabat, ꝙ de facili posset obtinere Syriam: ideo primo aggressus est regem Adremõ, qui erat vnus de regib. Syriæ, & regnabat in Carcamis: & quia rex Aegypti transitum facturus erat ꝑ terram Iuda ad pugnãdum ꝯ regem Syrię, Iosias exiuit ei obuiã. Et cũ sciuisset Pharao, ꝙ Iosias parabat se ad bellum ꝯ eũ

I misit nuncios ad ipsum, ꝙ non pararet se, quia non intendebat pugnare ꝯ eum, sed ꝯ regem Syriæ, 2. Paralip. 35. & tñ Iosias noluit assentire dictis eius: timebat. n. ꝙ postq̃ Pharao introiret in terram Iuda occuparet illam, & nõ posset Iosias expellere eum de terra: ideo disposuit se ad bellum ꝯ Pharaonem, vt non permitteret illum intrare in terram suã: & sic habebat iustam causam pugnãdi. Et dato, ꝙ Iosias certus esset, ꝙ Pharao nolebat occupare terram eius, sed solum transire ꝑ eam ad pugnandum ꝯ Syriam nõ tenebatur permittere trãsire Pharaonem per terram suam, & sic iustè pugnabat defendendo terram. Alia ẽt causa esse poterat: quia fortè Iosias sciebat, ꝙ Pha-

K rao ibat ad pugnandum ꝯ Adremon regem Syriæ, & ille fortè erat amicus Iosiæ: ideo voluit in adiutorium eius exire obuiam Pharaoni, vt non permitteret eum transire per terrã suam: & ẽt istud est nimis verisimile, quia rex Syrię Adremon venit ad adiuuãdum Iosiam in Magedo contra Pharaonem, vt seq. quæstione declarabit̃. Ad primam rationem in contrarium dicendum, ꝙ quanquam Pharao admoneret amicabiliter Iosiã, vt non pugnaret ꝯ ipsum, nõ tenebatur Iosias acquiescere monitis eius: quia petebat Pharao iniustum, scilicet, quòd transiret per terram Iosiæ eo nolente, potissimè cum nesciret Iosias an Pharao vellet occupare terrã eius, aut vellet transire contra Syriam: ideo iustè pugnabat contra eum. Ad secundam dicendum, ꝙ quanquam Pharao diceret

ceret se missum à Deo cōtra Syriam, & verum esset sicut patet 2. Paral. 35. tamen Iosias nesciebat hoc, & potius credebat, ꝙ Pharao dicebat istud ad inclinandum iosiam, vt cōcederet ei transitum. Sic enim Senacherib dixit ad regem Ezechiā: Nunquid sine Domini voluntate ascendi ad locum istum, vt demolirer eum? Dominus dixit mihi: Ascende ad terram hanc, & demolire eā, sup. 18. Et tamen falsum erat: quia Deus non miserat eum ad hoc, sed ipse dicebat istud, vt Ezechias consentiret intentioni eius. Iustè ergo pugnauit Iosias contra Pharaonem.

Quare nunc Deus fecit, quod occideretur Iosias, cum esset vir bonus, & habuisset iustam causam pugnandi. Quæst. XLII.

QVAERETVR vlterius, quare Iosias nunc occisus est in bello, cum esset vir iustus, & habuisset iustam causam pugnandi. Responderi pōt, ꝙ factum est hoc fortè pp peccata Manasse: quia peccauerat ille nimis, & meruerat mala multa pro sua ꝓgenie: & quia Iosias erat nepos eius, super ipsum venit quędam pars malorum: cū dicat supra in litera, ꝙ quanquam Iosias esset bonus nō auersus est Deus à furore suo propter irritationes, quibus eum ꝓuocauerat Manasses. Sed obijcietur: quia præced. cap. dicitur: quòd Iosias liberaretur ab his malis, quæ euentura erant propter peccata priorum, quia ipse inclinauerat cor suum coram Dño, & fleuerat. Dicendū, ꝙ ꝑ illud nō denunciatum est, ꝙ liberaretur ab omnibus malis, sed solum ne videret mala, quę ventura erant super Ierusalem, & hoc sic fuit: & tñ non liberatus est, quin alia mala venirent super eum pp peccata priorum, & sic fuit mortuus in bello. Aliter potest dici, ꝙ q̄q̄ Iosias esset vir valde bonus, maximè q̄tum ad ea, q̄ pertinebant ad cęremonias cultus diuini: tñ in aliquo peccaret de peccatis cōibus, cū teste Salomone, pręced. lib. cap. 8. & 2. Paral. 6. non est homo in terra, qui faciat bonum, & non peccet. Et pro istis peccatis cōibus Deus infligeret ei mortem, quā etiam aliàs infligeret pro solo peccato originali, dato, ꝙ nunq̄ peccasset actualiter. Considerandum vlterius, ꝙ cum Iosias exiuisset ꝯ Pharaonē ad pugnādum in Magedo ciuitatem terræ suæ venit ēt Adremon rex Syriæ, qui regnabat in Cartamis, vt ambo simul pugnarent contra Pharaonem, quia Iosias faciebat nunc istud in fauorem Adremon, & cū percussus esset Iosias, & mortuus, fleuit eum inconsolabiliter rex Adremon, & viri sui: de hoc dr̄ Zach. 13. scilicet: magnus erit planctus in Ierusalem, sicut plāctus Adremon in campo Magedon. Dicit ēt Histo. Schol. & est positio Epiphanij historiographi, ꝙ Iosias occisus est iuxta fontem quendam, & arborē, & vtrunq; illico aruit in testimoniū lamentabilis mortis Iosię: fuit aūt fletus magnus in Ierusalē pro morte eius, & super oēs deplorauit eum Ieremias, q̄ composuit lamentationes super eū stilo metrico, & pulchro, s. Qūo sedet sola ciuitas &c & istas lamentationes acceperunt oēs cantores, & cantatrices, & multo tempore decantabant eas, & durauit istud vsque ad tempus Esdre, qui scripsit librū Paralipomenon. Et fuit illa consuetudo quasi conuersa in legē, vt patet 2. Paral. 35. *Tulitque.* Hic ponitur tertiū principale huius cap. s. successio prolis dissimilis: nam post Iosiā regnauerūt tres filij eius, & vnus nepos, & oēs fuerūt ei dissimiles. *Et dicitur: tulitque populus terræ Ioacaz filium Iosiæ.* Scilicet, mortuo Iosia, accepit populus istū Ioacaz, qui erat ætate medius in tribus filijs Iosię. *Et vnxerunt eum, & cōstituerunt regem pro patre suo.* Scilicet, seruauerunt in eo cęremonias vnctionis, q̄ seruabātur in alijs regibus, de quib. declaratum est sup. 9. & 11. (Iosias ī regem suscipitur.)

A *Viginti trium annorum erat Ioacaz cum regnare cœpisset.* Et sic pater suus Iosias erat annorum decem, & sex, qñ genuit eum: nam Iosias vixit annis triginta nouem, scilicet, octo annis anteq̄ regnaret, & triginta vno anno postq̄ cępit regnare: pręc. cap. de quibus subtrahantur viginti tres, manebunt decem, & sex. *Et tribus mensibus regnauit in Ierusalem.* Pauco tempore regnauit: quia rex Aegypti incarcerauit eum, duxitq; in Aegyptum, & ibi mortuus est, & substituit fratrē eius Ioacim in regem, vt patet infra in litera. *Nomen matris eius Amithal filia Ieremiæ de Lobna.* Ponit̄ nomen matris eius, quia sic est consuetudo in oībus regibus Iuda, & vocatur pater matris eius Ieremias de Lobna ad differentiam Ieremiæ ꝓphetæ, qui fuit de Ana-

B thot, vt patet Ier. 1. & ille erat de sacerdotibus, vt patet ibidem: iste autem Ieremias auus Ioacaz erat de tribu Iuda de vrbe Lobna. Est autem Lobna quędā ciuitas in sorte Iudæ: Iosue 15. & ista fuit vna de ciuitatibus regalibus, quę captæ sunt per Israelitas, vt patet Iosue 12. *Et fecit malum coram Domino.* s. colēdo idola. Istud enim erat malum regum Iuda, & Israel. *Sicut fecerant patres eius.* Scilicet, Manasses, & Amon, & Achaz, qui fuerunt patres sui remoti, scilicet, auus, proauus, & tritauus; & non refert̄ ad patrem immediatum, s. ad Iosiam: quia ille bonus fvit, nec deliquit in aliquo quantum ad idolatriā *Vinxitque eum Pharao Nechao in Reblata.* s. ille Pharao Nechao, qui occiderat Iosiam patrē suum vinxit eum cathenis, vt nō esset

C rex, & duxit eum in Aegyptū, 2. Paral. vlt. & 2. Esdrę 2. & dr̄: ꝙ vinxit eum in reblata, q̄ est quædā ciuitas Syrię, & vocat̄ alio noīe carcamis, vt qdam volunt, ita ꝙ sit ista ciuitas illa, in qua regnabat Adremō rex Syrię, qñ pugnauit ꝯ eum Pharao 2. Paralip. 35. *Quæ est in terra Emath.* Emath etiam est nomen ciuitatis in terra Syriæ, vt ait Iosephus 10. Antiq. quia tamen ipsa est Metropolis dr̄ esse Reblata in terra eius: sic patet sequenti cap. & infra 25. & Ierem. 39. Ambæ istæ ciuitates ponunt̄ Numeri 34 in terminis terræ Chanaan, eo ꝙ ipsę sunt in extremitate Syriæ, vbi cōiungitur Syria terrę Chanaan. *Ne regnaret in Ierusalem.* Idest, ideo vinxit eum, & duxit in Aegyptum, vt nō esset rex in Ierusalē, quia volebat, quod alius regna-

D ret. *Et imposuit mulctam terræ.* Mulcta est pęna pecuniaria secundum modum loquendi iuris, & sic accipit̄ hic: nam non posuit Pharao quantitatem istā pecuniæ in tributum terræ, sed in pœnam: sic patet 2. Paralip. vlt. s. cum rex Aegypti venisset Ierusalem condemnauit terram centum talentis argenti, & talēto auri: ideo nō dixit hic litera, ꝙ imposuit tributū terræ, sed imposuit mulctam. *Centum talentis argenti, & talento auri.* Idest, vno talento auri. Iustd non soluerunt postea viri Iuda semper Pharaoni, sed solum nūc nomine pœnæ: postea aūt soluebāt ei tributa alterius quantitatis: quia Ioacim ponebat tributum sup singulos ad dandum Pharaoni, vt patet in litera. *Regemq; constituit Pharao Nechao Eliacim filium Iosiæ.* Duxit Pharao secum Ioacaz regē cōstitutum à populo in Aegyptum, & cōstituit fratrem eius Eliacim regem in (Mulcta quid.)

E Ierusalē. *Vertitq; nomen eius Ioacim.* i prius vocabat̄ Eliacim, & fecit, ꝙ vocaret̄ Ioacim. Considerādum aūt, ꝙ iste Ioacim, & filius eius, de quo seq. cap. vocantur eodem nomine, & nulla est differentia secundū literam nr̄am: & tñ in Hebręo dr̄ia est: quia iste primus vocat̄ Ioacim, & alius vocat̄ Ioacim: nā primus ī Hebręo scribit̄ Coph, & Mem, & istis duab. literis correspondēt apud nos aliæ duæ. s. K, & m, & alius Ioacim scribitur cum Caph, & Nun in Hebręo, & in Latino correspondēt eis tres literæ, s. c, &, h, ꝓ Caph, & n, ꝓ Nun. scriptores tñ nostri de hoc nō curauerūt, licet Hebręi nos sup hoc redarguāt, & Nic. ēt vult, quòd

quòd debeat seruari ista differentia in scriptura nr̄a. & tamen istud euenit propter imperitiā linguæ Latinæ: quia nec Hebræi, nec Nicolaus sciunt proprietatem, & consuetudinem linguæ Latinæ: quia quædam sunt in Hebræo, quæ lingua Latina non tolerat, nec Græca: & alia sunt in Latino, quorum differentia non posset seruari in Hebræo propter diuersitatem soni, & virtutis literarum istorum idiomatū: ideo Hieronymus, qui circa hoc peritissimus erat nullam differentiam obseruauit in scriptura istorū nominum tanquam non conuenientem linguæ Latinæ. *Porro Ioacaz tulit, & duxit in Aegyptum.* Scilicet, illum, qui factus fuerat rex à populo. *Argentum autem, & aurum dedit Ioacim Pharaoni.* Istud intelligitur de tributis, quæ dabat ei quolibet anno: nam dabat aurū, & argentum multum: quia Pharao fecerat eum regem, & abstulerat fratrem suum Ioacaz. Et etiā quia Pharao erat potens, & non poterat ei resistere Ioacim, sed cogebatur soluere, quód ille vellet. *Cum indixisset terræ per singulos, vt conferretur iuxta præceptum Pharaonis.* Idest, imponebat singulis viris de terra tributum, vt daret Pharaoni, quod præcipiebat. s. Pharao p̄cipiebat ipsi Ioacim, vt daret ei quolibet anno certam summam auri, & argenti, & istam summā imponebat Pharao ad voluntatem suam, & vt Ioacim posset dare illam summā, imponebat singulis de terra sua tributum, vt quilibet daret ei quantū posset. *Et vnunquenque secundum vires suas exegit.* Idest, Ioacim exigebat à quolibet differentem summam secundū differentes vires ipsorum: sic enim faciebat Manaen rex Israel, sup. 15. s. indixit Manaen super Israel argētū cunctis potentibus, & diuitibus, vt daret regi Assyriorum quinquaginta argenti siclos per singulos. *Tam argentum, quàm aurum.* Quia quolibet anno dabat Ioacim Pharaoni certam summam auri, & argenti. *De populo terræ.* Idest, à quolibet de populo terræ exigebat aurum, & argentum secundum vires suas. *Vt daret Pharaoni Nechao.* s. vt daret ei singulis annis tributum constitutum. Etiā imponeret partem huius tributi pro regalibus expensis, quia aliàs nō poterat sustineri status regalis. *Vigintiquinque annorum erat Ioacim cum regnare cœpisset.* Iste erat maior inter filios Iosiæ: qđ patet, quia frater suus Ioacaz viginti trium annorū erat, quando cępit regnare, sup. in litera, & regnauit solum tribus mensibus, & iste Ioacim successit ei: & quando cępit regnare erat vigintiquinque annorū, ideo erat maior illo ferè duobus annis. Et sic Iosias erat annorum quatuordecim, qn̄ genuit istum: nam Iosias vixit annis trigintanouem. s. octo antequā regnaret, & triginta vno post: pręced. cap. de quib. subtrahant vigintiquīque, manēt quatuordecim, quos egerat Iosias qn̄ genuit Ioacim. *Et vndecim annis regnauit in Ierusalem.* Fuit enim interfectus per viros regis Babylonis, vt declarabitur seq cap. *Nomen matris eius Zebida.* Quāquam Ioacaz, & Ioacim essent filij Iosię; tamen non erat ex eadem matre, quia Ioacaz erat filius Amithal, & Ioacim erat filius Zebida: erat autē Sedechias filius Amithal, & sic erat frater Ioacaz ex p̄re, & matre. *Filia Phadaia de Ruma.* Iste Phadaia erat vir nobilis in regno Iuda, quia aliàs nō accepisset Iosias rex filiam suam in vxorem: Ruma autē ciuitas quædam est in terra Iuda. *Et fecit malum corā Domino.* scilicet, peccauit in idolatria, quia istud erat malum, quod faciebant reges Iuda, & Israel, quia licet alia facerent, istud erat peius. *Iuxta omnia, quæ fecerant patres eius.* Idest, secutus est idolatriam iuxta cæremonias Achaz, Manasse, & Amon: quia isti fuerunt progenitores eius, & pessimi viri: & non refertur ad Iosiam patrem eius immediatū, quia nō coluit idola.

F *Filij Iosię qūo successerunt sibi ipsis in regno. Quæst. XLIII.*

QVAERETVR vlterius de istis filijs Iosiæ, & qūo successerūt sibi ipsis in regno. Pro quo sciēdum, ꝙ Iosias habuit multos filios, iuxta illud Matthæ. 1. s. Iosias autem genuit Ieconiam, & fratres eius in transmigratione Babylonis. Fuerunt autem tres filij Iosiæ, scilicet, Ioacaz, Ioacim, & Sedechias: Ioacaz autem habuit duo nomina: nam vocatur aliqn̄ Ioacaz, sicut hr̄ hic: & 2. Paralipom. vltimo: aliquando autem vocatur Ieconias, vt patet 2. Esdre, cap. 1. Nam dr̄ ibi, ꝙ Ieconias assumptus est à populo terræ, vt regnaret pro patre suo Iosia. Sciendum tn̄, ꝙ iste Ieconias non propriè est ille, qui vocatur Ieco-
G nias, Matt. 1. quia ibi dr̄, ꝙ Iosias genuit Ieconiam, & fratres eius in transmigratione Babylonis, & post transmigrationem Babylonis Ieconias genuit Salatiel: & sic ille Iechonias, de quo hr̄ Matthæ. 1. ductus est captiuus in Babylonem, & ibi genuit Salatiel: & tamen iste Ieconias, qui vocatur Ioacaz non ductus est in Babylonem, sed in Aegyptū à Pharaone, & ibi mortuus est, vt patet hic, & 2 Paralipom. vlt. Sed debet accipi ille Ieconias p Ioacim filio Ioacim, & nepote Iosiæ, vel alio modo, de quo declarabit Mat. 1. alius filius Iosiæ vocatus est Ioacim, qui prius vocabat̄ Eliacim, vt patet hic: & tn̄ Pharao mutauit nomen eius, vt vocaretur Ioacim, vt patet in litera. Et iste ēt vocabatur Ieconias alio nomine, sic vult Hist.
H Scholast. Et hoc satis cōuenit ad exponendum illud Matth. 1. s. Iosias genuit Ieconiā, & fratres eius. Et tn̄ Ieconias, de quo hr̄ 2. Esdre, cap. 1. non accipitur pro Ioacim, sed pro Ioacaz, q prius regnauit: cum dicat̄, ꝙ populus assumpsit Ieconiam filium Iosiæ, & cōstituerunt eum regem pro Iosia, & regnauit mensibus tribus, sed ista non conueniunt Ioacim. Iste etiā Ioacaz, qui prius regnauit vocabat̄ Sellum: sic patet Ieremiæ 21. s. Hæc dicit Dn̄s ad Sellum filium Iosiæ regē Iuda, qui regnauit pro patre suo Iosia, qui egressus est de loco isto nō reuertetur huc amplius, sed in loco, ad quem transtuli eum, ibi morietur, & terram istam nō videbit amplius. Et postea sequitur de Ioacim, s. Hæc dicit Dn̄s ad Ioacim sepultura asini sepe-
I lietur. Et sic accipitur Sellū pro Ioacaz, quia ipse est, qui ductus est de Ierusalem in Aegyptum. & ibi pręnunciauit Ieremias eum moriturum. Tertius filius Iosiæ erat Mathanias, q postea vocatus est Sedecias: nam rex Babylonis mutauit nomen eius, & vocauit Sedeciam, sequenti cap. & hoc fuit, quia accepit ab eo iuramentum per Deum suum, vt non rebellaret sibi, & sic interpretatur Sedecias iustitia Dei ad significandum, ꝙ iustè se deberet habere seruando iuramentum illud, qđ fecerat in nomine Dn̄i. Sciendum vlterius, ꝙ isti tres erāt filij eiusdem patris, s. Iosiæ, & diuersarum matrum: nā Ioacaz erat filius Amithal filiæ Ieremiæ de Lobna, vt patet in litera: Ioacim autem fuit filius Zebida filiæ Phadaia, vt patet hic. Se-
K decias autem fuit ex eodem patre, & matre, quia mater sua fuit Amithal filia Ieremię de Lobna, sequenti cap. habuit autē quilibet istorum multa nomina: nam Ioacaz habuit tria nomina, s. Ioacaz, Ieconias, & Sellum, vt declaratum fuit supra. Ioacim autem alia tria nomina, scilicet, Ioacim, Eliachin, & Ieconias. Sedecias autem duo nomina. s. Sedecias, & Mathanias. Sciendum vlterius, ꝙ quando mortuus est Iosias, isti erant diuersæ ætatis: nam Ioacaz erat annorum viginti trium: Ioacim autē annorum vigintiquinque: Sedecias verò annorū quasi octo. De Ioacaz patet, quia dr̄ supra in litera, ꝙ erat viginti trium annorum qn̄ cœpit regnare: & tamē ipse assumptus est immediatè in regem post Iosiā. De Ioacim aūt, ꝙ

esset

esset vigintiquinque annorum, patet etiam in litera: quia Ioachaz non regnauit nisi tribus mensibus, & successit ei Ioacim, & cum cepisset regnare, erat annorum vigintiquinque, vt patet in litera. De Sedecia aūt patet, ꝙ esset annorum octo, vel parum plus: quia quādo ipse cepit regnare erat annorum viginti vnius, sequenti c. & tamen post mortem Iosiæ regnauerat Ioachaz tribus mensibus, & Ioacim vndecim annis; & alius Ioacim tribus mēsibus, & sic erāt quasi duodecim anni: vnde manent octo anni, vel quasi nouem ipsius Sedechiæ in morte Iosiæ. Sciendū vlterius, ꝙ isti filij Iosiæ non regnauerunt scđm ordinē natiuitatis: qa primus eorū erat Ioacin, & tamen populus accepit in regem ipsum Ioacaz prius. Deinde cū ille regnasset tribus mensibus, frater eius maior Ioacim substitutus est in regno per Pharaonem, & ipse Ioacaz ductus est in Aegyptum, & ibi mortuus est: Iere. 22. regnauit aūt iste vndecim annis, & successit ei filius suus Ioacim: seq. c. & sic Sedecias filius tertius Iosiæ non regnauerat: quia trāsibat successio ad filiū fratris sui: tñ rex Babylonis trāstulit Ioacim in Babylonē, & tunc fecit, ꝙ regnaret Sedecias minor oīum filiorum Iosiæ, & in eo consummatū est regnum Iuda ante captiuitatē Babylonis.

Quare Ioacaz assumptus est à populo in regem, & non Ioacim frater eius maior. *Quæstio* XLIIII.

QVAERETVR vlterius, quo populus assumpsit in regem Ioacaz filium Iosiæ cum frater eius Ioacim maior esset, & an populus peccabat in hoc. Respondendū, ꝙ fortè hoc factum est pp fauorem, vt si Ioacaz copulauerat sibi plures amicos de potentib. regni illi facerēt, ꝙ pferretur fratri suo in assecutione regni. Vel fortè erat magis gratus Ioacaz populo terræ, q̄ Ioachin: quia fortè Ioachin cū primogenitus esset, & sciret de iure sibi deberi successionem, superbiret, & cōtemneret, atq; opprimeret populares: Ioacaz verò, quia erat minor, cui non debebatur de iure regnū procuraret sibi cōciliare corda populi, vt honoraretur ab illis, vel posset succedere Iosiæ morienti. Et populus allectus ab eo cōcorditer accepit eum in regem moriēte Iosia. Sic enim fuit de Absalom, qui tm se præbuit populo familiarem, & gratum, ꝙ viuente Dauid acceperūt eum in regem, & persequebantur Dauid ad mortem, š 2. li. cap. 15. Vel pōt dici, ꝙ hoc factū fuit fauore cognatorum matris, quia Ioacaz, & Ioacim non erant filij eiusdem matris: sed Ioacaz erat filius Amithal, & Ioacim filius Zebida, vt patet ī litera, & fortè cognati Amithal erant potentiores in regno, q̄ cognati Zebida, ideo facerent, ꝙ Ioacaz cognatus eorū regnaret. Ad secundum dicendum, ꝙ si de iure debebatur successio in regno ipsi primogenito, peccaret populus cōstituendo regem minorem: & tñ præcedē. lib. cap 1. declaratū est, ꝙ q̄q̄ à principio inter Hebręos regnum non erat determinatum cui deberet, sed pater nominabat filium, quem volebat in regē: tamen postea obtinuit de cōsuetudine, & consensu Israelitarū, ꝙ primogeniti succederent in regno, sicut erat in oībus alijs gentibus: & sic populus peccaret constituendo in regem ipsum Ioacaz existēte Ioacim primogenito, nisi fortè Ioacim esset īhabilis ad regimē regni, vel esset alia causa rationabilis impedimenti.

Pharao quare induxit mulctam terræ Iuda. *Quæstio* XLV.

QVAERETVR vlterius, quare Pharao imposuit mulctam terrę Iuda. Aliquis dicet, ꝙ voluit accipere tributum de regno Iuda, & indixit talenta

A centum argenti, & vnum talentum auri, & vocauit istud mulctā scriptura. Sed dicendū, ꝙ non stat: quia mulcta non pōt significare tributum, sed pęnam: est enim mulcta pęna pecuniaria, & sic erat hic, quia puniebat terra in centū talentis argenti, & vno talēto auri. Itē magis patet 2. Paral. vlt. cum dr̄: cum venisset rex Aegypti Ierusalem, condemnauit terrā centum talentis argenti, & tñ condemnatio pœnam dicit. Item patet 2. Esdre. c. 1. s. & mulctauit gentē argenti talenta centum. i. puniuit illam in ista quātitate pecuniæ. Dicendū autem, ꝙ Pharao posuit istam summam pecunię in pęnā, & non in tributū, & hoc pro peccato Iudæorū. Fuit aūt peccatum, quia cum Pharao occidit Iosiā regem Iudę incępit se gerere ꝓ

B domino regni Iudę: ideo nolebat, ꝙ aliqd fieret sine mādato eius. Quod patet, qa ipse admouit regem, & posuit alium, & duxit regē priorē vinctum in Aegyptum, & imponebat tributum regno Iuda, sicut sibi placebat, & ipse Ioacim rex Iuda imponebat tributum super singulos Iudæos secundum vires eorum, iuxta præceptum Pharaonis, vt patet in litera, & qa nunc terra Iuda processerat ad cōstitutionem regis non cōsulto Pharaone ipse iratus est, & puniuit terram quasi ꝓ hoc crimine pęna pecuniaria cētum talentorum argenti, & vnius talenti auri. Ipsum verò Ioacaz assumptum in regem grauius puniuit. s. priuās eum regno, & ducens captiuum in Aegyptum, vbi mortuus est, vt patet Ierem. 22. cap.

C

Quare Pharao amouit Ioacaz, & constituit Ioacim regem. *Quæstio* XLVI.

QVAERETVR vlterius, quare Pharao Amouit Ioacaz regem constitutum à populo: & constituit in regem fratrem eius Ioacim. Respondendū, ꝙ potuerunt esse multæ causæ. Prima fuit, qa fortè Ioacim primogenitus Iosię videns, ꝙ populus priuauerat eū iure regni, & constituerat fratrem suū minorem Ioacaz non habens alium auxiliatorem recurrit ad Pharaonē regem Aegypti, & misit ei munera magna, vt regnum sibi conferret, qđ sibi debitū erat. Sic. n. multi reges Israel cum pugnarent inter se

D dabant pecunias regibus extraneis, vt confirmarent eos in regno, & adiuuarent. Sic. n. Manaen rex Israel dedit mille talēta argenti Phul regi Assyriorum, vt firmaret regnum eius, sup. 15. sic ēt Acaz dedit munera Theglatphalasar regi Assyriorū, vt faceret recedere ab eo Phacee regē Israel, & Rasin regē Syrię, supra 16. & 2. Paral. 28. Istud autē maxime fuit inter sacerdotes magnos tpe Machabæorum, & paulo ante. Nā quicūq; volebat summum sacerdotiū offerebat pecuniā magnā regi Syriæ, & accipiebat ab eo, & sic erant varij cōcertātes, & vnus plus alio offerebat, vt patet 2. Machab. 4. & 5. Secunda causa esse potuit, qa fortè Pharao vidit iniustū esse, quod fecerant viri Iuda constituendo minorē in regem, & priuādo maiorē iure regni: ideo cū esset potens tradidit illi regnū,

E cui debebat de iure, & amouit minorem, qui ꝑ iniustū fauorem regnum acceperat. Tertia causa esse potuit, quia fortè Ioacaz erat vir animosus, & Pharao, qui volebat esse dn̄s terrę Iuda timuit, ꝙ ille rebellaret, & non solueret tributū, quod ipse imponere volebat: ideo noluit, ꝙ ipse esset rex, sed abstulit eum, & instituit fratrem eius Ioacim, qui fortè nō erat tam ferus animo, & credebat, ꝙ non rebellaret ꝯ eum. Et quia si deponeretur de regno, & maneret in terra, concitaret seditionē contra Ioacim, qui constitutus fuerat in regem voluit eum vinctum ducere Pharao in Aegyptum, vt ibi maneret vsq; ad mortē. Quarta causa poterat esse, qa Pharao gerebat se pro Dn̄o re-

gni Iuda postquam occidit Iosiam, & quia ad Dñm superiorē pertinet instituere, & destituere, & tradere rem suam cui voluerit, voluit ostendere actū domini priuando regno illum regem, quē populus cōstituerat, & instituendo alium, & sic per hoc ostēdere potestatem disponendi de regno nō pertinere ad populū, sed ad seipsum. Quinta causa poterat esse, & ista est efficacior, s. quia Pharao regebat se pro Dño regni Iuda post mortē Iosię: ideo nolebat, ꝙ aliquid disponeret in regno Iuda sine voluntate sua, & consultatione, & quia populus vnxerat Ioachaz in regē ignorante eo puniuit tam instituentes, ꝗ institutum, s. populum, qui regē instituit, puniuit pecuniariè cōdemnando illum in centum talentis argenti, & vno talento auri, vt patet hic 2. Paral. vlt. Ioachaz aūt, qa consensit constitui in regem sine consultatione Pharaonis, & procurauit hoc: ideo puniuit eū priuando regno, & insup incarcerauit eū, & duxit in Aegyptū: māsitq; ibi vsq; ad mortē, & ista positio est verior.

An verum sit Pharaonem vinxisse Ioachaz in Reblata. Quæstio XLVII.

QVAERETVR vlterius, quomodo dicit̄ hic, ꝙ Pharao vinxisse Ioacaz in Reblata, ꝗ est terra Emath: qa 2. Paral. vlt. dr̄: ꝙ rex Aegypti cū venisset Ierusalem, amouit Ioacaz de regno. Respondendū, ꝙ Pharao qñ occidit Iosiam incępit gerere se ꝑ dño terrę Iuda, & ideo volebat ipse cōstituere regem, & tñ putauit fortè, ꝙ mortuo Iosia nō auderēt viri de regno Iuda cōstituere aliquem in regem, nisi ipse iuberet. Erat aūt tunc ipse in Carthamis pugnans contra Adremon regē Syrię cū mortuus est Iosias, ideo non curauit de constitutione regis Iuda, quia maius negocium belli sustinebat: interim aūt viri Iuda acceperunt Ioachaz in regem ꝑ Iosia, & cum post tres menses Pharao adhuc maneret in terra Syriæ in Reblata victo rege Adremon audiuit Ioachaz vnctum fuisse in regem Iudæ, & misit ad eum nuncios, vt veniret ad se in Reblata. Ioachaz aūt timebat venire ad Pharaonē: quia tamē si non veniret, nō credebat se posse resistere Pharaoni, q veniret ad pugnandum ꝯ eum, tutius credidit ire ad eum, & iuit in Reblata. Tunc aūt Pharao vnxit eū, & duxit vinctum in Ierusalem, & constituit fratrem eius Ioachim in regem. Et sic stat vtraq; litera: nam verū est, ꝙ Ioachaz vinctus est cathenis in Reblata, & tamen nō fuit ibi priuatus regno, quia non fuit ipse priuatus regno quousque frater eius Ioacim institutus est in regē, & tamen istud non fuit, quousq; venit Pharao in Ierusalem, ideo tunc amouit eum, ne esset rex in Ierusalem, & inde duxit eum priuatum regno in Aegyptum, & ibi mortuus est.

Pharao quare mutauit nomen Ioacim. Quæst. XLVIII.

QVAERETVR vlterius, quare Pharao mutauit nomen Ioacim cum prius vocaret̄ Ealicim faciens, ꝙ vocaretur Ioacim. Rñdendum, ꝙ hoc fecit Pharao ad signandum, ꝙ ipse dabat ei regnum, & ipse quasi formabat eum de nihilo: nam sicut rei nō existenti cum incipit esse, nomē imponitur, ita Ioacim ante hoc nihil erat, cū populus instituisset Ioachaz in regē, ipse autem dedit sibi nunc regnū, ideo formabat eum quasi de nihilo. Aliter potest dici, ꝙ hoc fecit Pharao sequens conditionem victorum: nā quando aliqui principes subijciunt aliquas gētes, vel vrbes in potestatem suā solent mutare nomina illorum in signū gloriæ victoriæ suæ, & quia nunc Pharao subiecerat sibi Ioacim, & fecerat eū regē sub

F se voluit mutare nomē eius, quia ista mutatio noīs significat quandam potestatē eius, qui nomē mutat sup rem illam, cui nomen de nouo imponit. Sic etiā Nabuchodonosor, qñ abstulit Ioacim regem Ierusalem in Babylonem, & instituit Sedeciam in regem mutauit nomē eius: nam prius vocabat̄ Mathanias, & ipse vocauit eum Sedeciam, sequen. cap. & ista eadem ratio fuit de mutatione nominis Ioacim.

CAPITVLVM XXIIII.

IN diebus eius ascendit Nabuchodonosor rex Babylonis: & factus est ei Ioacim seruus tribus annis, & rursum rebellauit contra eum. G

Descriptis in præcedentibus quibusdā gestis regis Ioachin, continuat hic scriptura historiam de eodē, & diuidit̄ in tria: quia primò ponitur residuū de regno suo. Secundò subditur de filio eius, ibi. *Et dormiuit Ioachin.* Tertiò agitur de fratre suo, scilicet, de Sedecia fratre Ioacim, qui postea in regem constitutus est ibi. *Et constituit.*

De ordine, & immediatè sequentibus ad prædicta. Quæst. I.

H QVAERETVR circa primum, an ea, ꝗ habentur hic, fuerint facta post ꝑcedētia, & an immediatè, vel interiecto aliquanto tpe. Ad primum dicēdum, ꝙ hic est ordo continuus, quia pręcedenti cap. dicebatur de principio regni Ioachin: hic autem dicitur de gestis temporis eius, & de morte sua, ideo necesse est istud esse post illa. Ad secundum dicendū, ꝙ istud non fuit immediatè post præcedentia, & tamē modico tpe post illa fuit, s. non octo annis, quia hic dr̄, ꝙ Ioacim factus est seruus Nabuchodonosor ad tributa, & istud factū est anno octauo eius, vt ait Iosephus 10. Antiq qui fuit annus quartus regis Nabuchodonosor, vt ĩ declarabitur, & dr̄. *In diebus eius ascēdit Nabuchodonosor rex Babylonis.* Idest, regnāte isto Ioacim ascendit Nabuchodonosor rex Babylonis contra Ierusalem ad subijciendū eam sibi, & fuit hoc regnante Ioacim, nā iam egerat annos quatuor in regno, quando Nabuchodonosor factus est rex in Babylonē. *Et factus est ei Ioachin seruus tribus annis.* Scilicet, non potuit resistere Nabuchodonosor: ideo subiectus est ei ad soluendum tributa, & durauit hoc per tres annos: nam postea rebellauit sicut in litera dr̄: & tunc cessauit Ioacim dare tributa Pharaoni regi Aegypti: nam prius dabat ei tributa per singulos annos aurum, & argentum quantum ille iubebat præcedēti cap. & quia nunc rex Babylonis præualuerat contra regem Aegypti cessauit soluere illi tributum, & soluebat iam regi Babylonis. *Et rursus rebellauit contra eum.* Scilicet, finitis illis tribus annis, quibus seruiuit Ioacim Nabuchodonosor, quia tūc credidit, ꝙ posset liberari de seruitute Nabuchodonosor, qa Aegypti pugnaturi erat contra ipsum, & putabat eos pręualituros, sed frustra hoc putauit. *Immisitque ei Dominus latrunculos Caldæorum, & latrunculos Syriæ, & latrunculos Moab, & latrunculos filiorum Amon.* Latrunculi vocantur viri aliqui priuati venientes ad bellum, & isti sunt prędones, qui de vno regno intrant in aliud magis ad prędandum, ꝗ ad pugnandum, ideo rectè latrunculi vocantur. & venerunt in terram Iuda latrunculi de oībus terris his, s. de Chaldęa, cuius caput est Babylon, & de Syria, cuius caput est Damascus, & est prope terrā Israel in latere aquilonari ei⁹,

Moabitę

Moabitę autem, & Ammonitę sunt duę gentes, p-creatę de stirpe Loth, s. quādo concubuit cum duabus filiabus suis, Gene. 19. Et de omnibus his populis venerunt latrunculi in Iudęam ad destruendum eā, quia iā Deus volebat, vt in breui periret. Ex hoc patet, ꝙ vltra non significat nomen tps secūdum modum loquendi scripturæ: quia supra 6. dr̄, ꝙ non venerunt vltra latrunculi Syriæ in terram Israel, & tamen nunc venerunt cum alijs latrunculis. *Et immisit eos in Iudam.* i. Deus misit illos latrunculos contra regnum Iuda, & ob hoc oēs simul venerūt, ex quo apparebat, ꝙ Deus illos congregabat dans eis cor vnū veniendi contra Iudam. *Vt disperderent eum.* s. Iudam: ad hoc enim Deus mittebat illos, quia volebat iam infligere pœnas, quas diu cōminatus fuerat. *Iuxta verbū Domini, quod locutus erat per seruos suos prophetas.* i. nūc ventura erant mala, quę Deus prędixerat per seruos suos prophetas: nā multos ipse miserat ad denunciādum ista mala euētura Iudæis. Ferè. n. nullus propheta erat tpe illo, qui de hoc non loqueretur, & tñ hoc non obstante Hebręi nō conuertebant ad Dñm, sed opprimebant ꝓphetas iniurijs, sicut fuit de Ieremia, qui fuit vltimus prophetarū prenunciantium captiuitatem Babylonicam, & ēt ipse vidit illam, & tñ ipse mittebat sępe in carcerem, & ponebatur in luco, vbi moreret, de quo declarabit in fine capituli. *Factū est autem hoc propter verbum Domini cōtra Iudam.* i. oīa ista euenerunt pp verbum Dñi, s. vt compleret verbum Dñi, quod locutus fuerat contra Iudam. Istud autē verbum Dñi non erat vnicum, sed p multos prophetas prenunciatū fuerat, vt dictum est. *Vt auferret eū coram se.* i. Deus prenunciauerat, ꝙ auferret Iudā corā se, i. auferret de facie sua, s. de terra, in qua manebāt, quia ibi manentes dicebant esse coram Dño: eo ꝙ Deus fingebat esse in terra illa, quasi ibi solū esset, vel ꝙ esset specialiter in terra illa, & ideo illa, q̄ erant in terra illa, dicebant esse coram eo: quę aūt auferebantur de terra illa, dicebantur esse ablata à facie Dñi, vt declaratum est prec. cap. *Propter peccata Manasse uniuersa, quę fecit.* Ista erāt peccata idolatrię: nam abundauit idolatria plus, q̄ ceteri reges Iuda, vt declaratum est sup. 21. *Et propter sanguinem innoxium, quem effudit.* Istud erat aliud peccatū grauissimum Manasse: nam effudit sanguinem innocētē multum nimis, ita, vt repleret Ierusalem vsque ad os, sup. 21. Et in hoc excessit peccata aliorū regum Iuda, quia ante nō fuit aliquis rex Iuda, q occideret prophetā aliquem, nisi Iosias, q occidit Zachariā, & fratres eius, 2. Paral. 24. & tñ Manasses occidit prophetas multos, & ēt alios viros iustos, quotquot obuiabant intentioni eius, vt declaratum est sup. 21. *Et impleuit Ierusalem cruore innocentum.* supra 21. dr̄: ꝙ impleuit vsq; ad os, & est hiperbole, s. ꝙ tantum sanguinem innocentū effudit Manasses in Ierusalem, ꝙ videbat Ierusalē plena vsq; ad os, i. ita, vt iam nō posset in ea plus capi de sanguine. *Et ob hāc rē noluit Dominus propitiari.* s. quia peccata Manasse fuerunt tā grauia, ꝙ noluit Deus misereri viris de regno Iuda, ita vt non traderet eos in captiuitatē, & si peccata ista fuissent minora, Deus misertus fuisset Iuda, s. nō tradidisset Israelitas tā citò in captiuitatem: nō est aūt intelligendū ꝙ sola peccata Manasse fuerūt, pp q̄ Deus noluit misereri: sed oīa peccata antiquorū ad hoc accesserunt: qa tñ peccata Manasse fuerūt enormiora peccatis omnium regum, & populariū præcedētium, & fuerunt populo potius causa peccandi, q̄ peccata aliorum regum exprimunt ipsa specialiter, sicut declaratum est prec cap. in quadā questione. *Reliqua autem sermonū Ioacim, & vniuersa, quæ fecit.* s. omnia alia dicta, & gesta Ioacim non habentur hic, sed in alijs libris. *Nonne hæc scripta sunt in libro sermonum dierum regum Iuda?* Quasi dicat, in lib. illo scripta sunt; qa ibi scribunt particulariter gesta oīum regū Iuda.

Quomodo Ioacim subiectus est regi Babylonis, & quare rebellauit ei. Quæstio II.

QVAERETVR circa Ioacim, qūo factus est subiectus regi Babylonis, & rebellauit ei. Respōdēdum, ꝙ Ioachin institutus fuerat in regem p Pharaonem Nechao regē Aegypti, & soluebat ei tributa singulis annis. Durauit aūt hoc vsque ad annum quartum regni Ioachin, in quo rex Babylonis subiecit eū sibi. Pro quo sciendū, ꝙ, sicut ait Iosephus 10. Antiq. cū Ioacim ageret annū quartum in regno accepit principatū in Babylone Nabuchodonosor, & tunc cū magno apparatu venit ad ciuitatē quādam iuxta Euphratem, q̄ vocatur carmin, & alio noīe vocatur Carcamis, de qua 2. Paral. 35. & volebat pugnare ibi cū rege Aegypti, qui penitus non expauit, sed cū magno brachio super Nabuchodonosor ad Euphratem venit, qui facta cōgressione deuictus est, & multa millia varijs rebus belli Amisit. Transiens aūt rex Babylonis Euphratē omnem Syriam vsq; ad Pelusium Aegypti cępit pter Iudęam: erat nanq; ferè tota Syria sub potestate regis Aegypti, q̄ obtinuerat eo tpe, quo occidit Iosiam regem Iuda. Deinde Nabuchodonosor quarto anno regni sui, q erat octauus annus regni Ioachim cū magno exercitu castrametatus est ꝯ Iudęos exacturus tributa à Ioacim, vel pugnaturus ꝯ eum: ille autē metuens eius minas, & pacem habere desiderans prębuit ei tributa, q̄ petebat trib. annis, s. vsq; ad annū vndecimum regni sui, qui fuit vltimus vitę suæ: nā tunc occisus est, vt inf. dicetur. Tertio aūt anno audito, ꝙ Aegyptij vellent denuo pugnare ꝯ Nabuchodonosor, tributa nō reddidit, sed spe belli Aegyptiaci deceptus est: nam Aegyptij non ausi fuerunt illo anno pugnare contra Nabuchonosor, & ideo cum rebellasset frustra contra Nabuchodonosor non euasit postea impunitus, qa ex hac causa occisus est, vt infra dicetur.

Ioachin an peccauit rebellando Nabuchodonosor. Quæst. III.

QVAERETVR vlterius, an peccauit Ioacim, rebellando Nabuchodonosor, vt nō daret ei tributa. Respōdendū, ꝙ volendo rebellare Nabuchodonosor volebat liberari à seruitute: desiderium aūt libertatis honestū est, & quia Nabuchodonosor violenter & sine vlla causa subiecerat sibi Ioacim qñcūque ipse posset euadere iugum eius, iustè ageret: potissimè, qa Nabuchodonosor erat hostis regis Aegypti, & rex Aegypti cōstituerat Ioachin in regē, prec. cap. ideo ꝓ eo iustè poterat rebellare ipsi Nabuchodonosor. Hoc aūt verum erat, nisi forte dedisset ei fidem de prestando sibi tributa, quia tunc peccaret si vellet facere fidē irritā: & tñ vr̄, ꝙ Ioacim non dederit fidē Nabuchodonosor de prestando tributa, quia tunc scriptura increparet eū ꝓ hac fide violata, sicut increpat Sedechiam: nā ille dedit fidē regi Nabuchodonosor de non recedēdo ab eo, & tñ rebellauit, vt patet 2. Paral. vlt. s. à rege quoque Nabuchodonosor recessit, q adiurauerat eū per Deum, & tñ de Ioacim nihil tale dr̄: iō vr̄, ꝙ ipse non dederat fidē Nabuchodonosor đ dādo tributa: & tñ vr̄ aliquo mō peccasse rebellando, qa Ieremias sępè dixit ei, ꝙ nō rebellaret ꝯ Nabuchodonosor, nec confideret in Aegypto qa Aegyptij non pugnaret ꝯ Nabuchodonosor, & ipse nō posset liberari de manu eius: rex tñ, & principes audientes ista contemnebant Ieremiam, & affligebant eum supplicijs, de his Iosephus 10. Antiquitatum.

Collige qñ tributarius, aut feudatarius peccat rebellando.

An Deus immiserit latrunculos contra Iudam, & an erat auctor mali mittendo illos. *Quæstio IIII.*

QVAERETVR vlterius, quomodo dicitͬ hic, ꝙ immiſit Dominus latrunculos contra Iudā. Nā vr̄, ꝓ hoc nō bene ſtet, quia Deus non eſt auctor mali, ſed potius odit operantes iniquitatem, Pſal. 5. Non ergo mitteret ipſe raptores ꝯ Iudam, quia illi peccatores ſunt. Reſpōdendum eſt, ꝙ Deus immiſit latrūculos iſtos ꝯ Iudam tanꝗ miniſtros iuſtitię ſuę, quia viri Iuda ꝑꝑ ſcelera multa merebanͭ diſperdi de terra, & Deus volebat, ꝙ diſperderenͭ, & ad hoc præmittebat latrunculos, vt affligerent Iudā priuſꝗ traderetur in captiuitatem, vt iam ſemper vexaret eos anguſtia vſque ad captiuitatē Babylonis, & hoc non erat malum, quia puniri peccatores iuſtum eſt, ꝙ ergo inclinaret Deus oēs iſtos latrunculos ad pugnandum ꝯ Iudam bonum erat. Modus aūt fuit qa Deus inclinauit quanlibet iſtarum gentium, vt deſideraret ire ad prædandum, & occidendum in terra Iudeæ, & concordauit intentionem omniū iſtarum gentium, vt dato, ꝙ inter ſe collocutionem nullam habuiſſent, cōcordarent in intentione deſtruēdi Iudam: & mouit Deus oēs iſtas gentes, vt grauius affligerent Iudam: ſic enim dr̄ Iudi. 3. de Iſraelitis, ꝙ fecerunt malum coram Dn̄o, & Deus confortauit contra eos Eglon regē Moab, & copulauit ei filios Amō & Amalech: Sciendū tn̄, ꝙ ad aliud inclinabat Deus gētes iſtas, & ad aliud ipſę inclinabanͭ: nam Deus inclinabat eas ad vaſtandum Iudam, quia peccauerant Iudæi, ipſę verò inclinabanͭ ad prędandum, & occidendum quaſi iure ſuo agerent: & in hoc peccabāt, quia credebant ſe viribus ſuis iſta egiſſe, & ēt non tenebant modum in punitione, ſed intendebant oīno vaſtare. Sic. n. patet de Senacherib Iſa. 10. cuius Deus dicit: Veh Aſſur virga furoris meī, & baculus ipſe in manu eorum indignatio mea: & poſtea ſequitur: ipſe autem non ſic arbitrabitͬ, & cor eius nō ita æſtimabit, ſed ad conterēdum erit cor eius, & ad internitionem gentium non paucarum, & poſtea dr̄: dixit. n. in fortitudine manus meæ feci, & in ſapientia mea intellexi: ſi autem iſtę gentes cognouiſſent ſe miſſas à Deo, & darent ei gloriam, quia dederat eis fortitudinem ad pręualēdum ꝯ Hebręos, ꝗꝗ occidiſſent multos, & prædati fuiſſent de terra eorū non peccarent, ſed non arbitrabantur ſic: ideo vt cōiter peccabant iſtæ gentes, quando mittebantur à Deo, vt miniſtri contra Hebræos, vel contra alias gentes.

Ioachin mors. *Et dormiuit.* Hic poniͭ ſecundum huius c. ſ. de regno Ioacim filij ſui, & dr̄, *Et dormiuit Ioacim cum patrib. ſuis.* Iſte eſt Ioacim filius Ioſię, & ꝗꝗ dr̄, ꝙ dormiuit cum patribus ſuis non eſt intelligendum, ꝙ mortuus fuerit morte naturali, ꝗ ſignificat dormitionē: nā interdum ēt dr̄ aliquis dormire cū patribus ſuis, qui occiditͬ. De occiſione iſtius inf. declarabitͬ. *Regnauitque Ioacim filius eius pro eo.* Duo fuerunt Ioacim, ſ. pater, & filius, & non ſcribunͭ eodem modo in Hebræo, quia Ioacim pater ſcribitur cum K, vel cum q, & dr̄ Ioakin: ratio autē diuerſitatis declarata eſt præced. cap. *Et vltra non addidit rex Aegypti, vt egrederetur de terra ſua.* Scilicet, poſt mortem primi Ioacim non exiuit rex Aegypti de terra ſua, vt veniret in Iudam; & dr̄ hoc, quia Pharao Nechao rex Aegypti conſtituerat Ioacim filium Ioſię in regem, & ſingulis annis recipiebat ab eo tributum quātum ipſe volebat, præc. cap. & tn̄ poſtꝗ venit Nabuchodonoſor rex Babylonis in terram illam priuauit eū poteſtate ſua, & ſic non auſus eſt exire ad veniendū in Iudam pro tributo, & ſic Iudæi erāt nunc ſubiecti Nabuchodonoſor, ſicut prius erant ſubiecti regi Aegypti. *Tulerat enim rex Ba-*

A *bylonis à riuo Aegypti vſque ad flumen Euphratem omnia, quę fuerant regis Aegypti.* Hic ſubdiͭ cauſa pręceeētium, ſ. quare rex Aegypti nō poterat iā egredi de terra ſua ad terram Iuda, quia Nabuchodonoſor tulerat oīa, quæ pertinebant ad regem Aegypti, quæ erāt inter Euphratem, & riuū Aegypti. Euphrates fluuius eſt inter Syriam, & terrā Chanaan, Riuus autem Aegypti eſt Nilus, qui per excellentiā vocatur riuus, quia eſt maximus oīum riuorum Aegypti. Etiā quia ille eſt, ꝗ totā terrā fecūdat cū alluuiones fiant in eo certis temporibus, per quas terra repletur aqua, & ſic fęcundatͬ ad ferendū ſegetes, & non ſunt aquæ pluuiales, vt patet Deut. 11. ſ. terra, ad quā ingredieris poſſidendam, non eſt ſicut terra Aegypti, vbi iacto ſemi-

B ne in hortorum morem aquæ dicuntur irriguæ. Iſte fluuius à quibuſdam vocatͬ Rinocorula, & tn̄ falſum eſt. Quia Nilus eſt, & ipſe ponitur tanꝗ terminus terræ Chanaan, Ioſue 13. ſ. A flumine turbido, qui irrigat Aegyptum. Et iſta duo flumina, quæ ponunͭ hic ſunt termini terrę Dhanaan, vt patet Gen. 15. ſ. ſemini tuo dabo terram hanc à fluuio Aegypti vſque ad flumen magnum Euphratem. Erant ēt aliæ gentes ītra iſta duo flumina, ſ. Amalecitæ, Idumæi, Ammonitæ, Moabitæ, & magna pars Syrię, & oēs iſtas gentes occupauerat Pharao rex Aegypti qn̄ occidit Ioſiam, ſcilicet, Nabuchodonoſor veniens abſtulit totam iſtam terram de manu regis Aegypti, & non reliquit ei, niſi terram ſuam, ꝗ erat vltra Nilum ad me-

C ridiem. Sciendum autem, ꝙ iſta omnia dn̄r fuiſſe regis Aegypti, non quidem, ꝙ fuiſſent de regno Aegypti tāquam partes eius, ſed iſte Pharao, qui nunc erat obtinuerat oēs iſtas regiones pugnando, & ſicut cito acquiſiuit, ita citò perdidit. *Decem, & octo annorum erat Ioacim, cùm regnare cępiſſet.* Iſte fuit nepos Ioſiæ, & erat annorum decem, & octo pater ſuus, qn̄ genuit eum. Quod patet, quia Ioacim erat annorū vigintiquinque quando cœpit regnare, & regnauit vndecim annis, præc. cap. & ſunt triginta ſex, de quib. ſubtrahantur decem, & octo, quos egerat iſte Ioacim, qn̄ mortuus eſt pr̄ eius, manebūt alij decē, & octo, quos egerat pr̄ ſuus, qn̄ genuit eū. Iſte Ioacin erat annorū ſeptem, vel quaſi qn̄ mortuus eſt Ioſias, quod patet: qa

D Ioacim pater ſuus erat annorū vigintiquinq; qn̄ cœpit regnare pręc. cap. & tn̄ tribus menſibus ante hoc ſolum mortuus fuerat Ioſias, & illis tribus mēſibus regnauerat Ioachaz, & tn̄ Ioacim erat decē, & octo annorum, qn̄ genuit iſtum Ioachin, vt nunc declaratum eſt, ꝗ ſubtrahanͭ de vigintiquinque, manebunt ſeptem anni, quibus vixit iſte Ioachin paruulus ante mortē Ioſię. *Et tribus regnauit in Ieruſalem.* Modico tp̄e regnauit, quia rex Babylonis duxit eū illico captiuū in Babylonem, vt patet inf. tanto. n. tempore regnauit patru⁹ ſuus Ioachaz, ſ. tribus menſibus poſt mortem Ioſiæ, & illico vinxit eum rex Aegypti, & duxit eum illuc, & ibi mortuus eſt, vt patet Iere. 22. *Nomen matris eius Noeſchā filia Elnathan de Ieruſalem.* Auus iſtius

E Elnathā erat vir nobilis inter omnes Ieroſolymitas, ideo Ioachin filius primogenitus Ioſiæ accepit filiā eius in vxorē. *Et fecit malum coram Domino.* ſ. coluit idola, quia iſtud erat malum cōe regum Iuda, & Iſrael. *Iuxta omnia, quæ fecerat pater eius Ioacim.* Pater iſtius fuit malus in cultu idolorum, & etiam iſte fuit malus, ꝗꝗ pauco tempore regnauit, in quo poſſet apparere iniquitas ſua. *In tempore illo.* Hic ponitur trāſmigratio ipſius Ioacim in Babylonem, & dr̄ in tp̄e illo circa principium regni Ioacim: nam ſolum regnauit trib. mēſibus, vt dr̄ hic: & ſic principiū, & finis regni fuerunt, quaſi idem, ꝗꝗ tempus regni huius ponitͬ magis præciſè, 2. Eſdrę c. 2. & fuerūt tres mēſes, & dies decem. Trāſmigratio Ioacim in Babylonem. *Aſcenderunt ſerui Nabuchodonoſor regis in Ieruſalem.*

Veniebat

veniebat Nabuchodonosor ad capiendum Ioacim regem, vt priuaret eum regno, & institueret alium, vt regnaret, & venerunt primo serui Nabuchodonosor in ciuitatē, & deinde ipse Nabuchodonosor. *Venitque Nabuchodonosor rex Babylonis ad ciuitatem cum seruis suis.* s. quidā de seruis Nabuchodonosor venerunt prius ad obsidendam ciuitatē, deinde venit ipse Nabuchodonosor cum alijs seruis suis. *Vt oppugnaret eam.* Veniebat.n. ad capiendū Ioacim regem, vt duceret eum in Babylonem, & quia putabat, ꝙ resisteret sibi Ioacim, veniebat ad expugnandā ciuitatem, & tamen Ioacim noluit resistere ei, sed exiuit obuiam illi. *Egressusque est Ioacim rex Iuda ad regem Babylonis.* Vidit.n. Ioacim, ꝙ non poterat se defendere cum Nabuchodonosor esset potentissimus, & exiuit ad eum, vt faceret de eo, quidquid vellet, qa sic benignius susciperet eum. *Ipse, & mater eius, & serui eius, & principes eius, & eunuchi eius.* Potest intelligi dupliciter. Vno modo, ꝙ Ioacim egrederetur ad regē Babylonis ad significandū, ꝙ nolebat contendere cum eo, sed libenter facere, quod ipse vellet, & tūc dicetur, ꝙ egrediebantur cum eo omnes isti ad honorandum ipsum, quia rex debebat ire comitatus magna turba. Aliter potest intelligi, ꝙ Ioacim cognouerat iam intentionē Nabuchodonosor. s. ꝙ veniebat ad ducendum eum in Babylonē, ideo exiuit cum omnibus illis, quos voluit secum ire, & ad hoc duxit secum matrem suam, quam nimis diligebat, duxit etiam omnes principes, qui erant familiares sui, quos ipse magis diligebat, duxit etiam secū eunuchos, qui sunt homines castrati ad custodiam fęminarum, & isti maximè erant antiquitus in domo regum, quia ibi multę fœminæ erant custodiendę.
Eunuchi qui erant. Vel vocātur eunuchi aliqui nimis familiares regis, qui manebant semper in conspectu eius. Nā apud reges antiquos erat ista consuetudo, ꝙ essent aliqui viri nimis familiares eis, qui assisterent eis omni tēpore, & intrarent ad eos vbicunque essent, reliquis autem non licebat hoc, & isti dicebantur videntes faciem regis, sic.n. dr̄ Ieremiæ vltimo, ꝙ Nabuzardan tulit inter alios captiuos de Ierusalem septem viros, q videbant semper faciem regis. Hoc autem vr̄ cōpetere eunuchis, quia eunuchi erant magnę potestatis tempore isto, quia sequenti ca. dicitur, ꝙ Nabuzardan tulit inter alios captiuos eunuchum vnum, qui erat super exercitum, & tamen non poterat esse super totū exercitum nisi aliquis vir magnæ potestatis. Dr̄ ēt, ꝙ duxit secum seruos, & isti erāt illi, qui specialiter seruiebant in domo regis in officijs domus eius: nā licet omnes de regno vocentur largè serui regis, tamē illi vocantur propriè serui eius, qui in domo sua sibi ministrāt. Ex hoc autē videtur, ꝙ Ioacim egrediebatur ad regē Babylonis animo eundi in Babylonem, quia aliàs non duxisset secum matrem suam, vt comitaretur eum eundo ad Nabuchodonosor, quia fœminæ communiter non solent comitari viros, vel potest dici, quòd exiuit ad eum per modum federis, & istud tenet Iosephus: de quo infra declarabitur. *Et suscepit eum rex Babylonis.* s. gratis suscepit, quia putauit Nabuchodonosor, ꝙ vellet Iocim resistere ei, & sic eēt magnus labor Nabuchodonosor obsidēdo vrbem, sicut patet tempore Sedeciæ: nam per duos annos obsedit vrbem, & non potuit capere eam, vsquequo defecerunt panes in ciuitate, & tunc cum nullus esset, qui posset defendere illam interrupta est ciuitas à Chaldæis, sequenti c. & quia Ioacim exemit Nabuchodonosor ab isto labore obsidendi vrbem, suscepit eum gratis. *Anno octauo regni sui.* s. regni Nabuchodonosor, & non Ioacim: quia Ioacim solum regna-

A uerat tribus mēsibus, vt patet supra in litera, vel tribus mensibus, & decem diebus, sicut habetur 2. Paralipo. vlti. & 2. Esdre. 2. Erat autem nunc octauus annus regni Nabuchodonosor, quia Nabuchodonosor cęperat regnare in Babylone anno quarto regni Ioacim patris istius, vt declaratum fuit supra, & sic vult Iosephus 10. Antiquitatum regnauit autē Ioacim ille annis vndecim supra in litera, iō manebant anni septem de regno eius, quibus simul regnauit ipse in Iudam, & Nabuchodonosor in Babylone. Nunc autē regnauerat iam Ioacim filius eius mensibus tribus, & sic inceperat octauus annus regis Babylonis. *Et protulit inde omnes thesauros domus regis.* Scilicet, Nabuchodonosor protulit de Ierusalē omnes thesauros, quos inuenit in domo regis, vt ferret
B illos secum in Babylonē, sic etiam acceperat iterū thesauros multos Nabuchodonosor de domo regis, & templo Dñi, quando ducebat Ioacim patrē istius captiuum in Babylonem 2. Paralip. vlti. & 2. Esdre 2. Nūc tamen abstulit plurimos, quia ferè nihil reliquit de thesauris regis, & templi. *Et concidit vniuersa vasa aurea, quæ fecerat Salomon rex Israel in templo Domini.* i. accepit de templo Dñi omnia uasa, quæ fecerat Salomon: nam ista uasa manserunt semper tēpore antiquorū regum, quia licet aliquando essent reges in aduersitate magna, & darēt thesauros suos hostibus, vt non opprimerēt eos, tñ ista vasa domus Dñi non dabant. Nūc aūt accepit illa Nabuchodonosor, & cum dr̄ hic: vniuersa vasa non est intelligē-
C dum de oībus, quia aliqua vasa aurea, & argētea de illis, quæ fecerat Salomon, translata sunt in Babylonem postea, qñ capta est ciuitas tempore Sedeciæ: sequenti c. & Iere. vlti. ergo aliqua manserunt nūc, sed scriptura consueuit dicere omnia, vel vniuersa pro multis: dr̄ etiam, ꝙ concidit vasa. Concidere autem est frāgere, & sic esset sensus, ꝙ Nabuchodonosor fregit oīa vasa, quæ erant in templo Dñi redigendo ea in massam, vel in laminas, vt facilius portarentur. Sed hoc falsum est: quia vasa ista integra delata sunt, & posita fuerūt in domo Dei Nabuchodonosor in Babylone, vt patet 2. Paralipo. vlti. & 2. Esdre. 2. & postea manserunt ibi non applicita alicui vsui humano vsque ad diē, quo Balthasar vnus
D de posteris Nabuchodonosor præcepit, ꝙ afferrentur vasa illa, vt biberet in eis ipse, & principes eius, & vxores, & concubinæ eius, vt patet Dan. 15. ergo vasa illa erant integra. Patet etiā 1. Esdrę 1. vbi ponitur numerus omnium istorum vasorum, & nomina sua, & quomodo oīa reducta sunt in Ierusalē, & tamen si confracta essent, non haberent numerū, nec noīa, sed essent massa quædam argenti, & auri: ideo accipitur hic largè, cōcidit, pro colligauit. s. ꝙ oīa colligauit ad hoc, ꝙ portarentur in Babylonē: vasa autem ænea, quæ erant magni pōderis, & quātitatis ut columnæ & altare, mare, & luteres cōfracta sunt, quia non poterant portari integra in Babylonem propter magnitudinē ponderis, ideo Na-
E buzardan confregit illa, vt patet sequenti c. & Iere. vlti. *Iuxta verbum Domini.* i. Deus prænunciauerat de istis vasis, ꝙ portarentur in Babylonem. Istud fuit prænunciatum per Isaiam Ezechiæ regi, quando ipse ostēdit oēs diuitias suas nuncijs Baladan regis Babylonis supra 20. Nā dixit Isaias: Ecce dies veniūt, & auferrentur omnia, quæ sunt in domo tua, & quæ côndiderunt patres tui vsque in diem hanc in Babylonem: nō remanebit quidquam, ait Dominus. *Et transtulit omnem Ierusalem.* s. omnes viros Ierusalem transtulit in Babylonem cum Ioacim rege, & nôn est intelligendū de omnibus, quia multi manserūt in vrbe, sed de potioribus, & honorabilibus, & fortioribus:

tioribus: nam istorum nullum reliquit, & declarat in litera, cũ dicitur. *Et vniuersos principes.* s. principes exercitus, & principes officiorum domus regis. *Et omnes fortes exercitus.* s. transtulit viros robustos, quotquot erant in exercitu Ioacim, quanquam illi non essent principes. *Decem millia in captiuitatem.* s. omnes isti principes, & fortes exercitus, & artifices, & inclusores, & reliqui, qui translati sunt, fuerunt usque ad decem millia, & isti ducti sunt in captiuitatem, quia licet sponte se tradiderint, tamen Nabuchodonosor tulit illos secum, tanquam iure belli, & ideo captiui vocabantur, licet aliàs magis deberent vocari transmigrantes. *Et omnem artificem, & inclusorem.* s. tulit secum oẽs artifices. Illud intelligitur de fabris, & carpentarijs, & de oĩbus alijs artificibus, quia oẽs tulit. Vocantur autem inclusores quidam speciales artifices. s. aurifices, & argentarij, & dicuntur inclusores, quia isti sunt, qui includunt varias gemmas in auro, & argento in anulis, & alijs vasis preciosis, & habent isti eminentiam super cęteros artifices. *Nihilque relictum est exceptis pauperibus populi terræ.* s. nõ relicti sunt in vrbe aliqui viri alicuius valoris, sed omnes translati sunt in Babylonem, & soli pauperes relicti sunt, vt non maneret ciuitas sine habitatore.

Qui sunt iclusores.

Intelligendũ est tamen, ꝙ aliqui principes manserunt in Ierusalem cum Sedecia, qui factus est rex captiuato Ioacim, & tamen illi erãt pauci, ideo nõ fit mẽtio de illis. *Transtulit quoque Ioacim in Babylonem.* Scilicet, trãstulit eum cum populo suo, iste Ioacim vocatus est alio nomine Ieconias, sicut pater suus: nam pater suus habuit tria nomina. s. Eliacim, Ioacim, Ieconias, vt declaratum est præcedenti ca. iste autem vocatus est Ioacim, vt apparet hic, & etiam vocatus est Ieconias, vt patet Matth. 1. cum dicitur, ꝙ post transmigrationẽ Babylonis Ieconias genuit Salathiel. & iste fuit, cuius filius fuit Salathiel, & descendit Christus ab eo per rectam lineam regum Iuda. *Et matrem eius, & vxorem regis.* Ioacim ducebatur in Babylonem tanquam nunquã rediturus, vel ibi magno tempore mansurus, ideo duxit secum personas illas, quas diligebat, vt cum eis consolaretur, dum maneret in terra aliena, ideo duxit matrem, & vxorem: nã postea genuit in Babylone filium nomine Salathiel, & iste genuit filium nomine Zorababel, qui redijt de captiuitate in Ierusalem, & fuit princeps redeuntium, vnde fit de eo sępe mentio in libro Zachariæ, & in libris Esdræ, vt patet Zacharię 3 & 4. *Et eunuchos eius.* Qui sint isti eunuchi declaratũ est supra. *Et iudices terræ.* Isti erant principes, quibus dederat Ioacim potestatem super singula regni sui loca, & iudicabant populum terræ. *Duxit in captiuitatem de Ierusalem in Babylonem.* s. omnes istos duxit captiuos Nabuchodonosor in Babylonem. *Et omnes viros robustos septem millia.* i. tulit viros robustos de exercitu, qui non erant principes septem millia. *Et artifices, & inclusores mille.* i. de artificibus, & inclusoribus duxit mille viros, supra n. declaratũ est qui sint inclusores. *Omnes viros fortes, & bellatores.* i. omnes isti tã artifices, & inclusores, quã cęteri, qui trãslati sunt in Babylonem, erant viri fortes, & bellatores, & propter hoc translati sunt in Babylonem. *Duxitque eos rex Babylonis captiuos in Babylonem.* s. nullum istorum permisit manere in Ierusalem, quanquam ipsi vellent manere, sed omnes ducti sunt captiui: non fuerunt tamen isti ducti tanquam serui, ita ꝙ in Babylone seruirent, sicut serui empticij, sed solum fuerunt translati de terra sua, & tamẽ in Babylone nulli seruiebant, sed procurabant sibi ipsi necessaria, sicut in terra Chanaan, quando ibi manebant.

F *Ioacim primus filius Iosiæ quem finem habuit. Quæstio V.*

QVAERETVR de Ioacim primo filio Iosiæ quem finem habuit. Respondendum, ꝙ supra in litera dr̃, ꝙ dormiuit cum patribus suis, in quo innui videtur, ꝙ mortuus est in pace, & tamen non fuit mortuus sic, sed occisus. Pro quo sciendũ, ꝙ iste Ioacim anno octauo regni sui, qui erat annus quartus regis Nabuchodonosor, fuit subiectus ipsi Nabuchodonosor in seruitutem. s. ad soluendũ tributa, & mansit in seruitute ista annis tribus supra in litera: anno autem tertio audiens, ꝙ Aegyptij vellent pugnare contra Nabuchodonosor cõfidẽs

G de illorum victoria rebellauit contra Nabuchodonosor, nolens ei redere tributa, & fuit istud in anno vndecimo regni eius, q fuit vltimus vitæ suæ. Aegyptij autem non pugnauerunt contra Nabuchodonosor, quia non ausi sunt, & ipse post modicum tẽpus venit in Ierusalem, & recepit eum Ioacim sub specie fœderis, & tñ intrans Nabuchodonosor in ciuitatem fidem fregit. Nam fortissimos, & pulchritudine decoros iuuenes Ierosolymitarum occidit, & ipsum Ioacim occidens extra muros vrbis proiecit, & insepultum manere fecit in pœnam rebellationis. De hoc n. prædixerat Ieremias, vt patet Iere. 22. Dicens: Hæc dicit Dñs ad Ioacim filium Iosiæ regem Iuda: non plangent eum vę frater, & vę soror,

H nec cõcrepabunt, & vę Dñe, & vę inclite, sed sepultura asini sepelietur putrefactus, & proiectus extra portas Ierusalem, & ob hoc, q̃q̃ dicitur de Ioacim, ꝙ dormiuit cum patribus suis, tñ non dicitur, ꝙ sepultus est cum patribus suis, nec in alio loco, quod est contra consuetudinem sacræ scripturæ, quãdo loquitur de alijs regibus: quia semper ponit, ꝙ sepulti sunt cum patribus suis in sepulchris regum, vel assignatur alius locus, in quo sepulti fuerint, vt patet ex toto processu præcedentis libri, & huius, & in toto 2. Paralipo. Nisi sint aliqui reges, de quibus prænunciatum esset, ꝙ non sepelirentur, sicut fuit de tota posteritate Ieroboam prænunciatũ pręcedenti lib c. 14. & postea ponitur de morte eorum

I eo. lib. c. 15. & non fit mentio de sepulchro. Sic etiã fuit de posteritate Baasa eo. lib. c. 16. & tamẽ de isto Ioacim non legitur aliquis locus sepulchri. Dicendum ergo, quòd non sepultus est.

An Ioacim iste fuerit ductus in Babylonem. Qõ VI.

QVAERETVR vlterius, quomodo dicitur de isto Ioacim 2. Paralipo. vlti. ꝙ ductus est in Babylonem cum dicamus eũ occisum fuisse in terra sua, & insepultum mansisse. Aliquis dicet, ꝙ iste Ioacim non ductus est in Babylonẽ: sed procedit error ex ęquiuocatione noĩs: quia iste vocabatur Ioacim, & filius suus etiã vocatus est Ioacim, & sic intelligitur illud de filio, & nõ de patre, & uerum est,

K ꝙ iste ductus est in Babylonem, ut patet hic in litera, & tamen pater suus nõ ducturus fuerit illuc, sed occisus fuerit in terra sua. Sed dicendum, ꝙ non stat: quia non potest cõuenire filio id, quod dicitur 2. Paralipo. vlt. sed oportet intelligi de patre, qđ patet: quia dicit ibi: vigintiquinque annorũ erat Ioacim cum regnare cępisset, & vndecim annis regnauit, & sequitur: contra hunc ascendit Nabuchodonosor, & vinctum cathenis duxit in Babylonẽ: Ioacim tñ filius eius nõ erat annorum vigintiquinque, qñ cępit regnare, sed decẽ, & octo, vt patet hic: etiã non regnauit annis vndecim, sed solum tribus mẽsibus, vt dr̃ hic, vel tribus mẽsibus, & decem diebus,

vt dicitur 2.Paralipo.vlti.& 2.Esdre c.2.ideo oportet intelligi de patre, quia ipse erat vigintiquinque annorum, quando cępit regnare, & regnauit vndecim annis, vt patet præce c.& hic. Secundò patet, qa 2.Parali.vlti.ponitur de vtroq; Ioacim, & annotantur tpa eorum, & postea de vtroq; per se subditur, ꝙ ductus est in Babylonem, ergo necesse est dici patrē, & filiū ductos in Babylonem: hoc idem patet. 2. Esdre 2. vbi de Ioacim primo dicitur, ꝙ ligauit eū Nabuchodonosor in areola, & perduxit in Babylonem, & postea sequitur, ꝙ filius suus Ioacim regnauit ꝓ eo tribus mensibus: non pōt ergo negari, quin vtrique Ioacim ductus fuerit in Babylonem: scriptura tamen hic solū facit mentionem de secūdo, ꝙ ductus sit in Babylonē: idem ēt in lib. Iere. Aliqs aūt soluet istam contrarietatē dicens, ꝙ iste Ioacim primus ductus est in Babylonē, & tñ postea reduct⁹ est in terrā suam, & tūc occisus est, & ꝓiectus extra Ierusalem. Sed dicetur, ꝙ hoc non stat: quia postq̄ Hebræi ducti sunt in Babylonē non redijt inde aliquis eorum vsquequo consumarentur septuaginta anni, quia tanto tpe duratura erat captiuitas, vt Ieremias pdixerat hic. 25. Rñdent igitur historia scholastica, & Nicolaus, ꝙ Ioacim nō fuit ductus in Babylonē, sed ligauit eum Nabuchodonosor, vt duceret in Babylonē, & postea mutato consilio reduxit eū in terrā suā, vel potius ꝑmisit in ea, & ibi occidit ipsum: ista positio potest satis sustineri. Sed magis vr̄ dicendū, ꝙ ductus fuerit verè in Babylonē, & tñ illico reduxerit eū Nabuchodonosor in Ierusalē, & ibi occidit ipsum, sicut declaratū est præce. q. & sic cōpletū est verbū Ier. 22. s. ꝙ iste Ioacim sepeliretur sepultura asini putrefactus, & ꝓiectus extra portas Ierusalem, & ista positio est rōnabilior, qa nunq̄ recedendū est à verbis sacræ scripturæ quantū ad corticē, nisi appareat aliqua ratio necessaria, ꝓpter quā aliter exponenda sint, qa aliàs periret tota sacra scriptura; cū quilibet deuiaret à cortice literæ sine causa dando quācunque expositionē vellet, & sic sacra scriptura pderet sensum literalē, in quo ipsa posita est, & inciperet habere varias allegorias, & tropologias pro libito nr̄o, qđ est absurdū, & tñ 2. Paralipo. vlti. dr̄, ꝙ Nabuchodonosor duxit istū vinctum in Babylonē, & 2. Esdre 2. dr̄, ꝙ Nabuchodonosor alligans istum Ioacim vinculo in areola pduxit in Babylonem: dicendum ergo, ꝙ iste fuerit aliquādo in Babylone, & tñ mox, vt illuc ductus est fuit reduct⁹ in Ierusalem, & ibi occisus est, & qñ obijcit, ꝙ postq̄ Iudæi ducti sunt in Babylonē nullus redijt in Ierusalem vsq; ad septuaginta annos: dicendum hoc verum esse postquam cępit captiuitas, qñ totus populus translatus est in Babylonē, & istud fuit anno vndecimo Sedechię, qñ Ierusalem capta est à Chaldęis seq. ca. & tñ ante istā captiuitatē fuit ductus Ioacim primus in Babylonē, ideo non erat cōtra vaticiniū Ieremiæ, ꝙ reduceret: nā sic fuit de Manasse rege Iudæ, qui fuit pessimus, & à viris regis Babylonis ductus est captiuus in Babylonem, & tñ cū orasset Dominum in Babylone, Deus reduxit eum inde in Ierusalem, & regnauit aliquanto tempore, vt patet 2. Paralipo. 33. ita ergo poterat reduci Ioacim de Babylone & postea occideretur in Ierusalem, & sic factum fuit, vt declaratum est precedenti quæstione.

An Nabuchodonosor peccauerit prædicta faciendo contra Iudæos, & contra alias gentes, cū quibus pugnabat, & an sciret se esse ministrum Dei ad hoc. Quæst. VII.

QVAERETVR vlterius, an Nabuchodonosor peccauit faciendo ista, quę habentur hic ꝯ

A Ierusalem, & ꝯ duos reges eius noīe Ioacim. Aliqs dicet, ꝙ non: quia Nabuchodonosor faciebat hic, qđ iustū erat. s. quia Ierosolymitæ merebantur omnia ista mala, & plura alia, ideo inferēdo eis illa non peccabat. Secundò patet, quia non solū Nabuchonosor iustū faciebat, sed ēt habebat iurisdictionē ad faciendū illud, quod sequitur ad hoc, ꝙ pœna sit iustè illata, & patet hoc: quia Deus vocauit Nabuchodonosor ad faciēdū istā punitionē super Hebręos, vt patet Esa. 5. s. & leuabit Dn̄s signū in nationibus ꝓcul; & sibillabit ad eū de finibus terræ, & ecce festinus veniet velociter, & ītelligit̄ istud de Nabucho. vt colligitur ibidem: patet ēt hoc Iere. 27. vbi Deus facit Nabucho. ministrū suū dicens: & nūc ego dedi oēs terras istas in manu Nabuchodonosor regis Babylonis serui mei: idem patet Abacuh. 1. s. Dn̄e in iudiciū posuisti eū, & loquit̄ de Nabuchodonosor. i. tu posuisti eū ad iudicandū, & puniendum peccata. Tertiò patet, quia Deus adiuuabat Nabuchodonosor ad faciendū oīa hæc, & tñ Deus non adiuuat iniquos, cum ipse oderit iniquitatē, Psal. 5. ergo Nabuchodonosor bene agebat faciendo hæc. Patet hoc, quia Ier. 27. dr̄: gens aūt, & regnum, quod nō seruierit Nabuchodonosor regi Babylonis: & quicūque non curuauerit colū suum sub iugo eius in gladio & fame, & peste visitabo super gentē illā, ait Dominus, donec consumā eos in manu eius: ergo Deus adiuuabat Nabuchodonosor ad faciendum hęc: patet ēt Abacuh. 1. Dn̄e in iuditium posuisti eū, & fortē, vt corriperes, fundasti eum: ergo Deus fecit Nabuchodonosor fortē, & sic adiuuabat eū ad faciendū ista contra Iudæos, & alias gentes. Rñdendū, ꝙ Nabuchodonosor poterat facere oīa ista sine peccato. Considerandū tñ, ꝙ ad hoc, ꝙ aliquis iustè pęnā infligat alteri, requirūtur tria. s. iusta cā sufficiēs, iurisdictio, & recta intentio, quorum si aliquod defuerit necesse est causari peccatum: primū istorum erat in punitione illata per Nabuchodonosor: quia Iudæi merebantur oīa ista mala, quæ illata sunt per illum, & multo plura: Deus tñ non intulit oīa, quæ merebantur: qa misericors est, & si non meruissent Israelitæ oīa hæc non ꝑmisisset Deus illa infligi eis, cum ipse ꝓuidentiā omniū rerū habeat, & nihil relinquat inordinatū in vniuerso. Secūdū est sufficiēs iurisdictio, & istud poterat eē in Nabuchodonosor, immo vr̄; ꝙ erat: quia Iere 27. dicitur, ꝙ Deus tradidit oēs terras in manu Nabuchodonor regis Babylonis serui sui. Sed dicet aliquis, ꝙ non sufficiebat ad hoc, ꝙ Nabucho. iuste ageret, ꝙ Deus cōstituisset eū ministrū ad faciēdū hæc: quia ēt requirebat̄, ꝙ ipse sciret se habere potestatem istam à Deo alioquin exercendo hęc faceret sicut persona priuata, & peccaret. Simile est, si rex cōstituerit aliquem iudicē in aliqua vrbe, & non peruenit ad notitiam eius, & tñ ipse iudicat: certum est, ꝙ puniendus est lege humana: quia usurpauit officium iudicis cū crederet se ꝑsonā priuatā. Dicendū, ꝙ Nabuchodonosor poterat scire se institutum ministrū Dei ad faciendū oīa hæc: nā ꝓnūciatū fuerat istud per prophetas multo tpe anteq̄ fieret, sicut patet Isa. 7. qui pdixit de hoc, & tñ Isaias mortuus est tempore Ezechiæ plusquā per centum annos, ante captiuitatem Babylonicā, vt patet computando tempora inter media regū: ēt Ieremias prophetias prophetauit hoc clarius, dicens: ego mittam uniuersas cognationes Aquilonis, & Nabuchodonosor regem Babylonis seruum meum, & adducam eos super terrā istā, & super habitatores eius: Ierem. 25. & tñ ista prophetia dicta est anno 23. regni Iosiæ, ut patet eo. c. & sic poterat scire istam prophetiam Nabuchodonosor antequam faceret

Prima ratio.

Secunda ratio.

B

Tertia ratio.

C

D

E

An poterat scire Nabuchodonosor se esse missū à Deo, & esse ministrum Dei ad delēdū Hebręos.

faceret aliquid istorũ contra Ierusalẽ: quia ipse venit prima vice contra Ierusalem anno octauo Ioacim regis, vt declaratũ est supra in quadã quæstione, & tñ ab anno vigesimo tertio regni Iosiæ vsque ad annum octauum Ioacim fuerũt anni decem, & sex.s.octo, qui supererant de regno Iosiæ cùm ipse regnauit triginta vno annis, sup.22.& octo, qui trãsierant de regno Ioacim, qñ venit Nabuchodonosor in terram illam, & sic poterat in tpe isto scire ꝓphetiam Ieremię, per quam Deus faciebat eũ ministrum suum contra oẽs istas gentes, & spãliter contra Hebræos, & sic non ageret ꝯ conscientiam vsurpans officiũ ministri Dei, quia verè sciret se esse ministrum: sic.n.fuit de Cyro rege Persarum, de quo prædixerat Esaias: hæc dicit Dñs Christo meo Cyro, cuius apprehendi dextram, vt subijciam ante faciem eius gentes, Isa.45.& fuit istud prænunciatum plusquã centũ sexaginta annis ante regnũ Cyri, & ipse legit prophetiã Isaiæ, & q̃q̃ esset Gentilis, cũ videret ista cõpleta credidit, ꝙ Deus cœli dederat sibi oĩa hæc: sic n. confessus est ipse, vt patet. 1. Esdre ca. 1.s. Hæc dicit Cyrus rex Persarum: oĩa regna terræ dedit mihi Dñs Deus cœli, & ipse præcepit mihi, vt ędificarem ei domũ in Ierusalem. Poterat ẽt Nabuchodonosor scire hoc per aliquem ꝓphetã, quẽ Deꝰ mitteret ad ipsum ad reuelandum ei oĩa, quæ facturus erat contra gentes: nã Deus mittebat interdum prophetas suos ad vngendũ aliquos in reges gẽtiũ, sicut Elias missus est ad vngendũ Hazael in regẽ Syrię: præce.lib.c.19.ẽt Deus mittebat interdũ ꝓphetas ad denunciandũ regibus gentiũ, quid facturi essent ꝯ Iudæos, vt patet de Eliseo, qui iuit in Damascum, & qñ vidit Hazael fleuit, & cũ diceret Hazael: quare flet Dñs meꝰ: dixit Eliseus: scio mala, quæ facturus sis filijs Israel, ciuitates eorũ munitas igne succendes, & iuuenes eorũ interficies gladio, & paruulos eorũ elides, & prægnantes diuides, sup.8.cap. Interdũ ẽt Deus per ꝓphetã, vel aliàs in somnio reuelabat regibus gentiũ, qd facturi essent cõtra alias gentes, & mittebat eos ad puniendũ gentes illas: sic enim fuit de Pharaone Nechao rege Aegypti, quẽ Deus misit ad pugnandũ contra Syriam: sic ipse dixit ad Iosiam: Quid mihi, & tibi rex Iuda non aduersum te hodie venio, sed cõtra aliã pugno domum, ad quam me Dñs festinato ire ꝑcepit, desine aduersum Deum facere, qui mecum est, ne interficiat te 2. Parali.35.& verũ erat, ꝙ Deus eũ mittebat, qa ibi dr̃: noluit Iosias reuerti, sed pręparauit contra eum bellum, nec acquieuit sermonibus Nechao ex ore Dei, ergo Deus locutus fuerat illa Pharaoni, & sic poterat esse in Nabuchodonosor, & cognosceret se ministrum Dei esse. Tertiũ erat recta intẽtio, & ista poterat esse in Nabuchodonosor. s. ꝙ non præmeret Hebræos ex desiderio Dñandi, vel prædandi: sed quia Deus mittebat eũ contra illos, & quia ipsi erãt peccatores. Dicendũ tñ, ꝙ q̃q̃ potuisset Nabucho. facere ista sine peccato, tñ peccauit faciendo: qa defecerũt in eo duo.s.iurisdictio, & recta intentio. Nã licet ipse potuisset scire se missum esse à Deo, tamẽ nunq̃ hoc sciuit, nec hoc putauit: sed à desiderio dominãdi motus est, & oĩa ista credebat se agere ex potestate sua, vel Deorum suorũ: sed potius potestate sua: peccauit etiã, quia non habuit rectam intentionẽ, cũ nõ occideret Hebræos, quia peccatores erãt, sed vt subijceret eos sibi, & patet peccatũ suũ, quia ipse introiuit in Ierusalẽ receptus à Ioacim sub fœdere, & illico violauit fidẽ, alligans ipsum Ioacim, & ducens in Babylonem: postea verò ipsum occidit, vt ait Iosephus x. Antiq. Secundò patet, quia si non peccauisset Nabuchodonosor in his non prænunciauisset Deus pęnam contra ipsum, & tñ prænunciauit eam: Iere.25. quia postquã dr̃, ꝙ oẽs gentes seruirent ei septuaginta annis, sequitur: cunque impleti fuerint septuaginta anni visitabo super regem Babylonis, & super gentem illam in iniquitate eorum, & super terrã Chaldæorum, & ponã illã in solitudines sempiternas. Tertiò patet, quia Nabuchodonosor superbiuit attribuens oĩa, quæ fecerat virtuti suæ, dicens. Nonne hæc est Babylon magna, quã ego ędificaui in robore fortitudinis meæ, & in gloria decoris mei? Dan.4. Quartò patet hoc Abacuch.1. vbi vocat ipsũ Nabuchodonosor iniustũ, cùm dicit: mundi sunt oculi tui, ne videas malũ, & respicere ad iniquitatẽ non poteris, quare nõ respicis super iniquè agentes, & taces deuorante impio iustiorem se? Peccauit ergo Nabuchodonosor in defectu iurisdictionis, & in prauitate intentionis.

De rebellationibꝰ Deí, q̃ fiebant regibus Gentilibus.

F G

Ad primam rõnem in contrariũ Dicendum, ꝙ quanquã Hebræi mererentur pœnas istas, quas Nabuchodonosor eis inferebat non sequitur, ꝙ iuste inferret: quia ad hoc, ꝙ pœna iustè inferatur nõ solum requiritur iusta causa, sed etiam recta intentio, & sufficiens iurisdictio, & tñ neutrũ istorum habuit Nabuchodonosor ad faciendũ ista, vt supra declaratum est: ergo nõ potuit iustè infligere pœnas istas.

Ad primã rõnem in cõtrariũ.

Ad secundã dicendum, ꝙ si Deus vocauisset Nabuchodonosor ad faciendũ hæc. i. expresse iussisset ei facere ista, non peccaret Nabuchodonosor faciẽdo: immo potius meruisset obediẽdo Deo, & tñ nõ vocauit eũ Deus iubendo hoc, nec reuelauit ei istud per aliquem prophetã: sed dr̃ sibilauisse ad eum in quantũ inclinauit ipsum ad ueniẽdũ cõtra Iudęos, & tñ ipse nesciebat se à Deo inclinari, nec ꝑꝑ Deũ faciebat: sed ꝓpter desideriũ suum, vt dominaret, & prędaret: ideo ista vocatio Dei non excusabat ipsum, & cum dr̃, ꝙ Deus non uocat ad malũ, uel nõ inclinat ad illud, & tñ vocauit, uel inclinauit Nabuchodonosor, dicendũ, ꝙ verum est, ꝙ Deus nunq̃ inclinat ad aliquid, quod malũ est, & sic etiam non erat malum Iudæos puniri per Nabuchodonosor, cũ ipsi peccauissent, & tñ Nabucho. faciendo id, qđ malũ nõ erat, peccabat, eo ꝙ mala intentione illud faciebat, & tñ potuisset bona intentione facere: si autem aliquid esset ita malum, ꝙ per nullã circũstãtiam posset esse bonũ, Deus non inclinaret ad illud: quia tunc Deus inclinaret nos ad peccãdũ, sicut Dęmon, & diceretur nos tẽtare: & tñ Deus neminẽ tẽtat. Sic enim dicitur Iacobi.1.s. Nemo cum tẽtatur, dicat, quoniam à Deo tentatur: Deus enim intentator malorum est, ipse autem neminem tentat: vnusquisq; verò tentat à cõcupiscentia sua abstractus, & illectus. Ad tertiã rõnem dicendum, ꝙ Deus adiuuabat Nabuchodonosor ad faciẽdum oĩa ista: tamen non ideo sequitur, ꝙ benefaciebat: quia opus, quod Nabuchodonosor faciebat, bonũ erat, & à Deo volitũ: iõ adiuuabat eũ Deus ad cõplẽdũ illud: & tñ intentio Nabuchodonosor mala erat, & ad hãc Deus non adiuuabat ipsum: & sic peccabat non quidem tanquam malum faciens, sed tanquam malefaciẽs.

Ad secundam.

H I

Ad tertiã.

K

Quomodo potest stare, quòd Ioacim secundus, de quo hic dicitur, esset decem, & octo annorum: quia 2. Paralipom. dicitur, quòd erat 8. annorum. Quæst. VIII.

QVAERETVR vlterius, qũo dicitur hic de secũdo Ioacim, ꝙ erat annorum decẽ, & octo, cum regnare cępisset: quia 2 Paralipo. vlti dr̃, ꝙ erat annorum octo, qñ cępit regnare, & ẽt primo Esdre cap.1. dr̃, ꝙ erat annorum octo Ioacim, qñ constitutus est rex. Aliquis dicet, ꝙ regnare cępit Ioacim anno

anno octauo vitę suę, sicut dr̄ 2. Parali. vlti. & tamē decē anni subtrahuntur de regno suo: quia fortè illo tp̄e malus fuit, vel pp aliam cām, & ideo dr̄ hic, ꝙ cępit regnare anno 17. vitę suę. Sed aliquis obijciet, ꝙ non stat, quia dr̄ de ipso Ioacim, ꝙ regnauit mensibus tribus, & tn̄ si cępisset regnare anno 8. vitę suæ regnasset decem annis, & tribus mensibus: iō non potest stare. Dicendū, ꝙ ista rō non ꝓbat sufficienter: nam si subtrahantur decem anni de regno Ioacim manebunt solum tres menses, & sic subtrahuntur, & ideo dr̄, ꝙ regnauit tribus mēsibus, quāquā regnauit plus, quā decē annis: sed adhuc nō obstante hoc non pōt stare illa positio: quia dr̄ hic, ꝙ Nabuchodonosor anno octauo regni sui accepit Ioacim, & transtulit in Babylonem, & tn̄ constat, ꝙ Nabuchodonosor subiecerat alterū Ioacim patrē istius in tributarium, & seruiuit ei annis tribus, & postea recessit ab eo supra in litera: vixit ergo Nabuchodonosor in regno ad minus tribus annis, regnāte primo Ioacim. Si ergo dicatur, ꝙ cępit regnare iste secundus Ioacim anno octauo vitę suę, cū dicatur hic, ꝙ post annum 18. vitę suę regnauerit tribus mensibus, erunt saltē decem anni de regno suo, & sic vr̄, ꝙ Nabuchodonosor egerat annos tredecim ad minus in regno, qn̄ cępit istū secundū Ioacim, & trāstulit in Babylonem adiungendo tres annos primi Ioacim cū decem annis istius, & tn̄ Nabuchodonosor solum regnauerat annis octo, qn̄ captiuauit Ioacim, ergo nō poterat cępisse regnare Ioacim anno 8. vitæ suę: quia ad minus deficerent qnq; annis.

Respōsio Auctoris. Dicendū igitur, ꝙ iste Ioacim cępit regnare anno 18. vitæ suæ, vt patet ex rōne præce. Et ēt qa sequen. c. dr̄, ꝙ anno 11. Sedecię capta est ciuitas, & ille erat annus 19. Nabuchodonosor, & tn̄ si regnasset iste Ioacim ab anno octauo vitę suæ, oportebat, ꝙ esset plus q̄ annus 24. Nabuchodonosor, quia ad minus ipse regnauit tribus annis tp̄e primi Ioacim, quibus addantur decem anni secundi Ioacim, & vndecim anni Sedeciæ, erunt anni 24. & tn̄ erat annus 19. ergo non potuit regnare Ioacim, nisi tribus mēsibus, & non decem annis, & sic non cępit ab anno octauo: hoc aūt adhuc magis patet: quia hic dr̄, ꝙ cępit regnare Ioacim anno 18. & regnauit mensibus tribus, & 2 Parali. vlti. & 2. Esdre 2. c. dr̄, ꝙ cœpit regnare anno octauo, & tn̄ vtrobique dr̄, ꝙ regnauit solum tribus mensibus, si tn̄ regnasset decē annis, sicut isti volunt saltem ibi expressi fuissent. Aliquis dicet, ꝙ ista diuersitas procedit, quia litera est corrupta, eo, ꝙ hic ponuntur decem, & octo anni, & deberent poni octo, vel 2. Paralip. vlt. & 2. Esdrę 2. ca. debent poni decem, & octo, & ponuntur solū octo.

An aliquā do cōcedē dum sit bibliā nr̄am, & Hebręā simul corruptas esse in eodē loco, ita vt nesciat veritas. Sed dicendū, ꝙ ista positio nimis est erronea: nā si deberet eē aliqua litera corrupta oporteret, ꝙ ista esset vera, & illa, quæ dicit cū regnasse anno octauo esset falsa propter rationes supra assignatas: & tamen non est verisimile illam literam esse corruptā: quia in duobus locis hr̄ eodē modo. s. 2. Paralip. vlt. & 2. Esdre 2. c. Secūdò patet, quia ista positio nō est verisimilis: quia eadem litera hr̄ in Hebræo. s. hic dicitur anno 18. & 2. Parali. vlti. & 2. Esdre 2. dr̄ anno octauo: non erat autem verisimile tam Bibliam nostram, q̄ Hebręam esse corruptam. Tertiò patet, qa ista positio est nimis scandalosa: nam si dicamus hic sacram scripturā esse corruptam eodem modo poterimus dicere de quolibet alio loco, cum sit eadē ratio, & cū non possit ꝓbari veritas sacræ scripturæ per aliquam rationē priorem, manebit nobis dubiū de tota sacra scriptura, quia poterimus dicere eam in oībus locis esse corruptam, vel saltem nō erit nobis firmū aliquam partē eius esse verā. Sic. n. arguit

A Augustinus, & habetur in decretis di. contra c. si ad sacras. Quartò patet, quia de iure humano est regula, ꝙ in ipsis iuribus vitanda est correctio, & nunq̄ sunt iura corrigenda quādiu possunt tolerari, sed expedit iura iuribus concordare, ut patet de elec. li. 6. c. cum expediat: à fortiori ergo in sacra scriptura hoc fieri dēt, in qua nihil debet concedi deuians à veritate, debet laborari ꝓ concordia eius, & sic quādiu potuerint partes concordari nō est dicendum, ꝙ aliqua pars sit corrupta, & tn̄ possunt concordari istę partes sacræ scripturæ, vt infra declarabit: ergo non est concedendum, ꝙ sit aliqua corruptio.

Dicēdum igitur verū esse, ꝙ Ioacim cępit regnare anno octauo, & ēt cępit regnare anno decimo-

B octauo. Pro quo sciendum, ꝙ primus Ioacim pater istius regnauit annis vndecim, sicut patet præce. c. & in principio secundi anni regni sui fecit secū regnare paruulum filiū suum Ioacim, & regnauit cū eo residuis decem annis de regno suo. mortuo autē primo Ioacim regnauit iste secundus Ioacim trib⁹ mensibus, & sic bis incepit regnare. s. semel cū pr̄e suo, & iterum solus. Et cū dr̄. 2. Paralip. vlti. & 2. Esdre 2. ꝙ regnauit anno octauo intelligitur de tempore, quo cępit regnare viuente patre. Cum aūt dicitur hic, ꝙ regnauit anno 18. intelligitur de tēpore illo, quo regnauit solus mortuo pr̄e, & fuerunt decem anni inter vtrunque tempus, & sic non est aliqua difficultas. Sed adhuc aliquis dicet aliter. s. ꝙ

C regnauerit annis decem, & tribus mēsibus Ioacim, & tn̄ subticentur decem anni. Dicendū, ꝙ hoc non est verisimile: quia in tribus locis dr̄ de regno Ioacim. s. hic & 2. Paralipo. vlti. & 2. Esdre 2. & tamē in quolibet istorum trium locorum ponuntur solum tres menses regni Ioacim: si tn̄ regnasset decem annis, dato, ꝙ in vno loco subticeretur, in alio exprimeretur, & in nullo istorū trium exprimitur, & patet hoc potissimè, quia si interdū aliqua pars summæ subticeatur in numeris, illa est pars parua respectu numeri, qui exprimitur, & tamē hic esset nimis absurdū. s. ꝙ exprimerentur solū tres mēses, & subticerentur decem anni. Sed adhuc si aliquis vellet proteruire dicens, ꝙ cōtigit sacram scripturam in

D omnibus istis locis subticuisse decem annos.

Dicendum, ꝙ non stat, quia 2. Paralipo. vlti. & 2. Esdre 2. ponuntur isti numeri valde præcisi, quia dicitur ibi, ꝙ regnauit Ioacim tribus mensibus, & decem diebus: si tn̄ deficerent hic decem anni, cū suppleantur ibi decem dies, qui defuerunt hic: à fortiori supplerentur decem anni, qui causarent maiorem errorē. Potissimè, quia istud nullo modo pōt stare pp rōnes assignatas in principio. Tenendum est ergo, quod ante hoc diximus. Sed tunc obijciet aliquis, ꝙ nō stet: quia data ista distinctione de principio regnandi Ioacim, sequeretur, ꝙ vno modo Ioacim regnasset decem annis, & tribus mensibus. s. incipiēdo regnū suum ab anno octauo, & alio mo-

E do regnasset solum tribus mensibus. s. incipiēdo regnum suum ab anno 18. & tn̄ hic dr̄, ꝙ cępit regnare anno 18. & ꝙ regnauit tribus mensibus, & 2. Paralipo. vltim. & 2. Esdre 2. dr̄, ꝙ cœpit regnare anno octauo, & tn̄ etiā dicitur, ꝙ regnauit tribus mensibus, ergo non possunt sic concordari istæ literæ: qa ibi deberet dici, ꝙ regnauit annis decem, & mensibus tribus. Rn̄dendum, ꝙ verum est, ꝙ uno modo regnauit Ioacim decem annis, & tribus mensibus. s. computando tempus, quo regnauit viuente patre suo cū tempore, quo regnauit post mortem ipsius. Si aūt computetur tēpus solum, quo regnauit post mortem eius, erunt tres menses, & tn̄ scriptura noluit computare, nisi tempus, quo per se regnauit, eo

quòd

quòd anni istorum regum debent esse distincti; vt vna summa addita super aliā sciatur quāta est temporis extensio. Et sic 2. Paralipo. vlti. & 2. Esdre 2. q̄q̄ ponatur principium regnandi Ioacim à tempore illo, quo regnauit viuente patre non ponitur duratio regni eius, nisi quantum ad illud tempus, quo per se regnauit, ne coincidant anni vnius regis cū annis alterius, & sic non est aliquod inconueniens in diuersitate ista.

Nabuchodonosor quare venit in principio regni Ioacim obsidere Ierusalem. Quæst. IX.

QVAERETVR vlterius, quare Nabuchodonosor in principio regni Ioacim venit ad obsidendum eum in Ierusalem. Aliquis dicet, ꝙ hoc fecit, quia Ioacim constitutus est in regē contra voluntatē Nabuchodonosor, & ideo mox, vt sciuit, venit ad obsidendū eum, & captiuandū. Sed dicēdū ꝙ non stat, quia iste Ioacim fuit constitutus in regē de voluntate Nabuchodonosor, quia ipse erat in Iudæa, quando cōstitutus est Ioacim in regē. Qđ patet quia ipse Nabuchodonosor intrans in Ierusalē sub specie fœderis, occidit Ioacim primum patrē istius Ioacim, vt declaratū fuit supra in quadam q̄one, & fecit eum ꝓijci extra Ierusalem, & manere inhumatum: ideo tunc poterat constituere quē vellet in regem, & occidere, si vellet, istū paruulum Ioacim, & tñ iste tunc cōstitutus fuit in regem mortuo patre, ergo de voluntate Nabuchodonosor fuit iste Ioacim constitutus in regem. Aliter Rñdet Iosephus 10. Antiqui. & Hist. scho. & Nicolaus. s. ꝙ Nabuchodonosor constituerat istū Ioacim in regē, & deinde recessit in Ierusalem, & post modicū tēpus cepit timere, ꝙ iste Ioacim aduertens q̄ñ Nabuchodonosor occiderat patrem suum violando ei fœdus, vellet rebellare contra Nabuchodonosor, iō priusquā posset se plus munire contra eū, voluit quasi repente venire ad obsidendū ciuitatē, & sic non transierant nisi tres menses de regno Ioacim, q̄ñ venit Nabuchodonosor ad occidendū ipsum. Aliter tñ dici pōt, & melius. s. ꝙ Nabuchodonosor instituit istum in regē, & fecit eum iurare, ꝙ nō rebellaret sibi, nec denegaret tributū, & tñ mox, vt recessit Nabuchodonosor de Ierusalē cępit rebellare Ioacim, & denegauit tributū, quod audiens Nabuchodonosor, illico venit ad obsidendū vrbē. Istud patet 2. Esdre 2. nam dr̄ de isto Ioacim, ꝙ regnauit tribus mensibus, & sequit: Et non est veritus à verbis, quæ dicta sunt à Ieremia propheta ex ore Dñi, & adiuratus à rege Nabuchodonosor, periurans discessit. Et ista rō est valde verisimilis: nam cum præsupponatur, ꝙ iste Ioacim constitutus fuit in regem de voluntate Nabuchodonosor, & ipse occidisset Ioacim patrē huius, quia recesserat ab eo, non erat verisimile, ꝙ permitteret regnare filiū eius nisi præstita sibi fide de non rebellando, & istam fidem violauit iste Ioacim, vt dictum est. Itē non est verisimile id, qđ dicit Iosephus, & Histo. scho. & Nicolaus. s. ꝙ postquā constitutus fuit Ioacim in regē, timuit Nabuchodonosor, ꝙ rebellaret contra ipsum, ideo venit ad obsidendum eum: nam istud posset dici, si forte esset ꝑsumptio de aliqua re occulta, q̄ nouiter venisset in cogitationē Nabuchodonosor, & tñ manifesta erat rō suspitionis ēt anteq̄ cōstitueretur iste Ioacim in regem, iō non venisset postea ad obsidendū eū, sed à principio nolet ei dare regnum, ne rebellaret contra ipsum. Dicendum ergo, quòd propter rebellionem, & violationem iuramēti, quam fecit Ioacim Nabuchodonosor venit ad obsidendum Ierusalē.

Hęc auctoritas hr̄ lib. 3. Esdre ca. 1. num. 47. 48.

Contra Ioseph. & histo. scho.

F *Quare Ioacim egressus de vrbe iuit obuiam Nabuchodonosor. Quæst. X.*

QVAERETVR vlterius, quare Ioacim egressus est de vrbe ad Nabuchodonosor, cum ipse obsideret vrbem, & nondum pugnauisset cōtra eā, & an benefecerit in hoc. Rñdet Iosephus x. Antiqui. ꝙ hoc fecit Ioacim, q̄a erat iustus, & natura benignus, & noluit, ꝙ ciuitas pateretur, & templū Domini ꝑꝑ ipsum; potissimè quia Ieremias sibi hoc facere suasit. Ista autem sunt satis verisimilia, q̄a Ioacim erat ętate paruus. s. decem, & octo annorum, & exercitū non multū habebat in vrbe. Nabuchodonosor aūt erat potentissimus, & nō credebat se posse ei resistere, ideo verisimile erat, ꝙ potius se vellet
G tradere ei, quā ponere se in periculo, & ciuitatē. Nā credebat, ꝙ si se traderet regi Babylonis non eueniret ei malū. Quòd aūt Ieremias consuleret ei, ꝙ traderet se regi Babylonis, satis verisimile est, quia ipse Ieremias consulebat Sedeciæ tempore obsidionis, ꝙ traderet se Nabuchodonosor, vt patet Iere. 38. s. hæc dicit Dñs, si profectus exieris ad principes regis Babylonis viuet aīa tua, & ciuitas hæc non succendetur igni, & saluus eris tu, & domus tua: si autē nō exieris ad principes regis Babylonis tradetur ciuitas hæc in manus Chaldæorum: Bene ergo ageret Ioacim tradēdo se in manus Nabuchodonosor, vt nō periret populus suus, & templum. Adhuc aūt dicē-
H dum, ꝙ Ioacim non exiuit ad Nabuchodonosor nisi pręmisso fędere: nam cū uenit Nabuchodonosor ad Ierusalem erat clausa ciuitas, & noluit ei aperire Ioacim, quousque fecit fœdus, ꝙ non noceret ei, nec ciuitati, & dicebat Nabuchodonosor, ꝙ nihil uolebat nisi securitatē, ut Ioacim non rebellaret ei, & non negaret tributū, & ad hoc Ioacim uoluit dare obsides, & ꝓpter hoc exiuit de ciuitate cum matre sua, & principibus suis, & eunuchis, & seruis suis scilicet, q̄a uolebat istos dare Nabuchodonosor in obsides, & datis illis credebat Ioacim, ꝙ Nabuchodonosor nō noceret ei, nec obsidibus, sed maneret ipse rex Iudæ sicut prius: quia aliàs fortè non tradidisset se Nabuchodonosor, ipse tñ mox, vt habuit
I Ioacim extra vrbem captiuauit eum, & matrē suā, & oēs quotquot voluit de Ierusalem, & sic rupit fidem, Ioacim tamē exiuit ad Nabuchodonosor putans, quòd ille seruaret fœdus, & sic benè agebat exeundo ad eum.

Vasa, quæ accepit Nabuchodonosor de templo Salomonis, quem finem habuerunt, & vbi steterunt in Babylone. Qō XI.

QVAERETVR vlterius, quem finē habuerunt vasa ista, quæ accepit Nabuchodonosor de Ierusalem. Dicendū ꝙ Nabuchodonosor accepit vasa de tēplo Dñi ter. Primo, quando captiuauit primū Ioacim patrē istius: nam tunc duxit eū in Baby-
K lonē, & vasa aliqua de templo Dñi cū illo, ut patet 2. Parali. vlti. & 2. Esdre 2. Secundò accepit uasa de templo Dñi, q̄ñ transtulit Ioacim secundū in Babylonē, vt habetur hic, & 2. Parali. vlti. & ista vice accepit plura vasa, quàm prima, quia ferè nihil reliquit in thesauris domus Dñi. Tertiò transtulit vasa post destructionē Ierusalem q̄ñ Nabuzardan princeps militiæ venit in urbem, & cremauit templū Domini cum urbe: infra in litera, & ista uice non transtulit uasa Nabuchodonosor per se, sed Nabuzardan, quem ipse misit ad destruendū vrbem, & manebat tunc Nabuchodonosor in Reblata, quæ est in terra Syriæ, inf. in litera: fuit etiā dr̄ia in hac vice tertia ad duas priores: quia in illis transferebat Nabuchodonosor

Ed.3.c.1. nosor solũ vasa aurea,& argentea, quæ erãt in templo Dñi,vt patet hic,& 2.Parali.vlti.& 2.Esdre 2.& tñ in ista tertia vice transtulit Nabuzardan vasa aurea,& argentea,& ęnea, sed pro maiori parte erant ęnea,quia ferè omnia argentea, & aurea transtulerat Nabuchodonosor: aliqua tñ argentea, & aurea trãstulit Nabuzardan,vt patet inf.in litera, & Iere. vltimo:sciendũ ẽt,ꝙ vasa quæcunque aurea, & argentea de tẽplo Dñi portata fuerunt integra in Babylonẽ,quia parua erant,& non oportebat,ꝙ frangerentur ad hoc,ꝙ portarentur. Vasa autem ęnea erant magna,sicut altare holocaustorum,& columnę,quæ erant ante templũ,& mare ęneũ,& luteres: ideo necesse fuit,ꝙ frangerentur, qa aliàs non poterant portari,& sic dr̃ inf.in litera, ꝙ Chaldęi fregerunt vasa ista. Sciendũ est, ꝙ vasa ęnea, quæ ablata sunt de templo Dñi,nunquam redierunt post captiuitatẽ, qa Chaldęi conuerterunt illa in alios vsus, cum iam non essent vasa,sed partes ęris fracti, ideo non fit mentio de reductione ipsorum in lib.Esdre: vasa autem aurea,& argentea manserunt integra,& ista reducta sunt in Ierusalem post captiuitatem, vt patet 1.Esdre 1.cum rex Cyrus tradens Iudæis potestatẽ recedendi de Babylone in terrã suam,dedit eis oĩa vasa, quæ translata fuerant de templo Dñi per Chaldęos,& numerantur, quæ fuerunt aurea, & q̃ argentea, & ponuntur nomina vasorũ, & tñ inter illa nullum fuit vas ęneum, vt patet eodem cap.

Vasa Dñi in Babylone fuisse in magno honore. Sciendũ vlterius,ꝙ ista vasa eo tempore,quo mãserunt in Babylone fuerunt in magno honore: nã non fuerunt applicita alicui humano vsui, sed posuit illa Nabuchodonosor in templo Dei sui in custodia, & fuerunt ibi semp custodita vsq; ad diem, quo Cyrus iussit illa dari Hebræis,vt redirent in Ierusalem. De hoc 2.Parali.vlti.& lib.3 Esdre.2.& Iere.vltimo,& nullus fuit toto hoc tẽpore ausus accedere ad vasa illa: nã Nabuchodonosor posuerat ea in templo Dei sui,fortè,quia timebat Deum Israel, & non audebat conuertere vasa sua ad vsus humanos, sed posuit ea in loco honorabiliori in templo Dei sui, quia nullum alium locum ipse honorabiliorem,& sacrariorẽ reputabat. Vel fortè fecit hoc ad honorem Dei sui,quia voluit honorare eum ponendo vasa Dei Israel in domo eius, vt significaret, ꝙ ipse superauerat Deum Israel adiutorio Dei sui. Quidquid autem sit,de quo magis declarabitur alibi.s.2.Paralipo.vlti vel primo Esdre 1.non conuertit Nabuchodonosor vasa Dei ad vsus humanos, sed dum ipse vixit manserunt semper vasa in templo Dei sui.Reges quoque succedentes nõ ausi sunt tangere illa vasa: solus.n.fuit Balthasar de progenie Nabuchodonosor,qui cum fecisset conuiuium magnum,& esset iam temulentus,iussit afferri vasa Domini de templo,in quo erant,vt biberet in eis ipse,& vxores suæ, & concubinæ suæ: Danielis 5. Et tunc vidit digitos scribentes contra se in pariete,& quia denunciauit ei Daniel, quia peccauerat bibendo in vasis illis, & apparuerat illud prodigium,reducta sunt vasa in templum Dei Babylonis, & reges posteri non ausi sunt tangere vasa illa, sed manserunt in eodem templo vsque ad tempus regis Cyri,qui tradidit ea Iudæis simul licentiã dans redeundi in Ierusalem: nã dicitur primo Esdre primo:rex Cyrus pertulit vasa templi Domini, quæ tulerat Nabuchodonosor de Ierusalem, & posuerat in tẽplo Dei sui,& sic de templo pertulit ea Cyrus,& sic reducta sunt in Ierusalem,vbi prius fuerant, sed postea manserunt ibi vsque ad tempora Romanorũ, quorum quidam abstulerunt multa de templo ante Christi natiuitatem,sicut fuit quidam consul Ro- A manus nomine Crassus: postea etiam in tempore Titi,& Vespesiani,cum templũ combustum est omnia perierunt,quia nec templum mãsit postea, nec aliqua cęremonia veteris testamenti.

Quomodo potuerunt vasa fabricata à Salomone duci in Babylonem, cùm ante hoc videantur data in manu hostium per alios reges. Quæstio XII.

QVAERETVR vlterius,de istis uasis, quomodo potuerunt transferri in Babylonem, quia ante hoc acceperant ea reges,q erant in circuitu. Patet hoc,quia quando Hazel rex Syrię pugnauit cõtra Ioas regem Iuda, dedit ei Ioas aurum,& argen- B tum vniuersum, qđ inueniri potuit in domo Domini,& in palatio regis,supra 12. Aliquis dicet, ꝙ ille rex Syrię abstulit omnia vasa aurea, & argentea, quæ erant in templo, & tamen sequentes reges fecerunt alia vasa similia, & totidem numero, & illa manebãt in templo,& illa abstulit postea Nabuchodonosor. Sed dicendum,ꝙ non stat, quia Nabuchodonosor abstulit de templo Dñi ipsa, & vasa, quæ fecerat Salamon,vt patet supra in litera.s.& concidit vniuersa uasa aurea, quæ fecerat Salomon rex Israel in templo Domini,& postea sequitur, ꝓ transtulit ea in Babylonem,ideo non fuerãt ista vasa ablata per alios reges. Pro hoc autem sciendum, ꝙ in templo Domini erat thesaurus magnus auri,& ar- C genti, quia reges Iuda consecrabant multa Domino sicut dr̃ de Asa,qui intulit in templum Domini ea, quæ ipse consecrauerat, & pater suus,præce.lib. c.15.Populus etiam offerebat multa. Et istud aurũ, & argentum erat in massa,ideo uocabatur propriè thesaurus. Fiebant ẽt de isto auro, & argento uasa aliqua,sed ista non consecrabantur,quia non erant necessaria ad ministrationẽ templi,ideo manebant in ipsis thesauris templi:Vasa autem,quę fecerat Salomon applicabantur ministrationi,& ideo ista sola erant sacra. Cum autem incidebat aliqua necessitas magna regibus Iuda, & non haberent pecuniã opportunè accipiebant de thesauris domus Dñi, scilicet, de illo auro,& argento,qđ erat in massa, & D dabant ad supplendas necessitates,& tamẽ post hoc cum ipsi redibant ad pinguiorem fortunam restituebant templo omnia illa,& hoc modo non accipiebatur de templo Domini,nisi aurum, & argentum, quod erat in massa, & nunquam aliqua vasa, nisi interdum non sufficeret aurum, & argentũ in massa,& tunc accipiebantur vasa,quæ non erãt cõsecrata,ideo interdũ dicitur de regibus Iuda,ꝙ accipiebant omne aurum,& argentũ,quod erat in thesauris domus Domini, & intelligitur solum de argento,& auro in massa. Interdum aũt, & rarò dabãtur vasa templi Dñi, cum esset maior necessitas, & tamen tunc non dabantur nisi vasa non consecrata.Sic patet præce.lib.ca.14. cum dicitur,ꝙ Sesach E rex Aegypti ascendit in Ierusalem, & tulit thesauros domus Domini, & thesauros regios, & de Asa dicitur eo.lib c.15. tollens Asa omne aurum, & argentum,quod remanserat in thesauris domus Domini,& domus regiæ misit illud ad Benadad regem Syriæ.Sic etiam de Ioas dr̃ supra 12. ꝙ dedit vniuersum aurum, & argentum, quod inueniri potuit in thesauris tẽpli Domini,& in palatio regis.De Amasia verò dicitur eo.lib.c.14.ꝙ Ioas rex Israel tulit tẽpore suo aurum,& argentum,& vniuersa vasa,quę inuenta sunt in domo Domini, & in thesauris regis.Idem fecit Achaz dando regi Assyriorum, sup. 16.idem etiam Ezechias sup. 18. Patet igitur, quòd ista positio sit necessaria, quia aliàs cũ vnus rex dedisset

disset semel totum aurum, & argentum, & vasa tẽpli Domini, non posset alius rex dare illa, & tamen de multis regibus dicitur, ꝙ hoc fecerunt, & post omnia hic manebant vasa, quę fecerat Salomon in templo Domini, vt patet hic, & non quidem pauca quasi diminuta pp priores præstationes, & ablationes factas à regibus, sed erant omnia, quæ fecerat Salomon: nam erant quinque millia, & quadringẽta, vt patet 1. Esdre 1. ideo dicendũ est, ꝙ nunquam ablata fuerunt aliqua vasa de tẽplo Domini de illis, quæ fecerat Salomon vsq; ad tempus Nabuchodonosor, sed debet necessariò intelligi sicut supra declaratum est.

Quare Nabuchodonosor transtulit de Ierusalem ista decem millia virorum, & omnes artifices. Quæstio XIII.

QVAERETVR vlterius, ad quid Nabuchodonosor transtulit de Ierusalem ista decem millia virorũ, quæ habentur hic. Rñdendum est, ꝙ intẽtio principalis Nabuchodonosor fuit, quia volebat terram pacificè esse sibi subiectã: nam ante hoc multoties rebellauerat, ipse quidem Ioacim pater huius secundi Ioacim subiectus fuit Nabuchodonosor tribus annis ad soluendũ tributa, & postea rebellauit, vt patet sup. in litera. Deinde Ioacim filius ei⁹ constitutus in regem rebellauit illico, vt declaratũ est sup. ideo non credebat Nabuchodonosor istam ciuitatem securè sibi seruituram, nisi auferret de terra illa omnes, qui tunc in ea manebant: quia quanquam reges vellent esse subiecti Nabuchodonosor, principes, & alij amici peruertebant eos ad rebellãdum: noluit ergo dimittere in terra aliquem, q posset sibi rebellare, & ob hoc abstulit omnes principes Ierusalem. Abstulit etiam viros robustos, qui erant in exercitu, quanquã non essent principes, quia cõfidens rex in istis faciebat bellum, & rebellabat Nabuchodonosor. Abstulit etiam artifices, & inclusores: erãt.n. maximè isti artifices fabri, & nolebat Nabuchodonosor, ꝙ manerent aliqui fabri in Ierusalem, ne possent facere arma, quia per hæc dabãt occasio Iudæis ad rebellandum si haberent copiam armorum. Hoc etiam prius fecerant Philisthini in terra Israel, quando dominabantur terrę illius antequam inciperet Saul regnare: nam fecerant, ꝙ in toto Israel non esset faber ferrarius, ne fortè Israelitæ facerent sibi gladium, aut lanceam, sup. 1. lib. ca. 13. Et in tantum hoc obseruabant, ꝙ die, qua Israelitæ pugnare debuerunt cõtra Philisthinos non inuentus est in toto populo gladius, aut lancea, nisi in manu Saulis & filij sui Ionathæ, & cum vellẽt Israelitæ fabricare vomeres, aut ligones, & alia instrumẽta ad terræ cultum, oportebat eos descendere ad terram Philisthinorum ad hoc eodem ca. sic autẽ fecit nunc Nabuchodonosor, quanquam non tam strictè. Et captiuatis istis decem millibus de Ierusalem, noluit plures accipere, quia illi, qui manebant erant pauperes, & agricolæ, qui non poterant rebellare, nec concitarent regem aliquem ad rebellãdũ.

De numero eorum, qui captiui ducti fuerunt in Babylonem. Quæstio XIIII.

QVAERETVR vlterius de isto numero captiuorum, de quibus dicitur hic, qa primò dicit, ꝙ transtulit Nabuchodonosor decem millia, & postea dicitur, ꝙ transtulit septem millia.

Respondendum, ꝙ istę summæ referuntur ad diuersa: nam omnes, qui translati sunt in Babylonem erant decem millia, & de istis erant quasi duo millia de principibus, & alijs pertinentibus ad domum regiam. Erant autem septẽ millia de viris robustis, qui nõ erant principes, sed solũ viri priuati in exercitu, de artificibus aũt, & inclusoribus erãt mille solum, & sic erant oẽs simul decem millia. Ista positio conuenit nimis literæ, quia prius dr̃, ꝙ trãstulit Nabuchodonosor oẽm Ierusalem, & oẽs principes, & vniuersos fortes exercitus decem millia, & sic vult, ꝙ oẽs isti qui portati sunt simul erant decẽ millia, postea aũt dr̃ magis determinatè, ꝙ duxit Nabuchodonosor captiuitatem de Ierusalẽ in Babylonẽ oẽs viros robustos septem millia, & artifices, & inclusores mille. Et sic vult, ꝙ artifices per se mille essent, & viri robusti essent septẽ millia: manebant ergo duo millia. Oportet igitur, ꝙ isti ponãtur fuisse de principibus, cum non dicantur hic translati aliqui, nisi principes, & viri fortes, & artifices. Sed adhuc obijcietur: quia Iere. vlti. ponitur numerus captiuorum ductorum à Nabuchodonosor in Babylonẽ, & concluditur oẽs aïæ quatuor millia sexcentæ: de his tamen quomodo concordent cum istis, ibidem declarabitur: quia non solũ est differentia in numero captiuorum, sed ẽt in tempore, quo captiuatæ sunt, quia aliqui dicuntur captiuati anno septimo Nabuchodonosor, & alij anno 18. & alij anno 33. Hic autem non ponitur aliqua talis captiuitas, sed vna ponitur facta anno octauo Nabuchodonosor, scilicet, ista, de qua habetur hic, & alia fuit facta anno 19. scilicet, illa, quæ habetur sequenti cap.

Et constituit. Hic ponitur tertiũ huius capituli, scilicet, de regno Sedeciæ, q erat frater primi Ioacim, & dicit. *Et constituit Mathaniam patruum eius pro eo.* Iste Mathanias erat filius Iosiæ tertius, & minor oĩum, quod patet, quia dr̃ hic, ꝙ erat patruus eius, & refertur ad Ioacim, qui priuat⁹ fuit regno, & sic erat frater patris sui. s. primi Ioacim: ergo ex parte patris, vel matris: nõ ex parte matris, quia mater primi Ioacim erat Zebida filia Phadaia de ruma, præce. c. mater aũt istius Mathaniæ erat Amithal filia Ieremiæ de Lobna, vt patet hic: ergo erat frater suus ex parte patris. Pater autem Ioacim erat ipse Iosias, pręcedenti c. iste Mathanias erat paruulus. s. nouẽ annorum, vel quasi, qñ mortuus est pater suus Iosias, vt declaratũ est præce. c. *Imposuit nomen Sedeciam.* Mutauit nomen eius, qñ fecit eum regem vocãs eum Sedeciam. sic. n. Pharao rex Aegypti mutauit nomen Ioacim fratris istius, qñ fecit eum regem: nam cum vocaretur prius Eliacim vocauit eum Ioacim. *Vigesimum primum annum ætatis habebat Sedecias, cum regnare cępisset.* Ex hoc patet, ꝙ erat annorum quasi nouẽ, qñ mortuus est Iosias pater eius: nam post Iosiam regnauit Ioacaz tribus mensibus præced. c. & Ioacim vndecim annis eo. c. & alius Ioacim tribus mensib⁹, vt patet supra, qui sunt quasi duodecim anni, & subtrahantur de viginti vno annis, quos nunc agebat, manebunt quasi nouem. *Et vndecim annis regnauit in Ierusalem.* Non regnauit maiori tempore, quia rebellauit contra Nabuchodonosor, & anno nono regni Sedecię cępit pugnare Nabuchodonosor cõtra vrbem, & anno vndecimo mense quarto cępit eã: sequenti cap. *Nomen matris eius erat Amithal filia Ieremiæ de Lobna.* Ex hoc apparet, ꝙ iste Sedecias erat frater Ioacaz regis primi de filijs Iosiæ, qui trãslatus est in Aegyptum à Pharaone, & ibi mortuus est: nam nomẽ matris illius erat Amithal filia Ieremię de Lobna præcedenti c. *Et fecit malum coram Domino.* s. coluit idola, quia istud erat malum regum Iuda, & Israel. *Iuxta omnia, quæ fecerat Ioacim.* Referri põt ad vtrunq; Ioacim: nam iste Ioacim, qui regnauerat ante hoc, quanq̃ solum regnasset tribus mẽsibus, in illis fecit malum.

Sedecias rex Iuda cõstituit.

malum, vt patet sup. in litera, Ioachin quoque pater eius regnauit vndecim annis, & fecit malũ. sup. in litera, & præced. c. Et tamẽ hic nõ refertur nisi ad Ioachin proximo præcedentẽ, & fit mentio specialiter de illo ad increpandũ Sedeciam. s. quia ipse viderat mala, quæ euenerant ipsi Ioachin, quia coluit idola, & recessit à rege Babylonis, & neutrum istorum formidauit facere Sedecias. *Irascebatur enim Dominus contra Ierusalem, & contra Iudam donec proijceret eos*. Idest, in tẽporibus Sedeciæ irascebatur Deus contra Ierusalem, & contra totũ regnum Iuda, & durauit ista ira donec proijceret eos à facie sua s. vsq; quo faceret illos duci in captiuitatẽ. q. d. vsq; ad illud non cessauit ira Dei, & tunc cessauit, quia tunc inflixit penã debitã peccato, & cessauit ira, quia ista est condicio iracũdiæ, ꝙ quando retribuerit punitionẽ resoluatur ira, vt ait Arist. 4. Ethico. ca. de mansuetudine, & nõ fuit placata vsq; ad illud tempus, quia non fuit aliquis, qui placaret, eo ꝙ Iudæi continuò reddebant operationes suas peiores: nã tempore Sedeciæ adhuc admonebat Dominus Iudæos, vt bene agerent, & non viderẽt mala: Iere. 22. s. hæc dicit Dominus, facite iudiciũ, & iustitiã: si enim feceritis verbum istud ingrediẽtur per portas domus huius reges sedentes de genere Dauid super thronũ eius, & ascẽdentes currus, & equos ipsi & serui, & populus eorum, ꝙ si non audieritis verba hæc in me metipso iuraui dicit Dñs, quoniã in solitudinẽ erit domus hæc, & tamen propter hoc non audierũt Iudæi tempore Sedeciæ, ideo Deus semper irascebat̃ quousq; proiecit Iudã de terra sua in captiuitatẽ. *Recessitque Sedecias à rege Babylonis*. s. rebellauit Sedecias ipsi Nabuchodonosor nolẽs ei redere tributum. Hoc autẽ fuit circa annũ nonum regni Sedeciæ: nam in ipso anno nono mense decimo venit Nabuchodonosor ad pugnandum contra Ierusalem. sequenti cap.

Quare Nabuchodonosor mutauit nomen Sedeciæ, quando constituit eum regem, & de tribus causis, propter quas mutatur nomen summi Pontificis quando constituitur. Questio XV.

QVAERETVR, quare Nabuchodonosor mutauit nomen Sedeciæ, quando constituit eũ regẽ vocans ipsum Sedeciã cũ prius vocaretur Mathanias, vt patet in litera. Aliquis dicet, ꝙ hoc erat, quia tunc constituebatur in regẽ, & sicut mutabat statũ, ita debebat mutare nomen. Sic enim fit de summo Pontifice, quando inthronizatur, quia mutatur nomen eius propter mutationẽ status: sic etiã factũ est de Ioacim fratre istius, quẽ rex Aegypti cõstituit in regẽ, & vocauit eum Ioachin, cum prius uocaretur Eliacim, precedenti. c Sed dicendum, ꝙ hoc nõ stat, quia mutatio status nõ faciebat mutari nomẽ, quia tunc omnes, qui cõstituerentur in reges, mutauissẽt nomina: & tamen falsum est, quia inter reges Israel nemo legitur mutasse nomen, quãdo factus est rex: in regibus autẽ Iuda nullus nomen mutauit, nisi isti duo fratres filij Iosiæ, scilicet, Ioachin & Sedecias: & tamẽ si propter mutationem status hoc fieret, potius debuisset Dauid mutare nomen, quando factus est rex. Psalm. 77. & tamen isti duo erant filij regis, & non erat tanta mutatio status. Item non stat, qđ dicebatur de mutatione nominis summi Põtificis, quia nomen illius mutatur propter tres causas. Prima est quia nomen imponitur homini, & tamẽ qui efficitur summus Pontifex prius erat vt homo priuatus, & cum efficitur Pontifex, est vt gerens vices Dei in terris: ideo alius est, cui aliud nomen competit. Secunda causa est, quia omnes summi Põtifices sunt successores Petri, & vicarij Christi: & tamen Christus mutauit nomen Petri, quando fecit eum summũ Pontificẽ, quia prius uocabatur Simon Ioannis. Postea autẽ vocauit eũ Christus Petrũ, & Cæphan dicens: Tu es Petrus, & super hanc petrã ædificabo Ecclesiam meã. Matt. 16. sic etiam in Decretis. 21. dist. cõtra in nouo. Tertia ratio est, quia aliquãdo summus Põtifex poterat habere à prima impositione aliquod nomen turpe, & non conueniebat, ꝙ tali nomine vocaretur postquã esset summus Põtifex: ideo fuit conueniens, ꝙ in omni promotione summi Pontificis mutaretur nomen. Iste tres causæ tangunt̃ per Ioann. Andream in glo. proemij sexti. Sed nulla istarũ causarũ existebat in Ioacin, & Sedecia, vt mutarentur nomina eorũ, quia nullus ipsorũ incipiebat gerere vices Dei, nec erant successores Petri, nec habebat quisquam nomen turpe, quia tam honesta erant priora nomina sicut posteriora.

Dicendũ igitur, ꝙ Nabuchodonosor mutauit nomen Sedeciæ ad memoriã beneficij, scilicet, quia ipse fecerat eũ regẽ, & ut recordaretur se ab eo suscepisse omnia bona, quę habebat. Alia causa erat, quia homini nouiter nato nomen imponitur, quia tunc incipit esse: ita cũ Sedecias nunquã habiturus esset regnum, cum Ioachin filius fratris sui haberet illud, & posteri sui successuri essent, & quia nũc Nabuchodonosor fecit eum regem videbatur eum nunc genuisse, & ideo nomen ei imponebat. Tertia causa fuit ad significandum se habere potestatem super Sedeciam: quia signum potestatis est mutare nomen rei, vel facere aliqua alia de re ad uoluntatem suam, ideo vt Nabuchodonosor ostẽderet se habere potestatẽ super regnũ Iuda abstulit illud regi Ioachin, & instituit Sedeciã in regem, vt ostẽderet se habere potestatẽ super personã Sedeciæ mutauit nomẽ illius, quia non poterat aliũ vsum conueuientem habere super personã manentẽ in statu regio, per quẽ ostẽderetur potestas sua in illo, & ꝙ ipse instituerat eũ in regem Istę ęędem causæ fuerunt, vt rex Aegypti mutaret nomen Ioacim, qñ fecit eũ regem, pręce. c.

Quare potius vocauit eum, Sedeciam quàm alio nomine. Quæstio XVI.

QVAERETVR vlterius, quare Nabuchodonosor mutando nomẽ Mathanię potius vocauit eũ Sedeciã, quàm alio nomine. Respondent Hebræi, & Nicolaus, & multi de nostris, ꝙ vocauit eum hoc nomine ad significandum pactũ, qđ cum eo interposuerat. s. ꝙ semper sibi redderet tributũ, & nõ rebellaret cõtra eũ, & ad hoc Nabuchodonosor coegit Sedeciam iurare per nomen Dei sui, & tunc vocauit eũ Sedeciam, qđ interpretatur iustitia Dei. s. vt Sedecias esset memor obseruare iustitiam nõ violando pactũ, quod fecerat interposito nomine Dei, & diceret, iustus erga Deum seruando pactum, quia exhiberet nomini Dei honorẽ Debitum, & non obseruando esset iniustus contra Deum, quia contẽnebat nomẽ eius. Motiuũ autẽ hebręorũ potest esse duplex ad dicẽdũ hoc: primũ ipsa interpretatio nominis, quę cõuenit pacto, cũ interpretetur iustitia Dei. Secundũ est, quia legitur de Sedecia, ꝙ fecerit pactũ cum rege Nabuchodonosor, & in obseruatione illius poterat esse iustitia Dei, vel iniustitia, si non obseruaretur. Dicendum tamen potius videtur, quòd non fuerit ista causa impositionis huius nominis, sed sicut nomina à principio imponunt̃ ad placitũ, ita & nũc istud impositum fuit. Et patet per simile: nã rex Aegypti vertit nomẽ Eliacim, quẽ cõstituit in regẽ, & vocauit eum Ioachin, præced. c. & tamen ibi

ibi nõ obseruata fuit aliqua ratio significationis nominis,quia nihil speciale illud nomẽ significat. Nec etiam Hebræi aliquam rationem assignant quare ille potius vocatus fuerit Ioachin, quã alio nomine: ita igitur dicendũ est hic:Nec etiam aliquid valet,ꝙ nomen istud significet iustitiã Dei, quia istud est per accedens: nam sic est in plerisq; nominibus proprijs Hebræorũ,quia significant aliquid:& tamẽ non posita fuerũt viris propter rationem illam significationis,quia cum aliqua illorum significẽt pulchritudinẽ,vel robur,& alias qualitates,quæ conueniunt virili ętati,nõ imponerentur vsq; ad virilẽ ætatem: & tamen falsum est, quia Iudæis imponebantur nomina die octauo,quo circuncidebantur,vt patet de nomine beati Ioãnis Bap. Lucę.1. si tñ velimus tenere G priorẽ positionẽ, q̃ est multorũ satis est verisimilis.

An Sedecias peccauerit recedendo à rege Babylonis, & non soluendo ei tributum. Quæstio XVII.

QVAERETVR vlterius,an peccauit Sedecias recedendo à rege Babylonis per denegationẽ tributi. Aliquis dicet, ꝙ sic:quia Sedecias subiectus est tributo violenter:quilibet autem desiderat naturaliter libertatem: ideo non malè agebat redeundo in libertatẽ,quandocunq; posset,& hoc erat rebellãdo,& denegãdo tributum. Dicendũ autem,ꝙ Sedecias peccauit recedendo à rege Babylonis propter duo,vel tria. Primò,quia fuit valde ingratus:nã H Nabuchodonosor contulerat Sedeciæ regnum, quod non debebatur ei de iure, nec vnquam potuisset ad eum deuenire cum possideretur à Ioachin, & succedere debebant filij sui: pro tanto ergo beneficio tenebatur ei multa reddere, vnde etiam si Nabuchodonosor non pepigisset cum eo, ꝙ nõ recederet ab ipso, nec cessaret à pręstatione tributorum,tenebatur ipse semper esse subditus illi, & præstare ei munera ex quadam æquitate,& gratitudine collati beneficij:peccauit ergo rebellãdo. Secundò peccauit, quia fuit periurus:nam iurauit regi Babylonis nõ rebellare contra eum per nomen Domini, & hoc nõ obstãte rebellauit. Iuramentũ tamen cuicunq; pręstetur siue fideli, siue infideli seruandũ est,cum sit de I aliqua re,ad quam possit homo licite obligari, quia aliàs iuramentũ non est seruandum, quia nõ potest seruari sine interitu salutis ęternę. Nec est obligatoriũ cum est præstitũ cõtra bonos mores: iuramentũ enim non inuentũ est, vt esset vinculũ iniquitatis, vt patet de consuetudine.c.consuetudinem.lib.6. iuramentum tamen, quod præstitit Sedecias, licitum erat.s.ꝙ non rebellaret contra regẽ Babylonis, & ꝙ solueret ei tributa:ideo seruare tenebat,& violauit: ideo peccauit, & sic increpatur.2.Paralip.vlt.c.fecit malum in oculis Domini:à rege quoque Nabuchodonosor recessit, qui adiurauerat eũ per Deum. Sic etiam Ioachin increpatur,quia præstitit simile iura- K mentũ Nabuchodonosor,& violauit illud 2. Esdre. 2.s.& adiuratus à rege Nabuchodonosor, periurans discessit. Tertiò peccauit,quia fecit contra monita Dei per Ieremiam: admonuerat enim Deus Sedeciam per Ieremiam, vt non rebellaret contra regẽ Nabuchodonosor,& postquam cœpit rebellare,etiã admonebat eum, vt traderet se illi, vt patet Iere.38. scilicet: Hæc dicit Dominus, si profectus exieris ad principes regis Babylonis, viuet anima tua, & ciuitas hæc non succendetur igni,& saluus eris tu,& domus tua: si autem non exieris ad principes regis Babylonis, tradetur ciuitas hæc in manus Chaldæorũ, & succendẽt ea igni, & tu non effugies de manu eorũ: & tamen noluit Sedecias desistere à rebellione.

Iuramẽtũ seruandũ est etiã in fidelibus.

Lib.3.Esd. ca.1.num. 27.28.

F Ad rationem in contrarium dicendum,ꝙ nõ benè egit Sedecias volendo redire in libertatem per rebellionẽ: Nam licet nõ sit malũ velle redire in libertatẽ, quia tamen nõ poterat redire in illã Sedecias, nisi cõmittendo periuriũ & ingratitudinẽ, malè faciebat redire volendo in illã,per rebellionem, & nõ dicitur propriè, ꝙ volebat redire in libertatẽ. Nã si Sedecias regnasset in Ierusalem antequam veniret Nabuchodonosor,& ipse violenter subiecisset eum tributo, diceretur velle redire in libertatem: & tamen non fuit facta aliqua violentia Sedeciæ, sed ipse consensit accipere regnum interposito pacto, ꝙ non recederet à Nabuchodonosor,& ad hoc nemo cogebat eum:ideo non poterat dici,quòd iste vellet redire in libertatem, sed quòd volebat violare pactum. Poterat autem hoc dici de Ioacim fratre suo, qui erat rex, quando venit Nabuchodonosor in Ierusalem, & subiecit eum tributo, & post tres annos ille rebellauit, vt patet supra in litera.

CAPITVLVM XXV.

FACTVM est anno nono regni eius, mense decimo, decima die mensis venit Nabuchodonosor rex Babylonis ipse, & omnis exercitus eius in Ierusalem,& circundederunt eam,& extruxerunt in circuitu eius munitiones.

Descripto in pręcedentibus regno Iuda sub eius duratione, hic agit de eius vltima desolutione, quæ fuit facta tempore Sedeciæ per captiuitatem Babylonicam, & diuiditur in duo: quia primò agitur de populi captiuitate sub Sedecia: secundò de populi seruilitate sub Godolia,ibi.*Populo autẽ.* Prima in tres, quia primò ciuitas expugnatur, & capitur: secundò à Chaldeis succenditur,ibi.*Mense quinto.* Tertiò prędа vrbis diuiditur,ibi.*Reliquam autem populi.*

De ordine an continuus sit, & immediatus quæritur. Quęstio Prima.

QVAERETVR circa primum, an sit hic ordo continuus, & an ea, quæ habentur hic, fuerint facta immediatè post præcedentia, vel aliquanto tẽpore post. Ad primum dicendũ,ꝙ hic est ordo continuus:nam supra dicebatur de institutione Sedecię in regem:hic autẽ dicitur de captiuatione facta propter eius rebellionẽ,& etiã de cessatione regni Iuda. Ad secundũ dicendũ, ꝙ ista fuerunt facta nouẽ annis,vel quasi post præcedẽtia,quia supra dicit̃ de institutione Sedecię in regẽ: hic autẽ dicit̃ de obsidione vrbis,quę facta est anno nono regni eius,vt patet in litera. Vel potest dici,ꝙ ista fuerũt facta immediatè post pręcedẽtia:quia in fine pręcedẽtis capituli dicit:recessit Sedecias à rege Babylonis, & tamen immediatè post illũ recessum credẽdũ est, ꝙ Nabuchodonosor venerit ad obsidendũ vrbem, ideo nihil intercidit inter ista, & pręcedẽtia, sed est historia continuata:& dicitur. *Factum est autem anno nono regni eius.* Scilicet,anno nono regni Sedecię:nam nõ potest dici annus nonus respectu regis Nabuchodonosor, quia nunc erat annus decimus nonus eius, vt patet inf.in litera. *Mense decimo,decima die mensis.* Ponitur aũt hic pręcisio ista temporis ad significandũ quanto tẽpore durauit obsidio Ierusalẽ,quæ fuit p annũ,& dimidiũ,& mensem vnum.s.ab anno 9.mense 9.die de

cima vsque ad vndecimum annum eiusdem Sedecię mēse quarto, die decima, & sic fuit principium obsidionis huius quasi in mense Nouembris: nam anni Hebræorum incipiunt semper circa æquinoctium vernale, scilicet, circa medium Martij paulo ante, vel paulo post, & sic mensis nonus anni ipsorum esset Nouember: & tamen quia terra illa est valde calidior, ista cum sit partim in tertio, & partim in quarto climate tam in vere, quàm in hieme possunt ibi esse bella. *Venit Nabuchodonosor rex Babylonis ipse, & omnes exercitus eius in Ierusalem.* Erat enim Ierusalem ciuitas fortis, ideo Nabuchodonosor duxit totum exercitum suum contra illam, & adhuc sic fuit sibi difficile expugnare eam. *Et circundederunt eam.* Scilicet, ex omni parte vallauit eam exercitus, ne posset aliquis patere aditus, per quem introducerentur victualia in vrbem, vel per quem introirent aliqui adiutores, & sic oppressi fame ipsi Israelitæ traderent se Chaldæis. *Et extruxerunt in circuitu eius munitiones.* Scilicet, Chaldæi ædificauerunt machinas, & turres, & alia apparamenta bellica, quæ solent fieri ad capiendum vrbes. Vel erant istę munitiones ad hoc quòd Chaldæi possent appropinquari vrbi, & non formidarent iacula missa ab vrbe. *Et clausa est ciuitas, atque vallata.* Scilicet, clausa fuit ab exercitu Chaldæorum per circuitum, & vallata, ita vt nullus posset ingredi, vel egredi. Nicolaus autem dicit, quòd clausa est ciuitas, scilicet, à ciuibus, ne possent Chaldæi introire in illam, & vallata est à Chaldæis per circuitum. Sed primum melius est, quia Ierem. vlti. vbi ponitur ista historia, dicitur, & fuit ciuitas obsessa, vbi dicitur hic: clausa est ciuitas, atque vallata. *Vsque ad vndecimum annum regis Sedeciæ nona die mensis quarti.* Tandiu mansit obsidio, scilicet, per annum, & septem menses, & tamen nōdum poterant Chaldæi capere vrbem, quia erat fortissima, nec cæpissent eam, nisi fames inualuisset in vrbe, quia tunc fugerunt viri bellatores, vt patet in litera. Sic etiam fuit quando Romani obsederunt eam, quia longo tempore mansit obsidio, quousque omnes ferè, qui erant in vrbe, consumpti fuerunt, vt ait Iosephus in lib. de bello Iudaico. *Prǽualuitque fames in ciuitate.* Istud fuit in vndecimo anno, mensę quarto, die nono, quia toto tempore, quo durauit obsidio, erat in ciuitate ciborum parcitas, quia non poterāt habere cibos aliunde propter obsidionem: & tamen fames nunquam dicitur inualuisse vsque ad diem, quo non fuerunt panes in vrbe, quos populus posset comedere: & istud fuit vndecimo anno, mense quarto, die nono, vt patet Ierem. vlti. & ideo illa die recesserunt Iudæi de vrbe per locum occultum, & ciuitas capta est à Chaldęis: fuit autem hoc in Iunio, quasi circa festum sancti Ioannis, cum incipiat annus Hebræorum circa medium Martij paulo ante, vel paulo post, vt dictum fuit. *Nec erat panis populo terræ.* Idest, non habebant alimenta aliqua, quæ erant in vrbe. Et dicitur: de populo terræ, idest, de vulgaribus hominibus. Quasi dicat, rex, & alij principes aliqua alimenta habebant, & tamen populus nihil habebat, & quia rex solus cum principibus non poterat defendere vrbem, recesserunt omnes de vrbe illa die, qua defecit panis in vrbe. Sciendum autem, quòd tanta fuit fames in ciuitate, quòd ante solutam obsidionem non erat plurimis de populo quid comederent: ideo multi præ fame arescebant. Sic enim dicitur: Threnorum 4. Candidiores nazaręi eius niue, nitidiores lacte rubicundiores ebore antiquo, saphiro pulchriores: denigrata est super carbones facies eorum, & non sunt cogniti in plateis, adhęsit cutis eorum ossibus, aruit,

A & facta est quasi lignum: & multi passi sunt hanc calamitatem, quos Ieremias magis deplorat, quàm occisos in bello, vt patet Threnorum quarto, scilicet, melius fuit occisis gladio, quā interfectis fame quoniam isti extabuerunt consumpti à sterilitate terrę: Pręualuit etiam in tantum ista fames, ꝙ multę mulieres comederunt filios suos, sic patet Threnorum 4. scilicet: manus mulierum misericordiū coxerunt filios suos, facti sunt cibus earum in contritione filię populi mei, idest, in destructione Ierusalem. *Et interrupta est ciuitas.* Potest intelligi dupliciter: uno modo, quòd die illo, quo fames pręualuit in vrbe, iam non erat aliquis, qui posset custodire eam pręfame, quia defecerant vires eorum, vel erant pauci, qui

Lamentatio Ieremiæ de quo intelligitur.

B possent, & ob hoc Chaldęi inuenientes aliquas partes muri, quæ non custodiebantur, ruperunt murū per partes illas, & sic interrupta est ciuitas, quod videntes ciues fugerunt de vrbe per quendam locum occultum. Aliter potest dici, quòd cum non essent cibi in urbe, & iam non possent defendi ciuitas deliberauerunt fugere uiri bellatores, qui relicti fuerant cum rege, & fugerunt per quendam locum occultum, & tunc nullis custodientibus vrbem potuerunt Chaldęi interrumpere murum: primus tamen modus videtur melior: quia si prius fugissent ciues quàm murus rumperetur, non rupissent Chaldæi murum, quia possent intrare liberè in vrbem, nullo prohibēte: nisi fortè dicatur, ꝙ multo prius recessit
C Sedecias cum viris suis de vrbe, quàm scirent hoc Chaldęi, & tunc putantes, quòd manebant in vrbe incęperunt rumpere murū: & tamen hoc non stat, quia tunc interim nescientibus Chaldęis possent fugere longè ab vrbe Iudęi, ita vt non possent consequi illos Chaldęi, & tamen consecuti sunt eos fugiētes, vt patet in litera: ideo videtur, ꝙ prius interrūpi cępit ciuitas, quàm fugerent Iudęi de Ierusalem. *Et omnes viri bellatores nocte fugierunt.* Fugiebant propter duo, scilicet, quia interrūpebatur ciuitas, & quia fames erat, sed pręcipua causa fuit fames: nā si habuissent copiā ciborum, nō permisissent Chaldęis interrūpere vrbē, sed resisterent sic per annū, & septē mēses restiterant illis, sed iā pręfame non poterant pu
D gnare, nec uolebāt in vrbe manere: & dicitur, ꝙ fugerunt viri bellatores, quia mulieres, quę erāt in vrbe, & paruuli non fugerunt. sed māserunt in vrbe, & captiuatę sunt à Chaldęis. Fugerunt autem per noctem, ut non viderentur ab exercitu Chaldęorum, qui erat in gyro totius ciuitatis. *Per viam portæ, quę erat inter duplicem murum ad ortum regis.* Ista via erat multum occulta, ita vt uix Chaldęi possent scire illam: ideo fugerunt per portam, quę ducebat ad hortum regis. Erat autem ista porta inter duos muros coniunctos in longum, & facientes inter se modum callis, & circa illam portam erat quidam hortus regis, versus quem fugerunt isti bellatores. *Porrò Chaldæi obsidebant in circuitu ciuitatem.* Hoc dicitur ad signifi-
E candum quomodo Chaldęi senserunt fugere Iudęos de vrbe, & persecuti sunt eos. Hoc autem fuit, quia in circuitu totius ciuitatis erant Chaldęi, ideo non poterant Iudęi fugere per aliquam partem, per quam non viderent Chaldęi illos. *Fugit itaque Sedecias per viam, quę ducit ad campestria solitudinis.* Campestria vocantur terra, quę est aliqualiter plana, & aliqualiter montuosa, & ponuntur istę tres differentię terrę in sacra scriptura, scilicet, montes, campestria, & planicies, ut colligitur Iosue vndecimo, & ibi declaratum est. Terra autem campestris in regno Iuda erat quędam regio parua, in qua erant aliquę ciuitates, & ponuntur quatuordecim ciuitates, quorum prima erat Esthaol, & Saraa, vt patet

Cāpestria quid.

Iosue 15 apud terram istam est quædam alia regio, quæ vocatur solitudo, vel desertum, & sunt ibi raræ habitationes,& tamen sex ciuitates sunt ibi, eod. capit. & est desertum istud, vel solitudo circa Iordanem, & Ierico. Sic enim patet de beato Ioanne Baptista, qui exiuit ad desertum Iudeæ, & ibi morabatur,& veniebat ad eum populus,& baptizabatur ab ipso in Iordane, vt patet Matt.3. & Mar. 1: & in regione illa est collis, in quo Christus ieiunauit quadragesimam: ideo dicitur: Matt.4 quòd ductus est à spiritu in desertum, vt tentaretur à diabolo,& vocatur vsque hodie collis ille Quadrantana, satis prope Iericho, vt patet in lib. de situ terræ sanctæ. Fugit autem Sedecias versus illam solitudinem, quia fortè intendebat latere in illa per aliquot dies, quousque recederent Chaldæi de terra, vel intendebat fugere securius: quia terra illa est montuosa nimis, & prærupta, ita vt vix aliquis homo posset per illam ambulare, sed soli cerui, & capreæ sic patet. sup. 1. lib. cap. 24. cum dicitur: ecce Dauid in deserto est Engadi,& etiam super abruptissimas petras, quæ solis ibicibus peruiæ sunt: & tamen istud desertum est, ad quod nunc ibat Sedecias, & istud est, quod vocatur desertum Iosue 15. quod patet: quia ibi ponitur ciuitas Engadi, & sup. 1. lib. c. 24. ponitur esse istud desertum Engadi. Sicut ergo Dauid in deserto illo volebat occultari à facie Saulis, qui erat de terra Israel: vellet Sedecias etiam à fortiori occultari à facie exercitus Chaldæorum, qui nesciebat terram illam. *Et persecutus est exercitus Chaldæorum regem.* Videns enim, quòd fugeret persecutus fuit eum, curans potius tenere eum, quàm intrare in vrbem: nam fugiente rege, & bellatoribus nemo manebat in ea, qui posset prohibere introitum Babylonijs. *Comprehenditque eum in planitie Iericho.* Distat enim Iericho à Ierusalem, quasi per octo, vel nouem leucas. Nam dicitur in libro de Situ terræ sanctæ, quòd distat tredecim milliaribus, sed illa milliaria sunt maiora, quàm illa, quorum communiter duo faciunt leucam. Terra autē Iericho est plana, quia est Iericho in quadam valle, magna, quæ est vallis Iordanis, & est terra fertilissima totius terræ Chanaan, vt ait Iosephus. 5. Antiq. Et volebat Sedecias introire desertum, quod est iuxta illam planitiem, & antequam introiret cæpit illum exercitus Chaldæorum in planitie Iericho. *Et omnes bellatores, qui erant cum eo, dispersi sunt, & reliquerunt eum.* Omnes fugiebant simul, & tamen appropinquante exercitu Chaldæorum, fugerūt singuli, quò illos voluntas ferebat, & dispersi sunt: quia iste est modus fugientium, quòd non simul fugiant, sicut dicitur: sup. 1. lib. cap. 11. quòd Saul persecutus fuit exercitum Ammonitarum, & dispersit eos, ita vt non manerent duo pariter. *Apprehensum ergo regem.* Scilicet, fugiētibus reliquis de exercitu Sedeciæ omnibus uiris, cæperunt Chaldæi ipsum Sedeciam: nā cum omnes fugerent præcipuè ipsum Sedeciā persequi curauerunt, & cęperunt, multos quoque alios cum eo cæperunt, & iugulauerunt: & tamen de eo fit mentio, quia rex erat. *Adduxerunt ad regem Babylonis in Reblata.* Quanquam exercitus Chaldæorum appræhendisset Sedeciam, non ausus est occidere illū, nec disponere aliquid de eo sine mandato Nabuchodonosor, qui erat tunc in Reblata. Est enim Reblata ciuitas quædam in terra Syriæ, quæ est in confinibus Syriæ, & terræ Chanaan. Vnde in terminis terræ Chanaan ponitur Numeri 34. *Qui locutus est cum eo iudicium.* Antequam Nabuchodonosor aliquid malè ageret Sedecię, & filijs eius, locutus fuit cum eo iudicium, idest, verba pertinētia ad iudiciū, & Ierem. 39. & 52. dicitur, & locutus est ad eum iudicia, sed idem est. Est autem sensus, quòd Nabuchodonosor processit iuridicè contra Sedeciam dans ei locum defensionis, scilicet, obiecit contra eum ingratitudinem magnam, scilicet, quòd ipse constituerat eum regem, cum nō pertineret ad ipsum,& promiserat non recedere ab ipso, & tamen rebellauit. Etiam obiecit sibi periurium: quia iurauerat sibi per nomen Dei sui, quòd non rebellaret contra ipsum, & tamen rebellauit. 2. Paralipo. vlt. Ad hæc autem non potuit aliquid respondere Sedecias, quia ipse commiserat omnia hęc, & non poterat ea negare: ideo, Nabuchodonosor condemnauit eum iudicialiter, vt eruerentur oculi eius, & occiderentur filij sui, & ista iudicia fuerūt proposita ad hoc, quòd magis confunderetur Sedecias, & erubesceret, & esset ista grauior pœna eius, & abundantior vindicta Nabuchodonosor. *Filios autem Sedecię occidit coram eo.* In illa fuga ibant etiam filij Sedeciæ, & capti sunt ipsi, & multi principes Sedeciæ: nam vbi dicitur hic, q̄ occisi sunt filij Sedecię, dicitur etiam Ier. vlt. quòd omnes principes Iudę occidit Nabuchodonosor in Reblata. Poterat enim habere nunc Sedecias multos filios, quia erat annorum trigintaduorum, quando capta est ciuitas: quod patet, quia cum cępisset regnare erat annorum viginti vnius, pręcedenti. cap. & postea vndecimo anno regni eius capta est ciuitas, & sic erat annus trigesimus secundus ætatis suæ. *Et oculos eius effodit.* Noluit eum occidere Nabuchodonosor, sed effodit oculos eius radicitus ad magis puniendum eum: nam si occideret eum, erat tota pœna simul, & subitanea: nunc autem non occidit eum, vt tota uita sua esset amara, scilicet, recogitans fœlicitatem suam pristinam, quomodo fuisset rex Iudęorum in magna gloria: nunc autem in tantam incidisset calamitatem, vt esset in æternum incarceratus, & insuper priuatus oculis magnis repleretur angustijs. Effodit autem Nabuchodonosor oculos eius, vt nihil ei delectationis relinqueret. Nam per sensum visus plus delectamur, quàm per omnes alios sensus, cum plura per eum cognoscamus, vt ait Arist. primo Metaphysicæ, scilicet: sensum visus plus diligimus: quia plures nobis rerum differentias ostendit. Nunc autem cum priuatus esset oculis Sedecias, nihil ei delectationis manebat, sed tota uita in amaritudine ducenda erat: & sic mā sit in Babylone in carcere vsq; ad diem mortis suę, infra in litera. Prius tamen occidit Nabuchodonosor filios Sedecię, quàm erueret oculos eius, vt magis angustiaretur: quia si eruti essent sibi oculi, quando occiderentur filij eius quanquam sciret eos occidi, non videret: & sic non posset tum angustiari, sicut cum coram eo occisi sunt. Inquirebat enim Nabuchodonosor multiplices pœnas, quas infligeret Sedeciæ, eo quòd nimis concitauerat eum ad iram resistendo ei quasi per decem, & nouem menses in obsidione. Ipsi autem Ioacim prædecessori Sedecię non intulit Nabuchodonosor aliquam pęnam, quanquam duxerit eum captiuum in Babylonem, eo quòd ille non restitit ipsi, sed mox vt Nabuchodonosor obsedit ciuitatem, exiuit ad ipsum, vt patet precedenti. cap. Sciendum autem, quòd Sedecias ductus est ad Nabuchodonosor in Reblata: quia quando capta est vrbs non erat Nabuchodonosor ibi, sed in Reblata: nam à principio ipse venit cum toto suo exercitu, & obsedit vrbem, sed cum obsidio diuturna fieret, recessit de vrbe, & reliquit principes in obsidione, quorum nomina ponuntur Ieremię trigesimo nono, ipse verò iuit in Reblata: & quando capta est ciuitas, manebat in Reblata. *Vinxitque eum cathenis, & adduxit in Babylonem.*

Iosephus.

Sedecias per seruos regis Babilonis appręhenditur, & excæcat̄ &c.

Nabuchodonos. nō cōdemnauit Sedeciam inauditum.

Quare Nabuchodo. effodit oculos Sedeciæ.

Iratus

Iratus erat nimis Nabuchodonosor ipsi Sedeciæ, ideo fecit eum cathenis ligari, & poni in carcere in Babylone, & ibi mansit vsque ad diem mortis suę vt patet Ierem. vlti. scilicet: & adduxit eum rex Babylonis in Babylonem, & posuit eum in domo carceris vsque ad diem mortis suæ. *Mense quinto*. Hic ponitur secundum huius capituli, scilicet, in quo ciuitas capta comburitur, & dicitur. *Mense quinto septima die mensis*. Hic assignatur tempus, quo Ierusalem combusta est: pro quo sciendum, ꝙ capta Ierusalē, & Sedecia rege, cum nō esset Nabuchodonosor ibi, tunc non ausi sunt principes exercitus disponere aliquid de Sedecia, vel de vrbe: ideo duxerunt Sedeciam ad Nabuchodonosor in Reblata, & ibi punitus est: & inde misit Nabuchodonosor principem militiæ suæ, vt disponeret de Ierusalem cremando eam, & quosdam occidendo, & alios captiuando, & quia Reblata distabat à Ierusalem, fuit vnus mensis inter diem, quo vrbs capta est per exercitum, & quo postea cremata est per Nabuzardan: nam mense quarto nona die mensis capta est vrbs. supra in litera, & quinto mense die septima eius cœpit crematio vrbis, vt patet hic. *Ipse est annus nonus decimus regis Babylonis*. Scilicet, annus vndecimus Sedeciæ, in quo capta est ciuitas, & cremata est anno decimo nono Nabuchodonosor. Quod patet, quia quando Nabuchodonosor duxit Ioacim vinctum in Babylonem præcedenti. cap. erat annus octauus eius: & tamen postea regnauit Sedecias annis vndecim, pręcedenti. c. & sup. in litera, & sic erat annus iste decimus nonus, in quo cessauit regnum Sedeciæ, & capta est ciuitas. *Venit Nabuzardan princeps exercitus seruus regis Babylonis*. Istum misit Nabuchodonosor de Reblata, vbi erat, quando occidit Sedeciam, & erat iste Nabuzardan princeps militiæ regis Babylonis: ideo ipse venit loco Nabuchodonosor in Ierusalem ad destruendum eam: & vocatur aliquando iste Nabuzardan princeps coquorum, vt patet in libro Baruch. Et poterat esse, quòd vtrunque conueniret isti Nabuzardan, quia forte ipse erat princeps disponendo super omnes coquos regis Babylonis: vocatur autem seruus regis Babylonis, quia erat vnus de principibus eius. *Et succendit domum Domini*. Scilicet, cremauit templum, & non solum cremauit, sed etiam diruit vsque ad solum, vt non maneret in eo lapis super lapidem, eo quòd erat domus fortis, & in forti loco, scilicet, in monte Syon. Vnde quando redierunt Iudæi de captiuitate oportuit quòd de nouo fabricaretur templum Domini, & posita sunt fundamenta eius à cęmentarijs quasi nunquam fuisset ibi aliquod ædificium: De hoc patet, 1. Esdræ ca. 3. de rebus autem, quæ erant in templo Domini, scilicet, de arca fœderis, & de vasis aureis, & argenteis, & de cortinis, & velamentis, & singulis suppellectilibus templi quem finem habuerint declaratum est præceden. lib. c. 6. & 7. *Domum regis*. Erat palatium regis in castro montis Sion iuxta templum Domini, vt declaratum est præcedenti lib. capitu. 7 & sup: 11. & erat domus fortis, & magna, & illam etiam diruerunt ad solum, sicut templum Domini: erat autem palatium istud, quod fecerat Salomon, et nomine palatij regis intelliguntur tres domus, quas fecerat Salomon, scilicet, domus sua, & domus saltus libani, & domus filię Pharaonis, de quibus patet pręcedenti. lib c. 7. *Et domos Ierusalem*. Scilicet, combussit domos principales Ierusalem, vel combussit omnes domos. *Omnemque domum combussit igni*. Idest, omnes domos vrbis combussit, vel intelligitur omnem domum, idest, principalem: sic dicitur: Iere vlt. scilicet: omnes domos Ierusalem, & omnē domum magnam igne combussit. *Et muros Ierusalem*. Scilicet, destruxit. *Omnemque domum combussit igni*. Repetitio sententię est: sed dicetur: cur dicitur hic: succendit domum regis, & domos Ierusalem, omnemq; domum igni combussit: quia videtur istud superfluum: nam dicē do, ꝙ combussit domos Ierusalem, non oportebat, ꝙ diceretur: omnemq; domum combussit, vel si diceretur: omnem domum combussit, non oportebat addi: & domos Ierusalem igne combussit. Dicendum, ꝙ non est superfluum. Pro quo sciēdum, ꝙ potest intelligi dupliciter de combustione domorum. Vno modo, ꝙ combustæ fuerint solæ domus principales vrbis, quæ erant fortes, & dirutæ fuerint. Reliquę autem domus planæ tanquam nō vtiles ad rebellandum relictæ fuerint. Aliter potest intelligi, ꝙ combustæ fuerint omnes domus Ierusalem, sed primum videtur magis consonare literę, quia Ier. vlt. dicitur, ꝙ succendit Nabuzardan domum regis, & omnes domos Ierusalem, & omnem domum magnam igne cōbussit. Quanquam potest dici, ꝙ licet Nabuzardan solum opponeret ignē domibus magnis ad destruendū eas: tamen etiam domus paruæ crematæ fuerint: quia ignis egrediens de magnis domibus exurebat quæcunque coniuncta ædificia: & tamen quocunque istorum modorum, dicendū ꝙ litera non est superflua: nam accipiendo primo modo, est sensus, ꝙ Nabuzardan cremauerit domum regis, & domos Ierusalē. i. etiam omnes alias domos magnas vltra domū regis. Et postea dicitur: omnēq; domū igne cōbussit. s. omnem domū magnam, siue regis, siue aliorū. Accipiendo secundo modo, est sensus, ꝙ cōbussit domum regis & domos Ierusalem. i. etiam omnes alias domos Ierusalem. Et dicitur: omnēq; domū igni combussit. s. omnes domos vrbis tā regis, quā aliorū, siue magnas, siue paruas. *Et muros Ierusalem in circuitu destruxit omnis exercitus Chaldæorum*. Postquam cremata est tota ciuitas, & dirutæ fuerūt domus destruxit exercitus Chaldęorum totum murum per circuitum vrbis. Erat enim ciuitas fortiter murata: & hoc factum est, vt non possent postea Hebræi rebellare contra regem Babylonis propter fortitudinem vrbis. Vnde quando redierunt Israelitæ de Babylone oportuit eos ædificare de nouo totum murum vrbis, vt patet Neemiæ. secundo, & tertio. *Qui erat cum principe militum*. Iste princeps erat Nabuzardan: vt patet sup. in litera, & exercitus totus, qui cum illo erat, destruxit muros vrbis. *Reliquam autem*. Hic ponitur tertium huius partis, in quo præda diuiditur, vel de illa disponitur, & diuiditur in tres partes: quia primò disponitur de habitudine manentis populi: secundò de his, quę erant in templo Domini, ibi. *Columnas autem*: Tertiò de illis, qui capti sunt profugi, vel qui ducti sunt de vrbe ad regem Babylonis captiui, ibi. *Tulit quoque*. Circa primum dicitur. *Reliquam autem populi partem, quę remanserat in ciuitate*. Quando introierunt Babylonij in vrbem fugiente Sedecia, fugerunt cum ipso Sedecia principes, & viri bellatores: reliqui autem populares qui non erant bellatores, sed pauperes, de quibus nulla mentio fiebat, mansuerunt in vrbe non curantes fugere, quia putauerunt ꝙ Chaldæi non nocerent eis, & de ista parte populi disponitur hic, scilicet, ꝙ ordinati sunt de eis agricolæ, & uinitores, qui manerent in terra ad colendum eam, & de istis dicitur hic, quomodo quidā manserunt in terra, vt essent agricolę, & alij trāslati sunt in Babylonem. *Et perfugas, qui transfugerant ad regem Babylonis*. Vocantur enim perfugę illi, qui fugiunt de vna acie hostili ad aliam, & ita dum obsideretur Ierusalem quidam de urbe transfugerant ad Chaldęos timentes traditionem vrbis in manus

Ierusalem comburitur per Nabuchodonosor.

Templum funditus destruit.

Nabuchodonosor, & de his dixit Sedecias ad Ieremiã, ſcilicet: ſolicitus ſum pp Iudæos, qui transfugerunt ad Chaldæos, ne fortè tradat in manus eorum, & illudant mihi: Iere.38. *Et reliquum vulgus.* Dicitur vulgus multitudo pmiſcua paruulorum, & mulierum: nã ẽt iſti tranſlati ſunt in Babylonẽ: de hoc patet Iere.38. cũ dicitur, ꝙ ſi nolueris egredi, iſtę eſt ſermo, quem oſtendit mihi Dominus: ecce oẽs mulieres, q̃ remanſerunt in domo regis Iuda educent ad principes regis Babylonis, & iterum omnes vxores tuæ, & filij tui educentur ad Chaldæos. *Tranſtulit Nabuzardan princeps militiæ.* ſ. tranſtulit in Babylonem, & non ſolum intelligitur hoc de illis, q erant in Ieruſalem, ſed etiam de omnibus habitatoribus terræ Iuda, quia de omnibus vrbibus Iuda, & Beniamin ducti ſunt captiui in Babylonem, & poſtea qñ venerunt de captiuitate redijt vnuſquiſque in ciuitatem ſuam, primo Eſdre ſecundo. *Et de pauperibus terræ reliquit vinitores, & agricolas.* Scilicet, in qualibet vrbe terræ Iuda, & Beniamin reliquit Nabuzardan aliquos vinitores, & agricolas, ſcilicet, non fuit aliqua ciuitas in toto regno Iuda, de qua non ducerentur aliqui captiui in Babylonem, & tamen etiã non fuit aliqua ciuitas, in qua non relinquerentur aliqui habitatores, ſed relinquebantur pauci, ſcilicet, illi, qui ſolum ſufficerent ad colendum agros, & vineas, vt terra non redigeretur in ſolitudinem, quia rex Babylonis pugnauerat contra gentem iſtã propter Dominium, & vtilitatem tributorũ, quã inde conſecuturus erat: ſi tamen omnes duceret in Babylonem maneret terra deſerta, & nulli dominaretur, nec poſſet inde conſequi aliquam vtilitatem: ideo voluit dimittere aliquos in terra, qui colerent illam, & de fructibus eius darent tributa Nabuchodonoſor: & ad hoc dimiſit pauperes, qui non poſſent ſibi rebellare, nec eſſent aſſueti ad bellum. Vocantur autem vinitores cultores vinearum. Agricolę autem cultores terrarum ſeminandarum. *Columnas autem.* Hic ponitur ſecundum huius partis, in quo diſponitur de his, quæ erant in domo Domini, ſcilicet, de vaſis, quoniam Chaldæi illa duxerunt in Babylonem, & dicitur. *Columnas autem æreas, quæ erant in templo Domini.* Iſtę erant duæ columnæ factæ de ęre, & poſitæ ante portam templi iuxta atrium ſacerdotum, quarũ vna vocabatur Ioachin, & alia Booz, vt patet præcedenti lib.cap.7. & iſtę erant poſitæ ad decorem, & dicuntur eſſe in templo Domini accipiendo largè tẽplum pro toto circuitu atriorum: nam non erant illæ columnæ intra partem illam ſecretam templi clauſam parietibus, & tecto, ſed extra apud atrium ſacerdotum circa introitum templi. *Et baſes.* Poteſt intelligi de baſibus iſtarũ columnarum, vel de baſibus maris ęnei, & luterum, de quibus patet præce. lib.cap.7. ſed melius intelligitur de Baſibus columnarum, quia quęlibet columna habebat Baſem amplam, ſuper quam fundebatͬ, vt patet eod.cap. *Et mare æneum.* Iſtud mare erat factum in modum hemiſpherij, & erat magnæ quantitatis, quia capiebat duo millia batos de aqua, & erat ad hoc, vt lauarentur ſacerdotes in eo, quando miniſtrare debebant, & erat poſitum iſtud mare ſuper duodecim boues æneos, quorum ſinguli quatuor erant contra vnam partem mundi: præcedenti lib.cap.7. & ibi declaratum eſt de figura, & magnitudine eius, & omnibus conditionibus ſuis. *Quod erat in domo Domini.* Ideſt, in templo, non erat in tẽplo, ſcilicet, intra partem abſconditam opertam parietibus, & tecto, quæ vocatur propriè templum, ſed erat intra atrium ſacerdotum, & omnia atria vocabantur templum. Sic enim dicitur Actuum

Quę ablata fuerũt de Ieruſalẽ in Babylonem.

F tertio, quòd Petrus & Ioannes aſcendebant in templum ad horam orationis nonam: conſtat tamen, quòd iſti non introibant in templum, nec etiam in atrium ſacerdotum, cum eſſent laici, ſed omnia loca atriorum vocabantur templũ. *Confregerunt Chaldæi.* Scilicet, iſta vaſa prædicta confregerunt: quia erant magna, & non poterant portari integra, & confracta ſunt, vt portarentur per partes. *Et tranſtulerunt æs omne in Babylonem.* Erat enim ęs prætioſum, ſcilicet, æs Corinthum: ideo portauerunt illud in Babylonem ad faciendum de illo alia vaſa. Idem intelligendum eſt de altari holocauſtorum: quia illud erat æneum, & magnæ quantitatis, ſcilicet, viginti cubitorum, vt patet 2. Paralipo.4. & non po-
G terat portari integrum, ſed in laminas diuiſum eſt. *Ollas quoque æreas.* Iſtas portauerunt Babylonij integras, quia non erant magna vaſa, & iſta erãt in domo Domini ad coquendum carnes ſacrificiorum pacificorum: quia quicunque offerebat hoſtias pacificas accipiebat ferè omnes carnes animalis oblati pro ſe, & ſacerdotibus, & coquebat eas in atrio templi, & cum coctæ eſſent veniebat ſacerdos, & auferebat partem ſuam, & offerens comedebat reliquum. Et in hoc peccabant filij Heli ſummi ſacerdotis, qui debebant accipere partes ſuas, poſtq̃ eſſent coctæ, & accipiebant eas, dum eſſent crudæ: ſic patet ſupra primo lib. cap. 2. ſed quicunque immolaſſet victimam veniebat puer ſacerdotis dum
H coquerentur carnes, & habebat fuſcinulam tridentem in manu ſua, & mittebat eam in lebetem, vel caldariam, aut in ollam, ſiue cacabum, & omne, quod leuabat fuſcinula tollebat ſacerdos ſibi: & dicitur ibi, quòd peccabant in hoc, ſcilicet, filij Heli neſcientes Dñm, nec officium ſacerdotum ad populũ, & poſtea dr̃: Erat ergo peccatũ puerorũ grãde nimis coram Dño. Et ſic etiam patet, ꝙ omnia iſta vaſa erant in templo, & puer ſacerdotis veniebat, & leuabat carnes, dum coquerentur, quod nõ eſſet, ſi carnes illæ non coquerentur in templo, & ad hoc erant aſſignata de templo vaſa, in quibus offerentes coquerent carnes illas, quia carnes illæ erant ſacrę, & non debebant coqui in vaſis vulgari-
I bus. *Et trullas.* Trullæ vocantur propriè quædam inſtrumenta ferrea, quibus complanãt lutũ in parietib⁹, vt nihil ſupermineat, & vocatur illud trulla à trudendo, quia trudit omnia foramina, & rimulas apparentes, & ſic accipitur Amos. 6. cum dixit Deus: Quid tu vides Amos? & dixit illę: trulam cęmẽtarij, & dixit Dominus: ecce ego ponam trullã in medio populi mei Iſrael, non addiciam vltra ſuper inducere eum .i. ſuperlinire, qđ fit cum trula cęmentarij. Aliqñ autem accipitur trulla pro quoddã inſtrũ plano ferreo, vel ęneo, quo operitur olla, ne aliquid immundum cadat in eam, & vocatur trulla à trudendo, quia trudit .i. claudit ollam, & ſic accipi-
K tur hic, quia cum ollis domus Dñi erant trullæ. *Et tridentes.* Vocantur tridentes quidam vncini ferrei, vel ęnei ad arripiendum carnes, & leuandũ de olla, vel ad mouendum carnes in olla, & dicuntur tridẽtes, quia interdũ habent tres vncos, quos nos vocamus dẽtes. *Et ſcyphos.* Scyphus nomen vaſis eſt ad potum, & tamen hic magis accipitur pro alio vaſe ptinente ad coquinam, vt quidam volunt. & tamen proprè accipitur pro vaſe, in quo bibitur, quod patet: quia Iere. vlti. ponuntur fialę, vbi ponuntur hic Scyphi. *Et mortariola.* Vocãur mortariola quædam vaſa ęnea, in quibus terebantur varia aromata, & pigmenta ad conficiendum thymiama, quod arderet coram Domino: nam illud fiebat per modum cuiuſdam pulueris minutiſſimi terrendo varias

Trulla qd ſit.

Tridẽtes.

Scyphi.

Mortariola.

rias species in mortario. Exod. 30. *Et omnia vasa ærea, in quibus ministrabant, tulerunt.* Scilicet, Chaldęi tulerunt omnia vasa ærea, in quibus ministrabant sacerdotes. Erant enim multa vasa ærea pertinētia ad altare holocaustorum præter ista, scilicet, forcipes, quibus mouebantur prunæ in igne ad disponendū ignem, ne cogerētur sacerdotes applicare manus ad ignem: erant etiam ignium receptacula quędam vasa concaua, in quibus ponebantur prunæ, vt ferrentur ad altare thymiamatum, de his Exod. 27. & omnia ista erant de ære, vt patet ibidem. *Necnon thuribula, & fialas.* Thuribula possunt accipi dupliciter, vno modo pro quibusdam vasis æneis, in quibus accipiebantur prunæ de altari holocaustorum ad ferendum illas ad altare thymiamatum, & postea ponebatur thymiama super illas prunas, & ista vasa ponebantur super altare thymiamatum, & manebant ibi quousque cremaretur thymiama, & ista vocabātur ignium receptacula, & thuribula: nam in quantum accipiebatur ignis de altari holocaustorum ad ferendum ad altare thymiamatum vocantur igniū receptacula: in quātum verò ponebatur postea thymiama, vt arderet ibi, vocabantur thuribula, quia illud thymiama largè vocatur thus: quia in thymiamate thus est. Exod. 30. Alio modo vocantur thuribula quædā vasa aurea, in quibus ponebatur thus: nam in mensa propositionis, quę erat intra templū propriè dictum erant duodecim panes semper positi, & super illos erat thus, & illud thus erat in quibusdam vasis aureis, quæ vocabantur thuribula propter thus: hic autē potest accipi vtroque modo, quia ista vasa, de quibus hic dicitur, erant quædam aurea, & argentea: alia autem erant ænea, vt patet in litera: si autē accipiamus, ꝙ erat de vasis æneis, dicetur, ꝙ erat thuribulū primo modo. Si autem esset de vasis aureis, dicetur ꝙ erant de turibulis secūdo modo acceptis. Vocantur fialæ quædā vasa ad suscipiendū vinum, vel oleū, & ista erant aurea, & non distinguntur à scyphis, nisi in figura, quia erant diuersæ figuræ vasorum, sicut etiam nos obseruamus: quia alterius figurę sūt vasa vinaria, & alterius vasa olearia. Vtraque autem necessaria erant in templo Domini pro libamentis: nam vinum, & oleum erant libamenta pro quolibet sacrificio pacifico, & holocausto, vt patet Num. 15. & ideo erant quædam vasa in templo Domini, in quibus semper tenebatur vinum ad fundendum super sacrificia, & alia vasa erant, in quibus tenebatur oleum, & vtraque erant aurea, & ista erāt super mensam propositionis ad seruiendum altari holocaustorom, & ponuntur ista vasa, Exo. 25. *Quę aurea aurea, quæ argentea argentea tulit princeps militię.* Id est, istorum vasorum quædam erant aurea, & quędā erant argentea, & quæ erant aurea portabantur per se cum aureis, quæ autem erant argentea, portabantur per se cū argenteis, & omnia ista tulit princeps militiæ, scilicet, Nabuzardan. Sciendum tamen, ꝙ istorum vasorum nominatorum plura erant ænea, quàm aurea, & argentea, vt declaratum fuit supra: & tamen solum dicitur hic de aureis, & argenteis, quia ista fuerunt portata integra, & cum magna custodia: quæ autem erant ænea pro maiori parte fracta fuerunt, vt patet supra in litera, & non obseruabantur sub magna cura, cùm non essent tanti valoris, sicut vasa aurea, & argentea, & tamen, ne videantur omnino omissa vasa ænea, ponuntur hic quędā. *Id est, columnas duas.* Istæ columnæ duæ erant æneæ, & magnæ, quæ erant positæ ante portam templi pro sola pulchritudine, vt declaratum est pręcedenti. li. c. 7. *Et mare vnum.* Vocatur mare vas magnū in modum hemisphærij, in quo ponebatur aqua, vt lauarentur sacerdotes, antequam ministrarent, vt dictū est supra: Et dicitur: mare vnum, quia non erant in templo plura maria ęnea ad istum vsum, sicut erant plures columnæ, vel sicut de quibuslibet vasis erant multa, & intelligitur etiā per mare æneum de duodecim bobus, qui sustentabant illud. præcedenti. lib. ca. 7. Quia illi etiam erant ænei, & magni valoris, sicut ipsum mare: ideo portarentur in Babylonem sicut, & ipsum mare, & tamen scriptura non facit mētionem de bobus, quia illi intelligūtur per mare, cū essent solum ad sustinendum mare. *Et bases, quas fecerat Salomon in domo Domini.* Istæ sunt decem bases quadratæ, quarum quælibet habebat quatuor rotas, & erant magnæ pulchritudinis, de quarum figura, & sculpturis patet præcedenti. lib ca. 7. & erant omnes istæ bases æneæ, & super illas erant decem vasa magna, quæ vocabantur luteres, quorum quodlibet poterat capere quadraginta batos, & erant ista vasa ad continendum aquam, vt in eis lauarētur partes carnium sacrificiorum, de quorum figuris patet præceden. lib. c. 7. & ibi de eorum vsu, & singulis proprietatibus dictum est: Nominauit autem hic scriptura solum bases nihil dicendo de luteribus, quia nominādo bases intelliguntur luteres, cùm bases non sint, nisi ad continendum luteres, vt patet præced. li. c. 7. & dicitur, ꝙ istæ bases erant in domo Domini. s. in templo largè dicto: nam erant in atrio sacerdotum, vt ministraretur in eis, vt declaratū est eo. c. pro quo sciendum, quod erant quatuor atria, vt declaratum est præcedenti. li. c. 6. & 7. Et in nullo illorum erant aliqua vasa, nisi in atrio sacerdotum, quia vasa erāt ad ministrationē in cultu diuino: & tamen nulli ministrabant nisi sacerdotes: ideo in nullo atrio erant vasa, nisi in atrio sacerdotum. In alijs autem tribus atrijs erant soli laici, & illi non ministrabant, ideo non habebant in atrijs suis aliqua vasa, & hoc verū est nisi de uasis coquinarijs, scilicet, de ollis, trulis, & tridentibus, quia ista erant ad coquendum carnes sacrificiorum, & tractabantur à popularibus, erantque in aliquo de tribus atrijs eorum: vasa autem aurea, & argentea non erant in aliquo atriorum, nec etiam in atrio sacerdotum, sed erant intra templum propriè dictum, quod erat clausum parietibus, & tecto, & ibi erat mensa propositionis cum vasis aureis, & argenteis pertinentibus ad ministrationem. *Non erat pondus ęris omnium vasorum.* Scilicet, non habebatur certa æstimatio in pondere in uasis æneis, quia tantę multitudinis, & magnitudinis erant, ꝙ non æstimabatur pondus illorum: Vasa autem aurea, & argentea erant in certo pondere, quia minora erant præciosiora. *Decem, & octo cubitorum altitudinis habebat columna vna.* Positum fuerat de vasis, quæ portata sunt in Babylonem, & inter cætera dictum est de duabus columnis, & hic dicitur de figura earum breuiter, scilicet, ꝙ quælibet columna erat altitudinis decem, & octo cubitorum. Pro quo sciendum, ꝙ quælibet istarum columnarū habebat tres partes. s. basem magnā, & ęneam super quā tenebat, & deinde hastile, qđ erat minoris grossiciei, & maioris longitudinis, & ista pars vocabat propriè columnea: alia pars tertia erat super columnā, quæ vocabatur capitellum, & ista erat præter columnam differēs in figura, & sculptura & latitudine. Et cū dicitur, ꝙ erat columna decē, & octo cubitorum, intelligit solū de astili, quia altitudo capitelli postea ponitur per se. De altitudine autem vasis subiicetur: figura autem, & habitudo hastilis columnæ erat, ꝙ in altitudie erat cubitorū decē, & octo, & erat rotundū, et in circuitu ambiebatur à linea duodecim cubitorū, pręc. li. c. 7. Vel secundum aliam mensurationē ambieba-

Thuribula quid.

Mare æneum.

Colūna.

biebatur à linea decem cubitorum, Iere. vlti. Et istæ columnæ cum essent ita grossæ non erant solidæ, quia non potuissent nullo modo moueri, & esset tãta multitudo æris inutilis, sed erant columnę intrinsecus vacuæ, & grossitudo labij æris erat quatuor digitorum, ita vt posset sustinere capitellum supra positum, & non frangerentur prę magnitudine ponderis, Ierem. vlti. *Et capitellum æreum super se altitudinis trium cubitorum.* Scilicet, quolibet istarum columnarum habebat super se capitellum, & vocabatur capitellum quędam pars ęnea, quę non erat de ipsa columna, sed erat superposita columnæ, & erat grossior, quã columna. Sic enim est in columnis nostris rotũdis, vel angularibus, quia quælibet columna habet basem, & capitellum, & vtrunque grossius est, quàm ipsa columna. Et dicitur, ꝙ erat trium cubitorum altitudinis, & tamen præced. lib. c. 7. & Iere. vlt. dicitur, ꝙ erat quinque cubitorum. Diuersitas autẽ est, quia quædã partes, quæ non erant sculptæ fundabantur immediatè super columnã, & erant de ipso capitello: tamẽ non cõputantur hic de capitello, & illę erant duorum cubitorum, & tamen præced. lib. c. vlt. computãtur partes capitelli tam sculptæ, quã non sculptæ, & totũ simul erat quinq; cubitorum. *Et retiaculum, & malogranata super capitellum columnæ.* Accipitur, super, pro, in, quia non erant malogranata, & retiacula super altitudinem capitellorum, sed in ipsis capitellis, & tamen dicebantur esse super, idest, in superficie eorũ. Vocatur retiaculũ sculptura quędã facta in ipso capitello in modũ rethis. s. erant quędã perforationes pulchræ sicut in retibus, vt per illas appareret fulgor solis subintrans capitellum columnę, & istud retiaculum non erat per totum capitellum, sed quædam partes erant planæ, in quibus nihil erat sculptum, & illę mediabant inter retiaculũ, & retiaculum propter pulchritudinem operis, & sic vocabatur opus interrasile: & erat retiaculũ in qualibet columna in septẽ versibus, vel lineis, ita vt quęlibet columna posset dici habere septem retiacula, vt patet præcedenti. lib. ca. 7. Erant etiam malogranata in quolibet capitello, quæ erant dependentia de ipso capitello inter retiacula, & erant duo versus malogranatorum in quolibet retiaculo, & erant ducenta malogranata. De his autem eod. c. dictum est latè: de hoc etiam Ierem. vlti. *Omnia ærea.* Idest, omne opus columnarum erat de ære, siue capitella, siue hastilia, siue bases, & omnis ornatus capitellorum, sed erat istud æs fulgens sicut aurum, quia erat æs Corinthum. *Similem & columna secunda habebat ornatum.* Totum, quod dictum est pertinebat ad vnam colũnam, & dicitur, ꝙ secunda columna habebat similẽ ornatum per omnia, quia nihil erat in vna, quod nõ esset in alia. Sciẽdum autem, ꝙ Iere. vlti. vbi ponitur ista historia, ponuntur nomina vasorum portatorũ in Babylonẽ de templo, & non ponuntur eadem nomina, quæ hic, aliqua tamen vasa illorũ coincidunt cũ istis, & alia non, quia ponuntur ibi plura: nam ponuntur lebetes creagrę, psalteria, fialę, & mortariola, hydriæ tymiamateria, vrcei, pelues, candelabra, mortaria, & cyathi: Lebetes enim sunt quædã vasa ænea ad modũ caldariarum ad coquendũ carnes, & ista coincidunt cũ ollis, quæ ponũtur hic, & ideo ponuntur ibi primò lebetes, sicut hic ponuntur primò ollę & patet: ꝙ pertineant ad eundẽ vsum, quia sup. 1. li. c. 2. dicitur: veniebat puer sacerdotis, dũ coquerentur carnes, & habebat fuscinulã tridentẽ in manu sua, & mittebat eã in lebetẽ, vel in caldariã, aut in ollã, siue cacabũ, & omne, qđ leuabat fuscinula, tollebat sacerdos sibi: & sic omnia ista vasa erant ad coquendũ carnes: Creagræ dicuntur vncini, quibus

Capitellum.

Malogranata.

Vasa varia q̃ erãt in tẽplo.

F mouentur carnes in olla, vt communiter accipitur, vel magis creagra dicitur opertorium planum ollę, & istud vocatur trula hic in litera: psalteria sunt quędam instrumenta musica facta de ęre à psallendo dicta, & istis vtebantur leuitæ, & fortè sunt ista, quæ vocantur cymbala, cum in cymbalis iubeatur laudare Dominum, Psal. vlt. Et ista vasa nõ ponuntur hic: Fialę autem, & mortariola ponuntur hic, sicut in Ieremia. Hydriæ verò erant quædam vasa de auro, vt patet præced. lib. c. 7. & sup. 12. & ista erant ad continẽdum oleum necessariũ ad vsum domus Domini. s. tam pro libamentis, quã pro lucernis candelabri, quia in templo non ardebat cera, vel sepũ, sed oleũ Exod. 13. & ibi declaratum est, & etiã Exod. 25. tymiamateria erant vasa, in quibus seruabantur tymiamata facta ad cremãdum coram Domino. Vel G possunt vocari thymiamateria ipsa vasa, in quibus cremabãt thymiama. Et ista vocantur hic turibula. Vrcei erant quædam vasa aurea, uel argentea, in quibus tenebatur vinum, vt esset libamentum pro holocaustis, & pacificis hostijs: quia in quolibet istorũ erat necessarium. Numeri. 15. Candelabra non ponuntur hic, & ista erant vasa aurea, in quibus erant vascula minora, & ponebatur ibi oleum, & ardebat. Pelues vocantur quædam vasa ampla, & plana de auro, vel de argento ad suscipiẽdum in eis similam, vt esset libamentum: nam in quolibet holocausto, & sacrificio pacifico ponebatur simila tanquam libamen. Numeri. 15 & istę pelues vocantur acceptabula ab accipiendo, quia erant vasa capacia propter H amplitudinem, & planiciem, Exod. 25. & ista non ponuntur hic. Mortaria dicuntur vasa, in quibus terebantur varia aromata ad conficiendum thymiama, & coincidunt cum mortariolis aliquo modo, sed fortè differunt in magnitudine, & figura: cyathi ponuntur etiam hic. *Tulit quoque.* Hic ponitur tertiam huius partis, in quo disponitur de illis, qui ducti sunt captiui de Ierusalem ad Nabuchodonosor in Reblata, & dicitur. *Tulit quoque princeps militię Sara iam sacerdotem primum.* Scilicet, Nabuzardan princeps militiæ tulit Saraiam ad Nabuchodonosor. Erat autem iste sacerdos primus, idest, summus tempore Sedechiæ, & occisus fuit à Nabuchodonosor, vt patet infra, & iste genuit filium nomine Iosedech, & I iste non occisus fuit, sed ductus est in captiuitatem Babylonis, vt patet, primo, Paralipom. 6. & iste Iosadech mortuus est in Babylone, & genuit filium nomine Iosue, qui redijt de Babylone, & fuit sacerdos magnus, vt patet, 1. Esdre. 3. scilicet, Surrexit Iosue filius Iosedech, & fratres eius sacerdotes, & ædificauerunt altare Dei Israel, & iste Iosue aliquando vocatur Iesus. vt patet Zacha. 3. scilicet: Et ostendit mihi Dominus Iesus sacerdotem magnum, & loquitur ibi de isto primo sacerdote summo, qui redijt de Babylone. *Et Sophoniam sacerdotem secundum.* Iste Sophonias erat sacerdos secundus in dignitate post sacerdotem magnum, & erat vnus de illis, qui erant K in vigintiquatuor sortibus, de quibus. 2. Paralipom. 24. & iste erat vir potens, ideo nominatur inter istos: & non est iste Sophonias vnus de duodecim prophetis minoribus, quia ille erat vir bonus, & non fuit occisus in captiuatione ista Nabuchodonosor, sed potius ipse prẽnunciauit istam captiuitatem dicẽs: in diebus illis scrutabor Ierusalem in lucernis, & visitabo super viros defixos in fęcibus suis, qui dicunt in cordibus suis: non faciet bene Dominus, & non faciet male, & erit fortitudo eorũ in direptionẽ, & domus eorũ in desertũ: Sophonię. 1. E tamẽ propheta postquã incipiebat ꝓpherare, dicebat prophetare sub omnibus illis regibus, sub quibus viuebat, vt ꝓbatum

Numerus multorũ, qui ducti fuerũt captiui de Ierusalem ad Nabuchodonosor.

batum est.sup.21.ideo non viueret sophonias nisi in tempore Iosiæ,& sic non potuit videre captiuitatẽ. *Tres ianitores.* Isti erant tres leuitæ præcipui inter ianitores,& de istis dicitur Iere. vlti. ꝙ erant tres custodes vestibuli,& idem est:quia vestibulum dicitur locus apud portam,& fortè isti custodiebant portam templi interioris,quod vocatur propriè templum, & apud illud erat vestibulum, de quo dicitur: Inter vestibulum,& altare plorabant sacerdotes. *Et ad ciuitate eunuchum vnum.* q. d.isti supradicti erant de sacerdotibus,& de leuitis, qui non pertinebant ad populares, qui vocantur ciues, qui autem sequunt,erant de ciuitate.i.de popularibus,& primus eorũ erat eunuchus. Isti eunuchi erant castrati, q in domibus regum, & magnorum dominorum ponebant ad custodiam fœminarũ. Qui erat pfectus sup viros bellatores. Magnę potestatis erat iste eunuchus: nã prefectus erat bellatorum,& potest intelligi dupliciter. Vno modo,ꝙ erat princeps militię,& dirigebat bellatores in bello. Alio modo,ꝙ erat præfectus bellatorum,s constitutus à rege ad soluendum eis stipendia,& istud magis tenetur. *Et quinque viros de his,qui steterant coram rege.* Isti erant nimis familiares regi,& poterant semper stare coram illo,& introire ad quencunque locum,vbi rex staret. Sic dicitur Iere.vlti.s. & septem viros de his, qui videbant faciem regis.i. de his,qui assueti erant videre regem, & poterant videre eum quandocunque vellent:sic erat consuetudo apud reges antiquos, quod haberent aliquos nimis familiares sibi, qui possent semper stare coram illis,& introirent ad quencunque locum, vbi esset rex. Sic enim dicitur Esther.1.erant autem primi, & proximi septem duces Persarum,& Medorum,qui videbãt faciem regis,& primi post eum residere soliti erant. *Quos reperit in ciuitate.* s plures erant,qui consueuerant stare coram rege, & tamen isti fugerant cum rege,& non inuenit illos Nabuzardan in ciuitate:isti autem quinque noluerunt fugere,vel fortè non potuerunt, & inuenit eos Nabuzardan in ciuitate. *Et Sopher principem exercitus.* Iste Sopher non erat princeps exercitus ad hoc, ꝙ ipse iuberet toti exercitui, & duceret illum in bellum, sed erat princeps solum ad probandum milites. *Qui probabat Tyrones de populo terrę.* Vocant Tyrones noui milites, & quãdo aliqui assumendi erant de populo ad militiã,iste Sopher probabat illos,an essent experti in exercitio armorum,& an conueniret eos ascribi militiæ. *Et sex viros è vulgo, qui inuenti sunt in ciuitate.* Vocantur viri è vulgo.i.de vulgaribus,& erant isti sex excellentiores inter cęteros vulgares. Vel erant præpositi vulgaribus,& dicitur, ꝙ inuẽti sunt in ciuitate: quia de istis viris notabilibus in vulgo multi fugerant fugiẽte Sedechia:isti autem sex manserant in vrbe. *Quos tollens Nabuzardan princeps militiæ.* Refertur ad omnes suprapositos ab illo loco, tulit princeps militiæ Saraiam sacerdotem primum. *Duxit regem Babylonis in Reblata.* Manebat.n Nabuchodonosor in Reblata, quando capta est Ierusalem,sup.in litera,& ibi occidit filios Sedechiæ,& eruit oculos eius,& de ipso loco misit Nabuzardan ad destruẽdũ Ierusalẽ, & nũc ẽt qñ destructa Ierusalem rediit Nabuzardan ad Nabuchodonosor erat in Reblata. *Percussit eos rex Babylonis, & interfecit.* s.omnes supra dictos fecit occidi coram se. *In Reblata in terra Emath.* Nullum istorum duxit in Babylonem,sed omnes occidit in Reblata,qa omnes isti reputabantur indigni viuere. Et dicitur: in terra Emath:quia Emath est ciuitas quædam metropolis cuiusdam regni Syriæ. Reblata autem est ciuitas quædam in prouincia illa, & ponuntur istæ duæ ciuitates tanquam distinctæ,& ambæ in termi-

A nis Syriæ, & in terræ Chanaan. Est tamen Reblata magis Orientalis,quàm Emath, vt patet Nume.34. *Et transductus est Iuda de terra sua.* i. translati fuerunt omnes de regno Iuda de terra sua in Babylonem: nam non manserunt in terra nisi pauci, qui sufficerẽt ad colendum agros,& vineas, & isti erant de pauperibus terræ,vt patet supra in litera.

Quomodo Sedecias ausus est rebellare contra Nabuchodonosor tam potentem, & quid mouit ipsum ad rebellandum. Quæstio II.

QVAERETVR, quomodo Sedecias ausus est rebellare contra Nabuchodonosor,cum videret eum tam potentem. Respondendum, ꝙ prima

B causa fuit spes quædam de adiutorio regis Aegypti:nam Aegyptij erant propinqui Israelitis,& erãt confœderati eis, putauit ergo Sedecias, ꝙ adiuuaret eum rex Aegypti, & in anno nono regni sui rebellauit contra Nabuchodonosor:sic enim fuit de Ioacim fratre istius Sedeciæ, qui factus est seruus regis Babylonis.s.pstitit ei tributa tribus annis, & in quarto anno rebellauit,præced.c. & istud fuit,quia audiuerat famam de pugna Aegyptiorum futura contra Babylonios, vt declaratum est præce c. ita nunc cum Sedecias habuisset Ioacim fratrem,qui constitutus fuerat in regẽ à rege Aegypti, & propter Nabuchodonosor priuatus fuerat rex Aegypti tributis,quæ præstabat regi Babylonis volebat inducere

C Sedeciam,vt rebellaret contra regem Babylonis,& promittebat ei, ꝙ adiuuaret ipsum contra illum, & hac spe confortatus Sedecias rebellauit, & tũc cum Nabuchodonosor venisset ad obsidendum Ierusalem, rex Aegypti egressus est de terra sua cùm exercitu ad soluendum obsidionem, quo cognito Nabuchodonosor dimisit obsidionẽ Ierusalẽ, & egressus est contra regem Aegypti, & fugauit eum de terra Syriæ cogens redire in terram suã. Secunda causa, quæ induxit Sedeciam,fuit falsitas prophetarũ: nam eo tempore erat Ieremias propheta Domini in Ierusalem, qui erat propheta verus:erant autem simul prophetę mali multi,qui falsa prophetabant, de quibus Ier.23.& cum rebellaret Sedecias contra

D Nabuchodonosor quęsitum est à Ieremia,an Nabuchodonosor præualeret contra Ierusalem : respondit,ꝙ veniret,& præualeret contra vrbem,& percuteret in ore gladij. Alij autem prophetę dicebãt cõtrarium.s ꝙ nõ subijceretur ciuitas regi Babylonis, vt patet Iere.27.& 28. Et cum rex Aegypti egrederetur contra Nabuchodonosor ad soluendum obsidionem, & recessisset Nabuchodonosor dissoluens obsidionem, putabant eum nunquam rediturum: ideo irridebant Ieremiam:quia ille dixerat, ꝙ traderetur ciuitas in manu regis Babylonis dicẽtes, eum esse insanum: immo cum Ieremias portaret in collo suo cathenas ligneas ad significandum captiuitatem iudæorum, ꝙ ducerentur in Babylonem: qui-

E dam de prophetis falsis nomine Ananias confregit cathenas illas,dicens:cõfringam iugũ Nabuchodonosor regis Babylonis post duos annos dierũ de collo omnium gẽtium,& dixit Ieremias ad Ananiam: cathenas ligneas contriuisti, & facies pro eis cathenas ferreas: quia hæc dicit Dominus: iugum ferreũ posui super collum cunctarum gentium,vt seruiãt Nabuchodonosor, & seruient ei, & insuper bestias terræ dedi ei. Et ait ad Ananiam: audi Anania, non misit te Domin⁹,idcirco hoc anno morieris:aduersus enim Dominũ locutus es. Et mortuus est Ananias anno illo mense septimo Iere.28.quia tamẽ isti prophetę falsi erãt multi,& Ieremias erat solus, cre-

debatur

debatur potius prophetis falsis, quā Ieremiæ, & cōfi debat populus in verbis eorū: sic dixit Ieræmias ad Ananiam prophetam falsum: Audi Anania: nō misit te Dominus, & confidere fecisti populum istū in mendacio, Iere. 28. Tertia causa erat ipsa inclinatio Israelitarum ad resistendū Nabuchodonosor, quæ causabatur ex multis: primò ex Dei permissione: q̄a Deus permittebat errare Iudæos propter peccata sua opinando falsa: nam peccata sua merebātur, vt traderentur in captiuitatem, & venirent super eos mala multa: & quia si obedirent regi Babylonis nō venirent ista mala: quia non fierent captiuitas sicut dicebat Ieremias, vt patet Iere. 38. permittebat Deus falsa opinari Iudæos, vt sic rebellarent contra Nabuchodonosor, & inciderent in pœnas debitas pro peccatis suis. Secundum quod mouebat ad credēdum erat multitudo prophetarum: quia omnes bona prænūciabant præter Ieremiam, qui dicebat desolationem futuram, nisi subijcerent se regi Babylonis. Tertium erat ipsa humana conditio: q̄a quilibet homo inclinatur potius ad credendum ea, quæ sunt in fauorem eius, quàm illa, quæ sunt contra ipsum, & quia captiuitas erat malum quoddam, & libertas erat bonum, credebant potius Iudæi prophetis dicentibus, ꝙ Nabuchodonosor non caperet vrbem, & ꝙ non superueniret eis angustia, quàm prophetis contraria asserentibus: ideo ausus est Sedecias rebellare. Quarta causa erat naturale desiderium: quia inclinantur homines ad tenēdam libertatem, cum sine illa nullum bonum sit humanum: & quia nunc Iudæi erant subditi Babylonijs ad tributa desiderabant nimis excutere de collo suo iugum regis Babylonis: ideo quantacunque facili opportunitate habita, vel credita, inclinarentur ad rebellandum.

Quare Sedecias non se tradidit Nabuchodonosor in tam longo tempore obsessionis. Questio III.

QVAERETVR vlterius, cum Sedecias longo tempore obsessus fuisset à Nabuchodonosor, & quotidie cresceret fames, & mille angustiæ in vrbe, quare non se tradebat Nabuchodonosor, vt nō periret ipse cum populo. Aliquis dicet, ꝙ non audebat se tradere Sedecias, quia cū iam offendisset Nabuchodonosor rebellando contra ipsum, & faciendo, ꝙ maneret diu in obsidione, non putabat se posse mereri veniā: ideo volebat se potius exponere fortunę, & quibuscunque malis, quàm se sponte subdere hosti. Sed dicendum, ꝙ hoc nō stat: quia Ieremias reddebat Sedeciam securum, quod nihil mali accideret. & si exiret de vrbe ad Nabuchodonosor: nam Iere. 38. dicitur. Dixit Ieremias ad Sedeciam, si profectus exieris ad principes regis Babylonis, viuet anima tua, & hęc ciuitas non succendet, & saluus eris tu, & domus tua: si autem non exieris tradetur ciuitas in manus Chaldæorum, & tu nōn effugies de manu ipsorum, Et iterum dicitur: audi quæso vocē Domini, quam ego loquor ad te, & bene erit tibi, & viuet anima tua, ꝙ si nolueris egredi, iste est sermo, quem ostendit mihi Dominus: ecce omnes mulieres, quæ remanserunt in domo regis Iuda, & educētur ad principes regis Babylonis, & omnes vxores tuæ & filij tui educentur ad Chaldæos. Dicendum aūt, ꝙ multa impedierūt Sedeciam tradere se in manus regis Nabuchodonosor. Primum erat sicut dicebatur sup. quia non credebat se posse euadere impunitum: & quanquam Ieremias hoc ei prænunciaret non credebat firmiter verbis eius: nā aliàs à principio non rebellasset contra Nabuchodonosor: q̄a Ieremias prænunciauerat mala secutura ex ista re-

F bellione, vt dictum fuit præcedenti questione Secūdum erat: quia dato q̄d traderēt se Iudæi sub fędere Nabuchodonosor, non credebat Sedecias, ꝙ obseruaret eis fœdus: quia cōsuetus erat Nabuchodonosor mentiri, & fidem datā violare. Patet hoc de Ioacim rege fratre Sedeciæ, qui seruiuit Nabuchodonosor tribus annis sub tributo, & postea rebellauit, præced cap. & deinde sub fœdere recepit Nabuchodonosor intra vrbem, & violato fędere alligauit eū Nabuchodonosor, & duxit in Babylonem 2. Paralipom. vlti. & 2. Esdre 2. & postea reduxit eum, & occidit, & inhumatum fecit iacere extra vrbem: Iere. 22. & declarat hoc Iosephus 10. Antiq. Minus tamen ille peccauerat, quàm Sedecias: sic etiam fuit de Ioa-
G cim paruulo filio illius Ioacim, quē obsedit Nabuchodonosor, & ille exiuit ad eum tradens se illi: p̄cedenti cap. & tamen rupit Nabuchodonosor fœdus: quia promiserat, ꝙ non noceret ei, sed solum, ꝙ reciperet obsides, & tamen duxit eum captiuū in Babylonem, & cum eo decem millia virorum, de quo præced. c. & magis Iosephus 10. Antiqu. Iste Ioacim minus peccauerat: q̄a non tenuit obsidione aliquāto tempore Nabuchodonosor contra eū, sed mox, vt venit Nabuchodonosor ad obsidendum vrbem exiuit ad eum, & tamen non seruauit ei fœdus: non igitur obseruaret illud Sedeciæ, qui offenderat eum nimis cum tenuisset obsidionem contra eum multo tempore. s. decem, & nouē mensibus, vt patet su-
H pra in principio literę. Tertium fuit: quia dato, ꝙ Sedecias crederet se aliquam pœnā paruā suscepturū à Nabuchodonosor tradidisset se ei, nisi quia formidauit, ꝙ illuderetur à Iudæis, qui trāsierant prius ad Nabuchodonosor, sic patet Iere. 38. Nam cum dixisset Ieremias: si p̄fectus exieris ad principes regis Babylonis, viuet anima tua, sin autem, tradetur ciuitas hæc in manus Chaldæorum, & succendent eā igni, & tu non effugies de manu eorum. Dixit Sedecias: solicitus sum propter Iudæos, qui transfugerunt ad Chaldæos, ne tradas in manus eorum, & illudāt mihi. Et tamen reges, & viri, qui sunt in magno honore potius vellent sustinere mortem cum honore, q̄ illudi: sicut patet de Saule, qui dixit ad armigerum
I suum: euagina gladium tuum, & percute me, ne forte veniant incircuncisi isti, & interficiant me illudētes mihi, sup. 1. lib. c. vlti. & 2. Paralipo. 10 ideo Sedecias potius voluit in vrbe sustinere quęcunque mala, quàm illudi à Iudęis, qui transfugerant: Ieremias tamen securitatem præstitit Sedeciæ super hoc, dicens: non tradent, & tamen non credidit Sedecias. Quarta causa erat instantia principū Sedecię, q̄a potius ipsi desiderabant rebellare Nabuchodonosor, q̄ Sedecias, & fortè Sedecias tradidisset se Nabuchodonosor, nisi p̄p illos. Quod patet: q̄a principes nullo modo volebant audire verba Ieremiæ, sed petebāt, ꝙ occideret, Sedecias aūt desiderabat audire verba eius: ideo aliq̄n nō videntibus principibus loque-
K batur Sedecias secretè ad Ieremiā petens sermonē Domini, & iubebat, ꝙ si principes quærerent ab eo quid locutus fuisset rex cum eo, nō diceret eis, ꝙ q̄siuerat sermonem Dñi, sed ꝙ Ieremias petebat se liberari de carçere, & ita faciebat Ieremias, cū principes q̄rerent ab eo, vt patet Iere. 38. & sic rex occultabat se à principibus: q̄a illi erāt magis pertinaces in resistēdo Nabuchod. Patet ēt hoc: q̄a cū Ieremias diceret: q̄cunq; māserit in ciuitate hac morietū gladio: qui aūt fugerit ad Chaldęos viuet aīa eius: principes petiuerūt à rege, dicētes: rogamus, vt occidatū homo iste, & tūc rex q̄q̄ noler, ꝙ pateretū aliquid Ieremias, tū, quia nō audebat repugnare principibus, ait: ecce in manibus vestris ipse est: nec. n. fas est regem nobis quidquam

quidquam negare, & cum principes posuissent eum in luco in carcere, vt moreretur, rex misertus eius, iussit illum extrahi, & dari sibi cibos continuè, Iere, 38. Et tamen in his omnibus non plenè credebat Sedecias verbis Ieremiæ; vnde cū Sedecias dixisset: interrogo te sermonem, ne abscondas à me aliquid, dixit Ieremias: si annunciauero tibi: nunquid non interficies me? & si consilium tibi dedero non me audies, idest, non credes mihi eod. cap.

Quo tempore, & ordine Chaldæi introierunt in vrbem Ierusalem. Quæstio IIII.

QVAERETVR vlterius de tēpore, & ordine, quo Chaldæi introierunt in vrbē. Respondendum, quòd hic ex litera non plenè apparet, an fugerit prius Sedecias de vrbe, quàm intrarent Chaldæi, vel è contrario: aliqui autem volunt, quòd prius introierunt Chaldæi: alij autem, quòd prius fugit Sedecias, dicendum tamen, quòd prius introierunt Chaldæi in vrbem, & fuit modus, quòd Sedecias mansit in vrbe, quousque Chaldæi irruperunt murum primum, & irrupturi erant secundum, ad hoc, quòd intrarent ad locum Sedeciæ, & factum est hoc per diem, & vidit nunc Sedecias Chaldæos, & timuit nimis, sed non ausus fuit fugere per diem, quia videretur, & illico caperetur; expectauit autem sequentem noctem, & tunc fugit. Hoc patet Iere. 39. scilicet: Aperta est ciuitas, & ingressi sunt oēs principes regis Babylonis, & sederunt in porta media: cunque vidisset eos Sedecias, & omnes viri bellatores fugerunt, & egressi sunt nocte de ciuitate per viā horti regis, & sic prius introierūt Chaldęi in vrbem, q̄ fugeret Sedecias: quanquam non apparet an in nocte sequenti fugerit Sedecias, vel expectauerit aliquot dies: expectauit tamen, vt dicetur sequenti quæst. & tamen Chaldæi quanquam introiuissent in vrbē nesciebant, an Sedecias fuisset, vel maneret in vrbe, & potius credebant eum manere in vrbe, & ꝙ esset absconditus: nam sic fecerant alij, qui erant in vrbe, qa ingressis Chaldæis plurimi se absconderunt metuentes mortem, & Chaldæi inquirebant illos per abscō dita loca domorum, & in cauernis cum lucernis, sicut dixerat Sophonias cap. 1. s. in tempore illo scrutabor Ierusalem in lucernis, & visitabo super viros defixos in fęcibus suis, & erit fortitudo eorum in direptionem, & domus eorum in desertum: & intelligitur de captiuitate Babylonis, vt patet ibidem: non putabant igitur Chaldęi fugisse Sedeciam, & tamen sequenti die audiuerūt, quòd fugerat, quia fortè aliqui de Chaldæis illum viderant, ideo persecuti sunt eum sequenti die, vt patet Ierem. 39. & ideo non potuit comprehendere Sedeciam vsque ad solitudinē, quæ est apud Iericho, quæ distabat à Ierusalem per septem, vel octo leucas.

Quo die ingressi sunt Chaldæi in Ierusalem. Quæstio V.

QVAERETVR vlterius, quomodo dicit hic, ꝙ die nona mensis quarti interrupta est ciuitas, & præualuit fames, & fugit exercitus, quia Iere. 39. dicitur, quod mense quarto die quinta mensis aperta est ciuitas. Respondendum, quòd dies ille, in quo præualuit fames in ciuitate, & fugit exercitus, fuit dies nonus mensis quarti, vt dicitur hic, & Ier. vlt. & tamen ante hoc ciuitas fuit rupta. Pro quo sciendū, ꝙ ciuitas habebat duos muros ante primam habitationem, & Chaldæi ruperunt murum primum die quinta mensis noni, & sederunt in porta prima vrbis: vel ante portam secundi muri, quæ vocabatur porta media, & de hoc dicitur Iere. 39. s. Vndecimo

A anno Sedeciæ mense quarto, quinta die mensis aperta est ciuitas, & ingressi sunt omnes principes regis Babylonis, & sederunt in porta media. Et tamen, qa inter murum primum, & secūdum non erat aliqua habitatio, quanquam rupissent primū murum, nō dicebatur ciuitas rupta: nono autem die mensis eiusdem ruptus est murus secundus ciuitatis, & tunc introierunt Chaldæi in vrbem, scilicet, in decima die sequenti, & in ista die nona, qua ruptus est murus p̄ualuit fames in ciuitate, nec fuit panis populo terrę, & nocte illa fugit Sedecias cum viris bellatorib⁹. Die autem decima sequenti introierunt Chaldæi in vrbem, & scito, quòd fugisset Sedecias persecuti sūt ipsum; & sic quatuor diebus post primam vrbis irruptionem mansit Sedecias in vrbe, quia non dum

B Chaldæi penetrabant ad locum, in quo erat habitatio. Et hic, & Ier. vlt. non dicitur ciuitas rupta vsque ad nonum diem, quia in illo introierunt Chaldæi, s. rumpentes murum, per quem potuerūt introire ad locum habitatum: & in quinta die q̄q̄ rupissent murum, non introierunt ad aliquem locū habitatum.

Sedecias quomodo fugit de vrbe, & quomodo captus fuit à Chaldæis. Quæstio VI.

QVAERETVR vlterius de modo, quo fugit Sedecias de vrbe, & quomodo captus ē à Chaldæis. Respondet ad hoc Ra. Sa. quòd Sedecias exiuit de vrbe per quandam viam subterraneam. Vult n. quòd erat quædam via subterranea, quæ incipiebat intra Ierusalem, & perueniebat longè ab vrbe, & p illam ingressus fuit Sedecias cum viris bellatoribus, & habebat lumen præcedens, vt possent ambulare per tenebras viæ subterranę, & sic potuisset effugere Sedecias manus Babyloniorum: dicit tamen, quòd Deus nolens, quòd euaderet, suscitauit quandam capream siluestrem inter exercitum Chaldæorum, q̄ procedebat directè per lineam extentam, super subterraneam viam, per quam egrediebatur Sedecias, & sic perduxit caprea Babylonios ad exitū illius caueæ, & tunc ipsi cœperunt Sedeciam fugientem per caueam: hoc autem dicit propter id, quòd habetur

C Hebræorū fabula.

D Ezechiæ 12. vbi dicitur agi de captione Sedeciæ, & dicitur: & dux, qui est in medio eorū in humeris portabitur, & in caligine egredietur parietē perfodient, vt educant eum, facies eius operietur, vt non videat oculo terram, & extendam rethe meum super illū, & capietur in sagena mea. Et sic vocat Ra. Sa. illā capream sagenam, quia illa fuit occasio ad capiendum Sedeciam, sicut sagena ad capiendum animalia. Sed ista positio non est verisimilis, vt dicit Nicolaus, quia non erat verisimile, ꝙ Chaldęi positi in puncto captionis vrbis uenationi uacare uellent, & currerent omnes post capream. Secundò dicit non esse verisimile, quia dicitur in litera, ꝙ viri bellatores fugerūt cum Sedecia, & tamen si fuisset talis via, per quā fugeret Sedecias pauci potuissent cum illo fugere. Ter

E tiò potest dici, & melius, quòd non stat: quia dicitur hic, & Ier. 39. & 52 quòd fugit Sedecias nocte p viam portæ, quæ est inter duplicem murum: ergo nō ibat per viam subterraneam, sed per aliquam portam latentem, quæ erat inter duos muros. Sed fortè dicetur, quòd per illum locum fugerūt bellatores, vt dicitur hic in litera: & tamen de Sedecia dicitur, quòd fugit per uiam, quæ ducit ad campestria solitudinis. Dicendum tamen, ꝙ non stat, quia idem locus fuit, per quem fugit Sedecias, & viri sui, vt patet Iere 39. scilicet: Cūque vidisset eos Sedecias rex Iuda, & omnes viri bellatores, fugerunt, & egressi sunt nocte de ciuitate per viam horti regis.

Quartò

Quartò patet, quia dicitur, ꝙ persecutus est eos exercitus Chaldæorũ: si tamen iuisset Sedecias per viam subterraneam, & Chaldæi persequẽtes capreã inuenissent Sedeciam, non diceretur, ꝙ eum persequebantur, sed ꝙ casu inueniebant, & tamen dicitur, ꝙ persecutus est eum exercitus Chaldæorũ: ergo non exiuit Sedecias per viam subterraneam. Quintò patet ex verbis Iosephi 10. Antiq. qui ait: capta ciuitate circa mediam noctem, & principibus hostium ĩgressis in templum, agnoscẽs hoc Sedecias sumptis vxoribus, & filijs, & principibus de ciuitate fugit per desertum valde tutissimum, quod cum à quibusdã traditis principibus Babyloniorum indicatum fuisset diluculò eum persecuti sunt. Non ergo fugit Sedecias per viam subterraneam, sicut fingit. Ra. Sa. Ad auctoritatem autẽ Ezechielis. 12. Dicẽdum, ꝙ non significat hoc. Quid autem illa intẽdat, declarabitur ibidẽ, sed fugit Sedecias per portam vrbis, quæ erat inter duos muros, vt dicitur hic: & tamen quia erat per noctem, Chaldæi non cognouerunt hoc quousque eis declaratum est, vt ait Iosephus.

Nabuchodonosor quare nõ occidit Sedeciam, sicut occidit multos alios, sed eum excæcauit. Quæst. VII.

QVAERETVR vlterius, quare Nabuchodonosor non occidit Sedeciam sicut occidit principes, & sicut occiderat priorem Ioacim, vel quare nõ duxit eum videntem in Babylonem, sed excæcauit eũ, & sic duxit illuc. Aliquis respondebit, ꝙ hoc factum est, vt compleretur prophetia Eaechielis: nã ipse prophetauerat, ꝙ Sedecias duceretur in Babylonem, & non videret eam, vt patet Ezechielis 12. s. Et adducã eũ in Babylonem in terram Chaldæorũ, & ipsam non videbit, ibiq; moriet̃, & tñ nõ poterat duci Sedecias in Babylonẽ ad hoc, ꝙ moreret̃ & tamen non videret eam, nisi esset cęcus: ideo excęcauit eum Nabuchodonosor. Sed dicẽdum, ꝙ hoc nihil est, quia licet necesse sit prophetias adimpleri, tamen prophetię nõ sunt causa necessaria, vt aliquid eueniat, sed potius è contrario. s. ꝙ ideo Deus facit aliquid prænunciari per prophetas: quia ipse vult, ꝙ illud necessariò eueniat, & sic res non est propter verba, sed verba propter rem. Dicẽdum ergo, ꝙ alia fuit causa. s. ꝙ Nabuchodonosor voluit maiorẽ pęnam infligere Sedeciæ, quàm alijs tam regibus præcedentibus, quàm principibus: Nam ipse magis offenderat eum, quàm reliqui. Primus enim Ioacim offendit Nabuchodonosor: quia rebellauit cõtra ipsum, & occidit eum Nabuchodonosor, nec voluit inferre maiorem pœnam, vt declaratum est præceden. cap. Iste enim non nimis offenderat Nabuchodonosor: quia non fuerat ingratus contra eum, cũ Nabuchodonosor non dedisset ei regnum. Fuit tamen Sedecias ingratus: quia accepit regnum à Nabuchodonosor præced cap. & rebellauit contra eũ. Etiam ille Ioacim nõ tenuit diu Nabuchodonosor in obsidione, sed recepit eum in vrbe sub fœdere: Sedecias tamen magno tempore restitit ei, ita vt duraret obsidio decem, & nouem mensibus, vt sup. declaratum est Etiam meruit Sedecias maiorem pęnam, quàm principes regni sui: quia quanquam illi inclinarent eum ad rebellandum cõtra Nabuchodonosor tamẽ in potestate sua erat, ꝙ ciuitas rebellaret, vel non, cum ipse esset princeps: ideo quanquã principes occisi fuerint coram Nabuchodonosor in Reblata, tamen Sedecias maiorem pœnam merebatur. Etiam non transtulit Nabuchodonosor Sedeciam videntem in Babylonem, sicut transtulit secũdum Ioacim: quia ille valde modicum peccauerat

Prophetia nõ est causa necessaria rei venturæ.

F cõtra Nabuchodonosor: nam mox vt ille venit ad obsidẽdum vrbem exiuit ei obuiam Ioacim, & tradidit se ei, pręced. cap. ideo cum nimis offensus esset Nabuchodonosor à Sedecia excogitauit contra ipsum penas graues. Et primò increpuit eum durè in verbis, quæ erat illi magna pena. De hoc Ioseph. 10. Antiq. ait. Quòd Nabuchodonosor Sedeciã impiũ, & infęlicem vocare cępit, & iusiurandi immemorem, quod præbuerat, vt ei prouinciam custodiret. Super hęc autem eum obiurgauit ingratum: quia dum ab eo percępisset imperium, quod ab eius fratre tulerat, & illi tribuerat, contra munificam largitionem egisse videbatur hostiliter, dixitq; post hæc: magnus Deus habens tuam nequitiam odio, nostro

G te subiugauit imperio. Post hæc autem voluit eum corporaliter punire, & vt nimis doleret occidit filios suos coram eo nõ quidem quasi illi aliquid mali mererentur, quia paruuli erant, & non poterant consilium, aut fauorem præstare in bello. Nam Sedecias pater eorum nõdum erat nunc triginta duorum annorum. s. quia viginti vnius annorum erat, quando cępit regnare, præced. cap. & vndecim annis incompletis regnauit, vt patet ibi, & sup. in litera, sed, quia volebat nimis affligere Sedeciã, & hoc maximè faceret occidendo filios suos corã eo. Post hæc autem: quia si ipse superuiueret, & videret, posset aliquando delectari, vel si nunc occideretur, subito exueret omnes angustias: neutrum sibi concedere voluit, sed ipsum oculis priuauit, ne vnquã aliquid videndo delectaretur, nec tamen ipsum occi-

H dit, vt tota vita sua in amaritudinibus ducenda foret: quia nihil videns semper felicitatis pristinę memor, & præsentes calamitates inspiciens, semꝑ amaris curis torqueretur. Nec videbatur Nabuchodonosor grauiorem posse infligere calamitatem Sedeciæ, quàm sic eum viuere permittendo. Ductus est autem post hæc Sedecias in Babylonem, & tamen illam nunquam vidit, vt dicetur Ezechiæ 12. Mansit autem in ea in carcere miserabilis vsque ad diem mortis suæ, vt patet Iere. vltimo.

Quo die Nabuzardan venit in Ierusalem, & succendit domum Domini. Quęst. VIII.

I QVAERETVR vlterius, quomodo dicitur hic, ꝙ septima die mẽsis quinti venit Nabuzardan in Ierusalem, & succendit domum Domini. Nam Iere vlt. dr̃, ꝙ venit die decima mensis quinti. Aliquis dicet, ꝙ referuntur ad diuersa tempora. s. ꝙ Nabuzardan venit. i. incępit venire de Reblata in Ierusalem, & tamen non peruenit vsque ad diẽ decimum mensis, & sic litera ista refertur ad principiũ veniendi: litera autem illa Iere vltimo refert̃ ad diẽ, quo peruenit Nabuzardan in Ierusalem. Sed istud non satis videtur: quia Reblata est in terra Syriæ: Ie-

K rusalem autem est in terra Iudææ ad partẽ occidentalem eius circa mare, & sic non posset in tribus diebus venire de Reblata in Ierusalem. Aliter igit̃ poterit dici, ꝙ Nabuzardam peruenit in Ierusalẽ septima die mensis quinti, & tamen non cępit cremare vrbem vsque ad diem decimum, & sic ponitur hic dies, quo venit in Ierusalem, & Iere. Vltimo ponit̃ dies, quo cępit cremari ciuitas. Aliter potest dici, ꝙ Nabuzardan venit in Ierusalem die septima mensis quinti, & illa die cępit cremare vrbem. & tamen non fuit cremata tota vrbs vsque ad tres dies: quia erant ædificia multa, & durauit ignis per dies tres. Et sic ponitur hic principium combustionis vrbis, & Iere. vltimo ponitur finis combustionis eiusdem: sed præcedens modus videt̃ esse melior: quia nõ est verisi-

est verisimile, ꝙ tanta ciuitas, & tantorum ædificiorum posset cremari in tribus diebus: nam etiã si ipsi succenderent ignem, & curarent illum extinguere, vix posset extingui in tribus diebus, quanto magis, quia Nabuzardan non succendebat vrbem ad extinguendum ignem, sed vt tota cremaretur, ideo non posset extingui nimis, nisi in multis diebus.

Quo anno regni Nabuchodonosor facta fuerunt hæc. Quęstio IX.

QVAERETVR vlterius, quomodo dicitur hic, ꝙ anno decimonono regni Nabuchodonosor factum fuit hoc: quia Iere. vltimo dicitur, ꝙ fuerit ciuitas cõbusta anno decimo octauo, Nabuchodonosor. Respõdet Ra. Sa. ꝙ vocat̃ annus decimus octauus incipiendo ab illo tẽpore, quo Nabuchodonosor subiecit sibi Ioacim in tributarium, & dedit tributa annis tribus, & quarto anno recessit à Nabuchodonosor, pręced. cap. & tunc Nabuchodonosor constituit filium eius Ioacim in regem, & ab illo tempore vsque nunc solum transierunt tres menses de regno Ioacim secundi, & vndecim anni incompleti de regno Sedecię, & sic erunt anni quindecim ad plus: non ergo stat iste modus. Sed dicendum est, ꝙ quantum ad veritatem erant anni decẽ, & nouem nunc de regno Nabuchodonosor: quia quando Nabuchodonosor duxit Ioacim secũdum in Babylonem erat annus octauus regni sui, præce. cap. & hic, qui simul faciunt annos decem, & nouẽ. Dicendum tamẽ, ꝙ insurgit ista varietas propter annos completos, & incõpletos: quia interdum in scriptura nullus annus accipitur pro anno, nisi sit integer, interdum autem anni inchoati computantur velut si essent consummati: & sic poterat esse nunc, ꝙ esset inchoatus annus decimus nonus regni Nabuchodonosor, & tamen nõ esset completus, & hic vocatur annus decimus nonus computando annũ inchoatum pro completo: & tamen Iere. vlti. computantur soli anni completi, ideo quanquam de anno decimonono regni Nabuchodonosor quædam pars transisset: qa tñ non erat annus cõpletus nõ cõputatur, & dicitur, ꝙ fuit in anno decimo octauo.

Nabuchodonosor quare non transtulit omnes habitatores Ierusalem in Babylonem. Quęstio X.

QVAERETVR vlterius, quare Nabuchodonosor reliquit in regno Iuda aliquos de habitatoribus prioribus, & non transtulit oẽs in Babylonem, vt superduceret alienigenas ad habitãdum in terra illa, sicut fecit Salmanasar rex Assyriorũ, quãdo transtulit decem tribus habitãtes in Samaria ad terram Assyriorum, & superduxit quinque gentes, vt habitarent in vrbibus Samariæ, sup. 17. Respondendum est, ꝙ Nabuchodonosor debuit ponere aliquos habitatores in terra Iudææ: qa ipse voluit subijcere sibi terram illam ad dilatandum imperium suum, & vt consequeret̃ magnam vtilitatem de tributis terræ illius: si tamen redigeretur in solitudinẽ terra illa nullo habitante in ea non dilataretur imperium Nabuchodonosor propter terram illã, nec etiam consequeretur aliquam vtilitatem: quia nullus sibi solueret tributa: ideo debuit aliquos habitatores terræ illius ponere, qui colendo illã redderent tributa Nabuchodonosor: non tamen debuit dimittere eosdem, qui in illa nunc habitabant: quia illi rebellauerant iam ter contra Nabuchodonosor. s. prima vice, qñ Nabuchodonosor subiecit sibi Ioacim per tres annos, & postea rebellauit p̃ced. c. deinde p̃-

A fecit filium eius Ioacim in regem, & cũ nondum regnasset tribus mensibus rebellauit, vt ait Iosephus. 10. Antiq. postea factus est Sedecias rex, & etiam iste rebellauit, sup. in litera: ideo si manerent in terra illa ijdem habitatores, qui prius erant, non potuisset iustè confidi eis, cum toties rebellauissent: & tamen non penitus Nabuchodonosor voluit expellere de terra omnes habitatores eius: nam ibi multos reliquit, cum dicatur, ꝙ reliquit agricolas, & vinitores. Et in hoc non fecit sicut rex Assyriorum: nam ille omnes Israelitas transtulit, & induxit in terram eorum alias gentes, sup. 17. Ratio differentiæ fuit: quia rex Assyriorum non putauit, ꝙ viri de regno Israel manerent sibi fideles si relinqueret aliquos eorum

B in terra. Et ratio erat: quia regnum Assyriorum longe erat à regno Israel, & regna intermedia non ptinebant omnia ad Assyrios: ideo si manerent aliqui Israelitę in terra possent illi cũ gentibus vicinis rebellare cõtra regem Assyriorum. Et potissimè hoc, quia rex Assyriorum non cœpit omnes ciuitates regni Israel: nam manserũt multę de tribu Ephraim, & Manasse, & de Simeon, & Nephtalin 2. Parali. 34. & declaratum est sup. 23. ideo propter illos præuaricarentur illi, qui manerent: vnde non iudicauit conueniens rex Assyriorum dimittere aliquos de Israelitis in terra sua: secus autem fuit de Nabuchodonosor: quia regnum Chaldæorum erat propinquius regno Iuda, quã regnum Assyriorum, & ẽt omnia regna per circuitum pertinebant ad Nabuchodono-

C sor à riuo Aegypti vsque ad flumen Euphratẽ omnia, quæ fuerant regis Aegypti, & tamẽ Euphrates, & riuus Aegypti sunt in circuitu terræ Iudææ: quia isti duo riui ponunt̃ tanq̃ termini totius terræ Chanaan, vt patet Gen. 15. præter hoc aũt reliquit Nabuchodonosor quosdam de Chaldęis in terra Iuda, vt custodirent terram illam, & isti erãt cum Godolia, quem præposuerat Nabuzardan terræ illi. Vnde qñ venit Ismael filius Mathanię ad occidendum Godoliam principem, occidit eum, & Iudæos, qui cum illo erant, & etiam Chaldæos, vt patet inf. in litera, & Iere. 41. Non ergo visum est necessarium Nabuchodonosor relinquere alias gentes in terra Iudææ, & transferre inde omnes habitatores priores.

D

Quare reliquit solum agricolas, & vinitores de pauperibus in Ierusalem. Quęstio XI.

QVAERETVR vlterius, quare Nabuchodonosor reliquit solum agricolas, & vinitores de pauperibus terræ. Respondendum, ꝙ Nabuchodonosor singulis vrbibus regni Iuda transtulit aliquos in Babylonem, & de singulis dimisit aliquos, qđ patet. 1. Esdre. c. 2. vbi dicitur, ꝙ redeuntes de captiuitate reuertebantur simul in ciuitates suas, & sic erãt de plurimis ciuitatibus: dimisit tamen Nabuchodonosor de quolibet loco regni Iuda aliquos in ipso loco, vt colerent ibi agros, & vineas: & dimisit de

E pauperibus terræ propter duo. Primò, quia isti pauperes erant cõsueti ad agriculturam, diuites autem non: & tamen Nabuchodonosor solum dimittebat nunc aliquos in terra ad colẽdum agros, & vineas: ideo non debebat dimittere, nisi pauperes: secundũ erat, quia Nabuchodonosor volebat habere terram in pace, vt manentes ibi non rebellarent contra eũ, & tamen si mansissent viri potentes diuites, vel bellatores, potuissent rebellare: viri autẽ pauperes non poterant: ideo debuit dimittere viros pauperes. Patet hoc: quia si dimisisset viros diuites, quanquam illi per se non possent pugnare, tamen propter multitudinem diuitiarum congregarent magnũ exercitum,

citum, & possent rebellare contra Nabuchodonosor: si autem essent potentes etiam propter multitudinem famulorum possent rebellare. Si autē essent viri bellatores propter assuetudinem ad res bellicas haberent confidentiam, & pugnarent contra Nabuchodonosor: nūc autem isti, quia pauperes erant, nō habebāt multitudinem famulorū, vt illos possent congregare contra Nabuchodonosor, nec etiā habebant pecunias multas, de quibus possent congregare exercitum, cū essent viri pauperes, nec ēt erant ipsi assueti ad bellū, vt confiderent propter experiētiam belli: quia vt communiter isti viri pauperes nō sunt assueti ad bellum, sed ad agriculturā, & ad alia officia manualia: nō decuit ergo dimitti aliquos in terra nisi pauperes, qui essent agricolæ, & vinitores. G Sciendum autem, ꝙ quanquam dicatur hic, ꝙ non dimisit nisi pauperes agricolas, & vinitores, tamen aliqui viri potentes de ipsis Iudæis manserunt in terra. Erant tamen rari. Hoc autem apparet: quia licet principalis intentio Nabuchodonosor esset, vt manerent aliqui in terra ad colendum eam, & reddendum sibi tributū de agricultura: tamen quia multitudo equalium nō potest conseruari cum nemo sit, qui iudicet, & tamen nulla politia potest consistere sine distributiuo iustitiæ 3. Politicorum. Nam, vt ibi dicitur: in ciuitate magis est necessarius iudex, q̄ panis, oportuit, vt manerent aliqui iudices in terra, per quos conseruaretur regio in pace. Et quia iudex est lex viuens, & legem esse conditam, nihil prodest H nisi sit, qui tueatur eam, ita nihil prodest iudicē esse, nisi habeat potentiam temporalem ad exequendū id, quod iustum esse iudicauerit: ideo oportuit, ꝙ dimitterētur potentes aliqui in terra. Et sic Nabuzardan recedens de Iudæa præposuit Godoliam eis, q manebant in terra Iudææ, vt patet inf. in litera: prȩter eum etiam erant alij potentes in terra, vt patet infra cum dr̄, ꝙ cum audissent omnes duces militū ipsi, & viri, qui erant cum eis, ꝙ constituisset rex Babylonis Godoliam, venerunt ad eum, & tamen quia isti potentes pauci erant in comparatione ad multitudinem potentum, qui prius erant, & agricolarum dicebantur non mansisse in terra, nisi pauperes agricolæ, & vinitores: istud dictum de potentibus manē I tibus in terra verisimile est, & tamen veritas infra declarabitur in quadam quæstione. Considerandum vlterius, ꝙ non manserunt nunc in terra nisi pauci viri: quia noluit Nabuchodonosor nunc manere aliquos principaliter, nisi ad colēdum agros, & vineas, & tamen ad hoc non requirebatur tanta multitudo sicut prius, nec medietas: quia pauci sunt, qui sufficiunt ad procurandum terrā in agricultura ꝓ multis, nisi sit terra nimis sterilis, & sic in quolibet loco relinquebantur pauci. Considerandum vlterius, ꝙ Nabuchodonosor fecit manere aliquem populum in terra ad hoc, ꝙ coleret agros, & vineas, & ipse cōsequeretur inde tributa, & tamen non fuit consecutus, quod volebat: quia totus populus fugit illico in K Aegyptum: nam cum principes exercitus cognouissent, ꝙ Godolias præpositus fuisset toti terræ Iuda venerunt ad eum, & venit Ismahel filius Mathaniȩ cum socijs suis, & occidit Godoliam, & Iudeos, & Chaldæos, qui cum eo erant, & tunc consurgens omnis populus à paruo vsq; ad magnum, & etiam principes militum venerunt in Aegyptum timentes Chaldæos, vt patet inf. in litera, & Iere. 41. & 42. & 43. Et mansit terra omnino deserta ita ꝙ nemo habitabat in ea, & sic mansit per omnes septuaginta annos, quibus manserunt Iudæi in Babylone, & à nullo homine culta est: & ideo dicebatur tunc sabbathizare: quia cessabat à laboribus, cum nemo eā

F exerceret, vt patet 2. Paral. vlt. s. si quis euaserat gladiū ductus in Babylonē seruiuit regi, & filijs eius, donec imperaret rex persarum, & compleretur sermo Domini ex ore Ieremiæ, & celebraret terra Sabbatha sua: cūctis n. diebus desolationis egit Sabbathū vsque dum complerentur septuaginta anni. Idem patet 2. Esdre 2. s. quousq; benignè ageret terra sabbatha sua omni tempore desertionis suæ sabbathizauit in applicatione septuaginta annorum.

An Nabuchodonosor peccauit succendendo templum Domini, & vasa aliqua sanctuarij frangendo. Q. XII.

QVAERETVR vlterius, an Nabuchodonosor, & Nabuzardan peccauerunt, succendēdo domum Domini, & vrbem, & frangendo quædam vasa sanctuarij & ducendo alia in Babylonem. Ad primum dicendū, ꝙ de Nabuchodonosor, & Nabuzardan idem est iudicium. s. ꝙ si Nabuchodonosor peccabat iubēdo ista fieri, peccaret etiam Nabuzardan exequendo illa, nec excusabat eum mādatum Nabuchodonosor: quia in his, quæ manifestè mala sunt, nulli hominum obedire tenemur: si autem Nabuchodonosor bene agebat, etiam Nabuzardan bene ageret, obediendo sibi in eo, quod licitum erat. Dicendum autem de crematione templi, & Ierusalem, ꝙ poterat Nabuchodonosor ista iuste agere: quia Iudæi merebantur ista pati ꝓpter peccata sua. Etiam Deus dabat Nabuchodonosor potestatē ad faciendum hæc. Etiam ipse poterat habere rectam intentionem faciendo ista: quia faceret, vt executor Dei. Dicendum tamē videtur, ꝙ Nabuchodonosor peccabat in omnibus istis: quia agebat ista tāquam persona priuata. s. tanquam hostis, & dato ꝙ in quibusdam posset habere iustā causam: quia Hebræi offenderent ipsum, tñ excedebat modū puniēdo eos, & in hoc etiam peccaret: & sic satis potest dici, ꝙ in oībus, quæ fecit Nabuchodonosor contra Iudæos, peccauit: Deus tamen adiuuabat ipsum non in quātū intentio sua mala erat, sed in quantū Hebræi merebātur penā, quā Nabuchodonosor sibi infligebat. De crematione tēpli.

An peccauerit portando vasa templi in Babylonem, & ea frangendo. Quæstio XIII.

QVAERETVR de secundo. s. an peccauerit Nabuchodonosor, & Nabuzardan tollēdo vasa de templo Domini in Babylonem, & frangendo quædam illorum. Aliquis dicet, ꝙ valde peccabāt; 1. Ratio. nam leuitȩ qui erant ministri sacri, si vellent videre vasa sacrȩ ministrationis nuda peccabant, & moriebantur Numeri 4. Ideo sacerdotes debebant eis dare oīa vasa velata ad portandū, ne morerentur si illa viderent. Sic etiam quinquaginta millia de Bethsamitis perierūt: qa viderunt arcā Dñi sup. 1. li. c. 6 & tamen isti videbant oīa vasa nuda, & tāgebāt ea manibus suis ergo peccabant. Secundò patet, qa maior 2. Ratio. irreuerētia est frangere aliqđ vas sacrū, q̄ bibere, vel comedere in eo: & tñ ex eo ꝙ Balthasar bibit in vasis, q̄ Nabuchodonosor attulerat in Babylonē apparuit manus scribēs ꝯ eū in pariete, q̄ significauit finē regni eius Dani 5. Ergo à fortiori peccaret Nabuzardan, qui cōfregit multa de vasis sacris. s. mare ȩneū, & colūnas, & altare holocaustorū, & luteres, & bases eorū, vt patet sup. in litera, & Iere vlt. Tertiò patet qa Num. 1. & 3 dr̄, ꝙ nullus accederet ad sanctuariū, vel ad tangendum vasa sacra, & portādum illa, 3. Ratio. nisi esset de sacerdotibus, & leuitis, alioquin fieret indignatio super populum, & ille deberet occidi: & tñ Nabuzardā, & alij Babylonij nō erāt sacerdotes, nec leuitȩ: ergo peccabant tangendo vasa Domini.

Quartò

4. Ratio. Quartò patet: quia magis peccauit Nabuzardan, quàm Core, & socij sui, & quàm rex Ozias: quia Core, & socij sui noluerūt aliud, nisi ministrare coram Domino, Nume. 16. Ozias etiam voluit offerre thymiama coram Domino 2. Paralip. 16. Nabuzardan autem, & Chaldæi destruxerunt ea, in quibus ministrabatur Deo: ergo grauius peccabant: & tñ Core, & socij sui peccauerunt, & cōbusti sunt à Domino. Nume. 16. & Ozias peccauit, & percussus est lepra in fronte sup. 15. & 2. Paralipo. 26. ergo isti. s. Nabuzardan, & socij sui fortius peccauerunt.

Respondendum sicut dictum est præced. quæstione, ꝙ ferè in omnibus, quæ faciebant Chaldæi contra Hebræos peccabant, eo ꝙ non faciebāt ea recta intentione, nec vt habētes potestatem à Domino, sed tāquam personę priuatæ prosequentes causam suam, & in ista prosecutione excedebant modum, & ideo si in alijs rebus paruis, quas faciebant Chaldæi contra Hebræos, peccabant, à fortiori peccarēt in ista, quæ erat grauissima s. ꝙ cremarēt domū Domini, & totam vrbem, & omnia vasa tēpli partim frangerent, & partim integra portarent in Babylonem. Si tamen velimus excusare Chaldæos, poterimus dicere, ꝙ non peccabāt: qa sciebāt se agere ista ex potestate Dei, & intelligebant, ꝙ ipsi viribus suis non fecerāt hæc, sed Deus volebat punire Hebręos propter peccata, & ipse induxerat ista mala super vrbem. Istud autem poterant ipsi scire: quia tempore, quo ista fiebant, erat Ieremias in vrbe, & dicebat, ꝙ Deus traderet vrbem in manu Chaldæorū, & quicunq; exiret ad eos saluaretur, qui autem maneret ī vrbe, moreretur gladio, & peste: Ierem. 38. Hoc autē sciuerunt postea Chaldæi dictum esse per Ieremiā: quia multi de Israelitis tempore obsidionis fugerāt de vrbe ad Chaldæos, sicut dixit Sedecias Iere. 38. solicitus sum propter Iudæos, qui transfugerunt ad regē Babylonis, ne forte tradar in manus eorū, & isti erant inter Chaldæos, & nunciabant eis de Ieremia quid prænunciaret mali contra vrbem, ideo nondū viderat Nabuchodonosor Ieremiā, & diligebat eū, & iussit, vt educeretur de carcere, in quo posuerant eum Hebræi: quia prophetabat, & eduxerunt eum Chaldæi, Iere. 39. patet etiam hoc: quia quando ducebantur Hebræi captiui coram Nabuzardan, & coram Nabuchodonosor, iussit Nabuzardan, vt Ieremias, qui ducebatur inter illos, solueretur de vinculis, & iret quocunq; vellet: Iere. 40. Item patet magis ex verbis Nabuzardan ad Ieremiam, dixit enim ad eum: Dominus Deus tuus locutus est malū hoc super locum istum, & adduxit, & fecit sicut locutus est: quia peccastis Domino, & nō audists vocē eius, et factus est vobis sermo hic: nunc ergo, ecce solui te hodie de cathenis, quæ sunt in manibus tuis Ierem. 40. Ecce igitur qualiter Nabuzardan confitebatur, ꝙ omnia ista mala venerant super Ierusalem: quia Deus voluit, & ipse induxit illa propter peccata Hebræorum, & non attribuebat in hoc aliquid potentiæ suæ, & sic poterat Nabuchodonosor non peccare faciendo ista, & etiam Nabuzardan princeps militiæ eius. Indifferens igitur est istud, & possumus dicere, ꝙ peccauerint, vel ꝙ non.

Ad primā rationem. Ad rationem primā in contrarium dicendum, ꝙ nō licebat hebræis laicis videre vasa sacra, vel tangere illa: quia aliàs morerentur. Etiam non licebat hoc leuitis: quia prohibitum erat, & sic contra agendo, peccabant, & occidebantur à Domino: Chaldæi tamen non peccarēt videndo illa vasa, vel tangēdo illa, nisi aliquid aliud obstaret: nam propter hoc solum erat illicitum tangere illa vasa, & videre: quia lex vetuit: Numeri 3. & 4. & tamen lex Hebræorum non obligabat alias gē-

A tes: quia solum dederat Deus Iudæis istam legem: ideo quanquam Chaldæi agerent contra legē istā, non peccarent, & sic nec punirentur. Quod satis apparet: quia Hebræi moriebantur si viderēt vasa ista, vel tangerent, vt patet in ratione allegata, & tamen Babylonij nihil mali passi sunt, quanquā tetigissent, & vidissent. Ad secundum dicendum, ꝙ peius videbatur frangere vasa sacra, q̄ bibere in eis, & tamen puniuit Deus bibentes, & non frangētes. Ad quod potest multipliciter dici, vno modo ꝙ quāquā absolutè peius esset frangere illa, q̄ bibere in eis, tamē peccauerunt, qui biberūt, & non qui fregerūt: quia quando fracta sunt infligebat Deus omnia ista in pęnam Hebræis, quia ipse volebat, vt omnia vasa, quę Ad secundam.

B erant in templo ducerentur in Babylonē. Sic enim prædixerat Hieremias: Hæc dicit Dominus ad colūnas, & ad mare, & ad bases, & ad reliqua vasorum, q̄ remanserunt in ciuitate hac in Babylonem transferentur, & ibi erunt vsq; ad diem visitationis suæ, & auferri faciam ea, & restitui in loco isto. Hierem. 28. & sic Chaldæi frangentes vasa, & portantes in Babylonem erant executores pœnæ prænunciatæ à Deo contra Hebræos: ideo poterant ipsi non peccare, dū tamen putarēt se agere ista ex potestate Dei, & propter peccata populi, sicut confessus fuit Nabuzardā Hiere. 40. & supra dictum est, illi autem, qui biberūt in babylone in vasis sacris, non erant tanq̄ ministri Dei inferendo aliquam pœnam Iudæis, sed contē-

C nebant vasa Domini: quod patet: quia inflictio non durauit nisi vsquequo destructa fuit Hierusalem, & translati fuerunt Hebræi in Babylonem. Postea autem Deus noluit infligere eis plures pœnas pro peccatis preteritis, immo si aliqua gēs vellet nocere Hebræis post hæc Deus liberaret eos de manu illius, & pugnaret pro Hebræis, quia iam placatus erat infligendo mala priora, quæ inflixerat. Sic patet Hiere. 43. quando Iudæi, qui manserant in terra post captiuitatem, voluerunt fugere in Aegyptum timentes Chaldæos ꝓpter mortē Godoliæ, & dixit eis Deus: si quiescentes manseritis in terra hac, ædificabo vos, & non destruā; plantabo vos, & nō euellam iā. n. placatus sum super malū, quod feci vobis, nolite time-

D re à facie regis Babylonis, quem vos pauidi formidatis: quia vobiscū sum ego, vt saluos faciā vos, & eruā de manu eius, & dabo vobis misericordiā, & miserebor vestri. Et sic Nabuchodonosor, & Nabuzardan non peccarent faciēdo quæcunq; mala ꝯ Hebręos, & ꝯ templum Dñi anteq̄ ducerent Hebræi in Babylonem, dū tñ facerent bona intentione, vt dictū est, quia tunc erat tps punitionis Hebræorū, & tñ postquam ducti sunt in Babylonē, cessauit tempus punitionis, ideo quicunque postea affligeret eos non poterat agere, vt minister Dei: & sic peccaret, & ita fuit de Balthasar bibente in vasis sacris. Dani 5 Secundò potest dici, ꝙ Nabuchodonosor, & Nabuzardā poterant non peccare in hoc: quia agebant bona intē-

E tione, & credebant se Dei ministros, sicut confessus est Nabuzardan Iere. 40. Balthasar autem bibens in vasis sacris egit ad contemptum: qa vasa illa multo tpe custodita fuerant in honore in tēplo Dei Nabuchodonor, & ipse non biberat in eis: nunc aūt Balthasar ex superbia, & qa erat temulentus, voluit, vt in istis vasis biberent vxores suæ, & concubinæ, & oēs, qui erant in conuiuio: ideo reputatū est sibi ad peccatū. Tertiò posset dici, ꝙ dato ꝙ peius esset frāgere vasa sacra, quàm bibere in eis, tamen Deus nō puniuit Nabuchodonosor, & Nabuzardan frangentes illa, nec etiam puniuit Balthasar pro eo ꝙ bibit in vasis: sed alia erant peccata, propter, quæ transferendum erat regnum suum ad Medos, & Persas, & ipse

ipse occidendus erat,& tamẽ contigit,ꝙ illa nocte, qua bibit in vasis sacris fieret istud: quia in hoc consummabantur peccata sua. Ad tertium dicendũ, ꝙ verum est,ꝙ si aliqui de popularibus Hebræis accederent ad excubandum in circuitu tabernaculi,vel ad portandum vasa,aut aliquid de sanctuario occiderentur,& oriretur magna indignatio Dei sup̃ populum:& tamen hoc non fieret si extranei accederent:qa ista lex non obligabat nisi Iudæos,ideo aliæ gentes contra facietes non peccabant,nec puniebãtur dum tamen aliàs bene agerent.s. pro iusta causa,& recto animo. Ad quartum dicendum eodem modo,ꝙ peius erat destruere vasa sacra, quàm vsurpare ministrationem sacram , & etiam si Nabuzardã,& Nabuchodonosor fuissent Hebræi magis peccauissent,& grauius punirentur,quàm Ozias, & Core,& socij sui:& tamẽ Ozias,& Core,& socij sui erãt Hebræi,& peccabant in hoc:Nabuchodonosor autem,& Nabuzardan non erant Hebræi, ideo nõ arctabat eos lex, & sic non peccarent faciendo hæc. Sed tunc dicetur,quid si Nabuzardan,vel Nabuchodonosor vellẽt ministrare Deo,sicut volebat Ozias, & Core,& filij sui,an peccarent, & punirentur. Respondendum,ꝙ aut agerent ex contemptu ministerij Dei,aut non,si nõ,dicendũ,ꝙ non peccabant: qa nõ transgrediebantur legẽ cum non essent obligati ad illam,& sic non punirentur. Si autem agerent ex contemptu,dicendum,ꝙ peccarent non quidẽ tanquam transgressores legis hebraicę , quæ erat cæremonialis:quia ad illam non erant obligati, sed tanquam contemnentes Deum , & contemptus iste oĩ tempore est peccatũ , & fortè punirentur : sic enim fuit de Balthasar,qui ex contemptu, & superbia bibit in vasis Domini,& apparuit contra eum manus scribens, Danielis 5.

Quare nominantur aliqui viri ducti in Babylonem, & non omnes. Questio XIIII.

QVAERETVR vlterius,quare nominat hic litera specialiter istos viros ductos ad Nabuchodonosor.s. Saraiam sacerdotem primum, & Sophoniam sacerdotem secundum,& reliquos, vt patet in litera. Aliquis dicet, ꝙ isti soli portati fuerũt in Babylonem,ideo nominantur. Sed dicendum, ꝙ hoc falsum est:quia totus Iuda trãslatus est in Babylonem præter pauperes, de quibus relicti sunt agricolæ,& vinitores,vt patet in litera,& Iere 39.etiam quia falsum est:quia isti viri,qui nominãtur hic, nõ ducti fuerunt in Babylonem,sed in Reblata , vt patet in litera. Dicendum igitur,ꝙ hoc fuit quia Nabuzardan transtulit in Babylonem ferè omnes Iudæos præter pauperes quosdam, & istorum quidam occisi sunt antequam ducerentur in Babylonẽ,alij autem ducti sunt illuc. Ponit autem litera hic illos , qui occisi sunt,& sic fuit de omnibus istis: nam dicit in litera ,ꝙ tulit eos princeps militiæ ad Nabuchodonosor in Reblata. & percussit eos rex Babylonis, & interfecit in Reblata. Causa autem huius fuit qa Nabuchodonosor voluit punire illos, qui fuerant causa huius rebellionis contra se factæ: alios autem voluit transferre de terra, vt non haberent occasionem postea rebellandi. Fuerunt autem causa rebellionis omnes principes,qui erant cum Sedecia,ideo quando Chaldæi apprehenderũt Sedeciam, & principes, & duxerunt eos ad Nabuchodonosor in Reblata occidit ibi Nabuchodonosor omnes: Iere. vlti.s. Et iugulauit rex Babylonis filios Sedeciæ in oculis eius,sed & omnes principes Iudæ occidit in Reblata. Et istud fuit quãtum ad principes illos,qui fu-

F gerunt cum Sedecia:alij autem manserunt in vrbe, quos tenuit Nabuzardan.& etiam isti occisi fuerunt à Nabuchodonosor, & isti sunt,de quibus dicit hic, ꝙ ducti fuerunt in Reblata, & occisi,quorũ primus erat Saraias sacerdos magnus , & iste erat potens in populo,cũ summi sacerdotes essent potentissimi,et honoratissimi in toto populo immediatè post regẽ, & sic fuerat iste particeps rebellionis adiuuando regem,ideo occisus est: Etiam occisus fuit Sophonias sacerdos secundus:quia etiam erat vir potens. Etiã tres ianitores domus Domini erant viri potẽtes , & fauerant bello. Etiam eunuchus ille, qui erat super exercitum,& quinque viri,qui videbant faciem regis,& Sopher,qui probabat Tyrones de populo ter-

G ræ,& viri famosi in vulgo:nam omnes isti erant potentes in populo,qui potuerant impedire rebellionem contra Nabuchodonosor, & nõ fecerunt , sed potius concitabant populum ad rebellandum,ideo Nabuchodonosor occidit illos tanquam indignos vita. Reliqui autem de populo non peccauerant in hoc: quia non erat in parte eorum,quòd esset rebellio contra Nabuchodonosor, vel ꝙ cessaret ideo nõ occidit,nec puniuit eos Nabuchodonosor,sed transtulit de terra illa,ne haberent vltra occasionem ad rebellandum.

Quot viros de his,qui steterant coram rege, tulit Nabuzardan. Questio XV.

H QVAERETVR vlterius, quõ dr̃ hic, ꝙ tulit Nabuzardan quinq; viros de his,qui steterãt corã rege: qa Iere.vlti. dr̃ septẽ viros: quõ etiam dicit, ꝙ tulit sex viros de vulgo:qa Iere. vlti. dr̃ ꝙ tulit sexaginta. Respondendũ ad primũ, ꝙ isti viri,qui stabant coram rege in magna familiaritate, & quibus licebat semper videre faciem regis erant multi , & tñ istorũ plurimi recesserant de vrbe cũ Sedecia:mãserant aũt in vrbe septem, & istos accepit Nabuzardan,vt dr̃ Iere.vlti.& tñ nominant̃ hic quinq; solũ: qa fortè quinq; de istis erant principaliores apud regem , & de ipsis curauit scriptura facere mentionẽ. Aliter põt dici,ꝙ septẽ erant isti viri, & tñ duo illo-

I rum fuerunt fortè minus culpabiles, & illos noluit occidere Nabuchodonosor,sed alios quinq;. Et sic nunciauit hic scriptura solum illos quinq;,qui occisi fuerunt,& Iere.vlti. nominauit septem : quia septem ducti sunt ad Nabuchodonosor in reblata. Ad secundum dicendum, ꝙ isti viri, qui vocãtur hic de vulgo,erãt principaliores inter omnes vulgares terræ,& sic erat in potestate eorũ aliquo modo rebellare Nabuchodonosor,vel non:& quia fauerunt regi rebellanti , & cõncitauerunt vulgares ad rebellãdũ occisi sunt à Nabuchodonosor. Fuerunt aũt isti sexaginta, & omnes ducti sunt ad Nabuchodonosor in Reblata,vt dicitur Iere.vlt.& tñ nominantur hic solũ sex:quia fortè isti sexaginta,licet essent potẽtio-

K res in toto vulgo terræ, tñ erãt subordinati inter se per decanos s ꝙ vnus principalis preesset alijs decẽ, & iste erat modus ordinandi populũ hebraicũ:nam ad consiliũ Iethro diuisit Moyses populũ per decanos quinqnagenarios, cẽturiones, & tribunos. Exo. 18. Et manebat adhuc iste ordo,quantũ ad aliquid.s. in exercitu:nã viri non pertinentes ad bellũ nõ poterant sic ordinari. Sic enim patet sup.2.lib.c 18. vbi ponitur exercitus diuisus per centenarios, & tribunos. Et ita isti sexaginta viri diuisi per decanos haberent sex decanos , & ob hoc litera solũ nominauit hic sex decanos istorũ sexaginta virorũ:qa isti erant principes,& Iere.vlti.voluit nominare oẽs sexaginta,s.tam ipsos decanos,quàm constitutos sub eis.

Aliter

Aliter poteſt dici, ꝙ de iſtis ſexaginta erant ſex præcipui apud regem, in quorum poteſtate erat concitare bellum, vel ſedare: & quia fuit rebellio, occidit iſtos ſex: reliquos autem quinquaginta quatuor ſubiectos iſtis non occidit, ſed tranſtulit in Babylonē, & ſic ponuntur hic illi, qui occiſi ſunt ſolum, & Hieremiæ vltimo ponuntur omnes, qui ducti fuerunt ad Nabuchodonoſor in Reblata.

Status Iudæorum poſtquam ducti ſunt in Babylonem quis fuit, & an eſſent ſicut ſerui, vel ſicut liberi in terra illa.
Quæſtio XVI.

QVAERETVR vlterius, quis fuit ſtatus Iudęorum poſtquam ducti ſunt in Babylonem. Reſpondendum eſt, ꝙ quāquam Nabuchodonoſor poterat eos ſubijcere in ſeruitutem, eo quòd cæperat eos in bello, & cogere, vt laborarent in operibus ſuis, ſicut fit in ſeruis empticijs, tamen non coegit ad hoc: ſed manebant liberi in Babylone, ſcilicet, quòd procurabant ſibi ipſis neceſſaria, & non obligabantur ſeruire alicui, ſed erant ſicut ipſi Babylonij. Hoc autem ſolum habebant ſeruitutis, quòd ſi vellent redire in terram ſuam non permitterentur: quia timebat Nabuchodonoſor, quòd ſi redirēt rebellarent denuo. Sic etiam fuit de decem tribubus tranſlatis in Aſſyrios, quia non fuerunt ſubiectæ ſeruituti Aſſyriorum, ſed data eſt eis terra ad colendum, & colebant eam pro ſe. Sciendum tamen, quòd illi Hebræi, qui tranſlati fuerant prima vice in Babylonem ſub Ioacim, ſcilicet, decem millia, de quibus patet præcedenti cap. quando ducti ſunt, putauerunt quòd in breui reducendi eſſent de Babylone in terram ſuam: ideo non curabant facere opus accolarum terræ, ſed ſicut hoſpites paucorum dierum viuebant, vt poterant non curantes ædificare domos, nec plantare vineas, & ad hoc incitabāt eos aliqui prophetæ falſi, qui erant cum eis in Babylone, quorum duo præcipui erant Achab filius Colię, & Sedecias filius Maaſiæ. Dicebāt enim quòd in breui reducendi eſſent in terram ſuam, & etiam vaſa, quæ fuerant in Babylonem ducta reducerentur cito. Ieremias autem cognito hoc ſcripſit omnibus Iudæis, qui tunc erant in Babylone, dicens: Hæc dicit Dominus: omni tranſmigrationi, quā tranſtulit de Ieruſalem in Babylonem ædificate domos, & habitate, & plātate hortos, & comedite fructum eorū, accipite vxores, & generate filios, & date filijs veſtris vxores, & filias veſtras date viris, vt pariant filios, & filias, & multiplicamini ibi, & nolite eſſe pauci numero, & quęrite pacem ciuitatis, ad quam tranſmigrare vos feci, & orate pro ea ad Dominum, quia in pace illius erit pax veſtra. Non vos ſeducant prophetæ, qui in medio veſtrū, & diuini, quia falſo prophetāt vobis in nomine meo: non miſi eos, cū cęperint impleri in Babylone ſeptuaginta anni, reducam vos ad locū iſtum: Et poſtea dicitur cōtra prophetas, qui falsè prophetabāt captiuis, ꝙ cito redituri eſſēt, hęc dicit Dominus ad Achab filium Oliæ, & Sedeciā filiū Maaſię, qui prophetant vobis mēdaciter, ego tradā eos in manu Nabuchodonoſor, & percutiet eos in oculis veſtris, & aſſumetur ex eis maledictio, & dicetur: ponat te Dominus ſicut Sedeciā, & Achab, quos frixit Nabuchodonoſor in igne, eo ꝙ fecerūt ſtultitiam in Iſrael, & mechati ſunt in vxores fratrum ſuorum: De hoc Ierem. 29. Fuit ergo ſtatus Hebræorum in Babylone tanquam accolarum terræ, ſcilicet, plantauerūt vineas & domos fabricauerūt, & multiplicati ſunt ibi nimis propter verba Ieremiæ, & ſic quando fuit annus ſeptuageſimus, in quo

A fuit reditus de Babylone, erat multitudo magna Hebræorum, & tamen non omnes redierunt in Ieruſalem: quia quanquam Cyrus dediſſet licētiam omnibus volentibus redire, multi eorū habentes magnas diuitias, & vitę iocunditatē in Babylone redire noluerunt: alij etiā diſperſi ſunt per multas alias terras, & ſic antequā eſſet deſtructio Ieruſalem per Romanos erāt Hebręi diſperſi ferè per omnes terras, vt patet Act. 2. vbi dicitur, ꝙ erant in Ieruſalē in die Pētecoſtes Hebręi viri religioſi de omni natione, q̄ ſub cęlo eſt, & nominantur ibi multæ regiones: & tamē iſta diſperſio non facta eſt poſt deſtructionem Ieruſalem per Romanos, quia adhuc non erat deſtructa, ſed poſtea quaſi per quadraginta duos annos deſtru
B cta eſt: non potuit ergo eſſe iſta diſperſio niſi ex tempore captiuitatis Babylonicæ, & Aſſyriorum, de quibus magis declarabitur Act. ſecundo.

Populo autem. Hic ponitur ſecundum principale de ſeruitute populi ſub Godolia, & diuiditur in duo: quia primò ponitur de Godoliæ occiſione, & populi in Aegyptū tranſmigratione. Secundò de Ioacim exaltatione: nam in Babylone cū captiuus eſſet exaltatus eſt, ibi. *Factum eſt.* Circa primum dicitur. *Populo autem, qui relictus erat in terra Iuda.* Fuerat relictus in terra populus pauperum ad colēdum agros, & vineas. *Quem dimiſerat Nabuchodonoſor rex Babylonis.* Ideſt, quē dimiſit Nabuzardan princeps militiæ præcepto Nabuchodonoſor: nam Nabuchodonoſor non dimi-
C ſit nunc iſtos, qui manſerunt in terra, ſed Nabuzardan dimiſit illos, quia Nabuchodonoſor non erat in Iudæa, quando capta eſt Ieruſalem, ſed in Reblata in terra Syriæ, & de ipſo loco miſit poſtea Nabuzardan ad cremandum Ieruſalem, & transferendū populum in Babylonem, & ipſe tranſtulit illum, vt patet hic. Si autem intelligamus de illo populo, quē reliquerat Nabuchodonoſor in terra, refertur ad tēpus Ioachin quādo trāſtulit ipſe Nabuchodonoſor decē millia virorū de Ieruſalē, pręc. c. & reliquit omnes alios in Iudea: & tamen intelligendo de illis falſum eſt, quia nō prępoſuit Nabuzardā Godoliā omnibus illis, quos tūc reliquerat Nabuchodonoſor in terra, qa plurimi illorū trāſlati fuerūt in Babylonē.
D *Præfecit Godoliam filium Aichan filij Saphan.* i. Nabuzardā fecit iſtū Godoliā principē totius populi manentis in terra Iudęę, & erat iſte Godolias de nobili genere, & vir iuſtus, & benignus, & ob hoc prępoſitus fuit toti regioni: Etiā benefecit ei Deus ꝓpter patrē ſuū Ahichan: nā iſte Ahichan fuit vnus de ſenioribus, & principibus populi, qui liberauerunt Ieremiā à morte: nam prophetauerat Ieremias, ꝙ templū Domini Ieruſalem eſſet ſicut domus Silo, & ciuitas deſolaretur, & tunc populus voluit occidere Ieremiam. Seniores autē conati ſunt eruere illū de manu populi placando populum verbis blandis, & precipuus, qui liberauit eū, fuit Ahichā: De his Ier. 26 & dicitur: in fine igitur manus Ahichan filij Saphan fuit cū Iere-
E mia, vt nō traderetur in manus populi, & interficerent eū: Saphan autē auus Godolię fuit vir honorabilis in populo. ſ. ſcriba regis, & iſte eſt, q miſſus fuit tēpore Ioſiæ ad conſulēdum Holdā prophetiſſam: ipſe etiā fuit, cui Helcias tradidit librum legis, quem inuenit in tēplo, & legit illum corā rege. ſup. 22. & 2. Paralipo. 34. ideo nominantur hic pater, & auus Godoliæ, quia fuerunt viri famoſi, & nominati in populo. *Quod cum audiſſent omnes duces militum ipſi, & viri, qui erant cum eis.* Iſti duces erant aliqui principes militū, qui manſerant in terra poſt captiuitatem Babylonis, & nominantur infra. *Videlicet, quòd conſtituiſſet rex Babylonis Godoliam.* Scilicet, iſtud audierunt, quòd Nabuzardan nomine regis Babylonis conſtituit Go-

Godolias præficitur per Nabuzardan in Maſphat.

KK doliam

doliam in principem terræ eorum, qui relicti fuerant: *Venerunt ad Godoliam in Masphat.* In loco isto habitabat Godolias, quia erat quasi in via de terra Iudææ ad Babylonem, & ibi manebat, vt redderet rationem Chaldæis, qui veniebant ad eum ad petendum tributa terræ: sic enim ipse dixit omnibus Iudæis: nolite timere seruire Chaldæis, habitate in terra seruite regi Babylonis, & bene erit vobis: ecce ego habito in Masphat, vt respondeam præcepto Chaldæorum, qui mittuntur ad vos: Hiere. 40. *Ismael filius Mathaniæ.* Iste erat primus de principibus, & erat de semine regio, & ipse occidit postea Godoliam, patet infra in litera, & Hie. 40. & 41. *Et Iohanam filius Careę.* Iste erat maximus principum, qui manserant in terra, & ideo ipse nominatur ante omnes in libro Ieremiæ, vbi sępe ponũtur isti principes, & iste fuit, qui pugnauit contra Ismaelẽ filium Mathanię postquã occidit Godoliam, Iere. 41. *Et Saraia filius Thanehumet Nethophatithes.* Iste erat tertius princeps, & exprimitur nomen patris sui, quia erat vir famosus. Et vocatur Nethophatithes à loco, vel regione, in qua morabatur: sic etiam aliqui de viris fortibus Dauid vocabantur Nethophatithę, vt patet sup. 2. lib c. 23. & 1. Paralipo. 11. & 12. *Et Iezonias filius Machati.* Iste erat quartus princeps istorum. *Ipsi, & socij eorum.* Isti socij eorũ possũt vocari alij principes sicut isti: & quia minores erant, nõ exprimuntur nomina eorũ, & dicuntur socii istorum, quia erant principes sicut ipsi. Vel vocantur socij eorum illi, qui subiecti erant istis principibus, & veniebant cum eis, & istud verius est. *Iurauitque eis Godolias, & socijs eorum.* Quando venerunt ad Godoliam in Masphat timebant, ꝙ Chaldęi occiderent illos, & ob hoc non audebant manere in terra: Godolias autem iurauit eis, ꝙ Babylonii non nocerent ipsis, & etiam ipse non traderet eos in manus Chaldæorum, & etiam iurauit hoc socijs eorũ, idest, omnibus viris suis, vt nemo formidaret manere in terra. *Dicens: nolite timere, et seruire Chaldæis* Idest, nõ timeatis manere in terra & seruire Chaldęis pręstando eis tributa, quia nihil mali vobis erit. *Manete in terra, & seruite regi Babylonis.* Scilicet, manete in terra hac, & colite eã, & seruite regi Babylonis pręstando tributa: & nõ dicebat Godolias: seruite mihi, qa quãquam ipse esset princeps terræ nõ erat nomine suo; sed præpositus fuerat à Nabuzardan, vt ipse conseruaret ꝓuinciã Chaldæis, & faceret præstari eis tributa debita. *Et bene erit vobis.* i. poteritis consequi securitatem & gaudium & vtilitatem in terra hac, quia Chaldæi defendent vos ab omnibus gentibus. *Factũ est autem mense septimo.* Hic ponitur occisio Godoliæ, & dr̃, ꝙ facta est mense septimo, & non dicitur cuius anni erat iste mensis, ideo referendus est ad illũ annum, de quo supra fit mentio. s. ad annum vndecimum Sedecię, vel annum decimũ nonum Nabuchodonosor, quia isti coincidit, vt patet supra in litera. & hic dr̃, ꝙ mense septimo fuit occisus Godolias. *Venit Ismahel filius Nathaniæ filij Elisama.* s. venit in Masphat, vbi erat Godolias, vt patet sup. ĩ litera. Iste Ismahel est primus illorum principũ, qui sup. noĩati sunt, & venerant ad Godoliam. *De semine regio.* s. de semine regũ Iuda, & ponitur hoc, quia istud fuit motiuũ ad occidendũ Godoliã vt inf. declarabitur. *Et decem viri cum eo.* Non videtur, ꝙ fuerint soli decẽ: quia non possent ipsi facere tantã stragem, sicut hic ponitur, & Iere. 41. sed fortè isti venerunt palam cũ Ismahele, & multi erant absconditi, vt adiuuarent eum, qñ opus esset. *Percusseruntque Godoliam, qui mortuus est.* Percusserunt eum pacificè: nam Godolias nihil mali suspicabatur cũ potius ipse iurasset Ismaheli, & alijs principibus, ꝙ non noceret eis, nec etiã

F Chaldæi nocerent ipsis, vt patet supra in litera: ideo faciliter potuit Ismahel occidere Godoliam. *Sed & Iudæos, & Chaldæos, qui erant cum eo in Masphat.* i. etiam occiderunt omnes Chaldæos, & Iudęos, qui erant ibi cũ Godolia: nam erat Godolias nunc princeps totius regni Iuda: ideo essent multi viri in comitatu eius tam de Iudęis, quàm de Chaldæis: nã Chaldæi multi manserãt in Iudea ad procurandũ negocia Nabucho. in prouincia illa. Vel fortè erant isti de Chaldęis, qui veniebant de Babylone ad Godoliam in Masphat petentes tributa. Sic. n. dixit Godolias Iere. s. Ecce ego habito in Masphat, vt respõdeã præcepto Chaldæorum, qui mittuntur ad nos: magis tamen dicendũ est, ꝙ isti Chaldæi manserant in

G terra Iuda quasi ad habitandum ibi, & cõmendauerat eos Nabuzardan Godoliæ, vt patet Ier. 41. s. Ismahel cępit vniuersum populum, qui remanserat in Maspha, quos cõmendauerat Nabuzardã princeps militiæ Godoliæ filio Ahicham: est autẽ Masphat quædam ciuitas, in qua habitabat Iephte Galaadites, qui fuit vnus de iudicibus Israel, vt patet Iudi. 11. etiã in loco isto fecit Samuel altare, & immolauit sacrificium, quando venerunt Philisthini sup Israelitas, & intonuit Dominus fragore magno super Philisthijm, supra 1. li. c. 7. Iste ẽt erat vnus de tribus locis, in qbus quolibet anno iudicabat Samuel Israel, eo. ca. & in isto loco vnctus fuit in regẽ Saul, & assumptus à populo. eo. lib. c. 10. *Consurgensque om-*

H *nis populus à paruo vsque ad magnum, & principes militum venerunt in Aegyptum.* s. postquam mortuus est Godolias omnes Iudæi surrexerunt, & fugerunt in Aegyptum, vt habitarent ibi tam principes militum, q̃ alij de populo. *Timentes Chaldæos.* i. istud fecerũt Israelitæ propter timorem Chaldæorũ, quia putauerũt se occidendos à Chaldæis post mortẽ Godoliæ.

Quomodo stat, quòd venerint principes militum ad Godoliam cum solum pauperes dimissi essent à Nabuzardan in terra illa. Quæstio XVII.

QVAERETVR, quomodo dicitur hic, ꝙ venerũt principes militum ad Godoliam, cũ sup.

I dicatur, ꝙ dimisit in terra solũ pauperes agricolas, & vinitores, quando transtulit reliquos in Babylonem. Et patet hoc magis Ierem. 39. s. & de plebe pauperum, qui nihil habebant penitus dimisit Nabuzardan magister militum in terra Iuda, & dedit eis vineas, & cisternas in die illa. Respondendum, ꝙ hoc potest stare dupliciter: vno modo, ꝙ Nabuzardan dimiserit istos principes in terra. Pro quo sciẽdum, ꝙ intentio principalis Nabuchodonosor erat dimittere in terra ista aliquos viros, qui colerent agros, & uineas, & inde redderent tributa ei, & ad hoc nulli conuenientiores erant, quàm pauperes, quia isti sunt magis assueti ad agriculturam, & etiam non poterant isti rebellare contra Nabuchodonosor, sicut

K essent viri potentes, aut diuites: ideo dicitur, quòd de plebe pauperum, qui nihil habebant penitus dimisit Nabuzardan in terra, & tamen quia non poterat manere populus, nisi haberet aliquos Iudices, & illi essent potentes, vt declaratum fuit supra in quadam quęstione voluit dimittere Nabuzardan aliquos principes, & potentes in terra. Alio modo potest dici, ꝙ isti principes non fuerunt dimissi in terra per Nabuzardan, sed ipsi postea venerũt. Et fuit modus, ꝙ quãdo Sedecias fugit de Ierusalem fugerunt cum eo omnes viri bellatores, vt patet supra in litera, & quando captus est Sedecias à Chaldæis, bellatores qui cum illo erant fugerunt, & Chaldæi curauerunt principaliter capere Sedeciam: ideo oportuit

tuit, quod multi de alijs euaderent manus Chaldęorũ, & illi fugerunt tunc in regna vicina, & manserunt ibi quamdiu Nabuzardan mansit in terra: destruendo Ierusalem: cum autẽ ille recessit, & dimisit Godoliam præpositum terræ: audierunt isti Iudæi, qui erãt dispersi per regna vicina, quod Godolias esset princeps omnium manentium in terra, & putauerunt, quod possent viuere in terra sub principatu eius, & ob hoc venerunt ad eum in Maspha. Hoc patet Iere. 40. scilicet: cum audissent omnes principes exercitus, qui dispersi fuerant per regiones ipsi, & socij eorum, quod præfecisset rex Babylonis Godoliam filium Ahicham terræ, & quod cõmendasset ei viros, & mulieres, & paruulos de pauperibus terrę venerunt ad Godoliam in Maspha. Secundò patet hoc, quia dicitur hic: cum audissent oẽs duces militũ, quod constituisset rex Babylonis Godoliam, si tamen ipsi mansissent in terra de mandato Nabuzardan, non diceretur, quod audiuissent hoc, sed ipsi scirent. Tertiò patet, quia dicitur, quod audito hoc venerunt ad Godoliam in Maspha, & tamen si mansissent isti de mandato Nabuzardan, nõ oporteret, quod nunc venissent ad Godoliam in Maspha, qa nulla causa erat ad innouandum aliquid. Quartò patet, quia qñ venerũt isti principes ad Godoliã, iurauit eis ad securandum ipsos, & dixit, quod non timerent seruire Chaldęis, & tamen si isti mansissent in terra de mandato Nabuzardan, non timerent Chaldęos, nec oportebat, quod Godolias iuraret eis super securitate: ergo vr̃, quod isti non dimissi fuerant in terra à Nabuzardan, sed ipsi postea venerunt ad illã. Quintò patet, quod Nabuzardan voluit reddere prouinciam pacificam, vt non timeretur de rebellione contra regem Babylonis, & tamẽ dimittendo principes istos, qui fuerũt prius duces militũ poterat dubitari de securitate terræ: iõ non dimitteret eos Nabuzardan. Sextò patet, quia non erant isti necessarij ad intentionẽ Nabuchodonosor, quia volebat Nabuchodonosor auferre de terra illa oẽs, qui poterant rebellare, & relinquere solum illos, qui possent terram exercere, vt redderent tributa ei, & isti erant pauperes agricolæ, & vinitores. Nulli autem alij erãt necessarij, nisi iudices, qui conseruarent terram in pace, & ad hoc fuerat præpositus Godolias terræ: ipse autem poterat habere sub se iudices paruulos per singula loca, in quibus non requireretur magna potentia temporalis. Isti ergo duces militum non videbantur necessariò quantũ ad aliquid: ideo potius transtulisset illos Nabuzardan in Babylonem. Et sic dicendũ, quod ista positio est vera, quanquam præcedens est aliqualiter verisimilis, tamen non est vera.

Quæ fuit dispositio, quam reliquit Nabuzardan in terra Iudæ recedens de terra Iuda. Quæst. XVIII.

QVAERETVR vlterius, quæ fuit dispositio, quã reliquit Nabuzardan in terra Iudeę, quando transtulit de ea Iudæos in Babylonem. Respondẽdum, quod cura Nabuzardan fuit inquirere oẽs, q fuerant culpabiles in rebellione facta cõtra Nabuchodonosor, scilicet, qui concitauerunt populum, vel qui potuerant prohibere rebellionem, & non ꝓhibuerunt, & istos duxit ad Nabuchodonosor in Reblata, vt occiderentur, & isti fuerũt Saraias primus sacerdos, & Sophonias sacerdos secundus, & tres Ianitores templi, & vnus eunuchus, qui præerat viris bellatoribus, & quinque viri, qui videbant faciem regis, & Sopher princeps exercitus, & sex viri de vulgo. Isti enim ducti sunt ad Nabuchodonosor in Rebltata, & occisi sunt, vt patet supra in litera, &

A Iere. vlti. de reliquo autem populo, qui huius rebellionis causa non fuerat, fecit Nabuzardan duas partes: nam quidam erant diuites, & potentes, & eruditi ad bellum, qui quanquam non fuerant causa huius rebellionis poterant rebellare postea si dimitterentur in terra, & omnes istos transtulit Nabuzardan cum filijs, & vxoribus suis in Babylonem. Alij autem erant pauperes, qui solum erant eruditi ad opera agriculturę, & alia opera manualia, & isti non solum non fuerant causa rebellionis præcedẽtis, sed etiam non poterant de cętero esse causa alicuius rebellionis propter impotentiam, & paupertatem, & inexperientiam bellicam, istos autem dimisit Nabuzardan in terra, & nõ dimisisset nisi istos,

B si potuissent soli manere, & tamen, quia multitudo ista sine iudice non poterat conseruari, præfecit quendam principem illis, scilicet Godoliam, qui disponeret de tota terra, & colligeret tributa, vt daret Babylonijs, sicut ipse dixit Ierem. 40. Ecce habito in Maspha, vt respondeam præcepto Chaldęorum, qui mittuntur ad nos. Cum isto autem non manserunt aliqui principes exercitus, nec viri bellatores, quia non erant necessarij, eo quòd viri bellatores solùm sunt ad defensionem regionis, & tamen Chaldæi non timebant, quòd aliqua gens impugnaret Hebræos, ita quòd essent necessarij sibi adiutores, quia nulla gens erat in circuitu terræ Iuda, nisi subiecta Babylonijs. Quòd autem non manserunt in terra sub Godolia aliqui duces exercitus,

C vel viri bellatores, sed soli pauperes, patet Iere. 39. scilicet: & de plebe pauperum, qui nihil habebant penitus, dimisit Nabuzardan magister militum in terra Iuda, & dedit eis vineas, & cisternas in die illa. Item patet magis Ierem. 41. scilicet. Cum audissent principes, qui dispersi fuerant per regiones, quod præfecisset rex Babylonis Godoliam, & quòd commendasset ei viros, & mulieres, & paruulos de pauperibus terræ, qui non fuerant in Babylonem translati venerunt ad Godoliam, & sic patet, quod soli pauperes relicti sunt cum mulieribus, & paruulis. Principes autem militum de quibus in litera dicitur, postea venerunt ad Godoliam, quando audierunt ipsum præfectum esse terræ, vt patet Iere. 41.

D

Modus viuendi Hebręorum in terra Iuda post translationem aliorum in Babylonem. Quæst. XIX.

QVAERETVR vlterius, quis fuit modus viuendi Hebræorum in terra Iuda post translationem aliorum in Babylonem.

Dicendum, quòd quasi non fuit aliquis ordo, eo quòd modico tempore ibi manserunt: nam fortè non fuerunt duo menses, quod patet: quia Nabuzardan venit in Ierusalem die septima, mensis quinti, & cremauit templum, & totam vrbem, & diruit muros, supra ĩ litera: & in hoc oportebat, quòd moraretur aliquanto tempore, & post hæc abstulit omnes de terra Iuda, & duxit illos secum in Babylo-

E nem præter pauperes agricolas, & vinitores, quos reliquit sub Godolia, & tamen postea mense septimo occisus est Godolias, & illico fugerunt omnes Iudæi in Aegyptum, vt patet hic, & Ieremiæ 41. Ideo vix manserunt duobus mensibus Iudæi in terra Iuda post translationem aliorum in Babylonẽ, & in istis duobus mensibus quasi nullum poterant habere ordinem: erat tamen iste ordo, quem incipiebat tenere Godolia, scilicet, ipse præpositus fuerat à Chaldæis terræ, vt colligeret tributa, & daret illis: ideo ipse manebat in Maspha, vt responderet ibi omnibus venientibus de Chaldæa ex parte

Nabuchodonosor: Hortabatur autē Godolias omnes de terra ad colendũ eam,& vt non timerent,sed vt seruirent cũ gaudio regi Babylonis:mãserant autem recedēte Nabuzardan in singulis locis terræ Iuda aliqui pauperes ad colendum agros, & vineas, & isti habitabant in locis,in quibus dimissi fuerant,vel in quibus volebant. Deinde multi Iudæi, qui erant in regnis vicinis veniebant ad Godoliam: nam non solum principes exercitus, qui fugerant cum Sedecia erant in regnis propinquis,de quibus supradictũ est, sed etiam multi alij Iudæi de singulis ciuitatibus fugerant ad gentes vicinas, scilicet ad Ammonitas, Moabitas,& Idumæos,dum obsidebatur Ierusalem à Chaldeis timentes calamitatem futuram,& isti audientes Godoliam præfectum terræ,& scientes eius benignitatem,& mansuetudinem erga subiectos venerunt ad eum in terram Iuda, vt patet Ierem. 41. scilicet. Sed & omnes Iudæi, qui erant in Moab,& in filijs Amon,& in Idumæis,& in vniuersis regionibus audito, ꝙ dimisisset rex Babylonis reliquias in Iudea, & præposuisset eis Godoliam,reuersi sunt de vniuersis locis, ad quæ fugerant,& uenerunt ad Godoliam in Maspha. Istis autem dedit Godolias,ꝙ habitarent in quocunque loco terræ vellent,quia terra erat quasi vacua, & poterant colere agros, & vineas quascunque vellent. Alii autem,qui relicti fuerant in terra, manserunt in ciuitatibus,in quibus dimissi fuerant. Vnde dixit eis Godolias:manete in vrbibus vestris,quas tenetis: Iere.41.& quando recesserunt Iudæi de terra ducti in Babylonem erat mensis quintus,scilicet,Iulius,& erat prope vindemiã,quia in regione illa cũ sit nimis calida vindemia fit in mẽse Augusti,& sic mox vt recessit Nabuzardan ducẽs captiuos Iudæos,illi,qui manserunt in terra sub Godolia, fecerunt vindemiam & collegerũt anno illo vinum multum,& etiam segetes vnde Godolias iussit eis istud mox,vt recessit Nabuzardan. De hoc Ierem 40 scilicet, Ecce habito in Maspha,vos autẽ colligite vindemiam,& messem,& oleum, & cõdite in vasis vestris, & manete in vrbibus, quas tenetis: & postea sequitur, ꝙ illi,qui venerant ad Godoliam in Maspha, collegerunt vinum & messẽ multã nimis.
Considerandũ vlterius, ꝙ Nabuzardan recedens in Babylonẽ dixit ad Ieremiam,si vellet ire cũ eo,ꝙ honoraretur ipsum, si autem vellet manere staret in quocunque loco desideraret,& quia Ieremias elegit manere in terra dedit ei Nabuzardan munera, & cibos,& comẽdauit eum Godoliæ, vt quiesceret vbicunque vellet Ierem. 40. & tunc Ieremias petiuit à Nabuzardan, quòd permitteret manere cum eo Baruch notarium suum, vt ait Iosephus 10. Antiquit. & permisit. Nam post hoc erat Baruch cum Ieremia, & descendit cum eo in Aegyptum, vt colligitur Ieremiæ 43. & 45. de Rechabitis, etiam dicitur, quòd permisit Nabuzardan illos manere in terra, eo quòd illi erant viri religiosi,& pauperes, vt ait Iosephus,& Histor. scolast. de istis autem Rechabitis dictum est supra 10. & declarabitur infra in quæstione, in qua ponetur historia Ieremiæ.

Duces exercitus quare venerunt ad petendum securitatem à Godolia. Quæstio XX.

QVAERETVR vlterius,ad quid veniebãt duces exercitus ad petendum securitatem à Godolia, & ad quid Godolias iurabat eis super securitate, quia non oportebat, quod timerent illi, qui manebant in terra Iudææ post captiuitatem: cum iã Chaldei exercuissent totam vindictam suam.

Respondendum, ꝙ isti principes exercitus time-
F bant. Primò,quia ipsi fuerant in culpa quantum ad
rebellionem factam cõtra Nabuchodonosor, quia
ipsi concitauerant regem, & populum ad rebellandum,& rebellabãt de facto. Nam pertinaciores erãt
in ista rebellione prencipes quam rex, vt colligitur
Iere.38. iõ sicut occisi fuerant cæteri, qui in hoc rei
erant.s.Saraias sacerdos primus, & Sophonias sacerdos secundus, & tres ianitores templi, & alij de quibus in litera:ita ipsi timebant occidi, quia fortè fuerant magis culpabiles. Secundum erat,quia isti principes,qui venerunt ad Godoliã erant de illis,qui fugerũt cũ Sedecia de Ierusalem: nã omnes principes
& viri bellatores fugerunt cũ eo, vt patet sup. in litera,& Ier. vlt. Et omnes,qui capti sunt cũ Sedecia, oc
G cisi fuerunt,vt patet Iere. vlt. s. Sed & omnes principes Iudæ occidit in Reblata. Iere. vlt. & isti fuerãt de illis,& tamẽ fugerunt ꝑ tunc: iõ putabãt, ꝙ quãdocunq; Chaldæi caparẽt illos punirẽt eos eadẽ pena, quia fuerat ea de culpa omnium. Tertiũ erat,quia Chaldæi solũ præstiterant securitatẽ his,quos ipsi reliquerant in terra, & tamen isti principes non mãserant in terra Iude,quando Nabuzardã recessit inde, sed postea redierunt in eã principãte Godolia: ideo timebant ꝙ si Chaldæi inuenirent eos in terra, occiderent ipsos. Quartum erat, quia Chaldæi reliquerãt solũ in terra pauperes agricolas, & vinitores; isti tamen erant duces exercitus, & habebat secum viros bellatores,per quos videbantur posse facere per
H turbationem in terra,vel rebellionem, & istud non concordabat intentioni Chaldæorum, qui volebãt habere solum agricolas,& vinitores,& isti non erãt habitabiles, vt essent agricolæ, & vinitores: ideo timebant manere in terra illa,quia nesciebant an agerent contra intentionem Chaldæorum, ideo venerunt ad Godoliam petentes securitatem.

Godolias quomodo potuit eis præstare securitatem. Quæstio XXI.

QVAERETVR vlterius quomodo Godolias præstitit istis securitatem ad manẽdum in terra, cùm nõ esset in potestate eius, sed in potestate Chal-
I deorũ,ꝙ securi essent isti principes, & ꝙ nõ occiderent,nec ducerent in captiuitatẽ. Respondẽdum,ꝙ Godolias præstitit istis securitatẽ, & ad hoc iurauit eis. Et istud iuramẽtum extendebatur quantũ ad se, & quantũ ad Chaldæos. Quantũ ad se præstabat securitatem dupliciter,primò ꝙ nõ inferret mala aliqua istis ducibus militum. Nam Godolias erat præpositus terræ,& poterat occidere istos, & cũ ipsi nõ fuissent recomissi ei per Nabuzardan, quia non manebant tunc in terra fortè Godolias vellet occidere ipsos, vel quia Godolias cum esset præpositus terræ nomine Chaldæorum, fortè occideret istos, vt placeret Chaldæis, quia isti rebellauerant eis, vel fortè
K accusaret eos apud Chaldæos, cum nũc essent in terra,& teneret eos,atque traderet eos in manus Chaldæorum, & de hoc iurauit,quòd non noceret eis in aliquo,si ipsi vellent manere securi in terra,& seruire Nabuchodonosor. Aliud erat,ad quod se obligabat ex parte sua,scilicet, vt conaretũ apud Chaldeos, ne isti principes paterentur aliquid mali. Dato enim ꝙ Chaldæi vellent occidere istos propter rebellionẽ præteritam Godolias intercederet apud Nabuchodonosor,ne ipsos occideret: Præstabat etiam securitatem ex parte Chaldæorum, quia cum ipse esset princeps terre constitutus ab eis,ille, qui acciperet securitatẽ ab eis,esset securus apud Chaldæos. Itẽ Godolias putabat se posse præstare istam securitatẽ, quia credebat ꝙ Chaldæi ratum haberẽt, quod ipse
face-

faceret: nam prouincia fuerat ei recõmissa ad hoc, ꝙ seruaret eam regi Babylonis, & ꝙ colligeret tributa à subditis pro eo. Si igitur Godolias faceret, ꝙ isti duces exercitus venientes ad ipsum, manerent securè in terra, & seruirent regi Babylonis, credebat, ꝙ nequaquam Nabuchodonosor vellet occidere eos, ideo præstitit eis securitatem tam ex parte sua, quã Chaldæorum solum monens eos, vt manerent securè in terra, & seruirent regi Babylonis. s. non concitarent contra eum rebellionem.

Quomodo Ismahel derelictus fuit à Chaldæis, & non fuerit ductus in Babylonem. Quæstio XXII.

QVAERETVR vlterius de isto Ismahele, qui occidit Godoliam, cum esset de semine regio, quomodo dimiserunt eum Chaldæi in terra: quia timere debebant, ꝙ ipse rebellaret. Aliquis dicet, ꝙ dimiserunt Chaldæi istum Ismahelem in terra, quanquam esset de semine regio: quia etiam dimiserunt filias regis Sedeciæ in terra recommissas Godoliæ, vt patet Iere. 41. s. Captiuas duxit Ismahel omnes reliquias populi, quæ erant in Masphà filias regis, & vniuersum populum, quos commendauerat Nabuzardam Godoliæ. Sed dicendum, ꝙ non est simile: quia fœmina non potest rebellare, cùm non sit princeps exercitus, nec apta ad bellum: ideo licet essent filiæ regis multæ, nihil impediebat relinqui illas in terra: secus autem de viris: quia poterant rebellare. Dicendum igitur, ꝙ Chaldæi nullum dimitterent in terra de semine regio, sed occiderent omnes, aut ducerẽt captiuos in Babylonem: quia poterant concitare seditionem in populo, & rebellionem contra Babylonios. Et de Ismahele dicendum, quod non relictus fuit in terra à Chaldæis, sed ipse erat in terra filiorũ Ammon cum rege Ammonitarum, vt patet Ieremiæ 40. Fugit autem ipse de terra Iuda, & manebat inter Ammonitas, & cum audiuit Godoliã præpositum fuisse terræ, venit ad eum cum reliquis principibus: Modus autem fugæ potuit esse duplex. Primus est, quòd quando Sedecias fugit de Ierusalem cum omnibus principibus, & viris bellatoribus, & captus est à Chaldæis, fugitque exercitus. Fuit iste Ismahel vnus de illis qui effugerunt manus Chaldæorum, & venit ad Regem Ammõ, qui eum pro dignitate generis sui apud se tenuit. Secundus modus est, quòd sicut fugerunt multi Iudæorum ad gentes vicinas eo tempore, quo durabat obsidio Ierusalem, ita & iste Ismahel fugerit, & non fuerit in Iudæa tempore captiuationis factæ per Nabuzardan, sed nũc redierit, cognito, quòd dominaretur Godolias in terra.

Ordo occisionis Godoliæ, & historia circa hoc. Quæstio XXIII.

QVAERETVR vlterius, quis fuit ordo in occisione Godoliæ. Respondendũ, ꝙ occisus fuit per Ismahelem, & fuit ordo iste: quia Ismahel erat de genere regio, & venit ad Godoliã cum alijs principibus in Masphat, & receptus est ab eo benignè, deinde cum maneret aliquanto tẽpore in terra, machinabatur in mortem Godoliæ, quod cognouerũt principes exercitus, qui erant cum Godolia. s. Iohanam filius Chareæ, & Saraias, & Iezonias: & quia diligebant nimis Godoliam, eo ꝙ benignè se haberet ad subditos, nunciauerunt ei secretè, ꝙ Ismahel vellet occidere ipsum: & dixerũt: Bahalis rex filiorum Ammon misit Ismahelem filium Nataniæ percutere animam tuam, & nõ credidit eis Godolias: & iterum Iohanam, qui erat maximus inter principes, & diligebat nimis Godoliam dixit ad eũ seorsum: ibo, & percutiã Ismahelem filium Nathaniæ nullo sciente, ne interficiat animã tuam, & dissipentur oẽs Iudæi, qui congregati sunt ad te, & peribunt reliquiæ Iuda, & ait Godolias ad Iohanam: noli facere hoc, falsum enim tu loqueris de Ismaele. Ista patet Ie. 40.

Idem quasi ponit Iose. 10. Antiqu. & ponitur ibi responsio Godoliæ dicentis, nõ esse rectum contra virum, qui nihil adhuc gesserat malignitatis insidias exercere, nec esse verisimile, ꝙ ĩ tali desolatione huiusmodi malitiã exerceret, & quẽ in tanta necessitate fouerat, & ab inimicis alijs eripuerat, ipse perimeret, sed, & si è diuerso faceret illi dolũ, melius esset, vt ipse perimeretur ab illo potiusquàm homo, qui ad illum confugerat, suãq; salutem ei tradiderat, & comendauerat vitam, dolo perimeretur istorũ. Cũ igitur noluisset assentire Godolias principibus recesserũt ab eo: & post paucos dies venit Ismahel in Maspha mense septimo cum decem viris, & inuitatus cõmedit cum Godolia, & in cõuiuio surrexit, & occidit Godoliã & omnes Iudæos, qui erant cum eo, & Chaldæos: Iere. 41. Iosephus autem 10. Antiquit. ait, ꝙ Ismahel inuitauit Godoliam, & fuit inebriatus Godolias in conuiuio, & quasi amens factus, & soporatus: tunc autem Ismahel surgẽs occidit ipsum, qui cum eo erant, deinde per noctem egressus Ismahel occidit omnes, qui in ciuitate erant tã Hebræos, quàm Chaldæos. Vult enim, ꝙ istud occultatum fuit illa die: quia fortè nullus pmissus est intrare in domum Godoliæ, vnde omnes de ciuitate erant securi: ideo per noctem surgens Ismahel occidit illos tanquam incautos, & resistere non potẽtes. Fuit autem occultata ista mors tam Godoliæ, quàm ciuiũ: nam sequenti die post mortem Godoliæ veniebãt de Silo, & Sichem, & Samaria ad offerẽdum munera Godoliæ, quos vocauit Ismahel nescientes mortem Godoliæ, & introduxit in aulam, & occidit ibi omnes octoginta, & proiecit cadauera eorum in lacum profundum, vt non apparerent, & non cognosceretur factum. Decem autem de istis octoginta dixerunt ad Ismahelem: noli occidere nos: quia habemus thesauros in agro frumenti, & hordei, & olei, & mellis, & etiam diuitias multas simul, & non occidit eos Ismahel, vt ostenderẽt ei thesauros illos. Post hæc autem prædam accepit magnam de vrbe Maspha captiuans omnes, qui ibi erãt, & ducebat illos ad regem Ammonitarum, quibus auditis Iohanam filius Chareæ, & alij principes venerunt contra Ismahelem, & inuenerunt eũ apud aquas multas, quæ sunt in Gabaon, & non potuit resistere eis Ismahel, recessitq; fugiens relicta tota præda cum octo viris, & iuit in terram Ammonitarum: Ioanam verò accepit totam illam prædam, & reduxit. Iere. 41.

Ismahel propter quid occidit Godoliam. Quæstio XXIIII.

QVAERETVR vlterius, quæ fuit intentio Ismahelis ad occidendum Godoliam. Dici potest, quòd fecit propter inuidiam: quia Godolias nõ erat de semine regio: Ismahel autem erat de stirpe regali, ideo indignum habebat, quòd ille dominaretur in terra, & ipse esset sicut persona priuata: ideo voluit eum occidere: quia inuido satis est, quòd alteri noceat, etiam si ibi non prosit, & sic putauit Ismahel sibi satis esse, quòd occideret Godoliam principem, etiam si ipse non dominaretur. Et hoc significatur supra ĩ litera, cum dicitur, quòd Ismahel erat de semine regio: quasi dicat: istud fuit, quod concitauit eum ad occidendum Godoliam.

Aliquis aũt dicet aliter.s.ꝗ fecit hoc,vt ipse domi naretur mortuo Godolia,sicut in regno Israel mul ti occidebant alios, vt regnarẽt ꝓ eis,sicut Baasa oc cidit Nadab, præce.lib.c.15.& Zamrri occidit Hela eo.lib.c. 16. & Iheu occidit Ioram supra 9. & multi alij reges occisi sunt pro hac causa,supra 15. Sed di- cendum , ꝗ non stat , & patet primò, quia si pp hoc fecisset postquã occidit eum cõnaretur confortare se in terra & tñ occiso Godolia accepit prædã ma- gnam, & recedebat de terra Israel ad regẽ Ammo- nitarum Iere 41.ergo nõ faciebat, vt dominaretꝰ in terra.Item nõ poterat hoc intẽdere Ismahel,qa Go dolias nũc nõ dominabatur in terra , quasi loco sui ipsius,sed præpositus à Chaldæis, & tñ Ismael scie- bat,ꝗ Chaldæi non præponerent eum prouinciæ, sed potius occiderent, qa ipse occiderat principem ab eis constitutum , ideo non intenderet hoc. Ter- tiò patet, quia Chaldęi volebant habere ꝓuinciam securam, & ob hoc abstulerant de illa omnes potẽ- tes relinquendo solum pauperes agricolas, & vini- tores: iste tñ Ismahel erat de genere regio , & pote- rat concitare multas seditiones,ideo non comẽda- rent ei prouinciam. Dicendum ergo,sicut supra di- cebatur, ꝗ fecit hoc Ismahel pp inuidiam . Aliter pōt dici , ꝗ Ismahel occidit Godoliam ad prædan- dũ ea,quæ erãt in vrbe,quia in vrbe Maspha, in qua erat Godolias,erant multæ diuitiæ, eo ꝗ conuene- rant illùc multi Hebræi,& Chaldæi ad ipsum,&nõ poterat capere prædam nisi occideret Godoliã : iõ postq̃ occidit ipsum,accepit omnia,quæ erant in vr be.s.viros,& fęminas captiuos, & oẽs diuitias vrbis, & pergebat ad regem Ammonitarũ,nisi Iohanam, & alij principes militiæ impediuissent ipsum, aufe- rendo oẽm prædã,& fugando ipsum,vt patet Iere. 41.Et tamẽ causa,quæ prius mouit, fuit inuidia : nã si solum desiderasset prædam in aliquibus alijs vrbi- bus Iuda potuisset prædam facere, & non occidere Godoliam, & inde fugere ad Ammonitas.

Quomodo,& quare Hebręi mortuo Godolia fugerunt in Aegi- ptum . Quæstio XXV.

QVAERETVR vlterius quis fuit ordo,& moti- uum,quo Hebræi fugerunt in Aegyptũ mor tuo Godolia. Respondendum,ꝗ cum Ismahel fu- gatus fuisset à Iohanam,& principibus militiæ, ac- cepit Iohanã omnes viros,& fœminas,& paruulos, quos tollebat in prædam Ismahel,& reuersi sunt in Maspha,deinde iuerunt, & sederunt peregrinantes in Thamna,vt quidam volunt, & tñ falsum est, qa non reuersus est populus postea in Maspha, sed du- xit Iohanam omnes viros,& fœminas , & paruulos ad quendam locum,qui vocatur Chana,& est apud Bethlehem,& hoc,quia intendebat ire cũ oĩbus He bræis in Aegyptũ pp timorem Chaldæorum,occi- so Godolia,Iere 61. Iosephus autem dicit 10. Anti- qui.ꝗ sederunt apud quendã locum , quem caulas vocant,& illo die manserunt ibi. Sequenti aũt die, quæsiuerunt à Ieremia, qui inter eos erat , vt habe- ret à Dño responsum,an deberent in Aegyptũ , vel non. Et Ieremias incępit orare Dñm, vt responde ret ei super hoc , & orauit per decem dies, & Deus non respondebat ei: die autẽ decimo respondit sic: si quiescentes mãseritis in terra hac ędificabo vos, & non destruam,plantabo,& non euellam : iam.n. placatus sum super malum,quod feci vobis : nolite timere à facie regis Babylonis, quia egò vobiscum sum,vt saluos faciam vos , & eruam de manu eius: omnes.n. viri,qui posuerunt faciem suam, vt ingre diantur Aegyptum,& habitent ibi, morientur gla- F dio,fame,& peste. Nullus de eis remanebit,nec effu giet à facie mali,qđ afferam super eos . De hoc Iere. 42. tunc Iohanam filius Charee, & oẽs viri superbi dixerunt ad Ieremiã:mendaciũ tu loqueris, nõ mi- sit te Dñs,ne ingrederemur in Aegyptum , sed Ba- ruch filius Merię incitat te aduersum nos,vt tradas nos in manibus Chaldæorum , vt interficiant nos , & transducant in Babylonẽ , & tũc Iohanam filius Chareæ princeps totius militiæ congregauit oẽs,q erant in terra Iuda tã viros, quàm fœminas, q̃ par- uulos,& introiuit cum eis in Aegyptum,venitque vsq; ad ciuitatẽ Taphnis , quæ erat famosa in terra Aegypti,in qua Deus miracula fecerat in exitu Isra el de Aegypto,vt patet Psal.77.s. Corã patribus eo- G rũ fecit mirabilia in terra Aegypti, & in cãpo Tha- neos,& apud illam ciuitatẽ morati sunt Hebræi eo tempore,quo manserunt in Aegypto ista vice:Iere mię 43.Descendit autem Ieremias,& Baruch cum illis,& fuerunt ibi habitantes,& ibi postea mortuus est Ieremias, & sepultus, de quo dicetur infra in q̃- stione de Istoria Ieremię .

Quomodo fugerunt in Aegyptum Hebræi propter timorem Chaldæorum. Quæst. XXVI.

QVAERETVR vlterius, qũo Hebræi fugerũt te terra Iudeę in Aegyptũ pp timorem Chal dæorum . Rñdendũ secundũ quosdã, ꝗ hoc facie- H bant,quia viuente Godolia defendebantur in terra illa,& tñ eo mortuo non putabãt se posse defendi : iõ descenderunt in Aegyptum,quia ibi putauerunt se posse viuere securè.Sed dicendũ,ꝗ non stat : quia istud esset si fugissent de terra Iudeę pp timorẽ ho- stiũ,& tñ fugerunt pp timorẽ Chaldæorum, & Go- dolias non defendebat eos à Chaldæis, cũ Chaldæi non essent nũc tanq̃ hostes,sed tanq̃ Dñi:ideo mor- tuo Godolia,non fugerẽt pp hoc. Aliter ergo dicẽ- dum,ꝗ Hebręi fugerunt pp timorẽ Chaldæorum, quia putauerunt, ꝗ mortuo Godolia venirẽt Chal dęi,& occiderent oẽs Iudæos, qui erant in terra, qa fuerat seditio inter eos, vel ducerẽt illos in Babylo nẽ:sic.n.dixit Iohanã ad Ieremiã dicentẽ,ꝗ non di- I scenderent Hebręi in Aegyptũ.s.mẽdaciũ tu loque ris,non misit te Dñs,sed Baruch filius Merię incitat te aduersum nos,vt tradas nos in manibus Chaldęo rum,& interficiant nos, & transducant in Babylo- nem Iere. 43. Secunda causa esse poterat , qa Chal- dęi occiderant plurimos Hebræorũ,& transtulerãt alios in Babylonẽ ; qa rebellauerat ꝯ eum tpe Sede- ciæ , & tñ nunc videbantur rebellasse ꝯ Chaldæos, qa occiderant principẽ , quẽ illi posuerãt noĩe suo , ideo Chaldęi venirẽt,& occiderẽt eos. Tertiũ erat, & ꝓcipuum pp principes: nã Iohanã filius Chareæ incitauit totũ populũ ad descendendum in Aegy- ptum,eo ꝗ ipse erat vnus de illis principibus, q effu gerant manũ Chaldęorũ, qñ captus est Sedecias , & K postea venerunt ad Iudæam , manente Godolia ibi. Nunc aũt occiso Godolia,necesse erat, vt venirent Chaldęi ad disponẽdũ aliquid de terra,& inuenirẽt ibi Iohanã filium Chareæ , & Sareiã,& Iezoniã , & alios principes,& timebãt isti, ꝗ occiderentꝰ à Chal- dæis, qa ipsi nõ dimiserant eos in terra illa , & prius voluerant occidere eos, & nõ potuerãt,qñ fugerũt ipsi de comitatu Sedecię . Quartum erat ẽt ex parte principũ,quia Ismahel vnus de principibus militiæ occiderat Godoliã , & de populo manifestum erat, ꝗ non erat reus in morte Godoliæ, sed Iohanã , & alij principes erant suspecti,quia ipsi venerãt prima vice cũ Ismahele ad Godoliã in Maspha,supra in li- tera,& Iere.40.Nunc ergo crederetꝰ, ꝗ eis sciẽtibus,

&ali-

& aliqualiter fauentibus occidisset Ismahel Godoliam: ideo Chaldęi vellent occidere istos principes, & ob hoc ipsi timuerunt manere in Iudęa, sed fugerunt in Aegyptum.

Quare potius iuerunt in Aegyptum, quàm in aliam gentem. Quæst. XXVII.

QVEARETVR vlterius, quare potius fugerũt isti in Aegyptum, quàm in aliam gentem.

Respõderi potest, ꝙ ꝑꝑ duo, primum est, qa fortè illo tp̃e non erat aliqua gens tam amica Iudæis, sicut Aegypti, qđ patet: quia Hebræi antequã venirent Nabuchodonosor in Ierusalem, soluebant tributa Pharaoni regi Aegypti, & ipse instituerat Ioachin filium Iosiæ in regem, & Hebræi non rebellauerunt regi Aegypti, sed cessauerunt soluere tributa, qñ Nabuchodonosor subiecit eos seruituti suæ: præcedenti cap. ẽt post hoc cũ pugnaret Sedecias ꝯ Ierusalem rex Aegypti venit in auxiliũ Iudæorum ad soluendam obsidionem, & tunc Nabuchodonosor relicta vrbe, iuit ad pugnandũ ꝯ Pharaonem, & coegit eũ redire in Aegyptũ, vt ait Iosephus, & Histo. scol. Ideo Hebræi ꝑꝑ amicitiam contractam cũ Aegyptijs putabant se optimè mãsuros apud illos.

Secundum fuit, & præcipuum, quia Hebræi fugiebant de Iudæa, vt euaderent manũ Chaldæorũ, iõ ire debebãt ad regnũ, qđ non esset subiectũ Chaldæis, & tamen in circuitu totius terræ Iudæorũ nõ erat aliqđ regnũ non subiectũ Chaldæis, nisi Aegyptus: Quod patet, quia præced. c. dr̃, ꝙ Nabuchodonosor cęperat omnia, quæ fuerant regis Aegypti à riuo Aegypti vsque ad flumen Euphratẽ, & tñ isti duo riui sunt termini terræ Chanaan: ideo per circuitum ipsorum nulla gens erat, quæ non esset subiecta Chaldæis, Aegyptij aũt non: qa terra illa erat vltra riuũ Aegypti. Et hoc patet magis, qa Hebræi nõ poterant fugere ad partẽ Occidentalẽ, q a ibi nõ est nisi mare Mediterraneum, num. 34. & ipsi nõ habebant naues ad fugiendum per mare, nec erãt viri nautici. Ad Aquilonẽ aũt terræ Chanaan est terra Syriæ, quod patet Num. 34. vbi ponuntur Reblata, & Emath, tanq̃ termini, & tñ istę sunt duæ ciuitates Syrię. Et istã terram cœperat iam Nabuchodonosor: nã ibi erat ipse, qñ capta est Ierusalem, & ibi occidit filios Sedeciæ, & eruit oculos eius, & occidit principes Iuda, vt patet supra in litera, & Iere. vlti. non ergo poterant fugere Hebræi in Syriã. Itẽ non poterant fugere contra Orientẽ, quia ibi erat terra Ammonitarum, & Moabitarũ, vt colligitur Num. 33. & 34. quia istę regiones subiectæ fuerant Nabuchodonosor cũ dicatur præce. c. ꝙ ipse accepit omnem regionem, quæ erat inter riuum Aegypti, & Euphratem, & pertineret ad regem Aegypti, & tñ manifestum est, ꝙ terra Ammon, & Moab est inter ista duo flumina: non ergo manebat aliqua pars, cõtra quam fugere possent Hebræi, nisi cõtra Austrũ, & ibi erat terra Aegypti: ideo fugerunt in Aegyptum potius, quàm in aliam regionem.

An Israelitæ peccauerunt fugiendo in Aegyptum, & etiam Ieremias. Quæst. XXVIII.

QVAERETVR vlterius, an peccauerũt Israelitæ fugiendo in Aegyptum. Aliquis dicet, ꝙ non: quia habuerunt causam rõnabilem fugiendi. s. quia timebant Chaldæos. & sic fugit Vrias propheta Dñi in Aegyptum, quando voluit eum occidere Ioachin rex Iuda, vt patet Iere. 26. Rñdendum tñ est, ꝙ isti peccauerunt fugiendo in Aegyptum. Pri-

A mò patet, quia fecerunt ꝯ prohibitionem Dei: nã Deut. 17. dr̃, ꝙ rex nõ reducat populũ in Aegyptũ equitatus numero subleuatus. & sequitur, ꝙ Deus præcepit Israelitis, ne ꝑ eandẽ viã redirẽt. Secundò patet, quia Deus dabat in maledictionẽ Israelitis ꝓ peccato, ꝙ reducerẽtur in Aegyptũ, vt patet Deut. 28. s. Reducet te Dñs in Aegyptũ in classibus, & ibi venderis inimicis tuis, & nõ erit, qui te emat: Quòd ergo Israelitę spontè facerent id, qđ Deus dabat in pœnã, peccatũ erat. Tertiò patet, quia Deus iusserat nunc expressè iudæis, ne fugerẽt in Aegyptũ apponẽs pœnã, ꝙ si aliqui illùc fugerent, ibi morerẽtur gladio, & peste. Ier. 42. & fecerunt nunc ꝯ istud, ideo peccauerunt. Quartò patet, quia noluerunt Hebręi

B credere Ieremiæ dicenti, ne irent in Aegyptũ, sed potius offenderunt eum dicentes: mẽdacium tu loqueris, non misit te Dñs, ne ingrederemur in Aegyptum, sed Baruch filius Merię incitat te aduersum nos, vt tradas nos in manibus Chaldæorum: Ier. 43. & tamẽ oĩa ista erant falsa, ideo peccauerunt grauiter Hebræi descendentes in Aegyptũ. Quintò patet, quia Deus prænunciauit pęnã cõtra Hebręos, si descenderent in Aegyptũ, & secuta est pęna, quia Nabuchodonosor occidit omnes descendentes illùc, vt infra declarabitur in quadã q̃õne: ergo peccauerũt, quia pœna nõ datur à Deo nisi ꝓ peccato.

Ad rationẽ in ꝯriũ dicendum, ꝙ non est simile, quia Vrias ꝓpheta timuit rõnabiliter mortẽ: nã po-

C stea sibi inflicta est ꝑ regem Ioachin, vt patet Ierem. 26. Hebræi tñ non habebãt iustũ timorẽ à Chaldęis ad hoc, ꝙ fugerẽt in Aegyptũ, quia Deus præstabat eis securitatẽ, ne fugerent illùc, dicens: si quiescẽtes manseritis in terra hac, ędificabo vos: iam. n. placatus sum super malum, quod feci vobis: nolite timere à facie regis Babylonis, quia vobiscum ego sum, vt saluos vos faciam, & eruam de manu eius, & habitare faciam in terra ista: Iere. 42. ideo peccabant præstita tali securitate, volẽdo fugere in Aegyptũ.

An Ieremias peccauerit descendendo in Aegyptum. Quæstio XXIX.

D QVAERETVR vlterius, an peccauit Ieremias descendendo in Aegyptũ. Ad hoc præsupponendũ prius, ꝙ Ieremias descenderit in Aegyptũ: nã Iere. 43. dr̃, ꝙ factus est sermo Dñi ad Ieremiã in Thapnis, & assumpsit lapides, & posuit in cripta sub muro latericio, qui erat in porta domus Pharaonis: & tñ Thapnis in Aegypto est, & ẽt domus Pharaonis, ideo ibi erat Ieremias. Item patet, quia Ier. 44. factum est verbum Dñi ad Ieremiam ad oẽs Iudæos, qui habitabant in terra Aegypti, & locutus est eis Ieremias. Aliquis dicet, ꝙ non peccauit Ieremias descendẽdo illùc ex eisdem rationibus, ex quibus peccauerunt Hebræi, vt patet præcedenti quæstione; immo magis peccaret Ieremias, quàm alij Hebræi,

E eo ꝙ ipse erat propheta Domini, & agebat scienter contra præceptum Dei. Aliquis dicet, ꝙ non peccauit: quia Deus locutus fuit postea sæpè ad Ierem. & tamen non loquęretur ei, si esset in peccato. Sed dicendum, quòd ista ratio nõ stat, quia Deus loquitur ꝓphetis, qui interdũ sunt in peccato mortali, sicut patet de Balaã, qui erat pessimus vir, & volens agere ꝯ intẽtionẽ Dei, & tñ Deus loquebať ei, vt patet Nume. 22. & 23. & 24. Dicendum igitur, ꝙ Ieremias non peccauit descendendo in Aegyptum, nec obstãt rationes illæ, q̃ allegatæ sunt ꝯ Hebręos descendentes illùc, eo ꝙ Ieremias habuit causam rationabilẽ descẽdẽdi in Aegyptũ. Prima potuit esse, quia populus cõpulit eũ illùc ire inferẽs vim realiter

ter. s. portando eum in Aegyptũ secũ tanq̃ captiuũ. Et hoc satis colligitur Iere. 43. cum dr̃, ꝙ Iohanam filius Chareę tulit oẽs reliquias terræ Iuda viros, & paruulos, & mulieres, & Ieremiam prophetam, & Baruch filium Verię, & ingressi sunt in Aegyptũ: & sic nõ ibat Ieremias volens, sed populus cogebat eum illuc ire. Secũda rõ esse poterat, quia Ieremias nõ habebat quò iret, nisi in Aegyptũ cum Hebręis: nam in terra Iuda nulli manebant cum descenderẽt omnes in Aegyptũ, ideo oportebat, ꝙ Ieremias iret in Babylonẽ, vbi erãt alij Iudæi captiui, vel iret in Aegyptum, & tamen ipse noluerat ire in Babylonem, quando rogabat eũ Nabuzardan princeps militiæ. Ier. 44. ideo non iret illùc, sed in Aegyptũ. Tertia ratio esse poterat, quia fortè populus incussit timorem magnũ Ieremiæ, nisi descenderet cũ eis. s. comminando mortẽ: ideo non ausus est aliud facere, & istud satis verisimile est, quia si Ieremias nolet descendere in Aegyptum, timerent multi de popularibus descendere, & nolent descendere illuc, & tamen Iohanam, & alij principes exercitus, qui timebant nimis Chaldæos pp causas assignatas supra in quæstione de timore Chaldæorũ: ideo ꝓcurarẽt, vt Ieremias descenderet in Aegyptũ, vt populares nõ timerent descendere illuc, & sic cõminarẽtur mortem Ieremiæ, nisi descenderet, & tunc haberet cãm rõnabilem descendendi illuc, sicut Vrias ꝓpheta fugit illuc, quãdo voluit eum occidere Ioacim rex Iuda, Iere. 26. Quarta causa esse potest, quia fortè Deus reuelauit Ieremiæ, vt illuc descenderet, & ista est satis verisimilis, quia cũ Ieremias esset propheta, cui Deus sępissimè loquebatur, nolet facere tantã mutationem sine Dei responso: nam Israelitæ, qui mali erant petiuerunt prius responsum à Domino, an deberent descendere in Aegyptum Ier. 42. à fortiori ergo consuleret Ieremias Dominum super hoc, & non est credendũ, ꝙ cũ ipse esset vir sanctus, vellet tunc descendere in Aegyptum, si Deus hoc non iuberet, vel si esset contra præceptũ Dei. Quinta rõ esse potest. s. ꝙ Ieremias sponte descẽderit in Aegyptũ Deo sibi nihil reuelante, & nõ peccaret in hoc, sed potius mereretur, quia faciebat pp vtilitatẽ ꝓximorum. s. quia Israelitæ descendentes in Aegyptũ colerent ibi idola, sicut proni erant nisi aliquis dissuaderet eis ex parte Dei: ideo Ieremias vellet ire illuc, vt arceret eos ab idolatria: sic. n. patet: nam postquam fuit in Aegypto increpuit nimis Hebræos, quia colebant reginã cœli, & offerebãt ei placẽtas, Iere. 44. & tamen populus noluit ei obedire. Potius ergo fuit magni meriti Ieremias descẽdẽs in Aegyptum, quàm alibi manẽs, quia ipse sciebat, ꝙ multa mala euentura erant in Aegyptum super Israelitas, & voluit ibi tolerare illa cũ eis, vt admoneret eos ad bonum, cum potuisset ipse ire in Babylonem, & maxime honoraretur, quia sic dixerat ei Nabuzardan, ꝙ si vellet ire cum eo in Babylonem, poneret super ipsum oculos suos. i. aduerteret semper ad benefaciendũ ei, vt patet Iere. 40. & sic laudandus est Ieremias tanquam bonus Pastor, quia zelo populi Dei voluit miseria sustineri potiusquam ipsius cura neglecta in diuinis gloriari.

Status Hebræorum in Aegypto qualis fuit, quando fugerunt illùc, & quis fuit finis eorum. Quæst. XXX.

QVAERETVR vlterius de statu Hebręorum in Aegypto postquam illuc descenderunt.

Respondendũ est, ꝙ Israelitæ in Aegypto declinauerunt à Dño ad idola: nam sicut consueti erant in terra Iuda colere idola, ita & in Agypto tenuerunt mores suos: q̃q̃ sustinuissent multas tribulationes: nã mala consuetudo eorũ mutari vix poterat: F sic dixerat Ieremias. c. 13. Si mutare põt Aethiops pellẽ suam, aut pardus varietates suas, & vos poteritis benefacere, cũ didiceritis malum: ideo cum essent in Aegypto semel Ieremias increpuit eos mandato Dñi, quia colebant reginã cœli, & respõderũt oẽs mulieres virorum Iuda Ieremiæ, ꝙ non facerẽt id, quod Deus iubebat ꝑ Ieremiã, sed id q̃d ipsi volebant, & ꝙ offerrent placentas reginę cœli, nec cessarent: quia tpe, quo hæc fecerant saturabantur panibus, & benè eis erat, & malũ non viderant: postquã aũt cessauerant facere hoc, inuenerat eos gladius, & fames, vt patet Iere. 44. & sic pp peccata ista, quæ faciebant Iudæi in Aegypto, & pp illa, quæ prius fecerant in terra Iuda. G Et quia contra ꝓhibitionẽ Dñi descenderãt in Aegyptũ Deus tradidit ferè omnes istos Hebræos in manu Nabuchodonosor: nã pauco tpe post hoc Deus induxit Nabuchodonosor cõtra regẽ Aegypti, & vastauit terram eius, & tunc occidit Nabuchodonosor ferè oẽs Hebræos, q descẽderant in Aegyptum, & multi illorũ fame, & peste ibi perierunt. Istud. n. Deus ꝓdixerat eis ꝑ Ieremiã. s. oẽs viri, qui posuerint faciẽ suã, vt ingrediantᷣ Aegyptum, & habitent ibi, morientur gladio, fame, & peste, nullus de eis remanebit, nec effugiet à facie mali, q̃d ego afferã sup eos, & eritis in iusiurandum, & in stuporẽ, & in maledictionem, & nequaquã vltra H videbitis locũ istũ: Ier. 42. istud aũt fuit quãtũ ad illos, q habebãt intẽtionẽ descendendi in Aegyptũ, sicut erant principes exercitus, & qdã alij: nã de istis nullus effugit gladiũ Nabuchodonosor, vel famen, aut pestẽ, & nullus eorũ redijt in terrã Iuda. Alij autẽ erant, qui nõ spontè ibant in Aegyptũ, sed Iohanam filius Chareæ, & alij principes exercitus, q ducebãt totũ populũ in Aegyptũ, vt patet Ier. 43. duxerunt ẽt istos: iõ isti cũ non peccarent descẽdẽdo in Aegyptũ poterãt reuerti postea in Iudã, quia nõ ponebãt isti facies suas vt descenderẽt in Aegyptũ, sed ducebantur illùc, & tñ pœna ꝓnunciata Ier. 42. solum erat ꝯ illos, qui posuerant facies suas, vt descenderent in Aegyptũ: Isti tñ, qui non peccauerũt I descendẽdo in Aegyptũ, peccauerunt postea, cùm essent in Aegypto, colendo idola: iõ meruerũt ꝯ se secundã sñiam, quã prænunciauit Dñs ꝑ Ieremiam vt patet Ier. 44. s. Ego vigilabo sup eos in malũ & cõsummẽtur oẽs viri Iuda, q sũt in terra Aegypti gladio, & fame, donec penitus cõsummantur. Et istud erat cõtra illos viros, & fœminas, q dixerunt, ꝙ nõ cessarẽt colere reginã cęli, & offerre ei placentas, vt patet ibidẽ. Et quia fuerunt aliqui pauci, qui nõ peccauerãt in hoc, Deus fecit, ꝙ illi non morerẽtur, sed possent reuerti postea in Iudã: isti tñ prius ducti fuerunt de Aegypto captiui in Babylonẽ, & inde redierũt cũ cæteris in Iudeã, vt vult Iosephus: vel põt dici, ꝙ non ducti sunt captiui in Babylonẽ, sed mãserunt in Aegypto, & redierũt in terrã Iuda post se- K ptuaginta annos, qñ redierunt illi, qui erãt in Babylone. De hoc Iere 44. s. Et qui fugerint gladiũ, reuertentᷣ de terra Aegypti in terrã Iuda viri pauci. Põt aũt intelligi effugere gladiũ dupliciter: vno mõ, ꝙ fugerẽt à facie Nabuchodonosor, & ꝙ nõ posset occidere eos, & tunc dicetᷣ, ꝙ isti nõ ducti sunt in Babylonẽ, sed reuersi sunt in terrã Iuda: alio mõ, ꝙ fugerũt gladiũ. i. non occisi sunt à Nabuchodonosor, q̃q̃ potuisset eos occidere, sed duxit eos captiuos in Babylonẽ, & tunc cõsonabit dicto Iosephi, q̃d satis verisimile est. Fuit aũt modus ad puniendũ istos Israelitas, qui erãt in Aegypto, q̃a Nabuchodonosor pugnauit ꝯ regẽ Aegypti, quẽ habebat in hostẽ, & tũc

occidit

occidit ferè oẽs Hebręos, qui fugerant ad terrã suã. Hoc ẽt erat prænunciatum per Ieremiã postquam fuit in Aegypto, vt patet Ier 44. s. Ecce ego tradam Pharaonem Ephreę regẽ Aegypti in manũ inimicorũ eius, sicut tradidi Sedeciã regẽ Iuda in manu Nabuchodonosor regis Babylonis. Fuit autem cõpletũ istud annis quinq; postq̃ ducti sunt Hebræi in Babylonẽ ꝑ Nabuzardã. De hoc Iosephus x. Anti. c. quinto siquidẽ anno captiuitatis Ierosolimorũ, qui est vicesimus tertius annus regni Nabuchodonosor in inferiori Syria castrametatus est idem Nabuchodonosor: eanq; detinens expugnauit Amonitas, & Moabitas. Cumq; subdidisset has gẽtes perrexit ad Aegyptũ, eanq; subuertit, & regem, q tũc erat occidit, aliumq; in ea constituens denuo captiuos Iudæos duxit in Babylonem. Nunc autem dicẽdum erat de statu Ieremiæ in Aegypto, & de morte, & sepultura suã de his tamen infra dicetur in q̃stione de Historia Ieremiæ.

An Hebræis existẽtibus captiuis in Babylone licuit ibi facere sacrificia, et alias cęremonias, & quę cæremoniæ possunt nũc obseruari à Iudæis extra terram Chanaan, & quæ sunt illæ, quæ solũ poterunt obseruari in terrã Chanaan. Q. XXXI.

QVAERETVR vlterius post captiuitatẽ Babylonis, an licuit Hebræis translati illùc facere ibi sacrificia, & alias cęremonias legis. Aliquis dicet quod sic, quia nihil deerat Hebræis ad faciendũ hoc: ipsi enim habebant sacerdotes, & prophetas, & ministros Dei in Babylonem, quia ducti fuerunt illùc omnes cum non remanserint in terra, nisi agricolæ, & vinitores, & tamen sacerdotes, & leuitę nõ erant agricolæ: quia nunquam colebant agros vel vineas: nam secundum legem nihil illorũ habebãt, sed solum vrbes, in quibus habitarent, vt patet Nume. 35 & Iosue 13 Patet etiam Iere 14. c. si egressus fuero ad agros, ecce occisi gladio, & si introiero in ciuitatem, ecce atenuati fame: ꝓpheta quoq;, & sacerdos abierunt in terram, quã ignorabant, & agitẽ ibi de captiuitate Babylonis: ideo nihil deerat ad faciendũ cęremonias in Babylone. Dicendũ, ꝙ Israelitæ non fecerunt sacrificia, vel alias cęremonias similes in Babylone, q̃q̃ haberent ibi sacerdotes, & leuitas: quia q̃q̃ isti essent ministri, deficiebat locus determinatus, in quo ista fierent. Pro quo sciendũ, ꝙ in cęremonijs veteris testamẽti quædã determinabant sibi certũ locũ, aliæ aũt non: quæ aũt determinabant locũ non obseruabãtur ab Hebræis, nisi qñ erant in terra Chanaan: quę aũt non determinabãt locũ obseruabantur ab eis vbicunq; essent: determinant. n. sibi locũ sacrificia, & libamina, quia ista non poterant fieri nisi in tabernaculo Dñi: ideo quicunque offerret sacrificium extra atrium tabernaculi, reus erat mortis, sicut si sanguinem effudisset Leui. 17. & sic omnia, quæ pertinent ad sacrificiũ, vel quibus annexum est sacrificium non poterãt fieri extra terram Chanaan, & ob hoc Hebræi, qñ fuerunt in Babylone nulla sacrificia obtulerunt, quia nõ habebant ibi templũ, nec ẽt licebat eis fabricare templum ad offerendũ in eo sacrificia, quia Deus dixerat, ꝙ non offerrent sacrificia in omni loco, quẽ viderent, sed solũ in locũ, quem elegisset Dñs in sorte vnius de tribubus Israel, & tamen in Babylone non erat aliqua ciuitas de tribub⁹ Israel, nec ẽt elegerat Deus ibi aliquem locum pro nomine suo. ideo nõ poterant offere sacrificia: de hoc Deut 12 Sic etiã nunc non offerunt sacrificia Hebræi, q̃q̃ habeant pulchras sinagogas, in quibus hæc facerent. Vnde si quis aduertat solicitè totã legẽ Moysi, & videat, q̃

A cęremoniæ illius omittuntur nunc à Iudæis videbit, quæ erant illę, quæ omittebantur in Babylone.

Secundũ erat, ꝙ non poterant Hebræi ibi obseruare festiuitates plenè: nam quælibet festiuitas habebat annexa sacrificia determinata, de quorũ singulis habetur Num. 28. & 29. & illa non seruabantẽ a Iudæis in Babylone, nec ẽt nunc, & tamen erant de integritate festorum. Habebant etiã festiuitates alias cęremonias, sicut in festo Azymorum offerrebatur manipulus spicarum. Leui. 23. & in festo Penthecostes offerrebantur panes primitiarũ duo de singulis domibus eo. c. & ista non poterant obseruari, quia istę oblationes fiebãt in templo, & cremebatur in altari aliquid de istis, vt patet eo. ca. & ibi de-
B claratum est. Tertium erat, quod non obseruabãt scilicet, ꝙ non dabantur decimæ, & primitiæ sacerdotibus, & leuitis, quia ista erant iura eorum, qa ministrabant Deo: Num. 18. & Deut. 18. & Iosue 18. & tamen in Babylone, vel in quacũque alia terra extra terram Chanaan non faciebant sacerdotes, & leuitæ aliquem cultũ Deo potiusquam populares, ideo nihil dabant eis laici, sed oportebat eos quærerere victum manibus, sicut faciebãt cęteri Hebræi, & ita nunc est: quia quanquam multi de genere sacerdotum, & leuitarum sint inter Hebræos nõ recipiunt aliqua iura ab eis, quia non ministrant.

¶ Quartum, qđ cessat est votum Nazaręorum: nam illi debebant in fine voti sui offerre Dño capillos ca-
C pitis sui in igne altaris cremãdos, & offerrebãt multa alia sacrificia: Nume. 6 & hoc non poterat fieri extra terram Chanaan. Et istud erat, quando votũ Nazaræorum erat temporale. Si tamen esset perpetuum, non fiebant sacrificia aliqua, sed quædam cæremoniæ rasionis capillorum, quando moreretur aliquis subito coram Nazaræo, & istę immunditiæ non pertinebant ad Israelitas, nec purificationes earũ nisi respectu sanctuarij, qđ non habebant, dũ erãt extra terrã Chanaan. Quintũ erat in cęremonijs, q̃ fiebant in purificationibus mulierum post partum: nam quadraginta diebus erant immundæ ꝓ masculo, & octoginta pro fœmina, & postea ibant in sanctuarium, & offerrebant ibi par turturum, aut duos
D pullos columbarum: Leui. 12. & tamen ista pertinebant ad cęremonias sacrificiorũ, quæ nõ poterant fieri nisi in templo. Sextũ erat redemptio primogenitorum: nam pro quolibet primogenito dabãtur quinque sicli sacerdotibus à parentibus pueri: Num. 3. & 18. & nunc non dandi erant, quia isti sicli dabantur sacerdotibus: quia oẽs primogeniti sibi erant obligati, quia primogeniti obligati fuerant Deo specialiter, vt ministrarent ei ex illo die, quo liberauit Deus primogenitos Israelitarum, ne occiderentur in Aegypto, quando occidebãtur primogeniti Aegyptiorũ & quia Deus voluit accipere tribum Leui ad ministrandum sibi, supplebant sacerdotes. & Leuitę locũ primogenitorũ totius Israel,
E & cõsequenter: erant obligati oẽs primogeniti ad dandum pretium sacerdotibus, qa supplebãt locũ illorũ, & determinauerat Deus qnq; siclos ꝓ quolibet. Istam rõnẽ posuit Deus Nume. 3. nunc tñ non ministrabant sacerdotes, & leuitæ loco primogenitorũ ideo non tenebantẽ eis aliquid dare. Septimũ erat quædam oblatio de pulmentis: nam quando coquebant panes, debebãt dare Deo panes aliquos pro sacerdotibus, & leuitis: Numeri 15. & tamen nunc nihil dabant, quia cessabat causa. Octauum erat quædam redemptio votorum. s. ꝙ Israelitæ, si aliquid vouerent Dño dabant illud sacerdotibus, & si erat res, quæ non poterat tradi, sicut si homo voueret se ipsum, dabatur ęstimatio sacerdotibus:

Leui.27.& iſtud iam ceſſabat,quia iſti non erant mi
niſtri Dei. Nonum erat.ſ. ꝙ non fiebant compenſa-
tiones quædam pro peccatis per ſacrificia: nã Deus
Determinauerat pro peccatis certa ſacrificia fieri,
ſcilicet, ꝙ qui peccaret in Deum ſolum offerret ſa
crificia: Leui.4. & Num. 15. Qui aũt peccaret cõtra
proximum, debebat ſatisfacere ꝓximo de damno
illato cum quinta parte inſuper,& Deo faciebat ſa-
crificium pro offenſa, quã faciebat Deo offenden-
do proximum: Leui.5.& Num. 5.& proueniebant
iſta iura Dei ſacerdotibus,& nunc nihil dabatur: tũ
quia non erat templum aliquod, in quo offerren-
tur ſacrificia: tum quia ſacerdotes iam non erant
miniſtri Dei. Decimum erat, quia quædam pecu-
niæ ſolebant dari ſacerdotibus, quæ nunc non da-
bãtur.ſ.ſi aliquis læſiſſet proximũ,& obliuiſceretur
peccati, & poſtea doleret debebat reſtituere proxi-
mo damnum,& inſuper quintã partem, & ſi nõ eſ-
ſet ille,cui damnũ inflictum fuerat, nec ſupereſſent
hæredes ſui propinqui, debebat dari pretium illud
ſacerdotibus: Numeri 5. Nũc aũt nihil daretur ex
cauſa dicta. Vndecimũ erat probatio Zelotipiæ, q̃
fiebat, qñ vir ſuſpicabatur aliquid contra vxorem
ſuam,quam non deprehenderat in adulterio, quia
dando ſibi aquas,de quibus Nume.5. apparebat, an
commiſiſſet delictum,& iſtæ cęremoniæ non pote
rant nunc obſeruari,quia debebant fieri in templo,
vt patet ibidem. Duodecimum erat quantũ ad pu-
rificationes: erant quippe multæ immunditiæ in
veteri teſtamẽto,vt ſi quis comederit cibos vetitos,
vel ſi tangeret animalia morticina,aut ſerpentes,&
ſimilia,vel ſtercora humana,vt patet Leui. 5. & 11.
& Deuter.14.ẽt ſi aliquis eſſet leproſus,vel domus,
aut veſtis leproſa: Leui. 13. & 14. Vel ſi quis tange-
ret virum fluentem ſemine, aut res pertinentes ad
eum,vel mulierem menſtruatam,vel fluentem ſan
guinem extra tempora menſtruorũ: Leuit.15.etiã
ſi quis fœminam cognoſceret eod. c.vel ſi quis pol-
lueretur ſomnio nocturno, Deu.23.vel ſi quis mit-
teret caput emiſſarium:Leuiti.16 vel ſi quis tange-
ret cineres vitulæ rufæ,vel cremaret eã, aut iugula
ret,Num.19.Vel ſi quis tãgeret mortuos,aut ſepul-
chra,aut oſſa reperta in agris,aut tabernaculum,vel
res,quæ erant in domo mortui, & ſic de alijs eo.ca.
in omnibus hijs,& in ſimilibus erat immundicia in
veteri teſtamento,& quicũque incurreret eam, de-
bebat purificari,vt patet eiſdem capitulis: nunc ta-
men & generaliter quandocunque Hebræi eſſent
extra terram Chanaan non ſeruatur aliqua purifi-
catio, & ratio eſt: quia in quibuſdam purificationi-
bus debent offerri ſacrificia ſicut in mundatione le-
proſorum Leui.14.& in purificatione virorũ fluen-
tium ſemine, & in mulieribus patientibus fluxum
ſanguinis extra tp̃a menſtruorũ, Leui.15. & ſacrifi-
cia non poterãt fieri niſi in tẽplo. Alia ratio erat ge
neralis ad oẽs immunditias,q̃a nulla ĩmũditia cãba
tur niſi reſpectu ſanctuarij: ſ. ꝙ immunditia erat q̃-
dam nota,vel irregularitas,ſecundum quã Iſraelitę
prohibebantur intrare in ſanctuarium, vt patet Le
ui.15.ſ.docebitis filios Iſrael, vt caueant immundi-
cias,& non moriantur in ſordibus ſuis cum pollue-
rint tabernaculum meum,quod eſt inter eos, & ta-
men quandocunque erant Iſraelitæ extra terram
Chanaan non habebant tabernaculum, ideo nõ po
terant iſtæ immunditiæ cauſari in eis, nec erant ne-
ceſſariæ purificationes. Tredecimum erat.ſ.ꝙ ceſ-
ſabat remiſſio debitorum in anno ſeptimo, & libe-
ratio Iſraelitarum,qui eſſent ſerui à ſeruitute: nam
quicunque eſſet ſeruus inter Hebręos de proge-
nie Hebræorum liberabatur anno veniente feſti-
F uitate anni ſeptimi,Exo.21.& Deu.15. etiam ſi quis
teneretur alteri ex mutuo,& non ſoluiſſet vſque ad
annum ſeptimum non poterat poſtea peti debitũ
Deut.15.nũc autem ceſſabant iſta, quia ceſſabat an-
nus remiſſionis, Leui.25. Quartumdecimum erat
celebratio Phaſe: nam non poterat comedi agnus
Paſchalis, niſi in vrbe, in qua eſſet ſanctuariũ Deut.
16. & tamen extra terram Chanaan nõ erat ciuitas
ſanctuarij,ſed in vna de tribubus Iſrael Deut. 15.

Quintumdecimum, quod ceſſabat, erat annus Io
belęi quinquageſimus cum cęremonijs ſuis, & libe
ratio à ſeruitute in anno illo, & Sabbathizatio ter-
ræ,& omnes cęremoniæ anni ſeptimi. Nam in an-
no ſeptimo Iſraelitæ non debebant colere terram
G vllo modo,ſed comedere, quæ ſponte naſcebãt Le-
ui.25.& iam ceſſabat,q̃a dicitur ibi, ꝙ facerent hoc,
quando eſſent in terra, quam daturus erat eis Deus,
& iſta erat in terra Chanaan. Sextumdecimũ erat
quantum ad varietatem venditionis, quia Hebræi
in terra Chanaan non poterant vendere poſſeſſio-
nes ſuas, & ſi venderent non extendebatur iſta ven-
ditio in ęternum, ſed ſolum vſque ad annum Iobe
lęi,in quo redibat quælibet poſſeſſio ad Dominum
priorem, & nõ dabat aliquod pretiũ ꝓ ea. Leui. 25.
Et hoc erat ſolum in terra Chanaan, vt patet ibidẽ:
nunc autem venditiones inter Hebræos tam in bo
nis mobilibus, quàm immobilibus ſunt perpetuæ,
ſicut inter alias gentes,quia non ſunt in terra Cha-
H naan. Sunt autem quædam alia præcepta tam iu-
dicialia,quàm cęremonialia, quæ non obligant He
bræos extra terram Chanaan ex eo, ꝙ concernunt
certum locũ,& hoc non poteſt apparere, niſi inſpi-
ciendo ſingula ipſorum, de quibus non eſt nobis cu
ra,quia iſtę ſunt ꝓcipuę cęremoniæ, quæ ceſſabant
quandocunque Iſraelitæ erant extra terram Cha-
naan. Et de iſtis dicendũ, ꝙ non ſolum Iſraelitæ nõ
poterant illa ſeruare in Babylonẽ,ſed etiam nolue-
runt ſeruare, quanquam Babylonij hortarẽtur eos
ad hoc,vt patet Pſal. 133. ſ. ſuper flumina Babylo-
nis illic ſedimus,& fleuimus dum recordaremur tui
Sion: in ſalicibus in medio eius ſuſpendimus orga-
na noſtra,quia illic interrogauerunt nos, qui capti-
I uos duxerunt nos,verba cantionum,& qui adduxe
runt nos,hymnum cãtate nobis de cãticis Sion. Et
reſponderunt Hebræi: Quomodo cantabimus can
ticum Domini in terra aliena? Alię autem cære-
moniæ erant,quæ non concernebant locum, ſicut
circunciſio,& abſtinentia à rebus immundis, & ob-
ſeruatio feſtiuitatum quãtum ad vacationẽ à labo-
ribus, & obſeruatio Azymorum per ſeptem dies,
& ſimilia: nullum.n.iſtorum concernit tempus,q̃a
non fiunt aliqua ſacrificia in his, neque ẽt leges, in
quibus iubebantur iſta, dicunt aliquid de terra Cha
naan,& ſic Hebræi,obſeruant nunc iſta, & obſerua
uerunt ea in Babylone, & ſic ſunt aliquæ cęremo-
niæ, quas Iudæi ex parte ſeruant, & ex parte non:
K vtpote in feſto Azymorũ ſũt quatuor cęremonię,
ſcilicet, comeſtio agni Paſchalis, & oblatio ſacrifi-
ciorum per ſingulos ſeptem dies, & oblatio præmi
tiarũ in manipulo ſpicarũ, & comeſtio Azymorũ
per ſeptem dies,vt patet Exod. 12. & Leui.13 & Nu
meri 28. & quinta cęremonia vacationis à labori-
bus,& nunc ſeruantur à Iudæis duæ iſtarum, ſcili-
cet,vacatio à laboribus, & comeſtio Azymorũ per
ſeptem dies. & tres cęremoniæ iſtarum non ſerua-
bantur, ſcilicet, oblatio ſacrificiorum, & comeſtio
agni Paſchalis,& oblatio manipuli ſpicarum: quia
duæ non concernebant locum, & tres concerne-
bãnt. Ita etiã dicẽdũ eſt de qualibet alia feſtiuitate.ſ.
de Kalẽdis, & Sabbatho,& feſto clãgoris, & die ex-

Quæ ſunt cœremoniæ, quas licet Iudæis obſeruare nũc.

piationis

piationis,& festo tabernaculorum,in quorum quolibet sunt quatuor,vel quinque, quorum aliqua seruantur, & aliqua non ex causa dicta: poterit autem quilibet considerare quid seruatur,& quid nō,inspiciendo ea, quæ habentur Leuit. 23.& Num.28.& ēt Exo.12.& Leu.16. & quæ ibi declarata sunt.

An licebat Iudæis manentibus in terra post combustionem seruare cæremonias legis,& facere sacrificia in templo combusto, & destructo. Quæstio XXXII.

QVAERETVR vlterius,an licuit Israelitis manentibus in Iudæa facere sacrificia, & alias cæremonias legis,postq̄ ducti sunt alij Iudæi in Babylonem.Respondendum est,ꝙ licuit:quia ad hoc requirebantur duo præcipua,s. ꝙ essent ibi aliqui sacerdotes,& leuitæ, qui ministrarent in cæremonijs istis,qa laicis non licebat ministrare coram Dño. Secūdum erat locus debitus ad ministrandum:& vtrunque habebant manentes in Iudæa post captiuitatē. De primo patet, quia verisimile est, ꝙ aliqui sacerdotes, & leuitæ saltem pauci relinquerētur in terra cum pauperibus agricolis, & vinitoribus. De secundo patet, quia manebant in terra Chanaan,& illa erat, in qua Deus iusserat obseruari cæremonias: sed tunc dubitabitur,in quo loco fierēt sacrificia,& aliæ cæremoniæ.Respondendum,ꝙ,quia ista non poterant fieri, nisi in loco,quem Deus elegisset,Deuter.12.& tamē Deus non elegerat alium locum, nisi Ierusalem : qa dicitur: elegi Ierusalem, vt sit nomen meum in ea, vt patet præcedenti libro, capitu.11. & supra 21. & nō solum elegit Ierusalem, sed etiam nullam aliam elegit,nisi ipsam,vt patet 2.Paralipo.6. scilicet,à die, quo eduxi populum meū de terra Aegypti, non elegi ciuitatem de cunctis tribubus Israel,vt ædificaretur in ea domus nomini meo,sed elegi Ierusalem,vt sit nomen meum in ea. Ideo peccarent Hebræi si in alio loco immolarent:vnde reges boni,scilicet,Ezechias, & Iosias abstulerunt altaria, quæ erant per diuersas partes regni Iuda,quæ vocabantur excelsa, vt patet supra 18.& 23.& 2.Paralipo.32. & 34. & tamē in istis excelsis immolabāt Deo vero, vt patet 2.Paralipom.33.scilicet:Attamen adhuc populus immolabat in excelsis Domino Deo suo,sed obiicietur, ꝙ non possent fieri istæ cæremoniæ in Ierusalem, quia iam erat templum destructum vsque ad solū, quia non relictum est in eo quidquam,quod non cremaretur, & dirueretur intantum,ꝙ oportuit post reditum de Babylone poni de nouo fundamenta,vt patet 1.Esdre 3.Dicēdum,ꝙ licebat Hebreis offerre sacrificia,& seruare alias cæremonias in Ierusalem, ēt si esset exustum templum Domini,quia poterant fabricare altare de lapidibus,vel de ære in loco,in quo prius erat,& ibi offerrent sacrificia,& libamina: neque erat necessarium templum ad hoc. Sic enim patet de tempore Dauid,antequam ædificaretur:nam ipse habebat in domo sua in Ierusalem arcā Domini,& ibi erant sacerdotes,& leuitæ,qui ministrarent coram ea omni tempore, 1. Paralipom. 16. ita ergo nunc, destructo tēplo, fieret. Item patet hoc magis, 1.Esdræ 3.nam ibi dicitur, quòd redeūtibus Hebręis de Babylone sacerdotes, & leuitæ fabricauerunt altare, & immolauerunt sacrificia super illud,& tamē tunc nō erat ædificatum templum Domini, nec inceptum: quia ibidem sequitur quomodo dabāt Hebræi pecuniam Tyrijs,& Sydonijs,vt adducerent eis ligna,& lapides pro ædificatione templi: & isto modo seruatæ fuerunt cæremoniæ legis super altare illud toto tempore,quo durauit ædificatio templi,qđ fuit quadraginta sex annorum, vt patet Io.2. sic igit dicendum,ꝙ Hebræi relicti nunc in terra possent fabricare altare in Ierusalem, vbi erat prius altare, & ibi seruarent cæremonias legis. Et non solum poterant hoc facere Iudæi, sed etiam dicendum, ꝙ fecerunt. Nam post captiuitatem tempore, quo Godolias erat præpositus terrę offerebantur sacrificia,vt patet Ier.41.scilicet: Venerunt viri de Sichem, & de Silo, & de Samaria, qui munera, & thus habebāt in manu, vt offerrent in domo Domini.& hoc fuit secundo die postquam occisus est Godolias, vt patet ibidem. Non ergo cessauerunt Iudæi à cæremonijs legis,quanquam fuit combustum templum.

Quot fuerunt reges Hebræorum vsque ad captiuitatem Babylonis. Quæstio XXXIII.

QVAERETVR vlterius, quot fuerunt reges inter Hebræos vsque ad vltimum eorum in captiuitate Babylonis, & quanto tempore durauerūt. Ad primum dicendum, quòd hic non computādus est Abimelech filius Gedeonis, quia licet vnctus fuerit in regem: Iudi.9.tamen non computatur inter reges, quia solum fuit vnctus à viris Sichem, eod.cap. Etiam, quòd ipse ponitur inter iudices & nō successit ei aliquis rex,sed iudices: vnde scriptura vocat eū vnum de iudicibus.Et debent reges computari à tēpore Saulis,quia tempus præteritum fuit tempus iudicum, vt patet Act.13.scilicet:Et post hęc dedit iudices vsque ad Samuelem prophetam,& ex inde postulauerunt regem, & dedit illis Saul filium Cis. Ex hoc autem vsque ad captiuitatem Babylonicā fuerunt vigintitres reges, quorum duo fuerunt de tribu Beniamin, & viginti vnus sequentes fuerunt de tribu Iuda. Primus fuit Saul, supra primo lib.cap.9. & 10.Secundus fuit Isboseth filius eius, quem cōstituit Abner princeps militiæ vt patet supra 2 libro, cap.2. Tertius fuit Dauid, eod.lib cap.2.& 5. Et iste fuit primus de stirpe Iuda, & deinde cęteri de eadē stirpe fuerunt,& de filijs Dauid. Quartus Salomon, præceden.libro,cap.1. Quintus Roboam,supra 12. Sextus Abia, supra 14.& 15. Septimus Asa, eod.cap. & 2.Paralipom.14. Octauus Iosaphat,præceden.libro,cap.10. & 2 Paralipom.17. Nonus fuit Ioram, supra 8.& 2.Paralipom.21. Decimus fuit Ochozias, supra 8.& 2.Paral.21. Vndecimus fuit Ioas,supr.11. & 2.Paralipo.22. Duodecimus fuit Amasias, sup.14. Tredecimus fuit Ozias,supra 15.& 2.Paralipom.26. Quartusdecimus fuit Ioathan,sup.15.& 2.Paral.27. Quintusdecimus fuit Acaz,sup.16.& 2 Paralipo.28. Sextusdecimus fuit Ezechias, sup.18.& 2.Parali 29. Septimusdecimus fuit Manasses,sup.21.& 2.Par.33. Octauusdecimus fuit Amon eisdem capitulis. Nonusdecimus fuit Iosias,sup.22. & 2.Paralipo.34. Vigesimus fuit Ioacaz,supra 23. & 2 Paralipom.vlt. Vigesimusprimus fuit Ioacim frater eius eisdē cap. Vigesimussecundus fuit alius Ioachin filius huius,vt patet ibidem.Vigesimustertius fuit Sedecias,sup.24. & 2.Paralipom.vlt.& in hoc consumatum est regnū Iuda in captiuitate Babylonis.

Quanto tempore durauerunt isti reges. Quæstio XXXIIII.

QVAERETVR de seculo, quanto tēpore durauerunt isti reges Respondēdum,quòd regnauerunt quasi annis quingentis,& quindecim. Quod patet colligendo annos eorum : nam Saul regnauit annis quadraginta, Act.13.Isboseth autem regnauit annis ferè septem, & dimidio, quia tēpore huius regnabat Dauid in Iuda, vt patet supra 2.libro, cap.2. & 3.non computatur tempus huius,ne coincidat cū annis Colūna.

annis

annis Dauid. Deinde Dauid regnauit annis quadraginta, vt patet supra 2. libro, cap. 5. & præced. lib. c. 2. Deinde Salomon quadraginta annis, præc. lib. c. 11. postea Roboam annis decem & septem, præced. lib. cap. 14. Deinde Abia annis tribus, eod. libro, cap. 15. Deinde Asa annis quadraginta vno, eod. cap. postea Iosaphat annis vigintiquinque, eod. lib. cap. vltimo, postea Ioram octo annis, sup. 8. postea Ochozias anno vno, eod. capit. Deinde Athalia, quæ regina erat, annis sex regnauit, qui non computantur sub tempore alicuius regis. De his, sup. 11. & 2. Paralip. 22. & 23. Deinde Ioas annis quadraginta, supra 12. Deinde Amasias annis vigintinouem, sup. 14. Deinde Ozias annis quinquagintaduobus, supra 15. Postea Ioathan annis decem, & sex, eod. cap. Deinde Acaz annis totidem, supr. 16. Deinde Ezechias annis viginti nouem, sup. 18. Postea Manasses annis quinquaginta quinque, sup. 21. Deinde Amō duobus annis, eod. c. Postea Iosias trigintavno anno, sup. 22. Deinde Ioacaz tribus mensibus, supra 13. Postea Ioacim vndecim annis, eod. cap. Deinde alius Ioachin tribus mēsibus, & decem diebus, 2. Paralipo. vlt. & 2. Esdre 2. Postea Sedecias annis vndecim, sup. 24. & omnes isti sunt anni quingenti, & quasi quindecim. Sic enim ait Iosephus 10. Antiq. scilicet: regnauerunt omnes reges annis quingentis, & quatuordecim, & mensibus sex, & dies decem. Nunc autem dicendum erat de summis sacerdotibus, qui fuerunt tempore istorum regum: & tamen de his opportunius dicetur, 1. Paralipo. 6. vbi agetur de omnibus summis sacerdotibus, qui fuerunt ab Aaron primo summo sacerdote vsque ad vltimum, qui fuit tempore destructionis Ierusalem per Romanos.

Quantum fuit tempus ab exordio seculi, & à diluuio, & ab alijs ęris vsque ad cremationem templi. Quæst. XXXV.

QVAERETVR vlterius, quod tempus fuit istud, in quo crematum est templum Domini computando ab alijs æris.

Respondet Iosephus 10. Antiqu. ꝙ Ab Adam vsque ad combustionem templi fuerunt anni tria millia quingenti, & tredecim, & mēses sex, & dies decē. A diluuio autem vsque ad istam combustionē fuerunt anni mille nongenti quinquaginta, & septem, & menses sex, & dies decem. Ab exitu autē de Aegypto erant anni mille, & centum, & duo, & menses sex, & dies decem. Ab ędificatione aūt sua vsque ad tempus illud fluxerant anni quadringenti, & septuaginta, & menses sex, & dies decem: isti numeri ex aliqua parte cōsonant sacrę scripturę, & ex aliqua nō: nam Iosephus ponit interdum maiores numeros, q̃ sacra scriptura Nam à diluuio vsque ad combustionem templi, secundum Iosephum sunt anni mille nongenti quinquaginta septē, & menses sex, & dies decem: & tamen computando secundum differentiam ęrarum positam in tabulis regis Alphonsi non perueniunt ad annos mille octingentos, & viginti. Maxima tamen pars huius differētię prouenit, quia Iosephus cōputat per alium modum annorū, quā nos computemns. s. per annos lunares, vt quidā volunt, & illi sunt minores solaribus in quolibet anno dies vndecim, & quadrans. Et tamen falsum est, quia licet Hebręi computent menses per lunam, tamen annum suum corrigunt ad annum solarem, vt incipiant semper circa æquinoctium vernale, & ob hoc aliquos annos faciunt duodecim mensium, & alios tredecim, & sic anni sui interdum sunt maiores nostris, scilicet, quando constāt ex tredecim lunationibus, & interdum minores, scilicet, quando cōstāt ex

Vn̄ prouenit diuersitas numeri annorū īter sacrā scripturā, & Iosephum.

F duodecim lunationibus, ideo in hoc modica differentia est, sed in alio est differentia, scilicet, quia Iosephus cōsueuit ponere plures annos, quàm sacra scriptura, vt patet pręced. lib. cap. 6. nam ibi dicitur, ꝙ ab exitu de Aegypto vsque ad ædificationem tēpli fuerunt anni quadringenti octoginta, & tn̄ Iosephus 8. Antiquita. dicit, ꝙ fuerunt anni sexcenti, & duodecim, & est differentia in annis cētum triginta duob⁹. Item Iosephus dicit, ꝙ ab introitu Israelitarū in terram Chanaan vsque ad istam cremationem fuerūt anni mille sexagintaduo, & tamen non conuenit sacræ scripturæ: quia secundum illam non possunt esse tot anni, sed solum octingenti octoginta, scilicet, ab ædificatione templi vsque ad eius cremationem sunt anni quadringenti quadraginta, vt patet deducendo per tempora omnium regum intermediorū

G à Salomone ab anno quarto regni eius, quo cœpit ædificari vsque ad vltimum annum regni Sedeciæ, & fuerunt ab exitu de Aegypto vsque ad ędificationem templi anni quadringenti octoginta, præc. lib. cap. 6. De quibus subtrahantur quadraginta, quibus vagati sunt Israelitæ per desertum, erūt quadringēti quadraginta, & addendo p̄cedentibus erunt octingenti octoginta, & sic est differentia in annis quasi cētum octoginta. Sic ēt dicit Iosephus, ꝙ ab ædificatione templi vsque ad suam cremationem fuerunt anni quadringenti, & septuaginta: & tamen computādo tempora media regum non sunt nisi quadringē-

H ti quadraginta. Ideo dicendū, ꝙ summa Iosephi excedit summam veram plusquam per centū, & quasi quinquaginta annos ab Adam vsque ad cremationem templi, vel à diluuio vsque ad cādem. Et potissima ratio discordandi est propter numeros, qui habētur in libro Iudicum: nam post mortē cuiuslibet iudicis dicitur, ꝙ seruierunt Israelitæ tot, vel tot annis aliquibus extraneis, & illos non computat Iosephus sub temporibus singulorum Iudicum, & tamen cōputandi sunt, vt declaratum est Iudi. 3. Detractis autem quasi cētum quinquaginta annis de summa totali Iosephi erit vera computatio sua. *Factum est.* Hic ponit̄ de exaltatione Ioachin, qui in Babylone exaltatus est post mortem Nabuchodonosor. Et dicitur.

I *Factum est verò in anno trigesimo septimo trāsmigrationis Ioachin regis Iudæ.* Computatur hic transmigratio non à captiuatione facta per Nabuzardam, quando captus est Sedecias, sed à transmigratione Ioachin, & illa fuit vndecim annis ante destructionem Ierusalem, vt patet præced. cap. scilicet, quia post Ioachin regnauit Sedecias annis vndecim & in vlt. anno capta est vrbs, supra in litera. *Mense duodecimo vigesima septima die mensis.* Et sic deficiebant de isto anno solum tres dies, & computatur iste annus, in quo factū est hoc, quia ipse erat trigesimus septimus. Fuit autem ista eleuatio Ioachin facta anno uitæ suæ quinquagesimoquinto. Quod patet, quia ipse erat annorum decem & octo, quando cœpit regnare, præced. cap.

K & postea fluxerūt anni triginta septem vsque ad istā exaltationem, vt hic dicitur, qui sunt anni quinquagintaquinque. Fluxerant autē anni viginti sex à cōbustione Ierusalem: quod patet subtrahendo vndecim annos de trigintaseptem, quia per vndecim annos, quibus regnauit Sedecias, fuit illa trāsmigratio Ioachin ante cremationem vrbis. Erat autem iam mortuus Sedecias rex, qui captiuus erat in Babylone: nam ipse mortuus fuit in Babylone viuente Nabuchodonosor, vt infra declarabitur; & tamen Nabuchodonosor iam erat mortuus quando facta est ista sublimatio per Euilmerodach filium Nabuchodonosor anno, quo ipse regnare cępit, vt patet in litera. *Sublimauit Euilmerodach rex Babylonis anno, quo regnare*

gnare cœpit Ioachin regis Iuda de carcere. Iste Euilmerodach regnauit post Nabuchodonosor, qa erat filius eius,& in primo anno regni sui exaltauit illum. Erat enim in carcere vsque ad tempus illud: nam Nabuchodonosor semper tenuit illum in carcere quandiu vixit. Ex hoc autem patet, quòd Nabuchodonosor regnauit annis quadragintaquinque: nam quando Nabuchodonosor duxit Ioacim captiuum in Babylonem erat annus octauus regni Nabuchodonosor, præced. cap. & ab illa transmigratione vsq; nūc fluxerant anni triginta septē, vt patet hic: & sic sunt simul anni quadragintaquinque, & in isto anno cessauerat regnum Nabuchodonosor, quia in isto incœpit regnum Euilmerodach. *Et locutus est ei benignè.* Idest, locutus est ei dulciter sicut amico, & non sicut subdito, & captiuo, Ierem. vltimo dicitur: & locutus est cum eo bona, idest, promisit ei facere bona, & realiter fecit. *Et posuit thronum eius super thronum regū, qui erāt cum eo in Babylone.* Multi reges erant cum Euilmerodach in Babylone, & qa ille voluit honorare Ioachin exaltauit thronum suū per thronos aliorum regum. *Et mutauit vestes eius, quas habuerat in carcere.* Scilicet, in carcere habebat vestes viles minoris valoris, quàm exigeret regalis celsitudo, quia non exibat in publicum, vbi deberet honorari: nunc autem, quia voluit Euilmerodach honorare eum educendo de carcere, mutauit vestes eius, vt appareret in habitu regali. *Et comedebat panem semper in conspectu eius.* Scilicet, Ioachin comedebat semper in conspectu Euilmerodach, scilicet, in mensa sua, vel in alia mēsa coram eo: & dicitur, quòd comedebat panem, quia nomine panis intelligūtur omnia genera cibariorum, sicut dicit sup. 6. cum dixit Elisæus: appone panē coram eis, & sequitur, ꝙ apposita est magna ciborum præparatio: immo nomine panis intelligitur quidquid gustari potest, etiam herbę, vel mel, aut butyrū: vnde quando Saul dixit: maledictus, qui manducauerit panem vsque ad vesperam, & Ionathas comedēs modicum de melle, incurrit istam maledictionem, supra primo libro, cap. 14. *Cunctis diebus vitæ suæ.* Fortè non vixit multo tempore post hoc Ioachin: nam iā erat quinquagintaquinque annorum, quando sublimatus est. Quod patet quia decem, & octo annorum erat, quando translatus est in Babylonem, præc. cap. & triginta septem anni transierunt à transmigratione sua vsque ad istam captiuationem, qui simul sūt anni quinquagintaquinque: quidquid tamen sit siue multo tempore, siue pauco postea vixerit, dicendum est, ꝙ semper eo viuente regnauit Euilmerodach: nā omnibus diebus vitæ suæ comedit panem corā eo, vt dicitur hic. *Annonam quoque constituit ei absque intermissione.* Vocatur annona portio quotidiana, quę datur de cibo, & non de alijs rebus sic dicitur Iere. vlt. s. & cibaria eius cibaria perpetua dabantur ei, & vocatur annona ab anno, quia per totum annū dabatur, scilicet, in quolibet die anni. Sic dicitur Dan. 1. & cōstituit eis rex annonā de cibis suis, & de vino, vnde ipse bibebat. *Quæ dabantur ei à rege per singulos dies.* Scilicet, Ioachin comedebat semper coram Euilmerodach, & constituerat cibos determinatos pro quolibet die, qui dabantur sine intermissione, & non solū intelliguntur per hoc cibi, sed etiam omnia alia necessaria pro rege Ioachin, & pro oībus famulis eius, quia non habebat Ioachin quidquam aliunde, nisi quod sibi daret Euilmerodach cum iam ipse non haberet regnū, nec subditos. Et sic dicimus, omnes redditus episcopi esse de mensa Episcopi, & omnes redditus capituli esse de mensa capituli. Sic etiam dicit præcedenti libro, cap. 18. ꝙ quadringenti quinquaginta prophetæ Baal, & quadringenti prophetæ lu-

A corum comedebant de mensa Iezabel: & tamen nō poterat esse, ꝙ de cibis paratis per Iezabel quotidie alerentur isti octingenti quinquaginta prophetę: sed est sensus, ꝙ erant omnes redditus pertinentes ad Iezabel redditus mensę eius, & de illis dabatur pars q̄dam, quæ sufficeret ad plenam sustentationem istorum octingentorum quinquaginta prophetarū. *Omnibus diebus vitæ suæ.* Scilicet, Euilmerodach dedit semper ista cibaria, & redditus Ioachin, quia quandiu vixit permansit dilectio eius ad illum.

Super quos reges in Babylone exaltatus fuit Ioachin, & quare fuit exaltatus. Quæstio XXXVI.

B QVAERETVR, qui erant isti reges, qui erant cum Euilmerodach in Babylone super quorū thronos exaltatus fuit thronus Ioachin. Rn̄dendū, quòd potest dici istos reges fuisse de prouincia Babyloniorum. Habebāt enim Babylonij ferè totam monarchiam orientis, & erant multi reges sub eis, & faceret rex Babylonis, ꝙ multi illorum regum essent cum eo in Babylone, vt esset valde honoratus inter eos, & omnes isti habebant thronos, in quibus sedebant post Euilmerodach, & nunc fecit ille, ꝙ thronus Ioachin esset excelsior thronis omnium istorū. Aliter potest dici, ꝙ Nabuchodonosor subiugauerat sibi multas nationes, & reges illarum habebat captiuos in Babylone, & sic erāt multi, qui possent sedere super thronos: nam de regno Iuda habebat Nabuchodonosor secum duos reges, scilicet, Ioachin, & Sedeciam: sic etiam erat consuetudo regū antiquorum, ꝙ quando haberent subiectas sibi aliquas gentes, tenerent secum reges illarum. Sic patet de rege Adonibezech: nam habebat secum septuaginta reges, vt patet Iud. 1. s. septuaginta reges amputatis manuum, ac pedum summitatibus colligebant sub mēsa mea ciborum reliquias. Primus tamen modus verior est, quia reges, qui erant in carcere, non sedebāt super thronos, cum isti essent, vt captiui, illi autem in honore regali. Et sic Sedecias nunquam sedit in Babylone super aliquem thronum, sed erat semper in carcere, vt patet Ier. vlt. s. oculos Sedecię eruit Nabuchodonosor, & vinxit eum compedibus, & duxit in Babylonem, & posuit in domo carceris vsque ad diem mortis suę. Ioachin quoque nunquam sederat in throno vsquequo nunc Euilmerodach exaltauit eum, & dicitur, quòd eduxit de domo carceris.

Euilmerodach quare exaltauit Ioachin, & non Sedeciam. Quæstio XXXVII.

QVAERETVR vlterius, quare Euilmerodach exaltauit Ioachin, & non exaltauit Sedeciam. Respondendum, ꝙ non potuit exaltare Sedeciam, quia ille iam mortuus erat, vt declarabitur sequenti quæstione: nam mortuus fuit tempore Nabuchodonosor. Etiam dicendum, quòd si esset tunc Sedecias non exaltasset Euilmerodach, sicut exaltauit Ioachin, quia non contraxerat cum illo aliquā amicitiam, sicut cum Ioachin. Modus autem, quo contraxit amicitiam cum eo, vt volunt Hebræi, & multi de nostris, & est verisimilis, fuit quia Nabuchodonosor in pœnam septem annis factus est bestia, & eiectus est de hominibus, habitauitque cum feris, & expleto septimo anno datus est ei sensus sui, & redijt in regnum, & habitus est in maiori honore, quā prius, Dan. 4. & 5. & in illis septem annis rexit imperium filius eius Euilmerodach, & fecit multas insanias, & dissipationes in regno, & Nabuchodonosor rediēs puniuit eum, & incarcerauit vbi erat Ioachin

rex

rex Iuda, & ibi contraxerunt amicitiam magnam, & postquam exiuit de carcere tenuit semper illam amicitiam ad eum, & postquam factus est rex mortuo Nabuchodonosor eduxit Ioachin de carcere, & exaltauit thronum suum super thronos aliorum regum, qui erant in Babylone. Fuit autem istud propter duo. Primò, vt consilium Ieremiæ bonum finē haberet. Nam Ioachin tradiderat se regi Babylonis, quando obsedit vrbem præceden cap. & in hoc bonum fecit: quia quantum in se fuit, liberauit vrbem à destructione, & populum à morte, & templum à combustione, vt declaratum est ibidem, & hoc fecit cōsilio Ieremiæ: ideo Deus voluit ei benefacere ꝓpter exaltando eum aliquando in terra hostili.

Secundum fuit, vt compleretur prophetia Isaiæ consilio Ioachin: nam Isaias prophetauit de Nabuchodonosor, ꝙ post mortem eiceretur de sepultura, Isa.14.f. Omnes reges gentium dormierūt in gloria, vir in domo sua, tu autem proiectus es de sepulchro tuo, quasi stirps inutilis pollutus, & obuolutus cum his, qui interfecti sunt gladio. Ioachin autē dedit consilium Euilmerodach ad hoc, ꝙ educeret patrem suum de sepulchro. Nā timebat, ꝙ sicut quando factus est bestia postea redijt, ita nunc resurgeret à mortuis, & acciperet regnum, & puniret eū sicut alia vice: ideo exhumauit corpus eius, & dedit illud trecentis vulturibus particulatim, & tunc dixit Ioachin, quando isti vultures cōgregati fuerint in vnū: poterit pater tuus resurgere. q.d. nunquam resurget quia isti vultures nunquam congregabuntur. Fuit ergo exaltatus Ioachin ab Euilmerodach Deo faciente, vt quanquam aliquando puniretur in terra sua, aliquando honoraretur in aliena.

Sedecias quem statum habuit in Babylone, postquam translatus est, & qua occisione est mortuus. Q̃ XXXVIII.

QVAERETVR vlterius de statu regis Sedeciæ postquam ductus est in Babylonem.

Respondendum, ꝙ ipse ductus est in Babylonem excæcatus, & nunquam habuit aliquem honorem ibi, sed mansit in carcere vsque ad diem mortis suę: & tamen quando mortuus est, fecit eum Nabuchodonosor honorificè sepeliri, vt patet Iere.34.f. Audi verbum Domini Sedecia, hæc dicit Dominus ad te: nō morieris in gladio, sed in pace morieris, & secundum combustiones patrum tuorum regū priorum, sic comburent te, & viduę plangent te. De modo tamen, quo secuta fuerint funera honorabilia post vitam miserabilem non apparet planè ex sacra scriptura. Dicit tamē Histo scho. & alij historiographi, ꝙ Nabuchodonosor cum intrasset Babylonem cum triumpho solennes immolauit victimas dijs suis cum omni populo, conuiuio facto per nouem dies: cumq; recumberent exhilarati præcepit Nabuchodonosor, vt adduceretur Sedecias ī medium, & aliqui de cantoribus Domini, qui psallerent coram conuiuātibus musicis instrumētis, & canerent hymnos de canticis Syon. Bibebant autem cōuiuæ in vasis domus Domini, quorum quædam Nabuchodonosor consecrauit idolis, quædam verò sibi reseruauit. Cunque darent psallentibus potum clam præcepit rex, vt dareť Sedeciæ potus laxatiuus, & coram omnibus laxatus est, & cum irrideretur ab omnibus reductus est in carcerem, qui nimio afflictus dolore post paucos dies mortuus est, & audiens Nabuchodonosor causam mortis eius extrahēs eum de carcere regio honore eum sepeliuit. Aliquæ particulæ istius historiæ sunt verisimiles, & aliæ non. Nam cū dicitur, ꝙ dum fieret conuiuium in illis nouem die

De sepultura Sedeciæ.

F bus accidit ista ignominia Sedeciæ, non videtur verisimile: quia tunc non maneret Sedecias in carcere per vnum mensem, cum dicatur, ꝙ prę tędio huius mortuus est, & tamen si tędio moreretur, vel cito post hoc moreretur, vel nunquam, & tamen nō videtur verum, ꝙ tam pauco tempore vixerit in Babylone: quia Iere. vlt. dr̄, ꝙ ductus est in Babylonem Sedecias, & mansit ibi in carcere vsq; ad diem mortis suæ, in quo videtur significari magnum tempus, ideo videtur, ꝙ per aliquot annos viuens manserit in Babylone. Quòd autem dicitur, ꝙ Nabuchodonosor, & alij conuiuæ habebant in vasis, quæ attulerat de Ierusalē, non videtur verisimile: quia de Balthasar rege Babylonis dicitur, ꝙ bibit in vasis dom⁹ G Domini, & apparuerunt tres digiti in pariete scribētes de fine regni sui, & hoc dixit Daniel fuisse, quia bibit in vasis domus Domini Daniel.5. Ita ergo fieret de Nabuchodonosor: quia etiam ipse puniretur nunc, & tamen non punitus est, ideo nō videtur, ꝙ biberet in vasis templi. Item quod dicitur. s. ꝙ Nabuchodonosor consecrauerit quædam vasa idolis, & alia sibi reseruauit, non est verisimile: quia præce. ca. dicitur, ꝙ tulit Nabuchodonosor vasa templi Domini, & illa posuit in templo Dei sui 2. Paralipom. vltimo, & 2. Esdre 2. Ideo omnia posita fuerunt in templo Dei Nabuchodonosor: videtur ergo verisimile, ꝙ istud acciderit aliquot annis postquam Sedecias ductus est in Babylonem. Et ꝙ dederit Nabu- H chodonosor potum laxatiuum Sedeciæ verisimile est, & esset ille potus ad hoc, ꝙ Sedecias inebriaret, & discoperiret se, & viderentur verenda eius ab omnibus. Vel fortè fuit laxatiuus. s. resolutiuus vētris: quia mox, vt Sedecias bibit non potuit cōtinere vrinam, vel stercora, & solutus est venter eius coram omnibus. Tunc aūt non constaret Sedeciæ si ebrius erat, & tamen postea cognoscens quantum fuerat ignominiosus doluit nimis, & satis verisimile est, ꝙ præ tedio in breui moreretur, cum ipse vidisset se in statu regali, & nunc tam vilipensus esset coram Nabuchodonosor, & omni populo, ita vt melior esset sibi mors, quàm vita: & verisimilius est, ꝙ dederit ei potum confectum ad inebriandum, quàm ꝙ dede- I rit potum laxatiuum, vt soluerentur stercora. Et patet istud Abachuc 2 cum dicitur: Ve, qui potum dat amico suo mittens fel suum, & inebrians, vt aspiciat naturalitatem eius repletus est ignominia pro gloria: & oīa illa dicuntur cōtra Nabuchodonosor, vt colligitur ex litera, & exponitur de potu inebriatiuo, quem dedit Sedecię, & vidit nuditatem eius. Postea autem Nabuchodonosor, vidēs, ꝙ mortuus fuerat Sedecias causa sua doluit, & voluit recōpensare ei malum, quod intulerat in honore sepulchri, & sic fecit eum sepeliri in honore regio, & planxerunt eum sicut dicitur Iere. 24. Isti autem plangentes essent Hebræi subditi sui, qui translati fuerant cum eo in Babylonem: quia de istis verisimile est, ꝙ K dolerent nimis de morte eius: quia erat rex eorum, & isti plangerent, dicentes: Ve Domine, ve inclite, sicut dicitur Ierem. 34.

Qui fuerunt prophetę, qui fuerunt contemporanei regibus Iudę, & de historia, & concordia omnium prophetiarum Ieremię, & gestorum suorum. Q̃. XXXIX.

QVAERETVR vlterius de historijs prophetarum, qui fuerunt contēporanei regibus istis. Et dicendum, ꝙ Histo. Tobiæ fuit tempore regum: cępit enim aliquanto tempore antequam decē tribus transferrētur in Assyrios per Salmanasar. Nam de ipso Tobia dicitur, ꝙ quando manebat in terra

sua,

A sua, nolebat ire ad vitulos, quos fecerat Ieroboam, sed veniebat in Ierusalem. To. 1. Postea autem dicit, ꝙ ductus est in captiuitatem cum alijs per regē Salmanasar, & cōsummata fuit historia sua in terra Assyriorum, vt patet ex processu lib. sui. Fuerūt, et ferè omnes prophetę tam minores, quàm maiores temporibus regum: de minoribus tamen ex parte tetigimus historias: nā Osee, & Ioel, & Amos, & Abdias, & Ionas eisdem temporibus prophetare cęperunt, scilicet, tempore Oziæ: quorum historias tetigimus sup. 14. Micheas autem, Naum, & Abachub eodē tēpore fuerunt, scilicet, tempore regis Ioathan, quorum historias tetigimus sup. 15. Sophonias autē fuit tempore Iosiæ vt patet Soph. 1. cuius nullam tetigimus historiam. Ageus vero, Zacharias, & Malacias fuerunt post reditum de Babylone, de quibus nihil adhuc dictum est: quia non fuerunt cōtemporanei regibus: omnes autem prophetę maiores fuerūt cōtemporanei regibus: nam Isaias cępit prophetare tēpore Oziæ, vt patet Isa. 1. Ieremias verò cępit anno tredecimo Iosiæ, vt patet Iere. 1. Ezechiel autem, & Daniel prophetauerunt, cum essent in Babylone, vt patet ex titulis eorum, & tamen ambo ducti sunt ī Babylonem tempore Ioachin, ideo ponendæ erant hic historiæ istorum quatuor prophetarum maiorum, & Sophoniæ vnius de minoribus. De quolibet tamen istorum tam minorum, quàm maiorum ponetur historia sua per modum argumenti in prologis suis: ideo de illis supersedeamus. De Ieremia tamen dicendum est hic solum: quia ferè nihil aliud continetur in toto libro suo, nisi de captiuitate Babylonis partim per modum prophetiæ, & partim ꝑ modum Historiæ. Pro quo sciendum, ꝙ Ieremias prophetare incepit anno tertiodecimo Iosiæ, vt patet Iere. 1. & postea fuerūt quatuor reges. s. Ioachaz, & Ioachin, & alius Ioachin, & Sedecias, & sub omnibus his prophetauit Ieremias, & etiā iuit in Aegyptum post captiuitatem Babylonis, & ibi prophetauit. De singulis ergo istorum temporum dicendum est, quid in eis Ieremias dixerit, aut fecerit. Primò autem dicendum de tempore Iosiæ, sub quo cępit ꝓphetare: & sciendum, quod Iere. erat de genere sacerdotali de quodam viculo nomine Anathot, patet Iere. 1. est autem iste viculus in sorte Beniamin tribus milliaribus distans à Ierusalem, vt ait Ieronymus in prologo super Ieremiam. Cœpit autē prophetare cum adhuc esset iuuenis: ideo quando Deus prima vice iussit ei, quòd loqueretur, dixit ei Ieremias: A, a, a, Domine puer ego sum & nescio loqui, & Deus dixit, quòd non vocaret se puerum: quia ad quancunque gentem eum mitteret, iret. Et tunc cępit Deus ostendere ei destructionem Ierusalem per Babylonios, & ostendit in tribus visionibus, & istę fuerunt ostensę tempore regis Iosiæ, & durant ea, quæ vidit Ieremias tempore Iosiæ à principio libri vsque ad decimum septimū capitulum. Fuit enim prima visio de virga vigilāte, cum dixit Deus: Quid vides Ieremia? & ille ait: Virgam vigilantem ego video. Et per hoc significauit, quòd quanquam Hebræi dormiebant in peccatis suis, & putabant se nūquam puniendos, tamen Deus vigilaret contra eos ad puniendum ipsos. Secunda visio fuit de olla bulliente, per quam significauit Deus quis esset minister eius ad puniendum Hebreos: & dixit: quid vides Ieremia? & ille ait: ollam bullientem ego video, & ebullitiones eius ab Aquilone, & Deus ait: ab Aquilone pādetur omne malum, & sequitur quomodo Deus inducturus erat Nabuchodonosor, & principes Chaldæorum, qui erant de terra Aquilonis in Ierusalem, & destruerent eam. Istæ duæ visiones pronuntur in primo cap. reliqua autem, quæ sequūtur vsque ad capitulum 13. nihil continent nisi admonitiones quasdam contra Iudęos de peccatis suis, & prænunciationem frequentatam de captiuitate Babylonis: quia ferè in quolibet cap. de illa agitur.

Tobias qñ fuit.

Oēs prophetæ maiores, & minores fuerūt tēporibus regum. In q. 31. In q. 31.

Ieremiæ historia describitur.

Prima visio Ierem.

Tertia autem visio ponitur in cap. 13. & illa fuit ad significandum peccata Iudæorum, propter quæ destrui debebant, & illa fuit in metaphora: quia Deus dixit Ier. quòd absconderet lumbare suum in petra apud Euphratem, & post multum tempus redijt ad vidēdum illud, & inuenit illud putridum, & tunc dixit ei Deus, quòd ita erant Iudæi putridi, & ad nullum vsum conuenientes: ideo darentur in captiuitatem. Reliqua autem, quæ sequuntur à cap. 13. vsq; ad decimum octauum pertinent etiam ad tempus Iosiæ, & nihil in eis continetur nisi increpatio populi, & etiam prænunciatio captiuitatis Babylonicè. Post Iosiam regnauit Ioachaz filius eius tribus mensibus, supra 23. & de isto etiam prophetauit Ieremias: & tamen non sunt prophetię in libro suo secundum ordinem temporum, sed in multis est anticipatio, & recapitulatio. Fuit autem iste Ioachaz à Pharrone rege Aegypti ligatꝰ cathenis, & ductus in Aegyptum, & ibi mortuꝰ est, & hoc prophetauit Ieremias, vt patet Ierem. 22. scilicet: nolite flere mortuum, nec lugeatis super eum fletu, plangite eum qui egreditur: quia non reuertetur vltra, nec videbit eum terra natiuitatis suæ: quia hoc dicit Dominus ad Selum filium Iosiæ regem Iuda, qui egressus est de loco isto, non reuertetur huc, nec videbit eum amplius terra natiuitatis suæ, sed in loco, ad quem trāstuli eum, morietur, & non videbit terram istam amplius. Post Ioachaz autem regnauit frater suus Ioacim, & etiam tempore huius prophetauit Ieremias, & prima prophetia habetur Iere. 26. Pro quo sciendum, quòd rex Tyri, & Sidonis, & Ammon, & Moab, & Edom, & omnes reges, qui erant in circuitu terræ Iudæorum, & ipse rex Iudæorū iniuerunt fœdus inter se, vt repugnarent regi Babylonis, & tunc Deus dixit Ierem. quòd faceret sibi vincula, & cathenas, & poneret eas in collo suo, & mitteret ad regem Edom, & ad regem Moab, & ad regem Ammon, & ad regem Tyri, & sidonis, & fecit sic Ierem. & prænunciauit, quòd omnes istę gentes seruituræ erant regi Babylonis. Vidi autem hoc, quia quidam nomine Ananias confregit cathenas istas, sed hoc fuit tempore Sedeciæ: istæ tamen cathenæ fuerunt factæ in principio regni Ioachin vt patet Ierem. 27. Fuit etiam alia prophetia Ieremiæ tēpore Ioachin in principio regni eius, scilicet, in quarto anno regni, & dixit Ieremias coram toto populo Ierusalē à tertiodecimo anno Iosiæ filij Ammon vsque ad diem hanc factum est verbum Domini ad me, & locutus sum ad vos, & non audistis, vt auerteremini à vijs vestris malis: propterea hæc dicit Dominus: ducam seruum meum Nabuchodonosor. & destruet ciuitatem, & erit terra deserta vsque ad septuaginta annos, & post illos visitabo super Babylonios, & erit terra eorum in solitudines sempiternas, Ier. 25.

Declaratio totius libri Ierc.

Viginti quinq; ꝓphetię Ieremiæ.

Iterum etiam prophetauit Ieremias in principio regni Ioachin stans in templo, & prænunciauit destruendam vrbem, & templum futurum esse in desolatione, & tunc totus populus, & sacerdotes, & ꝓphetæ apprehenderunt Ieremiam, dicentes: morte moriatr: quia dixit sicut Silo erit domus hęc, & vrbs ista desolabitur. Volebat ergo occidere Ieremiam, & ille ait: Dominus misit me ad prophetandum cōtra ciuitatem istam, & domum hanc, ego autem in manibus vestris sum, facite mihi, quod rectum videtur in oculis vestris: veruntamen scitote: quia si occideritis

cideritis me, sanguinem innocentem tradetis contra vos metipsos, & contra ciuitatem istam. Et tunc surrexerunt quidam principes de populo, quorum præcipuus erat Ahichan filius Saphā, & conabatur lenire populū verbis, vt non occideret Ieremiā dicētes Micheas, de Morasthi fuit ꝓpheta in diebus Ezechiæ, & ait, hæc dicit Dñs: Sion quasi ager arabitur, & Ierusalem in aceruum lapidum erit, & non condemnauit eum Ezechias. Itaque nos facimus grande malum contra animas nostras: & sic populus dimisit Ieremiam, de hoc Ierem. 26. tempore Ioachin. Paulo ante hoc fuit quidā propheta nomine Vrias de Chariathiarim, & prophetauit talia sicut Ieremias, & voluit eum occidere Ioachin, fugitque in Aegyptum, & inde fecit eum reduci in Ierusalē; Ioachin, & fecit illum occidi: Iere. 26. Prophetauit etiā iterum tempore Ioacim: Nam dixit ei Dominus, ꝙ iret ad domum Recabitarum, & daret eis bibere vinum, & illi dixerunt: nō bibemus vinum: quia pater noster Ionadab præcepit nobis: non bibetis vinum, & non ædificabitis domum, & sementem non seretis, & non plantabitis vineam: obediuimus ergo patri nostro Ionadab. Isti enim Recabitę habitabant per agros in tabernaculis: quia non licebat eis ædificare domos, & quando venit Nabuchodonosor cōtra Ierusalem tempore Ioachin introierunt in vrbem, vt saluarent animas suas, & tunc factū est hoc, & prænunciauit Ieremias contra populum, ꝙ quia recabitę audierant vocem Ionadab patris sui, non deficeret vir de stirpe Ionadab, & quia Hebræi non audierant vocem Dñi, darētur in captiuitatē: de hoc Iere. 35. Post hæc autem in eodem anno quarto regni Ioachin Ieremias vocauit Baruch notariū suū, & scripsit omnia verba, quæ locut⁹ fuerat Ieremias contra populum à tempore Iosiæ vsque ad tempus illud, & insuper addidit alia, & præcepit, ꝙ legeret illa Baruch in templo Domini, & fecit sic Baruch: nā anno quinto Ioachin mense nono prædicatum est ieiunium in Ierusalem, & venerunt multi de omnibus locis Iuda in Ierusalem, & legit Baruch verba libri audientibus principibus, & dixerunt ei: abscondere tu, & Ieremias, & nemo sciat vbi sitis, & principes euntes ad regem legerunt librum coram eo & cum essent lectæ tres pagellę, vel quatuor rupit Ioachin librum secans illū forficibus, & minutatim cremans super ignem, qui ante se erat. Et tunc voluit occidere Ieremiam, & Baruch, sed non potuit, quia abscondit eos Deus: rursus autem Ieremias scripsit illa verba in alio libro, & multo plura, & misit illa ad Ioachin, & tunc non cremauit librum, de his Ier. 36. Post hæc autem prophetauit Ieremias de morte Ioachin, dicens: Hæc dicit Dominus ad Ioachin regem Iuda, non plangent eum, Ve frater, ve soror, & non concrepabunt ei, ve Domine, ve inclite. Sepultura asini sepelietur putrefactus, & proiectus extra portas Ierusalem: Ier. 22. Fuit aūt mors eius sic: quia cum subiectus fuisset Nabuchodonosor regi ad tributa, soluit illa per tres annos, & deinde rebellauit postea venientem ad se Nabuchodonosor sub spetie fœderis in vrbe recepit, qui violato fœdere occidit ipsum, & multos de iuuenibus Iuda, & corpus ei⁹ inhumatum fecit manere extra vrbem, & inuenta sunt in corpore eius stigmata i. figura literarum nominis idoli sui, quod vocabatur Chodonata, vt Histor. scho. & alij historiographi, & satis hoc innuit. 2. Paralip. vlti. s. reliqua verborum Ioachin, & abhominationem eius, quas operatus est, & quæ inuenta sunt in eodem, idest, in corpore eius: quia post mortem inuentæ sunt illæ literæ.

Post istum autem Ioacim regnauit alius Ioachin

F filius eius tribus mensibus, & decem diebus, vt patet 2. Paralip. vlt. & 2. Esdre 2. Et de isto prophetauit Ieremias, ꝙ duceretur in Babylonem, & nunq̄ inde rediret, Iere. 22. s. viuo ego dicit Dominus: quia si fuerit Iechonias filius Ioachin regis Iuda anulus in manu dextera mea inde euellam eum, & dabo te in manu quærentium animam tuam, & in manu Nabuchodonosor regis Babylonis, & mittam te, & matrē tuam in terram alienam, in qua nati non estis, ibiq; moriemini, & in terram, ad quam ipsi leuāt animā suam, vt reuertatur illùc, non reuertentur nunquid vas fictile, atque contemptum iste Iechonias nunquid vas absque omni voluptate quare abiecti sunt ipse, & semen eius, & proiecti in terram, quam igno

G rauerunt: Hæc dicit Dominus, scribe, virum istum inutilem virum, qui in diebus suis non prosperabit, nec erit vir de semine eius, qui sedeat super solium Dauid, & potestatē habebat vltra in Iuda. Et sic fuit: quia cum regnasset tribus mensibus ductus est in Babylonem ipse, & mater sua, & cum eo decem millia virorum de electis totus Israel, præced cap.

Post Ioachin aūt regnauit Sedecias patruus eius, & tempore huius ꝓphetauit Ieremias multa: huius enim tempore iuit Ieremias in domum figuli, vt audiret ibi verba Dei, & dissipatum est vas, quod faciebat figulus super rotam, & fecit aliud, quod placuit ei: ita dixit Deus, ꝙ poterat plantare Hebræos, si dolerent de peccatis, & poterat destruere eos, si decli-

H narent ad malum. De hoc Iere. 18. Fuit etiam in diebus Sedeciæ, ꝙ Ieremias portaret cathenas ligneas ī collo suo ad significandum captiuitatem Hebræorum in Babylonem, & ꝙ vasa Domini ferrentur illùc, & ꝙ prophetę nunciantes non euenturam captiuitatem, vel in breui redituros eos, qui in Babylonem ducti fuerant, mentiebantur, & ꝙ non dubitarent Hebræi seruire Nabuchodonosor, vt patet Ierem. 27. fuit autem hoc in principio regni Sedeciæ Iere. 28. s. in anno quarto, mense quinto, & cum cōplesset verba ista Ieremias coram Sedecia Ananias propheta falsus de Gabaon accepit cathenā ligneā de collo Ieremię, & confregit, dicens: sic cōfringam iugum Nabuchodonosor regis Babylonis de collo

I omnium gētium, & post duos annos reduci faciam vasa Domini, quæ allata sunt in Babylonem, & Iechoniam regem Iudę, & omnes, qui cum eo iuerūt, & dixit Ieremias: vtinam ita sit, & cum tunc nō haberet verbum à Domino, tacuit, & postea redijt ad Ananiam, dicens: chatenas ligneas contriuisti, & facies pro eis cathenas ferreas: iugum enim ferreum posui super collum cunctarum gētium istarum, vt seruiant Nabuchodonosor. Et tu Anania audi: non misit te Dominus: & quia cōfidere fecisti populum in mēdatio hoc anno morieris, & mortuus est post duos menses. Nam ista facta sunt mense quinto, & mortuus est Ananias mense septimo, vt patet Ie. 28. Territus autem Sedecias propter mortem Ananiæ

K credidit verbis Ieremiæ, & misit tributum in Babylonem Nabuchodonosor, & cum illis, qui ferebāt tributū misit Ieremias literas ad Hebræos, qui erant in captiuitatem Babylonis, quos transtulerat Nabuchodonosor cum Ioachin, dicens, ꝙ plantarent vineas, & ædificarent domos, & acciperent vxores, & multiplicarentur tanquam mansuri magno tempore ibi. s. vsque ad septuaginta annos. Et ꝙ non crederent prophetis falsis dicentibus sibi, ꝙ in breui redirent de Babylone, & specialiter contra duos ꝓphetas. s. Sedeciam filium Maasiæ, & Achab filium Coliæ, de quibus prænūciauit, ꝙ Nabuchodonosor frigeret eos in igne: quia adulterati sunt. Et cum redierunt nuncij Sedeciæ de Babylone retulerunt literas

teras à falsis prophetis contra Ieremiam, & dirigebantur ad principes sacerdotum, vt castigarent Ieremiã virum insanũ, quia prophetabat mala. De hoc Iere. 29. Postea autem ostẽdit Deus visionem aliam Ierem. scilicet: Duo calati erant pleni ficubus ante templum Domini, & ficus vnius calathi erant valde bonę sicut ficus primi temporis: ficus autem alterius calathi erant pessimæ, ita, vt nullus vellet comedere de eis: & dixit Dominus, quòd ficus bonę erant Ioachin rex Iuda, & omnes, qui ducti fuerant cum eo in Babylonę, & quòd Deus benefaceret eis, & acciperet ipsos in populum: ficus autem malæ erant Sedecias, & principes eius, & omnes, qui manserant in Ierusalem, & Deus daret eos in gladium, pestem, & famem, donec consummerentur. De hoc Ierem. 24. Iterum prophetauit tempore Sedeciæ: nam dixit ei Deus quòd acciperet laguncolam testeam, & duceret secum de senioribus sacerdotum, & seniorib. populi ad vallem Enom, quæ est iuxta introitum portę Ierusalem, & contriuit laguncolam in oculis eorum, & dixit hęc dicit Dominus sic conteram locũ istum, & ciuitatem hanc, & non vocabitur loc⁹ iste amplius Thophet vallis filij Enom, sed vallis occisionis, & hoc fuit: q̃a in valle illa immolabant filios, & filias suas Dęmonibus, ideo repleta est vallis cadaueribus. De hoc Iere. 19 post hoc autem redijt Iere. de Thophet, quo eum miserat Deus ad prophetandum, & stetit in atrio domus Dei, & locutus est ad totum populum mala, quæ Deus inflicturus erat, vt ibi. Audiuit hoc Phasur sacerdos princeps domus Domini, & indignatus percussit Ieremiã, & posuit eum in carcere, & sequenti die eduxit eum. Tunc dixit Ieremias ad Phasur, non Phasur vocauit Dominus nomen tuum, sed pauorem, & ibi prædixit mala, quæ ventura erant ei, & amicis suis, & domui suę. Iere. 19. & 20. Hæc autem omnia facta sunt ante annum nonum regni Sedecię, & in anno illo rebellauit Sedecias, & mense 10. anni noni venit Nabuchodonosor, & obsedit Ierusalẽ, vt patet sup. in litera, & Iere vlti. Et in principio istius obsidionis misit Sedecias Phasur filium Helcię, & Sophoniam filium Maasiæ, vt quærerent à Ieremia de Nabuchodonosor, qui incipiebat bellare contra Ierusalẽ, an Deus liberaret vrbem de manu eius, qui ait: dabo Sedeciã, & seruos eius in manu Nabuchodonosor. Et nõ miserebit, nec parcet, de hoc Ie. 37. & 21. interim autẽ prophetauit Ieremias per totam ciuitatem clamãs. Accidit autem, vt tũc rex Aegypti egrederetur de terra sua cõtra Nabuchodonosor, qui obsidebat Ierusalem, vt solueret obsidionem, & tunc prophetæ falsi irridebant Ieremiam dicentes, eum esse stultũ. Nam Nabuchodonosor recesserat de Ierusalem soluta obsidione, vt iret contra Pharaonem, & debellaret eum: putabant autem prophetæ falsi, ꝙ nunq̃ rediturus esset, & tunc dixit Ieremias, ꝙ exercitus Pharaonis, qui exierat in auxilium Sedecię reuerteretur in Aegyptum, & redirent Chaldæi, & pugnarent contra ciuitatem, & caperent eam, atq; succenderent igni, & sic redijt postea exercitus Chaldęorũ fugato Pharaone: de his Iere. 37. tunc autẽ Ieremias strauit asinum suum, vt iret in Anathot vrbẽ suam, quæ distat à Ierusalem tribus milliaribus, siue viginti stadijs, vt alij dicũt, & cũ venisset ad portam vrbis erat ibi ierias custos portæ, & apprehẽdit Ieremias, dicens ad Chaldeos profugis, & adduxit eũ ad principes, qui flagellauerunt illum, & miserunt in carcerem in domo Ionathæ scribæ, & ex illo tẽpore mansit Ieremias in carcere vsq; ad diem, quo capta est ciuitas, & tunc Sedecias abscõditè iuit ad Ieremiam, vt quæreret ab eo sermonem Domini, & orauit Ie-

Ieremias flagellat⁹ ĩ carcerẽ truditur.

A remias regem, ne remitteret eum in domum Ionathæ scribæ, ne morereť ibi, & p̃cepit Sedecias, vt poneret Ieremias in vestibulo carceris, & dareť ei quotidie torta panis, & pulmentum, donec consumarẽtur omnes panes de ciuitate, vt patet Ierem. 37.

Post hęc autem anno decimo regni Sedecię durãte obsidione vrbis, & manẽte Ieremia in carcere prophetauit, q̃d Sedecias nõ effugeret manus Chaldęorum, sed traderetur in manus Nabuchodonosor, & videret eum, & loqueretur cum illo, & ducereť in Babylonem: tunc autem venit quidam nomine Ananeel cognatus Ieremię ad eum in carcerem, vt emeret agrum, quem habebat in Anathot, quia cõpetebat ei iure cognationis, & intellexit Ie-
B remias, ꝙ Deus mittebat illum ad se, & emit agrum deditq; septem stateres, & decem argenteos, & tũc dixit Dominus: sume libros istos librum possessionis signatum, & librum, qui apertus est, & pone illos in vase fictili, vt possint permanere multis diebus: adhuc enim possidebũtur agri, & vineę in terra ista. De hoc Ierem. trigesimosecundo.

Post hęc autem prophetauit Ieremias in carcere de restauratione Iudęorum post captiuitatem Iere. 32. Deinde tempore Sedecię fecerant Hebręi pactum cum Domino, quod vnusquisq; dimitteret seruum suum, & ancillam hebręos liberos anno septimo secundum legem, & istud fędus violauerunt: quia seruos, & ancillas, quos liberauerant reduxerunt in ser-
C uitem, & tunc Ieremias locutus est contra Sedeciã, ꝙ duceretur in Babylonem, & omnes Illi, qui fecerant pactum, & trãsierant inter diuisiones vituli darentur in manu hostium. De hoc Iere. 34. Hoc tamẽ videtur fuisse factum antequã Ieremias introduceretur in carcerem, vt patet ex litera.

Deinde autem cum iam mansisset multo tempore Ieremias in carcere, prophetabat semper, ꝙ qui fugeret ad Chaldęos saluaretur, qui autem maneret in vrbe occideretur, de quo dolebant principes, & dixerunt ad Sedeciam: rogamus vt occidatur homo iste: de industria enim dissoluit manus virorum bellantium, qui remanserunt in ciuitate hac. Et Sedecias, ait: ecce ĩ manibus vestris est, nec est fas regẽ
D quicquam vobis negare: & tunc principes miserũt Ieremiam in lacum, vbi erat lutum, & non aqua, vt moreret ibi fame, quod audiẽs Abdemelech quidã de domo regis, dixit ad regem: male fecerunt principes, volentes occidere prophetam, & rex iussit eũ educi de lacu, & venit Sedecias ad eũ secretè, & q̃siuit verbum Domini, & ille ait, ꝙ si trãsiret Sedecias ad Chaldæos viueret, alioquin ciuitas cremaretur, & ipse non effugeret manus Chaldæorum. Tunc fecit Sedecias, ꝙ maneret Ieremias in atrio carceris, & mansit ibi vsque ad diem, quo capta est ciuitas: De hoc Iere. 38. Tandem anno vndecimo Sedeciæ mense decimo capta est ciuitas, & fugiens Sedecias captus est à Chaldæis cũ bellatoribus, & ductus est ĩ
E Reblata ad Nabuchodonosor, & ibi occisis filijs ei⁹ coram eo, & principibus suis, tandem ipse exoculatus est, & ductus in Babylonem. Nabuzardan verò interim cremauit vrbẽ, & eduxit Ieremiam de carcere, vt patet Iere. 39. & 52. Post hæc cũ ducerentur omnes captiui Iudæorum corã Nabuchodonosor, & Ieremias cum eis vinctus cathenis dictum est ei: ecce solui te hodie, si placet tibi, vt venias mecũ in Babylonem veni, & ponam super te oculos meos. i. honorabo te: sin autem, mane vbi vis: elegit autem Ieremias manere in Iudæa, & cõmendauit eum Nabuzardan Godoliæ principi terræ, & dedit ei cibos, & munera, cùm recederet, mansitque ex tunc Ieremias cum Godolia vsque quo occisus est Godolias.

Ieremias iterum in lacũ luti conijcit.

Ieremias à Nabuzardan de carcere educitur.

De

De hoc Ieremię 40. Post hęc verò trãslatio Hebręis in Babylonem, mansit Godolias princeps eorũ, qui relicti fuerãt in terra, & occisus est dolo ab Ismahele filio Nathaniæ, post cuius mortem populus fugit in Aegyptum, ita vt nullus maneret ĩ tota terra Iuda. De quibus Iere. 40. & 41. & 42. & 43. & de his supra latè dictum est in duabus, vel tribus quæstionib⁹ de statu Iudæorum post captiuitatem, & de transitu eorum in Aegyptum, & ista durant vsq; ad 43. cap.

Deinde autem sequunt̃ ea, quæ pertinent ad prophetiam eius, & statum populi postquam descendit in Aegyptum, & cũ esset Ieremias in Taphnis cũ ceteris Iudæis prænunciauit Nabuchodonosor vẽturum in Aegyptum, & ꝙ destrueret terram Aegypti, & etiam occideret ipsos Hebræos, qui descenderẽt in Aegyptum, & ad hoc posuit lapides in cripta sub muro lateritio, qui erat apud portã Pharaonis, dicẽs, ꝙ super illos lapides poneret Nabuchodonosor thronum suum. De hoc Ierem. 43. Post hæc aũt cum Hebræi in Aegypto colerẽt idola, & potissimè reginam cęli, increpuit eos Ieremias præcepto Dñi, & illi dixerunt, ꝙ non obedirent verbo Dñi, ꝙ colerent reginam cęli, & tunc prænunciauit eis occisionẽ futuram per Nabuchodonosor. De hoc Iere. 44.

Postea autem sequuntur aliæ prophetiæ à ca. 45. vsq; ad finem, & de illis non apparet, an in Aegypto fuerint dictę, vel prius. Constat autem de quibusdã earũ, ꝙ fuerunt dictæ ante descensum in Aegyptũ, sicut Iere. 45. dicitur de prophetia consolatoria Ba-
Vigesima. 21 ruch, & illa fuit anno quarto Ioachin, vt patet ibi-
22 dem. Ponitur alia prophetia contra Aegyptum Ie-
23 rem. 46. Alia autem contra terram Philisthinorum
24 Iere. 47. & Alia contra terram Moab, Ier. 48. Alia ve-
25 rò contra filios Ammon, & contra Idumæos Ie. 49.
Alia autem contra Babylonem, Iere. 50. & 51. Deinde in 52. c. quod est vltimum libri Ieremię, ponitur tota historia de obsidione Ierusalẽ, & captione eius sicut ponitur hic, & in hoc consummat̃ prophetia Ieremiæ. Vixit autem Ieremias pauco tẽpore, postquam descendit in Aegyptum. Nam anno quinto post captiuitatem factam sub Sedecia, descẽdit Nabuchodonosor in Aegyptũ: & occidit ferè omnes Hebræos, qui descenderant illùc, vt Ieremias prædixerat cap. 43. & 44. & reliquos transtulit in Babylonem, vt ait Iosephus 10. Antiqui. & tamen Ieremias tunc non viuebat: quia nõ fuit ipse occisus à Nabuchodonosor, nec ductus in Babylonem, sed mortu⁹ fuit in Aegypto ante hoc.

Modus mortis Ieremiæ.

Modus autem mortis suæ fuit: quia Hebræi contribules sui lapidauerunt eum in Aegypto, & mortuus est, vt ait Isidorus in libro de Ortu, & obitu patrum. Istud autem est satis verisimile: quia sępè tentauerunt occidere eum, vt patet Ieremię 26. quando populus voluit eum occidere: quia dixit, quòd ciuitas desolaretur, & principes liberauerunt eum de manu plebis: iterum autem cum prophetaret, ꝑcussit eum Phasur sacerdos, & misit in carcerem, Ierem. 20. Iterum etiam principes flagellauerũt eum, & incarcerauerunt, quia putabatur fugere ad Chaldæos, Iere. 37. Iterum etiam omnino deliberauerũt eum occidere, & posuerunt in lacu lutoso, & sine aqua, vt moreretur fame, & ibi mortuus fuisset, nisi Abdemelech Aethiops orauisset pro illo. Ierem. 38. Ita nunc cum Ieremias increparet durè Israelitas in Aegypto, ꝙ colerent reginam cęli, & illi tantum exasperarentur contra eum, & contra Deum, ꝙ dicerent nolle audire verbum Domini, sed colere reginam cęli: quia malè sibi erat quando colebãt Dominum: verisimile erat, ꝙ populus nimis indignatus contra Ieremiam sępius super hoc increpãtem, de quo Iere. 44. Lapidaret eum, & occideret. Dicit tamen Isidorus in libro de Ortu, & obitu patrum, ꝙ Ieremias, dum viueret, orauit Dominum pro serpentibus, qui infestabant terram Aegypti, vt auferret eos, & abstulit: ideo Aegyptij in magno honore eum semper tenuerunt, & sepulchrum eius venerabile construxerunt in loco, in quo habitabat rex, quod etiam postea mansit. Iste fuit finis Ieremię viri clarissimi, & à sceleratissimo populo suo iniustè afflicti, & crudeliter occisi.

CHronica temporalis descriptionis, quę à nobis in alijs libris continuabatur vsque ad mortem Saulis regis in fine primi libri regum extensa est: ex inde autem omissa fuit. Oportebat autem nunc illam quasi quodam postliminio repetere, & continuare, enarrando gesta notabilia Gentium in summa, quæ à principio regni Dauid vsq; ad cõsummationem regni Iuda ab historicis traduntur: quia tamen de his opportunius in fine secundi Paralipom. dicetur, nunc super sedeatur: ibi verò omnes hæ tẽporum historiæ inserentur. Laus Deo.

FINIS.

REGISTRVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii KK.

Omnes sunt Quaterniones, præter KK, qui sunt Quinterniones.

Excudebat Hieronymus Polus.


colorchecker CLASSIC
calibrite
mm